Del Colegio de la Comp.ª de Jesus de granada. B.

R/7813

# DE REPVBLICA LIBRI SEX ET VIGINTI, IN DVOS TOMOS DISTINCTI.

*AVTHORE D. PETRO GREGORIO Tholozano, Iuris utriuſq; Doctore & publico Profeſſore, priùs in Academia Cadurcenſi, deinc Tholozana, nunc Pontimuſſana Lotharingica, earumdémve facultatum Iuris utriuſque ibidem Decano*

HORVM ARGVMENTVM SEQVENS PAGINA DOCEBIT.

*Additi ſingulis tomis indices duo locupletiſsimi.*



*PONTIMVSSANI,*

APVD NICOLAVM CLAVDET.

cIↃ. IↃ. XCVI.

De el colegio de la Comp.ª de Jesus de granada. B.ª
R/7813

# DE REPVBLICA LIBRI SEX ET VIGINTI, IN DVOS TOMOS DISTINCTI.

*AVTHORE D. PETRO GREGORIO Tholozano, Iuris vtriuſq; Doctore & publico Profeſſore, priùs in Academia Cadurcenſi, deinc Tholozana, nunc Pontimuſſana Lotharingica, earumdémve facultatum Iuris vtriuſque ibidem Decano*

HORVM ARGVMENTVM SEQVENS PAGINA DOCEBIT.

*Additi ſingulis tomis indices duo locupletiſsimi.*



*PONTIMVSSANI,*

APVD NICOLAVM CLAVDET.

cIↃ. IↃ. XCVI.

## PETRVS GREGORIVS THOLOZANVS IVRIS VTRIVSQVE Doctor & publicus profeſſor priùs in academia Cadurcenſi, deinc Tholoſana nunc, Pontimuſſana Lotharingica: earumdémque facultatum iuris vtriuſque ibidem Decanus, Candido lectori Salutem.

NOSTRI *ſemper fuit inſtituti (Candide lector) publicæ vtilitati omnino ſtudere, quemadmodum id ex varijs noſtris ſcriptis ante hac in lucem editis facilè percipi poteſt: nunc in hac rerumpublicarum confuſione quicquid in nobis fuit ingenij illud in hiſce de Rep. libris componendis exerere viſum eſt, In quibus tractatur de ciuitate & ſocietate in genere primùm : deinc in ſpecie, de ædificijs, reditibus, perſoníſque præcipuis eius: De formis rerum publicarum, ſeu de conſtitutione diuerſa Reipublicæ. De principatu, principe, principatuum diſtinctione : De qualitatibus requiſitis præcipuè in principe vel reipublicæ moderatore, regia poteſtate, artibus adminiſtrandi tempore pacis & belli. De religionis conſeruanda puritate, eiuſque neceſſitate: & in quibus eius prætextu peccatur, déque remedijs aduerſus impios eius occaſione prætextus. De infantium & iuuentutis cura, educatione in bonis moribus, literis, doctrina, diſciplinis, artificijs, liberioribus artibus: deque eorum politia, regulis & præceptis. Inſuper de origine, initio, progreſſu, turbatio-*

*ne,ſeditionibus,mutatione, conſeruatione,malis,interitu,remedijs, præcautionibus obſeruatis* Rerum *publicarum & principatuum.*

*Quæ omnia, ex inſignioribus & appoſitis ſacræ paginæ, legúmque humanarum ciuilium & pontificalium locis,exq́; omnium gentium receptioribus moribus,vſu recentiorum & priſcarum rerum publicarum,nationum,principatuum ſocietatúmq; probatarum inſtitutis,ex hiſtoriographorum verioribus narrationibus,præſtantiorum virorum heroum ſtrenuis & ſapientibus factis aut dictis euentu & ſucceſſu illorum, non minori diligẽtia quàm bono in genus humanum animo: inter ſtrepitus armorum huius infœlicis ſeculi, in vtilitatem publicam ſelecta collectáve,nunc primum prodeunt: proculdubio cuiuſcunq; profeſſionis aut ſtatus ſeu ordinis hominibus,admodum viſa neceſſaria.*

*

DEO

# DEO OPTIMO MAXIMO

VNIVERSITATIS TOTIVSQVE DIVINAE ET HVMANAE SOCIETATIS LEGI*timæ monarchæ,& ineffabili ſapientia moderatori, ſoli vniuerſorum creatori,omnis honor & gloria.*

PETRVS GREGORIVS INDIGNVS eius alumnus hoc opus de Republica conſecrat.

MOVET obiectum, Deus Summe Opt.Max. potentiam: monet charitas chriſtianúmque præceptum, humanæque naturæ communis ſanguis, compati ſaltem miſeriis & doloribus proximorum: cùm maximè, Deus vnicuique mandauerit curam eorum. atque piaculum eſt, illis laborantibus inertem otiari, & eos ſi non ope re ipſa, tamen ſaltem conſilio non iuuare. Qua ratione,laudata vt ſapienter & ſecundum naturam conſtituta Babyloniorum lex, ægrotos efferendi in forum,vt de eorum langore conſilium darent qui eos adirẽt: ſi quis eundem paſſus eſſet morbum,aut aliũ vidiſſet patientẽ; & hortarentur ad ea quæ ipſi faciendo,effugiſſent morbũ ſimilem,aut alium nouiſsẽt effugiſſe.Nec fas erat cuiquam ægrotantes præterire ſilentio, aut antequã exploraſſet quonam illi morbo laborarent.Cùm autem multis in locis iaceant regna, vel reſpublicæ tot qui numerari nequeant morbis, illiſque epidemiticis,in medium oculis omnium expoſitæ, quis eſt tã ferreus,qui non commoueatur ad ſubueniendum, vel re vel conſilio! nemo certè eſt,qui ſi homo eſt, hoc ipſum ad ſe non pertinere audeat aſſerere. ſed eo magis in me eſſet hoc ipſum reprehenſibile, poſt 23.annos & amplius iam in munere publicæ profeſſionis iuris vtriuſque cõſumptos, in excurſu quorũ veriſimile eſt,ſi nõ verũ putent omnes,me quædam annotaſſe vel perlegiſſe,quæ conueniãt curandis vel conſeruandis rebus publicis:ſi illis nunc ægrotis & laborantibus,remedia,quæ aliis quandoque profuerunt,non conferrem. Quamobrem,vt quod humanum eſt& commune debitũ perſoluã,& me à pœna legis Babyloniorũ liberem:otiũ,quod certè mihi exiguũ eſt,à quotidianis lectionibus impetratum & à publico munere reliquum,in conſarcinandis & emittendis libris de republica impendẽdum,vt conſilio aliquo publicam cauſam, imò & patriam ſi poſſem iuuarem,neceſſarium & iuſtum eſſe arbitratus ſum.Si id contigerit, Tibi Deo Optimo referẽdæ ſunt & ſoli gratiarum actiones: ideo & tibi hoc opus vt tuum dicatum eſt. Quòd ſi laborantium rerumpublicarum morbis præſentibus,nihil proſint quæ ſcripſimus,hoc tibi erit, voluntatis meæ candidum & non condemnandum teſtimonium, quod voluerim prodeſſe.

# PERIOCHA IN LIBROS XIII. PRIORES DE REPVBLICA PRIMI VOLUMINIS.

Prima pars operis De rebus. QVia mihi ſemper placuit methodus, quæ imitatur naturam, quam & ars ſecuta omnis eſt. Ideo in opere hoc inſtituto *De Republica*, faciliorem fore eius tractationem exiſtimaui, ſi à rebus quæ neceſſario in ea conſiderandę ſunt exorſi, deinde de perſonis quibuſdam in ea præcipuis, & poſtremo de actionibus circa adminiſtrationem exercendis, agamus:

Libri 1. cap.1. Proinde Deo duce, (cui, ſi quid in hoc labore, boni meditari, dicere aut ſcribere contigit, acceptum omnino referimus,) principio c.1. Quid ſit Reſpublica in genere demonſtrare conabimur, vt id de quo diſputaturi latiùs ſumus, intelligatur: quæ ſit eius materia, quæ forma, quale corpus ciuile, quod eius vinculum, & quis ſpiritus eam viuificet & contineat.

cap.2. Deinc.2.c. origo eius ſocietatis ab incunabilis repetitur: quomodo homines coierint in vnum, diſtinctique ſint in familias, opida, ciuitates, regna, & imperia.

cap.3. Et quia illa ſocietas & conuentus hominum, nominari & dici ſolet Ciuitas, dicitur c.3. quid ſit ciuitas, & quotuplex in cœleſtibus & humanis manſionibus, per genera inueniatur: de cęleſti triumphante & militante eccleſia, de nomine eius, quive ciues appellentur.

Libri 2. cap.1. Hinc tranſitus fit ad res corporales cõſiderandas, quibus reſpub. eget, in li.2. Ita prius c.1. agimus, de vrbis ſeu ciuitatis ædificatione.

2 In 2. de ædibus ſacris.

3 In 3. de arcibus ædificandis vel deiiciendis, & de muris vrbium.

4 In 4. de ſuburbiis & pomerio.

5 In 5. num expediat reipub. arces tutiſſimas habere.

6 In 6. de foro iudiciali & tribunalibus, in quibus opem iuſtitiæ implorantium aguntur cauſæ. Quomodo locus ille tutus, & ab armorum metu immunis eſſe debeat: déque abuſibus iudicum & aduocatorum præcauendis & emendandis.

7 In 7. de carceribus, eorúmq; in repub. neceſſitate & ſolicitudine.

8 Fori venalis tractatur in 8. ſolicitudo.

9 Et poſtea c.9. de aliis publicis locis & operibus agitur: vt de viis, theatris, balneis, palatiis & ædificiis publicis: vt ſcil. vtilia fiãt, nec oneroſa aut damnoſa ſint negotio publico.

10 Sed & c.10. adiicimus curam ędificiorum priuatorum, vt talia fiãt quæ ad decorem vrbis, & ad commodam tutámque habitationem eſſe poſſint.

Lib.3.c.1. Excipit liber 3. ſecundum, vbi de aliis rebus ſeu bonis & pecuniis agitur: quibus introducta & conſtituta reſpublica, eſt ſuſtinenda, & fouenda, non minus quã corpus Phyſicum neruis: quibus comparantur in robore maximo belli, pecuniæ, vt docet c.1.

2 Quæ autem ſit diſtinctio bonorum reipublicæ, docemus in c.2. ſeparatis & iudicatis patrimonialibus, domanialibus, reditibus ordinariis mutabilibus & immutabilibus.

Proinde & ſubſequenter de ærario, in quod deferantur in c.3. agitur. 3

Subinde de modis tractatur ditandi ærarium, c.4. & de cenſibus & ſic tributis rerum: 4

Vt in 5. de tributis & cenſu capitationis, vel cenſu perſonarum. 5

Indicamus verbo in 6. modos cum cauſis, alios exigendi vel extorquẽdi pecuniam à ſubditis, quibus neceſſitas, vel auaricia, vel tyrannis principum vti ſolent. 6

Elucidamus verò c.8. dubium quotidianum, nũ princeps ſecularis, reſpublica, tributa ab eccleſia poſtulare poſſit & exigere tẽpore maximę neceſſitatis: & quando & qua authoritate. Conſiderato ita ærario, & ſermone finito de eo locupletando, non fuit alienum ab ordine tradere, de eo conſeruando, quod fit in c.8. 7

Atque in his periodum ponimus tractationis rerũ pro republica neceſſario in genere conſiderandarum: quare ad perſonas in libro ſequente fit tranſitus. 8

In libro itaque 4. de quibuſdam perſonis in ſtatu reipublicæ certo modo conſiderandis, prout neceſſariæ ſocietati ciuili ſunt, tractamus. Atque in c.1. de populi generali in ciuitate vel in repub. diuiſione per ordines, ſtatus, ætates, & per alia ſimilia, agimus. II. Pars operis de perſonis. c.1.

In 2. de nobilitate nobiliúmque dignitate, & ignobilium ſtatu. c.2.

In 3. admonemus, quomodo principes, nobiles, plebeij, & alij abutuntur ſuis ordinibus: & de remediis quibus reduci in ordinem proprium poſſint, ne turbetur aut confundatur reipublicæ ſocietas. 3.

In 4. de peregrinis & alienigenis dicitur, qui cum ciuibus degunt: num & quando expediat eos admittere, déque habitatorum & ciuium propriè acceptorum diſtinctione. 4

Ab ſtatu priuato in 5. peruenitur ad magiſtratus, cuſtodes & executores ſeu miniſtros legum, priuatorum & ordinum directores: & docemus qui ex illis maiores & minores, qui negotia tantum publica tractant, qui priuati, qui iudices, qui non; ex quibus ſint eligendi, à quibus, & quales, & qua forma: num perpetui, aut temporales: num pretio comparandi de neceſſitate, finéque creandorum magiſtratuum. 5

Vt autem tales ſint, qui vtiles ſint & non noxij reipublicæ, indicamus in 6. cap. errata quæ accidere poſſunt, vel ex parte eligentium, vel electorum, cum remediis quibus putamus his ſubueniri poſſe. 6

Admonemus & in 7. alias perſonas neceſſariò deſiderari in republica, ſine quibus commodè in ciuitate vel republica viuere non poſſumus: & ita mercatores exigimus ad commercia facilius expedienda, aut cũ minima omniũ moleſtia: oſtendimus etiã quæ obſeruanda in commerciis à reipublicæ adminiſtratoribus circa merces, mercatores ipſos, & eorum iuriſdictiones. 7

8 In c. vero 8. non minus neceſſarios in republica Agricolas doce-
mus, pro victu & alimentis: quæve ſint eorum priuilegia.

9 Neque etiam artifices excludendos eſſe, vt vtiles, demonſtratur
in c. 9.

10 Verum ne turbentur ſingulorum vtilitates, conamur docere c.10
diſtinctionem inter perſonas adhibendam eſſe, & gradus honoris
atque dignitatis.

11 Et ne decipiantur extrincecis homines, adhibendam eſſe diſtin-
ctionem habituum veſtimentorum, ſecundum cuiuſque gradus
honeſtatem & dignitatem. vtque aſſequi id poſſimus, agitur in c.xj.
de modeſtia cuiuſque.

12 At num cenſores ſint hodie reſtituẽdi, iuxta morem Romanum
ac priſcum, pro reformandis moribus viuẽdi que licentia, & de po-
teſtate eorum, agimus c. 12. Sicque finem accipit perſonarum neceſ-
ſariarum in corpore ciuili contemplatio cum lib. quarto.

Liber 5. Quo circa pręparata materia circa quam reipublicę adminiſtratio
verſatur: nempe conſideratis rebus & perſonis reipub. Tranſimus in
quinto libro, ad actiones ipſius reipublicæ propius.

c.1 Atque in j.c. contemplamur ſpecies rerum publicarum ſeu ſpe-
cies gubernationis aut adminiſtrationis, iuxta conſtitutionẽ earum:
aut perfectas, qualis democratia, ariſtocratia, monarchia: aut ex
illis compoſitas & vitiatas.

2 Et in 2.c. leges conſeruandę democratiæ gratia latas, adferimus.

3 Inquirimus verò c.3. num monarchica melior ſit & vtilior admi-
niſtrationibus reliquis aliarum.

4 Firmamus verò in 4. monarchicam vtiliorem pluribus viſam.

5 Qui ſint verò fines proximi, quisve vltimus ſocietatis humanæ
vel rerum publicarum, docemus c. 5. & in quo lapſi ſint Ethnici in
opinione ſummi boni.

liber 6. Proſequimur libro ſexto, quæ ad monarchicam adminiſtrationẽ
pertinere videtur: & ibi inſtituitur ſermo de principatu & principe.

c.1 Atque in c. 1. probaſſe nos putamus, in omni ſocietate, eſſe ne-
ceſſariam alicuius dominantis, regentis aut imperantis authoritatẽ,
ſicque legibus diuinis & conuenire, & expedire omnibus.

2 Conuincimúſque erroris & impietatis c. 2. eos qui anarchiã pro-
bãt, & omnem dominationẽ & ſubiectionem pertinaciter reiiciũt.

3 Quid autẽ ſit in ſe, hoc eſt in propria perſona, princeps: quidve
ratione poteſtatis erga alios, quidve in vtraque cauſa, vt rectè im-
peret conſiderare debeat, aperimus c. 3.

4 Accedunt probationes à ſignificatione nominum, quibus princi-
pes honorantur, quę eos ſui muneris meminiſſe debere interpellant,
& ita docemus in 4. quare dicti ſunt qui regunt principes.

56789 Quare Dei & ſemidei in 5. Iudices in 6. Duces in 7. reges in 8. im-
peratores in 9.

10 Rurſum c. 10. aperimus rationem aliquorum nominum vſurpa-
torum in certis principatibus & regnis.

11 Indicamus quoque c.xj. vanam & inanem quorundam nominũ
vſurpationem, ſuperbam aut ſtultam titulorum principum cogno-
minationem vt cæteri eorum exemplo non deſipiant.

Vt & in 12. de impietate, abuſu principum circa vſurpationem ti- 12
tulorum diuinitatis & cultus diuini.

Déque alio abuſu in 13. dum ſe dominos abſolutè oluerunt dici, 13
& quatenus ita dici poſſint.

Atque in 14. de inditis nominibus quibuſdam principibus, iuxta 14
aliquam proprietatem, vel accidentalem cauſam.

De abuſu verò nominis regij, agimus c.15. 15

Et de inſignibus quorundam regum & regnorum antiquorum 16
in 16.

Vt in 17. de inſignibus quarundam ciuitatum, rerúmque publi- 17
carum.

Demùm antequam digrediamur ab appellationibus & diſtin-
ctionibus titulorum principatuum.

Addimus in c.18, quid de tyranni nomine antiqui & poſteri ſen- 18
ſerint.

Manifeſtantur in c.19. veri tyranni miſeriæ & pericula, inter quę 19
verſatur.

Mox in c.20. quędam retulimus de variis ritibus inaugurandi, 20
vel inueſtiendi principes de regno aut principatu: déque ornamen-
tis eorum, corona, ſceptro, diademate, & ſimilibus. Minimè autem
attigimus de inueſtituris maiorum & minorum vaſallorum, comi-
tum, marchionum, baronum & ſimilium: eò quòd hic maximè ſco-
pus noſter eſt de gubernantibus rempublicam cum poteſtate ſupre-
ma vel abſoluta dicere.

Quocirca in libro 7. verſamur potiſſimum in diſtinctione talium Lib.7.
principum, & principatuum: & de modis per quos ad illos perue-
nitur.

Sic c.1. agitur de diſtinctione generali principatuũ. In 2. de ſummi 1.2.
Pontificis principatu ſpirituali.

In 3. de diſtinctione principatuum temporalium, quando videli- 3
cet poteſtas eis ad tempus datur.

In 4. de perpetuis principatibus ex ſucceſſione delatis, iuxta mo- 4
rem qui magis vtilior videtur reipublicæ, quàm ſi ex electione da-
rentur.

In c.5. docetur, mortuo in principatu ſucceſſiuo, principe, relictis 5
pluribus aut duobus filiis, magis expedire regno & reipublicæ, vt v-
nus tantùm, íſque ſolus primogenitus, ſuccedat.

Etiam ſi is videatur inhabilis, quòd cæcus, ſurdus, vel ſtultus, vt 6
putamus in c.6.

Et in c.7. docetur, quoties hoc ius ſuccedendi, & ordo non fuit 7
ſeruatus, non bene rem ſucceſſiſſe exemplis.

Nothos tamen excludi ab hoc principatus ſucceſſiui poſſeſsione, 8
rectius quàm admitti debere nobis viſum, in c.8.

Cæterùm ſi ante ſuſceptum à patre principatum, filius inuenia- 9
tur primogenitus, & poſt ſuſceptum alius naſcatur: quis ex illis præ-
feratur in ſucceſsione patris: & quis primogenitus dicatur ad finem
ſuccedendi in principatu aperimus.9.

At ſi primogenitus regis moriatur ante patrem relicto filio: num 10

poſt mortem aui hic nepos præferatur patruis filiis viuentibus aui decedentis,iure repræſentationis:an non,explicamus c.10.

11 Sicuti illud fuſiſſimè explicamus vtrinque collatis ſententiis cõtrariis ca. 11. num principatus qui deuoluitur iure ſucceſsionis, capaces ſint fœminæ.

12 In 12. verò agimus de principatu, qui percipitur iure hæredita-
13 rio.&in 13.de comparato principatu per ſordes & pecunias.

14.15.16. In 14.de electione quadam principum per ſortem. vt in 15.de
17.18. creatione principum per deliberatã electionem: & de acquiſitione per contractus in 16. At in 17.agimus de inuaſione principatuum per ambitionem regnandi, homicidiis, ſceleribuſque funeſtatam. In c.17.de occupatione eorum per dolum & fraudes.

19 Subinde in 19.c.tractamus de nouo principatu, & de his quę in eo accidunt vt plerumque:déque legibus principatuum,quæ feruntur vel à principe,vel à populo,vel ab aliis.

20 Hinc & ſumpta occaſione agimus in c. 20.de legis imperio,quibus dominetur: & num principes legibus omnibus,an certis ſubiiciantur.

Liber 8. Principatibus diſtinctis in libro 8. proſequimur quaſdam qualitates quę pręcipuæ deſiderantur in imperante vel gubernatore reipublicæ.

cap.1. Et c.1.de bono & malo principe: de his item qui ab initio boni ſunt,poſtea mali,& qui contrà ex malis boni ſunt.

2 Quia autem præcipua cauſa boni principis dependet à Deo: de religione gubernatoris & principis, vt de fundamento reipublicæ tractamus in 2.c. atque de duobus extremis vitioſis, quæ ei vitanda ſunt:nempe de ſuperſtitione & impietate ſeu hæreſi.

3 Dehinc in 3.de honore & maieſtate principum, quæ vis in ea diuina ſit ab hominibus agnoſcenda.

4 Quomodo etiam hanc tueri princeps debeat & poſſit maieſtatẽ admonemus in 4.c.& vt per nimiam eius ſuperbiam,vel nimiam eius abiectionem poſſit amitti.

5 Atque ad dignitatem conſeruandam valde conducere putamus in 5.ſi princeps vitam probam,& à vitiis alienã ducat: ideo de continentia eius dicimus circa voluptates.

6 In 6.verò de conuiuiis & parſimonia principum.

7 In 7.de adulatione,quæ non minus nocet principi & reipublicæ, quàm intemperantia.

8 Quia verò principes vt plerumque neſcio qua vana & faſtuoſa curialitate adulari & placere omnibus ſtudent, neque cuiquam petenti ſe defuiſſe, aut quemquam à petitione excluſiſſe volunt videri, & tamen re ipſa fallunt petentes & nihil pręſtant: ideo de fide & conſtantia principum in c. 8.agendum putaui, in pollicitis exequendis,& in petitis non temerè aut indiſcretè concedendis.

9 Atque in 9.tandem, non eſſe gloriam aucupandam principi ex largitione profuſa, ſed in exequendo munere ſibi à Deo commiſſo.

Indicamus

Indicamus & libro 9.in c.1. quanta ſit poteſtas regia & monar- Liber 9.
chica, quæ ſuprema:quatenus extendatur,quæve ſint regalia. c.1.

Et in 2.de abuſu poteſtatis regiæ.c.2.

Diſtinctione facta rerumpublicarum & principatuum, propius accedimus ad artem ciuilem gubernationis, quæ requiritur tempore pacis.

Primùm in lib. 10. cap. 1. admonemus reipublicæ gerendæ & Lib. 10
adminiſtrandæ artem duplicem eſſe, vnam qua in pace, alteram qua 1
tempore belli egemus.

In 2.verò proſequimur de pacis arte, & tractamus de iuſtitia le- 2
gali.

In 3.de ſcientia & prudentia gubernatoris. 3

Latius iterum de arte regia.

In 4.c.& de prudentia requiſita circa pręterita, præſentia, & fu- 4
tura.

Dehinc in c.5.de prouidentia circa leges, earúmque conſtitutio- 5
nes & diſtinctiones pro ratione diuerſa.

Indicamus & in 6.errores lethales reipublicæ ortos ex ignoran- 6
tia diuerſitatis diſtinctionum rerumpublicarum.

Libro verò vndecimo,agimus de alia parte ciuilis ſcientiæ, & de Lib. 11.
militari arte.

Atque in c.1. agimus quando mouendum bellum, & quando iu- 1
ſtum vel iniuſtum ſit.

In 2.autem de conſultatione bellum præcedente. 2

In 3.de apparatu belli prouidendo. 3

In 4.de aliis obſeruandis in ipſo belli tempore. 4

Atque in 5.de legibus quibuſdã ſelectis ex iure Romano,de rebus 5.6.7.8.
militaribus.vt & 6.de perſonis militaribus.& in 7.de militum delictis: in 8.de eorum quibuſdam priuilegiis.

Dehinc in 9. de legibus quibuſdam pertinentibus ad diſcipli- 9
nam militarem,præpoſitorum & militum.

Vt 10.de legibus eorum quæ erga hoſtes ſeruandę ſunt. 10

Ad hæc quoque pertinere viſa ſunt, quæ de induciis.& fœderi- 11
bus placuit obſeruare inter pugnantes. idque c. xj.

Atque duodecimo capite de victoria, eaque regenda & conſide- 12
randa:

Et 13. de pace eiúſque conditionibus & vtilitate, eo quòd belli ſit 13
ille ſcopus.

Et poſtmodum de ea conſeruanda,capitulíſque pacis initis ab a-
liquibus exempla proponimus in c. 14. 14

Neque prætermittendum cenſuimus cap. 15. quæ à bello & fine 15
eius pendere videntur:nempe quæ ad captiuitatem ,captiuos, & ius poſtliminij pertinent.

Poſt leges de regenda republica tempore pacis & belli, diſpoſitóque & temperato corpore reipubl.operæ prætium & commodum viſum eſt, de religione,tanquam de ſpiritu qui eam animat & viuificat, tractare.

c. In libro 12. & proinde ordine in c.1. quid ſit religio docetur.

2 In 2.c.diſtinguitur vera religio à duabus pernicioſis extremitatibus,quæ ſolent loco religionis verę ſe authorare, nempe à ſuperſtitione & impietate.

3 Ideo in 3. originem veræ religionis & progreſſum indicamus, & quomodo ab ea in falſam degenerauerit populus.

4 Neque poſſe curā veræ religionis in republica, ſine eius periculo prętermitti,oſtendit c.4. cū ex ea quæ agenda, fugiēda,iuſta,iniuſta, vinculū populi cum Deo,cum principe & cum proximo,pendeant.

Quia vero antiquiſſima & incontaminata religio, non debet pendere ex arbitrio cuiuſq; priuati, aut ex pertinacia vel affectione ſingulorum, ſed ex ipſa veritate: neceſſarium duximus admonere de libris permittendis à principe, à quibus veræ & ſyncerę religionis pietas hauriri poſſit,cæteris prohibitis.

5 Quare in c. 5. agimus de libris & ſcripturis veteris legis diuinæ, ſeu veteris teſtamenti, & Rabinorum de Talmud, déque verſionibus bibliorum ſacrorum Hebraicorum in Latinum ſermonem.

6 In c.6.de libris nouæ legis euāgelicæ, & qui ſint recepti aut probati:idque verſione illorum in aliam linguam.

7 Et ſingulariter c.7. de libris ipſis Euangeliorum, & de ſuppoſititiis,vel corruptis ab hæreticis.

8 Subinde annectimus c.8. de vtilitate lectionis ſacrorum librorū, quæ aduenit laicis & clericis, ad conſolationem in malis,cognitionem Dei, vitæ æternæ manifeſtationem, tranquillitatem reipub. déque modo aſſequendi ſenſum eorum.

9 Et quia doctrina Eccleſiaſtica, fideique articuli aliqui,non tā ex expreſſis verbis ſcriptis ſacræ paginæ pendent, quā ex obſeruatione & traditione per manus ab Apoſtolis &Patribus primitiuę Eccleſię ad nos tranſmiſſa: ideo cap.9. de illis docemus, In omni republica Iudæorum & aliorum, vt Chriſtianorum,religionem non tam ſcripto quàm traditione conſtare.

10 Eſſe quoque præter prædicta teſtimonia, quorundam Doctorum & interpretum Theologorum ſcripta admonemus c.10. & quæ ſint illa quæ à fidelibus Chriſtianis admittantur.

11 Et in 11.oſtēdimus qui ſint libri Dei,& quæ in ipſis Deus,& quomodo ſcribere dicatur.

12 Et in c.12.de libris Sybyllinis,qui quondam habiti ſunt loco diuinorum oraculorum.

13 Rurſum c.13. de imaginibus,quæ pro libris rudibus & analphabetis etiam ſunt, de abuſu earum, de repreſentatione per ea diuinarum perſonarum:cur etiam in eccleſia retineantur,& de miraculis & prodigiiſque illarum & ſtatuarum.

14 Adiicimus & 14. impugnantium in Eccleſia imagines, errores, eorum authores & cauſas.

15 Et ne dubium relinquatur,refellimus in c.15. obiecta contra imagines:& conſiliamus vtriuſque teſtamenti veteris & nouæ legis locos,qui faceſſere alioquin videbantur.

16 Atque in c.16.explanamus quæ in eccleſia dicantur ſigna venerabilia,

bilia,& agimus maximè de ſigno crucis eiúſque miraculis.

Et ne ſimplices decipiantur impoſturis artificum, c.17. oſtendi- 17
mus rationem quarundam imaginū quę vi quadam naturali,vel arte,
ea quæ viuunt imitātur, & de figuris Dei vel Angelorū quibuſdam.

Quomodo verò diſtinguendus ſit verus vſus imaginum ab ido- 18
lolatria,& idolis prohibitis,18.c.admonemus.

Agimus & 19.de aliis idolis Ethnicorū. & c.20. de dæmonis ado- 19.20.
ratione ſacrilega.Poſtea c.21.de locis in quibus cultus diuinus exer-
cebatur ante Chriſtum.& In 22.de eccleſiis& templis Chriſtianorū,
ritibus & conſecrationibus & pollutionibus eorum. Conſequenter
c.23.de eccleſia prout eſt congregatio fidelium, déque oppugnatio-
ne eius per congregationem ſeu eccleſiam malignātium & dęmonū.

Sed quia nō ſufficit veram religionem in rempublicam fuiſſe in- Lib.13.
uectam,niſi ea ſarta tectáque, vt dicitur,conſeruetur in ſua puritate:
Et quia peccata eò pernicioſiora ſunt, quò fucum habent virtutis,
maximè dum induunt colorum & prætextum religionis. Idcirco In
13. libro de repub. vtile viſum fuit indicare & detegere ea in quibus
ſub pallio religionis peccari,& populus decipi poteſt,cum remediis
quibus occurri,vel antequam accidant,præcaueri poteſt.

Proinde in c.1.agimus generaliter de abuſu ſub prætextu religio- c.1.
nis vnde oriri poſſit, & de generalibus remediis.

Et in 2.c.ad ſpeciem deſcendimus, & proponimus quomodo col- 2
legia, monaſteria,fratriæ,religionis cauſa probētur,& vtilitates quę
inde accedunt reipub.

In c.3.verò, indicamus abuſus quoſdam eorum qui tales conflant 3
ſocietates ſub prætextu religionis, eodémque c. producimus duo
remedia,nempe reformationis & deſtructionis ſocietatis.

In 4.c.de tertio remedio,de non permittēdis nouis religionibus, 4
& collegiis,cum rationibus ex quibus lædi reſpublica poſſit.

Agimus in 5.c. de votis & ſacrificiis in religione, eorum fauore 5
ſanctitate & probatione, ſubiungimus autem mala & ſcelera, quæ
eorum prætextu commiſſa fuerunt,poſſintne committi, cum reme-
diis & præcautionibus ne accidant.

In 6.c.de religionis zelo, feruore, quo quis induci debet ad eam 6
ſtrenuè totiſque viribus defendendam, déque bellis ideo à ſingula-
ribus & publicis perſonis geſtis.

Addimus & ſtatim c.7. quomodo plures eo prætextu, religione 7
abuſi ſunt ad ſibi parādos principatus, & ad ambitionē cōplendam.

Vt quoque In c. 8. oſtēdimus eodem prætextu religionis vel cul- 8
tus diuini,deceptiones & crudeles actiones contigiſſe.

Sed in 9.c.remedia aduerſus talia commiſſa, vel ad eadem præca- 9
uenda detegimus.

Vt contra In 10.mala, ſubuerſiones dominationum & principa- 10
tuum in republica, quæ ex contemptu religionis proficiſcuntur, o-
ſtendimus.

Demùm In 11. tractamus de his qui ſub hypocriſi, religione abuſi 11
ſunt ad proprium captandum lucrum, ad tegendam deceptionem.

Sed In 12.c.tradimus remedia contra tales impoſturas. 12

13 In 13. de aliis impoſturis, prætextu religionis à Chriſtiani nominis perſonis inductis ſeu patratis.

14 In 14. de remediis.

15 Subſequenter In 15. tranſitur ad fauorem religionis circa bona eccleſiarum.

16 In 16. de abuſu eius in acquiſitione ſpiritualium vel temporalium.

17 Necnon 17. c. de abuſu religionis in detentione bonorum eccleſiaſticorum.

18 Quantum rurſum commendetur & fauorabilis ſit religio in dilectione proximi, & charitate commendanda, traditur in c. 18.

19 Quomodo verò abutantur hoc prætextu charitatis, plures ad luxuriam & voluptatem, adhibitis etiam remediis docetur in c. 19.

20 Conſideramus ita 20. c. & fauorem religionis circa immunitates datas eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis, vt Deo attentius inſeruiant.

21 Verum c. 21. abuſum immunitatũ & otij, remediáque quibus vel præcaueatur, vel emendetur, demonſtramus.

22.23 Quare & in 22. de immunitate aſylorum eccleſiæ dicetur. & In 23. de eius abuſibus, quibúſque remediis compeſcantur: & de his qui eorum immunitate vti nequeunt.

24 In c. 24. de miraculis veris, ex Dei poteſtate factis, diſputamus.

25 Et ne ignoretur qualia illa ſint, explicamus illorum verorum, & prodigiorum, & non verorum differentiam in 25.

26 Addimus c. 26. impietatũ magicarum præſtigia, & abuſum earum prætextu religionis.

27 Et in 27. antiquorum quorundam magorum mira prodigia & impoſturas: vt ſimilia qui præeſt reipub. poſſit diſtinguere, & ex republica explodere.

28 Proponimus c. 28. diſputatam quæſtionẽ. Num ea quæ a ſortiariis & maleficis ſeu lamiis fiunt, verè an fictè accidant: quò magiſtratus in his puniendis certius iudicare poſſit. Et c. 29. de ipſis lamiis & maleficis agimus. Sic & c. 30. de eorũ iudiciis. vt 31. de remediis aduerſus maleficia & maleficas. déque (c. 32.) exorciſmis & incantationibus morborum & maleficiorum: & quæ permittantur. Poſtremò c. 33. agimus de veris Prophetis, de vatibus & diuinis: eorúmque differentia, munere, diuerſóque modo prædicendi. De collegiis etiam Prophetarum Iudæorum & Ethnicorum.

Finis Periochæ librorum 13. Tomi primi De republica.

Aliorum librorum periocham habebis in initio tomi 2. Deo fauente.



# CAPITVLORVM LIBRORVM XIII. DE REPVB. ſeu ciuitate in genere.

## LIBRI I.

Cap. I.

*QVID res publica.*

2 *De origine & progreſſu ſocietatis cõiũctionis & coitionis populi in vnam rempub. ſeu ſtatum communem.*

3 *Quid ciuitas atq. de diuerſa ciuitatum maiorum & minorum cæleſtium, & mundanorum ciuiumque earundem in genere diſtinctione.*

De rebus corporalibus quibus indiget res publica. Lib. II.

1 *De vrbis ſeu ciuitatis ædificatione.*

2 *De rebus quibuſdam in ciuitatibus ſeu vrbibus & oppidis conſiderandis vt publicis.*

3 *De muris ciuitatum.*

4 *De ſuburbiis & pomærio.*

5 *De tutiſſimis arcibus in republica, principatu & regno ædificandis.*

6 *De foro iudiciali publico.*

7 *De carceribus.*

8 *De foro venali.*

9 *De quibuſdã aliis operibus publicis ciuitatis.*

10 *De ædificiis priuatis.*

De bonis & reditibus Reipublicæ. Lib. III.

1 *De neceſſitate bonorum publicorum & redituum in republica.*

2 *De diſtinctione bonorum reipublicæ.*

3 *De ærario reipublicæ, atque de modis quibus pecuniæ conquiſitæ ac coactæ ſunt ad vſus neceſſarios.*

4 *De tributis ex rebus reipublicæ ſolutis.*

5 *De cenſu & muneribus exactis à perſonis in vtilitatem reipublicæ.*

6 *De quibuſdam aliis modis conquirendæ pecuniæ, quibus quædam reſpublicæ vſæ ſunt, aut principes.*

7 *Num princeps ſecularis pro negotiis reipub. poſſit imponere vectigal eccleſiaſticis rebus & perſonis.*

8 *De conſeruatione ærarij.*

9 *Num expediat & probetur in cauſa reipublicæ potius habere, cogere & reponere theſauros: an contrarium.*

De præcipuis quibuſdam perſonis conſiderandis in Republica. Lib. IIII.

1 *De populi, ciuium & ciuitatis diuiſione.*

2 *De conditione ſtatus nobilium & ignobilium.*

3 *Errata quæ poſſunt accidere ordinibus ſeu tribus ſtatibus populi.*

4 *De extraneis ſeu peregrinis.*

5 *De magiſtratibus in republica & principatu.*

6 *De quibuſdã in quibus peccatur in cauſa magiſtratuum, & de remediis.*

7 *De mercatoribus & negotiatoribus in republica conſiderandis.*

8 *De agricolis.*

9 *De artificibus in republica neceſſariis.*

10 *De diſtinctione dignitatum in dignitate, honore, & ordine, neceſſaria in omni republica, ſeu populo.*

11 *De veſtitu.*

12 *De cenſoribus.*

De formis vel ſpeciebus rerumpublicarum, ſeu de diuerſis reipublicæ adminiſtrationib.
Liber V.

1 *De diuiſione ſeu diſtinctione generali rerumpublicarum, ſeu earum adminiſtrationis.*

2 *De Democratia, ſeu de recto populari ſtatu.*

3 *Num monarchia melior ſit & vtilior aliis generibus adminiſtrationum rerumpublicarum.*

4 *Quòd monarchiæ principatus ſit vtilior iterum.*

5 *De finibus rerumpublicarũ.*

De principatu & principe.
Liber VI.

1 *De neceſſitate principatus, & quod dominari & ſubiici ſit neceſſarium & vtile ſocietati humanæ, atque Dei, naturæque legibus conueniat.*

2 *De errore eorum qui dominationem & principatum ſpernũt.*

3 *Quid ſit princeps in ſe & aliis.*

4 *De nominibus principatus, cùrque primùm qui præſunt & dominantur dicti ſunt principes.*

5 *Quare principes dicti ſunt dij & ſemidei.*

6 *Quare dicti prĩcipes, iudices.*

7 *De nomine ducis.*

8 *De nomine regis.*

9 *De imperatoris nomine.*

10 *De nominibus communibus vſurpatis in regnorum quorundam principatibus.*

11 *De ſuperbis vaniſque nominibus & titulis à principibus vſurpatis.*

12 *De abuſu rurſum quòd principes dij voluerunt haberi & dici.*

13 *De nomine Domini quod principibus conuenire poteſt, & quando eo abuſi ſuperbè aliqui ſint.*

14 *De quibuſdam nominibus tributis principibus propter quaſdam proprietates vel aliqua accidentia.*

15 *De abuſu & odio nominis regis.*

16 *Inſignia quædam regum aliquorum particularia.*

17 *De inſignibus quorundam populorum, & cauſis.*

18 *De tyranni nomine.*

19 *De miſeria & periculis eorum qui per tyrannidem dominantur, & qui tyrannidem occupant.*

20 *De variis formulis creandi, vel inueſtiendi principes de regno, imperio, vel principatu alio.*

De principatuum diſtinctione.

Liber VII.

1 *De diſtinctione in genere primo principatuum.*

2 *De ſummi pontificis principatu.*

3 *De diſtinctione principatuũ temporalium.*

4 *De principatibus perpetuis delatis per generis ſucceſſionem.*

5 *In ſucceſſione regnorum, & principatuum, ex pluribus liberis ſuccedere primogenitum.*

6 *Num*

6 *Num filius mutus, aut ſurdus, aut aliter inhabilis, poſſit ſuccedere in principatu.*

7 *Quædam mala quæ contigerunt alicubi ex immutatione ſucceſſionis regni primogenitũræ.*

8 *Spurij num in principatu ſuccedere poſſint.*

9 *De quæſtione, ſi rex aut princeps ante adeptionem principatus filium genuerit primogenitum, & poſt adeptionem alium: quis præferatur in principatus ſucceſſione poſt mortem patris, an ille qui ante, aut ille qui poſt editus eſt.*

10 *De Iure ſucceſſionis principatus, quando ad ſucceſſores nuper defuncti pertinet: num ſi defunctus relinquat ex primogenito nepotẽ, & alium filium ſuperſtitem, præferendus ſit nepos patruo.*

11 *De principatu & imperio fœminarum, & num ex genere ſuccedant tanquam proximiores.*

12 *De principatib. delatis iure hæreditario.*

13 *De venali principatu, & de quibuſdam qui primum per pecuniam aut opum potẽtiam obtinuerunt principatum.*

14 *De electione regum per ſortem.*

15 *De electione principum per ſortem conſideratam.*

16 *De principatibus delatis per contractus.*

17 *De inuaſis principatibus per vim illegitimè & de ambitione regnandi.*

18 *De occupata tyrannide per dolum.*

19 *De nouo principatu.*

20 *De legis principatu.*

De qualitatibus quibuſdam pertinentibus ad principem.
Lib. VIII.

1 *De bono & malo princincipe.*

2 *De religione principis.*

3 *De honore & maieſtate principum & regum.*

4 *De ſuperbia, nimia deiectione & dignitate principali.*

5 *De continentia principum erga voluptates & exempla præclara eorum.*

6 *De menſa, cibis & conuiuiis principum parce factis.*

7 *De adulatione & quantum noceat Reipub. & principibus.*

8 *De fide & obſeruatione ſeu conſtantia promiſſionis principis.*

9 *De veri principis vera gloria.*

De poteſtate Regia.
Lib. IX.

1 *De Iuribus quibuſdam inſignioribus regiæ poteſtatis.*

2 *De abuſu poteſtatis regiæ.*

De arte adminiſtrandi rempublicam pacis tempore.
Lib. X.

1 *De duplici arte adminiſtrationis & regiminis reipub. in genere.*

2 *De Iuſtitia in gubernatione reipublicæ.*

3 *De ſcientia & prudentia principis & adminiſtratoris reipublicæ.*

4 *De Iuriſprudentia arte regia.*

5 *De legibus.*

6 *De generali errore principum & adminiſtratorum reipub. ex ignorantia qualitatis reipublicæ.*

De militari cura in republica.
Lib. XI.

1 *De bello in repub. gerendo*

¶

*vt iuſtum ſit.*
2 *De conſultatione præcedente bellum.*
3 *De apparatu & de eo quod præcedit ipſum bellum.*
4 *De quibuſdam obſeruandis tempore belli.*
5 *Leges quædam obiter relatæ militares, de rebus militaribus ex Iure Romano.*
6 *Leges quædam de militum perſonis.*
7 *De militum delictis.*
8 *Aliquot leges de militum priuilegiis.*
9 *Aliquot leges de diſciplina militari prepoſitorum & militum.*
10 *Leges quædam erga hoſtes.*
11 *De induciis ſeu treuga & fœderibus quædam.*
12 *De victoria.*
13 *De pace conſeruanda.*
14 *De captiuitate & iure poſtliminij.*

De his quæ in ſolicitudine reipublicæ ad religionem pertinent.
Lib. XII.

1 *Quid ſit religio.*
2 *De diſtinctione veræ religionis à ſuperſtitione & impietate.*
3 *De origine religionis veræ, verique cultus diuini: & quomodo degenerauerit in falſam religionem populus.*
4 *De neceßitate & vi ſeu effectu religionis.*
5 *De libris ad religionem pertinentibus.*
6 *De legis Euangelicæ libris probatis in ſacroſancta Religione.*
7 *De libris Euangeliorum.*
8 *De vtilitate & neceßitate lectionis ſacræ Scripturæ.*
9 *De Doctrina Eccleſiaſtica, ſiue ſcriptura, ſiue de traditionibus eccleſiaſticis.*
10 *De aliis libris ſeu ſcripturis interpretum ſacræ ſcripturæ.*
11 *De libris Dei.*
12 *De libris Sibyllinis.*
13 *De imaginibus.*
14 *De impugnatoribus ſacrarum imaginum.*
15 *De obiectis in imagines.*
16 *De ſignis eccleſiæ vniuerſalibus, & de ſigno crucis.*
17 *De aliis quibuſdam imaginibus, quæ naturali quadam vi ex aliis corporibus efformantur: vel arte, quædam viuentia imitantur.*
18 *De Idolis & Idololatria.*
19 *De aliis Idolis & falſis diis ethnicorum.*
20 *De dæmonum adoratione.*
21 *De locis in quibus cultus religionis ſeu Dei exhibeatur.*
22 De *Eccleſiis ſeu templis Chriſtianorum.*

De his in quibus prætextu religionis errari in republ. poteſt: & de remediis quibus iiſdem obuiam eatur, vel admiſſa iam emendentur.
Lib. XIII.

1 *De abuſu in genere ſub prætextu religionis, & de generali remedio*
2 *De ſocietatibus & collegiis religioſis, laudéque eorum.*
3 *Abuſus in genere collegiorũ, & remedia duo emendationis erratorum per reformationem inſtitutionis, & per deſtructionem collegij.*
4 *De tertio remedio cõtra abuſum religionis, de non permittendis facilè nouis religionibus aut collegiis.*
5 *De fauore religionis pro in* vo-
*voti ſolutione & ſacrificio: abuſu, & remediis.*
6 *De defenſione religionis & fidei.*
7 *De abuſu & prætextu religionis defendendæ.*
8 *Deceptiones & actiones crudeles prætextu religionis.*
9 *De remedio contra crudelia prætextu religionis commiſſa vel committenda.*
10 *De dominationis aut regni, & bonorum ereptione & tranſlatione per Dei voluntatem facta, ob contemptum religionis.*
11 *De his qui abuſi ſunt religione aut hypocriſi ab lucrum proprium, dominationẽ, ambitionem, & deceptionem.*
12 *Remedium contra prædictas aut ſimiles impoſturas.*
13 *De aliis impoſturis apud Chriſtianos ſub prætextu religionis factis.*
14 *Remedia contra deceptiones & dolos prętextu religionis.*
15 *De fauore religionis in bonis eccleſiarum.*
16 *De abuſu bonorum eccleſiaſticorum in acquiſitione, & de remediis.*
17 *De prætextu & abuſu religionis in retentione bonorum eccleſiaſticorum.*
18 *De fauore religionis ratione dilectionis & charitatis.*
19 *De abuſu dilectionis in religionis prætextu.*
20 *De fauore religionis circa immunitates ſeculares, perſonales, ob tranquillitatẽ animi otiúmque ſanctum conceſſas, vt Deo eccleſiaſticæ perſonæ diligentius inſeruire poſſent.*
21 *De immunitatum perſonalium otiíque in religione abuſu, & de remediis.*
22 *De eccleſiarum ſeu templorum aſylis & immunitate à pœna.*
23 *Abuſus immunitatis ſeu aſylorum eccleſiæ, & remedia.*
24 *Miracula vera ex Dei poteſtate.*
25 *De miraculis veris & non veris, & prodigiis.*
26 *De magicis impietatibus in religionis abuſu.*
27 *De antiquorum quorundã magorum quibuſdam prodigiis & impoſturis.*
28 *Num quæ ab ſtrigibus lamiis ſeu meleficis & ſortiariis fiunt, verè fiant.*
29 *De maleficio & maleficis ſeu ſortiariis & lamiis.*
30 De *Iudiciis ſortilegarũ & maleficorum.*
31 De *remediis aduerſus maleficia, maleficas & maleficos.*
32 De *exorciſmis & incantationibus morborum & maleficiorum.*
33 De *prophetis veris, & vatibus & diuinis.*

Finis Librorum Tomi primi.

## Proteſtatio Authoris.

MENS, animúſque meus fuit, eſt, erítque perpetuò Deo iuuante: nihil voluiſſe, cogitaſſe, aut ſcripſiſſe, & teſtis ipſe Deus, quod aduerſari, vel minima ex parte poſſit decretis ſacroſanctæ, catholicæ & apoſtolicæ religionis & fidei: aut quod velim, aut poſſit directè vel per obliquum retorqueri, aut referri in odium, inuidiámq; alicuius poteſtatis ſpiritualis, aut temporalis, ſeu ſecularis legitimæ, imperij, regni, principatus, reipublicæ, aut alterius receptæ & probatæ adminiſtrationis populi, moréſque conſuetos. Nihil enim deteſtabilius ſemper arbitratus ſum, illis qui mores regendi, & regnorum & rerumpublicarum antiquos, contra ius gentium, legémque Dei, turbare, confundere, & conuellere, prætextu cuiuſdam fucatæ reformationis conantur: cùm non ſit etiam reſpublica ex parte morbida ita curanda, nec mouenda Camerina. Et proinde ſi qui ſint, qui aliter me quippiam ſcriptitaſſe incuria vel lapſu inconſiderato deprehenderint, vel calumnientur; eos rogo & obſecro, vt intentionem meam potius ſequantur: & ſacroſanctæ religionis antiſtites, & cenſores ſeu inquiſitores, imperatores, reges, principes, reſpublicas, magiſtratus, & priuatos, ita meis indulgere ſcriptis: vt ſi quæ roſæ ſint in illis, prætermiſſis ſpinis, vel ſi videatur, in quãtum videbitur vtile & neceſſarium, auerruncatis: eas florere, emergere, & indigentibus communicari beneuolè & Chriſtianè patiantur.



# IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SANCTISSIMÆ ET incomprehenſibilis Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

## *DE REPVBLICA LIBER PRIMVS. VBI AGITVR DE REPVBLICA & ciuitate in genere.*

### *Quid Reſpublica. Cap. I.*

DICTVRIS nobis de republica, tanta moles tractandorum neceſſariò, occurrere videtur, vt ab ea me expedire non poſſe omnino, & ingenuè & verè profiteri debeam; multò minùs ſperans me omnibus ſatisfacturum, in hoc potiſſimum quo degimus infœliciſſimo ſeculo, in quo tanta eſt hominum audacia, tanta præſumptio & inſulſa temeritas, vt non dubitent ex arbitrio contra ius gentium ipſum prima principia rerumpublicarum, leges diuinas & humanas quæ de his ſtatuerunt, apertè & impudenter, vel abnegare, vel ad ſuos affectus audacter traducere: vt ſi illis obiicias iam à mille annis, à centum, vel alio tempore, aliter quàm ſentiant gubernationem talis reipublicæ ſeruatam benéque ſucceſſiſſe, tales eſſe leges principatus, tales imperij fundamentales: ſtatim, ò horrendę mentes & dæmonica ingenia! tibi obiiciant, quis conſtituit illas leges, quid prohibet quin illas mutemus? nónne & ab initio illæ non erant, vt & nunc deſinere nequeant? Vtinam quidem mutationes molirentur in melius! ſed hæc non eſt intentio, quamuis ſit prætextus ſæuiſſimarum tempeſtatum, & fuerit ſemper hominum ambitioſorum & cupidorum color, & fucus, qui multos antequam detectus fuerit, incautos decepit & trucidauit.

2 Miſera ſeculi conditio, non ſecus quàm phreneticorũ & furioſorum, quæ medicos non patitur peritos, vt ita inuitos oporteat ſanare & ſine ſpe retributionis alterius generis, quàm calumniarum. Mederi his tamen ſcribentium munus non eſt, neque eorum qui meliora vident, ſed infirmiore manu & poteſtate viuunt. Opus ſolius Dei qui nouit quę vtilia ſingulis, & ſecundùm delicta populorum vel opera pia, diſponit vitam rectorum, & ferè ſemper iuſtum furorem miſericordia temperat & iudicium.

3 Diu itaq; me,& grauiſſima de negotiis publicis ipſa tractatio, à pluribus ſępius & tamē non ſufficienter quantumuis multis expoſita, & hominum viuētium temerarium iudicium, in dubio detinuerunt, num de eadem ipſa quippiā ſcribere & in mediū proferre deberem, & diuerſis hominum cenſuris oppellam hanc ſubiicere. Atque ſæpe è digitis calamus excidit, dum ſatius putarem ſilere, quàm tot cōtrouerſiis quæ tam variè hodie ad fauorem & gratiam aliquorum reſoluuntur, me medium aut contra eorum ſententiam aduerſarium reddere. non enim vbique tutum vera loqui. quanuis vbique tandem ſua vi, palmam & victoriam reportatura ſit veritas. vincit tandem ipſius veritatis amor, & opinandi ſaltem facultas, quæ maximè in dubiis libera cuique eſſe debet. Videbunt & forſan principes quædam in noſtris commentariis, quæ nec ab aulicis audire, neque etiam ab illis quærere honeſtè aut tutò poſſint. literæ quæ conſulunt non erubeſcunt, neque adulantur: inſidiarum docent dolos, & cauendi modum, quem forſan aliunde ſine periculo diſcere non poſſunt. Vnde Demetrius Phalereus, vt recenſet Plutarchus in apophthegmatibus, rectiſſimè Ptolomæum regem admonuit, vt commentarios de regno & imperio compararet voluerétque. Quæ namque dubitant ſubiicere regibus amici, hæc deſcripta in commentariis ſunt. Et M. Varro exoratus à Cn. Pompeio, conſule deſignato cum M. Craſſo, ob conſumptam in rebus bellicis adoleſcentiam Reipublicæ conſuetudinem ignaro, de habendo ſenatu librum conſcripſit: quem ille ſecutus, tantus domi inter ſuos euaſit, quantus foris contra hoſtes fuerat, vt tradit Gellius.[a] Nolo tamē talia polliceri quę alij præſtiterunt. Neque etiā talis ſum, qui id mihi arrogare aut tribuere debeā, vt velim quæ dicturus ſum, vel pro lege haberi, vel pro veris à repugnantibus cenſeri. ſufficit enim, ſi more conſultantium, ſententiam meam ſine cuiuſquam præiudicio, aut alterius imminutione, dixero: liberū relinquens, & poteſtatem emendandi & contemnendi.

a libr. 14. cap. 7.

4 Chriſtianorum hominū eſſe duco, æquo animo emendare, & emendari. forſan & in noſtris his commentariis de Republica, quædā non omnino inutiliter inuenietur excogitata, aut tradita vel ordinata, & dato quòd multa videantur quibuſdam perperam appoſita: tamen ſi qua ſint, quæ poſſint prodeſſe & iuuare rempublicam, non me pœnitebit etiam ſuperflua immiſcuiſſe. Sicuti nec terra damnatur aut natura, quòd in arboribus aliquando pauci fructus inueniuntur, cùm plures multo inueniantur flores & folia. Adſit tantùm Deus, vt ſummopere efflagito cœptis, & noſtram mentem promouere ad meliora dignetur. Nec ignoro aliunde nihil adeò bonum reperiri poſſe, quin inuidorum & pernicioſorum morſibus expoſitum ſit. Solent quippe apes ex floribus mel conficere: cùm araneæ reliquáque venenata animalia, ratione propriæ venenatæ naturæ, eoſdem in venenum præſentiſſimum conuertant. Et, vt ait Ælianus Præneſtinus in prologo lib. de animalibus, οὐ γὰρ πάντα πᾶσιν ἡδέα, οὐδὲ ἄξια δοκεῖ σπουδαῖα πᾶσι πάντα. id eſt, *nunquam omnia omnibus placent, neque ſtudio videntur omnibus digna omnia.*

5 Poterunt quidā, nō inficior, forſan & abuti iis quę dicturus ſum: ſed

ſed & poterunt aliquo proſpero ſucceſſu, niſi fallor, vti, vt cæteris quibuſlibet rebus. quid enim ſentiant, quidve ſingulis arridere poteſt, non poſſum cōiicere: id tamē enitar, vt quæ mihi viſa erunt vtiliora Reipublicæ, qua potero animi ſynceritate, & candore proponam. Optio data eſt cunctis quid magis probaturi ſint, iudicare. Sufficit mihi, nihil à me dictum vel ſcriptum fuiſſe, alio animo quàm iuuandi Rempublicam, profiteri, & hanc meam fuiſſe mentem, hunc finem: quem ſi non ſim aſſequutus, nullus poterit tanmen, vt credo, iuſtè reprehendere voluntatem.



6 Exordiemur itaque à deſcriptione, ſi definitionem non dixeris, Reipublicæ, vt de quibus agendum erit, intelligatur veluti per epitomen. Reſpubl. eſt rerum & vitæ quædam communitas vnius ſocietatis, quæ efficit vnum quoddam corpus ciuile, ex pluribus diuerſis vt membris compoſitū, ſub vna poteſtate ſuprema, veluti ſub vno capite & vno ſpiritu, ad bene & commodiùs viuendum in hac mortali, vita vtque faciliùs ad æternam perueniatur.

7 Rerū appellatio hîc latiſſimè patet, ad res, perſonas & actiones pertinens: vt & poſſe contineri docuimus alibi[a]. Communitas, eſt id quod & publicum: quod populo commune eſt & ciuibus: ciues verò à coeundo, quòd in vnum coierint, & ſocietatem inſtituerint commodè & bene viuendi gratia, vnde illa coniunctio vnanimis, dicitur vnum ciuile corpus. Dixit Pomponius[b] tertium genus corporum, quod ex diſtantibus conſtat: qualia corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta, veluti populus, legio, grex. Caius autē Iuriſconſult.[c] Quibus permiſſū eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue alterius eorum nomine: proprium eſſe ait, ad exemplum reipubl. habere res communes, arcam communem, & actorem ſeu ſyndicum, per quem, tanquā in republ., quod cōmuniter agi fierive oporteat, agatur, fiat.

*a lib. 1. Syntag. iur. c. 1.*

*b l. rerum mixtura, 30. de vſucapio. lib. 41. 20. ti. 3. facit l. proponebatur, de iudic. P.*

*c l. 1. §. 1. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine vel contra eam agat. li. 3. P. tit. 4.*

8 Vtque in vno corpore phyſico, mēbrorum cōcordia & colligatione, actiones ſuas mens exerit & perficit, & vnico ſpiritu eadem membra colligat: ita vnum imperium, cum poteſtate vnius vel plurium vnitorum in republica regit, imperat, cuiq; vt membris, conuenientia, & leges dicit, cōcordiā firmat, & humanę ſocietati neceſſaria exequitur: cōmunicat cōmercia, actiones, & amicitias conuenientibus præceptis, quæ vel natura vel neceſſitas ſuadet per ſe inuiolata conſeruare. Nā homo, qui non eſt, aut non poteſt, aut nō vult eſſe in ciuili ſocietate: vel Deus eſt, qui nullius indiguus & ſibi ſufficiens eſt, vel beſtia, quæ non amat ſocietatem hominum. homo quippe animal ſociale, vt ait Ariſtotel. 1. polit. c. 2. Quia verò ea ſocietas humana eſt hominis vtentis ratione, neceſſarium eſt, illam quoque eſſe ordinatam cum diſtinctione eius quod rationi conſentit vel aduerſatur: vt ius ſit ordinatio ciuilis ſocietatis. Indicatio verò iuſti & iniuſti iudicium, diſtributione facta vnicuique iuxta id quod ſibi conuenit & illius vel ſuum dicitur, dum eum exigit ſocietas bona, per omnia æqualitatem arithmeticam, ſeu ſecundum proportionem quantitatis cuique diſtribui æqualiter: ſed ſecundùm proportionem geometricam & dignitatem, conſeruatis gradibus munerum & officiorum, vt neque in corpore phyſico membra omnia eundem habent a-

ctum aut munus, neque eiuſdem ſunt dignitatis. Quanquam ſingula proprium & conuenientem habeāt honorem in ſuo miniſterio. Vtque in fidibus ac tibiis, atque cantu ipſo, concentus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem immutatum ac diſcrepantem aures eruditæ ferre non poſſunt: iſque concẽtus ex diſſimilimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur & congruens: ſic ex ſummis & infimis & mediis interiectis ordinibus, vt ſonis, moderata ratione ciuitas conſenſu diſſimilimorum conſiſtit: & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu, ea eſt in ciuitate ſeu republica, concordia, arctiſſimum atque optimum omni in republica vinculum incolumitatis, quod ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poteſt.[a]

a *Refert ex 2. de repub. Ciceronis Auguſtinus lib. 2. c. 21. de ciuitate Dei.*

b *Cicero 2. de de repub. Auguſti. prædicto loco.*

9 Iuſtitia autẽ niſi ab authoritate alicuius qui ſupremam habeat poteſtatem, poteſt ſuum effectum conſequi: vnde Cicero [b] ait, ſine ſumma iuſtitia, rempublicam regi non poſſe. Et quot ſunt reſpublicæ tot debent eſſe ſupremæ poteſtates, in vnaquaque vna, ſicuti in vno corpore phyſico, vna anima quæ imperat, non duæ: in mundo, vnus deus, qui illud ex arbitrio moderatur.[b] Pro monſtro eſſet, imò impoſſibile, in vna & eadem republica duas eſſe ſupremas poteſtates æquales. Quod enim ſupremum eſt, in ſuo ordine priorem nõ admittit, niſi ſubordinetur ad aliquid. Si duas conſtituas, iam diuidi corpus ciuile oportet, & ex vna republica duas fieri. Iſta autem ſuprema poteſtas tamen, aliquando admittit adminiſtratores & diſtributores, duos, tres, aut plures: ſed illi tres aut plures ſeparatim, non habent ſinguli ſupremam penes ſe poteſtatem, ſed omnes ſimul vnam, vt in ariſtocratia, & democratia accidit. In monarchia autem, penes vnum rerum omnium ſumma poteſtas, à qua reliqui, qui ſub eo rempublicam vel principatum ſeu regnum per partes ſibi creditas moderantur, pendent: neque quicquam proprij in illis habere dicuntur, & ideo negotia commiſſa, non ſuo nomine, ſed principis vel tanquam delegati aut officiarij eius, expediũt. Et quemadmodum nec infirmior eſt manus, quòd ſit in digitos diſſecta, ſed eſt ad peragendum agilior: ita neque imminuitur poteſtas ſumma à pluribus explicata: & negotia multis in republica communicata faciliùs conficiuntur. Non enim committitur ſumma poteſtas, vt non ſeparantur digiti à manu, nec manus à brachio, nec brachium à corpore, aut corpus à capite. Sed quemadmodum virtus animæ per totum corpus & membra diffuſa, ſua per inſtrumenta exequitur mãdata: ſic ſumma poteſtas per miniſteria præpoſitorum, ſuam exercet authoritatem. Et ita poteſtates ſubordinatæ magiſtratuum, ducum, comitum, & ſimilium, non vtuntur ſumma poteſtate, quæ communicari non poteſt non ſecus quàm vnitas, ſed authoritate habentis eandem, cum effectu vtuntur. Vt ab vnitate, ſequuntur numeri alij duo, tria, & ſequentes, vt vnitas non ſit numerus, ſed principium numeri, vt punctus, non linea, ſed principium lineæ, quæ ex punctis conſequentibus oritur.

10 Quia autem verba perperam adiecta nõ ſunt, quæ deſcriptionẽ conficiunt, ea admonent nos pro genere, ſocietatem & communitatem poni, reliqua pro differentiis, à generali illa hominum naturali ſocietate. Rerum & vitæ ſocietas, materiam demonſtrat reipublicæ corpo-



corporis verò vnio cum membrorum concordia ſub vno ſpiritu, formam ſocietatis: bene viuendi verò intentio, habet cauſam finalem proximam: perueniendi autem ad futurum deſiderium, habet intentionem finalem, propter quam alia conſtituta ſunt. Colligitur autem ex omnibus neceſſitas adminiſtrationis, quę conueniat intentioni, & ad effectum illam perducat, & conſeruet, docetur & principatum veluti vnicum Spiritum, neceſſarium, artémque regendi, non minus quàm in vno corpore phyſico, vnius hominis exigitur. ratio in anima & intellectus agendorum, & eorum quæ demandari debent exequenda ſingulis membris. Non ſunt membra hominis vnius, omnibus actionibus accommoda, ſed ſub propriis debet conſeruari & informari. pes videre, oculus ire, auris tangere, manus audire non poteſt, quia ad illud non habet inſtrumentum aut organum. Nec etiam anima quæ nouit cuiuſque membri facultatem & actionem, idipſum ſed ꝓpria imperat, & ita omnino ſingula propria ſolicitudine curat, cuius exemplum prudens adminiſtratio quæ præeſt corpori ſocietatis, ſequitur, & ſingulis membris ſeu hominibus conuenienda proſpicit, & procurat. Primùm & pręcipuè totum corpus reſpicit populi, dehinc etiam ſingulares: ne dum tantùm vniuerſum conſiderat, contemptis partibus, ex quibus totum perficitur, totum ipſum deficiat.

11 Reſpublica nomen eſt cõpoſitum, cuius diuiſio pleniſſimè ſuam demonſtrat qualitatem, perinde ac ſi dicas publicam rem, vel rem ad populum pertinentem. hícque populus latiorem habet ſignificationem quàm collegij, quàm oppidi, quàm ciuitatis: quorum tamen multitudo & populus dicitur, ſed determinatione adhibita demonſtrationis particularis. vt dicimus populum ciuitatis Tholoſanæ, populum loci alterius. & dixerunt etiam canones, populum pro plebe, ſeu pro numero parrochianorũ certæ parrochiæ, ſi ad decem vſque homines congregati eſſent.[a]

Quod tamen propriè non admittitur, ſed veluti per ſimilitudinem ſocietatis vniuerſalis, vt ad exemplum reipublicæ dictum eſt quibuſdam licere habere corpus ciuile.[b]

12 Populi nomen plures quàm plebis, continet. Plebs ἀπὸ τῶν πλειόνων à pluribus dicitur. populus verò, ἀπὸ τῶν πολλῶν πλειόνων. i. à multò pluribus, quòd populus omnes ordines hominum[c], vt dicemus, complectatur. ſic vulgo quoque dicimus in Gallia, *le peuple*, pro vniuerſa cõgregatione & ſocietate hominum: & plebem vocamus, *le menu populaire, ou menu peuple*, quem vocant quidã per contemptum, *la populace*.

12 A populo, publicum dicitur: quaſi populicum, quod ad omnes de populo pertinet [d] vel pertinere poteſt: populares actiones, quæ & publicæ[e], popularia ſacra, vt ait Feſtus, & Labeo, quæ omnes ciues faciunt, nec certis familiis attributa ſunt, vt fornicalia erant & palilia. Quies hinc popularis & publica, omnium ſubditorum.[f]

Pronunciabatur olim litera o. pro u. in pluribus, vt etiam hodie ſolent Itali & Germani craſſiùs u. proferre pro o vel ou. inde & Valerius conſul Romanus ex primis à populo quem maximè tuebatur & obſeruabat, dictus Puplicola, & poplicola, quaſi populicola.

Populus ita multitudo hominum, iuris conſenſu & concordi com-

a *ca. vnio. 10. q. 3. c. 1. & ibi gloſſa. de electio.*

b *l. 16. quib. permiſſũ quod cuiuſque vniuerſi non.*

c *Nicolaus Perrotus ad 2. epigramma Martial. in Cornucopiæ §. plebiſcitum, de iure natural. apud Iuſtinia. l. 2. §. deinde cum difficile, de orig. iur. P. l. plebs. de verbor. ſignifi. P.*

d *§. 1. de public. iudi. apud Iuſti. Alcia. ad l. bona ciuitatis, de verb. ſigni. P.*

e *Rubri. de popula. actio. P. l. eũ qui, § in popularibus, de iureiur. P.*

f *l. 1. §. quies quoque, de offi. præfect. vrb. P.*

munione firmata, dedit nomen publicæ appellationi, ſiue abſolutè de populo imperij, vel de alterius ciuitatis vel regni multitudine agamus. Et ius publicum, vtilitas publica, res publica: quod ad ſtatum commune pertinet. Sicut & Vlpianus Iuriſconſ. *publicum* definiuit, *quod ad ſtatum rei Romanæ* (de eo enim publico in concreto rei Romanæ agit,) *pertinet*.[a] vt priuatus contrà, quod ad ſingulorum vtilitatem. ſunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim, vt & Caius dixit, [b] publicas res nullius in bonis eſſe: contrà, quæ ſunt ſingulorum. Et M. Terentius Varro notauit, aliud eſſe populi vniuerſi perſonarum, aliud ſingulorum, & quod populus eſt in ſua poteſtate (nempe ſi vigeat democratia) ſinguli in illius.

a *l.1. §. huius ſtudij, de iuſtitia & iur. P.*
b *l.1. de rerum diuiſ. li. 1. P. tit.8.*

c *Cicer. 2. de legib.*
d *§. plebiſcitum, de iure naturæ gentiũ & ciuili apud Iuſtinia.*

*Reſpublica*, inquit Cicero, [c] *nomen vniuerſæ ciuitatis eſt, pro qua mori & cui nos totos dare, & in qua omnia poſtea ponere, & quaſi conſecrare debemus.* Quem Iuſtinianus dixit populum [d] continentem omnes ordines, eius paraphraſtes dixit, δῆμον. δῆμος verò Græcis propriè dicitur ſignificare multitudinem, ſeu hominum multorum cœtus, à verbo δεῖν colligare, vt ſit δῆμος quaſi δεσμὸς, vinculum. quanquam non me lateat, & aliquando apud Homerum & alios, virum δήμου accipi pro plebeio, & opponi βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα. *regem*, inquam, *& virum nobilem aut præſtantem*, ſed id relatione & comparatione fit, non proprietate nominis. quemadmodum & in eadem ſignificatione Latini quandoque dicunt virum popularem, pro plebeio, qui potiùs plebeios quàm nobiliores ſequitur. ſic & popularem Plautus oppoſuit diuiti. *præſtat*, inquit, *diuitem eſſe ac popularem, quàm nobilem & mendicum*.

e *d. l.1. §. huius ſtudij, de iuſtitia & iure.*
f *vt in l. penul. de primipilo. li.12. C.*
g *vt dicitur de eo quod intereſt reipub. mulieres eſſe dotatas, nẽpe vt faciliùs nubãt, & repleant ciuitatem liberis hominibus. l.1. & 2. ſolu. ma. P.*
h *§. penul. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. in Inſti.*
i *§.1. de excuſatio. tutor. apud Iuſtinia.*
k *Ariſtotel. lib.3. politicor. cap.4.*

13 E republica eſſe & publicũ, vel ad publicam vtilitatem aliquid pertinere poteſt dici quatuor modis. Primùm, cùm in vniuerſum aliquid conſtituitur vt inſeruiat populo, & cuius vtilitas ad volentes etiam ſingulares perſonas ſeparatim perducatur, & illis communicetur: cuiuſmodi ius publicum dicitur verſari, in ſacerdotibus & magiſtratibus [e], quorum miniſterium priuatis patet. Secundo, publicum, quod vtilitatem tantùm publico ſeu populo confert ſimul, non ſeparatim ſingulis. vt ſiquando de ærario locupletando, vel de fiſco agatur, [f]

Tertio dicitur publicum per conſequentiam tantùm, quod tamen principaliter ad vtilitatem ſingulorum pertinet. [g]

Quarto publicum, quod in vtilitatem & cauſam totius corporis populi quidem inductum eſt. Sed ex conſequentia ad ſingulorum vtilitatem pertinet. vt intereſſe reipublicæ dicitur, ne quis re ſua male vtatur. [h]

Dicitur & aliquod authoritate publicum munus, vtilitate priuatum [i] vt tutela.

Generaliter & reſpublica dicetur & accipietur, pro ſtatu populi & negotiorum eius. Eóque modo Ariſtoteles. [k], *Reſpublica*, inquit, *eſt ordinatio ciuitatis & circa magiſtratus alios, & maximè circa id quod ſummam in ciuitate habeat authoritatem, etſi ſit principaliſſimum. Principaliſſimum autem eſt id quod vbique gubernat & regit ciuitatem: ceu in populari quidem, populus: in potentia verò paucorum, pauci.*

Conſtat



14 Conſtat itaq; hæc reſpublica, materia & forma, quæ paucis per ſpeciem protheoriæ ſeu præuiæ ſpeculationis, ante oculos proponere debemus. pro materia ſunt res ipſæ publicæ circa quas verſatur forma adminiſtrationis & publici ſeu reipublicæ.

Res iſtæ publicæ, in ſumma, vel corporales vel incorporales, diuinę & humanæ ſunt. inter corporales publicas & ad rempub. pertinẽtes, ſunt ciuitates, oppida, regna, imperia. & in illis, ędes ſacrę, theatra, vię publicæ, maria, flumina, caſtra, & ſimilia. plura quæ vtilitati cõmuni ſeu publicæ populi deſtinata ſunt, vt vectigalia & reditus publię.

Inter incorporalia publica & communia, religio, iura, mores, leges, & ſimilia.

Inter res, & perſonæ publicæ ſunt: vel cum authoritate proprię poteſtatis, vt principes, etiam ſacroſancti reges, monarchæ, imperatores, ſummus pontifex, ſacerdotes, & ſimiles. vel cum authoritate executionis poteſtatis publicæ, gerentes habentium poteſtatem perſonarum, quales ſunt magiſtratus eccleſiaſtici & ſeculares, iudices, legati, vicarij, vicem regum agentes, toparchæ, ſcribæ & notarij publici, & ſimiles.

Ad res quoq; pertinent, actiones quæ publicæ tantùm ſunt, cõſilia publica, comitia, bella, pax, induciæ, iudicia publica, & ipſa poteſtas & authoritas iudicãdi, aliáq; munera ſeu officia publica, vel realia, vel perſonalia, vel mixta, ꝓut ad cauſã publicã reſpiciũt & reip. vtilitatẽ.

Rurſum perſonarum & actionum publicarum miniſteria, cura & ſolicitudo, non ſolùm publicam cauſam: ſed etiam, authoritate publica tamen & eadem poteſtate, diſponunt cauſam priuatarum perſonarum. Separatum enim quidem eſt dignitate & poteſtate publicum à priuato: ſed quia publicum ſine priuatorum muneribus & perſonis eſſe non dicitur, ideo & coniunctum priuatum publico: vt publicum per ſe quidem conſiderari poſſit, tamen non niſi imperfectę, quia, vt dixi, ſine priuato eſſe nequeat, &, niſi authoritate publica, priuata dirigantur, & compellantur ſuos tenere ordines vt conuenit ſocietati, breui tempore reſpublica diſſoluitur. Quare diligenter cum publico & priuatum in adminiſtratione reipublicæ curandum eſt: ſed magis publicum omnium, quàm aliquorum ſingularis ratio procuranda. Vt medicus primum, dum membrum hominis ægrum eſt, propinat quidem pharmacum quod ex toto corpore malos humores educere poſſit: ſed ibi non ſubſiſtit, quin etiam loco affecto ſingularia adferat remedia: & ſi videat membrum aliquod incurabile, cuius etiam morbus ſerpendo alia ſana membra inficere poſſit, vt ſalua alia membra conſeruet, ſæpe abſcindi membrum putidum iubet. Ad quem modum rector reipublicæ, mores optimos bonis legibus inſtituit, reſpiciens ad totum corpus, & generaliter actus priuatorum communi bona lege & publica diſponit & format, facienda iubet, vitanda prohibet circa actiones, vt contractus, crimina, vltimas voluntates, iudicia, lites, reliquóſque actus, quibus ſocietas publica inſtitui & conſeruari poſſit aut reformari, diſponit communi regula, & iudices dat qui exequantur in hypotheſi & euentu ſingularium negotiorum. Et ſi quoddam intelligat membrum reipublicæ, nempe

aliquem ex ſocietate, in morbum ſeu peccatum aduerſus propriam ſalutem & ſocietatis humanæ incidere, adhibet localia κατ' τοπους, vt dicunt medici, remedia: & ſi membra putida ſunt & immedicabilia, quæve totam poſſunt ſocietatem inficere, nempe turbare, corrumpere, diſſoluere, aut tollere, ipſa membra authoritate eadem truncat, tollit & abiicit. Qua ratione quoque reſponſum eſt, & intereſſe reipublicæ delicta puniri.[a]

a l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P.

15 In republica rurſum cõmunicatio fit rerũ & officij perſonarum, prout alter altero indiget, proûtque iuſtè æquum eſt natura dictante ſeu ratione humana, alterum alteri opem ferre, coactis etiam hominibus ab vſu rationis alienis, ad hanc communionem vt propriam humanæ naturæ deſcendere.

Quid enim magis conuenit humanæ naturæ, quàm proprium ſanguinem diligere, quo omnes vt communi vinculo coniungantur, ab eodem patre nati, vnde nefas alteri inſidiari[b]: & contrà, intereſt hominis hominem affici beneficio[c]. & ſic compati membra membris, vt ait D. Paul.[d]

b L. 3. de iuſti. & iur.
c l. ſeruus ea lege de ſeruis export. P.
d 1. ad Corinth. cap. 12. verſ. 26.

Hoc fit in ſocietate politica & publica. ibi enim infirmi communi ope iuuantur, & defenduntur: qui ſe regere nequeunt, reguntur: ignorantes inſtituuntur & formantur legibus: agenda & cauenda illis iudicantur, impij emendantur. Ibi quiſque proprium munus priuatim agit rectè & ex legibus publicis: & nihilominus communi vinculo alteri coniungitur.

16 Habet exemplum ſectandæ ſocietatis homo & à ſeipſo, & ab omnibus rebus in quarum ſocietate aliquomodo participat, quia eſt epitome totius mundi, microcoſmos ſeu paruus mundus, vt nulla relinquatur excuſationis occaſio quin ſceleſtiſſimus creaturarum omnium ſit, ſi hanc ſocietatem & reipublicæ conſtitutionem & communitatem humanam auerſetur: multo magis, ſi eam turbare, deſtruere & cõuellere velit. habet in ſe ipſo corporis vnius phyſici membra, quæ ſi à ſocietate ipſa diſcedant animæ vnius, corruũt & intereũt. Videt quatuor illa prima elementa ceu principia totius corporalis compoſitionis, quanquam ferè contraria facultatibus, tamen inter ſe colligari quadam via media. vt terra frigida & ſicca, coniungitur ſocietati aquæ per frigiditatem, quæ eſt frigida & humida: aqua verò, per humiditatem coniungitur aeri, qui eſt humidus & calidus: & ipſe aquæ ſociatur per caliditatem igni, qui eſt calidus & ſiccus: & rurſum ignis per qualitatem ſiccitatis, ſociatur terræ, quæ eſt ſicca & frigida, vt dixi. ſic eſt ibi res publica elementalis, quædámque illis communia cum concordia, & quædam proprietate diſtincta. Vt in corpore compoſito ex quatuor elementis, ſocietatis elementorum communis retinet compoſitionem quæ craſis dicitur: & per diſcraſiam, vbi diſſidere incipiunt, minantur ſpeciei compoſitæ interitum, vbi illa ſubſtantia compoſita ex propria natura, incipit rebellionem elementorum ſentire. nam ex ea vel laborat: vel ſi reſtitui & pacari nequit, interit. In plantis & arboribus, radix vt imperatrix, truncum vnum adfert, ille plures ramos, rami diuerſa folia, diuerſos fructus, & in illa ſocietate trunci communicantes, vegetantur & creſcunt, & ſeorſum

fructus



fructus pariunt: verùm quandiu in illa ſocietate degunt. exciſi verò rami à caudice & ſocietate aliorum, ſtatim areſcunt, & deſtituti ope gubernatricis facultatis vegetantis, pereunt.

De membris animalium, ac hominum & plantarum, idipſum dicere licet, ſed vltra videmus nulla animalia ita fera, quæ in ſua ſpecie regulariter & naturaliter non ſeruent ſocietatem aliquam, communémque vitam, vt nunquam, aut niſi maxima cogente fame vel rabie, ſuæ ſpeciei animalibus inſidientur: quanuis aliqua ſint magis aliis in ſua ſpecie gregalia.

Societas & conſonantia in cœlo, communi virtute contenta, quanquam ſtellæ, cometæ, ſigna, proprias aliunde habeant naturas, proprium lumen, proprios effectus & motus. Quę dum turbabuntur, imminere vrbis interitum, ex ſacra pagina liquet, ante quem virtutes cœlorum mouebuntur, ſtellæ cadent de cœlo, ſeu ab illa ſocietate, ſol obſcurabitur, luna non dabit lumen ſuum, &c.[a]

Qualis adhuc ſit reſpublica & ſocietas cœleſtium angelorum, quis ignorare poteſt? vbi cœleſtes hierarchiæ, ordines ſocietatis ſubordinati, conſenſus & communitas obſequij Dei, vnanimis Dei cultus, cum quorum ſubſtantia participat anima hominis intellectualis, quæ ideo conformi pacis & tranquillitatis ſocietate, debet cum ſuis eiuſdem velut naturæ conſanguineis, vti, & præſtantiorem illam animæ ſubſtantiam cõſeruare irreprehenſibilem quoad fieri poterit: quódque mutuis bonis & aſſiduis ſocietatis inſtitutis efficere poterit. Pręcipuè ſi more angelicæ ſocietatis, ad Dei cultum præcepta & voluntatem exequendam diligens & intentus ſit. Qui eſſe debet ſcopus ſingularis ſingulorum hominum, & vniuerſarum ſocietatum rerum publicarum.

a D. Math. cap. 24. verſ. 29. Diui Lucæ ca. 21. verſ. 25. Ioel. 2. Eſaiæ 13.

17 Materiam reipublicæ, informat adminiſtrationis qualitas recta & proba, & bonis legibus & conſuetudinibus temperata, quæ formam dat. Alioquin enim ſocietas per ſe hominum, ſi hæc abſint, potius dicenda eſt coniuratio latronum & confuſio, quàm reſpublica. Et quo magis erit aliena à bonis legibus & inſtitutis, eo magis erit pernicioſior & ſcelerata, indigna quæ ſocietatis humanæ nomen habeat. Hominis corrupta natura & prona ab adoleſcentia ad malum,[b] niſi arte regatur, non poteſt diu in congregatione perſiſtere: &, ſi omnes ſine vlla certa bonáque forma viuendi degant, ſi æquali poteſtate confuſè aut per vim agere quod ſibi rectum & faciendum videtur, voluerit exequi, & ſine conſilio tueri.

b Geneſ. ca. 8. verſ. 21. math. 15. verſ. 19.

18 Quare in bene inſtituenda republica, illud fundamentale erit, vt ſint qui imperent, iubeant, & dominentur, & qui obtemperent: cùm fieri non poſſit, in multitudine, non eſſe qui egeant regimine, & qui alios regere non poſſint. Et proinde ſunt in ſocietate qui regunt tantùm, & non reguntur ab aliis: qui reguntur tantùm & non regunt, vel quia poteſtatem non habent, vel qui neſciunt. Sunt alij qui regunt & reguntur: nempe primi ſunt principes, monarchæ, qui à nullo alio quàm à Deo habent poteſtatem in ſibi ſubditos, & ita liberè regunt. Illi verò qui reguntur, ſunt ſubditi, quibus obediendi vel lege, vel conſuetudine, vel vi impoſita eſt neceſſitas. Qui regunt & regun-

tur, ſunt magiſtratus, duces, marchiones, iudices, qui accipiunt leges ſecundùm quas & ipſi viuant à ſuperioribus à quibus inſtituti ſunt: & regunt hiſdem legibus ſibi commiſſos, poteſtate & authoritate ſibi conceſſa, non proprio, ſed alieno nomine.

19 Omnium autem & gubernantium & legum & obtemperantium vnus communis finis, ad quem & propter quem alia ſunt quæ proprios & particulares fines habent tendentes, vel dirigentes ad eundem. Finis generalis totius politiæ & reipublicæ, eſt vtilitas publica ſeu populi, quæ & principaliter omnes vt vniuerſos conſiderat, & ſingulos conſequenter, quia ex populo ſunt, inſtituit, dirigit, & conſeruat in ſocietate illa publica, & breuiter, ad ſtatum reipublicæ pertinet.

20 Ad illum ſtatũ conſeruandum, primùm dominia rerum diſtributa ex iure gentium, veluti ad communem ſocietatem faciliùs conſeruandam, vt quiſq; ſeorſum laboraret, & ne in laboribus ab otioſis interpellaretur, néve res & cultura illarum negligerentur: agríſque termini impoſiti ne diſcordia turbaret ſocietatem.[a] Et diſtinctis dominiis, leges de commutandis rebus volentibus dominis, latæ: de contractibus licitis[b], pro acquirendis, amittendis & conſeruandis rebus, in quibus ius conſiſtit totum.[c]

21 Hinc etenim ſequuta commercia, quæ faciliorem reddunt ſocietatem hominum, in comparandis neceſſariis, & diſtrahendis ſuperfluis, ſine iniuria cuiuſquam, & pacificè.

Ita finis contractuum, commercia, facilia & libera: commerciorũ autem exitus tendit ad vtilitatem publicam, excluſis dolo, fraude, deceptione, & inæqualitate, quibus reſiſtitur per formulas & ſubſtantialia contractuum.

22 Eo pertinent obligationes quarum finis proximus ſeruare fidem datam ex neceſſitate[d] compulſionis, per actiones & iudicia.[e] hoc conuenit humanæ ſocietati[f] etiam, & dirigitur ad communem finem vtilitatis publicæ.

23 Vltimarum voluntates etiã leges conſequuntur prædictam contractuum neceſſitatem. æquum enim viſum eſt & conueniens vtilitati reipublicæ, vt quibus viuentibus datur libera diſpoſitio rerum in dominio exiſtentium, eiſdem detur dum viuunt & morituri ſunt, etiam de illis diſponendi facultas[g]. alioquin turbarentur ſocietates humanæ: & ſi non eſſet certa lex dans poteſtatem diſponendi de rebus ſuis, vel ſi non eſſent certæ & definitæ perſonæ ad quas poſt mortem dominorum res eorum tranſirent, ſequeretur confuſio, vt poſt mortem omnes ſatagerent vi eas occupare, imò & accideret, ſæpe inſidias fieri viuis poſſeſſoribus, vt illis ſublatis bona in prædam venirent audaciorum. Sed & arbitrium hominis, quod liberum eſſe debet maximè, adimeretur. Et proinde illis, aliíſque pluribus rationibus, quæ in hac ſucceſſionum materia ſuis locis commodiùs explicantur, reſponſum, intereſſe reipublicæ, ſuprema hominum iudicia ſortiri effectum.[h] & rurſum, intereſſe reipublicæ, ne cuiquam ius ſuum detrahatur.[i]

24 Finis proximus pœnarũ & vindictæ criminum, eſt nocentes punire,

a l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. P. c. forus, de verbor. ſign. vide quæ diximus li. 3. prælu diorum optimi iuriſconſulti. cc. 4. 5. 6. 7.
b dicta l. ex hoc iure. de iuſti. & iur. P.
c l. fin. de leg. P.
d §. 1. de obligationib. à finitione.
e à finitione actionis. §. 1. de actionib. l. 1. eo. P.
f in l. 1. de pact. conuent. P. l. 1. de pactis. P. c. 1. eo. tit. apud Gregor.
g l. 1. c. de ſacroſan. eccleſ.
h l. vel negare, quemadmod. teſta. aperian. P.
i l. 2. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P.



nire: cum vbi non eſt delictum, non ſit pœna.[a] Sed hic finis, hæc via puniendi, habet exitum in viam publicam: intereſt enim reipublicæ delicta cognita eſſe[b], & puniri[c]. nempe ne noxij alios inficiant, & vt tuta inter improbos ſit innocentia, & formidato ſupplicio coerceatur nocendi cupiditas.[d]

25 Fines ſunt artium proprij opera propria: vt architecti, domus: ſutoris, calceus: agricolæ, meſſis: & ſic de ſimilibus. at & domus neceſſitas, & calceus, & meſſis, & ſimilium, ad ſingulorum, & ita ad publicam vtilitatem diriguntur: ſic leges, de his quoque publica authoritate ſtatuerunt, ne inde fraudibus ſingulorum in præiudicium, vel dãmnum humanæ ſocietatis conuertatur.

26 Sic dicendum de inſtitutionibus puerorum & iuuenum, de mulierum & aliorum moribus, quæ omnia ſunt vel debent eſſe ſub cura diligenti gubernantium reſpublicas. Quia eorum corruptio pertinet tandem ad corruptionem totius corporis ciuilis, quod componitur ex illis, non minus quàm ædificium ex fundamentis & partibus integralibus conſtat. quarum neglectus ruinam tandem totius ædificij efficit. Neque etiam boni patresfamiliâs contemnunt vel modicum ſtillicidium, vel partem exiguam ædificij in tempore reficere vel conſeruare, metu, ne eius defectu paulatim tota contextura reſoluatur. Sicut enim deprauati mores ſubuertunt rempublicam, ſic emendati & bene inſtituti ad conſeruandam eam pertinent.

27 Proinde operæpretiũ eſt in republica quæ bonam habeat conſtitutionem, omnibus qui eam regere proſperè & fœliciter ſatagunt, non tantùm ſtudiũ ad vniuerſi conſideratione & conſeruatione dirigere, ſed vna etiam ad partes, & ad mẽbra bene inſtituenda, quæ poſſint diſpoſita ſecundùm proportionem totius, formam corporis ciuilis ſine vitio reddere. Sic ſolent ædificaturi prius ſeorſum lapides & ligna, aliámque materiam ædificio futuro conuenientem quærere, quæſitam dolare, quadrare, formaréque, vt partibus ædificij quibus deſtinantur, inſeruire commodè aut facilè poſſint, adhibent & omnes artifices reliqui hanc curam, vt materiam priùs conquirant, eam diſponant, dehinc ad perfectionem artificij perducant. Sunt & ſingulis artificibus inſtrumenta propria paranda, quibus poſſint bene aut facilè artis peritiam ad operis perfectionem perducere. Niſi materia eligatur, & rudis priùs diſponatur & poliatur, & ſuis conuenientibus locis inſeratur vel conglutinetur, ars inutilis eſt artificij, vt contrà accommoda materia, niſi per artem & inſtrumenta neceſſaria dirigatur, non poteſt opus perfectum aſſequi.

28 In omnibus enim actibus & negotiis, quæ ad ſuã peruenire debent perfectionem, tria præcipuè requiruntur: materia propria, ad ſuſcipiendam formam, & ars ad illam imprimendam vel concedendam, vel imprimendam cum ſuis inſtrumentis, tanquam medium: & ipſa forma, quæ eſt terminus, ad quem per medium artis & diſciplinæ à materia peruenitur.

29 Sic in opere perfecto reipublicę, oportet priùs materiã diſponere, vt ad ſuſcipiendam formam ſit idonea. Pro materia ſunt, vt dixi, res, perſonæ, & actiones populi, in ſingulari & ſeparatim: ſtatus per-

a in l. ſi pœna. l. ſancimus de pœn. P. l. crimen paternũ. C. eo titu. c. 2. de conſtitutio.
b l. eum qui nocentem, de iniur. P.
c l. ita vulneratus ad leg. Aquil.
d ca. factæ ſunt autem leges. 4. diſtinct. ca. non fruſtra. 23. q. 5.

fectus reipublicę & forma, totum corpus ipſum reipublicę: medium, ars inſtituendi gubernandi & conſeruandi, per quam diſponitur quo modo res & perſonæ ſint diſtinguendæ, & habendæ, inſtituendæ, conſeruandæ, vt poſſint conuenire optimo vel bono ſtatui reipublicæ. Quæ latiori calculo poſtea venient, Deo fauente, in diſquiſitionem. Et perpendemus priùs populum ceu ciuitatem aut ſocietatem ciuilem in genere, poſtea in ſpecie, de perſonis ex quibus conflatur populus; déque legibus quæ ad particularem inſtitutionem earum pertinent, dehinc de rebus aliis reipublicæ, & poſtea de modo diuerſo adminiſtrationis. De principatu, & quæ ad illum & principem pertinent, de ipſo ortu, conſeruatione, mutatione, interitu rerum publicarum & principatuum. Atq; cum his ea quæ & in antiquis & nouis gubernationibus conuenientia inueni, & repugnantia, déque abuſu & peccatis quæ in his ſæpe accidunt & remediis, pro ingenioli noſtri captu, non ſine magna imperantium & obedientium ſeu ſubditorum vtilitate, niſi fallar, ad laudem Dei, vtilitatémque omnium tradere conabimur.

*De origine & progreſſu ſocietatis, coniunctionis & coitionis populi in vnam Rempublicam, ſeu ſtatum communem.*

## CAP. II.

QVVM populi nomen ſit multitudinis collectiuum, neceſſarium eſt ſub ipſa collectione inueniri & conſiderari diſtinctionem inter partes, quæ cùm ſit diuerſa, conuenit, paucis illam in præcipuis, quæ poſſint ad reipublicæ cognitionem facere, explanare. Itaque prima diuiſio ſeu diſtinctio populi, vt hominum perſonalis, ſingularium perſonarum eſt, ſexus, ab homine primo creato Adamo, à cuius vnitate numerus aliorum pendet, è latere priùs producta coniuge Eua: & ex vtroque, generatis reliquis mortalibus. Subinde ſecunda diſtinctio fuit generantium, & generatorum, & ætatis: dehinc mortuis primis generantibus, relictis filiis, ſingula cœperunt à ſe genitos ſeorſum procurare, & inde ſequuta diuiſio per familias ſeu domos, quarum numero continentur & filij, ſerui, ancillæ, & poſtea clientes, qui ſe principalibus familiæ, vel fœdere, vel fide deuinxerant, vel illis ſe commiſerant, vel bona ab illis colenda acceperant.

2 Coierunt in vnum plures familiæ, & in eodem loco habitarunt commodioris vitæ cauſa. Hinc vici facti, ex domibus coniunctis vicinalibus: dehinc ex vicis, pagi: ex pagis, vrbes aratro circumſcriptæ, muris clauſæ, politiori vita inſtitutæ, ex ciuitatibus rurſum ciuibus abundantibus, abducti coloni in proxima loca, vel in alias regiones vnde coloniæ dictæ, quæ obſeruarunt vt præcipuam originem, ciuitatem illam & patriam vnde ductæ fuerunt, & ideo matricem vt præcipuam coluerunt, ab ea leges acceperunt ei teſtimonium cognationis, tributis, ope, auxilio pecuniarum & perſonarum, dum opus fuit, præbuerunt. A matricibus rurſum, aliiſque vicinis ciuitatibus, alicuius



cuius viri ſuperioris electa induſtria, opera, & protectio: facta inde regna: ex pluribus ſubditis regnis imperium.

3 Quemadmodũ in ſpirituali hierarchia clerici eccleſiis diſtincti, per ſingulas ciuitates conſtituti presbyteri, [a] qui eis præeſſent: presbyteris Epiſcopi, alij maiores & de pluribus ſoliciti quoque prępoſiti donec ad vnicum põtificem maximum peruenitur per gradus. Sic vnitas in temporalibus & ſpiritalibus, ſub vno Deo, duarum poteſtatum ſpiritualis & temporalis, à quo ab vnitate, ordinatione diuina in partes omnis diſpoſitio totius corporis ciuilis pendet, ſicut vnguẽtum, vt ait Dauid [b]. quod à capite deſcẽdit in barbam, barbam Aaron, & in oram veſtimenti eius.

a *Actor. c. 14. verſ. 23. ad Titum. c. 1. verſ. 5.*

b *Pſalmo 132.*

In Geneſi mundi, Exodo, & aliis libris ſacræ paginæ, diſtincta politia humana & diuina, per generationes, domos, loca habitationũ electa, familias, & ante & poſt inundationem diluuij generalis.

Diſtincti principes generationum, & per familias primùm conſtituti [c]. Poſt diluuium item inter generationes Sem, Cham, Iaphet filiorum Noachi diuiſæ familiæ & gentes per orbem terrarum [d]. Et rurſum, ex duodecim filiis Iacob, ex duodecim patriarchis, id eſt primis patribus totidem diuiſiones generales: quæ rurſum per cognationes & familias fuerunt ſubdiuiſæ [e]. Subdiuiſa & tribus Leui per officia, miniſteria ad cultum diuinum pertinentia, per vices, per cognationes ab ipſo Dauide [f]. Et numerati à viginti annis & ſupra, quorum alij miniſtri delecti ſunt, alij iudices, alij præpoſiti, alij ianitores, pſaltes, canentes organis, alij cantores, alij vt Leuitæ qui ſtarent manè ad confitendum & canendum Domino, ſimilitérque ad veſperum, & ad obeunda ſacrificia, reducti ita in claſſes, collegia, & exigua corpora ciuilia.

c *Geneſ. 4 & c. 5.*

d *Geneſ. 10 & 11.*

e *Exodi 6. Numerorũ c. 1. & 2. & per decem prima capita primi libri Paralipomenon.*

f *Paralip. c. 23. & c. 24.*

4 Fuit aliquãdo tempus, quo exigua erãt regna, finéſque poteſtatis publicę anguſti, vnoquoque rectore ſuis cõtento, & nihil aut pauca à vicinis deſiderante, diligenter ſibi commiſſos paucos curãte, ſemota ambitione latius regnandi, aut ſubiiciendi ſibi alienigenas, vt ait Iuſtinus, in principio. Vnde antiquitus plures memorantur fuiſſe reges ſeu reguli, quos hodie dignaremur nomine Marchionis, aut Ducis, aut Comitis. Erántq; tunc veluti nati cum ipſa terra indigenæ αὐτόχθονες tam imperantes quàm ſubditi, & paucis legibus contenti, vt qui ex moribus conſuetis à maioribus traditis, viuerent pacificè, & veluti cum illis nati & his cum lacte aſſuefacti.

5 At vbi poſtea inceſſit dominãdi libido, vicinos ſubiugãdi deſiderium, inanis poſſidendi gloria, efferari cœperũt homines, ad bella, ad prędas conuerſi: inſtituta paterna & patria labefactata neceſſitas defendendi impoſita, nationes nationibus diuerſis coniunctæ, mixtæ, corruptæ: inſtituta diuerſa deſiderata, noui modi viuẽdi ex diuerſis pro occaſione oblata temperati: & ex malis moribus, bonæ leges reformatrices ortæ, debiliores populi à fortioribus ſuperati, illorum legibus regi cœperunt, abdicatis propriis.

Et hinc ſequutę ſunt rerum publicarum diuerſæ adminiſtrationes, populorum, ciuitatum oppidorum, & regnorum diuerſæ ſocietates.

6 Hoc tamen obſeruandum eſt, nũquam fuiſſe tẽpus, in quo non

fuerit ſocietas & cõmunitas aliqua vitæ inter homines: niſi vi aliqua ſuperiore coacti fuerint ab illa in ſolitudines abire, vt ridiculi mihi videantur, qui audacter adfirment homines primùm more ferarum vitam degiſſe in ſyluis & montibus ſolitariam, donec à quibuſdam in cœtum inducti ſunt. Quanquam veriſſimũ putem & admittamus tantum aliquando vitia hominum ſuperaſſe naturam rationis, quam obſcurarunt interdum, vt more ferarum cœtus ſuos ſeleges agerent: verùm cœtus, ſocietas, ſiue bonorum ſiue malorum hominũ, nunquam defuiſſe in humana natura exiſtimo verius, ſed non ſemper bene eos cœtus inſtitutos. Etenim qui bene philoſophati ſunt, & nulli dubium eſt, dixerunt,[a] hominem eſſe naturæ rationalis, animal ſociale, politicum, ſeu ciuile, quod proinde eſt. Quare, quòd ſeorſum aliquando habitarunt, more ferarum homines, hoc contra naturam, vt & quòd in vitia quæ rationi aduerſantur, lapſi fuerint. Ratio, qua genus hominum vt anima intellectuali donatur, & præſtat cæteris animalibus, naturalis & veluti connata & inſita in omnibus hominibus, hoc quoque naturale habet, vt ſinguli velint benè & cum ratione viuere vt etiam plures viri præſtantiſſimi, primam partem philoſophię bene viuendi arbitrarẽtur à natura ſola petendã[b]. cuius ſummum bonum eſſet omniáque à natura hominem conſequutum, corpore, anima, vita: & hominem partem vniuerſi. Sícque coaluit ſocietas naturâ, qua ſimile ſimilem ſibi diligit: diligenter ſequitur, & idipſum admittit, vnáque cum eo iucundiſſimè commoratur & degit. Neque aliud teſtimonium deſidero præter diuinum, dum Deus creato homine, dicit, *Faciamus & adiutoriũ ſibi ſimile, nõ eſt bonum hominem eſſe ſolum*[c]. Et alibi, ſapiens, *Væ ſoli, qui cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe*[d].

a *Ariſtotel. 1. politic. c. 2.*
b *Vide Ciceronem Academic. quæſtio.*
c *Geneſ. c. 2. verſ. 18.*
d *Eccleſiaſtes c. 4. verſ. 10.*

*Quid ciuitas. Atque de diuerſa ciuitatum maiorum & minorum, cæleſtium & mundanarum, & ciuium earundem in genere diſtinctione.*

## CAP. III.

ACoeundo dicti ciues, quòd vinculo quodam ſocietatis in vnum coeunt cœtum, & ſub iiſdem legibus viuant[e]. Ciuitas dicitur, ciuium vnitas, à ciuibus, & eſt ſocietas quædam,[f] & multitdo ſecundùm naturam, quæ ſpecie differt.[g] aut ciuium multitudo,[h] communio quædam ſimilium, gratia vitæ, & quàm maximè fieri poteſt, optimæ[i]. Et ita continet ea quæ ad vitã neceſſaria ſunt optimè degendam, ſiue corporalia ſiue ſpiritualia. ac proinde & ciuitas multitudo eſt domorum, agro & pecuniis ſufficienter abundans, ad bene viuendum.[k] ideo & gratiſſimus Deo cœtus, vt & nouerunt Ethnici, inter alios Cicero. *Nihil eſt enim* inquit,[l] *illi principi Deo, qui hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtúſque hominum iure ſocietatis, quæ ciuitates appellantur.*

e *Cicero in ſõnio Scip. 4. Academi*
f *Ariſtot. 1. polit. c. 1.*
g *Ariſto. 2 poli. c. 1.*
h *Ariſto. 3. pol. c. 1.*
i *Ariſto. lib. 7. poli. c. 7.*
k *Ariſtot. lib. 1. œconomi. c. 1.*
l *In ſomnio Scipio.*

2 Conuenticula hominum primùm dicta, ciuitates dicuntur. & continens pro contento, vocatur aliquando ciuitas: cùm tamen ciuitas



uitas incolæ ſint, locus autem definitus vbi coeunt ſimul, vrbs & ibi ędificia, vt Nonius Marcellus notauit. Ciuitatem non lapides, ſed homines faciunt. Ciuitatem ita D. Thomas dicebat,[a] eſſe principaliſſimum eorum, quæ humana ratione conſtitui poſſunt.

a *lib. 1 politic. c. 1.*

3 Societatum tres generales differentiæ, vna eſt ſpirituum intellectualium, alia corporalium, vt animantium brutorum, quam ſilentio prætereo: alia eorum quæ participant anima ſeu ſpiritu intellectuali, & corpore. Rurſum ſpirituum, duæ ſunt ſpecies ſocietatis, quæ vna tamen ab initio fuit: fuerunt enim omnes intellectuales ſubſtantiæ, & angeli dicti ſpiritus, creati omnes boni, & erat cœtus ille beatorum tantùm ſpirituum ciuitas cœleſtis, ſpiritualis, ſub vno principe Deo habente commodam & ſupremam poteſtatem, ſed poſtea ob ſuperbiam & ambitionem ſeparauit Deus ab hac ciuitate malos & ingratiſſimos ſpiritus, & in profundum abyſſi coniecit[b]. vbi facta eſt coitio & cœtus impiorum, & ciuitas dæmonis, ſub principatu principis tenebrarum, cum communione diſtinctarum pœnarum ex maledictione iuſti iudicij Dei[c].

b *Eſaiæ 14. c.*
c *Iacob. c. 1.*

4 Alia ciuitas & coitio hominum, in medio poſita, particeps rationis animæ & corporis. mundus eſt vrbs omnium hominum communis ciuitas magna. *Hæc noſtra communis omnium ciuitas, orbis terrarum*, inquit diuus Chryſoſtomus[d], *diſtinguimur loci ſitu, ſub communi tecto viuentes concaui magni cœli.* In iſta ciuitate, communis habitatio, communia omnia hominibus ad vſum illorum facta, ſub illo principe totius creaturæ Deo. *Et Domini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo*[e]. Data omnibus quæ in eo ſunt orbe, vtenda[f]: hîc leges omnibus communes ſocietatis, eſt vinculum iuris naturæ, ſanguinis ab eodem origine ſumpta proximitas, fraterna omnium dilectio, qua intereſt hominis, hominem affici beneficio[g]: & nefas inſidiari alterum alteri[h].

d *D. Chryſoſt. tomo 1. in pſalmum 48. Cicero 1. de legibus.*
e *pſal. 24. ver. 16. cana. quo iure 8. diſt.*
f *Geneſ. 1. & 3[illegible] 2.*
g *l. ſeruus ea lege, de ſeruis export. P.*
h *l. 3. de iuſti. & iur. P.*

5 Rurſum hæc hominum ſocietas, in duos cœtus generales in hoc mundo etiã diuiſa: vnus, dicitur ciuitas congregatio ſeu eccleſia bonorum & Dei; alius, ciuitas impiorum & dæmonis: Ad vtram velit enim homo, poterit referri. Quia homo inter ſuperna & inferiora viuens, particeps mortalis & immortalis naturæ, rationalis & ſenſualis, ſpiritualis & corporalis, relictus hic fuit in manibus conſilij ſui, & ſub libero arbitrio cuius ciuitatis poſt mortem corporalem velit fieri ciuis: an ſupernę, aut infernę. ſícque inſtituere poteſt hanc mundanam & terreſtrem ciuitatem, vt ab ea ſibi deligat vel gradus ad ſuperiorem: vel ſi negligat, præcipitium ad inferiorem, quandiu in hac mundana mediáve via peregrinatur, & ſpirat, poteſt dici animal ſociale, & conuerſationem habere vel cum ſuperioribus vel cum inferioribus, & cum mundi ciuibus, in ſocietate poteſt viuere politica vel œconomica cum reliquis hominibus bene aut malè: & ſi à conuerſatione illa ſui generis, ſic à malis abdicare velit, vt de alia ciuitate meliori incolenda cogitet, viuat autem in hac ea vitæ puritate & rectitudine, quæ admitti ad cœleſtem mercatur, cœleſtem ciuitatẽ aſſequetur, ope optimi maximíque Dei, qui & viam oſtendit, & conatus noſtros ſemper in melius ſua gratia & bonitate promouet, curren-

tem trahit & iuuat, tanquam ad proprium finem. *Non habemus enim hîc ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus*[a]. *Surgite & ite*, inquit Deus per prophetam Michcam [b], *quia non habetis hîc requiem*. Ad hoc enim hîc bené viuere ſatagimus, vt ad illam fœlicitatẽ, ſeu fœlicem ciuitatem, perueniamus, quò finalis terminus bonæ reipublicæ ſeculi reſpicit, vt ſuo loco poſtea dicemus. *Fide, qui vocatur Abraham*, [c] *obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt neſciens quò iret: fide demoratus in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus* [d]. Meminit de illa ciuitate & ciuibus eius, & quod nobis pateat, diuus Paulus [e], *Acceſſiſtis*, inquit, *ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem, & multorum angelorum frequentiam, & eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & ſpiritum iuſtorum perfectorum*. Hæc ciuitas deſcripta à diuo Iohãne [f], ſancta Hieruſalem deſcendens de cœlo, quæ non eget Sole, neque Luna, vt luceat in ea: nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius eſt agnus: habitatio Dei cum hominibus: in quam nihil coinquinatum ingredietur, aut abominationem faciens, aut mendacium: nec alij quàm hi qui ſcripti ſunt in libro agni, qui rectè vixerint, & ſecundùm leges Dei, quíque vicerint & ſuperauerint eis contraria. Deſignati iam ſumus ciues illius ciuitatis, & adoptati per eum qui Dominus eius eſt, etiam in hoc mundo viuentes: *cum filio enim ſuo, Domino noſtro* IESV CHRISTO, *omnia nobis donauit* [g], & nos regenerauit, & dedit poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, & ex Deo nati ſunt [h], vt plerique boni ſanctíque viri in hac mortali ſocietate, iam inter immortalis vitæ delicias conuerſentur & verum ſit de his quod D. Paulus ad pios ſcribit [i], *Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*. Et rurſum [k], *Noſtra conuerſatio eſt in cœlis, vnde etiam ſaluatorem expectamus Dominum noſtrum* IESVM CHRISTVM.

6 Hîc laudandus Plato, qui in dialogis de Republica, ſeu de iuſto, aliter quàm cæteri ſuam ciuitatem compoſuit, & inſtituit. Nam alij, velut humani, ciuitatem ſuam ad actionem magis inſtituerunt: ipſe verò, quaſi diuinus, actionem ciuitatis omnem tam publicam, quàm priuatam, potiſſimùm dirigit ad contemplandum ciuitatémque conſtituit ſui ipſius, antequam conſtituat orbis dominam, neque tam multis timendam, quàm multis gentibus venerandam cœleſtem Hieruſalem pro viribus, in terris expreſſam. In qua, ſublatis, contentionis vitandæ gratia, poſſeſſionibus, communia ſunt pro ipſo iure naturæ omnibus omnia, communis vt ſit copia, firma concordia, communis omnium voluntas, ideóque ad contemplandum ſemper expedita tranquillitas. Reſpublica verè ita Chriſtiana demptis aliis quibuſdam quæ immiſcuit: eáque dignior terrena actiua. Quantò enim, inquit Marſilius Ficinus in 1. dial. de iuſto, oculus præſtat manibus, caput pedibus, ratio ſenſibus, anima corpori, finis omnibus quæ diriguntur ad finem, ſtatus motui, æternitas tempori, tantò contemplatiua vita actiuæ præſtare videtur. Contemplatio enim actionis

a *Ad Hebr. ca. 13. verſ. 14.*
b *Mich. ca. 2. verſ. 20.*
c *Geneſ. 12.*
d *ad Hebr. c. 11. verſ. 8. & ſeq.*
e *ad Hebr. c. 12. verſ. 22.*
f *Apocal. c. 21. & c 3. verſ. 12. & 21.*
g *ad Roman. c. 8. verſ 32.*
h *D. Iohan. c. 1. & 4.*
i *ad Eph. c. 2. verſ. 19.*
k *ad Epheſ. c. 3. verſ. 20.*



nis & principium & finis videtur. Sic vtique ab ipſa contemplatione Dei, cœleſtes naturaléſque motus, & actiones omnes tanquam ab initio ducuntur, & reducuntur veluti ad finem.

7 Sancta & eſt in hoc ſæculo ciuitas piorum, & qui Dei verum cultum habent & timorem, eiúſque voluntatem exequentur, quæ dicitur Eccleſia militans, viſibilis, ſub poteſtate Domini, cuius caput eſt CHRISTVS [a], quæ laborat, donec in illam cœleſtem triumphalem transferatur, purgata hîc ab omni palea & macula: huiúſque ciuitatis Dei fundamenta iacta fuiſſe ſub Abele, à quo incœpit bonorum Eccleſia, traditum eſt. Nihil aliud enim Eccleſia, quàm ciuitas ſeu congregatio [b]. Hæc ciuitas Dei, & iuſtorum, generalis in toto orbe, quæ ad hunc vſque diem peregrinatur in hoc mundo, multis calamitatibus temporalibus obnoxia. Sic hæc ciuitas & eccleſia terreſtris militans, Dei, iter eſt ad illam ſpiritualem & triumphalem, ad quam tendimus, in qua multæ ſunt manſiones fœlices ad habitandum.[c]

8 Alia verò eſt ciuitas ſeu eccleſia in hoc ſeculo, viſibilis malorum & improborum. Traditur Cainum fratrem Abelis, parricidam eius, diaboli ciuitatem & impiorum erexiſſe, quia ex maligno erat & occidit fratrem, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iuſta [d]. Et quemadmodum dæmon Deo aduerſari conatur & operibus & creaturis eius, ſic inter ciuitates Dei & diaboli, pugnæ ſpirituales, & contraria inſtituta, ſub hoc mortali ſeculo. Angeli boni, auxiliares bonis: mali, malis adſunt contra bonos: perfecta & beatiſſima ſocietas ciuium cœleſtium, qui fruuntur ineffabili & ſempiterna fœlicitate & beatitudine. Infœliciſſima ſocietas ciuium infernalium, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat [e]. Vt veriùs continuum bellum & maledictorum aceruus, vel æternus pœnarum locus, quàm ſocietas vera dici mereatur: niſi ſocios tales miſeros dicamus eſſe pœnarum, qui adiudicantur illi ciuitati, & fiunt participes ſtatus eius: quibus dicitur, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Illa eſt Babylon, magna ciuitas, quæ facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & omnis volucris immundæ, & odibilis: quia de vino fornicationis eius biberunt omnes gentes, & omnes gentes & reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius, diuites facti ſunt: de qua dictũ eſt, voce de cælo, Exite de illa, populus meus, ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis [f].

Hæc ciuitas improborum, eſt ciuitas & congregatio ſeruorum dæmonis: *qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati* [g]. congregatio aquarum ſtagnantium putida infectio, colluuies ſordium, ſentina vitiorum, qua continentur latrones, fures, adulteri, homicidæ, prædones, piratæ, raptores, athei, proditores, blaſphemi, parricidæ, & ſimiles, quos ibi eſſe etiam refert Ariſtophanes [h]. Ibi manſiones plures, quia in gehenna diuerſæ ſuppliciorũ differentiæ, vt in cœlo præmiorum. Huius videtur quædam imago in ciuitate dicta Poniropolis, in qua collocauit Philippus Macedonum rex, improbitate inſignes, vt

a *ad Epheſ. c. 4. verſ. 15. & c. 5. verſ. 23.*
b *Eccleſia Catholica eſt fidelium multitudo, fide & charitate vnita c. legimus 93. diſtin. ca. multæ. 1. q. 1. ca loquitur 24. q. 1.*
c *D. Iohan Euang. c. 14.*
d *1. epiſtol. Iohan.*
e *Iob. cap. 10. verſ. 22.*
f *D. Matth. c. 23.*
g *Apocal. c. 18.*
h *D. Iohan. Euang. c. 24. verſ. 31.*
i *Ariſtoph. in Nebulis.*

falſidicos, calumniatores, & ſimiles[a], alia, & quæ dicebatur δουλόπολις Seruorum vrbs, vt ait Ephorus libro 5.[b]: niſi dicamus in illarum imagine deficere pœnas, quibus meritò tales cruciantur in illa ſulphurea & tenebroſa ciuitate.

a Suidas in verbo δούλων πόλις.
b ti. co. Suidas.

9 Conueniunt ciuitates iſtæ omnes in aliquibus, vt in aliis valde differunt & ſibi opponuntur. Vnus eſt omnium legitimus & ſupremus rex Deus, qui quod abſolutè vult, ſine cuiuſquam repugnantia poteſt exequi, vnde & appellatur omnipotens.

Omnes item ciues ſeu cuiuſcunque ſocietatis & ciuitatis incolæ, boni natura & ſubſtantia facti ſunt ab eodem Deo: *Vidit enim Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona*[c]. Imò ipſi dæmones, ſubſtantia & eſſentia boni ſunt: ex propria autem malitia, mali[d]: *creauitque Deus hominem rectum, ipſe autem ſe infinitis miſcuit quæſtionibus*[e].

c Geneſ. 1. Ecleſiaſt. c. 39. 1. ad Timoth. c. 4.
d Vide Iohan. Damaſc. lib. 2. de orthodoxa fide c. 4. & quæ diximus tomo 4. commentariorum ſyntaxeon, de angelis c. 4 & 12.
e Eccleſiaſtes c. 7. verſ 30.

10 Differunt autem iſtæ ciuitates, & moribus & inſtitutis bonis & malis: & quòd bonorum Eccleſia & ciuitas, remanſerit ſub bono, legitimo, & vero Principe Deo: improborum verò, rebellauerit contra legitimum principem, & à tyranno dæmone regatur. Quocirca ſemper rebelles, & qui apoſtatarunt à principatu & fide veri Dei, perſequuntur veram Eccleſiam Dei. Et inter iſtas ciuitates Dei & dæmonis, perpetua pugna quandiu ſubſiſtent in hoc ſeculo, & donec iudicium vltimum & generale fiat. Facto quippe poſt reſurrectionem impletóque vniuerſo iudicio, ſuos fines habebunt duæ ciuitates: vna Chriſti, altera diaboli, vna bonorum, altera malorum: vtraque tamen angelorum & hominum: iſtis voluntas, illis facultas non poterit eſſe peccandi, vel vlla conditio moriendi: iſtis in æterna vita fœliciter viuentibus, illis infœliciter, in æterna morte, ſine moriendi poteſtate durantibus: quorum vtrique ſine fine: ſed in beatitudine iſti, alius alio præſtabilius: in miſeria verò illi, alius alio tolerabilius permanebunt[f].

f D. Auguſtinus in Enchiridio, c. 111. lib. 4. ſent. Lomb. c. 49.

Tunc temporis boni à malis ſeparabantur finito bello, & conſummatione rerum adueniente. Interim nunc boni malis commixti: & vt accidit inter exercitus contrariorum principum, aliquando ex altera parte in alteram deficiunt, & peregrini hoſtes admittuntur: fiunt induciæ: nunquam firma pax. Nec apparet ſemper, qui mali ſint, cùm illi ex interioribus in hoc ſeculo penitus cogniti non ſunt. Quando verò apparet, interdum tolluntur, interdum ad pœnitentiam tolerantur, Deúſque permittit malos aliquando viuere: vel vt boni fiant, vel ad exercitium bonorum, vel vt ſe de inimicis per inimicos ſuos vindicet, vel vt non valde malos caſtiget per mala flagella. Sic Eccleſia hæc & congregatio ciuium in mundo degentium, eſt veluti bonorum & malorum receptaculum, bonis & malis conſtans: ciuitas cœli bonis tantùm, ciuitas vel habitatio inferorum, malis tantùm repleta.

Tempore quo Adamus deceptus à dæmone fuit, ſatan ſibi vindicauerat in homines & mundum imperium. At poſteaquam fuit impe-



rio deiectus, & præda illi adempta quoque ſingulari certamine per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, qui eum eiecit foras, vt ſcriptum, *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*[a]. Vnde principatus huius totius ciuitatis mundi Deo debetur: & iure legitimo, quia eius is ſolus author, creator, & Dominus, & iure redemptionis.

a D. Ioh. Euang. c. 12. verſ. 31.

Sed non omnino purgata hæc ciuitas à malis qui in ea ſuccreſcunt. *Exemplum*, inquit diuus Auguſtinus[b], *Domini accipe, conuerſantis in terra. Quare habuit loculos cui angeli miniſtrauerunt: niſi quia Eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi vt eius Eccleſia fures patienter toleret?*

b Tracta. 50. ad c. 12. Iohan. c. 12. exemplū 12 q. 1.

Hæc vita, iuxta ſententiam Dei quam explicat diuus Gregorius[c], quæ inter cœlum & infernum ſita eſt, ſicut in medio conſiſtit, ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen ſancta Eccleſia & nunc ſuſcipit indiſcretè, & poſt modum in egreſſione diſcernet. *Quis audeat*, ait Auguſtinus[d], *aut facere ſe poſſe credat, quod nec Apoſtolis conceſſit Dominus*[e], *vt zizania à frumento putet ſe poſſe diſcernere*? Et rurſum[f], *Eſt vnitas Eccleſiæ quæ latè patet, in ſacrandorum ſcilicet ſocietate & communione, quæ complectitur cum granis etiam paleas: quando eas corporaliter miſtas, ita partitur, vt neque illas iuſti vitent, neque ab illis iuſti vitentur. Sic ſunt in Eccleſia homines mali, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore.* Et diuus Paulus[g], *Scripſi vobis, Corinthij, in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiiſſe.*

c Homil. 38. Euang. ca. 15. hæc autem, 23. q. 4.
d lib. 4. de baptiſ. c. 12. & in c. quantus ead. 23. q. 4.
e Matth. 13.
f D. Auguſt. de vnico baptiſmo contra Petilia. ca. 14. & 15. & in ca. eſt vnitas 49. de conſecra. diſtinct. 4.
g 1. ad Corinth. c. 5. verſ. 10.

Cicero in ſumma libr. 1. de republica, vt refert Nonius Marcellus, ex populi multitudine ciuitatem conſtare dixit viuente. Seneca[h], *Duas reſpublicas*, inquit, *animo complectamur: alteram magnam & verè publicam, qua dij atque homines continentur, in qua, non ad hunc angulum reſpicimus, aut ad illum: ſed terminos ciuitatis noſtræ cum ſole metimur. Alteram cui nos adſcripſit conditio naſcendi. hæc aut Athenienſium coit, aut Carthaginenſium, aut alterius alicuius vrbis, quæ non ad omnes pertinent homines, ſed ad certos. Quidam eodem tempore vtrique reipublicæ dant operam, maiori minoríque: quidam tantùm minori, quidam tantùm maiori, &c.* In vtriſq; ciuitatibus rebúſq; publicis & vniuerſalibus maioribus & minoribus populus eſt: & vt aliquando quis iura ciuitatis in diuerſis rebuſpublicis & domicilium habet ſic & ex populo hoc mortali quidam ciues in mundo manentes adſcripti ſunt in maiori republica & diuina ciuitate.

h Seneca lib. de beata vita. ca. 31.

11 Ex generali hac mūdana ciuitate, & populo ſeu multitudine eius, prodierūt ſeorſum à ſe particulares diuiſæ alię ciuitates, quæ inter ſe quidem retinent commune quoddam vinculum, nēpe generationis & proximitatis naturę, & participant in eodē iure quo in genere inſigniti à Deo ſunt, rationis, quod dixerunt ius gentiū, quaſi quo iure omnes gētes vtantur. Et ius illud, naturale propriū hominibus rationis lumine inſignitis. Siquidē inquit Vlpianus[i], *Ius gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali recedere facile intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit:*

i in l. 1. §. fi. de iuſti. & iure. P. §. 1. de iur. natur. gent. & ciuil. apud Iuſtin.

*veluti*, vt ſubiungit Pomponius[a] Iuriſconſultus, *Erga Deum religio, vt parentibus & patriæ pareamus.* Et Florentinus[b], *vt vim atque iniuriam propulſemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur. Et cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe.* Cum iure naturali, quod natura omnia animalia docuit, commune habet ius gentium & hominum, cum brutis bonum, maris & fœminæ coniunctionem, quæ inter homines, coniunctione cum ratione vtentibus, appellatur matrimonium, liberorum procreationem, & ſpeciei ſuæ conſeruationem, & educationem genitorum, quæ communia ſunt cum brutis, ſed alia diligentia, nempe rationali. Ab hominibus, alia nempe incitatione naturali à brutis fiunt. Cognatæ ſunt res ipſæ cum brutis, ſed rationem nobis præcipuam Deus dedit eiúſque nos ſocios eſſe cum immortalibus voluit[c]. Alia natura eſſentiæ ſimplicis, alia plantæ, alia bruti, alia hominis, alia angeli, alia Dei. Quæ bruta faciunt, incitatione naturali, ea ſi homines ratione faciant, iure naturali facere dicuntur. Quæ bruta non faciunt, ea, ſi homines omnes ratione faciant, iure gentium faciunt, quòd & ipſum ius naturale hominum dicitur, & bonum & æquum, & naturalis æquitas, & naturalis ratio, & lex naturalis & natura.

12 Tria neceſſaria in ſumma colliguntur ad conſeruationem humanæ ſocietatis, & rerum omnium conditarum, quibus omnis ciuitas & congregatio humana vincitur & colligatur. Primùm, dilectio & amor, quòd omnia animalia ſe & ſuos tueantur, generent, & educent. Et hoc complectitur στοργὰς φυσικὰς[d]. Retinet coniugium amor: idem facit ex duobus corporibus vnum quoddam, *Erunt duo in carne vna*. Et maſculum & fœminam creauit hominem Deus[e]. Ex homine mulier facta à Deo, vt fieri non poſſit quin inter huiuſmodi perſonas, non ſit quædam naturalis eáque ſumma amicitia: cùm nemo ſeipſum, aut ſuam carnem odio habeat, ſed diligat & foueat[f]. Vt etiam in Ænigmate expreſſerit Plato in conuiuio, vel de amore[g], tria hominum genera olim fuiſſe, non ſolùm quæ nunc duo mas & fœmina: verùm etiam & tertium ex vtriſque compoſitum, cuius nobis extat nomen, ipſum periit. Nam in Adamo primum duplex genus, quia ex illius coſta Eua ſumpta & mulier: ex his progenies, quæ non potuit non amari[h], huícque prima ciuitas & cœtus, qui poſtea in vniuerſum mundum diffuſus.[i]

13 Alterum quod neceſſarium, & pariter datum à creatore fuit huic ciuitati ſeu cœtui vniuerſo hominum, ad colligationem & vinculum firmiſſimum, nempe notiones de moribus, de æquo & bono, de honeſto, omnium hominum animis inſculptæ, vt ſocietates creaturarum rationalium, cum propria natura viuere poſſent, non temerè aut inſtinctu corporearum affectionum more brutorum.

14 Tertium fuit prudentia indita quædam, qua proſpiceret ſibi, & neceſſitatibus quotidianis, præſentibus, & futuris. Et hîc conſtitu-

a l.2. eo.ti.
b l.3 eo.l.45. §. fi. ad leg. Aquil.P.
c M. Fabius Quinctilia. lib. 2. inſtitut. c.16.
d d.l.1.§.penul. de iuſtit. & iur. Xenoph. lib.2. Cyri pæd.
e Gen.2. verſ. 24. & 27. D. Matth. ca. 19. verſ. 4. & 5. I. ad Corinth. c. 6. verſ. 16.
f ad Epheſ. c.5. verſ. 29.
g Dialog. 25.
h Docetur à Plutarcho, libello, περὶ τῆς εἰς τὰ ἔγγονα φιλοστοργίας, accedit Gellius lib. 21. c.1. Iuſtinia. in l. vni. §. taceat, de rei vxo. actio. C. explicat Vlp. in l. ſi quis, à liberis, de liberis agnoſc. Seuerus & Antoni. in l. ſi C. de alendis liberis.
i Geneſ. cap. 10. & 11.



ſtitutum eſt ius, quod dicitur ius gentium & commune, vt naturale, cui & C. Cotta addebat iuris quoque naturæ eſſe & commune, & omnibus rebus natis viuere & mori. Communis etiam omnium poſſeſſio, acquiſitio eorum quæ terra, mari, cœlo, occupātur, & ſimilia,[a] fides, conſenſus, voluntas.

15 Ex hoc porro iure gentium, cœperunt ſeorſum fieri alij cœtus, aliæue ciuitates: & ſimiliter ex illis alia iura, quæ & ciuilia à ſeorſum factis & poſitis congregationibus ſeu ciuitatibus legitimis, dicta ſunt. *Ius* enim *ciuile eſt, quod neque in totum à naturali recedit, neque per omnia ei ſeruit: & ita cùm aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt ciuile, efficimus*[b], quod vel ſcripto, vel ſine ſcriptura continetur, ex moribus & legibus receptis à ciuitatibus[c], additis & promulgatis plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, authoritatibus prudentum, prætorum edictis[d]. Sic tamen proprio iure vtimur, vt commune omnium non contemnatur: imò verò per regulas generales & ipſam rationem iuris naturalis, ſic vita inſtituitur in ciuitatibus, vt conuenientia cuique habita conſideratione rerum, temporum & perſonarum diuerſarum, quæ magis conſona ſunt iuri cōmuni ſeu naturæ rationali, eligantur & præſcribantur. Atque ideo & ius commune quoddam vltra vniuerſale gentium, ciuitati ſeu vniuerſæ congregationi vnius ſubiectionis imperij regni, reipublicæ, conſtituitur. Et nihilominus in oppidis, vel coloniis, vel vrbibus ſingularibus, quædam præter illud, in aliquibus particulari quadam ex cauſa recepta aliter ac alibi ſunt. Et hoc eſt quod Caius Iuriſconſ. tradit[e], *Omnes populi*, inquit, *qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur.* Nam quod quiſque populus *ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur, vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.* Ita, quæ non omnes, ſed quædam hominum congregata in vnum locum multitudo, facit vtilitatis publicæ cauſa, ea fiunt ex proprio iure ciuili, quod ideo à nomine ciuitatis vel congregationis & nomen ſortitur: vt ius Athenienſium, Lacedæmoniorum, Romanorū dicimus, & ſic de ſimilibus.

16 Quomodo verò magnus cœtus ille, ſeu ciuitas mundana, diuiſa fuerit poſtea in partes, & cœperint cœtus alij ſeorſum coaleſcere, & ſacræ literæ admonent, & Iuriſconſulti explicant, ex iure gentium, ſeu ex cauſa, quæ omnibus gentibus viſa eſt & iuſta & commodior maximæ multitudini propagatæ adminiſtrandæ, originem habuiſſe ſecundùm neceſſitatem imperfectionis hominum, & exigentiam remediorum. Certiſſimum enim eſt hominis naturam perfectam fuiſſe creatam in ſua ſpecie, & naturalia illi opera & propenſiones fuiſſe ab initio ſine peccato ex iuſtitia originali. Et quòd donatus fuit homo triplici cognitione antè lapſum[f], rerum ſcilicet propter ſe factarum, quibus & nomina iuxta cuiuſque proprietatem cognitam, indidit[g]: item creatoris, & poſtremò ſui, vt quid deberet ſuperiori, quid æquali, non ignoraret: cognoſceret ita conditionem ſuam & ordinē, qualis factus eſſet, qualiter incidere deberet. Sed peccato interue-

a cap. Ius naturale. 1. diſtinctio. l. 1. de acqui. poſſe. re. § feræ. de rerū diuiſ. cum ſimi lib.
b Vlpia. in l. ius ciuile eſt. 6. de iuſt. & iur. P.
c Proximè citatis iuribus. §. conſtat de iure natur. apud Iuſtinia.
d Papini. in l. ius autem, 7. & Marcian. l. ſeq. de iuſti. & iur. P.
e l. omnes populi. 9. de iuſti. & iure. P. §. ius autem ciuile, & ſequētibus. § §. de iure natur.
f Magiſter ſententiarum lib. 2. diſtinctio. 23. c. d. e. tractatur. 12. 24. diſt. de potentia hominis, gratia & rectitudine hominis ante caſum.
g Geneſ. 2. verſ. 19.

niente, obſcurati ſunt ſenſus: & propenſiones illæ naturales, tranſeunt ſæpe in voluptatem reprehenſibilem: & per accidens opus malæ concupiſcentiæ, cum vitio ſuæ corruptionis ebullit in turpem quandam appetitionem & iniquitatem. Sicque poſt lapſum, pugna eſt inter peccatum, & quæ facienda ſunt cum rationis rectitudine, in quo laborat maximè liberum arbitrium, ſpiritus contra carnem, ſatanā, & mundi ſeu ſæculi inanes & noxias illecebras. Annotantur & hîc quatuor ſtatus liberi arbitrij in homine ante peccatum, poſt peccatum, ante reparationem gratiæ, & poſt reparationem, & poſt confirmationem. Ante peccatum ad bonum nihil impediebat: ad malum nihil impellebat: non habuit infirmitatem ad malum, & habuit adiutorium ad bonum. Tunc ſine errore ratio iudicare, & voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat. Poſt peccatum verò, ante reparationem gratiæ, premitur à concupiſcentia & vincitur, & habet infirmitatem in malo, ſed non habet gratiam in bono, & ideo poteſt peccare, & poteſt non peccare etiam damnabiliter. Poſt reparationem verò ante confirmationem, premitur à concupiſcentia, ſed non vincitur: & habet quidem infirmitatem in malo, ſed gratiam in bono, vt poſſit peccare propter infirmitatem & libertatem, & poſſit nō peccare ad mortem propter libertatem & gratiam adiuuantem: nondum tamen habet poſſe omnino non peccare, vel non poſſe peccare, propter infirmitatem nondum perfectè abſorptam, & propter gratiam nondùm planè conſummatam: poſt confirmationem verò, infirmitate penitus conſumpta, & gratia cōſummata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non poſſe peccare [a]. Per peccatum primùm homo proculdubio præter alias pœnas, incurrit & corruptionem, & depreſſionem liberi arbitij, & naturalia bona in ipſo homine corrupta fuerunt, & gratuita detracta. Quocirca propter hanc infirmitatem, & liberum arbitrium ad peccandum propenſiorem effectum eſt, vt inter homines quidam boni, quidam meliores, quidam mali, quidam peiores ſint. Et cœtus introducti ſunt, quibus quoad fieri poſſet, boni meliores fierent, & mali emendarentur, dictante hominis natura & ratione, quę quamuis obſcurata ſit & maculata, tamen abolita non eſt: *& gentes quæ legem non habent, tamen ea naturaliter quæ legis ſunt, faciunt* [b].

[a] *Vide de his apud Magiſtrum ſentent. lib. 2. diſtinct. 25. f. & g. Hugon. de ſancto Victore, lib. 3. ſententiarum. c. præterea ſciendū. & lib. 1. de ſacramentis parte 6. c. 16.*

[b] *Paul. ad Roma. 2. verſ. 14.*

Ex hoc iure ergo communi omnibus & gentium ſeu naturali hominum [c], primùm orta ſunt bella, non ſufficientibus diſcordiis ſedandis prauorum, ordinariis admonitionibus bonorum. Quia verò in bellis diſſenſus obtinuit, diſcretæ gentes, & ita ciuitates ſeu diuerſi fuerunt facti cœtus, regna condita, & reges facti, qui regimen & politiam darent aſſeclis: cuius facilioris modi cauſa, diſtincta dominia rerum, ne communio diſcordias pareret, agris termini impoſiti, quibus diſtinctio appareret: collata ædificia, quibus cœtus ſibi vicinam conferrent opem, & vt poſt diuiſionem rerum, communicare poſſent ſibi neceſſaria, & cum aliis coniungi, ſeparatis ciuitatibus vel nationibus, media quædam inuenta ſunt, quibus commercium facile communi omnium conſenſu fieret: emptiones nempe, & venditiones, locationes, & conditiones, & obligationes inſtitutæ. Cum his [d] ſedium

[c] *Hermogenia. in l. ex hoc iure. 5. de iuſtit. & iur.*

[d] *ca. Ius gentium. 1 diſtin. apud Gratianum.*



ſedium occupatio, ædificatio, munitio, captiuitates, ſeruitutes poſtliminia, fœdera, pax, induciæ legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita, manumiſſiones ſucceſſerunt.

17 Fuit autem neceſſaria hæc ciuium mundanorum per alias ciuitates & cœtus diſtinctio, primùm, quia ſimul non poterant propter multitudinem degere, & ideo per regiones neceſſariò diſtribui par fuit, vt habetur in Geneſi mundi [a]: & quia in regiones diuerſas tranſlati, iiſdem legibus per omnia viuere non poterāt, propter locorum qualitates & conditiones quibus oportuit inſeruire.

[a] *Geneſ. c. 11.*

18 Inter diuiſionis ſocietatis, maioris partes, cenſentur maiores eſſe imperia monarcharum quæ faciunt ſuas ex multis ſocietates. Imperium, ita dicitur, ciuitas ciuium vnitas, iiſdem legibus & vnius poteſtati ſubiectorum: quanquam habeat diuerſas & plures nationes & vrbes ſibi ſubiectas, diſtinctas quidem inter ſe: ſed tamen ſub vnius nominis ſocietate generali viuentes, idipſum de regnis, de rebuſpublicis aliis dicendum erit, in quibus non vrbes, non pagi, non oppida non ſeparant nomen ciuitatis, ſed tātùm loca, quibus illius ciues ſeparatim vel coniunctim degunt, & eorū habitationes diſtinctæ ſunt. In orbe Romano, qui ſunt, ex conſtitutione Antonini Imperatoris, vt ait Vlpianus [b], ciues Romani effecti ſunt & ingenuus cuiuſcunque prouinciæ habitanti Romæ & in Italia, exæquatus eſt, de eo Rutilius Numatianus.

*Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,*
*Profuit iniuſtis de dominante capi.*
*Dumque offers victis, proprij conſortia iuris,*
*Vrbem feciſti quæ prius orbis erat.*

[b] *l. 17. de ſtat. homi. lib. 1. P. ti. 5. & nouella 78. c. 5. §. fin. vt liberti de cætero aureo non indigeāt annulo &c.*

Et Modeſtinus [c], *Roma communis noſtra patria eſt.* Indicat & Iulius Cæſar [d] ciuitatem de multis pagis dici, cùm ait, *Omnis ciuitas Heluetica quatuor pagos habet.*

[c] *l. Roma. 33. ad municipales, lib. 50. P. ti. 1.*

[d] *lib. 1.*

19 Et hoc magis conſpicuum ex more condendi pagos & vrbes ad ſuſcipiendos ciues ſeu ſocios politiæ & morum & legum, quas, tot numero ædificabant quot ad eos continendos requirebantur: inter quas vna erat præcipua quæ & regia, vel communis omnibus. Et apud antiquos Hebræos, & alios vt plerunque, ciuitas, hoc eſt congregatio vel cœtus vnius ſubiectionis aut moris, aut, legis, tetrapolis dicebatur, quod ad minus quatuor haberet pagos aut vrbes. Et Xenophon [e], *Antiquitus monopolis vrbs ruſtica erat: dipolis, opulenta, tripolis quæ prouinciæ caput eſſet, tetrapolis verò regia, quam toti regno & 12. principibus regni colonijs aut priſcis præfectam. vt Samothracia, in qua tetrapolis conſtituta. ex Samo Neſſo, Tracia duodecim primis poſt Atticum diluuium vrbibus præfuit.* Et Strabo in Geographia ait quoque, Samothraciam fuiſſe tetrapolim ex his vnam, quæ Same & Samos dicta fuit. Colligunt & Rabini iuxta exempla propoſita à Moyſe [f] numerum filiorū Iſrael fuiſſe duodenarium, & ipſum ducem ipſorum fuiſſe quadrivxorium, & ita ſingulos populorum duces fuiſſe quadriurbios: vt ducem Kyriath, Arbag, & Nimbrotum ducem Chaldeorum, fuiſſe quadriurbium, quia ſedes eius fuit Babel, Arat, Acat, Calanne. Regia quoque Nini quadriurbs fuit. Niniue, Fora, Cale, Reſe. Quadriurbius & fuit

[e] *Xenoph. in fragmentis.*

[f] *Geneſ. c. 10. Annius Viterbienſis in cōmentarijs ad Xenophontis fragmenta.*

a Cicero in 6. Verrina.

b Pictor de origine vrbis Romæ ſubſcribit Varro 4. de lingua Latina.

regia Hieroſolyma, Sion, Moria, Iebus, & Salem. Cicero[a] item ait Metropolim Siciliæ, conſtare quatuor magnis vrbibus, Tike, Archedina, Neapoli, Inſula. Secundum etiam Fabium Pictorem,[b] Romulus, Romam in vrbem conuertens, totum collem Palatinum cinxit, & tetrapolim reddidit, conſtantem, Roma, Vellia, Germallia, & foro. In ipſa Iani & Etruſcorum regia Etruria tetrapolis Harbanum, Volturna, Vetulonia, Para Tuſſa, ſiue Sara Tuſſa, id eſt princeps ſeu haſta principalis vel ſceptrũ. Troianorum & ciues diſtributi in Phrygios, Dardanos, Troes, Ilienſes.

c Ex Ariſtot. 3 politic. c.1. l. quod attinet, de regul. iur. P.
d ex Ariſtotel.
e Ariſto. 3. poli. c.5.
f Ariſto. 3. politi. c.3.

20 Quia autem diſtincta habitatio hominum eiuſdem ſocietatis, non facit quominus conciues dicantur: Sic contrà hoc veriſſimum efficitur ex ſuperioribus, ciuem habitationem non facere: alioquin enim & peregrini, & ſerui ciues eſſent, quos tamen à ciuium numero conſtat:[c] alienos & verè ciuem dixerũt[d] cui habilitas eſt participãdi poteſtatis publicę deliberatiuæ & iudiciarię: poſſe præeſſe & ſubeſſe[e] ad bonum ciuem quoque pertinere. Illud quoque verum eſt, non omnes illos dicẽdos ciues eſſe, ſiue quibus ciuitas eſſe non poſſit, cùm neque pueri ciues, ita non ſint, vt viri: ſed hi quidem ſimpliciter, illi verò ex ſuppoſitione, ciues enim ſunt, ſed imperfecti[f].

g l. qui ex vico 30. ad municipa. lib. 50. P. ti. 1.
h In l Inſulæ 9. de iudicijs li. 5. P. ti. 1.

21 Neque omnes nunc qui extra vrbem ſunt, ideo minus ciues ſunt, quia & quidam qui alibi domicilium habent, ius ciuitatis retinent & priuilegia. *Qui ex vico*, inquit Vlpianus, *ortus eſt, eam patriam dicitur habere reipublicæ ille vicus reſpondet.*[g] & rurſum,[h] Inſulæ Italiæ, pars Italiæ ſunt & cuiuſque prouinciæ.

22 Cæterum ciuium variæ fuerunt, poſſuntque etiam nunc eſſe in ciuitate ſpecies ſeu differentiæ, ratione poſſeſſionis iurium ciuitatis vel munerum, aut honorum reipublicæ. Cùm enim varia ſint ciuitatis & ciuium iura: aliqui qui omnia iura obtinuerunt, dicuntur optima lege ciues: qui aliqua tantùm, non ita plenè apud Romanos erant ciues illi, qui domicilium, tribum, & honorum poteſtatem, eſſent adepti. Non ita qui tãtùm domicilio, tribu, aut poteſtate ſolùm honorem ciuitatis ius habebant. Domicilium enim etiam inquilini, & tribum libertini obtinuerunt, ſed non honores. Qui autem è municipiis fuerunt, quanquam tribum atque honorum petitionem eſſent adepti: tamen quia domicilio caruerunt, non ingenui ſeu pleni ciues Romani, ſed municipes dicti ſunt: quòd ſe cum rebus ſuis commigraſſent Romam, pleni & perfecti ciues efficiebantur. Videtur & prima nominis ciuis cauſa, pendere ex eo quòd intra ciuitatem ſeu vrbem domicilium eſſet, & poſtea exemplo eorum qui ibi domiciliũ haberẽt, communicatum aliis ius videtur, ſed tempore mutatis moribus aliter atque diuerſo modo ciues cœperunt haberi.

LIBER



# LIBER SECVNDVS DE REPVBLICA, SEV DE REBVS CORPORALIBUS quibus indiget Reſpublica, aut eius ſocietas.

*De vrbis ſeu ciuitatis ædificatione.*

## CAP. I.

QVIA conuentus & ſocietates hominum coierunt, non tantùm ratione vna vt vel diuites eſſent, vel ſibi auxilio eſſent, ſed etiam, vt commodè in omnibus ſimul viuerent, expedit & ſedium, & ædificiorum, pagorum, opidorum, & ciuitatum haberi curam & rationem, vt & ſaluti corporis & tuitioni conſulatur. proinde de his quoque pauca admonere non erit ab inſtituto opere alienum: neque enim quod iam plures ſunt conſtructæ ciuitates, ideo omittendum eſt de his conſtruendis agere, cùm fieri poſſit vt malè conſtructæ, vel in loco inſalubri, vel non tutò deſtruantur, vel emendandæ ſint, & nouas condere aut oppida oporteat. Sic enim viciſſitudines rerum ſe habent, vt nihil firmum, nihil æquè placens, perpetuò habeatur, & mutatis conditionibus temporum, iam nouæ ſtructuræ improbatis antiquis, requirantur. Quare hanc partem in ciuitatis & ſocietatis contemplatione, & in republica adminiſtranda contemni non oportere, admonet nos quotidiana neceſſitas, & antiquorum de his ſolicitudo. Vt etiam Ariſtoteles[a] hanc ædificationem, non tantùm ſalubritatis cauſa, ſed etiam ex ratione diuerſæ formæ reipublicæ, variandam admonuerit. *Ciuitas* inquit, *poſitionẽ ſortiri debet ad quatuor reſpiciendo: primũ ad ſanitatem. ad orientem enim ſolem conuerſæ vrbes, & ad eos ventos qui inde perflant, ſalubriores ſunt, ſecundo loco quæ ſunt ſecundum boream ſitæ hæ namque ſunt ad hiberna potiores. In reliquis verò vt ad ciuiles res, & ad bellicas oportunè ſe habeat, vt facilis ſit ciuibus in aliena egreſſio, hoſtibus autem difficilis aditio, ac difficilis circundatio. Aquarum autem & ſtagnorum abundantiam habeat, maximè naturalem: quòd ſi naturalis deficiat ex aqua pluuia ciſternæ, & lacus qui magnam vim aquarum ſuſpiciant, comparentur, ita vt deeſſe aqua, ſi quando obſiderentur nunquam poſſit. Diſtinguendus & aquarum vſus, ſi non omnes ſunt pares, nec abundantia ſit earum aquarum, vt aliæ ſint ſeorſum ad cibum & potum, aliæ ad aliam indigentiam. Loca autem munita non pariter cunctis ciuitatibus*

a lib. 7. politic. c.9.

*vtilia ſunt, vtputa arx ad dominationem vnius vel paucorum: in populari verò viuendi modo, æqualitas loci: in optimatum verò gubernatione, neutrum iſtorum, ſed magis loci plures ardui. Ad vtilitatem ſecuritatem & tutelas ciuitatis priuatarum domorum formam putat inextricabiles aditus, ex quibus niſi conſueti vix euadere poſſunt, & inſcrutabiles latebras, faceréque non totam vrbem penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca.* Mœnia neceſſaria tradit, & nimium priſcè loqui, qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus quæ virtutem poſſideant, quòd & videant per experientias reprobatum: cùm aliquando contingere & fieri poſſit, vt multò maior hominum multitudo, & maior virtute ſuperueniant, & vt ſaluæ eſſe poſſint, neque perire, neque contumeliis affici firmiſſimam munitionem murorum putandam eſſe & oportuniſſimam in bello, præſertim hoc tempore in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta. Atque ne quidem latere debet quod qui mœnibus circumdantur eis licet in vtramque partem vti vrbibus, & tanquam muros habentibus & tanquam non habentibus: ſed eis qui mœnia non habēt non licet.

Nec minor eſt virtus, quàm quęrere, parta tueri: non miror eſt virtus quàm ſocietatem inſtituere, eam inſtitutam conſeruare & defendere, quod fieri commodius, quod pertinet ad vim externam non poteſt, quàm ædificatis muris & mœnibus. Neque peſſimi faciliùs contineri poſſunt à maleficiis aut latrociniis quæ exercere poſſent, ipſa cuſtodia ciuitatis, cuius occluſæ portæ, & ciues tuto ſomnum capere, & malos ne noctu latrocinentur emiſſe, cohibere poſſint.

2 Habent feræ, & animalium etiam ferociora ſua luſtra, electionem ſyluarum, & in illis certorum locorum adhuc tutiora eligunt, & advitam facilius parandam magis commoda, imò & innocentiora animalia, ſubeunt foueas peruias, aues in aptis & ſecurioribus locis nidos conſtruunt, tanquam à natura ipſa omnia edocta ſint, ſe vitámque quibus poterint modis conſeruandam eſſe, vrbes atque caſtella, aut natura muniuntur, aut manu, inquit Vegetius lib. 4. de re militari cap. I. aut vtroque modo. Natura, aut loco edito, vel abrupto, circumfuſo mœri vel paludibus, vel fluminibus: manu, foſſis aut muris deficientibus tamen auxiliis locorum, arte, in plano ædificatæ arte redduntur inuictæ. In cap. 2. verò ait ambitum muri veteres directum duci noluiſſe, ne ad ictus arietum eſſet diſpoſitus, ſed ſinuoſis amphractibus iactis fundamentis clauſiſſe vrbes, crebrioréſque turres in ipſis angulis propterea edidiſſe.

Ædificatio ciuitatum itaque maximè, duplicem habet cauſam, cōſtructionem & ſecuritatem conuenientium, & vtilitatem commodè viuendi in ſocietate cámque augendi cùm virtus vnita fortior ſit ſeipſa diſperſa. Sícque ex paruis initiis coaleſcentes ciues in vnum, ad imperia peruenerunt vicinorum. fortiores enim ciuitates debiliores vicinos facilè aggrediuntur, & præualentes eos ſubiiciunt, ipſæ ob lo-



ob loci ſecuritatem inuiolabiles. Semper fortiores imperant inferioribus. Quare qui metuunt vicinos, dum illis ſuperiores facti fuerint, dant operam vt deiiciant eorum ciuitates, & vt ſuas augeant: vt corruptio vnius eſt generatio alterius. Tullius Hoſtilius rex Romanorum ideo Albam potentiſſimam ciuitatem deiecit, vt Roma creſceret, Tarquinius Priſcus Corniculum: Seruius Tullius Pomeriam: Populus Romanus Veiorum ciuitatem. Quo factum eſt, vt ſublatis æmulis illis, & aliis ciuitatibus rebellibus, præſtantior effecta fuerit. Qua arte & aliæ nationes vſæ ſunt. Quamobrem conuenit, ſiquando princeps videat vicinas ædificari ciuitates, ſibi proſpicere, vt vel impediat, vel fortiores obiiciat. Permittere autem extraneis nouas ſedes eligentibus, vix aut nunquam munitas excitare vrbes non erit vtile. Recordatus exemplorum antiquorum, quæ ab his ſubuerſas poſt permiſſionem declarant reſpublicas. Memorabile exemplum ædificationis Carthaginis: cùm enim Phœnices fugientes tyrannidem Pygmalionis tyranni, in Africam veniſſent, cúmque repellerentur ab Afris, petierunt tantum loci ad incolendum quantum tauri tergus comprehenderet. Riſerunt illi Phœnicum tunc ſordes, & puduit tantillam rem pernegare: ſed maximè mirati ſunt quomodo oppidum in eo ſpatio poſſet fieri, cupidíque videndi commentum ingenioſum, iurati promiſerunt ſe daturos. Phœnices verò ſecto in orbem corio, ſic vt vnam corrigiam efficerent tenuiſſimam circumtenderunt vbi fuit arx poſtea Carthaginenſium, quam inde Byrſam nominarunt. Procedente verò tempore incurſantes finitimos & vincentes, nauibus quoque per mare victum quærentes, more patrio, arci, & vrbem circundederunt, iámque potentes obtinuerunt Africam mari latè imperantes [a].

Idipſum euenit Segoregioribus quorum rex Senano permiſit Phocenſibus Maſſiliam in ſuis finibus ædificare, quæ tandem pro ciuibus primùm inquilinis protulit dominos regionum [b].

3 Vrbs ab vrbo, ſeu vruo, hoc eſt aratro, nomen inuenit: fuit enim prima deſcriptio ciuitatis ſeu habitationum faciendarum, per aratri ſulcum facta, & vrbare eſt, aratro definire. Et Varus ait curbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet, vt refert Pomponius Iuriſconſ. [c] Adſtipulatur Terentius Varro [d], Vrbum, eſſe flexum in aratro. Et paulò poſt, *Oppida quæ priùs erant circumducta aratro, ab orbe & vrbe, vrbes. Et ideo coloniæ noſtræ omnes, in literis antiquis ſcribuntur vrbes, quod item conditæ vt Roma & antea ædificia nominata à parte, vt multa: ab ædibus & faciendo. Maximum ædificium eſt oppidum ab ope dictum, quod munitur opis cauſa, vbi ſint, & quod opus eſt ad vitam gerendam, vbi habitent tutò: vel oppida quod opere munibant: mœnia quia munitiùs eſſent. Quod exaggerabant aggeres dicti, & quòd aggerem contineat murus, quod muniendi cauſa manu parabatur, quo ſepiebant oppidum, è quo munere, murus. Eius ſumma pinnæ, ab his quas inſigniti milites habere in galeis ſolent, & in gladiatoribus Samnites. Turres à toruis, quòd hæ proſpiciunt*

a *Appian. in principio de bellis Punicis.*

b *Iuſtinus lib.* 43.

c *In l. pupillus* 239. §. *vrbes de verbo ſignifica. P.*

d lib. 4. *de lingua Latina.*

ante alios. *Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum portarent portas. Oppida condebant in Latio, Etruſco ritu, multa, id eſt, iunctis bubus, tauro, & vacca interiore, aratro circumagebant ſulcum, hoc faciebant religionis cauſa, die auſpicato, vt foſſa & muro eſſent munita. Terram vnde excalpſerant, foſſam vocabant, & introrſum factum, murum: poſtea quòd fiebat orbis, vrbs: principium quod erat poſt murum, pomœrium dictum, eiúſque ambitu auſpicia vrbana finiuntur. Dehinc, in oppido vici à via, quod ex vtraque parte via ſunt ædificia. Fundula, à fundo quod exitum non habet, ac peruium non eſt iter. Angiportum & id anguſtum, ab angendo & portu. Quò conferrent ſuas controuerſias, & quò quaque ferrent, forum generatim appellarunt. vbi quid additum ab eo cognomen, vt boarium forum, forum olitorium. Arx ab arcendo, quòd is locus munitiſſimus vrbis, à quo facillimè poſſit hoſtis prohiberi. Carcer à coercendo, quòd exire prohibet: cuius ſubterranea pars Tullianum, ideo quòd additum à Tullio rege, Syracuſis Latomiæ: & de Latomia tranſlatum, quòd ibi quoque fuerunt Latomiæ. Ædes ab aditu, quòd plano pede adibant.* Hæc ex Varrone, docent ædes collectas, feciſſe vicos: vicos, oppida: & in illis fuiſſe arces, circum primùm deſignationes ex ſulco aratri, vnde foſſa, poſtea muri retrorſum, & pinnæ & turres, & portæ, originem, cum certa appellatione, intra & fora, & reliqua ædificia publica, & priuata.

4 Inter hæc annotari dignum videtur, quòd inter oppida & vrbes hoc intereſſet: quòd oppida non eſſent ſolemniter aratro cincta, & quando cincta ſunt, dictæ ſunt vrbes. Tutior tamen erat locus oppidi, quàm villæ, in quam vehebantur fructus, quaſi vehilla. Et videtur oppidum ex pluribus ædificiis conſtitiſſe, ſed non muro cinctis. *Oppidum*, inquit Iuriſconſultus[a], *ab ope dicitur, quòd eius cauſa mœnia ſunt conſtituta.* Et vt Varro, *vbi ſit quod opis ſit ad vitam degendam*, vbi qui degebant tutò, opere locum muniebant. Et Feſtus, *Oppidum dictum eſt, quòd opem præbet*, vel, *quòd ibi opes ſuas conferunt.* Iſidorus verò, variè de eo ita diſſerit, *Oppidum quidam ab oppoſitione murorum dixerunt: alij ab opibus recondendis, eo quòd ſit munitum: alij quòd ſit in eo conuentus habitantium, & opem det mutuam contra hoſtes. Nam primùm homines tanquam nudi & inermes, nec contra belluas præſidia habebant: nec receptacula frigoris & caloris, nec ipſi inter ſe homines ab hominibus ſatis erant tuti: tandem naturali ſolertia, ſpeluncis ſylueſtribúſque tegumentis tuguria, caſas, virgultis arundinibúſque ſibi contexuerunt: quò eſſet vita tutior, nec iis qui nocere poſſent aditus eſſet: hæc eſt origo*, inquit, *oppidorum, quæ quòd opem darent, idcirco oppida dixerunt.*

a d. l. pupillus. §. oppidum, de verbo. ſignific.

4 Pagus dicitur ἀπὸ τῶν πηγῶν, id eſt, à fontibus, circa quos ruſtici gaudent habitare, & eſt vicus, in quo ſunt multa ædificia coniuncta ruſticorum, ex villis ſcilicet. Vnde pagani & villani, dicuntur ruſtici: atque pagus ſine communi munitione aliqua, eſt & eo differt ab oppido, quòd munitione aliqua cingitur, ſed non ita firma ac vrbs. Vt vrbes rectè dici poſſint egregia oppida, magni pagi.

Sic diſtinguere oppida ab vrbibus videtur Virgilius[b],

*Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem,*
*Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis.*

Et Iulius Cæſar[c], *Oppidum*, inquit, *Britanni vocant, cùm ſyluas impeditas vallo foſſáve munierunt, quò incurſionis hoſtium vitandæ cauſa conuenire conſueuerunt.*

b 2. Georg.

c 5. commentariorum.



Cicero in fragmentis lib. 1. de republica, docere videtur, oppidum vt vrbem fuiſſe munitionibus ſeptum & delubris ornatum. Sic enim refert ex eo Nonius Marcellus,[a] *Inter ciuitatem & vrbem hoc intereſt, vrbs eſt ædificia: ciuitas incolæ.* Et M. Tullius de repub. lib. 1. *Quam cum locis manúque ſepſiſſent, eiuſmodi cõiunctionem tectorum oppidum vel vrbem appellarunt delubris diſtinctam, ſpatiíſque communibus. Omnis ergo populus qui eſt talis cœtus multitudinis qualem expoſui, ciuitas eſt.*

a In nonnullarum dictionum differentijs.

5 Videntur hodie confundi appellationes inter ſe oppidi, & vrbis, cùm cinguntur muris & foſſis: & dicuntur quoque ciuitates, quia contineant ciues: differentia tamen adhibenda, qua vtitur Modeſtinus Iuriſconſul.[b] vt aliæ ſint maximæ, vt metropoles gentium: magnæ, quę habeant forum cauſarum ſeu iudiciorum: aliæ minores, reliquæ.

b In l. ſi duas, 6. §. eſt autem, de excuſationibus tutorũ. lib. 27. P. ti. 1.

Forſan hoc obſeruatione dignum, burgos oppida cincta muris dici, quaſi vrbes. accedunt municipia ciuitatibus ſeu vrbibus nunc, & oppidis ex conſuetudine loquendi potius, *& munus quod muniendi cauſa imperatum, à quo municipes, qui vnà manus fungi debent*, apud M. Teren. Varronem[c]. Et vt tradit Siculus Flaccus quidam municipia putant à munitionibus dicta: alij à munificentia, quòd munifica eſſent ciuitatis, primáque origo oppidorum, quæ ciuitates dictæ ſunt, municipia nominata. Alij putant veriùs, municipia, dictas primùm ciuitates, ſuo iure & legibus vtentes, muneribus tamen populi Romani & honoribus fungentes: capiebant enim munera, & honores cum ciuibus Romanis: à quo nomen ſibi vendicauere, nulla populi Romani lege adſtricti, & hoc eſt quod ait Vlpianus, *propriè municipes dictos, qui in ciuitatẽ Romanam recepti, munerum participes fiunt. Sed nunc abuſiuè dici ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues.* & ita, vt etiam eo nomine oratores & poetas, conſtat.[d] Et proinde ciuitates, quæ habent propria iura, & communem ſocietatem, ſiue vrbes, ſiue oppida, dici poſſunt municipia: & municipes qui ibi ſunt, ciues, & qui in his munera publica ſeu ciuilia capere aut gerere debent & poſſunt[e].

c In 4. de lingua Latina.

d Vlpian. in l. 1. ad municipalem. P.

e l. mimus, 28. & l. municipes. 228 de verbo. ſignific.

6 Iam obtinuit in Gallia & alibi, vrbes ciuitates dici & villas: ceterùm remanente prima diſtinctione maiorum, minorum, & maximarum, ſunt tamen & ibi oppida & pagi diſtincti ab vrbibus ſeu villis & ciuitatibus. Quidam malè putarunt iure pontificio, non dici ciuitatem niſi in qua eſſet epiſcopus, vt Baldus[f], quam tamen ſententiam gloſſa prima c. ſi ciuitas, de ſententia excommunica. in ſex improbat, quia & ante epiſcopos erant ciuitates, & poſt epiſcoporum inſtitutionem, non fuerunt in omnibus ciuitatibus poſiti epiſcopi: ſed tantùm in magnis & populoſis, nõ in modicis, ne vileſcat eorum dignitas[g]. ſicut in metrapolitanis, hoc eſt maioribus & matribus, archiepiſcopi, dicti inde metrapolitani, fuerũt locati: & in regiis patriarchæ, vel in maximis[h], quia vbi minores ſunt plebes, minoréſque conuentus, presbyterorum cura ſufficiat: epiſcopalia autem gubernacula, non niſi maioribus populis & frequentibus ciuitatibus oporteat præbere, vt ſcribit Leo Papa ad epiſcopos Africæ[i]. Villas mi-

f ad l. ex hoc iure. de iuſtit. & iur. P.

g ca. in illis 2. & ſeq. epiſcopi non in caſtellis; 80. diſtinct. c. 1. de priuileg.

h dicto ca. in illis. 80. diſt.

i Epiſt. 89. c. 2.

nores eſſe ciuitatibus epiſcopalibus, & eas in ciuitates erectas interdum, quo dignius locarentur epiſcopi, docet reſcriptum Iohannis 22[a].

7 Villas muratas à non muratis diſtingunt concordata gallicana, & pragmatica ſanxio. Atque muratas ſeu muro cinctas, tradunt eſſe populoſiores & egentes dignioribus curionibus, ſeu graduatis in religionis præpoſitura: alias, non item. [b] Villa murata caſtrum dici poteſt Latinis vbi caſæ & villæ ante ruſticæ concluduntur, villarum concluſiò vallo vel muro facta, vicus magnus concluſus, vt vicus paruus concluſus, caſtellum: ídque fiebat maximè in agris & pagis limitaneis, quo loci tantùm milites caſtris & caſtellis preerant, non alij[c]: donec productis finibus principatus, caſtra etiam aliorum habitationi ceſſerunt. Vallum, propugnaculum eſt & munitio caſtrorum, quod ex vallis id eſt palis, fiat. huic villa etiam, quaſi vallata dici poteſt in Francia: vallo acceſſerunt & foſſæ, quibus vallum circundatur: poſtea & muri, vnde & vallata oppida, murata intelligi poſſunt.

8 Metropolitanos epiſcopos ſeu archiepiſcopos in prouinciis ſingulis & capitalibus ciuitatibus prouinciæ ſeu metropolis ciuitatibus ſeu primis poni ſolitos qui habeant ſub ſe alios in aliis ciuitatibus epiſcopos ſubminiſtros, conſtat ex iure pontificio [d]. Videtur & Pelagius II. [e] numerum definiuiſſe ciuitatum & epiſcoporum XI. vel duodecim, qui ſub vno rege & metropolitano eſſent, & ita diffiniuit prouinciam & metropolim ſuo modo. In cauſis & negotiis eccleſiaſticis, alia tamen prouinciarum & ciuitatum matricum poteſt fieri diuiſio ab imperatoribus, regibus, & principibus, in ſuis regnis, & vna in duas diuidi [f].

Sed hæc diuiſio in temporalibus, alia in ſpiritalibus ſeruatur: ita vt diuerſa alterutrius principis conſtitutio vel reformatio prouinciæ, alteri poteſtati non officiat, & nihil de eius ordinatione immutet [g].

9 Suidas metropoles ciuitates, matrices Latinè dictas ciuitates putat, ex quibus coloniæ deductæ ſunt: hoc eſt, ex quibus populus ad alia oppida incolenda miſſus eſt, ita coloniæ vel colonariæ ciuitates, tanquam filiæ ſunt & genitæ: illæ autem vnde propagatæ ſunt dicuntur matres.

Quod eſt *μητρόπολις* ciuitas præcipua inter vrbes & ſuas colonias, tale eſt *μητροκωμία: metrocomia*, inter vicos: eſt enim metrocomia, vicus vel pagus, vnde in alios vicos ductę ſunt coloniæ, de qua meminerunt Cæſares [h], & ita dicetur matrix villa, ſeu pagus, *κώμη* enim, eſt vicus ſeu villa: & *κωμοπόλεις* vici maiores, quaſi æmuli oppidorum.

Metropoles etiam dictæ ſunt, non tantùm quòd ab illis aliæ deductæ ſunt colonarię: ſed etiam quòd præcipuæ eſſent inter alias ciuitates, quæ velut filiæ à matribus curarentur & defenderentur ab illis, ſeu potiſſimùm ab matricibus iure & poteſtate regerentur. Vnde & matricis eccleſiæ, mos ab epiſcopis ſuffraganeis ſeruandus dicitur [i].

Vt & generaliter mos Romanæ eccleſiæ, & ius, ad vniuerſum orbem ex prima eccleſia & vrbe ad omnes ciuitates & vrbes Chriſtianas, extenditur, quia ibi eſt mater & caput plurimarū eccleſiarū [k], Item & metropoles, honore maiore donatæ ciuitates, dictæ ſunt, & vt aliis

*relatus in ca. 4. illud ſanè, 80. diſt. repetitum in conſilio Laodicenſi. c. 57. & in ca. non debere, eadem 80. diſtinct.*

*a in c. 2. de præben. in extraua. communibus.*

*b §. in eccleſiis autem parrochialibus, de collatio. in pragma. ſanctio §. ſtatuimus. in 2. de collatio. in cõcorda. Gallicanis.*

*c ex l. 2. de fundis limitaneis. li. 11. c. ti. 59.*

*d ex ca. cleros, 21. diſtinctio.*

*e epiſtola 1. relata in ca. 2. ſcitote, 6. q. 3.*

*f vt in l. ſi eadem, de officio aſſeſſor. P. l. vni. de metropo. Beritho. lib. XI. c. ti. 21.*

*g ca. vnico, 101. diſtinct. & ca. leges imperatorum, 10. diſtinctio.*

*h in l. vnic. non licere habitatoribus metrocomiæ, loca ſua in extraneum transferre lib. XI. c. titu. 55.*

*i ca. 13. de his qui 12. diſtinct.*

*k ca. 1 & 2. & 12 omnia. 12. diſtinct.*



aliis excellant, vt dum Berythus in metropolim erecta eſt, à Theodoſio & Valētiniano ob iuſtas & multas cauſas [a]. Et dū Iohānes 22. erexit ciuitatem Tholoſanam, cuius ego oriundus, in archiepiſcopalem & matricem, vt ex villis quatuor proximis, fecit quatuor epiſcopatus, & erexit & donauit titulis & priuilegiis ciuitatis [b] de præbendis lib. 3. extrauagantium communium. voluit autē illam cæteris vt matricem præeſſe.

10 Hîc non immeritò admonendi erimus, inter præclaras & maiores ciuitates regnorum & principatuum, eſſe regias: nempe eas in quibus frequentiùs imperatores aut principes domicilium ſeu habitationem deligunt, ibi enim principis perſona, ad quam ſubditi confluunt, & opulentia regalis, & virorùm præſtantiorum ſeu aulicorum conſortium, locum illuſtriorem reddunt. Elegerunt porro principes prouidi & bene conſulti, ſedes in medio principatus & regni, vt facilis vndéquaque ad illos eſſet aditus. Sicut Cyrus ſuperatis Medis, Suſiam Babyloniam, & aliis gentibus propinquā, elegit, & ibi imperij ſedem locauit, vt ait Strabo [c]. Atque vt idē Strabo [d], tradit Cappadocum reges Mazacenorum ad Argæum montem, quanquam incommoda ibi plurimis rebus ſint, elegerunt ad habitandū præcipuè: quia locus totius regionis medius erat, & lignis & lapidibus abundabat, & herba qua plurimùm ad alenda pecora indigebant.

Princeps meliùs ſe proximioribus communicat & extremis, dum medius, vt Sol inter alios planetas, conſiſtit.

11 Habitatio aſſidua vel frequētior principis in vrbe, breui ſolet eam & ædificiis & artificiis & diuitiis ſplendidiorē reddere: vt contrà principis abſentia, ſplēdida ſolent corruere & neglectui haberi. Docuit Roma à tempore Clementis 5. ſummi pontificis vſque ad Gregorium XI. Clemens enim electus ex Burdegala, Lugdunum profectus eò ad ſe omnes cardinales vocauit, qui ſine mora, vt ait Platina, pontifici obtemperarunt atque ita curia Romana in Gallias tranſlata eſt, & Auinionem anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, vbi etiā ad ſeptuaginta annos remanſiſſe fertur cum maximo Chriſtianorum incommodo, potiſſimùm verò vrbis Romę, cuius tēpla, magna ex parte ob ſolitudinem & ſitum corruere, abſentibus his ad quos ea reſtituere pertinebat. Donec Gregorius XI. anno Domini 1376. Idibus Ianuarij, pontificatus ſui ſeptimo, Romæ curiā reſtituit & pontificalē curiā.

12 Antonius Pius Imperator, teſte Iulio Capitol. laudatus, qui reſidebat in vrbe vnde nūcios medius, vtpote citiùs accipere poſſet, nec vllas peregrinationes obiit, dicens, grauē prouincialibus eſſe comitatum principis etiam nimis parci.

13 Faciunt etiam priuilegia conceſſa ciuitatibus, quo maiora, eo populoſiores. plures enim ad eas inhabitandas confluit, dum ſe maioribus ibi beneficiis potituros ſperant. Quare principes ſolent aliquas maioribus priuilegiis donantis, illuſtriores facere, & illuſtrioribus aliunde, maiora impartiri: vt & Antonius Pius etiam videtur diſtribuiſſe ciuitates in maximas, maiores, & minores, atque ita illis maiora vel minora priuilegia cōceſſiſſe, vt liquet ex epiſtola eius quę deſcripta quidē cōmunitati Aſiæ, vniuerſo autē orbi cōueniēs eſt,

*a in l. vni. de metropoli Berytho lib. 11. c. ti. 21.*

*b In c. 2.*

*c lib. 15.*

*d lib. 12.*

cuius capitulum & explicationem refert Modeſtinus Iuriſcon. *Minores*, inquit, *ciuitates, poſſunt quinque medicos immunes habere, & tres ſophiſtas, & Grammaticos totidem. Maiores autem ciuitates ſeptem qui curent: quattuor qui doceant vtranque doctrinam. Maximæ autem ciuitates, decem medicos, & rhetores quinque, & Grammaticos totidem. Supra hunc autem numerum, ne maxima quidem ciuitas immunitatem præſtat. Decet autem maximo quidem numero vti metropoles gentium: ſecundo autem, quæ habent vel forum cauſarum, vel loca iudiciorum: tertio autem, reliquas.* Ex quibus verbis etiam liquet, maximas & præſtantiores ciuitates ſemper dictas fuiſſe metropoles, maiores autem dici poſſe, vbi tribunalia iudicum ſunt, ſeu forum cauſarum & iudiciale, minores reliquas.

*De quibuſdam rebus in ciuitatibus ſeu vrbibus & oppidis conſiderandis vt publicis. Et primum de ſacris ædibus.*

## CAP. II.

IN ciuitatibus, res quædam ſunt, quæ diuini iuris ſunt [a]: quædam quæ humani. diuini, veluti res ſacræ, reliosæ: ſanctæ quoque res, veluti muri & portæ, quodammodo diuini iuris ſunt. Quod autem diuini iuris eſt, nullius in bonis eſt: id verò quod humani iuris eſt, plerunque alicuius in bonis eſt. poteſt autem & nullius in bonis eſſe. Nam res hæreditariæ, antequam aliquis hæres exiſtat nullius in bonis ſunt: hæ autem quæ humani iuris ſunt, aut publicæ ſunt, aut priuatæ. Quæ publicæ ſunt, nullius in bonis eſſe: ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur: priuatæ autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt.

2 Sacræ res, olim per principem vel eius authoritate dedicabãtur Deo, in cuius dominium & ius tranſibant [b], aut per populum, publica tantùm authoritate, lege Papyria apud Romanos cùm priuatim ſacrum ſibi conſtituere non liceret [c]. Hodie inter Chriſtianos, ſacræ res ſunt, quæ per pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & donaria quæ ritè ad Dei miniſterium dedicata ſunt [d]. Relinquitur enim hæc poteſtas, ædes ſacras ſeu eccleſias conſecrandi & deſignandi, ſolis pontificibus eccleſiaſticis, vt eorum ritu legitimo dedicationes perficiantur [e]. Quia eccleſia cum ſuis rebus ad ordinationem pertinet epiſcopi [f].

Hic curam habere debet, vt ad cultum diuinum, quando populus indiget, ædificentur templa ſeu eccleſiæ, & quot neceſſariæ ſunt [g], in locis congruis [h]; ſine præiudicio antiquarum, vel parrochialium eccleſiarum [i] propter neceſſitatem maximè non propter quæſtum [k] aut ad placitum cuiuſque [l], ne inutiles, & cultu diuino deſtitutæ, ob multitudinem & deſertionem, cultus religionis adueniat irreuerentia, maximè ſi ſine reliquis ſanctorum altaria erigantur aut conſtru-

a Vt tractatur à Caio in l.1. cum legibus ſequentib. de rerum diuiſ. lib.1. P. ti.8. à Iuſtiniano, & Theophi. lib.2. inſtitu. ti.1.

b Marcia. in l. in tantum. 6. §. ſacræ res. Vlp. in l. ſacra loca, 9 de rerum diui. P. ritus conſecrandi antiquorum, refert & explicat Alexan. ab Alexa. lib.6. Genialium dierũ. c.14. & lib.2. c.8.

c dicta l. in tãtũ § ſacræ autem res.

d §. ſacræ res, de rerum diuiſ. apud Iuſtinia. lib.2. inſti. ti.1.

e titulo vt nullus fabricet oratorij domos, præter voluntatẽ epiſc. & c. nouella 67. vbi & ponuntur ritus conſecrandi & can.3. miniſtrare 26. q.5. ca. nemo. 9. de conſecratio. diſtin.1. ca. nullus, 15. eo §. illud, de monachis, nouella 5. § ſi quis autem voluerit, de eccleſiaſti. titulis tradit ritus & explicat conſecrationis eccleſiarum, Guilielmus Durandus, lib.1. rationa. diuinarum officior. c.6.

f c.1.2. & ſequentib. vſq. ad ca. antiquos, c.f. § f. 10 q 1. ca. euidentes, §. ipſæ verò res, cùm ſequentib. ca. epiſcopus, ca. præcipimus, 12 q.1. ca. vobis. 12. q.2. ca. omnes, 16. q.7. & in cano. Apoſtol. 37. & 40.

g c.3. & c. fin. de eccleſiis edific.

h ca. eccleſias per congrua, de conſecratio. diſtinctio. 1. & ca. eccleſias per cõgrua, 16 q 7.

i c.2. §. caueant, & c.3. de eccleſ. ædific. c.1. & 2. de noui operis nuncia. lib.5. ti.32.

k ca. ſi quis baſilicam, 10. de conſecra. diſtinct. 1.

l § ſi quis autem, de eccleſiaſt. ti. l. in nouel. c. nemo in 1. de conſecr. diſtinct. 1.



antur, ex quorum defectu ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, potius diruenda ædificia quàm retinenda [a], niſi & illa ædificata ſint etiam ſine reliquiis ſeu ſacris Lipſanis, vbi fuit corpus martyris aut ſancti, aut origo alicuius habitationis vel poſſeſſionis, vel paſſionis [b].

Iam verò loca ſacra ædificata, conſeruanda, & reparanda diligenter ſunt, ne omnino corruant, maximè omnium ſumptibus qui beneficia eccleſiaſtica poſſident [c]: cùm etiam olim quarta pars redituum beneficiorum reſeruata eſſet fabricæ ſeu refectioni eccleſiæ illorũ [d]. Curare debent epiſcopi ne quid aliud quàm quod ad cultum diuinum, & religionis dignitatem pertineat, agatur in eccleſiis, oratoriis, cœmiteriis, & aliis locis ſacris, non iudicia ſecularia, congregationes laicorum aut conciones, aut publica colloquia, negotiationes, nundinæ, tumultus, & ſimilia, quæ dedecus & impedimentum diuinis ſolent adferre myſteriis & religioni [e].

3 Sed & principes ſeculares operam eccleſiaſticis conferre debent, vt quod diſciplina eccleſiaſtica exequi non poſſunt in rebelles & pertinaces, manu armata ad eccleſiaſticorum præpoſitorum implorationе corroborent, vt filij eccleſiæ & vicarij Dei: quibus ideo datus eſt à Deo gladius, vt miniſterio ſuo & poteſtate, quæ Dei ſunt, potiſſimùm, tueantur [f]. Quin & in negligentiam prælatorum & præpoſitorum eccleſiaſticorum, ipſi ad res eccleſiaſticas conſeruandas inuocati, illud auxilium conferre & remedium adhibere tenentur, quatenus eis canones ſacroſancti permittunt & iubent [g]: vt non ſolùm immunitates eccleſiis, ædificiis, & rebus & perſonis earum inuiolatas habere & conſeruare teneantur: ſed etiam curare vt qui his abutantur, ad rectam redeant diſciplinam [h].

4 Debent & principes, in hæc ædificia ſacra liberales eſſe, vt in Dei optimi maximi, & ſupremi regis regias, vnde & baſilicæ, ſacræ ædes dicuntur. Inde & multi reges & principes, tum Ethnici, tum Chriſtiani, & Iudæorum, imò & Maumethicæ impietatis apud ſuos & poſteros, memoriam tanquam grati in religionem ſibi pepererunt. Cauendum tamen principibus Chriſtianis ne obtentu pietatis & religionis, ſubditos opprimant. Satius enim eſt ædificia materialia, humilia, religioſa tamen, quàm ex lachrymis & miſeria ſubditorum ſplendida, quæ minimè Deo placeant, excitare.

Dauid rex nefas eſſe exiſtimauit, ſeſe in domo cedrina habitare, aream autem Dei in tabernaculis linteis manere: quare & templum Domino conſtruere decreuit: prohibitus tamen à Deo per Nathan prophetam, quòd manus multorum prœliorum ſanguine pollutas haberet, vnde opus ad filium Salomonem tranſtulit, præparatis quæ ei neceſſaria erant [i].

Curauit Ioſias rex Iudæorum, vt pecunia quam à populo ſacerdotes colligerent, curatoribus operis reficiendi & reſarciendi templi daretur [k].

Iudas Machabeus, victo Lyſia Antiochi Epiphanis duce, Hieroſolymitanum templum ab Ethnicis prophanatum, luſtrauit, & quæ contaminata fuerant demolitus, aram nouam extruxit [l].

Darius impedita extructione & reparatione templi per Artaxer-

a c. eccleſiæ vel altaria 18. & c. placuit. vt altaria 26. de conſecra. diſt. 1.

b d. c. placuit.

c c.1. & 4. de eccleſ. ædifica. lib.3. tit.48. c. fin. de his quæ fiunt à maiorẽ parte capit.

d c. Vulterranæ 25. cum aliis quinque ſequentib. 12. q.1.

e ca. nõ oportet c. nulli, c. oratorium ca. fi. 42. diſtin. c.2. de immuni. eccleſ. li.3. ſexti tit.23 c.1. & 5. eo. ti. apud Gregor. li.3. ti.49. Martianus Cæſar l. denunciamus 5. de his qui ad eccleſ. cõfug. C.

f c.2. de maledic. ca.1. & ca. quoniam de officio ordina. ca. adminiſtratores 22. q.5. gloſ. ad c.1. ad verb. tutorio, de Iudæis. in extra. Ioh.22.

g 4. can. filiis, 16. q 7.

h ca. cum ad verum 26. diſtinct. cap. quoniam idem. mediator. 10. diſt.

i 1. Paralipo. c.22. 29. & 3. Reg.5.

k 4. Reg.22.

l Machab.1. c.4.

xem & ab aliis Iudæorum ęmulis edictum ad Syrię prætores, anno regni ſui 2. miſit, non tantùm vt in templo ædificando non impedirent Iudæos, ſed etiam vt ſumptus ex fiſco regio præſtarēt [a]. Omitto Conſtantini Magni pietatem, & Caroli Magni, Dagoberti & aliorum in extruendis & reparandis magnificis ædificiis ſacris, & monaſteriis.

a 1. *Eſdræ. c. 6.*

5 Nomine principis vel populi poteſtatem ſupremam habentis, qui eorum vices agunt, vt olim proconſules [b], ædes ſacras, vt opera publica circuire inſpiciendi gratia debent, an ſarta tecta ſunt, & an aliqua refectione indigeant, & ſi qua cœpta ſunt, vt conſummentur: prout vires eius reipublicę permittunt, curare, curatoréſque operum diligentes ſolenniter præponere.

b *apud Vlpia. in l. ſi in aliam 7. §. ædes ſacras de offic. proconſul. lib. 1. ti. 16.*

*De muris ciuitatum.*

## CAPVT III.

MVri ciuitatum, corpus illud ciuile cuius ſunt, complectuntur, vt continens pro contento ſæpe accipiatur: quod docuerunt exemplo Carthaginenſes, qui in luctu publico mœnia vrbis pannis nigris tegere conſueuerant: quod etiam tunc fecerunt, cùm claſſis illorum contra Agatoclem miſſa, in Siculo mari naufragio periit: vt ſcribit Diodor. Sicul. lib. 20. Et Senatuſc. Roma. Q. Fabio Maximo dictatore, & M. Minutio Ruffo, magiſtro equitum, creatis. Negotium tanquam maximè reipublicæ neceſſarium, datum, refert Liuius, lib. 22. vt muros turréſque vrbis firmarent, & præſidia diſponerent, quibus locis videretur, pontéſque reſcinderent fluminum.

2 Muri ciuitatum ſancti ſunt, ita & inuiolabiles: hoc enim ſanctum dicebant antiqui [c], & nullius in bonis, quodammodo diuini iuris [d]. Et proinde prohibitum meritò, ne quid his immitteretur [e]: néve muri aut portæ municipiorum habitentur ſine permiſſu principis, propter fortuita incendia [f], quæ poſſent cauſæ publicæ nocere, conſumptis muris & deiectis, vnde patere hoſti poſſet aditus: vel propter periculum, ne hoſtes ea parte qua priuati inhabitarent, admotis ſcalis, clam inuadere poſſent ciuitatem, admiſſi: niſi forſan ex authoritate ſanctionis principis, turres noui muri, qui ad munitionem ſplendidiſſimæ vrbis extructus eſt, completo opere iuſſu principis eorum vſui deputentur, per quorum terras ædificatæ ſunt, ea conditione, vt ſumptibus eorundem poſtea inſtaurentur & reficiantur, ſi egeant [g]: alioquin data licentia etiam in loco publico, iuxta publicas ædes ædificandi, intelligitur quindecim pedum ſpatio interiecto inter publica & priuata ædificia, tantùm ædificij ponendi datam poteſtatem, vt tali interuallo, & publicæ ædes à periculo vindicentur, & priuatus ædificator velut perperam fabricato loco, deſtructionis quandoque futuræ non timeat detrimentum [h]. Siquidem hoc proculdubio tenendum eſt tempore belli vel neceſſitatis publicæ, etiam priuata ædificia quæ impedimento poſſunt eſſe tuitioni & defēſioni murorum, vel propugnaculorum, vel portarū, dirui poſſe, & vtilitatem publicam priuatorum vtilitati authoritate principali, anteferendam: vnde & conſulerem principibus etiam ne concederent turrium ædificatarum in terris priuatorum, eorum habitationi, ſed potiùs terras emerent ex publico ærario iuſta æſtimatione.

c *Marcianus iuriſcon. in l. ſanctum. 8. de rer. diuiſ. P.*
d *l. 1. §. 1. de rer. diuiſ. P. §. ſanctæ eo. titu. apud Iuſtin. vide Macrob. lib. 3. Satur. c. 3. de loco ſacro, prophano, & ſancto.*
e *d. l. ſanctum, §. fi.*
f *l. 3. ne quid in loco ſacro fiat. li. P. l. ædificia, 14. de operibus public. lib. 8. C. tit. 12.*
g *l. turres noui muri, 18. de operib. public. C.*
h *Cæſares Arca. Honor. & Theod. in l. ſi cui, 9. de ædific. priua. lib. 8. C. tit. 10. l. Mæniana, 11. §. fi. eo. titu.*



3 Cura murorum prima principi eſſe debet, num ex re principatus eſſe poſſit cingere oppida muro, an verò ſatius ſit ea ſine muris eſſe: ea enim fuit & eſt alicubi etiamnum controuerſia, num expediat principi, munita & optimè murata oppida in ditione ſua eſſe. Habita enim ratione locorum, & qualitate ſubditorum & vicinorum principum, aliquando expedit, interdum non expedit: vt non immeritò ſtatutum fuerit à Cæſaribus, & reſponſum à Iuriſconſultis non licere ſine principis authoritate vel licentia, oppidanis vel municipibus, nouos muros ædificare, vel veteres firmiùs renouare [a].

4 Arces quippe quas vocant *citadelles*, occaſionem ſæpe dant principibus malis opprimendi ſubditos, aut tyrannicè imperandi: ciuitātum verò munitiones & propugnacula, inuitant populum ad rebellionem, hoſtes ad inuaſionem, vel ipſos ciues faciunt in muris cōfidentes ignauos & imbelles. Aliquando ſtatus reipublicæ, puta popularis, non patitur præter matricem ciuitatem, alias propugnaculis aut arcibus communiri, metu ne nobiliores vel alij ambientes imperium eius, illis inuaſis ſtatum & formam regendi ſubuertant. Principes interdum populis imperant peruicacibus, interdum pacificis, interdum hoſtes metuunt, interdum pace fruuntur, & aliquando tātùm in limitibus egent propugnaculis, quæ nulli priuato aut aliis quàm militibus committunt [b]. Atque, vt ait Liuius [c], *Maiores noſtri caſtra munita, portium ad omnes caſus exercitus ducebant eſſe, vnde ad pugnam exirent: quo iactati pugnæ receptum haberent. Et ſi caſtris exutus erat, etiam ſi pugnando acie viciſſet, pro victo habebatur.* Arces & muri muniti cum paucis, magnam hoſtium manum arcere poſſunt: pugnantibus vel ſolis elementis aduerſus obſidentes, vt frigore, pluuiis, æſtu, & penuria commeatus, quæ ſæpe ingentes copias, exercitúſque maiores cogunt inuitos obſidionem ſoluere: & ſalui ſunt facilè ciues eò cōfugientes, qui, alioquin ciuitatibus deſtitutis muris & propugnaculis, primo hoſtium impetu maiori, numero, perirent. Et verum quidem eſt quod ſibi perſuaſerant Spartani, ciuitatem non ſaxis ligniſve, ſed pro vallis ac mœnibus incolentium virtute muniri oportere, quos ſi iungit concordia, nullus murus poteſt eſſe inexpugnabilior [d]. Neque inficiandum optimè reſponſum ab Iſæo Lacedæmoniis conſultantibus, cùm pereclitarentur de ciuitate mœnibus cingenda, relato verſiculo Homerico, vt narrat Philoſtratus [e].

ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ.

*Scutum hæſit ſcuto, galeæ galea, atque viro vir.*

Et adiecit, *Sic mihi ſtate Lacedæmonij, & muri cincti ſimus.* Cæterùm cùm plures & numero & virtute non munitam ciuitatem inuadunt, vel repente pauciores irruunt, certè nec virtus pauciorum, nec plurium virtus intercepta ſufficit ad repellendum impetum, eorum qui dum muris ingredi prohibiti, & ante portas ſubſiſtentes, copiis auxiliarib. poſſunt repelli, vel etiam lōga obſidione ſeipſos prodere, & vincere.

a *l. omnes, 12. C. de operibus pub. l. ſanctum 8. §. fi. de rerum diuiſ. P.*
b *l. 2. de fundis limit. P. lib. 11. c. ti. 59.*
c *Liuius li. 35.*
d *Plutarch. in apophthegma. Laconicis.*
e *Philoſtratus in ſophiſtis.*

5 Metuunt hoſtes quos inuadere incautos nequeunt: nec alia ratione populus etiam duræ ceruicis iugum inuitus patitur ſiue legitimi, ſiue illegitimi principis, quàm quod præſidia in arcibus firmiſſimis, princeps habeat ex quibus exigua militaris manus multos poteſt cohibere plebis furias. Quemadmodum Ioſephus ſcribit [a], Antiochum Epiphanem arcem muniſſe Hieroſolymis, quam Macedones per annos triginta occupauerant, & tri butum à Iudæis inuitis exegerunt, quam Simon Iudæorum dux, & pontifex, expugnatam ſolo æquauit, ne poſtea hoſtibus eſſe poſſet receptaculum, néue inde aliquod vrbi inferretur incommodum.

a Ioſeph. lib. 13. c. 12.

Expoſitæ ſunt nationes & regna prædæ exterorum, quæ non habent muratas aut munitas ciuitates, vt de Anglia & Scythicis liquet nationibus: cito enim expugnatis portubus, ingreſſu & aditu patefacto, omnia cedunt reliqua: rurſúſque victores eadem facilitate expelluntur: quod non accidit, niſi cum plurium ineuitabili cæde.

Nehemias ideo curauit multa diligentia, accepta poteſtate ab Artaxerxe, reſtitui & reædificari muros Hieruſalem, ne illa ciuitas eſſet in opprobrium inimicis [b]. Et cùm Sanaballat impedire vellet opus, populus vna manu portabat onera, vel ædificabat: altera tenebat gladium, paratus ad repulſionem inimicorum, qui impedire opus decreuerant [c]. Sic Amphion & Zethus, cùm ſuſpectas haberent vires Phlegiarum, vt ait Pherecides, Thebas muris ac turribus munierunt, vt eſſent tuitiores ab hoſtium incurſibus, aliíque qui imperij ſui futuri fundamenta iecerant, quos longum referre & ſuperfluum, quia omnibus ferè liquent, videretur.

b Nehemiæ 2. c. 2. verſ. 17.

c 2. Nehemiæ c. 4. verſ. 17.

6 Et proinde princeps, non malè facturus eſt, ſi non ſolùm in limitibus: ſed etiam intra regnum & ditionem ciuitates habeat munitas, & mœnibus & propugnaculis defenſas: neque timere debet (quod certè non difitemur poſſe accidere) ſubditorum rebelliones, aut hoſtium occupationes: nam hæc perpenſa ſi comparentur cum populi ſtrage quæ accidere poſſet ex irruptione hoſtili faciliora, non debent eum deterrere: nam quod ad rebellionem pertinet, ſolicitus eſſe debet, vt videat, quibus earum ciuitatum curam committat. Quòd ſi quando & ab illis decipi contingat principes, atque legerint aut audiant aliàs factum eſſe hoc & humanum eſſe, & deteriora quoque contingere poſſe iudicare debent. Si verò quis perſuadere conetur fieri poſſe, vt poſſint eſſe aliquando exteris inimicis in refugium: meminerit & multò faciliùs hoſtibus expoſitum regnum aut principatum, ſi nullæ ſint munitæ ciuitates, aut ſi tales pauciſſimæ, faciliùs hoſtes equitatu & peditatu percurrere poſſe nudatos mœnibus pagos, quàm machinas in muros admouere. Sunt & quidam gloriæ principum æmuli qui non magis conſulere quàm inuidere in hac parte videntur. Prout aliquando contigit Lacedæmoniis aduerſus Athenienſes. Siquidem vt narrant authores certiſſimi, poſt [d] victoriam ad Platæas partam, Athenienſes Trœzene & Salamine liberos vxoréſve ſuas Athenas in patriam reuexere: ſtatímque curam omnem ad cingendam mœnibus vrbem contulerunt, quæ Xerxes diruebat. Lacedæmonij verò perculſi gloria Athe-

d Diodor. Siculus lib. 11. Plutarch. & Prob. in Themiſtocle. Frontinus lib. 1. c. 1. Polyænus li. 1.



Athenienſium, quam nautico certamine ad Salaminem adepti fuerant, ſuſpectas eorum res incrementáque habentes, ab extruendis eos mœnibus prohibere ſtatuunt, & confeſtim Athenas legatos miſerunt, qui conſulerent minimè oportere ea tempeſtate mœnibus vrbem munire: vt periculoſum maximè Græcorum communi ſaluti. Si enim, inquiebant, maioribus rurſus copiis Xerxes in Gręciam traiecisset vrbes occupaturum extra Peloponneſum, veluti ad rem ſuam munitas: ex quibus aſſidua eruptione, reliquos vbique populos infeſtando, ac ſenſim debilitando, facilè poſſet Græcas res obterere. Sed horum conſilium Themiſtocles prudenter ſilentio primùm cluſit, & poſtea adhibita arte, legatis interceptis, ad Spartanos veniēs, iuſſit clam interim mira celeritate mœnia perfici.

7 Muros ciuitatum facilè iuſſu Principum conſtrui poſſe, in locis quibus ipſis videbitur, nemo dubitat, cùm & ad illud poſſint compelli & opidani ſeu municipes, contributis ſumptibus iuxta facultates illorum [a]. Debent & principes ex vectigalibus & prouentibus publicis, ſaltem tertiam partem conferre [b]. Conſtrui autem tunc iubebit, quando de habitatoribus confidet, aut quando ſibi ſatis præſidij ad defendenda mœnia putabit: alioquin ſatius eſt diruere quàm excitare aut reficere. quemadmodum vt eſt apud Nicephorum [c]. Genſericus poſt Marciani obitum, cùm crebris excurſionibus afflixiſſet Africæ partem Romanæ ditioni ſubiectam, omnium vrbium præter vnius Carthaginis mœnia diruit, & eā Vandalici regni regiā conſtituit facilè, & ita imperauit non immitis: donec Beliſſarius ex improuiſo, capta Carthagine, nonagintaquinque poſt annis, Iuſtiniano regnum Vandalorum ſubiecit. Refert & Polybius & Plutarchus [d], oppidorum Hiſpaniæ cis Betim fluuium, vno die M. Catonis Conſulis imperio, mœnia diruta fuiſſe, quæ multa erant, & viris bellicoſis abundantia: ne daretur occaſio rebellandi, & nouo animo belli Gotthici Totilas rex Beneuētum vi captam, mœnibus nudauit, ne locus, alioqui natura munitus, ſedes belli fieret hoſtibus, Sabellicus [e] & Blondus [f]. Alia tamen ratione Iſcholaus [g] cùm in Drye oppugnaretur à Chabria volente admouere arietes, ipſe prior muri partem deiecit, vt fortiùs pugnarent ſui, & ſpontaneam mœniorum deſtructionem molientes, hoſtes ingredi vrbem non auderent, vt ſuas machinas contemni videntes, quod accidit. Cauere etiam debent, qui in democratia degunt, ne mœnia & arces in ſua ditione fiant, ne rebellandi occaſio, vel ariſtocratiæ, vel monarchiæ detur occaſio. Qua ratione Lyſander captis Athenis, muros ex Ephororum ſententia diruit, vt rempublicam libertate donaret: nā ſublatis mœnibus, poſtea triginta vrbi, decem Piræeo præpoſuit rectores. Arci appoſuit pręſidium cui Harmoſtem dedit Callibium Spartiatem [h]. Et Carolus Magnus Pāpelonæ ciuitatis in Nauarra ante à Sarracenis occupatę cùm ſe dedidiſſet, iuſſit muros ad ſolum vſque deiici, ne rebellaret [i]. Sed nec facilè permittendum his quorum mœnia ob crimen aut rebellionem diruta ſunt, quandiu ſaltem memoria delicti poteſt retineri per ciues punitos, muros reficere, etiam ſi ſuis ſumptibus ſe factu-

a d. l. omnes. 11. de operib. pub. C.

b l. ne ſplendidiſſimæ, 10. C. eo. ti. l. reſtaurationi 3. de diuerſis prædiis vrbanis lib. 11. tit. 69.

c lib. 15. c. 27.

d In Catone.

e Enneade 8. lib. 3.

f lib. 6. decadis. 1.

g Polyænus lib. 2. ſtratag.

h Plutarch. in Lyſandro.

i in annalibus Pipini & Caroli Magni, anno 778.

ros offerãt:& niſi cauſa omnino ſit ab inſidiarum aliena ſuſpicione [a]. Neque etiam, ſi ſine delicto ſed ob cauſam reipublicæ vtilem, manente eadem, ſint deiecti; quemadmodum eodem prætextu inimici Iudæ prohibuerunt apud Artaxerxem ne reædificaretur templum Hieroſolymitanum, tempore Zorobabelis [b].

8 Diſtinctio quippe cauſarum deiectionis murorũ habet quandam diuerſam conſequentiam, ratione priuilegiorum irrogatorum ciuitatibus muratis. Siquidem, ſi hoſtili furore & expugnatione, vel caſu aliquo corruerint muri, non ideo dicitur minus ciuitas, ſtantibus ædificiis & incolis, [c] gaudétque & potitur ſuis priuilegiis, quia muri non faciunt ciuitatem, ſed ciues & incolæ, vt alibi notauimus. Diſſolutis tamen ciuibus & aliò commigrantibus, locus deſertus non vtetur priuilegio illi antea ratione ciuium & habitantium conceſſo. Sicut nec collegium diſſolutum, nec ciuitas vlla dicetur quæ aratrum paſſa eſt, ſeu exarata fuit, vt ait Modeſtinus [d]. Quemadmodum ſi integritas vniuerſitatis non habeat vnionem ad quam fundata eſt, non gaudet priuilegio conceſſo, niſi ad eam vnionem redierit [e]. Et Origenes de templo Salomonis [f], quod erat domus orationis, *Primùm quidem, inquit, à Salomone lapidibus inſenſatis constructum fuit, deinde reparatum ab Eſdra, poſtea verò poſt Chriſti aduentum, à Romanis deſtructum: & illa æſtimabatur domus orationis: qua deſtructa, neceſſe eſt, vt Iudæi quaſi non habentes iam domum orationis, iam non habeant priuilegium ſpeculationis Dei, nec poſſint ſecundum legem Deo ſeruire.* Ceſſante cauſa & ſubditorum merito ex quorum delicto mœnia diruta ſunt, adempta priuilegia cenſentur, quæ non mœnibus, ſed habitantibus & concluſis conceſſa erant [g], niſi reædificentur cum authoritate ſuperioris.

Aliter ſi muri corruiſſent, vel ſenectute, vel alio caſu, vel hoſtili impreſſione, remanentibus incolis & ad principem ſuum redeuntibus: ſiquidem murorum talis deſtructio non adimit priuilegia ciuitatis [g]: ſicut nec locus facit villam muratam, ſed materia [h], etiamſi diminuti ſint valde habitantes & ciues, dummodo conſilio tranſmigrandi omnes non reliquerint locum. Siquidem penes paucos remanere poteſt ius municipij & vniuerſitatis [i], neque incrementa vel decrementa ſingularium perſonarum, faciunt quominus cenſeatur idem corpus ciuile, & eadem vniuerſitas [k].

9 Muri ciuitatum, communis ſalutis cauſa ciuium conſtruuntur, ideo omnes ad eorum cuſtodiam maximè hoſte imminente, etiam perſonæ quæ ad ditionem Eccleſiæ pertinent, nec ſunt eccleſiaſticæ, compelli poſſunt [l]. Interéſtque omnium, eos non violari, ſeueréque & capitali pœna animaduerſum in violantes, vt Pomponij lex admonet, *Siquis violauerit*, inquit, *muros* [m], *capite punitur: ſicut ſiquis tranſcenderit admotis ſcalis, vel alia qualibet ratione. Nam ciues Romanos aliâ quàm per portas egredi non licet, cùm illud hoſtile & abominandum ſit.* Nam & Romuli frater Remus occiſus traditur, quòd murum tranſcendere voluerit. Et Vlpianus [n], *Qui perforauerit muros vel inde aliquid abſtulerit,*

a Coſma Guymier in gloſſis antiquis, ad §. in eccleſiis, ad verbum exiſtunt, de colla. in prag. ſanct. Rebuffus tracta. nominatio. q.16.nu.12.
Eſdræ c.4.
b l. pater filiũ, 38.§.6. fideicõmiſ. de lega.3.
c in l. ſi vſuſfructus ciu.21. quibus mod. vſufr. amitta. li.7.P.tit.4.
d c. abbate 25. & ibi gloſſa ad verb. ibidem. de verb. ſignif. c. fin. § fin. l.25. q fin.
e Origen. homi.15. ad c.21. D. Matthæi, Gratia in c.9. & quod diximus 16.q.7. & ibi gloſſ. ad verbum deſtructa.
f vt colligitur ex ſimilibus l. generaliter 40. de epiſc. & cleri. C. tranſlata. in ca.40. generaliter.16. q.1.
g Videnda Lucas de Penna. ad l. fi. de quib. munerib. li.10. C. vbi ponit 26 quæſtiones notabiles in materia publicorum murorum. & vide & Guymierum & Rebuffum in locis paulò ante allegatis.
h l. vrbana 198. de verbor. ſign.

i l. ſicut municipium. §. fin. quod cuiuſ. vniuerſ. non. P. k proponebatur, de iudic. P. l c.2. de immunita. eccleſia. lib.3. decreta. ti.49. m l. fi. de rerum diuiſio. P. n l. qui perforauerit 11. ad leg. Iul. pecula. li.48. P. ti.13.





*peculatus actione tenetur.*

10 Portæ quippe publicæ ideo conſtitutæ ſunt quibus ingredi & egredi oporteat: qua viam relinquebant in muro, ait Varro [a], ſcilicet conditores vrbium, qua in oppidum portarent portas dixerunt. Portæ diuini quoque iuris & ſanctæ, quo modo & muri dicuntur [b]: ſunt etiam & pars murorum & publicam habent cauſam. Indicat idipſum formula principis de cuſtodiendis portis ciuitatis: in qua apud Caſſiodorum [c] ſic legitur, *Nullatenus de eius fide dubitatur qui ad cuſtodiam ciuitatis eligitur, quia probatæ conſcientiæ conſtat eſſe credendum, quod fuerit pro ſecuritate multorum: atque ideo curam portæ illius ciuitatis noſtra tibi authoritate concedimus: vt improborum non pateat aduentibus, & bonorum non retardet acceſſus. Nam ſi porta ſemper obſerata ſit, inſtar eſt carceris: ſi iterum iugiter pandatur, murorum nihil prodeſt habere munimina. Sit ergo vtrunque moderatum: vt & cuſtodiæ nocturnæ ſatisfacias, & incompetenter eam claudere non præſumas. Eris nimirum via ciuium, & ingreſſus mercium ſingularum, amicus ſimul copiæ quam optas intrare. Stude ergo cum alimoniis inuitare venientes. Non tibi quod deſpiciatur eſt creditum. Quibuſdam faucibus ciuitatis præponeris, qui ingredientibus victualibus præeſſe monſtraris: quod te oportet ſine querela perficere, vt in paruis agnoſcere poſſimus cui maiora credere debeamus.* Meminit Seneca [d] legem fuiſſe, *Nocte in bello, aperire portas ne liceat.*

a Varro 4. de lingua Latina.
b in l. 1. de rer. diuiſ. P.
c lib.4. variarum, c.29.
d Seneca lib. 5. controuerſiarum controuerſ. 7.

*De ſuburbiis & pomœrio.*

## CAP. IIII.

PAVLVS Iuriſconſultus [e], quotidianam quæſtionem, paucis definire videtur, cùm quæritur, num appellatione ciuitatis contineantur ſuburbia. *Vrbis*, inquit, *appellatio, muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur.* Quibus verbis, dictione quidem vrbis, quæ intra muros ſunt, contineri tantùm admonet, non ſuburbia: ſed Romæ appellatione, hoc eſt, nomine qua vrbs dicitur, contineri ſuburbia, id eſt, continentia vel extra iuxta poſita ædificia: vt ſi dicamus Tholoſam, intelligimus & ſuburbia, quæ iuxta ſunt: at dicendo in vrbe Tholoſana, certè nomen vrbis reſtringitur ex proprio ſignificatu, quia vrbs ab vrbo, ſeu vruo, id eſt, aratro, nomen inuenit [f], & quicquid aratro concluſum eſt, id tantùm vrbs.

2 Extra vrbem & muros pomœrium: poſt muros, terra quæ ciuitatis eſſe cenſetur: ideo ibi ſuburbana poſita ædificia cenſentur eiuſdem nominis. Adfert hanc diſtinctionem Cicero, vt vrbs ſit, tectorum coniunctio, delubris & ſpatiis communibus diſtincta, in qua cœtus ſit hominum, iuris conſenſu, vtilitatis communione ſociatus. Romana autem vel alterius nominis, intelligatur, quicquid regionum & collium pomœrio, & mœnibus ciuitatis includitur. Maximè & propriè pomœrium, ſpatium agri eſt, quod intra & extra muros, incultum & non aratum eſt: ædificia autem quæ addita ſunt,

e l. 2. vrbis, de verbor. ſignif.
f l. pupillus 239 de verbor. ſign. Feſtus & alij.

quia ſequuntur, continentia dicuntur, & quia ſub fines pomœrij ſunt, vel proximè vrbi adiacent, ſuburbana vel ſuburbia appellantur. Et ciuis dicitur etiam qui extra vrbem habitat, ſi modò participet in iuribus, & ſit adminiſtrationis eiuſdem ciuitatis. Ædificia collecta inſtar vici vrbani, ſunt & pro parte vel pro appendicibus ciuitatis. Et apud Bonifacium octauum ſic explicatur interdicti ſententia [a], *Si ciuitas, villa, aut caſtrum, ſubijciantur eccleſiaſtico interdicto: illorum ſuburbia & continentia ædificia, eo ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu ne vilipendi valeat ſententia interdicti (quod fieret, ſi in ipſorum ſuburbiis vel continentibus ædificiis licitè celebrari poſſet vt prius:) expedit interpretationem fieri latiorem.* *Ædificia Romæ fieri*, inquit Vlpianus [b], *etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt.* Et Herennius [c], *Qui in continentibus vrbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur.* Et Latius Marcellus ex Alpheno [d], *Vrbs eſt Roma, quæ muro cingitur. Roma eſt etiam quantum continentia ædificia eſſent. Nam Romam non muro tenus exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cùm diceremus Romam nosire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.* Paulus item [e], *Si ita legetur, penum quæ Romæ ſit, vtrum quæ eſt intra continentia legata videtur: an verò ea ſola quæ eſt intra murum? Et quidem vrbes ferè omnes, muro tenus finiri: Romam, continentibus: & vrbem Romam æquè continentibus.* Quare ex conſuetudine & vſurpatione nominis ciuitatis cuiuſque, vt vrbs Tholoſa, ciues Tholoſanos, municipéſque Tholoſanos cōtineri notandum eſt qui in ſuburbiis ſunt: niſi ſiquid aliud nominatim diſtinctum ſit, & priuilegia, immunitates ciuitatis ad ſuburbanos quoque pertinere, quod de aliis fauorabilibus dicendum, quanuis in odioſis quę reſtringi debent, forſan ſi res diuiſionem pati poteſt, vrbis appellatio non tranſeat ſepta murorum. Quæ notanda veniunt pro quotidianis propemodum infinitis quæſtionibus: vt ius ciuis certam habeat explicationem. Sicut olim iure Romano peregrini non conſequebantur ciuitatis iura, neque ipſi Latini, ius Quiritium, niſi militia, naue, liberis, beneficio principis, piſtrino, ædificio, Vlpiano teſte, in fragmentis lib. 5. de Latinis. Item pro tributis, vt ſi in ſingulas tegulas ædificiorum ciuitatis, imponerentur, vt factum alias Romæ in obſidione Mutinæ aduerſus Antonium, cùm pecuniæ deficerent [f], facit quod Vlpianus [g] ait, *Qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ ille vicus reſpondet.*

a in c. ſi ciuitas, 17. de ſenten. excommu. lib. 5. ſexti. cap. 11.

b Vlp. l. ædificia, 139. de verbor. ſignif. P.

c Herennius in l qui in continētibus. 147. eo. ti. de verb. ſigni.

d l. vt Alphenus 87. eo. de verbo. ſig.

e l. 4. §. ſi ita legetur de penu legata, li. 33. P. tit. 9.

f Dio Caſſius.

g l. qui ex vico, 30. ad municipales libr. 50. P. tit. 1.

3 Excipiuntur negotia, quæ apertè conſtat non poſſe conuenire habitantibus intra & extra vrbem, vel ratione loci, vel ratione dignitatis: nam vt dicitur de curionibus in Gallia, qui doctiores requiruntur in villis muratis ſeu ciuitatibus, quàm in ſuburbiis, vbi forſan reſident hortulani vel artifices, vel agricolæ, aut vinitores, niſi & parrochiæ, quæ extra muros eſſet, parrochiani qui in vrbe morantur eſſent ſubiecti [h]: qui & pari modo inſtitui debent in ſuburbio ac in ciuitate, quia & ibi decimas debent: & ibidem ſacramenta debent accipere [i]. Vſus etiam obſeruari hîc debet, & an ſuburbani ſint eiuſdem iuriſdictionis ac vrbani, vt tunc eodem iure vtantur, & ſint eius vrbis incolæ ad cuius fines conſederunt inhabitandi cauſa [a]. Sin autem ſuburbia in confinio quidem ſint ciuitatis, ſed alterius iuriſdictionis aut dominij, vt ſæpe accidit in ciuitatibus limitaneis, tunc aliter ſtatuendum, niſi iure ſocietatis mutua priuilegia ſibi communicauerint.

h gloſſ. antiqua ad §. in eccleſiis ad verbum exiſtunt, de collationi. in pragma. ſanctio. rebuſpub. tracta. nominatio. q. 16. nu. 11.

i c. ad apoſtolicæ 20. de decimis lib. 3. decret. tit. 30.



Quare Vlpianus libro ſingulari de officio præfecti vrbi, *quicquid*, inquit, [b] *intra vrbem admittitur, ad præfectum vrbi videtur pertinere: ſed & ſi quid intra centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad præfectum vrbi pertinet: ſi vltra ipſum lapidem egreſſum eſt præfecti vrbi notionem.* Vocant hanc iuriſdictionem quidam in Gallia, *la banlieue* [c]. Fuit & lex lata à Valerio Poplicola aduerſus magiſtratus de prouocatione ad populum [d], quæ tantùm in vrbe erat, & extra vrbem ad mille paſſuum.

a l. pupillus. 139. §. incola eſt. de verb, ſigni.

b l. 1. §. initio eiuſdem epiſt. de officio præfecti vrbi: li. 1. P. ti. 13. vide l. mille paſſus 154. de verbo. ſigni. P.

c Budæus ad l. ſi. in aliam 7. de officio proconſu. P.

d Liuius lib. 2. ab vrbe cōd.

*De tutiſſimis arcibus in republica, principatu & regno ædificandis.*

## CAP. V.

QVAE antea diximus de muris ciuitatum & propugnaculis rectè ad arces transferri poſſunt. Exploratum enim eſt, omnibúſque in confeſſo arces munitáque loca, excogitata eſſe aduerſus inimicos & hoſtes, ad ſecuritatem, & imperantium & populi. Etenim impoſſibile eſt eos qui iure vel iniuria imperant, non incurrere plurium odium. oderunt enim dum metuāt, & ſunt ſemper improbi bonis hoſtes, & multi principantibus infeſti, vel ob iuſtitiam qua in ſe animaduerti nollent, vel ob inuidiam & ambitionem quando ſibi eos prælatos ſentiunt, & principatum aucupantur, vel populum metuentes, multò magis qui occuparunt tyrannidem, illud fuit præcipuum, ſaluti & ſecuritati, conſulentes, & in futurum & præſens tempus proſpicientes, atque inter cætera curarunt vt auxilia ſibi adeſſent militaria, & loca ad refugium tutiſſima: neque enim ſufficit, ſibi principatum aut virtute aut ſucceſſione, aut tyrannide, armíſque peperiſſe, niſi editum, de eo conſeruando & defendendo conſulatur.

Sunt in limitibus principatuum & regnorum, ſubditi excurſionibus hoſtium expoſiti, ſunt in ciuitatibus ſtatus reipublicæ inimici, vbique præſidium & loca tutiſſima hominibus probis & fidis committenda, conſtitui neceſſariò oportet. ſic ſemper arces, caſtella, munitiones, muri, refugia, parare expedit, potiſſimùm vbi de rebellione vel de incurſione inimicorum eſt ſuſpicio.

2 Arcani ſermonis ſignificatio trahitur, inquit Feſtus, ab arce quæ tutiſſima pars eſt vrbis: ſiue à genere ſacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum à notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur: ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur, in qua, quæ clauſæ ſunt, tuta manent, cuius ipſius origo ab arcendo pendet. Et Varro [e]. *Arx ab arcendo, quod is locus munitiſſimus vrbis, à quo facilius hoſtis prohiberi poſſit.*

e 4. de lingua Latina.

Deioces Phraotis filius, poſtquam electus fuit rex à Medis, iuſſit erigi ſibi ædificia imperio digna, ſtipatoréſque ad cuſtodiam corporis

ſui adiungi: quod & Medi præſtiterunt, eíque ingentia probéque munita extruxerunt, permiſerúntque ſatellites ex vniuerſis Medis quos vellet ſibi deligeret. Atque imperio potius Medos compulit vnum oppidum condere, vt hoc vno communito exornatóque, aliorum non ita magnam curam haberent, cui obſequuti etiam hac in re Medi, mœnia conſtruerunt ampla ſimul & valida, quæ Ecbatana appellantur, vt refert [a].

a *Herodotus in 1.*

Herodes Iudęorum rex cùm propter mutatos à ſe patrios ritus, populum tumultuari, & à ſeditione & defectione non procul abeſſe cerneret, cùm duas arces in vrbe haberet, vnam in qua ipſius erat regia, alteram verò iuxta templum Antoniam à ſe communitam, viſum eſt tertiam quoque munire Samariam, mutato nomine Sebaſten quę foris totam gentem contineret in officio, ab Hieroſolyma itinere vnius diei diſtantem, ad compeſcẽdos vrbanos tumultus oportunam. Aliam etiam toti genti ceu arcem impoſuit, olim Stratonis turrim dictam, quàm Cæſarem ipſe appellari maluit. In magno etiam, quem vocant, campo, forte lectis equitibus caſtellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Eſthmonitim in Perga. Atque his arcibus ad tutelam regni per totam regionem oportunè diſpoſitis, adempta eſt vulgo leuiſſimis quibuſque cauſis mobili tumultuãdi materia, parato ad quoſcunque clancularios conatus remedio, dũ in propinquo ſemper ſunt, qui vel præcaueant, vel recens ortos compeſcant, atque prætextu etiam magnificẽtiæ in operibus publicis, ſecuritatẽ rebus ſuis procurabat. Et ita omnibus rebus ordinatis ex ſentẽtia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit. Duobus potiſſimùm modis cũ his ſubditos in officio cõtinens: timore ſuppliciorũ, quæ nemini remittebat: & liberalitate qua prouidebat publicis neceſſitatibus, vt narrat Ioſephus [b].

b *lib.15.c.13.*

3 Admirabilis in medio populoſiſſimæ ciuitatis Babylonis, arx vicenum ſtadiorum ambitu, murorum faſtigio octoginta pedum in cœlum educto apud Curtium. Item alia Perſepoli in regno Perſarum fortior, triplici mœniorum ordine cincta, cum portis æneis, & ante ſingulas vallum æneũ viginti cubitorũ, terrorem incutiẽs vel ſolo aſpectu, vt ſcribit Diodor. Sicul [c]. quã tamẽ Alexãder Magnus exuſſit. Meſſenij quoq; in Ithome mõte habebant fortiſſimam arcẽ, caſtellum natura loci egregiè munitum, id quod poſt bellum primum cum Lacedæmoniis cruento Marte geſtum, ſe receperunt, & ibi per viginti annos ſe ſtrenuè defenderunt, vt ait Pauſanias [d]. Fuerunt in Iudæa tres arces munitiſſimæ Herodiã, Machærus & Maſſada, quarum priores duas exciſis tandem Hieroſolymis, Lucilius Baſſus, Legatus à Veſpaſiano miſſus in Iudæam, cœpit. Maſſadam verò, Fl. Sila qui Baſſo ſucceſſit [e]. Sunt noſtro tempore plures in diuerſis orbis regionibus & regnorum prouinciis in ciuitatibus conſtructæ arces, ob crebras populi rebelliones, óbque hoſtium incurſus, vt vix ſit opidulũ aut caſtrum qui arce careat. Anno Domini 1440. In Marchia Brandeburgẽſi cùm ciues Berlinenſes in ſuum tumultuarentur magiſtratum: Friderichus Marchio interueniens, impoſuit vrbi arcem frenum libertatis, vt ait Crantzius [f].

c *lib.17.*

d *in Meſſenicis.*

e *Ioſeph.lib.7. c.25.& 27.*

f *lib.12. Vandaliæ.ca.20.*

Imò ſunt domus ipſæ priuatorum, maximè in pagis aut oppidis tutiſſimæ,



tiſſimæ, ſæpè muris pinnis & foſſis circundatæ & vallatæ, & turritæ, quòd aliquando perniciem ciuitatibus proximis adfert: dũ enim iſta caſtella ab hoſtibus aut latronibus occupantur, valde vrbes infeſtant & ad commeatus officiunt. Si verò à probis viris habitentur & poſſideantur & ab amicis, valde proſunt. Vt rectè dicatur de arcibus & locis munitis, quod de mulieribus quidam dixerunt, *neque cum illis, neque ſine illis tutam eſſe rempublicam.* Inter feroces populos enim, periculoſum eſt principibus tales paſſim arces ſingulis permittere, at inter beneuolos ſubditos non tantùm ad ornatum aut ſecuritatẽ priuatorum, ſed etiã ad hoſtium faciliùs reiiciendum impetum pertinẽt & conducunt. Ita alia eſt ratio quarundam regionum & regnorũ arces & munitas domos prohibentium: alia eorum qui permittunt. Nemo eſt Turcarum omnium, aut inter eos Chriſtianæ profeſſionis veterum incolarum, qui vel oppida, vel arces, vel denique pagos more Perſarũ poſſideat, aut paulò munitiores domos ædificet. vetere enim edicto cauetur, ne quis villam pinnato muro circumducet, nec ædificium ſupra primam contignationem, aut columbaria turrita, altius condat. Propterea Thraces, Græci, Macedones, Myſij, Epirotæ, Ilyrij, cæteríque populi barbarico ſubiecto iugo, neque firmis opibus valẽt, neque ſi Chriſtiana arma alicunde proſtrepant, ad oblatam excutiendæ ſeruitutis occaſionem, ſeſe commouere poſſunt. Singulæ namque præfecturæ, eo ordine in æſtiuis atque hybernis pagatim diſpoſitos continent, vt vtique contra vim ſubitúmque tumultum parati, inſtructíque armis, præſtò adſint aduerſus exarmatos & inopes, qui oppreſſi celeriter teterrimi ſupplicij pœnam ſubeãt [a]. Et hæc quidem murorum & artium prohibitio, aduerſus ſubditorũ rebelliones commoda eſt, dũmodo diſpoſiti ita ſint milites qui ſubitò exarmatos poſſint opprimere: at contra hoſtium maiori numero in regna irrumpentium impetum, certè iacturam habet & malũ præſentaneum: nã poſtquam ſemel limites regni ingreſſi fuerint vel potiùs regionis, vel manu & pugna conſerta pugnandum & occurrendum eſt, vel cadendum: & ſi ex improuiſo hoſtes inuadant, priùs vniuerſam regionem & homines prędabuntur, quàm exercitus aduerſus eos paratus fuerit. quod non accidet vbi arces quædam, & ciuitates munitæ erunt, quibus hoſtes ſubſiſtere pauca manu defendente, vel inuiti coguntur, vel regredi, vel longo tempore obſidentes, occaſionem & dilationem ad armandum cõtra ſe exercitum dare. Eſtque res notiſſima, vt antè dictũ, Angliam aliáſque regiones toties mutaſſe Reges & Dominos, quod nullæ aut pauciſſimæ ſunt in illis vrbes & arces munitæ, vt ſit axioma certiſſimum, ingreſſu in eas regiones obtento, ſtatim dominationem earum ſequi.

a *in Sabellici ſupplemẽto, ex lib.4. ex tomo.*

4 Imminet certè aliquando periculum ne optimates & præfecti arcium aliquid moliantur contra principes, vel ob ambitionem regnãdi, vel ob auaritiam vel perfidiam, qua in partes hoſtiũ principũ, qui eis arces cõmiſerunt, ſæpe traditis cuſtodiis trãſeunt. Sed cũ neq; quicquã aliud in hoc ſeculo inueniri poteſt mortale, quod cũ ſua vtilitate aliquid nõ habeat incõmodi, ſtudendũ erit diligẽter principi, ne

hoc ipſum ſaltem facilè euenire poſſit: idque tantò meliùs aſſequetur, quantò vigilantior erit in inquirendis moribus præfectorum, & mutationibus eorum honeſtis: adiecta ab initio cùm concedet adminiſtrationem arcium, temporis anni vel biennij commiſſione. ſic enim & qui præpoſiti erunt, honeſtè exacto tempore dimittentur & alij ſine inuidia admittentur, & conſuetudine longa adminiſtrationes illæ non præſcribentur eorum malitia, qui per longum tempus cum multis contracta amicitia, non niſi cum factione, aut ægrè loco cocunt. Modus alius cauendi apud Perſas tutiſſimus viſus eſt, dum præter ſatrapas qui totas prouincias regebant, quidam alij vrbibus, quidam autem vrbium arcibus præficiebantur: non enim vni eidémque vrbi, & ἀκροπόλεως, ſeu arcis cuſtodiam mandabant, ſed diuerſis [a].

a vt ait Xenophon in œconomico.

Obſeruandum autem eſt principi, qualem populum habeat illis in locis vbi arces ædificat ac munit: nam ſi fidelem habet præcauere debet, ne eum in ſuſpicionem diffidentiæ inducat, aut exaſperet: poſſet enim hæc cauſa eſſe rebellandi. quemadmodum cùm Imperator Henricus 4. multi ſibi munitiſſima caſtella conſtruxit in partibus Saxoniæ & Thuringiæ, & multas ſibi munitiones iniuſtè vſurpauit, multorum animos contra ſe excitauit, vt tota Saxonia & Thuringia ei rebellauerit, quia cõtra voluntatem populi, rex eaſdem munitiones feciſſet inconſultè: neque quieuit prius ſeditio, quàm prædictæ munitiones fuerunt deſtructæ [b].

b Sic ſcribit Bertoldus Conſtātienſis in appēdice ad Chronicon Hermani contracti in anno 1072. 1073. 1074.

*De foro iudiciali publico.*

## CAP. VI.

INTER ædificia publica recenſeri par eſt forum iudiciale, ad quod populus vt ad communem opem confugit. Sextus Pompeius Feſtus [c], inter acceptiones nominis fori, duas præcipuas connumerat, quæ ad reipublicę opera publica & neceſſitatē pertinent ſocietatis ciuilis. *Forū*, inquit, *ſex modis intelligitur. primo negotiationis locus: vt forū Flaminiū, forū Iulium, ab eorū nominibus qui ea cōſtituenda curarūt, quod etiam locis priuatis, & in vijs, & in agris fieri ſolet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conciones haberi ſolent. Tertio, cum is qui prouinciæ præeſt, forum agere dicitur, cùm ciuitates vocat, & de controuerſiis eorū agnoſcit: quæ tertia acceptio ad ſecundā referri poteſt.* Varro [d]. *Quo conferrent ſuas cōtrouerſias,* inquit, *& quæ vendere vellent & quo quaque ferrent, forum generatim appellarunt, vbi quid additum, ab eo cognomen, vt boarium forum, forum olitorium, &c.*

c in libris de verborum ſignificatione.

d lib. 4. de lingua Latina.

2 Prius agamus de foro iudiciali. Forum hoc ſeu locum, aliquando certum non fuiſſe, aliquando certum & definitum conſtat. Cùm enim, vt ait Nonius Marcellus [e], fora loca fuerint in quibus ius diceretur, fiebat vt in diuerſis pro neceſſitate redderetur, inde prætores & forum indicere dicebantur, cùm locum iuriſdicendi qui conuentus vocabatur, deſignabant. Et forum agere, cùm conuentum in prouincia iuriſdicēdi cauſa habebant. eò pertinet quòd ſcribit Virgilius,

e de ſermone Latino.



*Indicítque forum, & patribus dat iura vocatis.*

Neque Romani vel antiqui, tot litibus abundabant olim, vt quotidie iudices aut magiſtratus maximè præcipuos, ſedere ad iudicandum oporteret. neque etiam qui gerebant maiores in prouinciis poteſtates, otium iudicandi habebant. Proinde cùm tempus omne anni, Romani prætores, vt colligit Sigonius, bello gerendo conſumerent, tum hyeme ac tempeſtatibus eius, ab armis recedere coacti, iudiciis operam dabant, multis ad id iudicibus, qui controuerſias eas deciderent conſtitutis, qui recuperatores ſunt appellati, quare in conuentu cùm conueniſſet populus, iudices & litigatores, extremo cōuentus die concilium habebatur. Forum ſub dio habitum tradit Quintilianus: erátque vel vbi ageretur de rebus publicis vt in comitiis, vel de priuatis litibus.

Erat Debora Prophêtis vxor Lapidoth quæ iudicabat populum ſuo tempore, & ſedebat ſub palma quę nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel, in monte Ephraim, aſcēdebántque ad eam filij Iſrael in omne iudicium [a].

3 Erant conuentus iuridici, iudiciorum cauſa, ad quos peragendos Cæſar [b], ſcribit ſe ex vlteriore Gallia in citeriorem veniſſe, nempe ad ius dicendum. Sic enim Hirtius qui ſuppleuit eius hiſtoriam ſcribit, Cæſarem eo anno ius in Gallia citeriore dixiſſe.

a Iudicum c. 4. verſ. 4. & ſeq.

b In commentarijs rerū Gallicarum.

Meminit hiſtoria Caroli Magni, & Ludouici filij, per ſingulos annos fuiſſe iudicatos conuentus iuridicos. Fuerunt & in Gallia poſtea, erátque curia ambulatoria ſeu vaga, vocabant *parlamentum ambulatorium*, donec ſtatum fuit & immobile, primùm Lutetiæ Pariſiorum, dehinc alibi aliæ curiæ ſupremæ per Gallias decretæ & conſtitutæ. Fuerunt & conuentus ſimiles acti generales in finibus Carnutorum, in Gallia, tempore Druidum vt notat Iul. Cæſar [c]: & nos de his latiùs diximus omnibus alibi [d]. Erat & hic mos conuentuum habendorum Germanorum, iuxta ea quæ ſcribit Cornelius Tacitus [e].

Reddebantur & iudicia apud Iudæos in portis ciuitatum [f], quod & de præcepto Dei factum eſt [g], & apud Zachariam [h], *veritatem & iudicium iudicate in portis veſtris.*

4 Fuerunt & tribubus iudices Romani certi conceſſi, ad quotidianam litium ſummariam deciſionem, vnde loca in quibus ius dicebant, dicebantur tribunalia: & loca certa deſtinata & Romæ, & per Italiam prouincialibus, quæ & fora dicta ex nominibus ædificantium, vel curantium ædificari. *Erant loca publica coloniarum*, inquit Aggenus, *vbi erant conciliabula, & poſtea fuerunt in municipij ius relata.*

c lib. 6. de bello Gallico.

d lib. 47. Syntagmatis, c. 27.

e de eorum morib.

f vt liquet ex c. 4. Ruth. 2. Regum c. 15. verſ. 2. Deuter. c. 21. verſ. 19.

g Deuter. c. 16.

h c. 8. verſ. 16.

5 Iudicabat & Samuel Iſraelē, cunctis diebus vitæ ſuæ, & ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala & Maſphat, in quibus locis iudicabat Iſraelem. Reuertebatúrque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi quoque iudicabat Iſraelem [i].

6 Moyſes ab initio congregato populo tantùm iudicabat certo tempore & non continuò, donec ex conſilio Iethro, prouidit de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus eſſet veritas, & qui oderant auaritiam, tribunos, centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui iudicarent populum omni tempore, faciliora termi-

i 1. Reg. 7. verſ. 15. 16. 17.

a Exodi.c.18.

nantes grauiora ſibi reſeruans [a].

7 Addidit M. Antonius philoſophus faſtis, iudiciarios dies, ita vt ducentos triginta dies rebus agendis, litibúſque diſceptandis conſtituerit, vt ſcribit Iulius Capitolinus in eius vita, malignitatis eſt hoc litis bellum ſempiternum, quod gerunt inter ſe omnes homines, neque indictum, neque dirimendũ vllis cõditionibus, aut fœderibus: ſed hoc inter eos tamen potiſſimùm ſuſcipitur, qui ſunt coniunctiſſimi [b]. Et ſic etiam beati dicti, qui faciunt iuſtitiam in omni tempore; quia quotidianæ lites, & proinde etiam, vt refert Suidas [c], conſules ſeu magiſtratus, quotidie ſenatũ conuocabant, niſi ſi qua dies immunis erat: populum verò quater dum in magiſtratu erant, & is conuentus κυρία dicebatur ſeu firmior conuocatio, in qua magiſtratus abrogabãtur, his qui perperam illis fungi videbantur, & de tuendis agris, de crimine lezæ maieſtatis ſi qui volebant, verba faciebant.

b Dio Pruſieus libello περὶ ἀπιστίας vel quod non ſit temerè credendum.

c in verbis κυρία ἐκκλησία.

8 Acceſſerunt quotidianis litibus ex foris duo commoda, vnum, quod cùm ſub dio antea fora eſſent, tecto & ædificiis fuerunt ornata, cùm non eſſet expediens temporis tranquillitatem expectare vrgente die iudicij: aliud, quod diſtinctis tribunalibus & foris, curiarum fuerunt diuerſi gradus, & diſtinctæ negotiorum qualitates, diuerſis iudicibus & ſingulis cõmiſſæ, quò faciliùs & citiùs expediri lites poſſent.

9 Scribit Plinius, Marcellum Octauia Auguſti ſorore genitum, inumbraſſe in ædilitate forum, vt ſalubriùs litigantes conſiſterent: quod antea Cato Cenſorius, ne populus litibus aſſueſceret, acutis lapidibus ſternendum putauit.

In baſilicis dictum ius aliquando, quo ſe recipiebant iudicaturi principes, vnde & putant dictos apud Heſiodum in Ergis, δωροφάγους βασιλῆας, *donivoros iudices*. quem & poſteris morem ſeruatũ indicat prohibitio conſilij ſub Iohanne Papa [d]. Neque etiam ſenatum habere licuit Romanis, præterquam in loco inaugurato, vnde Veſtalium templum non erat conſecratum, ne in eo poſſet haberi.

d quæ extat in c. 1. de immunita eccleſia.

Octauius Auguſtus ſtruxit forum cum æde Martis vltoris, templũ Apollinis in palatio, ædem tonantis Iouis in Capitolio. Fori extruendi cauſa fuit, hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non ſufficiẽtibus foris duobus, etiam tertio indigere. Itaque feſtinantiùs, nec dum perfecta Martis æde, publicatum eſt, cautúmque vt ſeparatim eo publica iudicia, & ſortitiones iudicum fierent, vt refert Suetonius [e].

e in eius vita c.29.

10 Diſtinctis locis, factum eſt, vt ſinguli ferè cuiuſque loci incolæ, ſuos habuerint pacis conſeruatores & iudices, & non opus fuerit aliò ad iuſtitiæ remedium recurrere, quod maximo eſt in republica beneficio tribuendum, dandáque eſt opera his qui gubernacula tenent, ne leges bonæ tantùm conſtituantur, ſed & vt ſecundum leges viuatur, quòd facilè conſequentur, conſtitutis per ſingulas ciuitates & oppida domeſticis iudicibus. Sicut Ioſaphat rex Iuda laudatur ex bonis operibus [f], & quod conſtituerit iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per ſingula loca, & in Hieruſalem conſtituit Leuitas & ſacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarẽt habitatoribus eius. Et ne confuſio eſſet in concurſu

f 2. Paralipomenon c.19.



curſu iuriſdictionum, diſtinxit ſingulis iudicibus cauſas proprias, de quibus cognoſcerent. Sic & iuriſperiti per Regum Imperatorúmque conſtitutiones reſponderunt, territoria ſingulis iudicibus commiſſa, nec extra ius dicere poſſe [a]. Et Dionyſius Papa ſingulis presbyteris ſeu curionibus, certos fines parrochiarum & terminos præſcripſit [b]. Effecerunt autem principes & legiſlatores, ne alicubi eſſet penuria lites diſcutiendi, & pluribus ideo modis quemlibet aliquod forum ſeu iudicium ſortiri voluerunt, vel ratione domicilij, vel ratione contractus, vel delicti, vel rei controuerſæ: ne iniuſtitiæ, aut calumniæ, aut impunitatis, daretur occaſio, & omnibus paratiſſimis & oblatis remediis, quies ſocietatis humanæ & reipublicæ retineretur. Fuerunt & omnibus rebuſpublicis rectè inſtitutis, loca definita, vbi leuiores & maiores controuerſiæ diſtinctim tractarentur & iudicarẽtur. Ita apud Atheniẽſes, teſte Pauſania [c], Iudicium vnum aut forum dictum Parabyſtum, & aliud Trigonum illud, ab obſcuro vrbis loco, in quo leuiſſimę vrbis cauſæ cognoſcebantur: hoc, à loci forma nomẽ ſumpſerat. Erat & Batrachium, & Puniceum, à coloribus dicta. item maximũ omnium, & quo frequentiſſimi conueniebant ad Heliæum. In foro, quod Palladium dicebatur, cædis cauſæ agitabantur. In Delphinio, cauſam dicebant qui ſe iure aliquem necaſſe defendebant. In Piræo, exilio deſtinati, ſi noua in eos culpa proponeretur, iudicabantur de aliis cędibus & in Areopago in templo Martis per ſeueriſſimos iudices cognitio habebatur. In Gallia & alibi quoque, diſtinctæ cauſæ tribunalium ciuiles à criminalibus, interdum nobilium à cauſis plebeiorum, & proinde coram ſenarchis, & in eorum curia regia, cauſæ nobilium agitantur non coram iudicibus plebeiorum & ordinariorum locorũ, ſicut & apud Perſas, vt habetur apud Xenophontem [d], fora duplicia fuerunt iuridica, vnum quod liberum vocabant, in quo honorati & præcipuè nobilitatis viri principem locum tenebãt, & erat regia. Alterũ, in quo mercenarij & negotiatores aliáque humilis turba diuertebant. Capuæ quoque, vt ſcribit Alexan. ab Alexan. [e], fora diſtincta fuere: alia plebeiorum, quũ plebs à patribus diſſentiret, alia nobiliũ.

a l.f. de iuriſ.d. omn. iudic. P. l. pupillus, 239. §. tecatorium, de verborũ & rerum ſignif. P.

b in ca. eccleſ. 13. q. 1.

c in Atticis.

d lib. 1. Cyripædiæ.

e lib. 2. c. 12.

11 Notat quandam differentiam inter fora maiorum & minorum iudicum, Dio Caſſius [f], & ait Tribunal dictum βῆμα, nempe ſellam cum gradu, ſellam currulem, & eſſe magiſtratuũ maiorum, vt puta conſulum prætorium Romæ: in prouinciis pro conſulum & præſidum: minorum autem magiſtratuum βάθρα, id eſt ſubſellia quæ tantùm illis erant: qua de re & agit Aſconius Pædianus in diuinationem Ciceronis & Xiphilinus [g], vbi de tribunali Bruti Prætoris narrat. *Subſellia*, inquit Aſconius, *ſunt tribunorum, trinummorum, quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercentiũ, qui nõ in ſellis currulibus, ſed in ſubſellijs conſidebant*. Erant & Romę centumuirorum fora qui de cauſis priuatis cognoſcebant quotidie, vt de tutelis, vſucapionibus, & ſimilibus, tanquam ſedes iudiciorum ordinariorum, delectis iudicibus ternis & ſingulis triginta tribubus, vt ſcribit Feſtus, & Cicero [h].

f lib. 44.

g in Iulio.

h pro Cecinna.

12 In republica in ſũma loca curare oportet iudicialia, quæ publica ſũt omnibúſq; ad ea pateat tutus acceſſus, & iudicibus & litigãtibus: nã fieri nõ poteſt, vt ait Demoſt. [i] cõſulẽtẽ, & cõmunia aut publica agẽtẽ, placere omnibus, & tamẽ qui ex animo cõſultũ populi reb. cupit,

i epiſtola 3. de Lycurgi liberis ad ſenatum & populum Athenienſem.

dignum eſſe vt conſeruetur: eáque fuit cauſa cur Deioces Phraotis filius, cùm à Medis ad iudicãdum cũ authoritate accitus fuit, petiit vt author eſt Herodotus[a], ſibi arcem tutiſſimam conſtrui, & ſatellites ſeu cuſtodes dari, quod & obtinuit.

13 Quare & in loco publico ſententiæ proferri debent, & in loco maiorum: alioquin enim, in ſecreto latam, irritam ſtatuerunt meritò CCC. Carus, Carinus, & Numerianus[b]. Expedit enim cognoſci publicè iudicia, tum ciuilia, tum criminalia: quia magna authoritas ineſt iudicatis, & ab illis diſcunt qui ſimilia habent negotia, litem non mouere, & ſi de criminum ſuppliciis agatur, pœna publica, aliis exemplo eſt vt caueant in eadem crimina incidere, pro quibus alios viderint & audiuerint condemnari. Metuunt & iudices corruptè iudicare, dum cenſuram adhibendam publicam certò ſciunt.

14 Præcauendi hîc ſunt etiam abuſus, quibus ſæpè malè audiunt tribunalia, tanquam prædonum & latronum conciliabula, vt plerunque ſatiùs eſſet incidere in viarum graſſatores, quàm in forenſes harpyas, quæ paulatim ſugunt litigantiũ facultates, vſque ad ſanguinem: & ad extremam deſperationem ſæpiſſimè producunt, vt illis ſatius & dulcius ſit mori quàm viuere.

Eſtque vna ex tribus Chilonis ſententia Lacedæmonij connumerati inter ſeptem ſapientes literis aureis Delphis conſecrata, *comitem æris alieni ac litis, eſſe miſeriam*, vt refert Plinius[c]. Anacharſis etiam Scytha conſiderans tantùm abuſus non rectam fori cauſam, forum ad fallendum inuicem, atque ad dandas auaritiæ manus, deſtinatum locum eſſe dicebat. Sed & Moderatus Columella, *ne caninum quidem*, inquit, *ſicut dixerunt veteres, ſtudium præſtãtiùs eſt locupletiſſimum quenque allatrandi contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis etiam conceſſum intra mœnia, & ipſo foro latrocinium. Quod niſi cupediis ſuffarcinatus, & ferentariis onuſtus libellis pergas, quibus dorophagos expleas, ſordidóſque ac nummarios, luditur opera*[d]. Plutarchus etiam[e], forum dixit, ἀσέβων χῶραν .i. *impiorum regionem conqueſtus*: & de his Mar. Cato, in ea oratione quam de diuidenda præda militibus habuit, *fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus ætatem agere, fures publicos in auro atque purpura*: ſicut & retulit A. Gellius[f].

15 Cæterùm boni principis erit, & boni rectoris reipublicæ, malis quæ oriuntur & abuſu rabularum & iudicum corruptorum, remediis & pœnis occurrere, & fori neceſſitatem rectis legibus reformare, & commiſſa emendare. Remedia quidem his malis adhibenda: vt, ſi omnino ſanari non poſſint, ſaltem quoad fieri poterit expurgentur & emendentur: non enim propter abuſum miniſtrorum iuſtitiæ, ipſa iuſtitia in qua vnica ſocietatis reipublicæ ſalus conſiſtit, excludenda erit: humanum enim eſt optimis etiam rebus abuti. Et ideo principes & moderatores rerumpublicarum, maiorum diligentiam ſaltem ſequi debent, & viam ingredi eandem quam ad emendationem illi tenuerunt.

In primis enim locum ipſum religione munierunt, & vel conſecrarunt, vel ædibus ſacris coniunxerunt, vt admoniti religione Deíque reuerentia, iudices & litigantes numinis ſaltem metu, in officio & iuſto

a *lib. 1.*

b *in l. cum ſententiam 6. de ſentent. & interlocutio omnium iudic. C. li. 7. ti. 45.*

c *lib. 7. c. 32.*

d *refert Cælius Rhodiginus li. 28. lectio. antiquarum c. 9.*

e *libro non eſſe fœnerandum.*

f *lib. 11. c. 18.*



& iuſto continerentur. Atque in Gallia ſanctiſſimus mos tribunalibus ſeruatur maioribus, vt ante curiæ ingreſſum & ſoluta curia, miſſę ſacrificium publicè offeratur. Et iudex mortuorum & viuorum, iuſtitia ipſa & iuſtitiæ author incorruptus adoretur. *Ædes deorum*, inquit Ariſtoteles[a], *ac principaliſſimæ magiſtratuum comeſſationes idoneum locum habere debent, & eundem, ſacra quotcunque lex non ſeparat, aut* μαντεῖον πυθόχρηςον, *ſeu reſponſum oraculi. Eſſet autem talis locus, quiſquis ſupereminentiam haberet & ad edendam virtutem ſufficienter, & ad vicinas partes ciuitatis excellenter. Decet autem ſub hunc locum conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius quod* ἀγορὰν ἐλευθέραν, *ſeu liberum forum dicebant, id eſt, quod debet eſſe purum ab omni mercatu, & neque opifices, neque agricolas, neque alios tales vllos illi appropinquare, niſi à magiſtratibus vocarentur.*

16 Sunt leges, quæ ſeruandæ erunt, de iureiurando à iudicibus, cauſarum patronis, & litigantibus in exordio litis exigendo de calumnia, de iure perſequendo tantùm[b]. Sunt pœnæ contra temerarios litigantes ſeueriùs exercendę, aliæque grauiores pro modo doli, & vexationis illatæ, ſanciendæ: improbandus ille abuſus, quo alicubi, impenſæ in litem factæ iuſtam cauſam defendenti non adiudicantur: datur enim inde occaſio temerè litigandi & opprimendi pauperes, quibus ius differtur, & antequam illud cauillationibus aduerſantium impeditum conſequi poſſint, reliquam ſui patrimonij ſubſtantiam conſumunt, quam niſi cum iure ſuo, aduerſarij & improbi litigantes rependerint, maius damnum ex iudicio quàm vtilitatem conſequuntur: & ſæpius potiùs damnis opprimuntur, quàm ex iure reddito iuuentur. Quod non fiet, ſi improbi litigatores, ſumptus litis vnà reſtituere coacti fuerint, iuxta legum[c] ſanctiſſimarum decrèta, earúmque æquiſſimas rationes.

Sed & modus his impenſis conſtituendus eſt, tam ratione eorum quæ iudicibus aut aduocatis capere liceat: neque ampliùs impunè iudici aut patronis, ſeu procuratoribus concedendum eſt accipere, quàm poſſit in legitimam taxationẽ venire: hunc enim videmus abuſum maximè litigantes affligere, qui cùm liberaliter in iudices & aduocatos plura expendant, vt eorum operam & fauorem ſibi conſilient, tamen pauciſſima in taxatione victores exiſtentes repetunt: & tantùm ea quæ ex ſtilo vel conſtitutione dari pro ſalario placuerit. Oporteret autem ſtatui in iudicem & aduocatum, vel alios pragmaticos pœnam, qui vltra ſportulas & ſalaria definita etiam volentibus accepiſſent: alioquin enim non parcit litigator ſumptibus inanibus, dum viderit prædictos ſine metu reſtitutionis aut caſtigationis ſumere. Renouandæ itaque leges, fœliciter alias de iſtis concuſſionibus & furtis propoſitæ: ſícque fiet vt ſuperans in iure aduerſarium, ius ſuum repetat integrum, & ſumptus integros in litem factos, dum plus nullo modo erit expenſum aut acceptum, quàm in rationem calculi expenſarum taxatarum ſeu definitarum venire poſſit. *Quod ad iudices & moderatores prouinciarum, plebiſcito*, inquit Modeſtinus Iuriſconſultus, *continetur, ne quis præſidum munus donum caperet, niſi*

a *7 politicor. 12.*

b *vt liquet ex tota l. rem non nouam. 14. de iudiciis. C. lib. c. 3. titulo. 1. titulo de iureiuran. propter calum dando. lib. 2. tit. 59. & in ſimilibus titulis decretalium de iuramento calumniæ. & Iuſtiniani nouella 49. & nouella Leonis 107. & 97.*

c *l. properandum. C. de iudic. l. eum quē temerè, eo. tit. P. c. finem litibus, de dolo & contuma. c. calumniam, de iudic.*

a l. plebiſcito. 18. de offic. præſid. lib. 1. P. ti. 18.
b in l. ſolent. 6. §. fin. de officio proconſ. lib. 1. P. tit. 16.

*eſculentũ, potulentúmve, quod intra dies proximos prodigatur*[a]. Quod Vlpianus latiùs explicauit[b]. *Quantum*, inquit, *ad xenia pertinet, audi quid ſentimus, vetus prouerbium eſt*, οὔτε πάντα οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. id eſt, *Neque omnia, neque omni tempore, nec ab omnibus eſſe accipiendum. Nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum.* Manus integras habere à muneribus, rectiſſimè placuit, cùm ea ſoleant demulcere & propenſiores reddere iudices, & vt vno verbo dixerim, ſoleant excæcare etiam oculos iuſtorum, & peruertunt cauſas iuſtorum[c]. *Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij*[d].

c Deutero. 16. verſ. 19.
d Prouerb. 17. verſ. 23.

Neque etiam permittendum cenſerem, vt vel eſculenta, aut poculenta capere poſſint: nam & in minimis eſt affectio, & ex minimis, ſi permittantur, facilis ad maiora optanda & capienda eſt via. Sunt & eſculenta & poculenta maximo damno pauperibus, qui minutis etiam expenſis, quæ pro nihilo haberi poſſunt diuitibus, exhauriuntur. & magiſtratus non contentus pecunia tyrannus fit. Sed ſuperbia & auaritia eorum qui gubernant, homines prouocant contra ſe, & contra ſtatum eius reipublicæ, quæ iſta fieri patiatur[e].

e Ariſtot. 5. politic. c. 3.

Meliùs conſultum omnino eſt reipublicæ, ſi principes aut populus ſuis magiſtratibus ex publico ſalarium conſtituant ſufficiens, ex quo commodè viuere & lucrari poſſint, & abſtinere à ſubditorum loculis, ſi gratis ita merentibus concedant dignis poteſtates & adminiſtrationes: ſic enim fiet vt lites citius & ſine aliqua ſpe lucri dirimantur.

17 Tribunalium corruptio potiſſimùm ex ea parte hodie oritur, quòd principes habent venales magiſtratus, & ex venditione eorum compendium facientes, non audent fines ſportulis liberè imponere: *neceſſum enim eſt*, vt dicebat Alexander Cæſar, *vt is qui emit vendat.* Omnis autem illa negotiatio in detrimentum principis & reipublicæ conuertitur. Princeps quippe malè audit, quod pro iuſtitia diſtribuenda ad quam ipſe tenetur, negotiatur in ea, non doctos, & probos qui lubentiſſimè non emunt onus, ſed pernicioſos, ambitioſos & indignos promouet: quod eius dedecus eſt, & reipublicæ ſubuerſio, quæ regitur potiùs à populis & curatoribus, quàm à iudicibus. Quod animaduertit Iuſtinianus, vtrunque præcauens, & emendauit[f], vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant circa principium. *Cogitatio*, inquit, *nobis facta eſt, quod agentes omnia quæcunque in prouinciis noſtris ſunt, vno actu communi ad meliora migraremus. Hoc enim omnino euenturum credimus, ſi præſides gentium, quicunque ciuiles adminiſtrationes prouinciarum habeat, puris procuremus vti manibus, & ab omni abſtinere acceptione pro illis, ſolis contentos eis quæ à fiſco dantur. Quod non aliter fiet, niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occaſione ſuffragiorum, neque his qui cingula habent, neque alij omnium vlli. Conſiderauimus enim quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio, attamen noſtri ſubiecti incrementum maximum perciperent, ſi indemnes à iudicibus conſeruentur, & imperium & fiſcus abundauit, vtens ſubiectis locupletibus. Et vno hoc introducto ordine, plurima rerum & innumerabilis erit vbertas. An certè non omnibus manifeſtum eſt, quoniam qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit: non dat hoc ſolùm quantum occaſione adinuentum eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſecus addit amplius occaſione commodi adminiſtrationem aut dantibus, aut ſpondentibus? & ſic vno principio illicito dato, neceſſe eſt plurimas manus circumire eum qui donationem facit: & hoc non de ſuo fortè præbere, ſed mutuatum, & vt mutuare poſſit, damnificatum: & computare apud ſe, quia conuenit eum tantùm ex prouincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, & vſuras, & damnum pro ipſo mutuo. Computabit autem & in medio expenſas largiores, iam & iudici, & qui circa eum ſunt conuenientes, & quendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo fortè non adminiſtrabit. Quamobrem eius quod ab eo datum eſt, triplum: magis autem, ſi oportet verum dici, decuplum erit, quod à ſubiectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur. Nam ea quæ oportebat in fiſcum inferri, eo quod adminiſtrationem habet puris vtente manibus: hoc ad propriam vtilitatem redigens qui adminiſtrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius quæ per ipſum agitur, nobis reputat, &c. Prouincias ſpoliari*, inquit Seneca[a] *non mirum, quando quæ emeris vendere iure gentium æquum eſt, vt vice verſa æquum eſt, vt qui emerit non vendat.*



a de beneficiis. c. 9.

Rurſum Iuſtinianus Triboniano[b] ſcribens, *Oportet igitur te purè ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio, præ omnibus aliis mundas ſeruare Deo nobiſque & legi manus, & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, neque captioſum quiddam contra ſubiectos facere negotiationem: ſed contentum eſſe ſolis à fiſco tibi miniſtratis, & tam per te, quàm per eos qui circa te ſunt, purum vndique eis ſeruare ius.*

b in nouella 17. de mandatis principum c. 1.

Atque Theodoſius & Valentinianus imperatores[c], conceperunt iuramentum ſubeuntium adminiſtrationes, vel magiſtratus: vt neque quicquam ſe dediſſe, vel daturos, vel promiſiſſe pro ſortiendis adminiſtrationibus, neque dum in adminiſtratione fuerint, quicquam, præter ſalaria accepturos promittant.

c in l. fi. ad leg. Iuliam repetundarum lib. 9. C. tit. 27.

Item Iuſtinianus[d], de Prætore Lycaoniæ, vult iudices puras manus ſeruare & integras Deo, Imperatori, & legi: & Demoſthenes[e] inter capita iuramenti Heliaſtarum iudicum & Athenienſium, ponit fuiſſe & illud, οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἠλιάσεως ἕνεκα, οὐδὲ αὐτὸς ἐγώ, οὔτ' ἄλλος ἐμοί, οὔτε ἄλλοι εἰδότος ἐμοῦ, οὐ τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. id eſt, *Iudicij cauſa, neque dona muneráve vlla accipiam, neque in meam rem alius: ſed neque vllum arte fraudéve aliqua quicquam accipere patiar ſciens dolo malo.*

d in nouella 25.
e contra Timocratem.

Huc etiam pertinent leges, plectentes iudices corruptos ſordibus, & per pecunias iudicantes: & corruptores, & eos qui nituntur corrumpere, de quibus nos diximus alibi[f].

f lib. 36. ſyntag iur. c. 28.

18 Mereretur forſan etiam aliquam reformationem, ſi ſtipendia iudicibus eſſent ſufficientia, taxatio aſſueta ex arbitrio iudicantium ſportularum, & neceſſarium videretur aut eas

permitti certas,aut nullas. vocant alicubi in Gallia,*eſpices & raports.* Sed vt dico, fieri hoc facilè non poteſt, niſi ſalariis conſtitutis ſufficientibus, poteſt tamen obuiam iri auaritiæ & exceſſui harum ſportularum,per certam diffinitionem.

19 Ex parte etiam aduocatorum,patronorum, & procuratorum, & aliorum officialium, rurſus curandum, reſtitui leges antiquas, vel alias meliores,ſi inueniri poſſint condere, vt dignitas loci,& vtilitas publica conſeruetur. Ad honeſtatem & dignitatem pertinent quæ per edictum de poſtulando prætor edixit [a], & quæ ad compeſcendos impudentes & clamoſos rabulas [b],quæ ad ordinem ſedendi[c] & ſimilia reſpiciunt.

Ad vtilitatem verò,vt concinnatores cauſarum puniantur [d],id eſt, qui cauſas iniuſtas fucant, vt iuſtæ videantur, vtque non habentibus vel non inuenientibus aduocatos, dentur à iudicibus [e]. Dehinc [f] vt taxentur ſalaria iuxta facundiam aduocatorum, & curiarum conſuetudinem, quæ ſi excedat, reducatur ad legitimam quantitatem: nam reuocare legem Cinciam & alias quæ prohibebant pro cauſis agendis pecuniam aut donum accipere [g], fieri non poteſt ob mores iſtius ſeculi, quibus ex aduocatione & forenſibus laboribus quæſtus íſque vberrimus colligitur,& ſeges ibi aurea:nec prohibitum eſt aduocato vendere patrocinium aut conſilium, quanuis iudici prohibitum ſit vendere iudicium [h].

Cauendum etiam,ne fraudentur litigantes à ſuis patronis aut procuratoribus, aut inſtitoribus ſeu pragmaticis, per pacta redemptionis litiũ,quæ vocant de quota litis:etenim & id proſpexerunt leges [i].

20 Debent & ſingulari cura proſpicere,qui poteſtatem ſupremã habent,vt authoritatem ſuorum [k] magiſtratuũ, & loca fori ab omni iniuria defendunt, vt liberè iudicia ſine metu potentum exerceri poſſint. Accidit enim vt dũ vi agitur in iudicio, nihil iuſtũ æquúmq; decernatur, & leges Principum & rerumpublicarũ habitæ ludibrio ſint dignæ reprehenſione, qua Plutarchus in Solone refert Anacharſim reprehendiſſe,& ſimiles telis aranearum dixiſſe,quę capiunt paruas & non magnas muſcas.Magnum onus,iudicandi neceſſitas,in qua opus eſt ſingulari virtute,& defenſione,illa,ad intrepidè imperandũ: hac,ad ſecuritatem,& vt bene & diutius imperare poſſit. Quo etiam pertinet illa lex 12.tab. [l] *Magiſtratus non obedientem & noxium ciuem, multa,vinculis,verberibúſque coerceat:ni par maiórve poteſtas populúſque prohibeſſit.* Iuriſgentium eſſe,magiſtratus obedientiam, & honorem inuiolabilem, docet Hirtius [m]. Ex oratione Iulij Cæſaris, qua ſic exprobrauit ingratitudinem Hiſpalienſium,*Vos iure gentium,* inquit, *& ciuium Rom. inſtitutis cognitis, more barbarorum populi Romani magiſtratibus ſacroſanctis manus ſæpe & ſæpius attuliſtis.* Eſt proprium munus magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus ſuſtinere, vt ſeruare leges, iura deſcribere, & ea fidei ſua commiſſa meminiſſe [n]: & ideo qui homini magiſtratu prædito maledixerit, grauiter debet multari, quanuis qui priuato, nullo affici debeat detrimento. Et rectè quidem, inquit Ariſtoteles [o]: ſic enim non tantùm in magiſtratum deliquiſſe qui male-

a *in l.1.de poſtulan.*P.
b *vt l.quiſquis,* 6.*C.de poſtula. lib.2. ti.6. l.1. eo.*P.
c *l. prouidendum 7.C.eo.ti. de poſtula.*
d *l.nec quicquã 9 §. circa aduocatos. de offi. proconſul.lib.1.* P.*ti.16.*
e *d.l. nec quicquam,§. aduocatos.*
f *l.1 §.in honorariis de variis & extraor. cognitio. lib.5.*P.*tit.13.l.fi.de aEdio. lib.44.*P.*tit.7.*
g *vt meminit Tacitus,lib.11.*
h *ca. non ſanè. 14.q.5.*
i *l.litem te redemiſſe 15. de procura. lib.2.* C.*ti.13 l.20.C. manda l.7. eo.* P.*l.5.C. de poſtula. l. 53. de pact.*P.
k *l.ius ſenatorum 8. de dignitatib. li.12. C.ti.1.*
l *Cicero 3. de leg.*
m *circa finem libri 1. de bello Hiſpanico.*
n *Cicer. 1.offi.*
o *Ariſto.problematum ſectione 29.problem.14.*



maledixerit, indicatur, ſed in rempublicam etiam contumelioſè egiſſe: maximè ſi in publico conuentu, & ob officium iniuria ei aut contumelia inferatur: quemadmodum ob id qui ex balneis furatus eſt,aut ex foro,aut ex aliquo eiuſmodi loco,morte multatur: qui autem ex domo priuata,furti pretium duplum exſoluit.

Atrocior iniuria quæ fit magiſtratui,aut in loco publico,vt in foro [a]: maior adhuc ſi facta ei qui dignitatis habitum, & ornamenta præferret [b].

Verùm hactenus tutanda perſona ab iniuriis, propter authoritatem publicam, quatenus illa ipſa non abutetur: alioquin enim magiſtratibus abutentibus officio impunè reſiſtere licet [c].

Et Veſpaſianus imperator,de iurgio quodam Senatoris,equitíſque Romani ita pronunciauit, *Non oportere maledici ſenatoribus,remaledici ciuile,fáſque eſſe* [d].

Defenditur publica poteſtas,non priuata temeritas & iniuria quæ à perſona magiſtratus infertur,punitur qui potentia iudicium impedit,non qui occaſione officij infert iniuriam, vt habetur Abacuc c.1. *Quare reſpicis contemptores: & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? & factum eſt iudicium & contradictio potentior? propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum,propterea egreditur iudicium peruerſum.*

21 Vocatus certè propter authoritatem publicam in ius venire, & ad forum iudicis debet comparere [e]. Cæterùm excuſabuntur, ſi mandetur, vt in loco ſibi non tuto, & ab hoſtibus obſeſſo compareant. *Qua ratione enim,*inquit Clemens 5.Pontif. [f] *audere aliquis teneretur,conſiſtorij talis ſubire iudiciũ.& ſe in hoſtium ſinu reponere,ac ad mortem per violentam iniuriam, non per iuſtitiam inferendam vltroneum ſe offerre? Hæc quidem iure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio,hæc abhorret natura. Deſiperet igitur,qui citationem huiuſmodi ſaperet arctaſſe citatum.* Quemadmodum autem metus violentiæ clientes à foro excuſat.Sic etiam & iudices à iudicando, vt etiam ſi armis circumſepti iudicent,iudicium illorum non cenſeatur liberum. Nemo ignorat,quantum vis armorum,maximè in loco pacis deterrere poſſit ab officio eos qui iuridicundo, vel congregationibus inermibus præſunt: nihil enim magis contrarium conſilio & voluntati, quàm vis.Extat exemplum apud Suetonium [g]: quando conſulatum Auguſtus anno 20.ætatis inuaſit, admotis hoſtiliter ad vrbem legionibus, miſsíſq.qui ſe ſibi nomine exercitus depoſcerent. Cùm quidem cunctante ſenatu,Cornelius centurio princeps legationis,reiecto ſagulo oſtendens gladij capulum,non dubitaſſet in curia dicere, *Hic faciet,ſi vos non feceritis.* Et apud Polyænum [h] Iphicrates capitis reus, iuuenes in iudicio cum gladiis collocauit, qui monſtrantes capula, iudicibus terrorem eis incuſſerunt,ita vt reum abſolueret.Cicero in principio orationis pro Milone,conqueritur ad iudices,acturus cauſã rei,quòd in foro iudiciali Pompeius diſpoſuiſſet armatos milites,& quòd noui iudicij noua forma terreret oculos: qui quocunq; inciderent, veterẽ conſuetudinẽ fori,& priſtinũ morẽ iudiciorum non viderent.*Non enim,*inquit,*corona cõceſſus veſter cinctus eſt,vt ſolebat, non vſitata frequen-*

a *Vlpia. in l. prætor. edixit 7.§.atrocem.de iniur. lib. 47.* P.*ti.10. c.9 §. 1.eodem tit. §. atrox,eo.tit. apud Iuſti.*
b *Cæſaris in l. 4.C. de iniuriis lib.9.tit.35.*
c *Vlpia. in l. nec magiſtratibus 32.& Paul. in l. quod reip. 33. de iniuriis.* P.*l.13. de pericu. & commo. rei vendit.* P.*l. 29.§.7. ad leg. Aquil.*P.
d *Sueton. in Veſpaſia. c.9.*
e *Titulus de in ius vocando,vt in ius vocati eant & ſimil. l. ſi quis ex aliena de iuriſdict. omnium iudic.* P.
f *Clem. Paſtoralis 2. de re iudic. lib.2. tit. 11.*
g *In Auguſt. c.26.*
h *lib.3.*

*tia ſtipati ſumus: nam illa præſidia quæ pro templis omnibus cernitis, etſi contra vim collocata ſunt, non afferunt tamen oratori aliquid, vt in foro, & in iudicio. Quanquam præſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſumus, tamen ne non timeri, ſine aliquo timore poſſimus.*

Charundas Thurius ad vim & cruorem vſque ſeditioſas conciones ciuium pacauerat, lege cauēdo: vt ſi quis eas cum ferro intraſſet, ſtatim interficeretur, atque cùm idem interiecto tempore, ex longinquo rure gladio cinctus domum repetens, ſubitò indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſiſſet, & monitus fuiſſet ab eo, qui proximè ei conſtiterat, ſolutæ ſuæ legis. Idem ego, inquit, eam ſauciam, ac protinus ferro, quod habebat incubuit. cúmque liceret culpam vel diſſimulare, vel errore defendere, pœnam tamen repræſentare maluit, ne qua fraus iuſtitiæ fieret, vt memorant authores præcipui, qui & de lege eius, de armis non ferendis in concione, & de eius morte voluntaria, ſcribunt [a]. Fridericus imperator in conſtitutione de pace tenenda, & eius violatoribus [b], *Ad palatium ſeu placitum comitis, (id eſt, iudicis) nullus miles ferat arma niſi rogatus à comite.*

## *De carceribus.* CAP. VII.

IVXTA Tribunalia, & continentes ſunt carceres, qui ad cuſtodiam iudicandorum ædificari debent, tuti, & contra vim omnem muniti, vt inde faciliùs & cum minori periculo ad iudiciū duci & reduci poſſint. Diximus multa de carceribus publicis & priuatis [c] alibi, quæ repetere ſuperſedeo, cùm alia plura otium noſtrum deſiderant.

2 Paucis admonebimus, quæ pertineant ad inſtitutam de republica tractationem: carceres iuris eſſe publici, & ſine publica authoritate conſtrui aut haberi non poſſe, citra læſæ maieſtatis crimen [d]. Sicut enim ſupplicium ſumere de reis [e], aut iudicare non eſt permiſſum priuata authoritate cuipiam priuato [f]: ſic nec cuſtodiam ſeu carceres habere, quibus vel continentur iudicandi, aut puniuntur iudicati. Sic enim & carcer à coercendo dicitur [g], & iuris executio in magiſtratibus ineſt [h], quæ non habet iniuriam [i], cùm per prehenſionem perſonarū, fit vel manu etiam armata [k]. In priuato, & detētio alterius inuiti, cū ſpeciē ſeruitutis habeat [l], & iniuriā habet & prohibitionē.

3 Curabunt rectores reipublicæ carceres ædificari idoneos muneri, ad quod deputantur: vt qui ad cuſtodiam tantùm deputantur [m], veluti pro debitoribus detinendis, vel reis non probatis exaudiēdis, non ita duri ſint ac ſeueri, ac illi qui deputantur caſtigationi [n] leuiorum delictorum: veluti prodigorum, aleatorum, & ſimilium: nec iſti qui ad caſtigationem, tam horridi ſint ac illi qui ad ſupplicium ædificabuntur [o]: non enim eſſe debet ibi pœna, in quo delictum non eſt [p], neque pœna debet excedere qualitatem delicti [q].

4 Sunt diſtinguendi carceres mulierum & virorum [r], ne occaſio-

a Cicero 2. de legib. Diog. Laertius in Pythag. Ariſtot. 2 polit. & Valer. Maximus lib. 6. c. 5.
b lib. 2. feudor. tit. 27. in §. ad palatium.
c lib. 31. ſyntag. iuris vniuerſi. c. 3.
d l. vni. de priua. carcerib. li. 9. C. ti. 5.
e l. fi. de malefic. & mathem. C.
f l. f. §. iudicādi quoq. neceſſitas de munerib. & honor. P.
g Varro 4. de lingua Lat.
h l. 2. §. poſt originem iur. de orig. iur. P.
i l. 3. §. 1. quod met. cauſ. P.
k l. qui reſtituere, de rei vindica. P.
l l. 1. 2. 3. de libe. hom. exhib. li. 43. P. tit. 29.
m vt natura propria dicitur carcerū ad cuſtodiā. l. aut damnum, 8. §. ſolent, de pœn. P. l. 2. de exactorib. tributo. C. tit. de cuſto. reorum. P. & C.
n ſic ad potentiam leuē, vt in l. 3. de cuſtodia reorū. lib. 48. P. ti. 3. l. 2. C. eo. ti.
o l. vt erāt Gemoniæ, Tullianū, & alia loca ſubterranea Romæ, foſſæ, vbi Veſtales inceſtæ viuæ ſepeliebantur. Barathrum Athenis, Latomiæ Syracuſis &c. vt vide apud Cælium Rodiginum lib. 17. lectio. antiqua. c. 9. & quæ nos diximus in ſyntagmate vide c. quamuis de pœn. in 6 c. nouimus. de verbor. ſignif. c. diuinis exemplis, de pœn. in extra. con.
p c. 1. de conſtitu. l. ſancimus de pœnis, P. l. crimen paternū. C. eo. l. cum ratio. de bon. proſcrip. P. l. ſi pœna, 20. de pœnis. P.
q l. reſpiciendum, de pœn. P.
r l. quoniam vnum, 3. de cuſtod. reorum. lib. 9. C. tit. 4.





ne cōmixtionis detur occaſio impudicitiæ & fornicandi: imò & cōmentariēſis fides in eo inquiratur, ne ipſe turpiter cōmittat: quod, ne ab incarceratis cōmittatur, præcauet lex per diſtinctionem carcerū. Neque minùs etiam in aliis commentarienſium circa incarceratos opera inquirenda ſunt, & diligenter inuigilandum ne crudeliter aut negligenter incluſi curentur [a]. De quibus ſanctiſſimæ leges ſunt Romanorum, quas & Chriſtianum eſt ſeruare, & ad reipub. commoditatem maximè ſpectant. Proſpexerunt conſtitutiones regię & comitiorum Galliæ, ne vllibi carceres eſſent ſubterranei vel hypogea [b], ne loci corruptio, fœtor, buffones, ſerpentes, poſſent offendiculo eſſe lethali incarceratis. Sunt & deciſiones eccleſiaſticæ, quibus ſub pœna homicidij interdicitur iudicibus eccleſiaſticis, carceribus perpetuis ita mācipare ſuos reos, vt vel fame, vel fœtore interimi poſſint [c]: cùm carceres inuenti ſint vel ad continendos, vel ad caſtigandos homines, vel ad pœnitentiam, non ad necem eorum.

5 Quia etiam publica ſunt ædificia carceres, & ad iuſtitiæ miniſterium, ideo violaſſe muros horum, qui ſancti ſunt & inuiolabiles, pœna eſt capitalis, & crimen capitale cenſetur [d]. Et Vlpia. Iuriſconſ. [e] *De his*, inquit, *qui carcere effracto euaſerunt, ſumendū ſupplicium, diui fratres Æmilio Tironi reſcripſerunt, Saturninus etiam probat, in eos qui de carcere eruperunt, ſiue effractis foribus, ſiue conſpiratione cum cæteris, qui in eadem cuſtodia erant, capite puniendos: quòd ſi per negligentiam cuſtodum euaſerunt, leniter puniendos.*

Multò magis puniendi & illi, qui è carceribus reos vi vel alio modo eximunt: nam & rei legis Iuliæ de vi publica fiunt, impedientes dolo malo, quominus iudicia tutò exerceantur, aut iudices vt oportet, iudicent, vel is qui poteſtatem imperiúmve habebit, quam ei ius erit decernat, imperet, faciat [f]. Quin & ductum in ius eximentem, coercitione & damno actoris damnari placuit [g].

## *De foro venalium rerum.*

## CAP. VIII.

ALIA ſpecies publicæ rei & fori, eſt forum venale, quod locum nundinationis complectitur, quem pariter prętores Romani indicere ſoliti erant: ibíque nundinæ, vel in prædiis publicis, vel priuatis: ad quas qui in agris verſabantur mercandi cauſa conueniebant. Sed non ſemper in foro ſunt nundinæ: forum enim tantùm dicitur hîc locus venalium rerū, quòd debet eſſe alio loco, quàm vbi forum iudiciale eſt ſitum, acceſſu facile, quò & à terra & à mari facilis ſit importatio. Omnium [h] fora hæc ſeparanda ſunt pro faciliori commercio, vt alibi oues, alibi alia animalia, alibi carnes, alibi panis veneant, ſi modò ciuitas aut oppidum locorum commoditatem admittat, aliter vna & eadem platea, forum admittere poterit res omnes, curantibus vel præfectis vrbis vel agoranomis aut ædilibus, vt omnia rectè ibi ſine fraude venalia exponantur, bona fide & iuſto pretio emantur [i].

2 Theophraſtus in libris de legibus, oſtendit Agoranomis apud

a l. 1. de cuſtod. reorum. C. de viſitatione carceratorum iudicibus & epiſcopis agenda, in l. iudices, 9. de epiſcop. audient. lib. 1. C. tit. 4.
b in comitiis Aureliæ habitis articulo 55.
c Vide Bernardi Diaz in practica criminali canonū. c. 129.
d argumento l. ſanctum, 8. & l. fi. de rerum diuiſ. lib. 1. P. tit. 8.
e l. 1. de effractionibus, lib. 47. P. ti. 18.
f Vlpia. in l. qui dolo malo 10. ad leg. Iul. de vi publica. lib. 48. P. ti. 6.
g Paul. in l. 4. & toto titu. ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vi eximat. lib. 2. P. tit. 7.
h vt tradit Ariſtot. 7. politicor. c. 12.
i Vide l. vni. §. cura carnis de offic. præfec. vrbi. P. l. fin. ad l. Iul. de anno. P. l. vni. de nundinis in P. titulum de ædilitio edicto. P. & quæ diximus lib. 47. ſyntagma. iuris vniuerſi. 31.

Athenienſes duo præcipuè curanda fuiſſe, vt omnia in foro compoſitè citráque tumultum agantur: deinde vt abſtinerent à mendaciis, non vendentes modò, ſed etiam ementes. Verùm fori curatores Athenis olim ſorte legebantur, quibus mandata erat rerum venalium curatio, & vt frumenti quod in mercatu Attico appelleret, binas partes in vrbem perferri cogerent, vt ſcribit Suidas[a]. Et rurſum[b], *Agoranomi*, inquit, *ædiles magiſtratus fori, & rerum venalium curatores ſunt. Sorte autem deligebantur quini in Pyræum, totidem in ipſam vrbem Athenis:* dabatur & ædilibus lege Platonis[c], vſque ad minam multandi & condemnandi facultas: ſi enim ad duplum vellent condemnare, requirebatur cenſorum authoritas. Habebant & alia munera iniuncta: ait enim Suidas[d], ædiles ſeu fori curatores, decernere quantum cuique meretrici dandum eſſet. In claſſibus item belli temporibus conferendo tributo, quantum cuique pro facultatibus conferendum eſſet ſtatuiſſe, atque ideo dictos διαγραφεῖς, quaſi deſcriptores dicamus.

a *in verbo ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου.*
b *in verbo ἀγορανόμοι.*
c *lib. 6. de legib.*
d *in verb. διάγραμμα.*

*De quibuſdam aliis operibus & ædificiis publicis ciuitatis.*

## CAPVT IX.

SVNT intra muros, vt plerunque portus publici, viæ vicorum, angiportus, quæ quia ad communem vtilitatem inſtituuntur, à priuatis, non debent domibus ſuis includi, vel pro parte, vel in totum[e]: nā vltra alieni vſurpationē, minuitur cōmoditas publica, ob quam areæ, plateæ, viæ relictæ ſunt.

2 Portus, eadem ferè ratione nomen acceperunt ac portæ ciuitatum ſeu vrbiū, quemadmodum & angiportum Varroni[f], anguſtum, & ab angendo & portu: & portoriū, merces, quæ portitoribus datur, & importatarum & exportatarum rerum tributum[g]. Et vt in portis ciuitatum tutus locus, ſic & nauibus in portu & littore exiſtentibus ſecuritas, & à fluctibus & ab incurſionibus inimicorum. Marcianus reſpondit flumina penè omnia & portus publica eſſe[h].

3 Et proinde gerenda portuum cura & ſolicitudo non minùs, imò multò magis quàm portarum, vt tutus ſit aditus & delatorū ſecuritas inuectorum cōſeruatio. Sicut formula comitiuæ portus vrbis Romæ, exprimit apud Caſſiodorū[i], *Eximia res tibi cōmittitur, ſi moderatè peragatur. Tu copiam facies dum ingredientes iuſtè tractaueris. Auara manus portum claudit, & cùm digitos attrahit, nauiū ſimul vela cōncludit. Meritò enim illa mercatores cuncti refugiunt, quæ ſibi diſpendia eſſe cognoſcunt. Quapropter aduerſus vētus ibi eſt immoderata præſumptio. Nam placidum mare damnat: qui vndas cupiditatis exaggerat. Vnuſquiſque pro ſolemnitate commonitus offerat voluntariū munus. Xenia ſunt enim iſta non debita: à paucis accipit qui nimiū quærit: & ſibi ipſi mittit vitæ munera, qui moderatur oblata. Sit tibi ergo cura præcipua, non ſolùm te abſtinere, verumetiam cohibere præſumentium manus.* Sunt portus veluti arces tutiſſimæ, & cōmerciorū & bellorū refugia, & vnde ciuitatibus maritimis ſolent opes & ſplendor augeri. Quod reipſa intellexerunt Athenienſes, dum conſilio Themiſtoclis triplex Piræei portus conſtitutus eſt, íſque mœnibus circundatus, vt ipſam vrbem dignitate æquipararet, vtilitate ſuperaret[k]. Experta & Aldenborga antiqua Vandaliæ ciuitas ad mare poſi-

e *l. qui ſine. 19. de operib. publ. lib C.*
f *4. de lingua Lat.*
g *Non. Marcel. hoc tributū pro rebus traductis in pontibus etiam ſoluitur pro rebus à domino rerum pro vehiculo, à domino qui vehiculum locauit. l. cùm in plures 60. §. vehiculum locati. lib. 19. P. ti. 2.*
h *l. nemo igitur. 4. §. fi. de rer. diuiſ. P.*
i *lib. 7. variarum. c. 9.*
k *Æmilius Probus in Themiſtocle.*



ſita, cuius reguli Danorum regi inferre bella, & inde expectare non dubitarent, propter portum quem habebat tutiſſimum: nunc verò, quòd à mari æſtus exaggerauit arenas, portu priuata eſt, adeóque decidit eius ſplendor, vt iam diu ruſticum nec clauſum habeatur oppidulum[a]. Egent portus multiplici diligentia & cura, tum vt repurgentur, tum vt tuti ſint, nauibus & fidelibus præpoſitis committantur, ne inde in ciuitatem vicinam vel regnum facilis hoſtium eueniat inuaſio. Non poteſt extraneorum in portum conuenientium nō eſſe periculoſa aliquando receptio, tum moribus tum ciuitatibus ipſis. Quemadmodum admonet Plato[b]. *Profectò*, inquit, *mare ciuitati proximum quotidiana eam iucunditate afficit: veruntamen vicinitas ea re vera nimium ſalſa eſt aut amara, nam cùm mercibus & pecuniis ciuitas cauponando repleatur doloſi animi, inſtabiles & infidos mores parit: vnde parum & ipſa ad ſeipſam, & ad gentes alias fidem & amicitiam colit. Aduerſus tamen hæc illud habet remedium quod omnia fert.*

a *Albert. Crantz. lib. 3. Metrop. c. 26.*
b *lib. 34. vel lib. 4. de legibus vel de legiſlatore.*

Inter publica ſeu communia ciuitatibus, ponuntur theatra, ſtadia, balnea, vt porticus & ſimilia, quæ in vſum communem habēt ciues[c]: & quæ etiam ita curari vt publica debent, ſiue agatur de illorum ædificiis, ſiue de his quæ in illis aguntur. Quare Theodoſius rex Symmacho[d] reparationem & fulcimentum valdè commendat theatrorum Romanorum. Cauēdum autem ne quod ad honeſtæ delectationis inuentum eſt, ad abuſum & morum corruptionem conuertatur. Habēda quippe ratio ludorum, & differentia eorum, & temporum quibus fiant, & explodēda turpia, ludicra, mimica, hiſtrionica, deriſoria, ſatyrica, iaculatoria, magica præſtigia, iuxta ſacroſancta concilia & leges optimas reipublicæ probatæ, de quibus dixi alibi[e], de diuerſitate ſpectaculorū, & quæ probata quæ improba & damnoſa populo ſunt.

5 Eadem vigilantia, cura & ſolitudine vtendum eſt erga balnea, ne quod ad ſalutem corporum introductum eſt, ad voluptatis & impudicitiæ occaſionem conuertatur: & quod pro conſeruatione & ſalubri remedio inuentum, ad interitum animarum & corruptionem proborum morum perueniat.

c *l. in tantam 6. §. vniuerſitatis de rerum diuiſio. §. vniuerſitatis eo. titu. apud Iuſtinia. & ibi Theophilus latiùs in paraphraſ.*
d *Apud Caſſiodorum lib. 4. variarum. c. 51 vbi de origine theatri, ſcenæ, tragœdiarum & comœdiarū & eorum primo vſu.*
e *lib. 39. Syntagma. c. 5.*

6 Sunt prætoria, palatia, baſilicæ, eccleſiæ, tribunalia, domus cōmunes, pontes, viæ publicæ, & alia quæ ſumptibus publicis fiunt, reparantur & conſeruantur, vt & aquæductus cloacæ, quę negligi non poſſunt ſine damno communi: & proinde ad ſolicitudinem eius qui curat vel curare debet ſalutem, cauſam, vtilitatem & cōſeruationem reipublicæ pertinent, ſiue is ſit princeps, monarcha, qui id onus exequitur per magiſtratus, præfectos operibus, decuriones & alios, aut propria ſolicitudine: ſiue ſit reſpublica ariſtocratica, ſiue democratica. Hęc enim omnibus opera publica & ædificia cōmunia imperantibus, debēt eſſe curæ. Tum maximè quod quę ad communes vſus pertinent, ferè ſolent à ſingularibus perſonis contemni, vt multò magis eadem egeāt perſona veluti publica, quæ ea cōmunitati potiùs quàm ſingularibus expediant, ſolicitè exequatur.

7 Ædificatio operum publicorum, & reſtauratio ſublatorum, plurimos & priuatos & principes ſplendidos, & apud poſteros memoria laudabiles & immortales effecit, & meritò, vt Neruam & Traianum,

apud Dionem & Xyphilinum. Et eos qui vrbes integras ædificarunt, qui multas, qui maiores: quo enim ampliores, eo magis fuerunt ad multitudinem recipiendam ſufficientes. Templum quidem, ædéſque regias Salomon ædificari curauit pluribus laudandas: ſed filius eius Roboam integras ciuitates quatuordecim munitiſſimas [a]. Sardanapalus Mediæ rex, mira celeritate vna die Anchialum & Tharſum condidit, vt ait Strabo, Alexander innumeras.

a 2. *Paral. c.* 11. *Ioſeph.li.*8. *antiq.c.*10.

8 Magnifica opera publica, cuiuſcunque generis ſint, ſplendidam reddunt ciuitatem vltra habitandi commoditatem, quibus & ciues ne effluant, retinentur, & aliunde plures ad incolendum liberiùs & faciliùs inuitantur: quo enim pulchriores ſunt & ornatiores ciuitates, eo magis nobilitate cenſentur, & ſuo nomine plures ad eas inuiſendas alliciunt, principem dominum, honorabiliorem inter exteras reddunt nationes. Et ſi bonis moribus habitentur, & recta politia regantur: aduenientes retinent, & veluti clauis adamantinis conſtringunt, ne etiam ſi velint aliò poſthac ſe transferre poſſint, ſed potiùs aliunde ſuas in eas facultates transferant, & potentiores reddant. Celebrant porrò nomina ſua & conſecrant poſteris, qui talia curant, vt benefici, & qui publicis & communibus neceſſitatibus conſuluerunt & proſpexerunt: ita nomẽ eorum & ſucceſſorum in benedictione creſcit quotidiana. Eóque admirabiliores, quòd ſi noſtris comparamus & quæ à noſtris principibus & rebuſpublicis etiam magnificẽtiora nobis vidẽtur cum antiquorum conſtructionibus, videantur penitus nulla & tam illis inferiora, vt vix etiam ea quæ referuntur facta vel extitiſſe incredibilia videãtur, & tãta admiratione digna ſint, vt cùm à noſtri temporis ædificiis rationes ad antiqua transferimus, non opera hominum, ſed vel dæmonum vel deorum ſeu angelorum, nempe ſupra hominum artẽ & opificium, putemus. vt plerunque ſępe nugantes audiui populos, in veſtigiis etiam ædificiorum priſcorum extantibus admirandis, & collaudandis. Cùm verius ſit cauſam referri oportere & ad negligentiam præſentis ſeculi, aut ad auaritiam aut paupertatem, aut ad architectorum imperitiam, & otium populi, qui mauult voluptatibus incumbere & putreſcere, quàm laboribus ſe exercere.

9 Quis non admiretur & propemodum fabulam putet, Ninum regem in Aturiæ campis quæ Aſſyriæ regio eſt, ciuitatem ædificaſſe quadringentorum ſtadiorum ambitu, quæ ex ſuo nomine Ninus vel Niniue dicta eſt [b], continens mille & quingentas in orbem turres, mœnia, centenum pedum altitudine, latitudine verò tanta vt murorum faſtigia eſſent ternis plauſtris perui.

b *Diodor. Sicul.li.*2.

10 Huius etiam vxor Semiramis non minore diligentia ac miraculo, vrbem in Babylonia condere aggreſſa eſt, adhibuítque ad id opus perficiendum ex omni regione hominum millia terdecies centena, cuius mœnia, ambitu ſtadia tercenta & ſexaginta complectebãtur frequentibus turribus & magnis, tanta operis magnificentia, vt in muri latitudine ſex equorum currus vnà ire poſſent, altitudo audientibus incredibilis, vt Cteſias Cnidius ſcribit: & vt ait Clitarchus, & qui cum Alexandro in Aſiam profecti ſunt, pedum trecentorum ſexaginta



xaginta quinque: addiderunt quoq; quod magis admirandũ, vno quoque anni die, ſtadium muri abſolutum, vt tot eſſent ſtadiorum circuitus, quot dies annum conficiunt [a].

a *Diodor. Sic. li.*2.*c.*4.

11 Buſyris rex Ægypti, Solis vrbem ædificauit à Græcis Thebas appellatam, cuius ambitus erat centum quadraginta ſtadiorum, eámque inſuper publicis ædificiis magnificis, deorúmque templis ſpecioſis, imò ibi & priuatorum domos vſque ad quartam & quintam contignationem conſtruxit [b]. centum portarum dixit Homerus [c].

b *Diodor.lib.*1. *c.*4.

c *Plinius lib.* 36.*c.*14.

Fuerunt alij, qui vtilia alia publica loca cum laude excitarunt, qui plura templa, & eccleſias, multis reditibus dotatas cõſtruxerunt, hoſpitalia, ſcholas, gymnaſia, aquæductus, pontes, palatia, prætoria, fora, bibliothecas. quorum nomina monumentis & hiſtoriis quotidie audiuntur.

12 Sic honeſta quædam laudis cupiditas effecit, qua præter cæteras gentes populus Romanus flagrauit, vt præclara ædificia fierent, adiecto curatorum vel ædificantium propriis ſumptibus, immortalis memoriæ cauſa nomine, cum vtilitate publica nominis ſui famam & laudem poſteris commendantes, & hinc aquæductus, thermæ, arcus, fornices, viæ ſtratæ, quales via Appia, Flaminia, Æmilia, Aurelia, & ſimiles nomina curatorum retinuerunt. Et reliquerunt ſingularia exempla ſequentibus imitationis.

13 Non ſufficit autem varias habere ſtratas ſemel niſi conſeruentur & reficiantur, & ab his quæ nocere poſſunt, & ſecuritati viatorum & ſaluti, repurgentur. Quare & incumbet adminiſtrantibus rempublicam ſolicitudo, ne à latronibus & prædonibus obſideantur. idcirco enim maximè vectigalia illis conceduntur à tranſeuntibus, vt planum & expeditum ſit iter & ſecurum: nihil clauſum, aut fœtidum, aut quippiam aliud noxium habeat, quod ad ſolicitudinem ædilium curulium olim pertinebat & ad curatores viarum [d].

d *Vide l.*1. *&* 3. *de via publica, lib.*43. *P. tit.* 10. *& quæ diximus libro* 1. *Syntagma. c.*2. *& alibi.*

14 Securitati viarum quoque aduerſus latrones cõſulitur per latrunculatores, quos vocant præpoſitos mareſcalcorum, quos oportet probatæ maximè eſſe vitæ, & cauendum ne ipſi periculoſiores ſint latronibus ipſis.

Sunt in Gallia magiſtri viarum & traiectorum, vocant *maiſtres des ports & paſſages*: quibus iniungitur eorundem ferè curia quæ ædibus olim commiſſa erant & ducibus limitaneis & irenarchis.

15 Romæ & pontificum maximorum prouidentia introductus quoque magiſter viarum fuit, cuius officium primitus erat, pro viarũ, ſtratarum, platearum cura vt dicemus proximo capite.

16 Qui præſunt reipublicæ, in ſumptuoſis vel nouis operibus, multa obſeruare debent in quibus peccare & abuti ſua poteſtate in perniciem ſubditorum poſſunt. & primùm ne ædificia publica ita fiant, vt veriùs in perniciem quàm vtilitatem publicam eorum vſus conuertatur, & ſint potiùs vtilia quàm magnifica & onerantia. Notatur Claudius Cæſar, qui opera magna potiùs quàm neceſſaria & multa perfecit, vt aquæductum à Caio inchoatum

item emiſſarium fucini lacus: portúmque Hoſtienſem. quanquam ſciret, ex his alterum ab Auguſto, precantibus aſſiduè Marſis negatum: alterum à Iulio ſæpius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum, vt ſcribit Suetonius.

17 Arguũtur reges Ægypti quidã priores ab Herodoto[a], vt Cheope, qui inſana illa libidine extruendi opera mirabilia, interdictis ſacris Ægyptiis, iuſſit vt in ſuis operibus exercerentur: aliis vt ex lapidicinis Arabici montis ſaxa exciperent, & illinc ad Nilum vſque protraherent: aliis vt tranſmiſſo flumine illa acciperent & ad montem qui dicitur Lybicus traherent: faciebant autem opus pyramidis hominum decem myriades, id eſt centum millia ternis ſemper menſibus ſingulæ, attritúſque eſt populus per decem annos in trahendis ſaxis. & in alia pyramide annos viginti, ídque pro ſuo ſepulchro ornando quod intus nobilitatum eſt cadauere, ob quod tot miſeri homines diu laboribus ad interitum vſque vexati ſunt, pecuniæ regni abſumptæ, vt ſolùm tradatur pro raphano, cepis, & alliis, inſumptam ſumma mille & ſexcentorum talentorum, vt facilè colligere liceat quàm fuerit immenſa expenſa in ferramenta, cibos alios, aut in veſtiarium operariorũ. Propter quod eo flagitij deueniſſe ferunt Cheopem, vt pecunia deſtitutus, filiam ſuam in quodã ædificio proſtituerit, imperans quantumcunque faceret quæſtum: eámque tum patris iuſſa feciſſe, túmque ſingulos ad ſe intrantes oraſſe priuatim, de relinquenda ſui memoria cogitans, vt ſibi ad opera ſingulos lapides donarent: ex quibus & ſtructa alia pyramis tertia. Ferunt & fratrem Chephrenem qui in regno ſucceſſit eadem inſania ædificandi pyramidẽ detentum, & tandem mortuum, tam exoſum cum aliis ædificatoribus, vt hos reges Ægyptij præ odio nec nominare quidem vellent, ſed eorum pyramidas vocarent paſtoris Philitionis qui ea tempeſtate pecudes per hæc loca paſcebat, vt idem ait Herodo. vt diuino iudicio ſuperba illorum intentio fuerit cluſa, quíque ſe in æternum immortales & nomina æterna, cum populi ſudoribus crudelibus ſatagebant operibus magnificis, nec nomine quidem recenſendo, digni habiti fuerint memoria. Clamat enim afflictorum & oppreſſorum populorum ſanguis & gemitus ad Deum, qui altiſſima ſupercilia montium deiicit, & gloriam ſeu ſuperbiam huius mundi in vapam conuertit.

a in 2.

18 Vt, quo tẽpore filij Noe dixerunt inter ſe, venite faciamus ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras, deſcendit Deus & confudit linguam eorum, vt non audiret vnuſquiſque vocem proximi ſui, & ideò ceſſauerunt ædificare[b]. Et, vbi Nabuchodonoſor rex dixit, Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei, ſtatim cùm ſermo eſſet in ore eius, vox de cœlo ruit, dicens: *tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnum tuum tranſiuit à te & ab hominibus eijcient te, & cum beſtijs & feris erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te: donec ſcias quod dominetur excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud*[c].

b *Geneſ. c.* 11.

c *Daniel c.* 4. *verſ* 27. *& ſeq.*

19 Reſtitit Deus Cnidiis, cupientibus opus magnum veluti contra



tra naturam perficere, & Iſthmum quâ anguſtiſſimo ſpatio, nempe quinque ſtadiorum, ſpectabat continentem, perfodere adortos, quo inſulam facerent, atque icti ſcopuli, in fodientium oculos reſilierunt, Delphicúmque oraculum conſultum reſpondit,

*Neque cingite Iſthmum mœnibus neque fodite,*
*Nam ſi Ioui id viſum, locaſſet in Salo*[a].

a *Herodo. in* 1. *Pauſanias in Corinthiacis.*

21 Conuertitur in tyrannidem, compulſio dura ſubditorum ad opera publica perficienda: nam & ille modus opprimendi populum Iſraeliticum, recenſetur à Moyſe[b]. Sic in cloacis conſtruendis, Tarquinius Priſcus, longiori & perículoſo opere plebem ita vexauit, vt ferè omnes tædium fugientes, necem ſibi conciſcerent, vt ſcribit Plinius[c].

b *c.* 1. *Exodi.*

Meliùs eſſet opera non agere ſumptuoſa & vana, quàm corpora animarum pretioſarum vaſa, laboribus enecare, ad quæ nec Romani qui bonis legibus vtebantur liberos homines cogebant, & niſi ſontes vita conceſſa illis adiudicabant, vt ad metallum & ad reliqua opera publica[d].

c *Plinius lib.* 36. *c.* 15.

d *explicat Vlpian. in l. aut damnum.* 8. §. *eſt pœna cum ſequentib.* §§. *de pœnis lib.* 48. *P. ti.* 19.

22 Ita Seſoſtris, vel vt alij vocant Seſoris Ægyptiorum rex, permultos erexit poſt conditas ciuitates aggeres, vt homines & pecora ab inũdatione Nili tuta eſſent, & in omni ora quæ à Memphi ad mare ſpectat, frequentes à Nilo foſſas duxit, quò fructibus breuiori itinere faciliúſque inuectis, maior rerũ[e] copia eſſet, at ſumptibus publicis & regiis. Sed Sabacus Æthiopum rex Ægypto potitus, vrbes contra Nili illuuionem excelſiores reddidit: cùm neminem facinoroſum morte plecteret, ſed pro delicti magnitudine ad aggerem vrbis quam inhabitarent effodiendum, compelleret[f]. Quemadmodum hodie in Gallia, & alibi, rei criminum, ad triremes nauium publicarum & regiarum damnantur. In pœnam operum quoque perficiendorum gratia, quæ ædificãdi plurima inſania tenebatur Nero Claudius etiam ſcelere conuictos non niſi ad opus damnari præceperat[g].

e *Diodor. Sic. tit.* 2.

f *Herodo. in* 2.

g *Suetõ. in Nerone. c.* 31.

23 Detegitur aliquando & arguitur fraus & cupiditas aggredictium publica ædificia, quòd eorum prætextu ſibi vſurpent pecunias publicas. Sic incidit in reprehenſionem nec immeritò Hipparchus, filius Piſiſtrati, qui academiam muro ſepſit, & magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus eo prætextu exegit[h].

h *author Suid.*

24 Cauendum etiam erit ne ſine principis licentia nouum opus fiat publicum, ſi ad æmulationem alicuius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, vel circum theatrum vel amphitheatrum fiat[i]. Sic & caſtra, arces nimium ciuitatibus vicinæ, maximè priuatis prohibendæ ſunt, ne inde occaſio rebellandi aut inuadendi reipublicæ dominationem oriatur.

i *Macer. l.* 3. *de operibus pub. lib.* 50. *P. ti.* 10.

*De ædificijs priuatis.*

CAP. X.

INTRA ciuitates, & vrbes, oppida, & extra, conſiderantur in cauſa reipublicæ & ædificia priuata, in quantum eorum conſtructio, reparatio & firmitas, reſpicere poteſt vel vtili-

tatem publicam vel ſplendorem, aut magnificentiam vrbis, aut contra, incommodum vel damnum. Quare & leges ædificatoriæ obſeruatæ, qualis lata à Traiano ſtatuens, ne domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pedes: ob ruinas faciles, incendia & ſumptus ſi talia contingerent exitioſos [a]. Et Seuerus & Antoninus, C C volenti balneum ædificare, reſcripſerunt [b]. *Et balneum, vt deſideras, extruere, & ædificium & ſuperponere potes, obſeruata tamen forma, qua cæteris ſuper balneum ædificare permittitur: id eſt vt concameratis ſuperinſtruas, & ipſum concameres nec modum ꝛ ſitatum altitudinis excedas.*

2 Neque leges publicæ Romanorum olim patiebantur, maiores fieri craſſitudines parietum, quam ſeſquipedales conſtitutos in loco communi. cæteros autem parietes ne ſpatia anguſtiora fierent, eadem craſſitudine collocari iuſſerunt, ídque ratione vnius contignationis quæ tantùm ſuperponi ſolebat, neque etiam lateritij parietes, niſi diplinthij aut triplinthij, id eſt duorum vel trium ordiuum, ſeſquipedali conſuedine, poſſunt plus quàm vnam ſuſtinere contignationem, vt ſcribit Vitruuius [c], cuius conſtitutionis illa fuerat cauſa olim, vt omnibus hominibus pateret ſpatium habitandi, cui conſentit & Plinius [d], hodie tamen & contignationes plures, & maiora firmioráque fundamenta, & parietes adhibentur: aliæ leges ædificiorum libertatem dant, prout priuatorum commoditas, publica non violata vtilitate permittit.

3 Prohibuit ſenatus Romanus adherentia ædibus legari vel donari, ne ruinis deformaretur aſpectus ciuitatis, & minus cõmoda redderetur habitatio [f]: imo & vetitum à Cõſtantino, ſpoliata ciuitate, ornatum, hoc eſt marmora & columnas, ad rura transferre [g]. Multò magis etiam prohibitum, inconſulto magiſtratu, etiam ruina deiectam domum in hortum conuertere [h].

4 Fuerat olim cura ædificiorum publicorum & priuatorum, penes propriũ magiſtratum ædilẽ, qui inter cætera & curabat vias circa ciuitates adæquari, vt ne effluxiones nocerent domibus, pontes fierent vbicunque opus eſſet: ne caduci eſſent parietes qui ad vias ducunt, & plura alia [i]. Summi pontifices hoc munus dederunt magiſtro viarum Romæ, cuius officium verſabatur antiquitus in cura viarum, ſtratarum platearum, locorum aliorum tam publicorum quàm priuatorum, necnon ædificiorũ lapideorum, ligneorũ, parietũ, tignorum, bancorum, vt loquuntur, tectorum tabulatorum, mœnianorum apothecarum, pontium, aquarum decurſuum, canalium meatuum, necnõ vrbanorum & ruſticorum prediorum, pratorum, hortuũ, atque vinearum finium, reſtaurationum ſeruitutum, libertatum inſtauratione. Et hoc officium renouauit, Martinus 5, [k] ſtatuítque prædicta eius ſuppoſini iuriſdictioni, cum antiqua poteſtate & iuribus, abſq; cuiuſquã citatione, & vt regio imperio poſſet deformitates exceſſus, & reliqua vias cõcernentia, decernere, notariis eius rei deputatis, eáque lege ne poſſẽt ꝑ geſtis ſyndicari. quod & firmauit Pius. 4. [l]. Ita poteſt magiſter viarũ poteſtate ſibi cõceſſa cõpellere dominũ domus dirutæ & inhabitatæ per illud, rædificare, vel vicino proximo vẽdere æſtimatione facta per peritos: vel ſi duo cõuicini illa egeãt, vtriſque, prout ipſi videbitur

a *Sextus Aurelius Victor, in epitome Cæſarũ, in Vlp. Traia.*
b *l. 1. de ædific. priua. lib. 8. C. ti. 20.*
c *Vitru. lib. 2. Architectu. c. 8.*
d *lib 35. c. 14.*
e *l. fin. de ædificij, priuat. lib. 8. c. ti 10. nouel la 63. & 165. ti. de ſeruitutibus vrbanorũ præ dior. P. & in C.*
f *l. cætera igitur, 41. l. filiusfamiliâs, 114. § ædes deſtruẽdæ, de lega. 1. P. l. 2. de ædif. priu. C. de ratione l. 2. §. 17. & l. f. ne quid in loco pub. lib. 43. ti. 8.*
g *l. ſiquis poſt hanc legem, 6. C. de ædif. priua.*
h *l. 3. dict. tit. de ædif. priua.*
i *in l. 1. de via publica. ti. 43. P. ti. 10.*
k *Martin. 5. in conſtitutione ſua 4. incipiẽte, etſi in cũctarum. ſecũdum ordinem Bullarij Cherubini.*
l *in conſtitutio. Pij. 4 incip. inter multiplices. num. 134. In dicto Bullario.*



debitur alterutrum egere, vel ſi ipſi nolint emere, ſyndico ciuitatis ex conſtitutione Xiſti. 4 [a]. Quod & firmauit alia ſanctione Alexander 6 [b]. Iure ciuili ſcripto quoque Romano curator publicorum operum circa ædificia inuigilabat ne vrbes ruinis deformarẽtur, & in publico ædificata, ſi obeſſent publico vſui, deponerẽtur [c]: & cœpta ædificia perficerentur, quod & hoc ad decus vrbium pertineat [d].

5 Habebatur olim & nũc quoque, pro execratione criminis, ædes deiici & ſolo adæquari, ob maleficium domini, alibi, vel ibi ab eo aut ab aliis commiſſi: videtur enim ille hiatus apparens ędificiorum, ſolo ſuo aſpectu, & deformi & deſerto loco admonere intuentes de grauitate pœnæ exemplari: vt M. Flacci & L. Saturnini ſeditioſorum hominum corporibus trucidatos, penates ſolo æquati ſunt [e], & Clodius ædes villáſque diruit Ciceronis, quòd contra leges publicas Cethegum & Lentulum indemnatos ſuſtuliſſet [f].

Fridericus Imperator, iuſſit ne conuenticula, coniurationes, in ciuitatibus aut extra fierent, etiam occaſione parentelæ inter ciuitatem & ciuitatem, perſonam & perſonam, aut inter perſonam & ciuitatem: in præteritum factas caſſans, tanquam pacis publicæ violationes, impoſuitq; pœnã publicationis bonorũ & vt domus deſtruatur [g].

Innuit Pomponius Iuriſconſultus, iudicis motu poſſe dirui villã, aut arbuſta ſuccidi eius qui ad delectum militiæ non reſpondiſſet [h].

Par indignatio ciuitatis Romanę aduerſus Spur. Caſſium erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi triũphi profuerunt: ſenatus enim populúſque Rom. non contentus capitali ſupplicio eum afficere, interempto domum ſuperiecit, vt penatum quoque ſtrage puniretur [i].

6 Poterit addi cura ædificiorum circa materiam qua ædificatur, vt talis tantum permittatur quæ facilè incendium cõcipere nequeat, maximè vt parietes mediaſtini ſint lateritij. aut ſaxei ſi fieri cõmodè ex commoditate regionum poſſit. Dicebat Auguſtus qui vrbem Romam auxit ornauítque ædificiis multis, gloriãs vrbem Lateritiam reperi, relinquo marmoream arcendis incendiis apud vetuſtiores Triumuiri præerãt, qui ab eo quod excubias agebãt, nocturni dicti ſunt. Interueniebãt nonnunquã ædiles, & tribuni plebis. Erat autem familia publica, circa portam & muros diſpoſita, vnde ſi opus eſſet euocabatur. Fuerant & priuatæ familiæ, qui incendia vel mercede, vel gratia extinguerent. deinde Auguſtus maluit huic rei per ſe conſuli, pluribus vno die incendiis exortis, nam ſalutem reipublicæ tueri, nulli magis credidit cõuenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem [k]. Nero Claudius formã ædificiorum vrbis nouam excogitauit, & vt ante inſulas ac domos porticus eſſent, de quorum ſolariis incendia arcerentur: eáſque ſumptu ſuo extruxit [l].

a *Conſtitutione 11. incipiente, etſi de cũctarum. In dicto Bullario, eáque conſtitutio poſita eſt etiam in nouæ vrbis ſtatu. folio 51.*
b *incip. ea quę numero 3. ſuarũ conſtitutionum in D. Bullario.*
c *Vlpia. in l. 2. §. ſi quis nemine prohibente ne quid in loco publico, lib. 43. P. ti. 8.*
d *l. pretor ait P. §. hoc interdictum de noui operis nuncia. lib. 39. P. ti. 1.*
e *Valer. Max. lib. 6. c. 3. Appian. Alexa. lib. 1. de bellis ciuil.*
f *Appian. lib. 2. de bellis ciuili.*
g *c. 1. § conuenticula, de pace tenenda inter ſubditos, & Iuramento firmã. lib. 2. feudorum ti. 53.*
h *l. ſi is cũ quo, P. communi diuidun. lib. 10. P. ti. 3.*
i *Valer. Max. lib. 6. c. 3. Liuius lib. 2. Dionyſ. Hali. li. 8.*
k *Paul. & Vlpian. Iuriſ. in l. 1. 2. 3. de offic. præfecti Vigilum lib. 1. P. ti. 15. Dio Caſſius lib. 55. Suetonius in Auguſto c. 30.*
l *Suetõ. in Nerone Claudio c. 16.*

# DE REPVBLICA LIBER TERTIVS VBI DE BONIS ET REDITIBUS REIPUBLICÆ AGITUR.

*De neceſſitate bonorum publicorum & redituum in republica.*

## CAPVT I.

CVM iam liqueat Rempublicam omnem, & regnum aut principatum, eſſe corpus ciuile, faciſſimum erit colligere ad ſimilitudinē corporis phyſici neruos requiri, in eo etiam quibus artus contineantur, & actiones neceſſariæ peragantur opportunè. Dicunt enim phyſici neruos eſſe prima in corpore animalis ſenſus motúſque inſtrumenta, eius actionis etiam cauſam.

Cæterùm bona & pecunias neruos eſſe reipublicæ, nemini dubiū eſt, inquit Vlpianus[a]. Ita Mutianus dicebat, pecuniam eſſe neruos principatus[b]. νεῦρα τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεί ποτε εἶναι ἔλεγε, vectigalia ita & portoria. M. Tullius,[c] & Quintilianus[d], & Plutarchus[e], ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπών.

Quod Diogenes Laertius Zenoni dictum tribuit, ſed eius ſententiæ plures fuerunt aſſeclæ, qui & id veriſſimum experientia didicerunt, vt & Euſtathius[f], τὸ νεῦρα πραγμάτων εἰπεῖν τὰ χρήματα, οὔτε σκληρὸν ἀλλὰ καὶ ἀστοχώτατον.

Leo Imperator[g], pecuniarum vim, rempublicam ſtabilire tradit & neruum ſufficientem.

Iuſtinianus Cæſar, ſiue Iuſtinus[h] ſtatuit, *Siquis* inquit, *illorum ſcilicet magiſtratuum, aut in publicorum tributorum exactione negligenter ſe geſſerit, aut collatores noſtros damnis, contumelioſiſve oblæſionibus inuoluerit, ſimul bonis excidet, ſimul ſummo ſubijcietur ſupplicio. Etenim Deo auſpice, hoc vnum nobis ſtudio eſt, vt prouinciæ bonis legibus regantur, tutóque habitentur, atque præſidium iuſtitia fruantur, & publica tributa citra quærelam inferantur. Impoſſibile enim eſt vt ſacris tributis non illatis alioqui reſpublica conſeruetur. Militares nanque copiæ, aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt, & collatores à barbarorum incurſionibus & truculentia vindicant: denique agros atque ciuitates à latronum alióque modo incompoſitam vitam ſectantium, vt & irruptionibus, agendis excubijs defendunt: ex illis etiam reliquæ cohortes, ea quæ ipſis attributa ſunt, accipiunt: muri atque*

*ciuitates*

a in l. 1. §. in cauſa, de quæſtionibus lib. 48. P. ti. 18.
b Diō Nicæus.
c pro lege Manilia.
d decla. 341.
e in Cleomene.
f 2. Iliados.
g in nouella 52.
tit. vt tam veterum principū quam recentiorum numiſmata, modò iuſti ponderis probatæque materiæ ſint, valeāt.
h in nouella ordine 149, tit. vt amantiſſimi epiſcopi cū prouinciarum indigenis & incolis, quos ſibi præſideſſe velint, eos ſibi à ſacratiſſimo principe concedi petant & c. in c. 2. §. ac ſanè, non hiſce.



*ciuitates itidem inſtaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: poſtremò ſpectacula, aliáque omnia, quæ ad delectationem ſingulorum inuenta ſunt, ex iiſdem curantur: vt quæ ab illis contribuuntur, partim in ipſos, partim propter ipſos inſumantur & impendantur: nobis autem nihil præter iſtarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, cùm magnus ille Deus, & ſeruator noſter* IESVS CHRISTVS *magnitudine clementiæ ſuæ, permultis propter hoc nos bonis remuneretur.* Hæc ibi quæ ferè iiſdem verbis repetuntur alibi[a] vbi & additur, reducta fuiſſe tributa ad certam remiſſionem, propter vtilitatem ſubditorum, ne plura exigantur quàm in eorum vtilitatem expendi oporteat: & ita princeps mauult vtilitatem ſubditorum, quàm propriam; attamen ea exigi ſufficientia, & reipublicæ expedire, ab his iñ quæ expenduntur, docet.

2 Neque ſolùm in republica, nerui gerendorum ſunt pecuniæ, ſed etiam in priuatis ſingulorum negotiis, & ita Demoſthenes[b], δεῖ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων.

Et Conſtantinus Imperator[c], dicebat, in pecunia antiquos omne robur patrimoniorum poſuiſſe.

3 Pecuniæ porro appellatio, non tantùm numos continet aut numiſmata ſignata, ſed omnia quæ pecunia æſtimari poſſunt, quæve ſunt in bonis reipublicæ & priuatorum, ſeu in patrimonio & poſſeſſione, vt Iuriſconſulti tradunt[d].

4 Quare non patiuntur Principes facilè abrogari vectigalium functiones, quòd ea ſint ad neceſſitatem introducta[e]. Honorius & Arcadius, *vectigalia,* inquiunt, *quæcunque quælibet ciuitates ſibi ac ſuis curiis ad anguſtiarum ſuarum ſolatia quæſierunt: ſiue illa functionibus curialium ordinum profutura ſunt, ſiue quibuſcunque earundem ciuitatum vſibus deſignantur: firma his atque ad habēdum perpetua manere præcipimus, neque vllam contrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidari iubent.* Et Theodoſ. & Valentin[f]. *Et vectigalia, quæ ad ſacrum patrimonium Principis pertinent, & ad reſpublicas & ciuitates pro publicis neceſſitatibus rata & firma manent.* Vt & Honorius & Theodoſ[g]. ſtatuerunt, quicquid contra vectigales largitionalium titulorum vel pragmaticis vel ſacris annotationibus fuerit elicitum, effectu & viribus carere.

Cicero[h], dum re ſtatuta diuiſione agri Campani inter plebem conqueritur, commotos fuiſſe ait inde animos bonorum, ob proximam & imminentem reipublicæ ruinam, ſublatis vectigalibus quæ inde & aliunde conquirebātur. *Præterea,* inquit, *ſi vlla res eſt, quæ bonorum animos, quos video iam eſſe commotos, vehementiùs poſſit incendere, hæc certè eſt, & eo magis, quòd prætoriis Italiæ ſublatis,* (nempe à Q. Metello nepote, vt ſcribit Dio[i],) *agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam? quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pediſſequorum noſtrorum eſſe peritura.*

Et cùm aliquādo Nero initio ſui principatus, adimere vellet omne genus vectigalium populo, coercuerunt eius, quanuis ex liberalitate procedentem affectionem prudentiores, quod plurimùm obeſſe publicæ vtilitati putarent[k].

Et quanuis rata habita fuerint generaliter omnia quæ à Sylla bel-

a in l. nouel. 161 tit. de prouinciarum præſidib. c. 2. §. atque vt hæc ita.
b Olynthiaca 2.
c in l. lex quæ tutores, 22. §. huic accedit, de adminiſtrator. tutor. lib. 5. C. tit. 37.
d in l. pecuniæ appellatione 4. l. rei appellatio. 5. & l. pecuniæ verbum 178. & l. pecuniæ nomine, 222. de verborum ſignif. P.
e vt in l. vectigalia, 10. de vectigalib. & commiſſ. lib. 4. C. ti. 61.
f in l. eiuſdem tituli.
g in l. penul. eo. ti.
h li. 2. ad Atticum epiſt. 16.
i lib. 37.
k Cornel. Tacit. lib. 13. anna.

lis ciuilibus, vel in prouincia geſta fuiſſent, vnã tamen hoc illius ſenatuſconſultum reprehenſum, quo remiſſio vectigalium fiebat: decretúmque eſt, vt quibus ille de capite dempſiſſet, ij pecunias in ærarium referrent. Statuit enim ſenatus, hoc nec illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum quæſitarúmque rerum, quibus reſpublica pace & bello ſalua eſt, ſummas imminuere.

*De diſtinctione bonorum Reipublicæ.*

## CAPVT II.

QVI conſtituerunt reſpublicas, maximè in negotiis publicis verſati, in diuiſione agrorum, quæ facilè poterat fieri in noua naſcente republica, in vacua veniente populo: reliquerunt partes aliquas agrorum in vſum communem, & pro impenſis quæ in communem ſocietatem faciendæ ſunt. Vel ſi iam agri diuiſi fuiſſent, in inſtitutione principatus, ita communi cauſæ proſpexerunt, vt & bona eius gratia, ſeparata eſſent à priuatis, dictáque bona reipublicæ, bona dominicalia, vel dominialia, aut coronæ annexa aut principatui.

Ferunt Romulum inſtitutorem reipublicæ Romanę, vniuerſos agros in tres partes diuiſiſſe, quarum prima cultui diuino, altera reipublicę attributa dominio, tertia diuiſa fuit inter ciues [a]. Erant principibus Lacedæmoniorum aſſignata prædia à republica pro patrimonio: Et ſi militarent, nutriebantur à ciuitate exercitus [b]. Traditur apud Ezechielem [c] ex iuſſu Dei, ſeparatam fuiſſe terrã promiſſionis in quatuor partes: quarum vna templo & ſacerdotibus deputatur: altera Leuitis, tertia ciuitati, quarta principi, *De terra*, inquit, *erit ei principi poſſeſſio in Iſrael, & non depopulabuntur vltra principes populum meum, ſed terram dabunt domui Iſrael, ſecundum tribus eorum.* Eadem ferè etiam forma diuiſa eſt terra Ægyptiaca, ſecundum Diodorum Siculum [d]. Atque ex reditibus totius Ægypti, vna pars ſacrificiis & ſacrificulis olim tribuebatur: altera in ſumptus regios, & negotiorum publicorum. Tertia militibus ſtipendiariis, etiam tempore pacis: relictis ſingulis aliis propriis & priuatis bonis. Hippodamus Euriphontis filius, Mileſius, qui & ciuitatum ſeu rerum publicarum diuiſionem inuenit, diuiſit ciuitatis regionem in tres partes, vt eſſet pars vna ſacra: alia publica, alia priuata: vnde cultus Deo fieret, ſacra: vnde verò propulſatores belli alerentur, publica: quæ autem agricolarum fierent, priuata [e].

3 Auguſtus prouincias partitus eſt Romanorum [f], in prætorias quæ populo erant vectigales: & præſidiales, quæ Cæſaris fiſco certum æs penderent, vnde dicta tributoria & ſtipendiaria prædia.

4 Apud Langobardos creato rege Orthario, vel ſecundum Paulum Diaconum [g] Autharo Cleophonis filio, reliqui duces omnem dimidiam ſingulorum ſubſtantiæ ſuæ partem regalibus vſibus

a *Dionyſ. Halicar. lib. 2.*

b *Xenoph. libro de republica Lacedæmonior.*

c *Ezechiel. c. 45.*

d *lib. 1. c. 6.*

e *Ariſtotel. lib. 2. Politicor. c. 6*

f *Strabo libro vltimo geographiæ.*

g *Iuſtinia. in §. per traditionem, de rerum diuiſion. & ibi latiùs paraphraſis Theophili explicat.*



ſibus tribuerunt, vt eſſe poſſet vnde rex ipſe, & qui ei aderant, eiúſque officiis per diuerſa eſſent officia dediti, alerentur [a].

5 Nónne etiam huius patrimonij reip. poterunt contineri certi annuĩ & ſtati reditus, tam in ſpeciebus quàm etiam in penſitationibus pecuniarum, quæ in horreum & ærarium reipublicæ feruntur. Cuius generis ſunt, penſiones illæ quæ ex tritico & hordeo deferebantur in horrea Reipublicæ Romanæ, & tempore democratiæ, & deinceps tempore Imperatorum, vt liquet ex legibus de his contributionibus latis [b]: deferebatur etiam in ſpecie auri & ballucis, canon metallarius, [c], ex patrimonialibus & publicis agris aliæ collectæ pẽſitationes aurariæ, & frumentarię, ex locatione vel emphyteuſi eorum [d], & ad fabricas, ſpecies ipſæ tributariæ deſiderabantur, vt pro illis pecunia ſolui non poſſet [e].

6 Cùm Malcolinus Scotorum rex, fiſcalẽ canonem exinaniuiſſet, inconſultis in proceres largitionibus, comitiis Scotorum generalibus placuit, vt patrimonij regij vice ſufficerentur, iuſta, caducaria, ſeu releuamenta aut releuia (quæ Græcis nomine ἀνάληψις ſeu *rachapt*, vulgò) quæ ab omnis generis hæredibus exſoluerentur: item vt & fructus nouorum hæredum minorum annis, regis eſſent, cum ea lege, vt impuberibus his reges alimenta præberent: cæteros verò fructus hæreditatis illorum, ſuos facerent quouſque ipſi in ſuam tutelam veniſſent [f].

7 In publicum & Romæ redactæ res ex hoſtibus vt & militibus aſſignatæ pro parte [g].

8 Bona & poſſeſſiones, quæ nullius priuati dominio adſcribuntur, in ditione reipublicæ vel principatus cenſentur eſſe, vt ex dominio & poteſtate eiuſdem reipublicæ: aut principis qui eius onera ſuſtinet. Et proinde meritò bona vacantia, hoc eſt à nullo priuato vindicata inter regalia numerantur [h]. Eóque nomine veniunt bona perdita, quæ non inueniunt dominum, vocant Galli *eſpaues*, Bona mortuorum ſine hærede legitimo, habiti ad ſuccedendum, quod ius vocant idem Galli, *droict de desherance, d'aulbaine, heretages de Guerpis*, id eſt, bona alienigenarum & peregrinorum. item bona quę pro derelicto habita ſunt à dominis, quę omnia ad principem pertinent, vel ad eum cui princeps conceſſerit.

9 Sed & maximè loca deſerta & inculta, & nulli diſtributa, ſterilia, vt montes, & ſimilia quę nec occupantur à priuatis, aut à ciuitatibus vel oppidis, pro quorum perquiſitione, olim rectiſſimè conſtituti ſunt inquiſitores diligentes, qui ea inuenta per Ægyptum dominio imperatorum adiungerent ſeu incorporarent [i].

Diuiſerunt deinde Imperatores aut reſpublicæ, ſteriles & deſertos

a *Rhegino, & Paulus diaconus lib. 3. de geſtis Langobardorum c. 8.*

b *li. 11. C. Iuſtinianei ti. 22. de canone frumentario vrbis Romæ, & ſequenti. 23. de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, & tit. 24. de annonis ciuilibus, l. fi. & tit. 27. de frumento Alexandrino.*

c *tit. 6. de metallariis & metallis, & procuratoribus metallorum, li. 11. C.*

d *tit. 61. de fundis patrimonialib. & ſaltuenſib. lib. 11. C. & ti. 60. de paſcuis publicis & ti. 70. de locatione prædiorum ciuiliũ vel fiſcalium, vel templorum, ſiue rei dominicæ vel priuatæ. & titu. de conductorib. & procuratoribus ſiue actoribus prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ, eod. lib. 11. C.*

e *l. 1. de Fabricenſibus, libro 11. C. titu. 9.*

f *Bohetus & Maior. de rebus Scoticis.* g *Appian. vide l. Lucius 11. de emptionl. lib. ti. 21 P. tit. 2. l. item ſi verberatum, 15. §. item ſi fortè ager, de rei vindica. lib. 6. P. tit. 1.* h *titu. quæ ſint regalia in vſibus feudorum. l. 1. de bonis vacantibus. lib. 10. C. l. 1. de ſucceſſor. edict. P. §. 1. verſ. ſi quis aliquem & §. ſi ruſticus, de pace tenenda, in feud.* i *Strabo.*

inuentos agros, colonis excolendos ab initio quidem gratis, & ſine penſione, poſtea verò conſtituta penſione, quod & fecit Odoacer ſaltuarius, Flandrię prefectus, anno Domini 824. mortuo patre[a].

Fuerunt ſucceſſione temporis, poſt natas reſpublicas, & poſt conſtituta regna & principatus, alij reditus aliáve compendia addita reipublicæ & eiuſd. fiſco vel ærario publico vt tributa, vectigalia, confiſcationes, ſeu publicationes bonorum, quò neceſſitatibus publicis & communibus faciliùs ſubueniretur, vel ex conſenſu populi, vel ex authoritate & poteſtate imperantium.

a Meyer. lib. 2. annalium Flandriæ.

10 Bona reipublicæ, ſunt commiſſa principi percipienda & diſtribuenda, eáque veluti dotaſia accipit in auguratione ſui principatus, tanquam coniunctus ei per deſponſationem. Ipſe autem per ſe, habet alia patrimonialia quæ non ſunt reipublicæ. Duplex ita patrimonium in principe, vel moderatore reipublicæ, publicum & priuatum. Vt apud Iuſtinianum[b], qui & vtrunque, nempe titulo dignitatis dicitur eſſe principis, quanuis diuerſas appellationes ſortiantur & diuerſam habeant naturam, maximè in alienationis poteſtate & cauſa: vnde & diuerſi procuratores inueniuntur, nempe fiſci, vnus: & alius, Cæſaris, vel principis, ſeu rei dominicæ & priuatæ. Duplex ærarium, vt pecuniæ duplices, fiſci & priuati patrimonij: & vtrunque ærarium principis dictum, quòd vtrunque ad illum diſpenſationémque illius pertineat, vt liquet ex reſcripto c c. Gratia. Valentinia. & Theodoſij[c]. Diſtinguuntur iſta patrimonia apud omnes ferè gentes: & quod reipublicæ eſt, dicitur vt plerunque domanium reipublicæ, vel coronæ, vel diadematis: alius principis, vel domus eius, vel priuatum, vt & in Gallia in conſtitutione de domanio anni 1566. ſic[d] dicitur, Dauidem creaſſe principes & præpoſitos ſuæ ſubſtantiæ, operibus ruſticis, vineis, theſauris, oliuetis, ficetis, apothecis, olei, armentis paſcuorum, camelis, ouibus, eo modo & legimus in Codice Iuſtiniano titul. de grege dominico. Sunt & alia bona quæ ratione principatus accedunt & adueniunt principi: verùm illa non ſunt dominicalia, nempe quæ ex confiſcationibus, & aliunde ærario adiiciuntur, quæ non tamen ſunt iura aut immobilia tradita principi ſeu vnita diademati, aut incorporata patrimonio reipublicæ, vt liceat inde etiam tria genera bonorum in principe conſtituere: primùm priuatorum, quæ vel habet quæſita ſibi nomine proprio, vel relicta à maioribus, alio nomine quàm principatus. Secundum dicitur, eorum quę annexa & incorporata ſunt principatui, quæ & reipublicę dos dicuntur. Tertium quod ex his naſcitur, & in theſaurum fiſcalem defertur ad communem principis & reipublicę vtilitatem & negotia, vt alibi docuimus[e], & cauſas & rationes attulimus harum pręſtationum & redituum. diximus & [f] de canone, oblatione, indictione & patrimonio principis: & in ſequentibus, de aliis ex quibus princeps, fiſcus, reſpublica, vectigalia, portoria, tributa capiunt, & de reliquis, quæ ad pecunias publicas & fiſcalia pertinent, ex quibus facilè lector poterit methodo hęc omnia concipere: quę repetere non decreui: ſed tantùm admonebo ex quibus pecunię, quę neceſſariæ erunt reipublicæ, & quando opus vrge-

b in l. bene à Zenone, de quadriennij præſcrip. lib 7. C. tit. 37.

c in l. vnic. tit. de quæſtoribus & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum & rei priuatæ lib. 12. C. tit. 6.

d primo Paralipom. c. 27.

e lib. 3. ſyntag. c. 2. & 3.

f c. 5.



vrgebit, vel ordinario iure ſumi poterunt, ídque exemplo rerumpublicarum aliarum, monarchiarum ſeu principatuum, cum ea tamen proteſtatione, vt quod mei nulla ſit intentio monendi tyrannos, de modis quibus poſſint vexare tributis ſubditos, ſuæ vtilitatis non reipub. cauſa: hos enim deteſtor & eorum conſilarios hirudines populi, vaſtatores, lupos rapaces, homicidas pauperum, dæmonum inſtrumenta, flagella peſſima Dei, mancipia auaritiæ. Quod enim proferre inſtitui, illud ipſum cenſeo non niſi in maxima neceſſitate imitandum, & duobus malis oblatis: nēpe defenſione populi ſuadente, & ad euitādas peiores artes, quib. deglubitur miſerabilis plebecula. Subſidia petenda ſunt à populo in eorum cauſam, non vltra. Ea autem ſubſidia ſeu vocemus tributa, vel auxilia, vel debita, indictiones, vel alio nomine, conſtant ex rebus aut pecuniis: rurſúmque aut pro rebus poſſeſſis à perſonis, aut pro capitatione perſonarū exiguntur, interdum & à populo reipublicæ neceſſariæ perſonæ petuntur, vt Deo iuuante de ſingulis agemus breuiter.

Atque in his omnibus deſideramus iuſtas cauſas & modos iuſtos acquirendi, vel imponendi, conſeruandi ſeu augendi, & expendendi pecunias vel bona reipublicæ. Præcipuè hîc prudentia principis, & affectio in cauſam communem, potiùs quàm in priuatum commodum primas partes habebit. Sicuti enim pecuniæ reipublicæ definitæ ſunt ei neceſſariæ, non minùs quàm nerui in corpore humano. Sic conſiderandum erit, vt quemadmodum ex medicorum & phyſicorum receptione & vberiore ſententia, nerui omnes ſentientes prodeunt à cerebro corpus phyſici. Sic neceſſarium fuiſſe harum pecuniarum exactionem pro ratione neceſſitatis referri ad principem, tanquam ad cerebrum & gubernaculum totius corporis ciuilis: vt nulli alij liceat quàm principi, aut illis qui gerunt in republica ſupremum imperium, de his ſe immiſcere ſine eorum iuſſu & authoritate[a]. Et quanquam fuerit diſputatum à quibuſdam, de iure & poteſtate regum, num quæ præſcripta ſunt per legem regiam, prolatam iuſſu Dei per Samuelem in creatione regis Saulis[b], pertinerent ad tyrannum vel ad regem legitimum. Placuit tamen ſaniori iudicio, ad vtroſque pertinere poſſe: ad tyrannum quidem, ſi ſine cerebro, ratione, & neceſſitate publica, exigat ibi conceſſa, vt ad bonum principem, ſi vtilitas publica requirat & ſuadeat illis iuribus vti: vt etiam poſſit iuxta prædictam legem, agros & vineta ſubditorum addecimare, imò & bona illis tollere & dare ſeruis ſuis, nempe ſi ſuadeat publica vtilitas, & debeant illi eſſe ſubditi tanquam ſerui. Poſtquam enim commiſſa eſt poteſtas à Deo principi in ſubditos abſoluta, non eſt dubitandum quin & bona eorum & perſonæ ſint illi ſubiectæ, & ex poteſtate principis poſſeſſionum diuiſionem & proprietatem pendere, ſacri canones etiam teſtantur[c]: verùm meminiſci debet princeps, vt monui, in his exactionibus & oneribus rerum & perſonarum diſtinguendis, ſe præſidere corpori tanquam caput, & ita ratione potiùs quàm vi & affectione aut auaritia, vtendum eſſe bonis & perſonis ſubditorum: atque priùs eſſe tentandum, num or-

a Hermogenianus Iuriſcō. in l. vectigalia, 10. de publica. & vectigalib. lib. 39. ti. 4. quod firmarunt Cæſares in l. 2. & 3. vectigalia noua imponi nō poſſe lib. 4. C. ti. 62. ſum. pontif. in c. ſuper quibuſdam. de pœnis.

b 1. Reg. c. 8. verſ. 11.

c ca. quo iure 8. diſtinct. ca. 21. conuenior. 23. q. 8.

dinarij prouentus pro negotiis obeundis publicis, ſufficere poſſint, antequam ad noua onera poteſtatem extendat. Qui ſi non ſufficiant, vtpote procurator reipublicæ, iuſtiſſimè exigere à ſingulis, quod in cauſam omnium expenſurus ſit, adhibitis perſonis qui in diſtribuendis oneribus, eadem voluntate & puritate ducantur, qui à ſuperinductis temperent, & à vexatione immodicè ſubditorum.

Maximum autem erit principibus & vtile ſibi & ſubditis munus, intelligere vires ſui patrimonij, ſeu reipublicæ ſuæ emolumenta, ne ab iſtis harpyis quæſtorum ſibi facilè imponatur, qui multa quæ ſufficere poſſunt ſuppriment, onera noua comminiſcuntur, plura intercipiunt, & ex populi lachrymis quas princeps non videt, impinguantur.

11 Itaque Reipublicæ & Principis patrimonium ſiue ærarium, ſiue facultates, ſiue alio nomine voces, aut vt Galli *finances*, aut generali nomine, pecunias publicas in duas partes diuidi debet, vt faciliùs intelligantur ea quæ inde colliguntur, & cuius generis & compendij ſint, in patrimonium ordinarium, & extraordinarium diuidetur, ſeu in reditus ordinarios & extraordinarios.

Ordinarium dicitur domanium propriè, coronæ vel regni, quod datum erat pro dote principi, ex quo impenſæ ordinariæ & ſumptus fieri poſſent in ordinaria negotia, quæ tum principem, tum etiam rempublicam reſpiciebant: vt puta in ſtipendia aulicorum, officiariorum, magiſtratuum, & ſimilium impendenda quotidiana.

12 Domanium hoc in Gallia, & vt puto alibi, conſiſtebat & conſiſtit in reditibus ordinariis, mutabilibus, & immutabilibus.

Dominium immutabile, conſiſtit in fundis patrimonialibus, locatis, vel datis priuatis cum onere penſionis certæ, in perpetuum. ita dictū immutabile, quia penſio ſeu cenſus debitus, ſemper æqualiter ſingulis annis ſoluitur ſine immutatione[a]. Talia erant apud Romanos tributaria prædia, & ſtipendiaria, quæ ab hoſtibus capta, populus Romanus vel princeps ſuis emphyteutis, qui tributum aut vectigal eo nomine dependerent, dabat, vt meminit pleniùs Strabo[b], ſtipendiarium vectigal impoſitum Hiſpanis, & pleriſque Pœnorum, quaſi victoriæ præmium, aut pœna belli, aut cenſoria locatio, vt Aſiæ lege Sempronia. Item paſcua talia erant publica, quorum penſio antiqua non augebatur[c].

Tales patrimoniales, ſaltuenſes, emphytheotici fundi, quibus certa penſio quoque hærebat, quæ ſequitur quoſcunqne poſſeſſores, qui liberè de illis, vt libuerit, vt de propriis, ſaluo dominicali iure diſponunt & poſſunt alienare eos & in alios transferre[d]. Talia & prædia ciuilia, fiſcalia, reipublicæ, quæ conductoribus perpetuariis, ſub certa annua penſione locantur[e].

Hinc publicæ functiones, ciuilis canō, ſiue ſint annonæ quæ præſtantur in ſpeciebus, vt in frumento, hordeo, vino, & ſimilibus: ſiue tributa in corporibus, auro, argento, & ſimilibus[f]. quæ reipublicæ debentur & impræſcriptibilia iura ſunt contra rempublicam à poſſeſſoribus

a l. omnes penſitare 4. de anno. & tribu. lib. 10. C. titulo 16.
b libro poſtremo Geogra. & Iuſtinianus, in §. per traditionem, & ibi latiùs paraphraſis Theophili. de rerum diuiſione in inſtitutionibus iur. ciuil.
c l. 1. de paſcuis publicis lib. 11. C. ti. 60.
d l. & ſequentibus, de fundis patrimonialibus eo. lib. 11. C. ti. 61. & tit. 64. de collatione fundorum patrimonialiū.
e in l. 3. 1. 2. & aliis, de locatione prædiorum ciuilium eo. li. 11. tit. 70.
f vt liquet ex titulis de cano. frumentario li. 11. C. tit. 22. de canone largitionalium lib. 10. C. tit. 23.



ſeſſoribus, l. comperit. 6. de præſcrip. 30. vel 40. anno. libro 7. C. tit. 39.

13 Canon propriè in Republica Romanorum, erat ordinarium & immutabile tributum, quaſi dicas regulare ſeu ſuis regulis & perpetuò decurrens, vt docuimus[a]. Soluebatur reipublicæ vel ciuitati, ratione prædiorum, vel ratione perſonarum, vel ratione muneris mixti, regulari & immutabili æſtimatione: hoc eſt, quod non creſcebat, aut decreſcebat ſingulis annis, inter quæſtores ſeu theſaurarios in Gallia, *Domaine immuable, ſont les cens & rantes ſoncieres, tant en grains que deniers, & ſont appellez immuables, pource que ne changent point, & demeurent ainſi qu'ils ſont arrantés & baillés par les ſieurs.*

Patiuntur tamen aliquando hæ canonicæ præſtationes mutationem, quæ potiùs ex extinctione prioris, & innouatione omnimoda reformatur, quam augeri vel minui dicatur. Fieri enim poteſt vt fundus, qui antea ad cenſum datus eſt canonicum, deſeratur per poſſeſſorem propter bellum, aut peſtem, aut combuſtionis caſum. Quamobrem princeps vel reſpublica, vel dominus ad quos proprietas pertinet, eundem aliis locant, dant, aut in emphytheoſin nouam concedunt, cùm cenſus, penſionis aut præſtationis alterius generis onere, vel maiori vel minori à priori, additis vel detractis iuribus laudimiorum, venditionum, multarum & ſimilium. quo caſu canon immutabilis augeri vel minui poteſt, exempla proponuntur in titulo de omni agro deſerto lib. 11. C. titulo. 58. hócque accidit quando omnino res tributis obnoxiæ deſtituuntur poſſeſſore. Nam ſi aliquis eſſet poſſeſſor qui tributum non ſoluiſſet, venduntur à fiſco res, vt tributorum reliquæ ſoluantur, remanente ſemper obligato prædio vendito, & ita ad ementes & poſſidentes tranſeunte, cum ſuis oneribus canonis[b].

Et ita Papinianus reſpōdit[c] Imperatores Antonium & Verum reſcripſiſſe, in vectigalibus ipſa prædia, non perſonas conueniri, & ideo poſſeſſores etiam præteriti temporis vectigal ſoluere debere, eó que exempto ſi ignorauerint, actionem habituros. Confirmarunt idipſum Valerianus & Galienus[d].

14 Domanium vel dominium mutabile, ſunt iura reipublicæ, habentia reditus vel compendia quæ ſingulis annis, vel aliis temporibus, vel augeri vel minui poſſunt, iure exigendi tamen remanente immutabili penes principem vel rempublicam. Diminutio vel augmentum poteſt ex variis circunſtantiis & occaſionibus rerum, temporum & perſonarum oriri: vt ſi agatur de conductionibus annuis prædiorum & domorum poſſunt ex fertilitate augeri & ſterilitate minui penſiones & mercedes, item habita ratione belli vel pacis.

Huius naturæ aut conditionis cenſentur, decimæ fructuum, debitæ principi alicubi, & iura ex ſatis accepta pro modo collectorum fructuum, dicuntur *champars*. Vt & Appianus[e], Romanos, quos cœpiſſent, agros ſi culti eſſent colonis, quos eò deduxiſſent diuiſiſſe, aut ci-

a lib. 3 ſyntag. iuris c. 5.
b in titulo ſi propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata lib. 4. C. tit. 47.
c in l. imperatores 7. de publica. & vectigalib. lib. 38. P. tit. 4.
d in l. 1. & §. Diocletia. & Maximinia. in l. 2. de anno. & tribut. lib. 10. C. tit. 16.
e lib. 1.

uibus Romanis vendidiſſe : aut locaſſe ſi inculti, cuius generis erant multi, colendos his qui vellent dediſſe, impoſito annuo vectigali, Decima quidem frumentorum, quinta verò frugum. Quinetiã ab iis qui maiores & minores pecudes aluiſſent, certum vectigal exegiſſe. Quod & de Sicilienſibus, Gallicis & Aſianis factum eſſe perſpicuum eſt. huius generis etiam, quæ ex portubus, vectionibus, hortis, metallis & ſimilibus colliguntur. Quæ vt accipiuntur ex molendinis aut clibanis, ſeu furnis aut torcularibus, bannalibus, quæ creſcunt aut decreſcunt pro modo eorum quæ moluntur, coquuntur, aut premuntur. Idipſum ſtatuitur in his quæ ex cancellariis vocãt *greffes*, tabellionatibus, ſigillis, percipiuntur. Idem quæ iure dominij, pro modulo viuentium, reſidentium, aut colentium, rediguntur in iura dominicalia, aut ex laudimiis, ex venditionibus prædiorum aut aliorum bonorum quæ ſub cenſu tenentur à principe[a]. Sunt & his affinia iura, quæ debentur regi pro feudorum tranſmutatione à perſona in perſonam aliam, vel per ſucceſſionem, vel per alienationem permiſſam, in quibus aliquando morte poſſeſſoris iura quædam exiguntur, quæ dicuntur releuamenta. vt in Normandia feuda comitatus releuantur pretio quingentarum librarum. Baronia centum, feudum loricationis vocant *d'haubert*. Mille quingentarum : medium feudum loricationis ſeptuaginta quinque ſolidorum Turonenſium. Aliquando ius redemptionis ex feudo principi vt domino debetur, quod eſt reditus vnius anni dicti feudi, quod tenetur in fide & hominio principis: quando dominus ſeu poſſeſſor vel vaſſallus, qui habuit ſub hominio & fide, decedit ſine liberis ſuperſtitibus fratre aut ſorore, quo caſu hæres qui ei ſuccedit, debet regi, vt ſuperiori domino à quo feudum pendet, pro redemptione dat reditũ anni vnius dicti feudi. Quando verò feudum venditur, debetur in aliquibus quinta pars pretij venditionis ab emptore regi, vt ſuperiori : & deinceps alia quinta pars, quæ facit decimum denarium, cum dicto quinto denario: vocantur in Gallia *quints & requints*. vt ecce, feudum venditur centum libris : pro quinto denario ſunt viginti libræ: & iterum quatuor libræ pro requinto. vnde in ſumma, pro tota præſtatione centum librarum, debentur viginti quatuor libræ. Qui reditus ex conſtitutione Caroli IX. edita ad ſanctum Germanum, 1561. menſis Ianuarij conuerti debebant in refectiones & conſeruationes caſtrorum, & aliorum ædificiorum regiorum.

a *iuxta l. fi. de iure emphy.*

Iſti reditus caſuales ſunt, nec poſſunt ita certum conſtituere cenſum vt immutabilis dici mereatur, aliquando tantum contingentes.

Sunt his ſimiles reditus qui perueniunt ex venditionibus ſyluarum principis, ſiue cæduæ ſint ſiue non cęduæ, quarum fructus veneunt ex licitatione & adiectione facta plus offerenti per eos quibus cura demandatur ſyluarum & nemorum principis.

Idipſum cenſendum de locatione glandium & paſcuorũ principis.

15 Ex ſyluis quoque Normandiæ venditis, accedit regi tanquam ex domanio coronæ, ſpecies quædam cenſus, qui dicitur *tiers & danger*. tertia pars & periculum. exempli cauſa ſi venditio fiat triginta ſolidis, tertia pars quæ ad regem pertinet, habet decem ſolidos. periculum



lum verò ſeu *danger* eſt decima pars dictorum triginta ſolidorum, & ita iſtius venditionis ſumma cenſus eſt tredecim ſolidorum, pro triginta ſolidis.

16 Sunt item inter iura domanij mutabilis, ceu cenſus incerti aut indefiniti, ea quæ percipiuntur à principe ſeu rege, iure morticinij, quod vocant amortiſationem, de qua poſtea latiùs: cuius natura eſt, vt quando feudum nobile peruenit titulo acquiſitionis vel donationis, aut alio, ad eccleſiam, dicatur peruenire ad manum mortuam, eóque dictum feudum non poteſt à manu ſeu poſſeſſione eius regulariter exire, cùm patrimonium eccleſiæ ſit perpetuum & ineuitabile[a].

Proinde qui ex corpore eius eccleſiæ ſunt, tenentur ex lege dicta rebus aut emancipare illa bona ſeu extra manum ponere & diſtrahere prædictum feudum intra annum & diem, à die acquiſitionis, aut pro eius ſeruitio dare & conſtituere principi hominem viuentem, morientem, & confiſcantem, id eſt talem qui obire poſſit munera, & ex cuius morte & vita, aut facto, feudum poſſit ſubire mutationes & actiones, ex quibus prouentus & iura renouantur domino principi. Niſi ſi principi viſum fuerit, illis dentur codicilli morticinij ſeu amortizationis, quibus eximuntur res feudi & feudum, ab illis obſequiis & iuribus. Quocirca pro iure hoc amortizationis ſeu exemptionis, datur principi ſemel, tertia pars integræ æſtimationis totius feudi, atque literæ exemptionis præſcribũtur à camera computorum ſeu ratiociniorum regiorum, ratione quarum in poſterum tale feudum vel poſſeſſores eius non tenentur ad debita quæ iubet exigi rex à francis feudis, & nouis quæſitis, & quæ exiguntur à poſſidentibus ab eo feuda, aut alia bona non amortizata, & à plebeiis poſſidentibus feuda nobilia.

a *l. iubemus 14. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

17 In Gallia omnes poſſeſſiones nobiles, ſiue ſint feudales ſiue allodiales dicuntur franca feuda quia per leges ſtatuta & conſtitutiones Galliæ omnia feuda aut bona nobilia ſita in Gallia, poſſideri non poſſunt præterquam per homines francos, id eſt per nobiles ex genere, aut nobilitatos per Regem francos ſeu liberos ſtatu & exemptos ab omni genere tallearũ, indictionum, auxiliorum, ſubſidiorum, aut ſimilium onerum, quibus obnoxij ſunt ignobiles & plebeij. Eáque ratione in Gallia, omnia feuda ſunt nobilia, aut nobiliter poſſeſſa & ita dicta franca. Proinde ſi ignobilis, aut feuda teneat, aut bona nobilia, ſubiicitur iuri ſolutionis francorum feudorum: id eſt nomine eorũ tenetur aliquid ſoluere regi pro patiẽtia: vocãt *Soffrance*, quòd eos patiatur feuda & bona illa tenere. Ita ius Francorum feudorum nihil aliud eſt, quàm pecunia regi debita à poſſidente feuda, & nobilia bona ſine permiſſione regis, & ex patientia eius, quæ à recuperatoribus ſeu commiſſariis à principe datis, æſtimantur in ignobilibus : nam hoc ius tãtùm ab ignobilibus nõ à nobilibus vel nobilitatis exigitur.

18 Quæ de eccleſiis dicũtur vt cẽſeantur tanquã manus mortuę, eadem ſtatuuntur in aliis corporibus ciuilibus vniuerſitatum, collegiorum, hoſpitalium, quæ etiam manus mortuæ & nunquam mori dicuntur, quòd per ſubrogationem ſimilium perpetuò viuere dicantur[b]. Et hæc corpora quoque egent amortizatione, in rebus poſſi-

b *vt in l. proponebatur, de iudiciis P. l. eiũ debere ſeruitutib. vrbanor. prædior. P.*

dendis quæ eis obtigerint, alioquin tenẽtur emancipare, vel dare hominem viuentem, morientem, &confiſcantem in illis, quę ſi non ſunt amortizata dicuntur noui conqueſtus.

19 Sic enim in ratiociniorum camera, *Nouueaux acquetz, ſignifient tous herbages tant feodaux, alaudiaux, que roturiers, & tous droits immobiliers apartenans à gens de main morte, non amortis par le Roy. Et ſont appellez nouueaux acquetz, par ce que les gens de main morte, ordinairement & le plus ſouuent ſont amorter par le Roy les heritages ſitués en France, que leur appartiennent à cauſe de la dotation & ancienne fondation de leurs benefices, monaſteres, colleges ou hoſpitaux. Et ce que leſdits gens de main morte ont acquis oultre, & deſpuis les heritages qui leur ſont eſté anciẽnement amortis: pareillement ce que depuis leur a eſté donné, legué & auſmoſné, ſoit heritage feodal, ou alaudial ou roturier, ou droict immobilier, eſt appellé nouuel acqueſt. Et pour raiſon de tels heritages & droicts immobiliers, ainſi acquis donnés legués & aumoſnés, non amortis par le Roy, les gens de main morte ſont ſubiects aux droits de nouueaux acquetz. Qu'eſt à dire, qu'ils ſont tenus payer au roy certaine finãce pour la tolerãce de la poſſeſſion & iouiſſance qu'ils ont eu des heritages ſituez en France, leſquels par les anciens ſtatutz du Royaume & ordonnances, il leur eſt prohibé de poſſeder, ne les doiuent & peuuent tenir ſans amortiſſement particulier, concesſion & permiſſion du Roy*[a]. Sufficiet ita admonuiſſe, inter ea quæ ingrediũtur ærarium principis, & ea quæ cenſus mutabilis dicuntur, eſſe iura quoque quæ morticinij iure exiguntur in regno à poſſeſſoribus manus mortuæ.

20 Huic iuri manus mortuæ, quæſtores iungunt aliud nomẽ propè ſimile, ſed inuerſum & alterius generis: nam *manum mortuam* prædictam vocant, aliud autem, ius *mortuæ manus*. appellant enim *droict de morte main*, Ius quod pertinet ad regem in quibuſdam prouinciis ſui regni. nempe quando is qui cenſum aut reditum debet regi ibi, moritur ſine liberis, tunc enim hæredes eius defuncti, debent pro anno quo moritur duplicem cenſum &reditum, vt ſcribit Iohãnes *le Grãd*[b].

21 Ad mutabiles & incertas reipublicæ penſitationes, & variabiles prouentus principis, pertinere poſſunt fructus qui ex tutela regia pupillorum proueniunt alicubi, ſicut legimus in Scotia regẽ Malcolmum ſeu Malcolinum ſtatuiſſe pupillos in regia tutela eſſe: eorúmq; bonorũ interim fore fiſci. Idque etiam in Anglia ſecutum fuiſſe Hẽricum 3. teſtis eſt Polydor. Virgil[c]. Refert Ariſtoteles[d], Dionyſium tyrannum Siciliæ, idipſum voluiſſe, donec pupilli in ſuam tutelam vel ad adultam perueniſſent ætatem. Ita etiam in Gallia moribus alicubi eſt recepta quædã noua, & priſcis Romanis incognita tutelę ſpecies, quam appellamus *Garde*, vel *Bail*. cuius ea vis ſit, vt rerum pupillarium fructus, tutor ſuos faciat, modo pupillos alat eorúmque æs alienum diſſoluat, & poſſeſſiones ſartas tectas tueatur. Datur autem parentibus vel agnatis, qui hac ratione fiunt quodammodo rerum pupillarium domini etiam ſi eas poſtea restituant adulto. Verùm eius loco liberum eſt ſuſcipere legitimam tutelam, quam ius ciuile introduxit, vt refert Franciſcus Balduinus[e].

a *Quæ ſunt verba Iohãnis Baquet aduocati regij in camera Theſauri Pariſienſis, in tract.* de francs fiefs. *In 1. parte, c. 2. tractat. ibi per ſequẽtia capita, iura hæc regia fuſe, ad quem remitto lectorem.*

b *in inſtitutione ſuper facto financiarum gallicè ſcripta.*

c *in hiſtoria Anglica.*

d *lib. 2. œconomicorum.*

e *in protheoria tituli. de tutelis in commentarijs inſtitutionũ iuris ciuilis.*

*De æra-*



*De ærario reipublicæ, atque de modo quibus pecuniæ conquiſitæ coactæ ſunt ad vſus neceſſarios.*

## CAP. III.

NECESSITAS commerciorum, aliquando rudem & innocentem hominum vitam, quæ olim contenta erat rudi rerum cõmutatione, effecit, vt numus fuerit in vſum inductus, certa materia electa, & æſtimationis facta mẽſura ex conſenſu publico: vt per materiæ electæ publicam & determinatam æſtimationem, difficultatibus per imitationem, per ęqualitatem quãtitatis ſubueniretur, adiecta & forma publica[a].

Quemadmodum autem ſingulorum neceſſitas, pecuniæ & numi inuentione eguit, &acquiſitia pars in pecunia fuit in ciuitate recepta, ſic & communium publicum rerum, & reipublicæ vtilitas poſtulauit, ex pecuniis ærarium conflari, quibus non tantùm inter ciues negotia communia agerentur, ſed etiam inter extraneos, quorum ope &auxilio princeps & reſpublica egerent: & vt per pecunias ex variis rebus collectas, onera ſubditorum poſſent comodius peræquari, pauperes releuari, & bene meriti remunerari. Vtque priuatis explicandis negotiis, pecuniæ faciliorem dant cauſam, ſic quoque publicis. Atque ſicut inter priuatos, pecuniæ quæſitæ & conſeruatæ, & cum ratione expenſæ, patrifamiliâs ſecundum occurrentes neceſſitates maximum adferunt commodum: ſic in republica, quæſitæ reſeruatæ, & diſpenſatæ maximam habent vim. Multa enim negotia præclara in priuata & publica cauſa, infœliciter ſuccedunt, ob defectum præſentis pecuniæ: & ob paupertatem vel inopiam, à ditioribus reſpublicæ facilè vel armis, vel donis ineſcantur, aut ſubiiciuntur, & vincuntur.

2 Conſtitutum itaque ærarium eſt & fiſcus, quibus pecuniæ in vtilitatem reipublicæ ſeruarentur. Nomine ærarij verò intelligimus, omnem locum in quo reponitur cuiuſlibet generis pecunia, ſiue aurea ſiue argentea, vel ærea, æris quoque appellatio ad omnes nũmos etiam aureos pertinet, vt ait Vlpian[b]. Vnde & generaliter dicimus æs alienum, pro omni debito quo obſtringimur[c], quia ęs fuit, prima materia rudis percuſſa nũmi, ex lege: vt docuimus[d].

3 Romanũ ærariũ vel reipub. cõſtabat maximè tributis, & vectigalib. quæ vt ex Cicer. liquet[e], erãt triũ generũ & mercib. exportatis vel importatis, denique ex agris, & paſcuis primum, decimas ſumptas ex prędiis vectigalibus, complectitur, ſecundum, portorium, poſtremum nomen fit ſcriptura. Sunt & cum his alij ordinarij reditus.

Ad fiſcum ſpectare videntur etiam extraordinarij reditus, vnde & recentiores dicunt confiſcationes. Alij & ærarium reipublicæ, fiſcum principis eſſe, dicunt, puta non tam amplum ærarium: fiſcus enim minori capacitate diſtinguntur, item & in fiſcum mittuntur caſuales reditus. Videntur & diſtincta hæc theſaurus, fiſcus, patrimonium principis[f]. *Sed & cætera*, inquit, *Artaxerxes rex, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcunque neceſſum eſt vt expendas, dabis de theſauro, & de fiſco & à me.*

a *vt Iuriſconſulti notãt Paulus in l. 1. de cõtra emp.* P. *ti.* 18. P. *ti.* 1. *in l.* 1. *de rerum permuta. lib.* 19. P. *ti.* 4. *Ariſtotel.* 5. *ethicor. & Plinius lib.* 33. *c.* 1.

b *in l. etiam aureos, 159. de verbor. ſignific.* P.

c *vt in lege nepos, 125. eo ti. cum ſimil.*

d *lib. 36 ſyntax. c. 2.*

e *pro lege Manilia.*

f 1. *Eſdræ cap.* 7. *verſ.* 19.

Sed & ærarium & fiſcus dicitur à Paulo Iuriſconſult. in l.4.§.ſiquis autem de fideicommiſſ. libertate lib.40. P.ti.5. quamuis enim minora ſint compendia in minore vaſe fiſci, tamen & illud pertinet ad vtilitatem reipublicæ & ærarium tributorum, vnde & δημόσιος dicitur fiſcus, id eſt publicus lib.56. baſilicorum ti.2. περὶ τοῦ δημοσίου καὶ τῶν προνομίων καὶ ἀγωγῶν αὐτοῦ. id eſt de publico, ſeu fiſco, priuilegiis & actionibus eius.

4 Ærarium populus Romanus Romæ in æde Saturni habuit, vt ait Feſtus: illud ſanctius ærarium dicebatur. quod intentiori cura ſeruabatur: in quo aurum viceſimarium dictum quod ex viceſimis rerum exigebatur, ad vltimos caſus & in poſtremam populi Romani fortunam ſeruabatur, quod & ab aliis incenſimarium & ab aliis cimilarchion dicebatur.

Romani referunt ærarij inuentionem ad Valerium Poplicolam, qui Saturni ædem conſtruxit, loci oportunitate ductus, quum omni aditu præſepto, vndique præruptus vt ab acceſſu munitus locus foret: & ideo voluit eãdem ædem æris publici legúmque & ſenatuſconſultorum, tabularúmque publicarum, & ſignorum militarium, ſacrarium eſſe, prẹter quod Saturni etiam ærarium, Nemis quoque & Tibure, ſacrarum pecuniarum theſauros ad incertos belli euentus, ſi externa vis ingrueret, longo tẽpore ſeruari traditum eſt. Macrobius[a] ait, Romanos ædem ſacram Saturni voluiſſe ærarium, quod tempore quo is incoluit Italiam, fertur in eius finibus nullum furtum fuiſſe commiſſum: aut quia ſub ipſo nihil erat cuiuſque priuatum.

*Nec ſignare ſolum, nec partiri limite campum*
*Fas erat in medium quærebant.*

a lib 1. Saturnaliorum c.8.

Ideo apud eum locaretur pecunia communis, ſub quo fuiſſent cũctis vniuerſa communia. eãdem etiam rationem refert Iuſtinus[b], cur ærarium in æde Saturni Romani poſuiſſent.

b lib.43.

Ita non vnum ſolùm, ſed triplex aliquando fuiſſe Romæ ærarium conſtat: vnum erat, in quo ciuium tributa, ac ſociorum vectigalia, & præda Imperatorum, aſſeruabantur, quo ſumptus bellorum ordinarij ſuſtinebantur. Alterum ſanctius ærarium appellatum, in quo, vt dixi, aurum viceſimarium aſſeruabatur, ad vltimos caſus reipublicæ, vt ſcribit Liuius dum agit de bello Punico 2. ſub anno 544. Fabio quintum, & Flacco quartum conſulibus, ſub quibus apertam fuiſſe tradit & tempore Lentuli & Cæſaris, vt eſt apud Iulium Cæſarem [c]. Tertiũ fuit, in quo pecunia Gallici belli cauſa, aſſeruabatur, quam Bellico bello contulit populus, cum execrationibus eã inde non mouendam, niſi bellum Gallicum impenderet, vt ſcribit Appianus Alexandrinus [d].

c lib.1. de bellis ciuilib.

d lib.2. de bellis ciuilib.

Poſſunt colligi quæ mitterentur in ærarium Romanum antiquitus, ex Lucano dum deſcribit. Expilationem ærarij totius, factam à Iulio Cæſare, de qua meminerunt & Dio, & Plutarchus. Sic enim ait de theſauro condito in æde Saturni aperto.

*---Tunc conditus imo*
*Eruitur templo, multis intactus ab annis*
*Romani cenſus populi, quem punica bella,*

Quem



*Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi*
*Quod tibi Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit,*
*Quo te Fabricius regi non vendidit auro,*
*Quicquid parçorum mores ſeruaſtis auorum,*
*Quod dites Aſiæ populi miſere tributum:*
*Victorique dedit Minoïa Creta Metello:*
*Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro.*
*Tunc orientis opes, captorúmq; vltima regum,*
*Quæ Pompeianis prælata eſt gaza triumphis,*
*Egeritur, triſti ſpoliantur templa ruina.*

6 Fuit poſtea ab Auguſto, ærarium militare cum nouis vectigalibus additum, vnde prompta pecunia ſtipendiis ſufficeret. atque diuiſis prouinciis in prẹtorias quẹ populo erant vectigales: & præſidiales, quæ Cæſaris fiſco certum æs penderent [a]. Sícque explicat Theophilus in paraphraſi [b], tributaria prædia, ab imperatore cum onere tributi data ad alendos exercitus.

a vt ſcribit Dio Caßius in Auguſto. Strabo lib. vltimo.

7 Carolus Magnus etiam, ſimile ærarium militare videtur conſtituiſſe ex proprio cenſu, quem vocarunt *Chunigoſteurã* & *Fanolehem*: qui erat quinque denariorum, & modij vnius frumenti per ſingulos annos, quem pendebat qui militiam detrectabat morbo aut ſenectute [c].

b §. per traditionem de rerum diuiſ. apud Iuſtinia.

c Auentinus lib. 4. annaliũ Boiorum.

8 Reges Perſarum ex inſtituto Darij, ex tota Aſia & parte Africæ colligebat annuatim auri & argenti talenta Euboica 14560. tributum illud hunc in modum theſauriſabant, liquefactum aurum argẽtúmq; in fictiles fidelias infundebant, expletas mox fidelias frangebant, ex eóque argento auróve, quoties pecunia indigebant, tantùm cõcidebant quantum vſus poſtulabat [d].

d Herod. in 3.

Romani forſan illos imitati theſauros ærarij pretioſiores auri & argenti conflarunt in lateres [e], ne facilè paterent furibus.

e Plinius meminit, lib.33. c. 3.

9 Minyæ regi, populi qui ab eius nomine appellatus eſt, tã ampla fuere vectigalia vt ſuperiores omnes diuitiis vicerit: primúſque omnium de rebus aliquid accepimus, vt ait Pauſanias [f], ærarium ad pecunias ſeruandas ædificauit.

f libro 9. ſeu in Bœoticis.

Græci commune ærarium in Delo habebant, vt ſi quando communi conſilio Græciæ, bellum gerendum eſſet, inde pecunias acciperẽt.

Athenienſes, Delphis theſauros omni ætate intactos habebant.

Macedones in oppido Quinda iuxta Tharſum, omnem gazam & pecuniam ad belli opus deponebant.

Syracuſani in Labdalo caſtello munito.

Aſſyrij Suſis.

Cambyſis gaza ſeu ærarium, in oppido Gaza Paleſtinæ.

Deiotari, in Pelo Phrygiæ.

Lyſimachi, Pergami.

Babyloniorum regum theſaurus erat in Zeugma vrbe, iuxta Euphratem, vbi ærarium tributorum.

Hebræorum Corbana, ſeu ærarium: In Thrace & Tauro Hiericuntis.

Erant & in templo theſauri, nempe pecunia ſeparata ad vſus &

neceſſaria cultus diuini, vt & theſauri Regum Iſrael ad neceſſaria belli: quemadmodum ſæpe de his mentio fit in ſacra pagina[a].

Capta vrbe Ierico, Ioſue & populus vaſtata vrbe, omnia quoque eius ſuccenderunt, excepto auro & argento, & vaſis æneis, & ferro quę in ærarium Domini conſecrarunt[b].

Perſarum regum quiſque, ſuas ædes in monte faciebat, & theſauros & tributa quæ exigebant, ibi recondebant, verè adminiſtratæ rei documentum[c].

Perſepoli, in Perſarũ regia, fuit etiam arx munitiſſima triplici muro cincta, cum æneis portis & vallis intimis ęreis, vbi theſauri, quibus ſeruarentur pęcuniæ ingenioſiſſimè parati erant[d].

*a 3. regum 7. verſ. 51. & c. 14 verſ. 26. & 4. Regum c. 12. verſ. 18. & c. 14. verſ. 14. & c. 24. verſ. 13. & 1. Paralip. c. 9. verſ. 26 & c. 26. verſ. 20. & ſequentibus. & ſæpe alibi in libris ſacræ paginæ.*

*b Ioſue c. 6. verſ. 24.*

*c Strabo lib. 15.*

*d vt ait Diodor. Sicul. lib. 17.*

## *De tributis ex rebus, reipublicæ vel principi ſolutis.*

## CAP. IIII.

OMnis pecunia quæ à ciuibus Romanis, aliquando pendebatur & conferebatur: aut tributi, aut vectigalis nomine pendebatur. Collectum autem tributum, aut ex cenſu ſeu poſſeſſionis & facultatum ratione, aut per capita aut extra ordinem imperatum. Tributum ſecundum Varronem, erat pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis pro portione cenſus, exigebatur vectigal pecunia quæ vel portus, vel venditionis, vel omnino circumuectionis nomine, exigebatur. Ante Seruium, tributum per capita ſolùm, poſtea verò ratione cenſus exactum, niſi tempore Superbi Tarquinij, qui teſte Diony. Halicarn. neglecto inſtituto Seruij, decem denariós pro capite cuiuſque exegit. Sed exactis regibus mos Seruij retẽtus, & viduis & pauperibus remiſſa tributa exacta à diuitibus, vt ait Plutarch[e]. Ærario publico continuis bellis exinanito, ad tributorum collationem perueniebatur, & diuites pecunias, ex cẽſu, pauperes operas contribuebãt, & militabant. & non ſufficientibus publicis & quotidianis reipublicæ prouentibus, ſæpe aliud tributum extraordinarium indictum eſt, vt ceſſantibus cauſis, remiſſum aut impeditum à tribunis plebis. Sic remiſſio tributorum, facta populo Romano, quo tempore L. Æmilius Paulus Proconſul, Macedonicis opibus Perſe deuicto, ærarium ſatiaſſet[f].

*e in Publicola.*

*f vt ſcribũt Valer. Max. lib. 4. c. 3. Plutarchus in eius vita. Plinius lib. 33. c. 3.*

2 Sæpe bellorum & negotiorũ magnitudo, cogit principes, ordinarios reipublicæ prouentus augere & indictiones ſuperindictiones, & vectigalia noua & inuſitata extraordinaria imponere, non tã ad ſui quàm populi vtilitatẽ, maximè vbi ærarium & fiſcus iã exhauſta ſunt, & vrget neceſſitas, quę legem non habet communẽ, ſed ſuas habet amariſſimas, vt populus ægrè ferre non debeat, ſibi imponi onera cõtributionũ, quibus vita & ſalus bonorúmque reliquorũ conſeruatio, paretur. Quod etiã liberè facit, & eo liberius, ſi videat nõ culpa principis aut prodigalitate, aut luxuria, exhauſtum fuiſſe antea ærarium.

3 Exigitur tamen hic ſapientia principis, prudentia & conſilium à quibus rebus potiùs exigat quàm ex aliis, & vt potiùs ex rebus quæ ad victum facilem pertinent, non exigat, ſed ex his quę minùs nocere pauperibus poſſunt.



Sed ſapientiùs aget, ſi tempore pacis, & quo non eget, eas pecunias ſine onere populi cogat & reponat in ærarium, quæ poſſint ſine tributorum indictionibus rempublicam tempore exigente, releuare & dãda opera vt propter ærarij tenuitatẽ, aſſiduitatémque negotiorum, tributum certum conferatur, illúdque animum quod minutum non grauat, & longo tempore ſæpe collatum & recluſum ærarium auget, & conſeruatum, in tempore neceſſitatis paratum inuenitur, & à grauioribus nouis, quæ neceſſario contribuenda eſſent, releuat. dandáque opera, vt omnes intelligant neceſſitati eſſe parẽdum. Qua ratione, maiores & optimè inſtructæ & gubernatæ reſpublicæ, & imperia ſibi paulatim ſine tempore neceſſitatis ærarium conſtituunt, vt cùm opus erit pecuniis, ſine oppreſſione pauperũ & diuitũ, iis vti poſſint.

4 Sumptæ ſunt pecuniæ & quæſitæ reipublicæ vel principibus, aliquando ex prouentu lapidicinarum communium ſeu publicarũ[a].

Item ex ſolo publico, ſi quid in eo ædificatum à priuato eſſet: & id quod pro ea permiſſione & ædificatione dabatur, ſolarium dictum, nempe tributum pro ſolo[b]. Vt & Dido deducta Tyriorũ colonia, annuum æs pro ſolo vrbis ciuibus impoſuit, cùm Carthago cõderetur[c].

5 Poteſt princeps in his quæ publici iuris ſunt, & reipublicæ, multo tutiùs onera imponere quàm priuatorum rebus. Sic enim iure ſuo vti videtur, eadémque ratione qua priuati ſuis: maximè quãdo his vtitur pro communi reipublicę cauſa. Sic enim vti debet publicis, & ad vtilitatem publicam ea diſpenſare, quemadmodũ priuatus ſuis, & ad vtilitatem priuatam. Publici iuris regaliæque cenſentur à Friderico plura, *in titulo 56. quæ ſint regaliæ lib. 2. feudorum.* quorum compendia & reditus, ad principem, reipublicæ vel populi rectorum, & ad cauſæ communis procuratorem, actorem, dominum & diſpenſatorem, pertinent. & ideo iure, eadem exigere, diſpenſaréve poſſunt, & inuitos ad petita compellere.

6 Nemo enim ignorat, populi eſſe quæ publica dicuntur: & rurſum populum, omne ius, omnémve poteſtatẽ quam habebat in publicis iuribus, in principem tranſtuliſſe, & ideo quæ ei placuerunt pro lege haberi, inuiolabiliter ſeruãda eſſe[d], propter legem regiam, hoc eſt quæ de rege & eius poteſtate lata à populo eſt, qua omne imperium & poteſtatem, in eum tranſtulit. Quod firmat Pomponius[e]. Sicut Arcadius imperator[f], ait, regimenta reipublicæ, perpetuò ad imperatores tranſlata. Ita inter regalia iura, annumerantur viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quę vulgo dicũtur telonia, mulctarum, pœnarúmque cõpendia, monetæ: & quę ab indignis, legibus auferuntur: extraordinaria collatio & reliqua quæ populi erant[g].

Exigebantur à poſſeſſoribus quibuſdam agrorum publicorum, decumæ fructuũ aliquando, agri enim quos populus hoſtibus adueniſſet, ſi culti eſſent ciuibus diuidebantur, ſi inculti Italicis hominibus, atq; etiã plebi Romanę per cenſores fruendi locabãtur, ea cõditione vt qui araſſent decimã frumenti, quintã cæterarũ frugũ partẽ, reipub.

*a vt apud Vlp. in l. venditor fundi 13. § ſi vẽditor, communia prædiorum lib. 8. P. ti. 4.*

*b apud Vlpian. in l. 1. § ſi quis nemine prohibente, ne quid in ſolo publico, lib. 43. P. ti. 8. & alibi.*

*c Iuſtinus lib. 18.*

*d vt monet Iuſtinia. in §. ſed & quod principi placuit, de iure naturali gentium & ciuili.*

*e in l. 2. §. poſt deinde, de orig. iur. lib. 1. P. ti. 2. Vlpian. in l. 1. de conſtitutio. princi. Iuſtinia. in præfatione Pandectarum.*

*f in l. vnica de offic. præfecti prætor C. ti.*

*g enumerata in c. vnico, quæ ſint regaliæ li. 2. feudorum ti. 56.*

a *vt ait Appianus lib. 1. de bellis ciuilib.*

perſoluerent[a], qui verò maiora aut minora pecora alerent, certum ſtipendium penderent.

In Pharaonis ærarium quoque incolæ Ægypti, ob datos ſibi agros, quintam partem frugum annuatim inferebant[b].

b *Geneſ. c. 47.*

Dabantur & agri vel iure locationis publici, colendi cũ certa penſione, vt titulo de locatione fundorum.

Vel iure priuato poſſidendi, interdum ſi ſteriles eſſent agri, immunitate tributi per triennium cõceſſa, poſtea verò cum canone annuo certo poſſidendi qui ex iure priuato vt alij priuati poſſent vendi, canone ſaluo & à poſſeſſore præſtando[c].

c *l. 1. 3. & 6. 7. c. de omni agro deſerto.*

d *in 4.*
e *in 1.*

7 Seruius Tullius, ſextus rex Romanorum, cenſum primus inſtituit quo & paci & bello oportuna redimerentur: in claſſes & centurias populum diuiſit, vt ait Meſſala Coruinus libello de Romana hiſtoria. Ab hoc, inquit Lucius Florus in 1. populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque collegiis diſtributus: ſummáque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorúmque diſcrimina, in tabulas referrentur, ac ſi maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur. Explicant hæc latius Dionyſius Halicar[d]. & Liuius[e], cuius & verba adſcribam vt res planior fiat. *Cenſum*, inquit Liuius, *inſtituit Seruius rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli paciſque munia, non viritim, vt antè, ſed pro habitu pecuniarum* (id eſt patrimonij) *fierent. Tunc claſſes centuriáſque & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum vel bello. Ex his qui centum millium æris aut maiorem cenſum haberent, octoginta confecit centurias: quadragenas ſeniorum ac iuniorum: prima claſſis, omnes appellati. Seniores ad vrbis cuſtodiam vt præſtò eſſent: iuuenes, vt foris bella gererent. Arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc vt tegumenta corporis eſſent, tela in hoſtem, haſtáſque & gladius. additæ huic claſſi duæ fabrûm centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent.*

Primæ claſſis cenſus centũ millium æris facit 1000. coronatos centuriæ. 80.
Munera & officia in Rep. eorum qui erant primæ claſſis.
2 Claſſis cenſus quinque & ſeptuaginta milliũ æris facit 750. coronatos eiuſdẽ claſſis munera cẽturiæ 20.

*Secunda claſſis intra centum, vſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta: & ex his ſenioribus iunioribúſque viginti conſcriptæ centuriæ: arma imperata, ſcutum pro clypeo, & præter lorîcam, omnia eadem.*

3. Claſſis cenſus quinquaginta milliũ æris facit 500. coronatos munera centuriæ 20.

*Tertiæ claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit: totidem centuriæ & hæ, eodémque diſcrimine ætatum factæ, nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantùm ademptæ.*

4. Claſſis 25. millium æris facit 250. coronatos munera. centuriæ 20.

*In quarta claſſe cenſus quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ, arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum.*

*Quinta claſſis aucta, centuriæ triginta factæ fundas, lapidéſque miſſiles hi ſecum gerebant. In his accenſi, cornicines, tibicinéſque in tres centurias diſtributi: vndecim millibus hæc claſſis cenſebatur. Hoc minor cenſus reliquam multitudinem habuit, inde vna centuria facta eſt immunis militia.*

5 Claſſis cẽſus maior. vndecim millium æris facit 110. coronatos. munera centuriæ.

*Ita pedeſtri exercitu ornato, diſtributóque equitum ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias. Sex item alias centurias, tribus à Romulo inſtitutis, ſub iiſdem quibus inauguratæ erant, nominibus fecit.*

6 Tribus equitum.

*Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent viduæ attributæ* (nempe diuites) *quæ bona millia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnino à pauperibus inclinata onera.*

Viduarũ diuitum onus.

8 Sic itaq; apud Romanos, Seruius Tullius cenſum primus inſtituit,

id eſt



id eſt, æſtimationem rerum & bonorum cuiuſque, ſecundùm quam tributa ſoluerentur. Poſt illum & ſæpius in eadem republica, cenſus actus eſt, creſcente vel minuente patrimonio cuiuſcunque, quia vitia priorum cenſuum, editis nouis profeſſionibus euaneſcunt,[a] vt à D. Luca[b] dicitur, Octauium Auguſtum egiſſe cenſum vniuerſi orbis: Græci vocant τίμημα, *æſtimationem*, vel, ἀπογραφὴν, id eſt, *deſcriptionem*, eo quòd cuiuſq; bona, opes, & facultates quanti valeant, cenſeantur, æſtimentur, & deſcribantur, vt ea ratione reſpub. ſuas opes viréſque non ignoret, & ſecundum eas poſſit ſe comparare & metiri.

a *vt ait Vlpi. in l. 2. de cenſib. lib. 50. P. tit. 15. & l. 4. §. qui poſt cenſum eo.*
b *c. 2.*

8 Fuit apud Græcos, maximè apud Athenienſes, obſeruata hæc partitio ciuium ex cenſu, & bonorum æſtimatione, vt ciues ſecundũ facultates ſuas obirent munera, & rempub. adiuuarent[c]. Ita & Theophilus[d], cenſum dixit deſcriptionẽ patrimonij, continens pro contento, & cauſam, his verbis, κένσος ἐϛὶ σανὶς ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ὅπως ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, ἕκαστον εἰσφέρειν. id eſt, *Cenſus ſignificat tabulam aut chartam, in qua Romani facultates ſuas conſcribebant, vt belli tempore pro modo patrimonij ſui vnuſquiſque conferret.* Nempe dum ageretur de muneribus patrimonialibus, non vtique de perſonalibus, quæ non regebantur, neque etiam nunc metienda ſunt ex patrimonij facultatibus. Inter quæ diſtinguendum, & illud tenendum eſt generaliter, vt reſpondit Hermogenianus[e], perſonale munus eſſe, quod corporibus labore, cum ſolicitudine animi ac vigilantia, ſolemniter extitit: patrimonij verò, in quo ſumptus maximè poſtulatur. De quibus omnibus exempla & regulæ obeundi vel non obeundi eadem munera, proponuntur & explicantur ab eodem Iuriſconſulto.

c *vt conſtat ex oratione Demoſthenis de muneribus.*
d *in paraphraſi, §. & deditios titul. de libertinis.*
e *in l. 1. §. illud tenendum, de munerib. & honorib. lib. 50. P. ti. 4.*

9 Forma autẽ cenſuali cauetur, vt refert Vlpianus[f], vt agri ſic in cenſum referantur: nomen fundi cuiuſque, & in qua ciuitate, & quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat: & aruum, quod in decem annos proximos ſatum erit, quot iugerum ſit: vinea quot vites habeat: oliuetum quot iugerum, & quot arbores habeat. Pratum quod intra decem annos proximos ſectum erit, quot iugerum paſcua eſſe videantur. Item ſyluæ cæduæ: omnia ipſe qui defert æſtimet. Illam æquitatem debet admittere cenſitor, vt officio eius congruat, releuari eum qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit, &c. Et in ea ciuitate profiteri quis debet, in qua ager eſt: agri enim tributum in ea ciuitate leuari debet, in cuius territorio poſſidetur. Ibidem & reſponſum, lacus piſcatorios, portus, ſalinas, ſi quæ ſunt in prædiis, ſeruos expreſſis nationibus, ætatibus, artificiis & officiis, ſpecialiter in cenſum deferri debere. Erant tamen exceptæ certæ res & perſonæ quibus dabatur immunitas profeſſionis vel tributorum[g]. ſicut & Alphenus Iuriſconſultus[h] notat, *in lege cenſoria, portus Siciliæ, ita ſcriptum, Seruos quos domo quis ducet ſuo vſu, pro his portorium ne dato. Item cenſoria lege publicanis cautum, ſi publico per vim vel incurſum hoſtium frui non poſſent ne tributum exigerent*: quod indicat Cicero, oratione de prouinciis conſularibus. Agros quoque vt loquuntur Ethnici deorum immortalium, in Bœotiæ publicis

f *in l. 4. de cenſib. lib. 50. P. ti. 15.*
g *in l. 1. 3. §. fi. 6. 7. 8. de cenſib. P.*
h *in l. in lege cenſoria de verbor. ſignifi. P.*

locandis exceptos fuiſſe lege cenſoria, Cicero [a] refert, quemadmodum & ex libro cenſuali, æquum eſt radi, & ex onere tributi eum eximi, qui amplius non poſſidet rem cenſualem, & pro minima re magna exactione non premi: vt Vlpianus retulit [b], & legitur apud Caſſiodorum [c] de eo, qui conquerebatur, quòd cùm vnam caſam haberet, tamen immenſa exactione tributi oneratus eſſet, qui iuſſus à vaſariis abradi publicis [d]. Vaſaria publica, vocantur ibi, archiuorum ac cenſus tabulæ, vt in l. loca 12. de cenſitoribus & peræquatoribus l. in C. Theodoſia. Alioquin enim vaſarium, eſt pecunia quæ dabatur magiſtratibus, in prouincias euntibus, vt equos, mulos, vaſa, ſuppellectilem & cætera neceſſaria, ſumptu publico emerent, de quo meminit Cicero [e], Suetonius [f], Lampridius [g], Budæus [h].

a 3. *de natur. deor.*
b *in d. l. 4. de cenſib. P.*
c *lib. 7. variar. c. 45.*
d *iuxta l. 4. de cenſib. P.*
e *in Piſonem. 2. in Rullum 5. in Verrem.*
f *in Auguſto.*
g *in Alexandro.*
h *3. de aſſe.*

10 Indictiones, non perſonis, ſed rebus indici ſolent: ideo nemo pro his vltra modum poſſeſſarum rerum, grauari debet, vt reſcripſerunt Diocletia. & Maximin [i].

11 Ætatem autem in cenſendo ſignificare liberorum hominum, iure Romano neceſſe erat, & profiteri apud cenſores: quia quibuſdam ætas tribuebat, ne tributo onerarentur: veluti in Syriis, à quatuordecim annis maſculi, à duodecim fœminæ vſque ad ſexageſimum quintum annum, tributo tantùm capitis obligabantur, ætáſque cenſebatur cenſendi tempore, vt reſpondit Vlpianus [k], indéque ad libros cenſuales ætatis probatio certa, referebatur ex tempore profeſſionis [l]. Et Cicero indicat oratione pro Archia poeta.

i *in l. indictiones, 3. de annonis & tributis, lib. 10. C. ti. 13. Valerian. & Galienus l. 2. C. eod. titu.*
k *l. 3. de cenſib. P.*
l *vt dicitur in l. 12. de probatio. P. l. 1. C. ſi minor ſe maio. dixerit.*

12 At Liuius [m] ait, Catonem Cenſorem in cenſibus capiendis, aſpera in omnes cenſura fuiſſe ornamenta, veſtem muliebrem, & vehicula quæ pluris quàm quindecim æris millium fuiſſent, in cenſum referre viatores iuſſiſſe: item mancipia minora annis viginti, quæ poſt proximum luſtrum decem millibus æris aut eo pluris veniſſent, vti quoque decies pluris quàm quanti eſſent æſtimarentur: exigebat etiam cenſus, vt ſinguli patresfamiliâs, non ſolùm ſingula prædia vrbana & ruſtica in cenſum referrent, ſed etiam pecuniæ ſummã, ſeruorum, pecudúmque numerum, fundorum inſtrumenta, ſigillatim profiterentur.

m *lib. 39.*

Pœna autem de incenſis, id eſt, de his qui ſe cenſeri bonáque æſtimari nollent, vel mala fide minoris quàm valerent æſtimari paterentur ex lege à Seruio Tullio lata, teſte Liuio, cum vinculorum minis, mortíſq;. Dionyſius verò Halicarnaſ. nempe inquit vt publicatis bonis verberati, venderentur. Et Zonaras, qui ſe aut bona ſua in cenſum non detuliſſent, ipſos à conſulibus, bona à cenſoribus venundata ſcribit.

Scribit Iohannes Auantinus [n], Carolum Magnum, non ſolùm prędia ſtipendiaria, agros, prata, vineas, villas, & huiuſmodi reditus, vectigaliáque, item iumenta, pecudes, mancipia: verùm & propriam ſupellectilem præfectorum, præſidum, pontificum, fœminarum ſacrarum & virorum, deſcriptam habuiſſe iuxta multitudinem iugerũ agrorum, opum, numerus militum, auri, argenti, iumentorum, vehiculorum, annonæ, veſtimentorum, armorum, item ferramentorum, indictum & definitum apud eundem Carolum fuiſſe.

n *lib. 4. annalium Boiorum.*

13 Iſaa-



Iſaacius Comnenus, imperator orientis, ſtatuit amplam quo-
13 que & ferè nouam rerum deſcriptionem, vt ordinarium inde cano-
nem, quem Græci vocant canonicum, acciperet, pro vico triginta in-
fumibula ſeu τριάκοντα καπνοὺς habente, aureum vnum, argenteos duos,
arietem vnum, hordei modios ſex, vini menſuras ſex, farinæ modios
ſex, gallinas triginta. Pro vico qui viginti haberet infumibula, aurei
beſſem, argenteum, agnum dimidiatum, hordei modios quatuor, vini
menſuras quatuor, gallinas viginti. Pro vico decem infumibulorum,
argenteos quinque, agnellum vnum, hordei modios duos, gallinas
decem [a].

14 Darius Longimanus Perſarum rex, omne regnum partitus eſt in quatuor & viginti prouincias, quibus tributum inſcripſit certum: quod quanuis inuidioſum habitum ſit, tamen ad conſtituendum certum ſtatum ærario conduxit [b].

a *extat eius cõſtitutio Græca lib. 1. iuris orientalis περὶ καπνικοῦ.*
b *de quo & Herodo. in 3.*

15 Fuere tributa impoſita deuictis nationibus & prouinciis, aut
regnis, quæ & augebant ærarium, & pariter habebant ſignum ſubie-
ctionis, quod in cenſu & tributo colligitur [c].

Sícque tributa, & proprij populi, & alieni ſubacti. Ita refertur [d]
fuiſſe Salomoni per ſingulos annos, ſexcentorum ſexaginta ſex ta-
lentorum auri, excepto eo quod adferebant viri qui ſuper vectigalia
erant, & negotiatores, vniuerſíque ſcruta vendentes: & omnes reges
Arabiæ, ducéſque terræ, Iotham Iudæorum rex, victis Ammonitis
tributum impoſuit annuum, centum argenti talenta, & tritici decem
cororum millia, & hordei totidem [e].

c *c. omnis anima, de cenſib.*
d *3. regum c. 10. verſ. 14. & Paralipomen. li. 2. c. 9. verſ. 13.*
e *2. Paralip. c. 27.*

Quo tempore ſub Henrico III. imperatore, Poloniæ ducatus ſubiectus erat imperio, ea pendere cogebatur quotannis, boues centum, & viginti, argenti verò poſtulati quinquaginta pondo [f].

Boemi quoque ex indictione Caroli Magni, totidem boues & ſummam argenti pendebant [g].

Demetrius Poliorcetes, talenta mille & ducenta, ſingulis annis ab vrbibus captis exegit, vt ait Ælianus [h].

f *Bonfinius li. 2. decais 2.*
g *Dubrauius lib. 5. Æneas Syluius in Boenia c. 19.*
h *lib. 8. de varia hiſtoria.*

16 Sponte tributarium fecit regnum Angliæ Leoni 4. ſummo Pontifici, Adeluphus Angliæ rex. anno 851. vt ait Platina, ſingulis familiis nummo argenteo in annos ſingulos obligatis. At Iohannes Angliæ etiam rex impetitus à Ludouico rege Francorum, Angliam Hiberniámque Romanæ eccleſiæ vectigales faciens, centum auri marcas quotannis ſe ſoluturum obligauit, Platina.

Sicilia tria talenta cum dimidio conferebat olim eccleſiæ Romanæ [i].

Ina etiam occidentalium Saxonum rex, & Offa rex Merciorum, ſummo Pontifici, de ſingulis domibus regni ſui, reditum conſtituerunt [k].

i *Paulus diaconus lib. 21. rerum Romanarum.*
k *Ranulphus libr. 5. c. 25. in Polychronico, Polydor. lib. 4.*

17 In Macedonia, ex effuſione æris, ſingula talenta in ſingulos dies Alexandro Magno regi pendebantur [l].

Fuit indictum aliquando tributum in Romana republica, per iugera agrorum poſſeſſorum, quod diuerſis nominibus vocatum eſt: interdum iugatio, interdum iugocephalon, interdum iugum, interdum iugale, aliquando villaticum [m].

l *Alexan. ab Alexan. lib. 4. c. 10.*
m *Nouell. 17. de mandatis principum, c. 8. §. æges, & nouella 128. de collatoribus.*

Primus apud Anglos Henricus I. Anglorum rex, cùm vellet parare pecuniã dotis cauſa Mathildæ filiæ, pactæ Henrico quinto imperatori, tributum per iugera terræ impoſuit, vnde ingentem parauit pecuniam. Secuti autem ſunt hoc factum poſteri reges, ad parandam pecuniam dotium nomine filiarum elocandarum [a].

a *Polydor. Virgil. lib. II. hiſtoriæ Anglicæ.*

Margareta Noruegiæ & Daniæ regina, à Sueuis quoque, victo Alberto in regnum aſſumta, Suernas & Gothos grauiſſimis tributis exhauſit, ita vt certam pecuniæ ſummam, pro qualibet cauda iumentorum exigeret, florenum pro foco quolibet, marcham vnam Stocholnienſem, à quolibet coniugio, vltra grauia alia tributa quæ ſingulis ſeptimanis & menſibus extorquebantur [b].

b *Iohannes Magnus li. 21. c. 19. C.*

*De cenſu & muneribus exactis à perſonis in vtilitatem reipublicæ.*

## CAPVT V.

FVERVNT quoq; exacta tributa à perſonis, rationéq; perſonarum & non ratione patrimonij, quæ & capitationes dictæ ſunt, ſolutæ à ſingulis perſonis per capita, tam in vrbe Romana, quàm extra: donec exempti ab illis fuerunt ciues Romani, & ciues orientalium prouinciarum [c].

c *vt habetur in lege vnica Conſtantini de capitatione ciuibus eximenda lib. II. C. ti. 48.*

Erant primùm Romæ capite cenſiti, qui in ſexta claſſe cenſus erant, ita tenues & pauperes ciues, vt eorum bona cenſus & æſtimatione ſint habita indigna, niſi quis caput & vitam cenſere vellet, cùm nihil præter vitam & corpus haberent: quibus in eadem claſſe additi, proletarij dicti; qui non ampliùs quàm quingentûm æris in cenſum deferebant: quemadmodum extremus cenſus capite cenſorum fuit æris trecentum ſeptuaginta quinque [d].

d *vt notat A. Gellius li. 16. c. 10.*

2 Non tamen arbitrandum eſt, perſonas tantùm capite cenſorũ, in cenſum relatas, ſed hos hoc nomine ſimplici dictos, cùm cenſum patrimonij exiguum haberent, & nihilominus ciues & populũ Rom. etiã in cẽſum relatos cum ſuis facultatibus. Sic enim cenſus inſtitutus magnas oportunitates reip. attulit: nam & numerum eorum qui arma ferre poſſent, oſtendit: & pecuniarum magnitudinem, quibus bellorũ ſumptus ſuſtinebãtur ſeparabat: & deinceps peregrinos à ciuib. quin ex eo quòd quis in cenſorias tabulas relatus eſſet ciuis dicebatur, vt diſputatur à Cicerone [e]. Sic apud Liuium [f], multos Latinos in ciuitatẽ Romanã per migrationẽ & cenſũ tranſiuiſſe. Imò ſerui ipſi, qui ſciente & patiente domino in tabulas cenſuales nomen ſuum retuliſſent, pro liberis & ciuibus habebãtur. ita enim triplex erat legitimus modus manumiſſionis, vindicta, cẽſus, teſtamentũ, vt refert Theophil. [g]

e *oratione Sextiana, & pro Archia poeta.*
f *lib. 42.*
g *in paraphraſi ad §. & deditios, de libertinis in inſtitutionibus iuris ciuilis.*

3 Et in sũma cẽſendi manſit inſtitutũ à primo tẽpore Seruij Tullij, vt ciues omnes in ſua quiſque tribu, claſſe, centuria, iureiurando dato, apud eum penes quem ius cenſendi populi eſſet, nomina ſua, vxorum, liberorum, libertorum, ſeruorúmque ſuorum profiterentur: præterea ætatem omnium, regionem quam habitarent, & fortunarũ ſuarum æſtimationem deferrent. Quod fuit primùm ius regum, deinde



conſulum & dictatorum, & poſtremò ad ipſum agendum proprius magiſtratus creatus cenſorum.

4 Sed cùm iſta cenſualis profeſſio, generalis non fieret niſi interiecto tempore; adhuc ſpecies profeſſionis perſonalis adiecta eſt, ex qua & ætas ad rempublicam gerendam idonea haberetur, & capitale tributum exigeretur.

Ex edicto enim Seruij, parentes naſcentium nomine, Lucinæ certam pecuniam dabant: qui ab adoleſcentia perueniſſent in iuuentutem, Iuuentę: morientes, Libitinę: vnde ſciri poterat, quo anno quiſque natus aut mortuus eſſet, & quot annis vixiſſet [a]. Marcus verò philoſophus Cæſar dehinc iuſſit apud præfectos ærarij, vnum quenque ciuium natos liberos profiteri, intra triceſimum diem, nomine impoſito: eámque ob cauſam tabularios per prouincias inſtituit [b].

a *vt ſcribit Dionyſ. Halicar. in 4.*

b *vt ſcribit Iulius Capitolinus in Marco Antonino.*

Prolatum edictum aliquando Franciſci I. eius nominis regis Gallorum, anni 1539. quo propemodum ſimile cautum & iuſſum curionibus ſingulis, regeſto baptizatos & ſepultos conſcribere.

Fertur & apud Leodienſes fuiſſe lex, quæ manus mortua dicebatur, qua vnuſquiſque vita defunctus, ab Epiſcopi ſubiectione pignore redimi iubebatur, aut equo, aut boue, magis præſtante, aut ſupellectili pretioſiore: quam Albero abrogauit, qui circa annum 1122. ei præfuit eccleſiæ [c].

c *vt habetur in catalogo epiſcoporũ Leodienſium.*

5 Cenſus perſonarum populi Iſraelitici, iuſſu Dei, fuit ante Romanorum cenſum habitus, & reſp. quam adminiſtrauit Moyſes quadraginta annis in deſerto, formam habuit, quam poſtea imitati videntur Romani & eorũ reges & magiſtratus. Iuſſitq. Deus Moſi [d], populi per tribus diſtributionem, & cenſum ętatis, conſtitutionem tribunorũ, & alia in hæc verba. verſ. 2. *Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas.* 3 *Et nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſupra, omniũ virorum fortiũ ex Iſrael, & numerabitis eas per turmas ſuas, tu & Aarõ.* 4 *Erúntque vobiſcũ principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis.* &c. Et rurſum deus, poſtquã ſanguis noxiorum qui fornicati erant cũ ſcortis Moab, fuſus fuit, iuſſit numerari populum eodem modo per cognationes, & tribus: maximè eos qui apti erãt ad bellũ, à viginti annis & ſupra [e]. Alia deſcriptio iuſſu Dei, primogenitorum Leuitarum, & aliorum filiorum Iſrael, à menſe vno & ſupra [f]. Ex quibus locis colligitur triplex deſcriptio perſonarum indicta per Deum, & facta iuſſu eius per Moyſen. Prima fuit omnium, nempe ſumma cõgregationis vniuerſę, filiorum Iſrael: alia primogenitorum à menſe vno & ſupra. Tertia à viginti annis & ſupra, maſculorum ad militiam. Ex hac deſcriptione diuerſa ſumpta etiam diuerſa capitatio, vel tributum iuxta capita, non habita ratione facultatum. natis quippe omnibus ęquale tributum & pretiũ ſanctuario offerendum propoſitum à Deo [g]. 11 *Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen dicens,* 12 *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael, iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non erit plaga in eis cùm fuerint recenſiti.* 13 *Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen dimidium ſicli iuxta menſuram templi. Siclus viginti obolos habet, media pars ſicli offeretur Domino.* 14 *Qui habetur in numero*

d *Numero c. I. verſ. 2. & ſequentib.*

e *I. Numerorũ c. 26.*
f *eodem libro Numeror. c. 3. verſ. 39. & 40*

g *Exodi c. 30. verſ. II. & ſeq.*

*à viginti annis & ſupra, dabit pretium.* 15 *Diues non addet ad medium*
*ſicli, & pauper nihil minuet.* 16 *Suſceptámque pecuniam quæ collata eſt*
*à filiis Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum*
*coram Domino, & propitietur animabus eorum.* At pro primogenitis nu-
meratis ſtirpis Leuiticæ, & filiorum aliorum Iſrael, à menſe vno & ſu
pra, alia facta eſt cenſura. Cùm enim Deus, antea primogenita omnia

a Exod. c. 13.

filiorum Iſrael ſibi reſeruaſſet [a]. Et deinceps elegiſſet ſtirpem Leui-
ticam pro primogenitis, iuſſit [b] primùm numerari Leuitas maſculini

b Numeror. c. 3.

generis à menſe vno, & inuenti ſunt viginti duo millia: & poſtea iuſ-
ſit numerari primogenitos reliquorum ex Iſrael, à menſe quoque v-
no & ſupra, & inuenti ſunt viginti duo millia ducenti ſeptuaginta

c vt habetur d. c. 3. verſ 44. & ſeq.

tres. Subinde [c], 44 *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,*
45 *Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarum pro*
*pecoribus eorum, erúntque Leuitæ mei: ego ſum Dominus.* 46 *In pretio*
*autem ducentorum ſeptuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum de*
*primogenitis filiorum Iſrael.* 47 *Accipies quinque ſiclos per ſingula ca-*
*pita, ad menſuram ſanctuarij, Siclus habet viginti obolos.* 48 *Dabíſq; pecu-*
*niam Aaron & filijs eius pretium eorum qui ſupra ſunt.* Scriptum etiam

d 1. Paralip. c. 9. verſ. 1.

e lib. 2. Paralip. c. 24. & 4. Reg. c. 12.

[d] vniuerſum Iſraelem dinumeratum fuiſſe, & ſummam & nomina eo-
rum ſcripta fuiſſe in libro regum Iſrael & Iuda, tranſlatóſque fuiſſe
in Babylonem propter delictum ſuum: item, [e] cùm deſertum eſſet
templum Domini, & ruinoſum, Ioas rex Iudæ, indixit iterum omni-
bus, vt quilibet deferret pretium iuxta inſtitutum à Moſe in deſer-

f Exod. c. 30.

tis [f]. Neque ideo minùs proba videri debet hæc deſcriptio perſo-
narum & cenſus earum, aut reprobata putanda erit, ex eo quòd Da-
uid dicatur acerrimè irritaſſe Deum, & prouocaſſe vindictam etiam
de populo ſumendam, quòd iuſſiſſet numerari populum Iſraeliticum

g 2. reg. c. 24. & 1. Paralipomenon c. 21.

h Exod. 30.

& Iuda ſibi ſubiectum [g]. Nam ſacri interpretes, ad locos prædictos
notant, Dauidem aut populum non fuiſſe punitum à Deo, ob ſolam
deſcriptionem quæ probata eſt [h]: ſed quòd ſine cauſa, & non iuxta le-
gem Dei facta fuiſſet. Cauſa enim cur voluerit deſcribi populum Da-

i vt dicitur in ca. eccleſia. 11. §. his ita reſpō detur, verſi. itē Dauid. 1. q. 4.

uid, dicitur ſuperbia, quod liquet ex principio cap. 21. primi Paralip.
ibi: *Conſurrexit autem ſatan contra Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret*
*Iſrael.* & ideo, qui in numeratione populi & multitudine eius ſuper-
uiuit, in eius diminutione punitus [i]. Neque etiam opus ædificationis
Babylonis per ſe diſplicuit Deo, ſed ſuperbia regis, qui inde gloria-

k Daniel c. 4. verſ. 27.

batur [k]. Vbi enim rex Nabuchodonoſor, dixit, *Nónne hæc eſt Babylon*
*ciuitas magna, quam ego ædificaui domum regni in robore fortitudinis meæ, &*
*in gloria decoris mei?* 28 *Cúmque adhuc ſermo eſſet in ore regis, vox de*
*cælo ruit: tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnum tuum tranſibit à te.*
19 *Et ab hominibus eijcient te, & cum beſtiis & feris erit habitatio*
*tua*, &c.

Secundo peccauit Dauid, in eo quòd poſt dinumerationem po-
puli, nō iuſſiſſet pretiū pro ſingulis offerri Deo, iuxta c. 30. Exodi, quo
loci prædictū erat tacitè, niſi offerretur pretium Deo, plagam futurā,
dum dicitur, *Cùm tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt*
*ſinguli pretium Domino pro animabus ſuis, & non erit plaga in eis.* vt
liqueat



liqueat inde, ſi non eſſet datum pretium pro animabus futuram pla-
gam in eis, quod accidit, quando Dauid non dato pretio, numerare
iuſſit populum. Item Hugo Cardinalis [a] addit aliam cauſam in qua
peccauit Dauid, quòd Dauid iuſſiſſet omnem populum numerari:
cùm tantùm Deus [b] permiſiſſet numerari à viginti annis & ſupra,
quicquid eſſet maſculini ſexus. Pro quo facit c. 27. lib. 1. Paralipome-

a in poſtillis ad illud c. 21. primi Paralip.

b Numer. c. 1

non verſ. 23. *Noluit autem Dauid*, inquit, *numerare eos à viginti annis in-*
*feriùs, quia dixerat Dominus, vt multiplicaret Iſrael quaſi ſtellas cœli.* Et
verſ. 24. Ioab cœperat numerare, nec compleuit, quia ſuper hoc ira
Dei irruerat in Iſrael, & idcirco numerus eorum qui fuerant recen-
ſiti non eſt relatus in Faſtos regis Dauid. Quę ſic intellige: Dauid iuſ-
ſerat Ioabo primùm vniuerſum Iſraelem & Iudam numerari: cœ-
perat Ioab: ſed quia iram Dei ideo ſenſit Dauid, noluit numerare v-
niuerſum, & infra viginti annos, nec qui iam recenſiti fuerant, fue-
runt deſcripti in libro regis.

Item quarto, iuſſerat omnem populum numerari, & per conſe-
quens tribum quoque Leui: quanuis enim Ioab, qui mandata acce-
perat numerandi non numerauerit, nec eam tribum nec tribum Ben-
iamin, eo quod inuitus exequeretur regis imperium, tamen ipſe iuſ-
ſerat numerari: cùm tamen prohibuiſſet Deus Moyſi tribum Leui nu
merare. Sic enim ſcriptum Numeror. c. 1. verſ. 47. *Leuitæ autem in*
*tribubus familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis.* 48 *Locutúſ-*
*que eſt Dominus ad Moyſen, dicens:* 49 *Tribum Leui noli numerare,*
*neque pones ſummam eorum cum filiis Iſrael.* 50 *Sed conſtitues eum ſu-*
*per tabernaculum teſtimonij & cuncta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias*
*pertinet*, &c. Eandem prohibitionem repetit c. 2. Numeror. verſu 33.
*Leuitæ autem*, inquit, *non ſunt numerati inter filios Iſrael: ſic enim præcepe-*
*rat Dominus Moyſi.*

6 Inuenimus tamen & Leuitici generis perſonas numeratas, à
viginti annis & ſupra à Dauide [c]: & videtur nō offendiſſe Deum, quia
id ad miniſterium diuinum obeundum, diligentius per ipſum pro-

c 1. Paralip. c. 23. verſ. 3. & c. 24. verſ. 3.

curatum eſt, vt citra confuſionem, quæ requirebantur ſuis tempori-
bus peragerentur: neque illorum regia deſcriptio facta tunc eſt ad
tributum pendendum, vel ad belli auxilia, ſed ad ſalutem populi &
honorem Dei. Egebat enim tunc templum vel tabernaculum vel
domus Dei, ope temporali regia vt per longum tempus omiſſa circa
cultum diuinum reſtituerentur.

Non ſecus quàm inter Chriſtianos, in magna pertinacium con-
fuſione, aliquando ipſorum antiſtum, vel hæreticorum violen-
tia, eccleſia confugit ad principes ſeculares, qui armato bra-
chio non tam ſe immiſcere dicuntur rebus eccleſiaſticis, quan-
tum opem ferre eccleſiæ, vt tenentur tanquam filij Eccleſiæ exem-
plo Dauidis prædictis locis [d], qui nec propria authoritate hoc i-
pſum firmauit, ſed authoritate ſacerdotum & perſonarum eccle-

d & c. 24. & 25 & 26. 1. Paralipomen.

ſiaſticarum, vt liquet ex capite viceſimoſexto, primi Paralipome-
non. vbi, poſt recenſitas numerationes & officia Leuitarum, addi-
tur verſ. 28. *Hæc autem vniuerſa ſanctificauit Samuel videns, &*

*Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ, omnéſque ſanctificauerant ea per manum Selemith & fratrum eius.* Sic etiam ſanxerunt de perſonis & bonis eccleſię Cęſares & reges, approbante vel petente eccleſia. neque enim aliter quicquam in his de iure poſſunt [a].

7 Apud Romanos, aliquando capitatio impoſita ſingulis viris, & vna capitatio eadem continebat duas mulieres. poſtea binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis vnius pendendi capitis attributum eſt, ex lege Valentiniani & Valentis c c [b]. ἐπικεφάλια imperata tributa, id eſt, per capita vocat Cicero [c].

8 Eximebantur à capitationis cenſu poſterioribus temporibus reipub. Romanę ſub Cęſaribus plebs vrbana, vt in prouinciis Orientalib [d]. Ruſticana plebs extra muros ad illã tenebatur pro cenſu, immunis ab alio miniſterio fiſcaliũ equorum, aut mulorum [e]. Exceptis colonis Thracenſibus, quibus per vniuerſam diœceſim Thraciarum, ſublatus humanę capitationis cenſus eſt: & qui tenebantur iugationẽ tantùm terrę ſoluere, ex lege Theodoſij & Valentinia. c c [f]. In Syria à quatuordecim annis etiã maſculi: à duodecim fœminę vſque ad ſexageſimum quintũ annum tributo capitis obligabantur, ante vel poſtea immunes erant [g]. Publius Valerius Poplicola, orphanis & viduis tributum lubens remiſit [h].

9 Fuit aliquando apud Græcos tributũ dictum Chryſargyrum, per quod quilibet mendicus, quęcunque meretrix, quęuis repudiata, quiuis ſeruus, aut libertus, ęrario aliquid pendebant, atque etiam de mulo, de fimo, iumentis, & canibus in vrbe & rure degentibus exigebatur. homo, ſiue mas ſiue fœmina eſſet, numum argenteum pẽdebat: tantundem equus bos & mulus: aſinus autẽ & canis obolos ſex. Cuius tributi gratia cum eſſet cùm in vrbe tum in agros magnus eiulatus, eo abſque vlla miſeratione exacto Anaſtaſius Dicorus Imperator ſuſtulit, & tributi tabulas deſcriptionẽ continentes in circo coram populo concremauit [i].

10 Veſpaſianus Iudaico bello confecto, Iudęis vbicunque degerent, iuſſit ſingulos binas drachmas deferri in Capitoliũ, quas antea Hieroſolymorum templo pependebant [k].

11 Quatuor à Solone cenſus inſtituti Athenis olim, nempe, Pentacoſiomedimnorum, equitũ, zeugitarũ, & pro lectariorum, vt tradit Suidas [l].

12 Saxones, regi Danorum aliquando pro capite tributum pendebant: poſtea rebellantes, à Frothone 4. rege Danorum victi, opera Starcatheri, pro quolibet cubitaliũ membrorũ, pẽdere coacti ſunt [m].

13 Leo Iſaurus Iconomachus Imperator, amiſſa claſſe naufragio in mari Adriatico, quam aduerſus Italos parauerat, furore percitus, tertiæ Siculi ac Calabriæ populi parti, tributum in ſingula hominum capita impoſuit, & mandauit inſpici atque deſcribi infantes qui naſcebantur, vt cenſus quem cephalationem vocant, de ſingulis capitibus exigi poſſet: cúmque deinceps auxit, ad colendos muros qui terræ motu deciderant [n].

14 Sic Aiſtulphus Longobardorum rex, Romanis iratus, ab vniuſcuiuſque capite tributum exegit [o].

15 Ba-

a *per c. fi. de rebus eccleſiæ. non autem ca. imperium, 10. d. cum ſimilib.*
b *in l. cum antea, 10. de agricol. & cenſi. li. 11. C. tit. 47.*
c *li. 5. epiſtolar. ad Atticum. epiſt. 16.*
d *vt habetur in l. 1. de capitatione ciuibus eximenda. C.*
e *ex Diocletia. & Maximia. reſcripto in l. 1. ne ruſticani ad vllum obſequiũ deuocentur. lib. 11. C. tit. 54.*
f *in l. vnic. de colonis Thracenſib. lib. 11. C. tit. 51.*
g *in l. ætatẽ, 3. de cenſib. P.*
h *Plutarch. in eius vita.*
i *vt ſcribũt Cedrenus & Euagrius li. 3. c. 39.*
k *vt ait Ioſephus li. 7. c. 26.*
l *in verbis ἐκ τιμημάτων & latiùs in verbo ἱππεῖς.*
m *vt ſcribit Saxo grammat. lib. 6. & Crantzius li. 1. Daniæ c. 36.*
n *Cedrenus extant eius de his conſtitutiones 2. & 3.*
o *vt ait Sigebertus in chronic.*



15 Baſilius iunior Porphyrogeneta, orientis Imperator, conſtituit, tributum quod à pauperibus exigi non poſſet, à locupletibus exigendum, quod ἀλληλέγγυον, dictum eſt [a]. Sublatum tamen poſtea fuit hoc genus tributi, per Romanũ Argyrũ Imperatorẽ, quod etiã antea Cõſtantinus erat ſublaturus, niſi eum mors anteuertiſſet [b]. Æquum enim non eſt in diuites, in capitationibus pauperum, onus transferri: quanquam pro rebus maiora onera ferre debeant: neque exactionis natura facilè alteranda eſt, hoc enim eſſet turbare omnem ordinem & ſtatum reipublicæ.

16 Nemo enim ignorat, pecuniam omnem maximè quæ à populo Romano olim pẽdebatur, non vnius eſſe generis, ſed aut tributi nomine, aut vectigalis pendi ſolitam. Tributum, vt Varroni placet, erat pecunia populo imperata, quæ tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur: at non talis pecunia vectigalis quæ non cenſus, ſed vel portus vel venditionis, vel omnino circumuectionis nomine exigebatur. Vt & rurſum diſtincta tributorum tria genera, vnum quod in capita, aliud quod pro cenſu, aliud quod temerarium & extraordinarium erat dictum. Antè Seruium regem æquè exigebatur, vt dictum antea in capita à pauperibus ac diuitibus, donec eam conſuetudinem rectiſſimè mutauit Seruius, vt in eo tradit Dionyſ. Halicarnaſſ. cenſu inſtituto vt narrat Liuius: cuius tamen inſtitutum corrupit Tarquinius Superbus, & ſingulis etiam pauperibus capitationem decem denariorum impoſuit, donec poſt exactos reges tertio anno à vectigalibus omnibus ſoluendis liberati pauperes fuerunt, vt ait Plutar. in Publicola: & poſtea capitationes exempta etiam aliis ciuibus, vt dixi: ſed maximè æquum fuit adimi pauperibus, qui potiùs de exactis nutriri quàm præſtationibus onerari debent. Neque tamen illa Baſilij cautio ideo introducenda, vt eo prætextu loco pauperum allelengyõ ſoluant diuites: quibus tamen ratione cenſus, maior imponi debet exactio.

17 Apud Athenieſes dicti θῆτες ſeu proletarij, aut capite cenſi, qui præbebant nihilominus vectigal quod θητικὸν dicebatur, vſque adeò viles habiti, vt neque illis daretur via ad magiſtratum aut militiam, vt ait Suidas [c]. Nulla enim paupertas excuſabat ab aliquo tributo, forſan: & ad capita recenſenda & connumeranda neceſſarium, vt & mortuorum quoddam fuerit inſtitutum vectigal, pro Naulo Charontis. Nam & χαρμάδοντα vectigal inquit in eo verbo Suidas, dixerunt, Charontis, ex obolis collectum qui vnà cum mortuis ſepeliuntur.

a *vt habetur eius conſtitutio inter eius conſtitutiones περὶ ἀλληλεγγύου τῶν ὁμοτελῶν de allelengyo cõmunis cenſus.*
b *Sicut liquet ex conſtitutionibus iuris Orientalis & einſdem Romani Argyri περὶ προσόδου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας de reditu magnæ eccleſiæ.*
c *in verbo θητικός.*

*De quibuſdam alijs modis conquirendæ pecuniæ, quibus aliquæ reſpublicæ vſæ ſunt, aut principes.*

## CAP. VI.

FACIT neceſſitas negotiorum, aut auaritia ſordéſve imperantium, aut crudelitas tyrannorum, vt præter ordinẽ conſuetum, nouæ inuentiones extorquendæ vel conquirendæ pecuniæ, ſuboriantur: interdum graues populo, interdum

ex eius conſenſu,ad euitandum maius malum executioni demandatæ. Quibus certè malitia quorundam ita inuigilat, vt potiùs ad opprimendum quàm releuandum populum nati videantur. Nos exempla quædam in medium proponemus vectigalium nouè inſtitutorum & cauſas quoque, ſi conſtent,ob quas impoſita fuerunt perſonis aut rebus earum noua onera.

2 Cn.Manlius Conſul [a],legem nouo exemplo, ad Sutrium in caſtris tributim, de viceſima eorum qui manumitterentur tulit. Et patres,quia ea lege,haud parum vectigal inopi ęrario additum eſſet,authores fuerunt.hanc legem ſuſtuliſſe Neronem initio ſui principatus vt gratior eſſet populo,ſcribit Suetonius.

a *vt ſcribit Liuius lib.8.*

Erat quædam alia viceſima,portorij nomine data:id eſt quando in ſingula centum,dabantur quinque,de qua meminit Cicero [b].

Putant viceſimam aliam aliqui intelligi à Cicerone dictã [c]: & de viceſimario auro, quod reſeruatum erat ad extremos caſus reipublicę intactum Romæ [d].

3 Dicit idem Cicero [e],centeſimam,tributum collatum ex impudenti cenſu locupletum.

4 Seuerus Alexander,habitus inter imperatores præſtãtiſſimus, ſi credamus Alexan. ab Alexãdro [f],inſtituit vectigal braccariorum, linternum,citrariorum, pellionum, plauſtrariorum, argentariorum, aurificum,& aliarum artium,ex quo Thermas quas fundauerat pluribus vſibus ornauit.Meminit autem Herodianus [g],annis duodeuiginti geſto imperio deceſſiſſe, ſucceſſoribus liberis tanta pecuniæ relicta copia,quantam antea nemo:tum ampliore exercitu,quàm cui obſiſtere vlla vis poſſet.

b *actio. 2. in Verrem.*
c *lib. 2. epiſtolarum ad Atticum epiſt 16.*
d *iuxta Liuiũ lib. 27.*
e *lib.2. epiſtol. ad Brutum, epiſtola 18.*
f *libro 4.c. 10.*
g *lib.3.*

5 Caligula etiam, tributa noua & inaudita exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret, vt certum pro eduliis per vrbem vẽditis,pro litibus,atque iudiciis, vbicunque conceptis, quadrageſima rei æſtimatio contentioſè, nec ſine pœna ſi quis donaſſe aut compoſuiſſe negotium conuinceretur:ex gerulorum diurnis quæſtibus pars ſumpta octaua: ex capturis proſtitutarum,quantum quæque vno concubitu mereret: fuerúntq; obnoxia per illud tributũ quæ meretricium aut lenocinium feciſſet, & ipſa matrimonia [h].

h *Suetonius in eo,c.40.*

6 Non excuſatur tyrannis Caligulæ,ac Veſpaſiani vectigal ab vrina etiam acceptum [i],ob temporum calamitatem ab auaritia defenditur à Baptiſta Egnatio [k].Verùm Ferdinandus rex Neapolitanus,nõ caruit publica Campanorum nota,quod aurum ſitiens Capuę vrinarũ vectigal inſtituiſſet,ſub priuatæ vtilitatis prætextu,vt refert Iouianus Pontanus [l].

i *apud Suetonium in eo. c. 23.*
k *lib.1.Romanorum principum.*
l *c. 38. de liberalitate.*

Et Alexander Seuerus,lenonum vectigal,& meretricum & exoletorum inferri in ſacrum ęrarium vetuit,ídque ſumptibus publicis aſſignandum cenſuit: quo & theatrum & circus, & amphitheatrum & ſtadium inſtaurarentur,vt ait Platina.

7 Cùm populo Romano aduerſus Antonium in Mutinæ obſidione belligeranti pecuniæ deeſſent, ſcribit Dion,Senatorij ordinis viris



viris indictum, vt quatuor obolos ſoluerẽt in ſingulas quaſque tabulas ædificiorum, quæ Romæ incolerent. Idem à Triumuiris compulſos ciues ait,vt ædificiorum quæ Romæ habebant penſiones, penderent,quod munus Colonarium appellari à M.Cicerone [a],& à C.Cæſare [b],quidam arbitrantur.

a *epiſtola ad Atticum li.13.*
b *bellorum ciuilium cõmentariorum lib.3.*

Zozimus,ægrè ferens Conſtantinum Magnum, religionem Chriſtianam amplexum,inuenit tributum, quo Chriſtianos opprimeret, & alios ad rebellionem excitaret,dictũ χρυσάργυρον,id eſt, *auriargẽteum*, pulchro nomine,cùm fœdiſſimum eſſet, deſumptum ex his qui mendicata ſtipe vitam tolerabãt,ex lupanaribus,& ex proſtitutarum mercedibus. Suſtulit autem Anaſtaſius Imperator. Atque lege ſanxit ne cui poſt eum Imperatori,tributum hoc renouare liceret. Et primùm omnes libros eius tributi in ignem velut holocauſtum coniecit: poſteáque fingens ſe pœnitentia facti eius teneri, neque ſe antè conſideraſſe impenſas imperij & exercitus,renouare ſe illud velle dixit,iuſſítq; ex omni imperij parte diſquiri nũ eſſent adhuc iſtius exactionis monumenta & libri,& ad ſe deferri:quod vt factùm eſt,iterum combuſſit,ne iſtius tributi vnquam eſſet memoria [c]. Verum pro eo ſublato tributo,aliud grauiùs impoſuiſſe Anaſtaſium tradit Nicephorus [d] populo,dictum χρυσοτέλειαν, id eſt *penſitationem auri*, abrogando exactionem tributorum curialium.

c *Nicephor. Callix. lib.16. hiſtoriæ Eccleſ. c. 40. & 41. 42. 43. Euagrius lib. 3. c. 29.*
d *Nicephor. li. 16.c.44.*

8 Digni viſi ſunt gradu nobilitatis, qui aliqua ex parte iuuant rempublicam,maximè ope vel perſonæ vel fortunarum egentem. Et proinde,non eſt improbandus ille modus exquirendę pecunię,vt qui abundant ſpe futurę dignitatis illiciantur ad contributionem voluntariam.Sicut & reſpublica Venetorum hoc remedio aliquando vſa eſt:indigua enim æris & pecuniæ,ſic populum excitauit. Atque capta à Liguribus Clodia,& quadraginta triremibus inſtructis, in illos, & vt tanta claſſis ali poſſet priuſquam in hoſtes ſit itum: decreto patrum propoſitum fuit publicum edictum: vt quicunque è populo pecunia,commeatu,militéve,aut claſſem,aut littorales copias iuuiſſent, fore,vbi cum hoſte debellatum eſſet,ex eorum numero triginta, qui optimè omnium meriti crederentur,ad patritium traducerentur ordinem:quæ dignitas,illis eorúmque poſteris rata perpetuò maneret: daturos ad hæc patres operam, vt quinque aureorum nummûm millia,quotannis reliquis diuiderentur,qui dignitatem non eſſent conſequuti [e].

e *Sabellicus li. 6. & 7. decadis 2.*

Fuit hinc in Gallia & alibi, ſimilis pecuniæ colligendæ ratio, ex creatis nobilibus: ſancito certo pretio, quo redimerent plebeij nobilitatem, impoſitáque certa contributione bonorum poſſeſſorum, puta tertiæ vel alterius portionis, pro immunitate in poſterum conſequenda reliquorum more nobilium. Ambiunt hanc nobilitatem maximè pecunioſi, & proinde non mediocrem ſegetem inde auream metere poſſet princeps vel reſpublica.Verùm hîc imminet malum ne ſordidi & natura ignobiles per pecunias ad hoc priuilegium nobilitatis ſublati,ipſum gradũ nobilium

cum dedecore totius ordinis deturpent, & vileſcat per ſordes honos qui virtuti tantùm debetur.

a 2. œconomicorum.

9 Bizantij, vt tradit Ariſtoteles[a], egentes pro republica pecunia, publica fructifera ad tẽpus vẽdiderunt, infructifera in perpetuũ, item illa quæ in locis priuatis inculta iacebãt, quę ad ſocietates, & ad ipſam patriam, imò ipſa templa publica eadémque neceſſitate compulſi accipiebant tributum aut vectigal ex venditis publicè, circa gymnaſiũ, circa forum publicum, portúmve, accipiebántque ex captura maris, ex venditione ſalinarum, admirandarum rerum, ex venditionibus artificum, & vatum, & pharmacorum, & ex his omnibus ſumebant tertiam partem.

Ex commutatione quoque nummorum, quam vni tantùm menſæ campſoriæ commiſerant, pœna multationis adiecta & priuationis rerum ſuarum, ei qui ſibi hanc poteſtatem vſurpaſſet. Et cum nonnulli incolarum fœnerati fuiſſent ſuper poſſeſſiones ſuas, decreto ſtatuerunt, vt quicunque debiti tertiam ferre vellet, liberè poſſeſſionem ſuam haberet: cúmque nemo ciuis antè dici poſſet, niſi vtroque parẽte ciue natus eſſet, impoſuerunt nato tantùm ex vno ciue, volenti eſſe ciuem, triginta libras: vendentibus frumentum conſtituerunt darent partem decimam.

10 Lampſaſeni pecunia indigui, pretium auxere venalibus rebus in foro plus ſolito, ſic qui vendebat ſolitum pretium, reliquum autem publicum accipiebat[b].

b Ariſto. 2. œcono.

11 Chij ex mutuo vſuris pollicitis pecunias compilarunt.

12 Heraclienſes pecunia egentes ad belli apparatum, omnia quę in foro venibant oleum, vinum, frumentum, emerũt accepto ad pretium ſoluendum tempore, & deinceps ipſas res emptas antè tempus, onerariis nauibus impoſitas hoſtibus diuendendas miſerunt, ſic pecuniam antè bellum receperunt, & vſi ſunt aduerſus ipſos hoſtes. Stratagema fuit hoc neceſſitatis, quo etiam ſubtili ingenio licet à barbaris & hoſtibus aurum extorquere, vt dicebant Gratianus Valentinianus & Theodoſius Cæſares[c].

c in l. 2. de cõmercijs & mercatoribus lib. 4. C. ti. 53.

13 Sed aliud ſtratagema ſubtiliùs refertur ab Haytone Armeno, in hiſtoria de Tamburlano. Is enim ſi quando decreuiſſet aliquam inuadere ciuitatem, antequam detegeret conſilium, vtque aurum & argentum haberet, & res quoque eius: priùs ſubiiciebat mercatores qui cum ſequebantur cum pretioſis pellibus, alliíſque rebus, & ita inſtructos in illam mittebat ciuitatem, iubebátque vili etiam pretio vẽdere, vt faciliùs compararent. poſtea autem reuerſis mercatoribus cum pretio, inuadebat ciuitates & ſuas pelles iterum recipiebat, quia compertum habebat numos quidem illos potuiſſe in obſidione celare & infodere, & ideo ita extorquebat: pelles autem ſuas, aut alias venditas merces, non poſſe ita celari: & proinde & res & pretium ſeu pecunias habebat.

14 Selibriani, cùm lex eſſet, ne aliò frumentum venderetur, primùm ſtatuerunt vt frumentum omne dempto ſingulis annuo victu, in publicum deferretur, poſtea verò aliquo dato, vnicuique transferendi poteſtatem conceſſerunt[d].

d Ariſtot. 2. œc.

15 Samiis



15 Samiis pecuniam ad redeundum in patriam poſtulãtibus, Lacedæmonij decreto ſanxerunt, vnum diem, & ſe & ſeruos, & iumenta nihil omnino guſtare, & quantumcunque quiſque ſolitus eſſet in cibum impendere, tantum Samiis dare[a].

a Ariſto. vbi ſuprà.

In Lotharingia quoque in iſtis poſtremis bellis anno præterito 159. cùm indicta fuiſſent varia tributa antea & illud additum, vt quãtum quiſque poſſet vno die cum familia in victu conſumere tantundem contribueret in tributum.

16 Mnedei bellum ſuſcipientes aduerſus Olynthios, cùm illis pecuniæ deeſſent, adeſſent verò mancipia, ſtatuerunt, vt relictis cuilibet ciuium mare & fœmina, cætera ad vſum ciuitatis venderent, tanquam in priuatorum exhibitione pecunias commodarent[b].

b Ariſto. vbi ſuprà.

17 At Peutes, præfectus equitum Cerſobleptæ, in ſumma pecuniarum inopia, mandauit, vt quilibet agricola quinque modiorum agrum ſibi (id eſt Duci) ſereret: qui ſeruerunt, magna ſcilicet exiſtentium colonorum multitudine: & cum ingens frumenti copia proueniſſet, deuectum illud ad mare vendidit remittens aliquid de precio, eáque ratione multas ſubitò pecunias Cerſobleptæ confecit[c].

c Polyænus li. 7. ſtratagema.

18. Cyziceni egentes numis, comprehenſos diuites in ſeditione, decreuerunt non morte afficere, ſed multatos pecunia, in exilium mittere[d].

d Ariſt. 2. œc.

19 Mauſolus rex Cariæ, aſtutè pecunias à ſubditis extorſit, prætextu quod alius rex à ſe tributum poſtularet, nec haberet vnde diſſolueret. Item à Myllaſenſibus extorſit, prætextu quod quædam ciuitas, quæ illius eſſet mater, ab hoſtibus inuadenda eſſet, illa autem muro egeret quem non poterat ædificare[e].

e idem eo.

Eadem cauſa publicæ neceſſitatis multi principes pecunias à ſubditis extorquent, quæ cùm iuſta ſit, tamen vera non eſt.

20 Alij vtuntur aſtu certè damnabili & doloſo Ariſtotelis Rhodij Phoceæ imperantis, qui duabus factionibus Phoceorum ſecreto fingebat ſe fauere cuique, & ita ab vtriſque pecunias accipiebat[f].

f Ariſt. 2. œco.

21 Subtilius Condalus, Mauſoli regis Cariæ Legatus, pecunias & facultates exhauriebat ſubditorum. Donata quippe ſibi dono animalia donantibus relinquebat, poſtea multo pòſt ea cum fœtibus & fructibus repetebat. Item fructus arborum impendẽtium in vias regias, pretio addicebat, pro militum decedentium deferendis corporibus, drachmam vectigalem imperabat: Lycios gaudẽtes capillis promiſſis tonderi iuſſos à Mauſolio finxit, niſi pro capite certam ſummam penderent[g].

g eo. Ariſto. 2. œco.

22 Hippias Athenienſis, ad comparandam pecuniam, vendebat eminentias ſuperiorum tabulatorum in viis publicis, aſcenſus, præſtructiones, portas quę aperiebantur foris. putabat forſan publica eſſe loca ita occupata. Et maiori aſtu, ſed cum maximo incommodo priuatorum, numum Athenienſium fecit improbum, & ad ſe eorum argentum, conſtituto pretio adferri iuſſit, & poſtea ſignatam pecuniam nouo charactere ex eo argento dedit[h].

h Ariſtot. prædicto lib. 2. œc. & ſequentia tradit.

Vendidit præfecturas, magiſtratus, adminiſtrationes.

Iuſſit ſacerdoti Palladis, pro quolibet mortuo menſuram adferri

hordei, alteram tritici & obolum vnum: pro quolibet puerulo nato, illud idem fieri iubebat.

23 Leucon pecuniis indigens, Hippiam in pecunia mutanda imitatus, ſed cautiùs, nam promulgauit vt ait Polyænus [a], ſe aliam monetam percuſſurum, & ita adferret quilibet ſuos numos vt alia forma excuſſi valerent. Quibus omne quicquid habebant ferentibus aliud ſignum impreſſit, dupliciique pretio eſſe vnumquemque numum iuſſit, quare dimidiam partem eorum quæ collegerat, lucratus eſt, & neminem ciuium damno affecit.

a lib. 6. ſtratagematum.

24 Romani bello Punico primo, cùm impenſis reſpublica non ſufficeret, libræ æris pondere imminuto, quinque partes lucrifecere, æſque alienum diſſoluerunt. Poſtea Annibale vrgente Q. Fabius Maximus dictator, pondus iterum imminuit, & dimidium lucrata eſt reſpublica [b].

b Plinius lib. 33. c. 3.

25 Effecit indigentia, vt Clazomenij preſſi ære alieno vt ferreum numum, pro argento excuſſerint [c]. Et qui argentei haberet rationem viginti talentorum: deinde dantes ditiſſimis ciuitatis cuilibet ſuo ordine, argentum ab illis receperunt æquale. Quare priuati habuerunt ad quotidianas vrbis expenſas: & ciuitas à debito fuit liberata.

c Ariſt. 2. œco.

26 Sic Enicus Lupides, comes Tendillanus, dux inſignis, in bello Granatenſi Almæ vrbi præfectus, in ſumma rei pecuniariæ deſperatione, dum expectaret pecunias à rege Ferdinando, & regina Iſabella, ex charta panucea fecit ſchedulas ſua manu propria, atque ſubſcriptione ſignatas, quaſdam vocans aureos, argenteos nummos, æreos, aſſes, ſemiſſes, trientes quadrantes, hiſque inter ſe emptiones & commercia facta ſunt, pollicitus ſe daturum pro illis fictitiis, veras pecunias, poſt receptionem [d].

d Nebriſſenſis deca. 2. lib. 3. c. f.

27 Idipſum feciſſe tradit Sabell [e]. Dominicum Michaelem, Ducem Venetorum, cùm procul abeſſet domo claſſe Tyrum obſidens, in expeditione Aſiatica: cùm enim pecuniæ defectu ſtipendium reddi nequiret remigibus & ſociis naualibus, & loro pecuniā publica formа ſignauit, quam pro aurea & argentea certis diſtinctam characteribus, in ſtipēdium naualibus numerauit turmis, pollicitus fore, vt mox domi pro alutinis, aurei & argentei pari numero habentibus repreſentarentur numi. Quod & factum eſt.

e lib. 4. Ennea. 9. & lib. 6. c. 8. exemplorum.

28 Conſtituerunt Epheſij egentes pecunia, ne fœminæ aurum portarent, & quod haberent mutuo ciuitati darent [f].

f Ariſt. 2. œco.

29 Honeſtum illud exactionis genus, Edoardus 4. Anglorū rex excogitauit, quod beneuolentiam appellauit. Egit enim cum amicis, vt ſponte ad ſumptus belli pecuniam erogarent, quod ipſe ex ea re beneuolentiam ſingulorum menſurus eſſet, vt ſcilicet eum qui plus daret ſe plus diligere cēſeret. Quo poſtea Henricus 7. vſus, magnam pecuniæ vim collegit [g].

g vt ſcribit Polydor. Virgil. li. 24. & 26.

30 Summa effecit neceſſitas, anno Domini 1456. vt pro bello Pruſſico gerendo, tributum in Polonia imperatum ſit à Rege Caſamiro, vt rex pariter & eccleſiaſticus equeſtérque ordo vniuerſus, dimidium annorum cenſuum conferrent, ne honorum quidem & magiſtratuum fructibus



fructibus exceptis: opidani verò, ſoli iuxta ac mobilium bonorum æſtimatione facta, vt binos groſſos à marca penderent: agreſtes verò, ſingulos groſſos in capita marium & fœminarum: cæterum equeſtres homines qui nullos haberent agricolas, & adſcriptitios, neque cenſus vicenos quaternos groſſos [a].

a Cromerus li. 23. de reb. Polonicis.

31 Piſiſtratus Athenienſium Tyrannus, omnium rerum decimas exigebat, vt refert Plutarchus [b].

b in eius vita.

32 Hipparchus Piſiſtrati filius, academiam muro ſepſit, atque huius rei nomine magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus exegit [c], qua arte plures principes vtuntur, vt dum vtilitatem vel reparationis vrbium, vel exercitus collectionem proponunt, fingant vrgentem neceſſitatem, & populo metum hoſtis excitent, & poſtea pecuniis exactis opera imperfecta relinquant, & pacem conceſſam prætendant.

c vt ait Suid.

33 Rhodienſes, quo tempore Coloſſus cecidit, & aliquot illorum naues oppreſſit: miſerūt ad reges & principes mendicandi auxilia cauſa, pro reſtituendo, tāquam ad id ipſi non ſufficerent, ſicque impetrarunt propemodū infinita munera, occaſione refectionis antiquę confractæ ſtatuæ, vltra quam egerent [d].

d vt ait Polyb. lib. 5.

34 Commodus imperator, vt tradunt Dion, Xiphilinus, Herodianus, & Lampridius, natali ſuo die, vxoribus ſenatorum eorúmque liberis ſingulis, binos aureos, tanquam aliquas primitias imperauit, idque tributum pendere cogit, & à ſenatoribus qui in reliquis ciuitatibus erant, quinque drachmas exegit. Rurſúmque deficiente pecunia quo itinerarium æs exigeret, in Africam ſe ad conſtituendam prouinciam, tranſmiſſurum finxit.

35 Differebam ad extremum modum conquirendæ pecuniæ, & ad iuuandam paupertatem reipublicæ, tanquam imperatore digniſſimum: ſed vincit admirāda probitas, vt nunc cæteris anteponam Neruæ Coccei Imperatoris exemplum, qui ciuibus Romanis cùm magna laborarent egeſtate, non tantùm agros ad ſubleuandam penuriam diſtribuit, ſed veſtes ſuas proprias, vaſa argētea, atq; aurea, reliquámque ſupellectilem vendidit, atque aliis ſumma beneuolentia erogauit, vt ait Dion.

36 M. Antoninus quoque Imperator, cognomēto Philoſophus, cum in conficiendo bello pecuniæ deficerent, omnia aurea vaſa argentea cryſtallina & myrrina, cum omni principali ſuppellectile ornatúque coniugis, publicè vendidit, ne tributa imperādo ciuitatibus aut prouinciis eſſet grauis [e].

e Sabell. lib. 4. Enne. 7.

37 Bello, contra Emanuelem exhauſto ærario Venetorum, pecuniam ex depoſitis conflatā, publico decreto placuit in diui Marci ſacrariū, ad oportunos caſus reponi: ac tamdiu ſub publica cuſtodia ſeruari, quoad reſpublica in meliorem ſtatum eſſet reſtituta, dicebatur vulgo *præſtita* quæ à Vitali Michaele 2. principe inſtituta tradūtur, vnde ingentem illi ortam inuidiam, primariámque cædis cauſam quidam crediderunt [f].

f Sabell. lib. 7. dec. 1.

38 In bello vero contra Maximilianum Imperatorē, vltra ea quę ex officiorum venalitate collegerunt Veneti, Senatus ſanciuit vt mediis domorū fructib. qui ex locationib. proueniebāt æquā partē inquilini

omnes in ærarium inferrent, exceptis iis qui eo bello ab hoſtibus reipublicæ domo ſua pulſi, ſe ad vrbem recepiſſent, atque iis quorum fructus decimam vnciæ partem non excederent[a].

*a Bembus lib. 10. & 12. hiſt. Venetæ.*

39 In bello contra Iulium 2. ſummum pontif. Veneti pecunia indigui, per ſenatum ſtatuerunt, vt intra 25. dies qui argentum aurúmve cælatum haberēt, ad duumviros adferret numis cudēdis, id eis aurum argentúmve, cùm lucro partis decimæ accepto ferendum: qui non tuliſſent eorum bona venderentur, exceptis quæ dotium nomine mulieribus deberentur. Atque tandem, cùm parum liberales & nulla patriæ charitate mouerentur, ſtatuit ſenatus vt ad contributionem captis & venditis pignoribus & bonis, latitantes cogerentur, alij negantes carceribus capti includerentur[b].

*b Bembus lib. 7. & 10. hiſtor. Venetæ.*

40 Atque bello contra Sfortiam Ducem Mediolanenſium ad ſumptus perferendos ſancit idem ſenatus, vt vrbani, peregriníque magiſtratus, iudices, ſcribæ, cæteríque inferiores ordines magiſtratibus ipſis ſubiecti, qui publicum aliquo modo ſalarium mererent, reipublicæ vectigales eſſent, & vt patritij magiſtratus etiam, quibus & premium ex publico adſcriptum poſt annum gratuitam reipublicæ operam in ſex proximos menſes impenderent[c]. Eandem & tributi rationem ſunt amplexi, bello contra Maximilianum Imperatorem, in recuperanda Vicentia[d].

*c Sabell. li. 7. deca. 3.*
*d Bembus lib. 7. & 9.*

41 Iterum & in bello contra Baiazetem Turcorum regem formidoloſo, aucta à Venetis fuerunt vrbis vectigalia parte ex tertia, vini, panis, carnis, portoriis tantummodo exceptis, atque vti magiſtratus omnes vrbani prouincialéſque, mediam ſtipendiorum partem vnius anni reipublicæ remitterent lex lata: cautum tamen, ne quadraginta viralium iudicia ea lege tenerentur. cenſus ciuibus pro vniuſcuiuſque opibus decretus, ciuitates ſub imperio Venetorum aut fœderatæ ad contributionem certæ pecuniæ vocatæ[e].

*e Bembus li. 5. hiſtor. Venetæ.*

42 Sed illud ſtupendum quod pro vero refert Iouius in Pompeio Columna, Clementem 7. pontificem, quum expugnata Roma ab exercitu Caroli 5. etiam arcem cōſumpto commeatu in quam cōfugerat Cæſarianis dedidiſſet, & ex pacto militi ſtipendium perſoluendum eſſet, conflaſſe argentum omne, & aurea vaſa ſacra, vt inde diuidenda militibus pecunia cuderetur: eáque nec ſufficiente, conceſſiſſe tres purpureos galeros, vt illis licitantibus qui fœda ambitione corrupti ad ſenatoriam dignitatem aſpirabant, aurum proferrent, eóque modo ad haſtam propoſitis emptores non defuiſſe. Quos certè puto habitos ideo indignos, quod non per oſtium, ſed per feneſtrā ingredi vellent, tam ſanctiſſimum ſenatum.

43 Abhorruit ab hoc genere quæſtus Alexander Seuerus qui nunquam honorem iuris & gladij vendidit, dicens, neceſſe eſſe, vt qui emit vendat, & ſe non paſſurum mercatores poteſtatum: quos ſi pateretur, non poſſet damnare. erubeſco enim, inquit, eum hominem punire, qui emit & vendit[f].

*f Lamprid. in eius vita.*

44 At Venetus ſenatus cum videret in bello cōtra Maximilianū, multo maximam eſſe in vrbe copiam eorum ex plebe ciuium qui aliquo reipublicæ munere fungerentur, ex quo aut ſtipendij menſtrui, aut quo-



aut quotidiani quæſtus nomine lucrum facerent, ſtatuit, vt is qui ex plebe ciuis munus perpetuum à republica obtineret, ſi decuplum ſtipis annuæ, aut ſi ea non ſit, lucri ſummam, de qua apud magiſtratum conſtaret, reipublicæ intra dies quindecim dari curauiſſet, id omnino munus, ipſo mortuo, aut filius, aut nepos, aut frater eius conſequeretur: aut is quemcunque ſibi ipſe eius muneris hæredem inſtituiſſet. Quibus aut ſua eſſent ad tempus munera, iis octuplum ſtipem ærario inferentibus, ea viuis munera eripi non poſſent[a].

*a Bembus lib. 10. & 12. hiſtoria Venetæ.*

45 Species fuit negotiationis, cum laudata prouidētia, per quam ditauit ærarium Ioſeph reges Ægypti, & omnem terram ei ſubiecit: tempore enim fertilitatis, vndecunque per terram ditionis Pharaonis colligi iuſſit quintam partem fructuum, & congregari in horrea omne frumentum tempore ſeptem annorum fertilium, & recondi & reſeruari in vrbibus ſub poteſtate Pharaonis, vt proſpiceretur ſummæ ſterilitati ſequentium ſeptem annorum[b]. Tempore autem adueniente famis in toto orbe pane deficiente, maximè in Ægypto, & terra Canaan, Ioſeph omnem pecuniam eorum congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cúmque defeciſſet emptoribus pretium: venit cuncta Ægyptus ad Ioſeph, dicens, da nobis panes, quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit, adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium nō habetis. Quæ cùm adduxiſſent dedit eis alimenta pro equis, & ouibus & bobus & aſinis, ſuſtentauítque eos illo anno pro commutatione pecorum, venerúntque quoque anno ſecundo & dixerunt, non celabimus domino noſtro, quod deficiente pecunia pecora quoque defecerunt: nec clam te eſt, quod abſque corporibus & terra nihil habeamus, cur ergo moriemur te vidente: & nos & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutem regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem. Emit igitur Ioſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas, præ magnitudine famis, ſubiecítque eam Pharaoni & cunctos populos eius, à nouiſſimis terminis Ægypti vſque ad extremos fines eius. Et dedit eis ſemina vt ſererent in agris Pharaonis, & præſtarent annuatim quintam partem Pharaoni frugum[c].

*b Geneſ. 41.*
*c Geneſeos c. 47.*

46 Pertinax Auguſtus, non aliter quàm priuatus ac ſordidus ciuis mercaturam exercuit: ſi id ad rempublicam iuuandam fecit, non omnino vituperandus: contrà, ſi ad auaritiam ſatiandam propriúmque lucrum: ſi credamus Spartiano, & Herodiano.

47 Poteſt neceſſitas reipublicæ, hoc genus conquirendarum pecuniarum inter negotiationem excuſare, & aliquando principem laudabilem reddere: qui ita parcit tributis & oppreſſionibus vectigalium, vt eoſdem tanquam filios propriis laboribus releuet. Sic refert Rhodericus Dubraius[d], Rodolphum Boemiæ regem Alberti Cæſaris filium negotiationem aut in argenti fodinis Cuthuenſibus exercuiſſe: vinum, ſal, hordeum, triticum, ad panes & ceruiſiam coquendam ex Auſtria, ex horreis ſuis conuehendo, pretiáque rebus promercalibus ex arbitrio ſuo conſtituendo, atque in eo ge-

*d lib. 19. conſtitutionum Bohemiæ.*

nere mercaturæ monopolium ſibi vindicando. Et ſe hac neceſſitate compulſum huc ſe deſcendiſſe dixiſſe: vt hoc modo ſummam ærarij inopiam ſubleuaret & debita per vtrumque Vuenceſlaum reges contracta, diſſolueret. Atque ideo duo millia aureorum illis ipſis montibus, hebdomadatim æri alieno diſſoluendo tribuiſſe.

Laurentium Medicem Petri filium Florentinæ reip. princeps, eo animo etiam iuuandi neruos reip. qui ex pecunia conſtant, & ad potentiam domeſticam magno præſidio ſunt, quandiu per publica negotia licuit, mercaturam neceſſariò exercuiſſe: tamen inde magno ære diſſoluto, poſtea ſub finem vitæ improbare viſum eſt, refert Michael Brutus[a].

*a lib.8. hiſtor. Florentinæ.*

48 Poſſunt multa certè commoda ex mercatura, & cito lucra obuenire, ſed periculum eſt ne hoc multis videatur ſordidum, potiſſimùm quando lucri cauſa mercatura eligitur: cùm nihil habet tale genus negotiatorum ſacrum, præter vnius pecuniæ lucrum, cui ſe totos veluti Deo conſecrarunt, vt meritò mercatores aliquando à bene inſtitutis rebus publicis gerendis, & adminiſtrandis reiecti fuerint, vt docuimus alibi[b].

*b lib. 25. ſyntagmatis iuris. c.15. num.8. & lib. 47. c.10. num.5. & 6.*

Et Cæſares quoque alia ratione interdixerunt nobilioribus viris & virtute atque dignitate conſpicuis, ne ſe commerciis negotiationum immiſcerent[c], vt & pontifices clericis[d].

Poteſt enim accidere vltra auaritiæ fraudis committendæ periculum, vt inde commercium inter plebeios & negotiatores, emendi vel vendendi reddatur difficiliùs, vt dicunt Honorius & Theodoſius Cæſares[e]. vt & Pontanus ſcribit[f], Reges quoſdam Neapolitanorum, erepta ſuis mercaturæ facultate, prouinciales ad inopiam redegiſſe. Militibus quoque damnatur hæc mercatura & negotiatio in legibus[g]. Conqueritur Cicero, 3. de republ. de Phœnicibus, quòd primi mercaturis & mercibus ſuis, auaritiam, magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exportauerint in Græciam.

*c l. nobiliores. 3. de cõmer. & merca. lib.4. C. tit.63.*
*d c.1. ne cleric. vel monach. ſecularib. nego. ſe immiſc. c. fi. de vita & honeſta. cleri. ca. clerici. 14. q 3.*
*e in d. l. nobiliores, 3. de commerciis. C.*
*f c.45. de liberalitate.*
*g l. milites de locato. C. l. fi. de reſtin. vend. C. l. 5. §. pupillus, de autho. tuto. C.*

49 Inter extrema tamen paupertatis & nobilitatis, ſatius viſum quibuſdam, negotiari, quàm prædari, aut latrocinari, vel ſubditos tyrannicè opprimere. Et probarem quoque ego huiuſmodi in neceſſitate electionem, ſi ſubditi non eſſent qui poſſent honeſtè ſuppeditare ſuo principi neceſſaria: at ſi honeſtè quidem poſſit conſeruari dignitas ſecundum qualitatem principatus ex propriis, certè non video quominus notam incurrat ſordidi, qui mauult ditari & apparere ſupra poteſtatis gradum, ex lucro ſordido negotiationis: nam ibi auaritia vel ambitio, finis quæſtuariæ artis, non vtilitas populi, aut reipublicæ.

Non improbandũ, ſi ad iuuandã patriã rebus externis neceſſariis, principes pecunias contribuant induſtriis mercatoribus, vnde etiam ſuam augeant vtilitatẽ cum publica: quemadmodũ inter Venetos & Luſitanos, Genuenſes, & aliquos alios factitatum. Sed illa mercatura à fine probari poteſt. Quemadmodum etiam acceſſit regnis Luſitaniæ, Hiſpaniæ, & Venetorum imperio, nouarum inde terrarum regnorúmve agnitio, acquiſitio, & noui reipublicæ reditus.

Per ſe etiam principes modicũ lucellũ ex rebus minutis aucupari, non



non minùs indignũ principe quàm reprobandum cenſetur, & illo vti verſiculo.

*Bonus odor lucri, qualibet ex re*
*Siue vnguentum ſit ſiue corium.*

Mercatura, totum hominem exigit, & vix probus eſt homo, diues mercator: & princeps aſſuetus lucrãdi artificio, vix abſtinet quin etiã in rebus reip. ſuæ negotietur, quo magis facilius putat ab iis qui repugnare non audent, extorqueri poſſe, & ita munus principis obliuiſcitur, dum negotiationis conſuetudine immutatur.

50 Reprehẽditur Alfonſus rex Neapolitanus, quòd porcos ſuos alendos, impinguandos, & cuſtodiendos dedit ſubditis, & demortuos exſoluere ſibi cogebat, negotiationis etiam monopolium inſtituendo, mercatus, omne oleum regni & triticum adhuc in herba modico pretio, ſummo quo poterat pretio reuendens, nec permittens dominis ſuum vendere triticum & oleum donec ipſe diſtraxiſſet, quæ ex illis comparauerat.

Viſa pluribus negotiatio non tanùm ſordida, ſed etiam crudeliſſima, qua vſus Antonius Leua, à Carolo V. Imperatore Mediolano præfectus, dum lege prohibuit ne quis ciuium triticum moleret, aut panem penes ſe faceret, ſed cogeretur emere à tabernis ea de re aquilæ ſigno & imperatorio ſignatis: quo loci pro arbitrio panem pluris vendebat, vt ſtipendiis & liberalitate animos ſuorum militum in officio retineret, quod moriendi fame cauſa fuit[a].

*a Sab. ſupplem. lib.11. ex Iouio.*

Honeſtior Richardi I. regis Anglorum, qui bello Gallico ingentem pecuniam à collegio mercatorum qui Caleti ex lana potiſſimùm negotiantur, mutuam ſumpſit: poſtea monachis Ciſtercienſibus expoſuit, ſe inopia coactum, ac eorum beneuolentia fretum id feciſſe, & propterea rogare vt vellent tantum lanæ ipſis mercatoribus pro acceptis à ſe pecuniis dare, ſummi beneficij loco, cuius ſe memorem fore pollicebatur. Monachi autem his precibus victi, ad extremum, morem regi geſſerunt[b].

*b Polyd. Virgil. lib. 14. hiſtor. Ang.*

51 Quæſtum referam rurſus non indignum celebritate, qui Chriſtophori Bauari Gothorum & Sueuorum regis ditauit ærarium, præter ſpem. Cùm enim is animaduerteret, vt refert Iohannes Magnus[c], proceres regni mutua inuidia flagrare, vt etiam filij viuentium patrum præfecturas inuitis parentibus & ignorantibus, à rege poſtulare non erubeſcerent: vt huic æmulationi mederetur, curauit omni poſcenti feudum, confeſtim & ſine quocunque præuio examine concedi, literáſque in promptu expediri, vt imprudens nobilitas, tam temeraria conceſſione diſceret, non decere gratiam alteri collatam præripere, aut reuocare. Sed cùm neque ea induſtria poſſet hoc malum compeſci, voluit, vt literæ ſuper conceſſo feudo conſcriptæ, tanto auro à cancellaria redimerentur, quantum vix à toto feudo corradi poſſet: nec diutius ea gratia duraret, quàm alter, data maiori, aut pari auri ſumma, in idem feudum induci poſtularet. Itaque ſæpe vno eodémque tempore complures, data ingenti pecunia, in idem feudum inſtituti, nihil fructus ex eo reportabant, donec magna eorum pars nec aurum, nec feudum, imò nec vllam poſſeſſionem reliquam habuit.

*c Ioan. Magnus lib. 22. c.21.*

52 Fuit ſubtile inuentum, ſed non poſſum probare, Licinij, quod magis ad fraudem, quàm ad neceſſitatem fuerit excogitatum: cùm enim per ſingulos menſes Galli Romanis tributum penderent, Licinius qui id exigebat quatuordecim menſes in anno conſtituit, vt tributum multiplicaret, qua de cauſa & meritò, in vitæ diſcrimen incidit[a].

*a Dio Caſſius lib. 54. hiſtor. Roma.*

Non probarem etiam quod Guillelmus dictus conqueſtor, Angliæ rex, aliquando executus eſt: dum ciuitates, epiſcopatus, cœnobia, immunitatib. priuauit, vt eas poſtea à ſe redimerent cariùs: atque inter cætera ſanxit, arbitrio principis auxilia ferrent[b]. Minùs, quod Veſpaſianus, rapaciſſimum quemque promoueret vt mox ditatos condemnaret: vnde dictus eſt ſe officiarios habere pro ſpongiis: quia veluti ſpongios & ſiccos madefaceret, & humentes exprimeret[c].

*b Polydor. Virgil. lib. 9.*

*c Suetonius.*

Sed & peiora fuerunt habita vectigalia, quæ odio Chriſtiani nominis, vel eccleſiæ, vel ſubiectorum, ſine neceſſitate publica, impoſita & exacta fuerunt, ſublatis immunitatibus & priuilegiis. vt cùm Perſæ, Chriſtianiſmum amplecti cœperunt. Et Simeon Seleuciæ Cteſiphontis epiſcopus eſſet vrbium in Perſide, Iudæi id odio habentes, detulerunt eum ad Saporem tum Perſidis regem, veluti amicum Romanis & molientem contra Perſas. vnde rex fide illis habita primùm Chriſtianos vehementer vexauit, præfectos eis ſæuos conſtituens, & tributa grauia imponens: vt ſcilicet egeſtate & exactorum crudelitate vexati, religionem repudiarent, quod & ei magno ſtudio fuit[d].

*d Nicephor. Callix. lib. 8. c. 36.*

Sic Iulianus Imperator apoſtata, annonam & immunitatem quam Conſtantinus Magnus, pro ſua erga Deum obſeruantia clericis conceſſerat, abrogauit, & in publicos prouentus retulit[e]. Succeſſor tamen ſequutus Iouinianus, eccleſias, epiſcopos, & Chriſtianos in integrum reſtituit, & Idolomaniam exterminauit[f], reſtitui & annonam eccleſiis iuſſit: verùm quòd fames grauior propter Iuliani impietatem tunc graſſaretur, & frumentum ægrè penderetur, σιτημόσιον, hoc eſt, tertiam eius partem, clero exhiberi curauit: quamprimum autem fames ſæuire deſiiſſet, integrum ſe frumenti numerum eis præbiturum pollicitus eſt[g].

*e Idem Nicepho. lib. 10. c. 5. Sozomenes li. 6. hiſtoriæ tripar. c. 7.*

*f Idem Nicephor. lib. 10. c. 49.*

*g Theodoretus lib. 4. hiſtoriæ eccleſ. c. 4. & lib. 7. c. 3.*

Hunericus Vandalorum tyrannus Arrianorum hæreticorum fautor, & ipſe talis: ſtatuit per totam Africam, vt defunctorum epiſcoporum catholicorum, fiſcum, & ſubſtantiam ſibi vindicarent: qui autem defuncto ſuccedere poterat, non ante ordinaretur, quàm fiſco regali quingentos ſolidos obtuliſſet[h].

*h Victor. epiſcop. Vticenſis lib. 2. perſecutionis Africæ.*

*Num princeps ſecularis, pro negotijs Reipublicæ, poſſit imponere vectigal eccleſiaſticis rebus & perſonis.*

## CAPVT VII.

SEd num vectigal perſonis & rebus eccleſiaſticis princeps imponere poſſit, quæſitum ſæpe ſcio, & variè reſolutum. Saniórque eſt opinio & tutior, vt ſine authoritate & licẽtia ſummi pontificis, nihil ab his exigi poſſit: & tunc etiam



etiam ex cauſa probabili[a]. Probatur in primis ex conſilio Lateranenſi ſub Alexan. 3 habito c. 19. 6. relato in c. non minùs. 4. de immunitate eccleſiarum lib. 3. decre. ti. 49. quo loci conqueritur cõſilium, quod poteſtates ſeculares & ciuitates, tot onera imponerent eccleſiis & bonis & perſonis earum, angarias & parangarias, pro purgandis foſſatis, pro expeditionibus & aliis: vt ſub eis deterioris conditionis factum videatur ſacerdotium Chriſtianum, quàm ſub Pharaone qui legis notitiam non haberet: nempe qui ſacerdotum ſuorum terras, & perſonas à tributis exemit[b]. Quocirca anathematis diſtrictione talia de cætero fieri prohibentur, niſi epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem aut vtilitatẽ aſpexerint, vt abſque nulla exactione, ad releuandas communes neceſſitates vel vtilitates, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules aut alij de cætero iſta commiſiſſent, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi quàm facultates eorum, ſubiiciuntur excommunicationi, vt nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem.

*a hoc diſputat Panor. ad c. nõ minùs, de immunita. eccleſ. & in conſilio 3. incipiente caſ^9 ſuper quo. Volum. 1. Chaſſa. ad §. 4. in princip. numero 17. & ſequentib. des iuſtices. in conſuetudinibus Burg. Guido Papæus q. 376 incip. de clericis.*

*b Geneſ. 47.*

Conſentit cõſilium Lateranenſe habitum ſub Leone 10. ſeſſione 9. titulo de reformatione curiæ, §. & cùm à iure, & aliud conſilium Lateranenſe 12. ſub Innocentio 3. in ca. 46[c]. In quo additum eſt, confirmatis capitulis hac de re publicatis ſub Alexan. 3. In alio conſilio Lateranẽnſi, vt non ſufficiat conſenſus eccleſiaſticarum perſonarum, ad ſubſidia hæc laicis poteſtatibus petentibus ſoluenda. & vt propter imprudentiam quorundam, Romanus priùs conſulatur pontifex, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere. Item adiicit vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ à talibus nempe conſulibus & rectoribus ciuitatum, vel aliis qui eccleſias vel eccleſiaſticos viros taliis, ſeu collectis, ſeu exactionibus aliis aggrauare nituntur, vel de ipſorum mandato fuerunt promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ: & vt anathema quo innodantur, liget eos quandiu geſſerint conſulatum & poteſtatem, & poſtea eáve depoſitis, & ſucceſſores eorum ſi ſatisfacere recuſarent infra menſem.

*c cuius verba referuntur in c. aduerſus. 7. de immunitate eccleſiarum.*

In conſilio Toletano 3. c. 21[d]. clericorum & eccleſiarum ſerui, prohibentur fatigari angariis & parangariis publicis aut ciuitatum, aut priuatis ſub pœna excommunicationis in eos qui id fecerint.

*d relato in ca. 69. eccleſiarum ſeruos, 12. q. 2.*

Alexander 4. rurſum[e], ſtatuit non licere etiam in regno Franciæ, ſcabinis ſeu conſulibus, communiis, & aliis dominis temporalibus, aut aliis qui in eis iuriſdictionem temporalem obtinent tallias, vel collectas, ſeu exactiones quaſcunque, eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis imponere: vel exigere ab eiſdem, pro domibus, prædiis, vel quibuſcunque poſſeſſionibus ab eiſdem eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis legitimè hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis, etiam ſi ipſæ eccleſiæ vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint infra illorũ diſtrictum vel territorium conſtitutæ: nec etiam licere illis ipſas eccleſias vel perſonas, ad diſtrahendum vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum, acquiſita, iam, vel quæ deinceps acquirent aliquatenus coartare.

*e in c. 1. de immunita. eccleſiarum in ſexto, lib. 3. ti. 23.*

Hanc conſtitutionem innouauit Bonifacius 8[f]. & adiecit vt obti-

*f in c. quanquam, 4. de immuni. eccleſiarum lib. 3. ſexti. tit. 20.*

neret, non obſtantibus contrariis conſtitutionibus, quas improbat, vt corruptelas, imponítque in eos qui tallias, pedagia, guidagia, perſonis eccleſiaſticis & rebus eorum delatis *non negotiationis cauſa*, ſi ſingulares ſunt, pœnam excommunicationis: ſi collegium, vniuerſitas, caſtrum, ciuitas vel locus, interdicti ipſo facto incurrendas, à quibus non priùs abſoluantur quàm ſatisfecerint. Deinceps & ipſe Bonifacius [a] ſtatuit ſeuerius in ipſos clericos, conſentientes huiuſmodi exactionibus, aut præbentes collectas, tallias, decimam, viceſimam, centeſimam, ſuorum & eccleſiaſticorum prouentuum vel bonorum: laicis, quocunque nomine vel auxilij, adiutorij mutui, ſubuẽtionis, ſubſidij, doni, vel alio titulo modo & quæſito colore, abſque authoritate ſedis apoſtolicæ: & in ipſos imperatores, reges, duces, poteſtates, comites, & alios, talia imponentes, exigentes, recipientes, auxilium, conſilium, fauorem publicè vel priuatim dantes, vel talia fieri iubentes: atque omnes vult ipſo facto excommunicatione innodari: à quo non poſſint, niſi à ſede apoſtolica, excepto mortis articulo, abſolui, non obſtantibus priuilegiis, & conſuetudinibus, principibus, regibus, & aliis conceſſis.

Statuit & Clemens 5. in conſilio Viennenſi [b], vt locorum ordinarij ſeu diœceſani, publicent, vel à ſuis faciant publicari ſententias excommunicationis & interdicti à iure prolatas, contra eos qui ab eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis, pro illarum rebus propriis, quas nõ negotiandi cauſa deferunt, aut deferri faciunt vel tranſmittunt, pedagia vel guidagia, ſuo vel alieno nomine exigunt vel extorquent: poſtquam de ipſis illis conſtiterit, idque tamdiu, donec illi ſic exacta reſtituerint, & de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint competenter.

2 Druidæ in Gallia, olim qui ſacrificia publica & priuata procurabant, & curam religionis ſeu ceremoniarum illorum habebant, tributa vnà cum reliquis ex populo non pendebant, militiæ vacationem, omniúmque onerum habebant immunitatem [c]. Apud Ægyptios, ſacerdotes erant ab omni tributo immunes: imò & à tributis exactis ab aliis, tertia pars illis dabatur ad cultum diuinum, & eorum alimenta: altera Principi: tertia militibus [d]. Quare & terra ſacerdotalis in Ægypto, libera fuit ab omni tributo impoſito terris ob penuriam venditis, quod erat quintæ partis frugum [e].

Et rex Aſſyriorum [f], ſcripſit ſubditis, *Vobis quoque notum facimus, de vniuerſis ſacerdotibus & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathineis, & miniſtris domus Dei (id eſt Eſdræ,) vt vectigal & tributum & annonas, non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.*

Quando Deus iuſſit numerari populum, & capitationem pro ſingulis dari in vſum tabernaculi [g], Leuitæ non fuerunt numerati, ea ratione vt capitationem ſoluerent: ſed alia, vt miniſteria tabernaculi iuxta domos & familias ſuas, exequerentur circa cultum Dei: & loco primogenitorum Iſrael, fuerunt Domino conſecrati & onera in tabernaculo, & poſtea in templo Dei ſubierunt [h].

Nicolaus 3. ad Ludouicum & Carolum reges [i], reprehendit principes, quòd in muneribus & oneribus militaribus, noctu diúque dicerent

a in c. clericis 3. per totum c. de immu. eccleſiarum in ſexto.

b in Clem. ſi. de cenſib. lib. 3. tit. 13.

c. Iulius Cæſar lib. 6. commentariorum de bello Gallico.

d vt ſcribit Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. c. 6.

e Geneſ. c. 47. verſ. 26.

f in lib. 1. Eſdr. c. 7. verſ. 23.

g Exod. c. 30. verſ. 12.

h Numer. c. 1. verſ. 2. & 47. & ſequentib. & c. 2. verſ. 33. & c. 3.

i in c. 19. reprehenſibile, 23. q. 8.



cerent epiſcopos detentos, etiam contra pyratas: quòd hoc alienum ſit ab officio eccleſiaſticarum perſonarum: & quòd perſonæ eccleſiaſticæ non debeant prætextu militiæ temporalis, amoueri à militia cœleſti, quam orationibus debent excolere, iuxta id quod ſcriptum [a], *Nemo Deo militans, implicare ſe debet negotijs militaribus.*

Refertur [b] vindicta de Heliodoro, quòd ex mandato regis vellet aurum etiam creditum ſeu depoſitum intra ſepta templi, accipere: multò magis vindicta eſt expectanda à Deo in principes, qui non ſolùm depoſita in eccleſia: ſed bona ipſius eccleſiæ tollere velint: nam in eo magis templi ſãctitas violatur, & in propriis magis quàm in alienis.

Excommunicantur & nominatim in bulla pronunciata, in cœna Domini Romæ, qui tributa, collectas, & onera eccleſiæ, & eccleſiaſticis imponunt [c].

3 Ratio prior adferri poteſt, ex parte perſonarum eccleſiaſticarum, quæ ſunt honorandæ & non grauandæ à quoquam [d].

4 Alia, quia perſonæ laicorum cuiuſcunque ſint poteſtatis, nullam poteſtatem habent in perſonas aut res eccleſiæ: ideo nec de illis legem ferre, aut diſponere poſſunt [e].

5 Item conſtitutiones regiæ, imperatorum, & aliorum principũ, legibus ſunt poſtponendæ eccleſiaſticis, in his maximè quæ ad perſonas & res eccleſiæ pertinent [f].

6 Nec eſt inuidendum eccleſiæ & perſonis eccleſiaſticis, ſi aliis laicis pugnantibus, tributis & vectigalibus ad reipublicæ munera oneratis, eiuſmodi eccleſiaſticæ res & perſonæ, ſua immunitate & libertate potiantur, quanquam & ipſi in eadem republica ſint, in eodẽ loco: & quanuis in priuilegiis & vtilitatibus publicis ex contributionibus ſuccedentibus participent, & commoditate, defenſione, & beneficio quæ per tributa & vectigalia indicta & ſuper indicta eueniũt, fruantur. Siquidem, quemadmodum eccleſia & perſonæ eccleſiaſticæ immunes ſunt ab oneribus laicorum, & participant nihilominus cõmodis & vtilitatibus illorum: ſic contra perſonæ laicorum immunes ſunt ab oneribus, militia, laboribus, & muneribus eccleſiaſticis: & nihilominus participes ſunt cultus diuini, orationum, & miniſteriorum earum. Sic nutritur corpus reipublicæ per temporalia corporalibus neceſſariis: per ſpiritualia verò verbo, in anima: & ita onera cõpenſantur in vtriſque vitæ modis. Iſti clerici, Deo nobiliori domino quotidie pro ſe, próve populo inſeruiunt, & miniſterium impendunt. Laici in corporalibus onera contrà ſoli ſuſtinere debent, ne eccleſiaſtici duplici onere & miniſterio, corporali & ſpirituali grauẽtur [g]. Quare perſonæ eccleſiaſticæ vtuntur priuilegiis loci vbi degunt [h]. Neque eſt abſurdum, quòd clerici gaudeant beneficiis ſtatutorum populi, licet non ſupportent onera temporalia quæ alij ferunt. Quia ſufficit, quòd ſubeant onera ſpiritualia: vt ſcribit Paulus Caſtrenſis [i], *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ nõ eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt: quare non potiùs nos?* vt dicebat diuus Paulus Corinthiis [k].

a 2. ad Tim. c. 2.

b lib. 2. Machab. c. 3.

c vt habetur in ca. §. qui ve tributa.

d ca. eccleſias, 28. in fine. 23. q. 8.

e c. fin. de reb. eccleſiæ non aliena li. 3. ti. 13. ex Conſilio Lateranenſi ſub Innoc. 3. c. 44. eccleſia S. Mariæ, & c. quæ in eccleſiar. de conſtitutio. cum ſimul auth. caſſa, de ſacroſ. eccl. c.

f can. 1. cum quinque ſequẽtib. 10. d.

g ca. quoniam idem mediator, 8. 10. diſtin.

h c. dilecti. 17. de foro competenti.

i conſilio 300. incipiente, In Chriſti nomine.

k 1. ad Corinthios c. 9. verſ. 11. & 12. & ad Roma. 15. verſ. 27.

7 Ex parte rerum, conſtat, Deo dicatum, non eſſe ad vſus humanos transferēdum [a], ſiue de perſonis ſiue de rebus eccleſiæ agamus [b].

Sic in Lege Dei [c], *omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit ſiue animal, ſiue ager, non veniet, nec redimi poterit. Quicquid ſemel fuerit conſecratum ſanctum ſanctorum erit Domino.*

8 Accidit, vt quemadmodum clericus non tenetur ad pedagia, guidagia, collectas, pro rebus eccleſiæ: ita nec pro rebus ſuis, vel ſui patrimonij, vt liquet ex iuribus ante citatis [d]. Idem dicitur, ſi aliquid donatur vel relinquitur eccleſiæ, vt non teneatur ſoluere, certū quid pro libra, ſecundum ſtatuta quorundam laicorum [e]. Et idem [f], ſi donatio facta fuerit clerico.

9 In libris regum relatum eſt [g], dum aſcendit rex Syriæ Hazael, & cepiſſet Geth, aſcenderétque in Hieruſalem, quòd Ioas rex Iuda tulit omnia ſanctificata, quæ conſecrauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochoſias patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat, & vniuerſum argentum quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: & miſit Hazaeli regi, & receſſit à Hieruſalem, & paullo poſt, velut in vltionem facti, ſcribitur quòd inſurrexerunt ſerui eius, & coniurauerunt inter ſe, percuſſerúntque Ioas in domo Mello, & mortuus eſt.

10 Item bona eccleſiarum deſtinata ſunt publico vſui ſpirituali, & reſeruata non ſolùm in alimoniam pauperum, ſed etiam clericorū, & ad reſtituendum cultum diuinum, ſiquando contingeret à tyrannis opprimi [h]. Quare alienari non poſſunt ab ipſis etiam præpoſitis [i]; neque deputata ad certum vſum diuinum aliis vſibus debent applicari, ſine authoritate ſummi pontificis [k].

11 Sed audiamus Chriſtum Dominum, de tributo ſoluendo ab eccleſiaſticis differentem, apud D. Mattheum [l].

*Et cùm veniſſet*, nēpe CHRISTVS, *Capharneū, acceſſerūt qui didragma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magiſter veſter non ſoluit didragma. 25. ait etiam, Et cùm intraſſet domum, præuenit illum* IESVS, *dicens, Quid tibi videtur, Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributum aut cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis. 26. Et ille dixit ab alienis. Dixit illi* IESVS, *ergo liberi ſunt filij. 27. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primùm venerit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtatērem, illum ſumens da eis pro me & te.*

Certè ab alienis non ſubditis, non poteſt peti tributum & cenſus, quia cùm arguatur, inde ſubiectio [m], non ſubditus non tenetur. Eccleſiaſticæ verò perſonæ, non ſunt ſubditæ poteſtatibus temporalibus, ſed ſummo pontifici, & ab eo commiſſis epiſcopis & præpoſitis [n]. *Nempe, contra Apoſtoli teſtimonium, Rom. 13.*

Soluit & Chriſtus tributum, non ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios [o].

12 Habent & res eccleſiæ ſua onera, à quibus laici liberantur: vt non mirum, ſi eccleſia ab oneribus laicis imminentibus liberanda ſit: debet enim alere clericos, fabricas & ædificia eccleſiarum

a *in c. ſemel Deo dicatum, 51. de regul. in ſex. l. in tātum, §. ſacræ, de rerum diuiſio.* P. *§. ſacræ eo. ti. apud Iuſtinia. l. ædes ſacræ, de contrahen. emptio.* P.
b *Iohānes Andreas ad d. c. ſemel Deo. Panor. ad c. ex publico, de cōuer. coniuga.*
c *Leuit. c. 27. verſ. 28.*
d *& ex c. fi. de vita & honeſt. clericor. & ibi Panor. num. 4. D. Clem. præſenti, de cenſib. c. quanquam, de immuni. eccleſiar. in ſex. Panor. conſil. 6. vol. 1.*
e *iuxta ca. tributum, §. quanuis, 23. q. 8. cum 2. ſequentibus.*
f *inquit Panor. d. c. fi. numero 4. de vita & hon. cleric.*
g *Regum 4. c. 12. verſ. 17. & ſequentib.*
h *ca. futuram, & c. videntes, 12. q. 1. c. quoniam, 16. q. 1. l. ratio, de præbend. l. placet, C. de ſacroſan. eccleſ.*
i *cap. nulli liceat, 12 q. fi.*
k *cap. quia cōtingit, de religioſiſ. domi.*
l *Matth. c. 17. verſ. 24.*
m *c. de cenſib.*
n *l. cùm clerici 25. & conſtitutio, ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleric. toto titu. de foro competent. c. cleros, 21. diſtinct. nouella vt cleri. apud proprios epiſcopos conueniantur.* o *gloſ. in c. magnum, 28. ad verbum* ſoluit, *11. q. 1. & eo. cap. iam nunc, 28. q. 1.*



curare, ſuum præpoſitum nutrire, & prædicatores verbi Dei honorariis donare, pauperes nutrire [a], cultum diuinum ſuis ſumptibus facere, quod pertinet etiam ad luminaria & alia [b], annatas, decimas, & procurationes ſuperioribus dare [c].

13 Refert Gregorius Turonenſis [d], iniurioſum epiſcopum, quindecimum à Martino Turonenſem, Clotharij reſtitiſſe edicto, quo mandauerat vt omnes eccleſiæ tertiam partem fructuum fiſco penderent, & cum ferè omnes epiſcopi ſubſcripſiſſent, eum ſolum denegaſſe, pœnas etiam grauiſſimas minatum ſi bona eccleſiaſtica attrectare pergeret, eóque territum regem, edictum antiquaſſe, & veniam culpę deprecatum.

14 Ius ciuile, rurſum [e], tributariæ vſurpationis contumeliam depellit, & ſtatuit ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, & ne extraordinarium quippiā ab eo tempore, ſuperindictúmve, ab eccleſiis flagitetur, & nulla tranſlatione fatigetur.

Immunitáſque perſonarum datur [f], vt nullus eccleſias, vel monaſteria propria, quæ religionis intuitu clerici habitant, relinquere miſerabili neceſſitate iubeatur.

Iuſtinianus 2 [g]. *ſancimus*, *ſancimus* inquit, *ne vllarum ſacroſanctarum eccleſiarum, & aliarum venerabilium domuum poſſeſſiones ſordida munera, & extraordinarias deſcriptiones ſuſtineant.*

Atque iura ſubmouerunt onera lucratiuarum deſcriptionum, à largitis eccleſiæ ex bonis curialium, ad quæ alij tenentur [h].

Latior deinceps conſtitutio in fauorem eccleſiæ Friderici 2. Cæſaris [i]. *Item*, inquit, *nulla communitas vel perſona publica, vel priuata, collectas vel collectiones angarias, vel perangarias eccleſiis, vel alijs pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere eccleſiaſtica bona præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia vel imperio, emendare contempſerint, triplum refundant, & nihilominus bona imperiali banno ſubijciantur, quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur.*

Idem Imperator rurſum, in conſtitutione nouella, caſſa & ſacroſanct. eccleſ. c. ſtatuit, caſſa & irrita ſtatuta denunciari, omnia ſtatuta & conſuetudines, contra libertatem eccleſiæ eiúſque perſonas, & in contemptores eius nouellę, voluit bona eorum per totum imperium impunè ab omnibus occupari.

15 Sunt poſtremò, vt dictum eſt, res eccleſiæ ſatis oneratæ cenſibus & ſubſidiis auxiliaribus, quæ præſtant ſuis prælatis & ſummo pontifici, vt in ſynodaticis, & auxiliis [k].

In procurationibus ratione viſitationum, & onerum [l].

In quarta decimarum, vel media vel tertia, ſecundum morem eccleſiarum [m], & in aliis iuribus epiſcopalibus, de quibus egimus [n]. Ea tamē lege, vt epiſcopi ipſi, nouū cenſum imponere non poſſint eccleſiis, nec vetus augere, nec taliis aut exactionibus ſubditos onerare [o]:

a *ca. quatuor, ca. de reditibus cano. vulterranæ, 12 q. 2.*
b *ca. nemo, de conſecra. diſt. 1.*
c *c. cōquirente, de offic. ordin. cap. cum ſecundum apoſtolum, de menſib. cum ſimili.*
d *lib. 4. de geſtis Francorum c. 1.*
e *Honorius & Theodoſius, in l. placet, 5. c. de ſacroſanct. eccleſ.*
f *in l. omnes 33. de epiſc. & cler.*
g *in nouella cōſtitutione 131. §. ad hæc.*
h *l. ſancimus, 18. de ſacroſāct. eccleſ. & nouella conſtitutione 131. §. quod ſi res, iunge l. vnicam, de impoñe. lucratiua deſcriptio. lib. 10. C.*
i *in §. itē quæcunque communitas, de ſtatutis & cōſuetud. in colla. 10. poſ. lib. feudorū relata, in l. item nulla communitas, de epiſcop. & cler. C.*
k *c. conquerēte, de officio ordina. c. cum apoſtolis, 6. §. prohibemus, de cēſib lib. 3. c. 39.*
l *c. quanto. 16. c. procurationes, 23. c. venerabili, 24. c. cū Inſtantia 17. de cenſib. c. 1. §. deinde & c. 2 eo. ti. in ſex.* m *ca. antiquos. 10. q. 1. c. conſtitutum, ib. q. 3. c. de quarta, de præſcriptioni. c. eum olim 19. de cenſib. c. certificari, de ſepultur.* n *in explicatione c. conquirente, de officio ordina.* o *d. cum Apoſtolus, 6. § prohibemus, & c. prohibemus 7. c. præterea illi, 8. c. ſignificauit. 13. c. de cætero. de tranſactio. c. auaritiæ, de præbend. ca. nullus epiſcopus grauamen, 1. q. 1.*

ipſum quoque inhibitum patronis eccleſiarum, qui vellent nouum cenſum eccleſiis imponere, vel antiquum augere, quod non licet [a]. Soluebant & Leuitę ſacerdotibus olim partem decimarum: & aliis ſuperioribus, nunc clerici [b]. Sunt & Annatæ, quæ præſtantur ſummo pōtifici, à beneficiorum poſſeſſoribus, & ſunt vacantiarum reditus vel annui vel alterius æſtimationis.

a c. grauius, 15. de cenſib.
b vt in c. 1. & 2. in fine de decimis.

16 Etheluolphus rex Angliæ, epiſcoporum ſuorum aſſenſu, eccleſias & monaſteria in regno ſuo, exemit à publicis oneribus [c]. Quemadmodum & Boleſlaus rex Poloniæ, hominibus eccleſiaſticis, omniū onerum, laborum, & penſionum, regi & reipublicæ præſtandarum, immunitatem ſempiterno iure conceſſit [d].

c vt ſcribunt Guillelmus Neubrigenſis, lib. 2. c. 7. Ranulphus lib. 5. Polichronicōn c. 30.
d Cromerus li. 3. rerum Polonorum.

17 Sunt qui arbitrentur, caſus eſſe, quibus vtroque iure diuino & humano, eccleſiaſtici & eorum bona, & eccleſiæ, locáque pia, tributis, collectis, & vectigalibus, oneribúſque & perſonalibus & realibus ſeu patrimonialibus, onerari poſſint à principibus temporalibus.

Et in primis in caſu neceſſitatis vrgentis dicunt regem poſſe bona eccleſiæ capere, quemadmodum Ioas rex Iſrael [e]. *Tulitque omne aurum & argentum & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris regis & obſides, & reuerſus eſt in Samariam.*

e 4. Reg. 14. c. verſ. 14. 16.

18 2. Item exemplo Ezechiæ regis Iuda, qui metu Scenaſcerib regis Aſſyriorum, pacem & ſubiectionem offerens, vtque ſolueret eidem indicta per ipſum tributi nomine trecenta talenta argenti, & triginta talēta auri, dedit omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in theſauris regis [f].

f 4. Regum, c. 18. verſ. 14. 15. 16.

19 3. Sed & 1. Regum c. 8. inter iura regum, eſt, tributorum impoſitio maximè in caſu neceſſitatis, quāuis aliis quàm regibus, non concedatur, vt dicemus ſuo loco [g].

g c. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignif.

20 4. Scriptum, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, idcirco enim præſtatur tributum vt ſubiectio probetur [h].

h Paul. ad Ro. c. 13. c. 2. de cenſib. apud Greg.

Facit quod ex Diuo Ambroſio adfertur, in ca. ſi tributū, 27. & ſeq. Magnum quidem xi. q. 1. *Si tributum petit Imperator, non negamus, agri eccleſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat Imperator poteſtatem habet vendicandorum. Tollant eos ſi libitum eſt: Imperatori non nego, ſed non dono.* Rurſum [i]. *Magnum quidem eſt & ſpiritale documentum; quo Chriſtiani viri, ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti: nequis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum Filius Dei ſoluit* [k], *quis tu tantus es qui non putes eſſe ſoluendum?* & Vrbanus Papa [l]. *Tributum in ore piſcis piſcante Petro inuentum eſt: quia de exterioribus ſuis quæ palàm cunctis apparent eccleſia tributum reddit. Nō autem totum piſcem iuſſus eſt dare, ſed tantùm ſtaterem qui in ore eius inuentus eſt. quia non eccleſia dari imperatori, non pontificalis apex qui in ore capitis eccleſiæ præminet ſubijci poteſt regibus: ſed ſanè vt diximus quod in ore piſcis inuenitur pro Petro & Domino dari iubetur: quia de exterioribus eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitus eſt, pro pace & quiete: quia nos tueri & defenſare debent, imperatoribus perſoluendum eſt.*

i & in commētarijs ad c. 5. Lucæ lib. 4. c. penul.
k Matth. 17.
l in cano. tributum, 22. ſub. 23. q. 8.

Iterum D. Ambroſius ad Marcellinam ſororem [m], conuenior ipſe à comi-

m epiſtola 33. & in ca. 21. cōuenior, 23 q. 8.



*tibus & tributis, vt baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure ſuo vti, eo quòd in poteſtate eius eſſent omnia. Reſpondi, ſi à me peteret quod meum eſſet, id eſt fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia quæ mea ſunt eſſent pauperum: verùm ea quæ diuina ſunt imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta, &c.*

21 5. Diuus Auguſtinus [a], docet iure humano, & Imperatorum, & regum etiam, eccleſias vt alios quoſlibet poſſidere temporalia, & dicere hoc meum, hoc tuum. Quare, inquit, *nolite dicere, quid mihi & regi? nam, quid tibi ergo & poſſeſſioni? aliter noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa iura humana renunciaſti, quibus poſſidentur poſſeſſiones.*

a tractatu 6. ad c. 1. Iohannis, relatus in ca. 1. quo iure, 8. diſtinct.

22 6. Non omnia quæ eccleſiæ ſunt, cenſentur immunia à cenſibus & tributis, ſed tantùm manſus, domus, & horti quæ iuxta eccleſiam ſunt [b], *atque ſancitum eſt vnicuique eccleſiæ vnus manſus integer abſque vllo ſeruitio attribuatur: & presbyteri in eis conſtituti non de decimis atque oblationibus fidelium, nō de domibus, neque de atrijs vel de hortis iuxta eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſeruitium faciant, præter eccleſiaſticum, & ſi aliquid amplius habuerint inde maioribus ſuis vel alias ſenioribus debitum ſeruitium impendant.*

b in c. 1. de cenſib. quod ſumptum, ex conſilio Vormacenſi c. 50. cuius verba in c. 25. ſancitū eſt, 23. q. 8.

23 7. Probare videtur ex Gregorio I. ſummo pōtifice [c] Tricenſi epiſcopo. *Fraternitas,* inquit, *tua, nullum per noſtræ vel eccleſiæ ſuæ nomen, vel alio modo, excuſari à murorum vigilijs patiatur: ſed omnes ad hoc generaliter compellantur: quatenus cunctis vigilantibus melius valeat ciuitatis cuſtodia procurari,* quod exiſtimant aliqui, & vt ferè omnes, & Panor. intelligi de clericis eccleſiæ, vt in caſu neceſſitatis vrgentis, poſſint compelli ad cuſtodias & vigilias vrbis tempore imminentis belli, ſi neceſſitas immineat eccleſiæ & aliis: ita ſi reſpiciat communem vtilitatem & neceſſitatem, quanuis verè textus non loquatur de perſonis eccleſiaſticis clericis, ſed de his qui ſunt ſubditi eccleſiæ, quia de clericis & eccleſiaſticis contrarium expreſſe deciſum [d] & ſimilibus ſupra citatis, & [e], *nemo militans debet ſe implicare negotijs ſecularibus:* nec ſunt ſubtrahendæ perſonæ eccleſiaſticæ functionibus ſpiritalibus, vt relictis illis inſeruiant corporalibus armis, perſonaliter maximè: plus enim in belli tempore poſſunt prodeſſe excubiæ & vigiliæ orationum, quàm arma corporalia: ſunt enim mediatores Dei & hominum clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ, quæ poſſunt plus prodeſſe ciuitati orando, quàm pugnando. *niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilant qui cuſtodiunt* [f].

c c. 2. de immunitate eccleſ. li. 3. tit. 49. vbi Gregorius I.
d in c. reprehēſibile, 23. q. 8.
e c. 2. 1. ad Timotheum.
f Pſalmo 126. verſ. 1.

Et dum pugnabant filij Iſrael contra Amalec, interim orabat Moyſes, dúmque leuaret manus ad Deum, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec [g].

g Exodi c. 17. verſ. 11.

Neque in illa vrgentiſſima neceſſitate belli, qua populus Iſraeliticus conſtringebatur in deſerto, inter inimicos armatus obambulans, vnquam leuitæ & addicti miniſterio & cultui diuino, connumerati ſunt inter ordines militares [h], quanuis ſeorſum numerati ſunt,

h Numerorum c. 1. 2. 3.

non ad bellum ſed ad obeundum miniſterium Dei. Et in Lege quidē diuina [a], in exercitu ſacerdos ante aciem, antequam pugna cum inimicis ineatur ſtare iubetur, non vt pugnet, ſed vt hortetur pugnaturos, viriliter agere, & ſpem in Deo nō in brachio carnis, aut in multitudine ponere.

a Deuter. c. 20. verſ. 2.

Scio bellicis noſtris temporibus ciuitatum principes, nihil aut parum indulſiſſe priuilegio obſequij diuini, prætextu quòd ageretur de ſalute communi, & eccleſię & ciuitatis & religionis, contra hereticos, atque ideo oneraſſe perſonas eccleſiaſticas & eccleſiæ bona, perſonalibus & realibus oneribus, & compuliſſe ad præſtandā militibus hoſpitia, & ipſoſmet clericos atque regulares qui non minus quàm piſces ſine aqua extra clauſtrum eſſe debent, ad arma capienda impuliſſe, quæ certè aliqui vltro ſe offerentes, ad libertatem carnis ſumpſerunt. Sed quid inde conſequutum fuerit vtilitatis etiam, vidimus. accidit enim vt exigua ſcintilla religionis, quæ in eccleſiarum ſeptis conſeruata erat, ab irruptionibus hæreticorum, propemodum extincta fuerit: & qui adhuc ſtabant in cultu Dei, emancipati, mores militares armatæ militiæ didicerunt, & cœleſtis militiæ arma obliti fuerunt.

*Nulla fides quippe pietáſque viris, qui caſtra ſequuntur.*

Quot inde euaſerint irregulares, quot apoſtatæ, quantum ſit diminutum diuinum obſequium, & conſequenter, diuinum quantum nobis ſubtractum fuerit à Deo auxilium, heu miſeri res ipſa & infœlices caſtrorum ſucceſſus, teſtātur nobis ſilentibus. Oportet Deum placare orationibus & ieiuniis, & eos qui tenentur ad id ex profeſſo iubere, ſuas in eo partes ſeriò agere, quorum arma ieiunia & orationes: non autem expedit, nobis ipſis eadem auxilia per ſubtractionem factam Deo ſuorum ſeruorum, eius indignationem & iram vehemētius prouocare. plus enim nocent nobis ita cum ira Dei militantes, cùm poſſint orando eum placare & pacem cum eo impetrare, ex qua pax facilè cum hominibus ſequitur.

Malum peſſimum in republica, ordines confundere: munera à Deo diſtincta promiſcuè habere, non ſecus ac in corpore humano, velle pedes ad ſuum officiū caput compellere, aut corpus animam ſuis legibus adſtringere, facere vt lux ſint tenebræ, cœlum terra miſceatur, & vt religio politiæ, non politia religioni inſeruiat.

Scio certè maiorem harum tributorum & exactionum partem, in eccleſias & eccleſiaſticos factam non tam neceſſitate quàm inuidia populi, qui cum inter diuinum & humanum non nouit aut non vult conſtituere differentiam, modulo ſuo Dei opes & ei inſeruiētes vult metiri. vnde prouocatur ira Dei vindicantis iuſtis iudiciis ſacrilegis huiuſmodi: ſcitum enim illud, *qui vos ſpernit me ſpernit* [b], dictum de mancipatis eius miniſterio.

b Lucæ c. 10. verſ. 16.

Durum certè eſt, Deo dicata ab eius cultu ſubtracta, in profanos quantumuis publicos vſus transferre, cùm ſacrilegium propemodum dicatur.

At durius, ipſas perſonas eccleſiaſticas, ad cuſtodiam portarum reuocare, & ad excubias inter perditiſſimos milites ordinare. quod exiſtimo nunquam Gregorium I. in c. 2. de immunita. eccleſiarum permiſiſſe,



miſiſſe, neque de illis locutum. hoc enim mihi repugnans videtur eccleſiaſticæ dignitati & functioni, quicquid cauſētur & excuſationem quantumuis in peccato quærant quidam, ex neceſſitate.

Quare quidam dixerunt, quòd nec papa potuerit ita ſtatuere, aut contra libertatem eccleſiæ quæ de iure diuino eſt, venire, aut diſpenſare [a]. Nec dico, ſe & ſua defendere eſſe prohibitum contra inuadentes, imò & permiſſum aſſero, neque vllam irregularitatem eccleſiaſticam perſonā inde incurrere, aut homicidij reatū [b]: ſed dico, indignū eſſe tanto miniſterio clericis cōmiſſo, vt ipſi huic muneri cuſtodiæ, & poteſtate laicali cōpulſi adiudicētur. bona enim eſt defēſio reipub. & omnibus cōmunis, nec ex eo capite reprobari forſan poſſet in extrema neceſſitate: ſed bona deſinit eſſe, dum à laicis perſonis, eccleſiaſticis vel ipſi eccleſiæ imperatur [c]. Sed & ad c. 2. peruenit, de immuni. eccleſiarum adferuntur à Panor [d], quatuor intellectus, primùm, quod illud c. intelligatur obtinere in terris, in temporalibus eccleſiæ ſubiectis 2. quod loquatur ſecundum illa tempora quibus ciuitas Trecenſis opprimebatur, ab infidelibus & inimicis, vt ibi notat Innocent. & imminebat timor ſubitaneus & improuiſus. Itē 3. quod nō loquatur de perſonis eccleſiaſticis, ſed de eorum ſeruis, de quibus in ca. eccleſiarum ſeruos, 12. q. 2. qui gaudent alioquin ſine vrgente neceſſitate, immunitate [e], eſſe iuſſum ſummi pontificis & epiſcopi: vt liquet ex textu, nec id factum authoritate laicali fuiſſe.

24 8. In caſu neceſſitatis, ad contributiones pro vtilitate reipublicæ, eccleſiarum bona & eccleſiaſticarum perſonarum vocari colligunt, ex eo quod bona eccleſiæ ſunt addita, vt oppreſſos & captiuos redimat, pauperes iuuet [f], multo magis pro defenſione patriæ, ex qua proſpicitur & præcauetur, ne captiui fiant & pauperes. ſatiùs enim eſt damnum præuenire, quàm poſt vulnus acceptum, remedium quærere [g].

25 9. Cæſares quoque certos caſus propoſuerunt, in quibus & voluerunt ad collectas ipſas eccleſias & domos Auguſti & Auguſtæ, eorúmque bona contribuere, vt ſi quando ſternendæ eſſent viæ publicæ, aut pontes noui inſtituendi, aut inſtituti reficiendi eſſent, ſi quid habent in ea ciuitate aut loco vbi talia opera fiunt [h], quæ & trahuntur ad muros ciuitatis, puteos publicos & ſimilia [i], & ita pronunciatū ſæpe in ſenatu Pariſienſi [k].

Subiiciuntur & naues eccleſiarum, tranſuectionibus publicarum ſpecierum, ſiue exceptione religionis, à Theodoſio & Valentinia [l].

Item angariis & parangariis, & aliis oneribus expeditionis, plauſtrorum præbendorum [m]. Simul & canonicę illationi [n].

Muneribus quoque patrimonialibus, quæ ratione poſſeſſionum præbentur, dicuntur obnoxij imperatori & regibus, ex prædiorum poſſeſſionibus clericio.

Accedit & Gratiani reſolutio p, cuius verba, *hinc datur intelligi quod de his quæ imperiali beneficio, vel à quibuſlibet pro beneficio ſepulturæ eccle-*

a per c. literas, de reſtitutio. ſpolia & ibi gloſſa iuxta textū in c. à nobis, de decimis, & ibi per abbatem & alios, c. cum ad monaſteriū de ſtat. regul. vt tenet Richard. in 4. ſententiarum diſtinct. 28. articu. 4. Alexan. de Alex. in 3. parte, q. 50. membro 2. art. 3.

b c. 2. de homicidio c. vni. eo. titu. in ſex.

c ca. bene quidem. 96. d.

d conſi. 3. vol. 1.

e l. 2. c. de epiſco. & cler. Ad do. 4 ibi.

f ca. ſacrorum, c. ſicut, ca. aurū, ca. gloria epiſcopi, 12. q. 2. l. ſancimus, c. de ſacroſanctis eccleſ.

g l. f. c. in quibus cauſis in integ. reſtitutio nō eſt neceſſaria. l. 1. c. quādo liceat ſine iudice ſe vindica.

h in §. ad hæc ſancimus, nouella 131. in l. ad inſtructiones, 7. c. de ſacroſa. eccleſ.

i per gloſſ. ibidem.

k vt refert Papus lib. 5. rhapſodiæ areſtorū ti. 11. areſt. 16. 17. 18. 19.

l in l. iubemus nullam, 10. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 2. c. de nauibus non excuſandis. m in l. neminem ab angarijs 11. C. de ſacroſanct. eccleſ. n in l. placet. 5. de ſacroſanct. eccleſ. C. o in ca. ſi quæ cauſa, 26. §. f. 11. q. 1. cui adſtipulatur, ca. ſi tributum, eadem 11. q. 1. p in c. ſancitum, 25. § f. 23. q. 8.

*ſia poſſidet, nullius iuri niſi epiſcopi teneatur obſtricta, de his verò quæ à quibuſlibet emerit, vel vinorum donationibus acceperit, principibus conſueta debet obſequia: vt & annua eis perſoluat tributa, & cōuocato exercitu, cum eis proficiſcatur ad caſtra. Quod tamen hoc ipſum non ſine conſenſu Romani pontificis, fieri debet.*

a *lib. 1. areſtorum titu. 5. arti. P.*

26 Referuntur à Iohanne Papone[a], areſta aliqua hac de re, quorum vno ſenatus Pariſienſis ſtatuit, per prouiſionem, anno 1388. vt decanus & capitulum Nouioduni *(Noyon)* & curiones eiuſdem ciuitatis conferrent ad reparationes ciuitatis, non autem epiſcopus. alio, quo etiam aduerſus eccleſiaſticas perſonas Cæſaromagi, *(Beauuais)* idem dictum & pronunciatum: & vltra, quod etiam tenerentur ad cōtributionem, non ſolùm reparationis dictorum, ſed etiam ad ſtipendia præfecti militibus ſeu capitanei ibi poſiti. Et rurſum idipſum ſtatutum anno 1394. contra decanum & capitulum Aulercorum, *(d'Ebreux)* ratione murorum, fortificationum & prędictorum ſtipendiorum præfecti militaris.

b *lib. 5. areſtorum ti. 11. areſt. 15.*

Sunt alia areſta apud eundum Paponem[b], quibus ſtatuitur, compelli poſſe, & teneri perſonas eccleſiaſticas, ad contributionem ſtipendiorum præſidij, ſeu militum qui ſunt in præſidio vrbis, & ad neceſſaria pro victu ( vocant *aduictuaillement)* vrbis, in qua reſident. & ob id poſſe cogi per captionem ſuorum temporalium. Sícque iudicatum cōtra capitulum eccleſiæ Lugdunenſis, 28. Maij, 1369. & iterum pro conſulibus Sanctiflorij Aluerniæ contra epiſcopum & eccleſiaſticos eiuſdem ciuitatis, propter l. f. C. de quibus muneribus vel præſtationibus, liceat ſe excuſare. lib. 10. C. ti. 48. propter verba, *nulla perſonali dignitate excepta:* omnes teneri ad inſtructionem pontium & ad comparationem frumenti, aliarúmque ſpecierum. quæ tamen verba non pertinent ad perſonas eccleſiaſticas, de quibus nulla ibi mentio. quanquam exprimantur in citata l. ad inſtructiones, de ſacroſ. eccleſ. & in l. abſit, de priuileg. domus Auguſtæ lib. 11. C.

Fuerunt & condemnatæ 7. Octobris 1550. perſonæ eccleſiaſticæ ciuitatis Bithurigum, ad contributionem reſtaurationis murorum, pōtium, itinerum, hoſpitalium pauperum, & peſte affectorum, & ſalariorum doctorum regentium, & neceſſariorum academiæ eiuſdem ciuitatis: declaratæ tamen immunes & exemptæ à contributione ſtipendiorum præpoſiti, & ſatellitum eius negotiorum politicorum, horologiorum publicorum, & aliorum ſuperius non expreſſorum, vt refert idem Papus[c].

c *lib. 5. areſtorum ti. 11. areſto. 19.*
d *lib. 33.*

27 10. In caſu neceſſitatis & bellorum, contributum olim etiam à ſacerdotibus alioquin immunitatem habentibus indicat Liuius[d], tum enim de triumuiris epulonibus primùm factis. Sed magnum certamen inquit, cum omnibus ſacerdotibus eo anno fuit quæſtoribus vrbanis Q. Fabio, Labeoni, & L. Aurelio pecunia opus erat, quod vltimam penſionem pecuniæ in bellum collatæ perſoluere placuerat priuatis. quæſtores ab Auguribus pontificibus, quod ſtipendium per bellum non contuliſſent à ſacerdotibus. Tribuni nequicquam appellati, omniúmque annorum per quos nō dederant, exactum eſt, non obſtante prouocatione illorum ad tribunos, & allegatione priuilegiorum



uilegiorum à Numa & primis conſulibus, conceſſorum.

Quin & conſtat ſenes & ſacerdotes perpetuam militię vacationem habuiſſe, à qua tamen excipiebatur Gallicus tumultus, vt aiunt Plutarchus[a], & Appianus[b].

a *in Camillo.*
b *lib. 2. de bellis ciuilib.*

Atque Sylla Athenas oppugnans, pecuniæ indiguus, ex omnibus illuſtribus templis & oraculis quæ in ea terra erant, iuſſit donaria ad ſe ſacráſque pecunias deferri. Atque in Delphicis theſauris expilandis cauillo vſus. Nam cùm inde ſignificaretur, auditam fuiſſe in templo citharam, tantum abfuit vt ex illa re fuerit vlla homini incuſſa religio, quin ad Caphim quem ea de cauſa ad Delphos miſerat, quíque ea per literas ſignificabat, reſcripſerat: Mirari ſe quid eſſet quod non auderet pecuniam Delphicam contingere, ad quam tollendam ipſe Deus hilaris, atque citharæ concentu inuitaret, vt refert Sabellicus[c].

c *libro 3. Ennead. 6.*
d *in l. fin. §. patrimoniorū autem. de muneribus lib. 50. P. ti. 4.*

28 11. Arcadius Iuriſconſ[d]. ait, patrimoniorum munera duplicia eſſe, quæ ſumptibus patrimonij & damno adminiſtrantis expediūtur. Nam quædam ex his muneribus poſſeſſionibus ſiue patrimoniis indicuntur, veluti agminales equi, & mulæ, & angariæ atque verhedi: quæ obſequia, qui neque municipes ſunt, neque incolæ ſunt, adgnoſcere coguntur ſi habent bona vbi petuntur: & ab huiuſmodi muneribus, neque primipilarem, neque veteranum aut militem, aliúmve qui priuilegio aliquo ſubnixus ſit, *neque pontificem excuſari.*

e *in l. ab his oneribus, 10. de vacatio. & excuſa. munerum. l. eod. lib. 50. ti. 5.*
f *in l. ſunt munera 11. eo. ti.*

Conſentit Paulus Iuriſconſ[e]. *Ab his oneribus*, inquit, *quæ poſſeſſionibus aut patrimonio indicuntur, nulla priuilegia præſtāt vacationem.* & Hermogenian. Iuriſ[f]. *Sunt munera quæ rei propriæ cohærēt de quibus neque liberi neque ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem, vt eſt prædiorum collatio viæ ſternendæ, angariorúmve exhibitio, hoſpitiſque ſuſcipiendi munus, (nam nec huiuſquiſquam excuſationem, præter eos quibus principali beneficio conceſſum eſt, habet.) Et ſi qua ſint præterea alia huiuſmodi.*

g *ad verbum* pontifex *in d. l. fin. §. patrimoniorum, de munerib. & honor.*

Addit gloſſ[g]. *ergo neque clericus, neque eccleſia immunes ſunt ab his muneribus & collectis patrimonialibus, quia vt prædia poſſideant, à lege humana eſt: ſed quod eccleſia, & pro ea clericus ius decimationis & primitiarum habet, hoc eſt à lege Dei, & ideo principi pro ſuo epiſcopo ſubſit vt hic, & C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ad inſtructiones, l. ſacroſancta & c. de epiſcop. & clericis, l. de his & in authen. de alien. & emphy. §. ſi verò quis, colla. 9. & de eccleſiaſticis titulis, §. ad hoc, ead. colla. 9. & in decreto, 11. q. 1. can. ſicque & ca. cum ergo. & ca. ſi tributum & ca. magnum quidem eſt.* hæc ibi gloſſa.

h *l. 1. & f. C. de legib.*
i *l. 1. de ſacroſanct. eccleſ. C. ca. Conſtantinus 96. diſtinct.*
k *in c peruenit c. de immu. eccleſia.*
l *l. vnic. §. pro ſecundo de cadu. tollen. c. l. f. §. ſed cum, de furt. C. cum ſimilib. vulgaribus.*

29 12. Poteſt 12. accedere, quod eius eſt legem interpretari, cuius eſt condere[h].

Princeps autem condidit legem, qua licet eccleſiæ relicta temporalia retinere, & ei legare[i].

30 13. Facit, quod in negotiis quæ ad communem vtilitatem pertinent, æquum ſit, vt perſonæ eccleſiaſticæ ad quas pertinet quoque commodum, contribuant: vt expreſsè videtur deciſum contra perſonas eccleſiaſticas, éa ratione[k], in cuſtodia murorum, quæ omnes & illos reſpicit. & iuxta regulam generalē, quod non ſit ferendus is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ſubire recuſat[l].

31 Quæ omnia, certè vim maximam habent ad tria capita

reducta præcipua,nempe,conſiderata poteſtate regis, neceſſitate, & rerum temporalium qualitate regi,temporalia &res temporales ſubiectæ ſunt,& diſpoſitio in poteſtatis regis & aliunde,ſæpe neceſſitas, quod non eſt in lege licitum,efficere poteſt licitum[a],amariſſimæ leges neceſſitatis,quæ promiſerunt Dauidi fugienti à facie Saulis & eſurienti,edere de panibus propoſitionis, de quibus aliis quàm ſacerdotibus,non licebat participare[b].

a c. quod nõ eſt de regu.iur. apud Gregor. c. 2.de obſeru.ieiunior.c. quanto,de cõſuetud.
b 1.reg.c.21.

Effecit neceſſitas oblatę mortis ab inimicis, vt contra præceptum legis Sabbatho etiam pugnauerint Machabei 1. Machab.2. di. c. quod non eſt licitum.ca.ſi nulla 23.q.f.fecit fames,vt etiam excuſarẽtur diſcipuli Chriſti, quod ſpicas aliorum vellerent ſatorum & ederent[c].

c D. Mathei. c.12. D. Lucæ c.6.

Quamobrem & non erit forſan alienum à Dei permiſſione, propter vrgentem neceſſitatem imminentis hoſtis, iam obſidentis ciuitatem & mox ingreſſuri,ſi,&bona eccleſiæ & perſonę quędam defenſionibus accommodæ rogentur,& adhibeantur, & quo caſu non patitur tempus conſilium deferri atque à ſummo pontifice peti authoritatem,& forſan impoſſibile eſt, ſuperiores in hac parte intercluſo itinere adire.hic enim verè non eſt contemptus necDei nec eccleſię, quia eo animo non fit vt iniuria cultui diuino inferatur &eius bonis, quæ certè ſi fieri poſſit reſtitui ei debent. Et ſi fieri item poſſet, conſulendum eſſet, etiam in ſummis illis neceſſitatibus & periculis vt presbyteri aliæque perſonæ eccleſiaſticæ, dum alij arma tractarent, orationibus & lachrymis in eccleſia vacarent, cùm à Deo vera, cita, & certior haberi poſſit victoria,& facilis liberatio.ſicque melius ſucceſſura mihi videtur cuſtodia ciuitatis, ſi iuſtitio etiam indicto, clerici in eccleſia ſuos cœleſtis militiæ teneant ſtrenuè ſpirituales ordines & arma ſpiritualia diligenter tractent.

Quod ſi ſummus pontifex poſſit non vrgente neceſſitate adiri melius agetur,ſi conſenſus eius obtineatur,vt antè dixi,alioquin verè dicendum nec perſonas nec bona eccleſiæ onerari poſſe nouis vectigalibus vel tributis aut talleis,facilè autem ſummus pontifex cõcedere debet ſi ei conſtet de oppreſſione populi,de paupertate & neceſſitate laicorum.

32 Non enim impugnãtur leges imperatorũ &regũ,ex eo capite, quod iniuſtè dici mereãtur ob cauſas ex quibus ad cõtributionẽ dicũt teneri eccleſias:illæ enim ſũt iuſtiſſimę &ſanctiſſimę, & quę mouere debent eccleſiam ad ſubuentionem laicorum in iis neceſſitatibus.Sed reiiciuntur eo quòd diſponant laici de rebus eccleſiæ &leges de illis conſtituant,bonas quidem,ſed ſine poteſtate qua deſtiuuntur in rebus & perſonis eccleſiæ, quæ alterius ſunt poteſtatis & iuriſdictionis[d].Nec maior eſt defectus quàm poteſtatis.Et iuriſdicenti extra territorium,impunè non paretur[e].

d ca bene quidem.96. diſt.c. f.de reb. eccleſ. non alien.
e l. f. de iuriſ. omn.iud.P.

33 Neceſſitas aliquando Ludouicum 2.regem Siciliæ & comitem prouinciæ, propter exitioſum bellum illatum à nepote Carolo Duratio,qui ius in regno Neapolitano prætendebat, prætextu cuiuſdam iuris ſibi ceſſi à Ludouico rege Hungariæ conſobrino coegit imponere eccleſiæ iure auxilij &ſubſidij etiam contributiones,nõ obſtãte conſtitutione



conſtitutione Friderici Imperatoris[a].

a item nulla communitas,de epiſcop.& cleri. C, Papus refert lib.5. areſtorum,ti.11. areſto illo celebri finali.

34 Verùm cum neceſſitate, & conſenſu ſuperioris, vbi dilatio locum habet,& accedere debere docet c.2.de immunit.eccleſiarum, quod quidem non dicit potuiſſe laicos eccleſias compellere ad cuſtodiam murorum, ſed ex authoritate ſummi pontificis ita factum & per archiepiſcopum recenſem, cui poteſtas delegatur cogendi pro neceſſitate,eccleſiarum perſonas.

Sed & in caſu neceſſitatis, vbi facultates laicorum exhauſtæ ſunt, poſſe ex conſenſu perſonarum eccleſiaſticarum aliquid exigi auxilij nomine, iam placuit conſilio Lateranenſi generali: quod, quamuis prohibuerit propria laicali authoritate exigi vel imponi, tamen ex conſenſu epiſcopi permiſit alibi[b] tribus concurrentibus, vt notat Panor[c]. primo quod ipſam collectam deliberet epiſcopus cum clero, quia in his quæ totum clerum tangunt, non ſufficit epiſcopum habere conſenſum tantum ſui capituli, ſed requiritur & totius cleri. quia neque epiſcopi ex arbitrio poſſunt onerare ſibi ſubditos[d], & quòd omnes tangit ab omnibus probari debet[e].

b in ca.non minùs, 4. de immunit.eccleſ.
c ibidem lib.5. num.5.
d cle.2.in fine, de cenſib. lib.3. tit.13.
e regula iur. quod omnes.

Ex quo occurritur colluſioni quorundam epiſcoporum, qui cum principibus & laicis auidis ad colligenda, vel melius rapienda bona eccleſiaſtica,poſſent temerè auxilia illa principibus vel communitatibus contra clerum permittere.

Sed & in eo conſulitur ipſorum epiſcoporum ſecuritati, qui alioquin ſi ex illorum ſolo conſenſu hæc contributio penderet,non auderent poteſtatibus armatis illa ſubſidia ita facilè negare prout facient cùm ab ipſis ſolis non pendere docebunt, ſed à toto clero, cui indulta ſunt iure diuino & humanò illa priuilegia immunitatis.

Secundò requiritur, quòd iſta ſubſidia petantur & ſoluantur imminente maxima neceſſitate, vel vtilitate ciuitatis vel regni ſuadente.

Tertiò quòd facultates laicorum,non ſuppetant.

Quartò hodie requiritur quoque quòd conſulatur ea de re ſummus pontifex, ex alio conſilio Lateranenſi[f].Quod habere poteſt rationem,quia tanta eſt hodie audacia & inuidia,& vt textus loquitur,[g] impertinentia laicorum, vt facilè vel minis vel coactione, clerum ad conſentiendum compellere poſſent,etiam ſine neceſſitate vrgenre. & proinde ſub pœna excommunicationis, ne id fiat inconſulto pontifice,vetitum eſt.

f in c. aduerſus 7.de immunita.eccle.
g in d. c. aduerſus.

Alia ratio,quòd hoc priuilegium immunitatis, toti clero & in fauorem ordinis fuit conceſſum: & proinde à ſingularibus clericis, etiam in ſui præiudicium renunciari non poteſt[h]. ideo requiritur conſenſus ſummi pontificis, qui cauſa cognita, ex iuſto poteſt diſpenſare.

h c.ſi diligenti de foro compet.

Sed & Panor[i]. *Putarem*, inquit, *tamen quod vbi tanta neceſſitas immineret,quod non poſſet ſine aliorum ſcandalo & periculo, haberi priùs recurſus ad Papam quod ſufficeret tunc deliberatio epiſcopi & clericorum,argum.l.tutor qui repertorium. De adminiſtratio.tutor*[k]. *Tutor qui repertorium non fecit quod vulgò inuentarium appellatur*, inquit Vlpian. *dolo fe-*

i ad c. non minùs,num.19.de immun. eccleſ.
k lib.26.tit.7.

*ciſſe videtur: niſi forè aliqua neceſſaria, & iuſtiſſima cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit.*

Notat & idem Panor.[a] diſpoſitionem [b], nempe vt requiratur ſummi pontificis authoritas ad imponendas contributiones rebus & perſonis eccleſiaſticis, quando expenſæ faciendæ eſſent ad communem vtilitatem rerum propriarum eccleſiæ, & laicorum, vt ſi latrunculi vel hoſtes vaſtarent vel vaſtaturi eſſent res proprias eccleſiæ, tunc enim deberet eccleſia contribuere, ſed non ad ſolam deliberationem laicorum. vnde inquit, ad hoc pondera, quod cùm ad hæc onera poſſeſſiones non ſint obligatæ: ſed collecta eſt imponenda perſonis contemplatione rerum, oportet quod clerus & populus principaliter conueniant, & deliberent ſuper hac exactione redimenda, nec totius populi deliberatio obligabit clerum, nec contrà. cùm enim agatur de vtilitate vtrorumque, oportet & vtrorumque conſenſum interuenire, & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari [c]. In ſimilibus etiam concernentibus clerum & populum, vtrique debent vocari [d]. Si tamen clerus nollet abſque cauſa legitima conſentire, populus poterit officium ſuperioris eccleſiaſtici implorare, vt cogat clerum ad conſentiendum & contribuendum [e].

35 Forſan excuſari poterit ob neceſſitatem factum Ioas & Ezechię, vt ſupra proponitur argumento 1. & 2. quamuis Ioas malè perierit necatus à ſeruis [f]. Ezechias autem, præſumitur reddidiſſe quæ acceperat à templo Domini, quia poſtquam liberatus eſt ab obſidione Scennacherib, fertur valde ditatus & theſauros congregaſſe, eo quòd etiam & ipſe de cultu Dei & alimentis Leuitarum, valde legatur fuiſſe ſollicitus [g]. Neque etiam quod per perturbationem factum eſt, imitandum eſt [h], dum agit de facto Loth dum obtulit filias ſtuprandas, vt conſeruaret hoſpitum pudicitiam.

36 Nec obeſt quod 3. l. & quarto loco adferebatur ad ius regis pertinere vectigalia, & onera rebus imponere & perſonis, & quòd omnis anima poteſtatibus ſublimioribus debet eſſe ſubiecta. Nam hæc vera ſunt quidem, & poteſtas regibus data hæc eſt, ſed in perſonas tantùm ſibi ſubiectas, non in alias, puta alterius regni & ſubiectionis: de idoneis enim diſpoſitio intelligitur [i].

Sublimior poteſtas imperatoris & regis dicitur, inter eos qui temporalia ab illis ſuſcipiunt: at excellentior in ſpecialibus ordo eccleſiaſticus, qui imperatori non ſubiicitur [k]: imò omnes principes ſubiici debent ſacerdotibus & epiſcopis, dicebat D. Petrus [l].

37 Reliqua verò quæ citantur, in temporalibus, principem ſecularem poteſtatem habere imponendi & exigendi tributum, etiam ſi ab eccleſia vel eccleſiaſticis poſſideantur, egent diſtinctione, & bonorum, & exactionum, ſeu munerum impoſitorum, aut petitorum.

Non enim poſſident eccleſiæ aut clerici bona vnius generis, aut eodem modo aut iure. Sunt enim quædam poſſeſſa ab eccleſia iure diuino aſſignata, vt primitiæ, decimæ, oblationes, quæcunque de propriis & licitis rebus eccleſiæ à fidelibus offeruntur. poſſidet autem nomine Dei cui offeruntur pręcipuè in ſignum ſuperio-

a *ad d. c. non minus, num.* 10.
b *c. aduerſus.*
c *clem.* 1. *de ceſib. c. ad hoc, de offic. archidia.*
d *in c. fi. de feriis. c.* 1. *de Cenſib.*
e *vt in ſimili in c. nullus de iure patrona.*
f 4. *Reg. c.* 14.
g 2. *Paralip. c.* 31. *&* 32.
h *ca. quod ait,* 34. *diſtinctio.*
i *l. vt gradatim, de munerib. & honorib.* P.
k *in c.* 1. *illud* 5. *c. ſolitæ* 6. *de maiori. & obedien. lib.* 1. *decret.* 31.
l *c. omnes principes,* 4. *eo. titu. & hæc alibi in Syntagmate dixi.*



rioritatis, & ipſe vſum perſonis quæ illi deſeruiunt, conceſſit [a].

Quæ omnia interdicuntur in diſtributione & diſpoſitione, poteſtati ſeculari, ſub poena ſacrilegij [b].

Alia ſunt bona eccleſiarum temporalia immobilia & mobilia, ea aut ſacra vel conſecrata, alia nequaquam. Quæ ſacra ſunt extra commercia quoque hominum, multò magis & locorum ſunt [b], diuini iuris ſunt res ſacræ & religioſæ: quod autem diuini iuris eſt, id in nullius bonis eſt [d], ſemélque Deo conſecratum non debet in prophanos vſus conuerti.

38 In temporalibus aliis non conſecratis, ſed oblatis & relictis eccleſię, vel poſſeſſis ab ipſis perſonis eccleſiaſticis iure patrimonij, à non vxoratis tamen ſed viuentibus clericaliter, munerum & indictorũ ſeu exactionũ obſeruatur diſtinctio: vt ſi prædia quæ ad eccleſiam peruenerint, ſint tributaria, aut obnoxia oneri reali purè quod rem ſequatur, & non exigatur ratione perſonæ: dicuntur hæc pręd:a tranſire cum ſuo onere antiquo, quo onerata erant antequam peruenirent ad eccleſiam, aut ad perſonas eccleſiaſticas, ſecundũ Barthol.[e]

Et res quælibet generaliter cum ſuo onere tranſit [f]. Nemóque plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat [g]. Sic agri eccleſiarum dicuntur ſoluere tributa, & non eccleſia [h].

Quamobrem quando principes non recognoſcentes ſuperiorem, donationes exercuerunt in eccleſiam pleno iure, ex eo ſine aliquo onere, dominia in eam tranſtulerunt irreuocabiliter, ſi nulla eſt retentio ſpecialis [i]. Neque ideo opus eſt eccleſiam petere immunitatem aliam in illis, à principibus donantibus, quam vocant amortizationem, ſeu facultatem & poteſtatem retinendi donata. Quando verò eccleſia acquirit ab aliis quàm à rege prædia tributaria, aut quæ feudalia & onere ſeruitij vel tributi onerata ſunt, non poteſt tunc eccleſia quæ iuſtitiæ cultrix eſt, in præiudicium onerum rei publicæ & alterius, talia ſine onere retinere: & ita debet, aut cum principe agere vt remittetur hoc tributum, aut dare eo permittente retentionem, hominem viuentem morientẽ, & confiſcantẽ, qui talia debita pro eccleſia ſubeat & ſoluat. aut tenetur bona illa emancipare, ſeu vendere. Idipſum dicimus ſi quando aliæ res quàm feuda acquirantur ab eccleſia quæ tributariæ ſint, & debita territoriorum impoſita antea habeant: & debebit eccleſia, vel procurare apud principem ius morticinij, vocant *admortiſſement*, & ſoluere indemnitatem dominis locorum, aut illis dare hominem laicum, qui in caſu mortis & confiſcationis, faciat locum dominicalibus iuribus, de quibus latè diſputatum videbis & concluſum per areſta apud Papum [k]. Hinc pendet ratio reſolutionis quam adfert Panormi. ad c. non minus. in fine de immunita. eccleſiarum, quod clerici quidem hodie, non tenentur ad gabellas, quæ imponuntur in vino & ſimil. per iura allegata ex iure pontificio & per auth. item nulla communitas, de ſacroſ. eccleſia: tamen, ſi gabella fuiſſet impoſita pro oneribus ad quæ tenetur eccle-

a *c. ano, omnes decima,* 16. *q.* 1. *c. tua nos, In* 2. *de decimis. Leu.* 27. *verſ.* 30. *Numero.* 18. *verſ.* 21. *Deutero.* 14. *verſ.* 28.
b *c. cauſa carpenſis,* 13. *de verbor. ſign. c. quia ſacerdotes* 13. *& c. penul. & fin.* 10.
c *l. inter ſtipulantem,* 83. §. *ſacram rem de verbor. oblig. lib.* 45. P. *tit.* 1.
d *Caius in l.* 1. *& Martia. in l. in tantum,* 6. §. *ſacræ res, de rerum diuiſio. li.* 1 P. *ti.* 7. *Iuſtinia in* §. *vniuerſitatis, verſ. nullius, de rerum diuiſio in inſtitutio. Iuris ciuilis.*
e *ad l. reſcripto, de munerib. & honori. & ad l. placet de ſacroſanct. eccleſ. facit l. imperatores. de publica. & vectig.* P. *l. f. de exactor. tribut. lib.* 10. *c. l. forma, de cenſibus* P. *cum ſimil.*
f *vt in c. paſtoralis, de decimis. c. ex literis de pignorib. ca. ſiquis Lacc.* 42. 16. *q.* 1. *cap. cum non ſit in hominem, de decimis.*
g *l. qui tabernas & l. alenatio, de contra. emptio.* P. *reg. nemo plus viris, l. ſi creditor, de diſtract. pigno.* P. *cum ſimilibus.*
h *in cap. ſi tributum, cap. magnum,* xi. *q.* 1.
i *argum. l. quicquid* 10. *commun. prædior. lib.* 8. P. *tit.* 4. *& Paul. in l. ſiquis ædes, de ſeruitu. vrbano. prædior.*
k *lib.* 1. *Rhapſodiæ areſtorum tit.* 4.

ſia, teneri: quia tunc ſuccedit loco oneris, vt ait Butr. ad l. ad inſtructiones. vide Felin. ad c. quæ in eccleſiarum. verſ. *de gabellis*, de conſtitutio.

39 Hîc non opponendum quod deciſum eſt ab Alexandro 4. in c. 1. de immunitate eccleſiarum in ſex. non licere talliarum vel collectarum impoſitarum ob bona, nec ſolutarum prætextu, iniungere eccleſiæ extra manum ſuam bona acquiſita ponere. Nam illud pertinet ad tallias, non ad bona realia, quæ adhærebant rebus antequam peruenirent ad eccleſiam, erántque tributa ordinaria & canones ſic intelligenda l. placet 5. de ſacroſanct. eccleſ. iuxta l. fi. de exactorib. tribu. lib. 10. C. ti. 19.

40 Sed & notat gloſſa caſualis, ad d. c. 1. Alexandri 4. quod illud c. non ſeruatur in regno Galliæ, quia compelluntur eccleſiæ ponere extra manum bona de nouo quæſita: quod intellige, niſi ius morticinij ſeu amortiſationis impetrauerint à rege, cuius intereſt bona temporalia ad eccleſiam vel capitula, vel alias perſonas, vel loca quæ dicuntur manus mortuæ, transferri. quia inde minui poſſunt vires regni, tranſeuntibus rebus iure perpetuo, ad perſonas quæ viuere cenſentur perpetuo: & ideo principes priuantur iuribus quæ acquiruntur ex morte vel delictis poſſeſſorum, vel ex mutatione dominorum. imò quòd res eximantur à commercio hominum, quòd fiant inalienabiles vt religione perpetua eius patrimonium ſit perpetuum [a]. Et quia dictum eſt, dominia rerum diſtributa iure imperatoris [b]. Potuit principes rebus temporalibus in traditionibus earum, legem imponere, vt in manus mortuas ſine eius authoritate non peruenirent [c]. nec eſt odio eccleſiæ inducta hæc conſtitutio prohibitionis, ſed bono publico. Non enim eccleſia fundata eſt in bonorum poſſeſſione, ſed in contemptu temporalium, dicẽtibus diſcipulis, Ecce nos reliquimus omnia [d].

Neque quicquam detrahitur à poſſeſſione eccleſiæ, quia illi bona conſeruantur intacta & ſine onere: ſed hac prohibitione cauetur ne temerè in præiudicium quorum intereſt transferantur bona, & cogantur laici pauperes onera omnia ſubire.

Dicunt & aliqui, antiquitus bona permiſſa fuiſſe immobilia, vt præpoſiti iis venditis, vel ex fructibus pauperes alerent, & tamẽ contra contigiſſe vt ex fructibus opes auxerint, immobilia immobilibus iunxerunt, proximos ditauerint, pauperibus contemptis.

Sunt & aliæ rationes amortiſationis, redactæ ad ius priſcum ſacerdotum & Leuitarum, quibus non erat permiſſum lege diuina, immobilia inter tribus vndecim Iſrael poſſidere [e]. His addunt plura quæ diſplicent pluribus, de quibus & confutatione eorundem, tractarunt plures [f]. Contrariam tamen partem, in aliquibus nationibus ex vſu, lege, & conſenſu, iam cleri receptam, videmus. vt in Italia, locíſque aliis Romano imperio ſubditis, & à longo tempore: & ſeculo D. Hieronymi, vt liquet ex eius epiſtola, & ex D. Ambroſio epiſtolarũ lib. 5. epi. 31. In Hiſpaniis, vt tradit Petrus Belluga Hiſpanus in ſpeculo principis, rubrica 14. vbi & amortizationem definit trãſlationem rei immobilis iuſſu principis in manum mortuam factam, per vniuerſam

quo-

a *vt ait l. iubemus nulli 4. C. de ſacroſan. eccle. l. nulli, de rebus eccleſ. non alien. ca. non liceat. Papæ, ca. ſine exceptione, 12. q 2. cum ſimilibus.*
b *ca. quo iure 8. diſt. c. ſi quæ cauſæ, 27. §. cũ ergo verſ. his ita reſpõdetur. 11 q 1.*
c *l. in traditionibus, de pact. P.*
d *D. Matthæi c. 19. verſ. 27.*
e *Numer. c. 18. verſ. 20. Deutero. c. 10. verſ. 9. & c. 18. verſ. 2. Ioſue c. 13. verſ. 14. & 33. Ezechi. 44. verſ. 28.*
f *Panor. conſil. 26. 62. & 63. & ad c. relatum, de teſtamen. Ioh. Andreas, ad c. fin. de immu. eccle. in ſex. Chaſſã. ad conſuetu. Burgun. ti.* des mains mortes. *§. 10. num. 50. & aliis.*



quoque Galliam ſeruatum hoc ius principi ſoli traditur [a].

Idque ab omni æuo [b], in Belgia, idipſum ius per Burgundos principes receptum legibus latis, quas firmauit & amplificauit Carolus V. Imperator [c].

41 Placuit autem, vt ſi legetur res eccleſiæ, & ipſa Deo ita conſecretur, redimatur & ſumptibus hæredis iure morticinij donetur, vt pronunciatum in ſenatu Pariſienſi 27. Martij 1558 [d]. Vel ſi eccleſia emerit ipſa pretium det rei Deo cõſecratæ, domino conquerenti iuxta expreſſum textum [e].

42 Quòd ſi agatur de tributis, & oneribus ſeu vectigalibus, imponendis rebus iam incorporatis eccleſiæ, vel quæ ſunt effectæ perſonarum eccleſiaſticarum non vxoratarum vel dominij earum, dicendum eſt, nullas collectas aut onera extraordinaria, qualia ſunt indictiones & ſuperindicta ob bellum vel aliam neceſſitatem publicam poſtulata, imponi poſſe: ſiue ſint munera perſonalia, ſiue mixta, quæ perſonis imponuntur pro rebus, etiam ſi res antequàm peruenerint ad eccleſiam, vel ad perſonam eccleſiaſticam, fuiſſent in libro cenſuali, quem vocant Galli *cadaſtre*, deſcripta. Et ſic reſolutum & iudicatum tradit Guido Papæus deciſ. 381. & ſe ipſum corrigit, quòd ante contrarium reſpondiſſet, in deciſ. 79. Idque etiam defendit Baldus ad l. placet, de ſacroſan. eccleſ. excepi non coniugatos, qui vti tamen dicuntur priuilegio clericali in duobus tantùm, nẽpe in deciſione ca. ſi quis ſuadẽte diabolo 18. q. 4. & ne pro delictis ciuiliter aut criminaliter trahantur coram iudice ſeculari [f]: nam illis vtuntur tantùm priuilegiis, ſi tamen viuant clericaliter, aliis non: non coniugati verò & ex ordinibus eccleſiaſtieis, aliis vtuntur.

43 Singularis mihi hîc videtur obſeruanda diſtinctio Panormita. qui poſtquam in hac quæſtione aliorum diſtinctiones tradidit [g], ſuam addit, *T*ertia, inquit, *opinio & verior eſt, in quæſtione, an bona tranſeant in eccleſiam aut perſonas eccleſiaſticas cum onere ſuo, quòd aut illa bona habebant onus perpetuum annexum & inuariabile, & tunc tranſeunt ad clericos cum oneribus ſuis. facit Clem. 1. de cenſib. & quod ibi notatur. aut onus non erat tale, vt ſiunt iſtæ deſcriptiones quæ ſiunt hodie: quia æſtimantur bona cuiuſcunque vt ſoluant plus vel minus ſecundum impoſitionem collectæ: & ad iſta onera non tenetur eccleſia vel clerici: quia non poteſt dici, quòd ſit onus annexum poſſeſſionibus, cùm non ſit perpetuum, ſed variabile, & quandoque imponitur perſonæ pro rebus: quare cùm perueniunt ad eccleſiam, debent cenſeri iure eccleſiaſtico, iuxta textum in c. vni. de iure patro. in ſex. l. fiſcus, de iure fiſci.* P [h]. Quamobrem, ſi bona ſuperuenerint perſonis eccleſiaſticis, non coniugatis, ſucceſſione paterna vel cognatorum plebeiorum, vel ſi à plebeiis acceperint vel emerint, aut alio modo acquiſierint, quæ dũ erant apud illos, in cataſtris erant regiſtrata, & obnoxia vectigalibus, talliis & gabellis, non tenentur ad dictas vel ſimiles contributiones, quia ex mutatione perſonę mutatur cõditio rei [i], expreſsè Papeus deciſio. 382. & 261. vbi ait, capellano moriente, relicto hærede, homine laico, inuentarium fieri debere bonorum per curiam ſecularem, non per eccleſiaſticam: quia bona quæ erant affe-



a *Ioan. Faber, ad l. quoties. C. de rei vindi. Papus, ad conſuetudines Borbonij, §. 25. & 479.*
b *vt tradit Guillelmus Benedictus, ad c. Raynuncius, ad verba,* & vxorem nomine, *num. 3. & 4.*
c *P. Pekius tracta. de amortiza. bonorum. c 4. & 5. 6.*
d *vt refert Papus, lib. 1. Ariſtor. ti. 14. argumento l. ſi hominem quem pignori dederas, 88. de lega. 1. & l. penul. §. fi. de lega. 3.*
e *ca. 2. comperimus, 14. q. 6.*
f *in c. vni. de cleric. coniugatis in ſex.*
g *in c. fi. num 12. de vita & honeſta. cleri.*
h *Et hanc opinionem tenuit Iohannes de Irgna. ad cle. p æſenti, de cenſib. Arch. ad c. 1. de immuni. eccle. in ſex.*
i *vt ait Barthol. ad l. per procuratorem, in fi. de acquiren. hæred. iuxta c. de clericis, de immu. eccleſiar. in ſex.*

ċta priuilegio clericali, deſierunt eſſe eccleſiaſtica, & conditionem hæredum ſequuntur [a], per l.fiſcus, de iure fiſci.P. vbi mutata perſona mutatur ſtatus rei, quoad priuilegium poſſeſſionis. Quid autem ſtatuendum ſit ſi aduenerint bona communia eccleſiaſtico cum laico, num debeantur onera integra, vel nulla. Vide Speculatorem titu. de clerico coniugato, verſic. *huiuſmodi autem*. Bartol. ad l.reſcripto, de muner.& honor.

44 Priuilegia porro immunitatis ab omnibus oneribus, talliis, exactionibus, imò à refectionibus itinerum, viarum, murorum conceſſa ſunt eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis, vt docuimus antea ex iure diuino & pontificio per c.non minùs.c.aduerſus, de immuni.eccl. c.1.c.quanquam, c.clericis, eo tit.in ſex.Clem.fi.eo, tit.& alibi. Atque etiam tractatur nominatim in d.c.non minùs. de exemptione à contributione foſſatorum, & aliorum communium negotiorum reipub. Quare & illa l.ad inſtructionem, & ſimiles qui volunt contribuere debere bona eccleſiæ, ad murorum, itinerum refectionem, ad traductionem exercitus, angarias, & ſimilia non ſordida vt dicunt munera, ſunt abrogatæ: tum quia, vt ſępe dixi, Reges, Imperatores, & alij principes, non poſſunt imponere legem eccleſiaſticis perſonis aut rebus [b].

Tum etiam, quia per nouellam Friderici poſtremam, expreſsè hoc videtur prohibitum, vt contra libertatem & priuilegia eccleſiæ [c]. & ita nominatim ſe reſpondiſſe & conſuluiſſe, & iuxta conſilium ſuum iudicatum fuiſſe, tradit Panor [d]. Neque aliter conſuli tutò poſſe ait, cùm ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit [e]. Sed & non recipi dictam l.ad inſtructiones gloſſa ibi notat, & gloſſ.ad can.generaliter, §. nouarum 10.q.1.Iohan.Andreas Panor.ad d.c.non minus.

45 Nec obeſt quod dicatur, bona eccleſiæ & pauperum & redēptionis captiuorum eſſe: hoc enim verum eſt, quando neceſſitas eccleſiaſtica vrget, & deficiunt facultates omnino pro redimendis pauperibus, non aliter. Sed hinc non ſequitur etiam, vt poſſit cogi ad cōtributiones communitatis à laicis vel principibus, ſine authoritate ſummi pontificis, & niſi etiam cùm deficient facultates laicorum [f].

Sed & bona eccleſiæ, non ſunt tantùm dicata pro pauperibus principaliter, ſed pro cultu diuino conſeruando, & ſi tolleretur à tyrannis poſtea reſtabiliendo, & pro alimentis eorum qui Deo ibi inſeruiunt [g]. Sed & ſtatutum, vt vltra decimas primitias & oblationes, ſeparatæ certæ poſſeſſiones & vrbes eſſent ex poſſeſſionibus diſtributis aliis tribubus, quæ darentur filiis Leui ad habitandum & nutrienda animalia ſua, iuxta verbū Domini [h]. Atque datæ ſunt quadraginta octo ciuitates Leuitis cum ſuburbanis poſſeſſionibus [i].

Ezechielis etiam c.45.diuiſio fit totius terræ promiſſionis in quatuor partes, poſt ſeparatas primitias Domino: quarum prima ſacerdotibus & templo deputatur, altera Leuitis, tertia ciuitati, quarta principi, & iuſſum ibi, vt princeps contentus eſſet ſua parte, nec depopularetur partes populi ſeu ſacerdotum & Leuitarum.

46 Nec obſunt exempla, & ſenatuſconſulta adlata per Papum, qui-

a *per caſum l. per procuratorem, §.1. de acquir.hære.P.*

b *c.eccleſia ſanctæ Mariæ, c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutio.*

c *auth. Item nulla communitas. C. de epiſco. & cler.*

d *ad c.non minus, numer.17. & 18. de immuni. eccleſia. & conſilio 3. volum. 1. incipiente ſuper caſu. contra legem ad inſtructiones.*

e *l. ſunt perſonæ, de religio. & ſump.funer. P.*

f *d. c.nouimus & c.aduerſus, de immu. eccl. ca. ſancitū 25. §.fin.23.q.8.ibi quod tamē hoc ipſum non ſine Romani pontificis conſenſu fieri debet.*

g *ca.nemo, de conſecra.diſtin. 1. numer.c. 18. verſ. 1. & 24. Deutero. c. 10. verſ. 9. & 18. Ioſue 13. verſ. 14. ca. vulteranæ, ca. quatuor ca. de reditibus, 12.q.2.*

h *numer.c.35. verſ.2. Ioſue.c. 21.*

i *d. c.35. num. verſ.7.*



quibus aliquando fuerunt in Gallia perſonæ eccleſiaſticæ compulſæ ad refectionem murorum, & alia onera ſtipendiorum contribuenda. nam exempla neceſſitatis vrgentiſsimæ, non cōſtituunt regulam: ſed potiùs exceptionem regulæ [a]. Rurſum priuilegium conceſſum exiſtimatur regibus Galliarum in perpetuum, per Bonifacium 8. antequam Philippo Pulchro infenſus eſſet, de imponendis vectigalibus, vel colligendis auxiliis ab eccleſia dum expediret reipublicæ: cuius priuilegij & conſtitutionis facit mentionem Guillel.Benedict [b]. Bulla extat Bonifacij inſerta & tranſcripta in libro liliorum, cuius tenorem refert Feraut in iuribus & priuilegiis regni.

Nec ad rem facit, quod ipſe Bonifacius 8. reuocauit hoc priuilegium & alia ſimilia, in c. clericis. §. fi. de immunita.eccleſia. in ſex. Nam poſtea Clemens 5.in conſilio Viennenſi, expreſsè reuocauit illam decretalem Bonifacij incipientem *clericis*. In Clem. vni. de immunita.eccleſiarum, propter ſcandala quæ inde oriebantur, & reſtituit conſilium ſimpliciter Lateranenſe, quo non licet exactiones vllas eccleſiis imponere ſine authoritate ſummi pontificis, & conſequenter reſtituit aut conſeruauit priuilegium conceſſum regi Galliarum, propter ſingularia beneficia, quæ collata ſunt à regibus Francorum ſeu Gallorum in ſedem apoſtolicam, quæ meruerunt maiora priuilegia, conceſſa aliquando non ſolùm in bona eccleſiaſtica & beneficia & inueſtituras, ſed etiam in ordinationē ſedis apoſtolicæ cis conceſſa [c]. Quin & liberales ſummi pontifices in auxilium regni permiſerunt regibus aliquando colligere auxilia ex beneficiis ipſis, quæ decimarum nomine appellantur.

Sic cùm inuaderetur Franciſcus primus, anno Domini 1522. vndique ab inimicis, nempe in Italia, in ducatu Mediolani, ab Hiſpanis, Italis & Alemanis: in Picardia, à Flamingis, Sicambris & Anglis: in Campania ab Alemanis: in Aquitania & Vaſconia, ab Hiſpanis, vi illius bullæ Bonifacianæ, petiit ſubſidium ab eccleſiis Galliæ: compulſus neceſſitate, in qua, vt diximus, etiam ſine authoritate ſummi pontificis dum tempus non patitur dilationem, princeps repente inuaſus & imminente periculo regni, poteſt petere ſubſidium ab eccleſia, ſi modò ſit princeps qui non habeat ſuperiorem [d],

Sed & habet rex Galliæ ex ſpeciali priuilegio Martini 5. Papæ, vt poſſit ſubuenire per ſe vel ſuos iudices, eccleſiis, in cauſis poſſeſſorum rerum temporalium, & beneficiorum eccleſiæ. cuius bullæ verba refert Guido Papæus deciſio. 1. quibus apparet antiquam conſuetudinem regni Galliæ, quæ habet cognitionem interdictorum de poſſeſſione etiam rerum eccleſiæ, & beneficiorum, fuiſſe confirmatam ad petitionem Caroli VII. regis: quod & refert idem Guido Papæus deciſio. 552. num. 8. Regi itaque Galliæ, aliquando, maximè, ex neceſſitate, ſingulari iure, & noua ſubſidia imponere rebus temporalibus eccleſiæ poterit, aliis non vtique non priuilegiatis non licebit, neque ducibus, comitibus, aut aliis heroibus in regno Galliæ etiam conſtitutis. cùm & hoc ius imponendi nouum vectigal, regio iuri adhæreat [e].

a *c.quod non eſt licitum, de regul iur. apud Grego.*

b *ad c. Raynuncius in verba & vxorem nomine, numero 136. de teſtam.*

c *ca. Hadrianus, in vtroque, 63. diſtin. cum ſimilib.*

d *vt tradit Lucas de Penna, ad l.2.de quib. munerib. nemini liceat ſe excuſare, lib. 10. ca. Ludouicus Roma. in l. ſi vero.§.de viro, ſolut.mat. P.*

e *per c. ſuper quibuſdam, de verbor.ſignific. c. vni. quæ ſint regaliæ, in vſib. feudo.*

47 Neque etiam contra eccleſiam vel perſonas eccleſiaſticas, poteſt noui ſubſidij prætextus obiici, quòd negotia pro quibus poſtulantur pertinere dicantur ad vtilitatem etiam perſonarum eccleſiaſticarum, puta ad communem defenſionem patriæ, vel eius conſeruationem, ad ciuitatem communem reficiendam, vel ſimilia: & quòd videatur æquum vt qui ſentiunt commodum, ſentiant quoque partem oneris.

Nam hoc verum eſſet, primùm ſi via ordinaria eccleſiaſticæ perſonæ conuocarentur cum laicis, vt de ipſa re conſtituerent, quod omnes tangit ab omnibus approbari debet[a].

Vel ſi laici vellent, iure pontificio vtentes, interpellare clericos coram ſuo epiſcopo. At propria authoritate velle iudicare & onerare bona & perſonas eccleſiæ, hoc non eſt vllo iure receptum.

a *Clem.* 1. *de cenſib. & c.ad hoc de offic.archi. c. quod omnes. de regul. iur.*

Neque neceſſaria omnis defenſio, quæ confert vtilitatem eccleſiæ, exigere debet ab eccleſia auxilium de bonis aut perſonis, ſiquidem laici ad hoc tenentur ex officio, defendere inquam eccleſiam, bona eius, & perſonas, tanquam filij eccleſiæ.

Quēadmodū & curiones, & qui bona habēt eccleſiaſtica & munus deſeruiēdi cultui diuino, tenētur orare, & Deū interpellare, pro ſalute cōmuni & animarū laicorū, etiā ſi nouis non iuuentur largitionibus.

Qui accipit mercedem, vt faciat quod facere debet alioquin, turpiter accipit, & ad reſtitutionem tenetur etiam legibus ciuilibus[b].

Princeps miniſter Dei eſt, defendénſq; eccleſiam Dei, vt & populus, ſuo officio fungitur, & ob id mercedem ab eccleſia petere non debent. imò poſtquam hæc ſtrenuè geſſerint, dicere ex Chriſti doctrina debent[c], *Serui inutiles ſumus, quod debuimus fecimus.*

b *l.fi.de cōdict. ob turpem cauſam, lib.* 12. P. *titu.*2.

c *D. Lucæ c.* 17.*verſ.*10.

Quòd ſi quis obiiciat, aliquando principes exegiſſe à perſonis & bonis eccleſiaſticis & vectigalia, & munera perſonalia, patrimonialia, & mixta, nihil moror: neque ea conſtituunt id quod fieri debet, nec diſputamus num factum ſit, vel num de facto fieri poſſit: nam hoc & tyranni poterunt ſibi arrogare iniuſtè, qui etiam aliquando conati ſunt ipſam religionem opprimere, & miniſtros eius oppreſſerunt, & ferro, igne, ſuppliciis crudeliſſimis perſecuti ſunt: ſed quæſtionis noſtræ cardo verſatur, num de iure fieri ita poſſit & liceat.

48 Verùm adhuc, licitum puto iure pontificio, exigere gabellas, portoria & vectigalia iuſtè à laicis principibus conſtituta, vel ab his qui ius imponendi habent, à perſonis clericorum ſi negotientur, & de his in quibus negotiantur, etiam ſine permiſſione ſummi pontificis aut epiſcopi: vt habetur expreſsè in Clem. fin. de cenſib. dum ſtatutum, non poſſe exigi guidagia, vel pedagia, de rebus propriis eccleſiæ, vel perſonarum eccleſiaſticarum, quas *non negotiandi cauſa* deferunt vel tranſmittunt. Ita & in c. quanquam 4. de immuni. eccleſiar. ibi, *non negotiationis cauſa.*

Dum enim laicorum ſubit negotiationes clericus, ſi tertiò admonitus noluerit à negotiatione deſiſtere, ipſo facto amittit priuilegium clericale, in eo, quòd poſſit legibus negotiationis laicorum contineri[d].

d *in c.fi.de vita & honeſta. cleric.lib.*3. *tit.*3.

Neceſ-



Neceſſarium tamen eſt, prius eum tertiò admoneri per diuerſas vices, & non vna peremptoria pro tribus, antequam priuetur priuilegio clericali etiam in negotiatione[a]. Neque etiam clericus negotiatus perdit omnia priuilegia clericalia, ſed tantùm non ſoluendarum gabellarum, & alia quæ pro negotiatione debentur. Imo videtur dicere gloſſ. ad d.c.fin. de vita & honeſt. quod non perdat priuilegium fori, Panor. ibi numero. 7. Quanquam in hoc ego ſubſiſtendum putarem, ſi tantùm ageretur de adminſtratione rerum temporalium vt de conductione earum, pro quibus in Gallia, poſſet tantùm conueniri corā iudice ſeculari, iuxta id quod ſępe deciſum eſt, areſtis[b]. Niſi me aliunde impelleret, quod hæc actio videtur eſſe perſonalis & pro negotiatione, in qua forum legitimum perſonæ eccleſiaſticæ, eccleſiaſticum eſt[c]. auth. clericus, de epiſco. & cler. c. & per regulam generalem, quod actor ſequitur forum rei[d].

a *vt notat Panor. in dicto c.fi. num.* 5. *per illum textum. de vita & honeſt. cler.* & Alexā. *conſilio* 8. *volu. quod & voluit gloſſa, ad Clement.*1. *de vita & honeſt. cler. Iohan. Andr. ad c. ex tuæ, de cler. non reſidenti.*

b *quorum meminit Papus li.* 1. *Areſtorum ti.*5. *areſto.*9. & 10.

49 Ex licentia ſummi pontificis etiam permiſſæ fuerunt regibus & principibus aliquando exactiones aliquarum decimarum à ſacerdotia poſſidentibus, vt docui[e] vt anno 1500. quo tempore Cæſar Maximilianus primus de bello Turcarum, Imperij conuentum agebat Auguſtæ, decretum fuit mittendam eſſe legationem ad pontificem Alexandrum ſextum, vt rempublicam opē cōſilióque iuuaret, & prouentus annatarum, hac potiſſimùm de cauſa conceſſos olim, in hunc vſum contribueret[f].

c *c.* 4. *de foro cōp. ti. vt clerici apud proprios epiſcopos conueniant. nouella* 83.

d *c. cum ſit generale,* 8. *de foro comp. l. iuris ordinem, de iuriſ. omn. iudi. C. cum ſimilib.*

Dauidi Bruſio Scotorum regi, magna vi auri redēpto à ſuis, & in Scotiam reuerſo ſummi pontificis ac prelatorum conſenſu, eccleſiaſticorum redituum decima pars liberaliter donata eſt[g].

Refert H. Mutius[h], anno Domini 1282. Honorium Papam pro inferendo bello in Turcas laboraſſe, & miſiſſe cardinalem epiſcopum Tuſculanum in Germaniam, qui Herbipolim cōuocauit omnes prelatos & magiſtratus eccleſiaſticos & ſeculares, adfuiſſe quoque Rodulphum, ibíque tractaſſe de ſubſidio ad id bellum, & petiiſſe legatum quartam partem prouentuum eccleſiaſticorum, ad quatuor annos: neminéque reſiſtente, vnum ſolum nomine Probum epiſcopum Tullenſem, denegaſſe, & multa loquutum de officiis eccleſiaſticis boniſque eccleſiarum & vſu illorum effeciſſe, vt vno conſenſu negauerint vniuerſi prælati ſe id quod poſtulabatur daturos: tamen factum eſſe vt hic Probus paulo poſt ab epiſcopatu deturbatus retruſus fuerit ad fratres ſuos mendicantes diui Franciſci ex cuius ordine erat. Tempore quo Veneti geſſerunt bellum contra Baiazetem regem Turcorum, Alexāder 6. pontifex Maximus, omnium prouentuum, quibus ſacerdotes in Imperio reipublicæ fouerentur, partem plus tertiam Venetis conceſſit, cardinalium ſacerdotiis exceptis[i].

e *lib.* 2. *ſyntagma iuris. c.*20.

f *Sleidan. li.* 4.

g *Hector Boethius lib.*15.

h *lib.*21. *Chronici Germanorum.*

i *Bembus lib.*5. *hiſto. Venetiæ.*

Quum etiam Solymanus Turcarum Imperator Pannoniam repeteret anno 1531. exhauſto pontificij imperij ærario, in ſenatu Cardinalium decretum eſt, vt quinque decimæ ſacerdotiis imponerentur immunitate conceſſa ſacerdotiis cardinalium, quæ res minores ſacerdotes ſacratáſque virgines & ſacras hoſpitales domus vehemēter afflixit. Nam exactores cum Imperio in prouincias emiſſi, dum priuato quæſtui ſtuderent, incredibili acerbitate, humana & diuina per-

turbabant:adeò vt plerique ſacerdotes templa desererēt,& paſſim ſacrata vaſa,& antiqua donaria conflarentur.erant qui prędia dicata altaribus venditarent, vt decumæ ſoluerentur. Neque honeſtiſſimus ſacri belli pretextus,neque extrema prope neceſſitas inuidiam leniebat:quoniam cardinales qui opima ſacerdotia poſſiderent, immunes euaſerant,quaſi illis,inquit Iouius [a], ad tuendam Romanæ aulæ amplitudinem,de ſolito vitæ ſplendore nihil remittere moderaríque liceret,cùm ex aduerſo pleriſque egentibus vltima vitæ alimenta raperentur.

*a lib.30.hiſtoriæ.*

Alexander 6.etiam pont.in vſum belli Gallici,pecuniam omnem, ſedis apoſtolicæ authoritate in Hiſpania, belli ſacri nomine quam cruciatam appellarunt,coactam Neapolitano regi conceſſit:quam tamen pecuniam,niſi contra religionis Chriſtianæ hoſtes, nefas erat conſumere [b].

*b vt tradit Guichardinus lib.1.*

Permiſit Franciſco I.eius nominis Gallorum regi, Leo 10. pontifex Florentiæ congreſſus,vt in Gallia citeriore & vlteriore, ſacerdotiorum reditus binis decumationibus decumaret [c].

*c vt ſcribit Sabellicus libro 6. ſupplem. ex Paulo Iouio.*

Paulus 3.quoque pontif. in bello Germanico, contra proteſtantes, anno 1546.permiſit eo anno Carolo 5.Imperatori dimidiam partem bonorum eccleſiæ ſumere per Hiſpaniam: & ex annuis prouentibus monaſteriorum Hiſpaniæ diuedere,donec ad aureorum millia quingenta conficeret,ea lege tamen, vt de ſuis bonis tantundem illis inuicem oppignoraret [d].

*d Sleidanus lib.17.*

*De conſeruatione ærarij.*

## CAP. VIII.

NON ſufficit principi habere, vel inuenire in regno vel principatu theſauros ingentes,aut dare operam cogendis vel exigendis,niſi proba adminiſtratione illos conſeruet. Fuerunt enim plures, qui & copioſiſſimis theſauris inuentis abuſi ſunt & multo magis nocuerunt reipublicæ in illis malè diſpenſandis,quàm alij in peſſimè conquirendis.

Debet itaque in primis animum intendere,ne quæ cenſum publicum debent,quæ domanij ſunt, à quoquam vel patientia vel diſtractione præmortuorum vel anteceſſorum principum, priuatim retineantur. Hoc enim pro axiomate habere debet, ea quæ ſupremæ dominationis vel ſubiectionis notam habent, neque alienari neque præſcribi contra principem poſſe. vt enim homo non poteſt eſſe acephalus, ſic nec qui eſt ex corpore reipublicæ vel regno alicuius, neque poteſt ſubiectio præſcribi, cùm non liceat membra à capite recedere [e].

Pari modo,quæ teſtantur illam ſubiectionem,non poſſunt præſcribi à ſubiectis,vt cenſus, tributum, poteſtas ea exigendi, facultas denegandi,niſi immunitas detur,quia ſubiectionis ſunt notæ [f], cenſum ad

*e c.cum non liceat 12.de præſcriptio.*
*f l.comperit,de præſcrip.30.vel quad.annor.C. Bald.ad l.1.de emãcip.libero. C.textus in d. c. cum non liceat,ca.8.nulla ratione, 93. d. fuſè per plura exempla Iaſon, in l.imperium, num.20.de iuriſdict.om ind.*



ad recognoſcendum ſuperiorem præſtari reſcriptum [a].

In aliis quoque quæ neruum diſciplinæ & ſubiectionis teſtantur non valet contraria conſuetudo & præſcriptio [b]. Nec niſi cardinales quæ ſunt reſeruata in ſignum priuilegij principalis tantum ſummo pontifici,poſſunt vſurpare,cap.quod tranſlationem, 4.de officio lega [c].quo loci gloſſa ad verbum *reſeruata*,notat quæ ſint reſeruata poteſtati ſolius pontificis ſummi,quæ tantum ab eo cōcedi aliis poſſunt non vt proprio nomine exerceant,ſed tantum concedentis & eius authoritate.

Nam quæ ſupremi principatus notæ ſunt & adhærent eius dignitati,cædi à principe non poſſunt: quòd princeps ſit tantum vſurarius iurium & bonorum quæ reipublicæ ſeu principatus ſunt,& ius vtendi fruendi quod eſt perſonale, ad alium quàm ad propietarium iure ceſſionis nequeunt transferri [d].

2 Et proinde eadem ratione, res ipſæ quæ ſunt dominij, diadematis ſeu domanij, à principe alienari nequeunt, & alienatæ repeti poſſunt iuſtis aliis rationibus,quæ omnem cuiuſcūque temporis obiectam præſcriptionem excludunt.

Reſpublica quippe 1.loco cenſetur corpus perpetuum, quod per ſubrogationem ſimilium perſonarum, immortale habetur, vt dicebat iuriſcon [e].

Ideo eius patrimonium perpetuum & immutabile cenſetur, iuxta ea quæ traduntur de bonis eccleſiarum,quarum patrimonium,vt ipſa religio,perpetuum dicitur [f].

Atque planum eſt publica bona,inter ſancta eſſe, quia ſanctum dicitur quod violari non debet [g]. Imò & nullius in bonis eſſe, vt ſacra, quemadmodum tractant iuriſconſulti [h],quibus rationibus nec alienari poſſe docuimus [i].

3 Rurſum bona quæ committuntur principi à republica, ſubiecta reſtitutioni ſunt, proinde alienari non poſſunt in præiudiciū ſucceſſorum in regno aut reipublicæ adminiſtratorum exemplo eorum quæ à priuatis reſtituenda,diſtrahi ab illis nequeunt [k].

4 Subinde 3.bona reipublicæ, principi data ſunt pro dote, pro oneribus ferendis,quare exemplo rerum dotalium,tanquam ſponſus eius,non poteſt ea diſtrahere,vel conſentiente populo: vt nec maritus dotalia non æſtimata conſentiente vxore [l].

Et quamuis dominium ciuile dotis,dicatur eſſe penes maritum,tamen verum dominium eſt dotalium rerum penes vxorem [m], eodem modo & dotalis reipublicæ res,in dominio proprio ſunt eiuſdem.

5 4.Facit quod etiam principes ad regnum vel principatum venientes,iuramento ſe obſtringunt in auguratione,de non alienandis bonis dominij principatus: & proinde contractus & alienationes in contrarium factæ,rechibitioni & nullitati ſubiacent: ſaltem repetitioni locum faciunt reſtituto pretio, ſi quod in vtilitatem reipublicæ ex ea alienatione ſolemni,conuerſum fuerit.

6 5.Et hoc videtur eſſe ius gentium, quia ferè omnia regna

*a c.omnis anima,de cenſib.*
*b vt in c cum inter,5.de conſuetud.*
*c li.1.ti.30.*
*d iuxta vulgata iura l. ſi vſusfructus, de iure dot.P.l. neceſſario §. f. de periculo & commo. rei vēdi.§.finitur. de vſufruct. apud Iuſtinian.*
*e in l.proponebatur de iudi. l.5.P.*
*f in l.iubemus nulli 14.c. de ſacroſanct. eccleſ.*
*g l.ſanctum,8. de rerum diuiſio.P.*
*h Caius l.1. de rerum diuiſio. lib.1 P.ti.8.*
*i in ſyntagma. lib 25.c.7.*
*k l f. §.ſed noſtra maieſtas, communia de lega.c.§.de reſtitutionib. & ea quæ parit in vndecimo mēſe,in nouel.*
*l l.vni.§.& cū lex Iulia. de cadu.toll.C.§. 1.quibus alien. licet vel non l. lex Iulia, de fūdo dotali. P.*
*m l.in rebus.c. de iure dotiū, l.vbi adhuc eo. ti. & ti.ſi dos conſtāte matrimo.ſolu fuerit, C.*

eo vſa ſunt & vtuntur: ea ratione quòd ſicut homines non præſcribunt aduerſus Deum, ſic nec homines contra rempublicam. Et ideo Themiſtocles Athenis, & Cato Cenſor Romæ, nulla admiſſa exceptione temporis, bona reipublicæ per patientiam vel factum, aut negligentiam magiſtratuum, à perſonis priuatis occupata vel poſſeſſa, in publicum reuocarunt, vt tradit Plutarchus[a].

a *in vita vtriuſque.*

Ita receptum & in regno Galliarum longiſſima & immemorialis initij conſuetudine, firmata pluribus edictis regiis, & comitiis regni generalibus, quibus alienationes reuocatæ fuerunt. Item in regno Hiſpaniarum[b], In Regno Poloniæ[c], In regno Anglico [d], Venetiis[e].

b *vt habetur in codice Hiſpan. parte* 1. *ti.* 5. *& in comitijs habitis ãno* 1560.
c *vt notatur in cõſtitutionibus eius regni.*
d *vt habetur in Charta magna Anglorum.*
e *in ſtatuto Venetorum, lib.* 2.

7 Sexto dignitas regis indiuiſibilis eſt, & ſi plures ſint reges, deſinit eſſe monarchia ita & ius regium, & quæ regiæ annexa ſunt dignitati, quæ nec diuidi nec cedi aut communicari pluribus poſſunt[f].

f *vt etiam notauit Bald. ad auth. hoc amplius, C. de fideicomm.*

Fuerunt in Gallia, ſæpe alienationis domanij quæſtiones ſerio agitatæ, de quibus feruntur ſenatuſconſulta à Papone [g], pluribúſque rationibus concluſum, domanium ſeu dominium regni alienari non poſſe ſua natura: & ſi quando tanta ſit neceſſitas pecuniarum ob cauſas vrgentiſſimas, alienari quidem poſſe, ſed non ſimpliciter, ſed cum poteſtate redhibitionis, reſtitutis pecuniis legitimè ſolutis, & ſolemnitatibus interuenientibus.

g *lib.* 5. *Rhapſodiæ areſtorũ, ti.* 10.

In primis enim putantur cauſæ legitimæ ad alienationem ineundam tres præcipuæ, prior, ſi princeps habeat liberos: nam moriens, cùm omnes præter vnum, nequeant principatum monarchicum obtinere, poteſt quædam domanialia illis poſſidenda diſtribuere ſine iure tamen regiæ poteſtatis, vocant *appanagium*, quod adhuc cõceditur fiduciario nomine nempe ea lege, vt ſi mori eos ſine liberis maſculis contigerit, eadem bona in panagium data, redeant ad ius diadematis & coronæ.

Dehinc dominij alienationi cauſam iuſtã dat, neceſſitas belli vrgentis, ingreſſo iam hoſte, vel impendente poſſet & pro redemptione principis, & aliis cauſis pro quibus mulier alienare poteſt pendente matrimonio dotem, ſecundum reſponſum Iuriſconſulti Pauli[h], *quamuis* inquit, *mulier non in hoc accipiat conſtante matrimonio, dotem, vt æs alienum ſoluat, aut prædia idonea emat, ſed vt liberis ex alio viro egentibus aut fratribus aut parentibus conſuleret, vel vt eos ex hoſtibus redimeret, quia iuſta & honeſta cauſa eſt: non videtur malè accipere, ideo ei iuſtè ſoluitur.* Addit poſtea Vlpianus[i], *ſed & ſi ideo maritus ex dote expẽdit, vt à latronibus redimeret mulieris neceſſarias perſonas, vel vt mulier vinculis vendicet de neceſſarijs ſuis aliquem, reputatur ei id quod expenſum eſt ſiue pars dotis ſit, pro ea parte: ſiue tota dos ſit, actio dotis euaneſcit.*

h *in l. quamuis,* 20. *ſolut. matrimo. lib.* 24. P. *ti.* 3.
i *in l.* 21. *eiuſ. ti.*

In quibus notantur caſus alienationis dotis permiſſæ vxori vel marito, qui transferri poſſunt ad cauſas legitimas alienationis dotis reipublicæ, primùm ſi ſoluatur creditoribus ex dote, ſi videlicet onerata ſit reſpublica debitis. Secundò, ſi alia res magis idonea & vtilis pro priore diſtracta, ſit ſubroganda, & in dotem conſtituenda. Tertiò ſi velit conſulere mulieri filiis ex alio viro ſuſceptis, qua in re ius appanagij fundamentum habere poteſt, cum de dote reipublicæ datur liberis prioris principis defuncti. Quartò, ſi mulier velit filios ſuos aut

parentes,



parentes multo magis ipſum maritum, ab hoſtibus redimere. Cui caſu etiam redemptio captiui principis vel filiorum eius, ſubnixa videtur. Prout & Cicero eos verè liberales cenſet, qui ſuis facultatibus, aut captos à prædonibus rediment, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant. Eoſdem caſus recenſet iterum Paulus[a], *Manẽte*, inquit, *matrimonio, non perdituræ vxori, ob has cauſas dos reddi poteſt: vt ſeſe ſuoſque alat, vt fundum idoneum emat vt in exilium, & in inſulam relegato parenti præſtet alimonia: aut vt egentem virum, fratrem, ſororémve ſuſtineat.*

a *in l. mutus,* 73 §. 1. *de iure dot. lib.* 23 *ti.* 3.

Addi poteſt defenſio reipublicę inter cauſas neceſſarias & iuſtas, ſi alio modo quàm per eam venditionem conſuli ei nequeat.

9 Solemnitates tamen maiores in venditione domanij, aut alia alienatione dotis reipublicæ, quàm in diſtractione rerum dotalium exiguntur, eóque maiores quo maior eſt fauor & priuilegium præſtantius reipublicæ quàm mulieris, & quo maiori fauore digni habẽtur plures vno, & quo maiori cura & inquiſitione minorum res quàm maiorum diſtrahuntur. Liquet enim rempublicam vt pupillam, extra ordinem iuuari[b].

b *vt dicebat Imperator Alexander, in l.* 3. *de iure reip. lib.* 11. *C. ti.* 29.

Proinde exemplo alienationis rerum minorum, imò & alienationis rerum eccleſiæ, debet adhiberi inquiſitio ſeu tractatus diligens. Nec congruentior mea ſententia, totius quęſtionis aliunde mutuanda eſt definitio, quàm à prudentiſſimo iuris conſulto Vlpiano, cuius verba referam [c], quæ reipublicæ bonis diſtrahundis accommodari poſſunt mutatis nominibus tutorum & minorum. *Non paſſim*, inquit, *tutoribus ſuis obtentu æris alieni permitti debet venditio. Namque non eſſe & viam eis diſtractionis tributam, & ideo prætori arbitrium huius rei ſenatus dedit, cuius officio in primis hoc conuenit excutere, an aliunde poſſit pecunia ad extenuandum æs alienum expediri. Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel in numerato, vel in nominibus quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus condictis, vel etiam in redituum ſpe atque obuentionum. Item requirat num aliæ res ſunt præter prædia quæ diſtrahi poſſint, ex quorum pretio æri alieno ſatisfieri poſſit. Si igitur deprehenderit, non poſſe aliunde exſolui quàm de prædiorum diſtractione, tunc permittet diſtrahi, ſi modò vrgeat creditor, aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat. Idem prætor æſtimare debebit, vtrum vendere potius an obligare permittat. Nec non illud vigilanter obſeruare ne plus accipiatur ſub obligatione fœnoris, quàm opus ſit ad ſoluendum æs alienum, aut diſtrahendum arbitrabitur: ne propter modicum æs alienum, magna poſſeſſio diſtrahatur. Sed ſi ſit alia poſſeſſio minor vel minus vtilior pupillo, magis eam iubere diſtrahi, quàm meliorem & vtiliorem. In primis igitur quoties deſideratur ab eo vt permittat diſtrahi, requirere debet eum qui ſe inſtruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus vel curatoribus credere, qui nonnunquam lucri ſui gratia, adſeuerare prætori ſolent, neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſſiones vel obligari. requirat ergo neceſſarios pupilli vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habet: aut ſi nemo inueniatur aut ſuſpecti ſint, qui inueniuntur, iubere debet, edi rationes: itémque ſynopſin bonorum pupillarium, aduocatúmque pupillo*

c *ex l. magis puto,* 5. §. *nõ paſſim de rebus eorum qui ſub tutela &c. lib.* P.

*dare, qui inſtruere poſſit prætoris religionem an aſſentiri venditioni vel obligationi debeat.* hæc Vlpianus[a], omnia prædicta apud acta probata eſſe debere.

Hinc colligamus igitur, in diſtrahendis bonis reipublicæ quæ minoribus aſſimilatur, excuti in primis debere ante omnia de cauſa alienandi, an vrgeat; & an vera ſit quæ proponitur, Dehinc 2. an in bonis reipublicæ ſint ad manus pecuniæ, ex quibus abſque alienatione ſuccurri poſſit neceſſitati. Et ob id conſultè aget princeps, ſi iubeat ſuis theſaurariis ſeu quæſtoribus publicis, rationes edere, ſi reipublicæ bona & prouentus annuos ordinarios & extraordinarios repoſcat ab adminiſtratoribus, & ſynopſin eorundem. Et ſi collata neceſſitate cum reditibus requiratur diſtractio, tunc debet expendere num ſatius ſit obligare quàm vendere: nam ſi poſſent pecuniæ ſub obligatione inueniri mutuò, poſſent interim reditus pignoratarum rerum, extenuare ſortem debiti.

a *cui plures leges eiuſdem tituli accedunt, & ſub titulo de prædijs & alijs rebus minorum ſine decreto nõ aliena. li 5. C. ti. 71. & l. lex quæ tutores C. de adminiſtra. tuto. additur & l. minorum, 6. C. de predijs & alijs reb. mi.*

Quòd ſi non commodè obligari nequeant, & venditio facienda eſt, conſultandum quæ minus vtilis res ſit reipublicæ, vt illa potius diſtrahatur, & ne ad maiorem quantitatem quàm egeat reſpub. diſtractio fiat.

Accedere debet diſcuſſio hæc coram ſenatu, adhibitis ante proceribus regni, qui norunt patrimonium reipublicæ, & facultates reditúſve eius, & ita poſſint conſulere quid expediat reipublicæ vt dicitur de proceribus in vendendis rebus ciuitatis [b], pro prætore erit ſenatus, qui pro conſilio principis adhibetur, vt cardinales in rebus arduis ſummi pontificatus & ſedis apoſtolicæ. In ſenatu, triumuiri regij aduocati & procurator excutiunt cauſas & ſolemnitates alienationum, num fuerint iuſto pretio, & ex lege factæ: & poſtea conſentientibus illis promulgatis in auditorio, & probatis, apud acta deſcribuntur. Sicque alienationes dominicalium rerum ratæ ſunt, & cõprobationes in camera computorum.

b *in l. f. de vẽdẽdis rebus ciuita. lib. 11. C. ti. 31. & l. 2. de prædijs decurio. C.*

10 Sed adhuc illæ alienationes ſolemniter factæ, irreuocabiles non ſunt, quia redhibendi facultas ex eodem fonte prohibitionis alienandi oritur, vt non poſſit expreſſè etiam ei renunciari, non magis quàm ipſi iuri regio. Quocirca ad ſolicitudinem principis pertinet, ſi velit rempublicam vt tenetur conſeruare, quod venditum eſt ex antiquo patrimonio reipublicæ, reuocare, reſtituto pretio ſoluto, & quod docebitur conuerſum in ærarium principis.

11 Pretium verò colligere poteſt, vel ex reditibus aliorum bonorum conſeruatorum, ſi ſufficiant: vel ex nouis obuentionibus quæ poſſunt augere fiſcum, vt ex bonorum proſcriptionibus exemplo c c c. Valentiniani, Theodoſ. & Archadij, qui multarum compendia ſeuera, ærario ſuo protinus voluerunt eſſe quærenda [c]. Atque ideo debet cauere, ne hæc compendia fiſcalia dono concedat, ſed redemptioni domanij deſtructi conſeruet, & lege irritas huiuſmodi largitiones, ſi quæ per importunitatem ab illo impetrentur, faciat, exemplo

c *in l. multarũ, 5. de modo multarum lib. 1. C. ti. 54.*



exemplo Gratiani, Theodoſi & Valẽtiniani, qui has donationes nullas declararunt, & bona vacantia proſcripta, & alia quæ ad fiſcum deuoluuntur, voluerunt incorporari patrimonio reipublicę [a], quod & ſtatuit edicto rex in Gallia anno Domini 1553.

Poterit & princeps reuocare alienationem dominij, ſi vili pretio facta fuerit, etiam interuenientibus in alienatione ſolennitatibus, per in integrum reſtitutionem, ſicut minor contra decretum & ſolemnem venditionem auditur, cauſa cognita. Si verò ſine decreto & ſolennitate alienatio facta fuerit, quæſtione etiam omiſſa vilitatis pretij, fiet redhibitio, vt in prędiis minorum Diocletia. & Maximin. c c. reſcripſerunt[b]. Et quando ſine decreto alienata fuerunt quę dominij ſunt, non reſtituet plus quàm in vtilitatem reipublicæ conuerſum docebitur [c].

a *Lib. 1. & 2. de petitionib. bonorum ſublatis, lib. 10. C. titulo 12. & in l. ſi quando 3. & l. f. de bonis vacantib. ex lib. 10. C. tit. 10.*

b *In l. ſi quidẽ, 11. de predijs & alijs rebus minorum C.*

c *Per l. prædio. 10. eo. tit.*

Quamobrem quamquam omnia rata generaliter habeantur, quæ ab aliquo bellis ciuilibus, vel in prouincia geſta ſunt, alienationes tamen publicorum nõ comprehendi, ex Ciceronis oratione 5, in Verrem diſcimus.

Atque hæc erũt obſeruanda pro primo modo cõſeruationis ærarij, & pecuniarum reipublicæ, vt ea ex quibus conflantur, intacta & ſine alienatione inuiolata retineantur à republica, vel à principe.

12 Secundus modus conſeruandi ærarij eſt, in prudenti eius diſpẽſatione, quam excolere primum in aula ſua, dehinc in aliis debet, ſi ſumptus ſuperuacui euitentur. Sicuti Seuerus imperator, aulicum miniſterium in id contraxit, vt eſſent tot homines in ſingulis officiis, quot neceſſitas tantum poſtulabat [d]. atque Antoninus Pius imperator [e], ſalaria multis ſubtraxit, quos ocioſos & inutiles videbat accipere: nihil eſſe ſtolidius dicens, imò nihil crudelius, quàm ſi rem publicam ij arroderent qui nihil in eam ſuo labore conferrent.

d *vt tradit Aelius Lampridius in eo.*

e *authore Iulio Capitolino.*

Cauere debent principes, ne dum liberales videri volunt, de bonis reipublicę largientes, ambitionis notentur, & acta illorum reuocentur: quamquam non negandum, benemeritis de republica eſſe largiẽdum, verumtamen moderatè vt diſputatum in cauſa Piſonis & reipublicæ Amiſenorum. Iulio namque Piſoni, cùm commune ſeu reſpublica Amiſenorum publicè atque ante viginti annos, cum omnium decreto, quadraginta millia de publico dediſſet, Actor municipum, à Piſone apud C. Plinium nepotem pecuniam condicebat, atque hæc decreta tanquam ambitioſa expugnabat, cùm largitiones fieri de publico, ſiue prædia ſiue ædes aut certa quantitas præſtaretur, prohiberetur. Et niſi Piſo docuiſſet, ea potius ſibi in ſtipendium & remunerationem, quod facultates proprias pro repub. penè expendiſſet, data fuiſſe, adiiciẽs quoque temporis viginti annorum poſſeſſionem, futurum erat vt ex decreto Traiani ea reddere cogereur, vt Plinius teſtatur [f].

Cui accedit Reſponſum Vlpiani [m]. *ambitioſa, inquit, decreta decurionum reſcindi debẽt, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſunt. proinde (vt ſolent) ſiue decreuerint, de publico alicuius, vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præſtari nihil valebit huiuſmodi decretum.*

f *lib. 10. epiſt.*

g *In l. 4. de decretis ab ordine faciendis lib. 50. P. tit. 9.*

Sunt dehinc luxus circumcidendi in principis aula, multiplexque effundẽdi pecunias, inutilis equorũ, canũ, & ſimilium apparatus, abſtinẽdum à peregrinationibus lõginquis, in quæ pecuniæ multæ inſumuntur pro commeatu: temerè non ſuſcipiantur bella, quæ non ſolùm ærariorum, ſed etiam ſubditorum omnium facultates breui tempore exhaurire poſſunt: omittantur ædificationes & opera, quæ potius habent aliquam vanitatis oſtentationem, quàm vtilitatem aut commoditatem reipublicæ adferant. In omnibus frugalitas & parſimonia, & rationis regula conſeruetur. Et ſemper ante oculos eius qui preeſt verſetur, non conuenire ſumptus ſupra vires redituum ordinariorum facere, & vt priuatum quemque, ſic & principem ſuo pede ſe metiri oportere.

*Num expediat vel probetur in cauſa reipublicæ potius habere & cogere, theſauróſque reponere, quàm non habere.*

## CAPVT IX.

DISPVTARVNT aliqui, num expediat reipublicę conſeruare theſauros, exemplis forſan aliquorum adducti, qui noluerunt ſibi parare, quamuis reipublicæ præeſſent, metu ne ſuppilarentur impleti, aut bellorum cauſa malorúmque aut opreſſionis populi eſſent, quemadmodum Lacedęmones, pecunias publicas in theſauris non cogerũt, veriti, ne violentiores cuſtodes nacti, illas expilarent. Et Maracentium qui circa Vtopiam ſunt, lex eſt [a], vt Rex, quo primum die auſpicatur Imperium, magnis adhibitis ſacrificiis, iureiurando obſtringatur: nunquam ſe vno tempore ſupra mille auripondo, in theſauris habiturum, aut argẽti quantum eius auri pretium æquet: quæ lex ab optimo rege lata, cui maiori curæ fuit patriæ commodum quàm diuitiæ ſuæ, quæ inopiã populo inferre poſſent.

*a Vt refert Tho. Morus lib. 1. Vtopiæ.*

2 Forſan ille Rex, hauſerat ſanctionem à lege regni, quam per Moyſem Deus præſcripſit vbi prohibetur [b], *Ne rex habeat auri aut argenti immenſa pondera.* Sed & Plinius ſcribit, libro 36. c. 12. à quibuſdam proditum, faciendi Pyramides in Ægypto, quæ fuerunt regum pecuniæ otioſa & ſtulta oſtentatio, cauſam fuiſſe, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet otioſa.

*b Deuterono c. 17. verſ. 17.*

3 Optimum theſaurum & minimè furibus expoſitum, dixerunt etiã tyranni plures, ſibi ex theſauris conciliare amicos, quemadmodũ Phalaris tyrãnus ſcribit Aglao [c], ἐκτεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου, ὅσα παρέσχεν ὁ θεός, εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης, οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παραινεῖς, ἀλλὰ εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. & additur ratio, πιστὸν γὰρ οὐδὲν ἡγησόμεθα γῆς μέρος παρελθόντες ὡς κόνεως ἀπιστοτέρους, τοὺς δὲ ὑμῶν τῶν ἑταίρων κρατι-

*c Epiſtola 12.*



στεύσεις. ὧν εὐτυχούντων, κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δαίμονι, οὐδεὶς οὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω. id eſt, *Theſaurizauimus diuitias quaſcunque Deus præbuit, ad mutationem fortunæ, non in finibus terræ, vt admones, ſed apud amicos volentes noſtra munera accipere. Nullam enim terræ partem nobis fidam ducimus, ſi vobis amicis tanquam pulueri diffidamus: quibus fortunatis, & ego ipſe amico communicauero fœlici oblectatus, nihilominus fœlicitari me exiſtimabo.*

6 Ad theſaurorum direptionem concitantur alioquin amici, ob illorum cupiditatem, & ob poſſeſſionem arma mouentes, vt ſæpiſſimè, vt ob theſauros in Sophenæ vrbe Armeniæ poſitos, Tigranes filius aduerſus Tigranem patrem, exercitum Pompeij duxit, quos tamen non habuit: ſed pater, & in vincula meritò à Pompeio coniectus eſt.

7 Qui ducuntur habendi cupiditate, multis modis prætextu vtilitatis reipublicæ poſſunt eandem opprimere, tributis & vectigalibus nouis quibus non ſolùm tondentur, ſed deglubuntur & excoriantur ſubditi, & ſæpe in deſperationem vitæ adducuntur, vt ſolum vertere, vel rempublicam perturbare, aut principatum conuellere cogantur, aut ſaltem inducantur ad ea agenda, quæ nec ſubdito digna ſunt, nec conueniunt paci ſocietatis, aut vitæ ciuili. Dicebant verè antiqui fiſcum & ærarium principis, ſimilem eſſe lieni: nam eo intumeſcente totum corpus languidum & morboſum eſt.

Sequi etiam ex remiſſione vectigalium & tributorum, prouinciarum diuitias innuit exemplum regis Panoniæ, qui Bela dictus eſt. is enim omnibus promiſcuè vectigalibus leuato populo, tributóque generatim prouinciis remiſſo, effecit & nobilitatem & plebem ditiſſimam, vt nec minimus quidem ruſticus inuentus fuerit egenus anno Domini 1060 [a].

*a Bonfinius rex Hungariæ decade 2. lib. 3.*

Communis tamen in contrarium videtur eſſe omnium ferè inſtitutionum reipublicæ ſententia, & ad bene inſtituendam & conſeruandam rempublicam, non minorem curam adhibendam in multiplicando & conſeruando ærario, quàm in aliis negotiis & partibus publicæ ſocietatis. Quod & ex his quæ antè admonuimus in ſuperioribus capitibus, & ex neceſſitate quotidiana, comprobari poſſe putatur, multiſque rationibus, quæ ſi ad trutinam reuocentur, multò grauiorem efficient opinionem, vt eam ad veritatem magis accedere fateri cogantur.

8 Ego in hac quæſtione de ærario principis vel reipublicæ dictando non valde cunctarer reſpondere, vtilem eſſe cauſam ærarij pecuniarúmque conſeruationem, etiam citra tempus neceſſitatis & bellorum: cum diſtinctione tamen, vt in ærarium inferantur & ibi conſeruentur, quæ colligi poſſunt ex reipublicæ bonis, & ordinariis reditibus, citra exactionem tributorum vel vectigalium, quæ ex lachrimis colliguntur prouincialium, quæ ceſſare debent ceſſante cauſa neceſſitatis.

Prohibitum ita erat Deut. c. 16. regi, habere immẽſa auri pondera: ſcilicet vt ibi interpretes tractant, ad auaritiã: alioquin & reges Iſrael ad negotia reip. belli & pacis, theſauros collegerũt ſine reprehẽſione.

Meminit c.14.verſ.26.libri 3.Regum, de theſauris regiis & templi quos abſtulit Seſac rex Ægypti, in Hieruſalem. Sic in 3.Regum c.7. verſ. 51. & 1.Paralipomenon,& 2.ſæpe.

9 Laudatur apud Plutarchum [a], Eubolus Anaphliſtius, qui cùm authoritate virtute ac viribus opibúſque polleret, nihil quod ad bellum & imperium pertineret, vnquam curandum ſuſcepit,ſed ærario locupletando pene ſe addixit.

10 Multa reprehendenda ſunt in theſauris coaceruandis, multa quoque in exhauriendis. vectigalia quædam ſunt ordinaria: ea quæ ordinaria ſunt, conſeruari debent in tempus neceſſitatis. Fieri enim non poteſt,vt reſpublica,quæ ſub motu perpetuo cæli gubernatur,in eodem ſtatu permaneat, vt quiete pace fruatur æternùm: non minùs quàm ipſum corpus phyſicum eſſe non poteſt quin aliquando morbis,iiſque interdum lethalibus concutiatur. Quare quo tempore remedia adhibenda ſunt, eo paratæ debent ſapienti principi pecuniæ, ad excipienda vel reiicienda tela mutationum. Interim tamen dum pace fruitur,ſanctum erit adimere populo vectigalia extraordinaria, ſed non omnia:neque enim probauit ſenatus ſententiam Neronis [b], qui primis annis imperij omnia volebat remittere. Sic enim gratificandi nimiùm inconſideratè reipublicæ patrimonium ad negotia neceſſarium,exhauriendo,videbatur inferre cladem eidem irreparabilem, adimẽdo ei vires & neruos quibus in aduerſis ſe tueri poſſet. Antiquorum ruſticorum prudentum ſententia laudatur à Celſo iuriſconſulto [c], *Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe, peculium appellantes quod præſidij cauſa ſeponeretur,nempe quo neceſſitatis tempore vterentur.*

11 Extraordinaria & quæ onerare nimium videntur ſubditos, maximè vbi cauſa ceſſat propter quam erant introducta, & laudabile eſt principi & multum ad ſibi fauorem conciliandum populi, pertinet.

12 Suadent & clades repentinæ ſubditis aduenientes, vt etiam remiſſio fiat illis tributorum, ſaltem ad certum tempus. vt aſperrima in Sardianos lues, plurimùm in eoſdem miſericordiæ tribuit. Nam centies ſeſtertiûm pollicitus Cæſar Tiberius, & quantum ærario & fiſco pendebant in quinquennium remiſit [d]. Et releuauit penſionem conductoribus Apulis Theodericus rex Gothorum, quòd frumenta eorum ab inimicorum incurſionibus fuiſſent concremata aut conſumpta [e]: item & tributa ob damna paſſa ab hoſtibus releuauit Gallis [f]. Si quæ etiam vectigalia à tyrannis ante impoſita fuerunt, illa remittere,probatio erit iuſti ſucceſſoris principis.Sicut Pertinax Imperator, vectigalia omnia quæ ad exquirendas pecunias tyranni excogitauerant, in fluuiorum ripis, ciuitatúmque portis, per vias & itinera,penitus remiſit [g].

13 Ob merita etiam ſubditorum, ex priuilegio quibuſdam remittere,vel omnia, vel partem tributorum ad æquitatem pertinet,vt quia fideles in diſcrimine belli extiterunt, vt Theodericus remiſit tributum Arelatenſibus, quod in obſidionis tempore,viriliter etiam cum maxima fame reſtitiſſent [h]:vel quia inſignis doctrinæ,& meriti ſunt erga rempublicam, alioqui, vel ob religionem eccleſiis monetariis

a *In Politicis.*
b *Suet.in Nerone.*
c *l. ſi chorus 79.de lega.3.li. 32.P.ti.1.*
d *Cornel.Tacitus lib. 2.annalium.*
e *Caſsiodo. li. 1.ep.16.*
f *Caſsio. lib.3. ep.32.*
g *Herodian. in 2.*
h *Caſsio.lib.3. tit.32.*



tariis exemptiones à collectionibus & talliis datum [a]. Remiſit & pro iocundo ſuo aduentu ad imperium, poſtquam fuit coronatus.

Nicephorus Botoniates Orietis Imp.& in vniuerſũ aboleuit quicquid fiſco deberetur, ac nouas tabulas magnifico edicto inſtituit [b].

Mithridates Rex poſt primam victoriam contra Romanos obtentam,debita ciuitatibus & publica & priuata remiſit,& vacationem quinquennio conceſſit [c].

Hadrianus ſororis Traiani vir,imperium conſequutus à Traiano, publica vectigalia à populo & ciuitatibus debita remiſit [d].

14 Peccatur in vectigalibus imponendis & exigendis,in exceſſu,dum ſupra modum onerantur ſubditi ſine cauſa,aut neceſſitate vrgente reipublicæ aut principes congerant theſaurum ſibi & ad voluptates, paruipendentes lachrymas & gemitus exinanitorum ſubditorum: quod eſt potiùs opus tyranni quàm boni principis,cui pluris eſt ſubditorum opulentia & medela, quàm reditus qui inde inferuntur imperio,vt dixit Iuſtinia [e]. Quare neque M.Antoninus fiſco in cauſis compendij vnquam fauit,vt ait M.Capitolinus [f].

Nec quidem temerè, vt ſanxerunt Seuerus & Antoninus Cæſares, permittenda eſt nouorum vectigalium exactio: ſed ſi adeo tenuis eſt patria,vt extraordinario auxilio iuuari debeat,re diligẽter inſpecta [g].

Alexander Cæſar apud Herodianum in matre Mammea ſubditorum expilationem reprehendit, & grauiter ſuccenſebat, quòd eſſet pecuniæ auidior,& opum cumulandarum ſtudioſior.

15 Prouinciæ in perpetuum redduntur deſertæ, miſeri homines & efferati,ne dicam deſperati, exhauſtis facultatibus per nimias exactiones,quod his verbis deſcribit Cicero [h], *Maxima expectatione in perditam & planè euerſam in perpetuum prouinciam nos veniſſe ſcito &c. audiuimus nihil aliud,niſi imperata* ἐπικεφάλια *non poſſe:poſſeſſiones omniũ venditas,ciuitatum gemitus,ploratus monſtra quædam non hominis: ſed feræ neſcio cuius immanis.*

Laudatur beneuolentia Darij regis Xerxis patris, qua ſibi conciliauit mirificè ſubditorum animos,vt meritò ab omnibus amaretur. cùm enim tributum indixiſſet ſubditis,accerſitos prouinciarum præfectos percontatus, cùm de aliis rebus, tum etiam an grauia eſſent populo tributa, & illi reſpondiſſent eſſe mediocria, iuſſit vt ſinguli dimidiam tantùm partem exigerent [i]. Præſtantior adhuc reſponſio Alexandri Magni: quum enim quidam admoneret, longè plus vectigalium auferri poſſe,reſpondit, καὶ κηπωρὸν μισῶ, τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα. *Et olitorem,* inquit, *odi,qui radicitus olera exſcindat* [k]. cui illud conuenit reſpõſum à Tiberio, *Boni paſtoris eſſe, pecus tondere, non deglublere* [l].

Cyrus Perſarum primus rex,tributum nullum à Perſis exegit, ideo pater ab eis appellatus fuit,quòd omni ratione de ſubditis bene mereri ſtuderet [m].

Valde acceptus populo Iudæorum Vitellius Syriæ præfectus ſub Tiberio,qui ciuibus Hieroſolymitanis totum vectigal fructuum venalium remiſit,vt ait Ioſephus [n].

Vt contra Roboam valde exoſus ab Iſraelitis, quòd tributi onera

a *Sed num hoc priuilegium ad ſucceſſores tranſeat, vide Papæum deciſi. 402.*
b *lib.iuris Orientalis, in inſtitutione eius 2.*
c *Iuſtinus ex Trog.lib.38.*
d *Nicephor. Callix. lib. 3. hiſtor. eccleſiaſti.c.24.*
e *inc. 2. ſeu §. atque vt hæc ita,nouellæ 161. de prouinciar. præſidib.*
f *in eius vita.*
g *l.1.vectigalia imponi non poſſe. lib. 4 C. tit.62.*
h *li.5.ad Atticum,epiſt. 16.*
i *Plutarch.in regum & imperatorum apophtheg.*
k *Maximus Tyrius 13. ſermone philoſophico.*
l *Sueto.in eo.c. 32.*
m *Herod.li.3.*
n *lib.18. antiquita.c.6.*

impoſita à Salomone patre grauiſſima, noluit remittere: quare & decem tribus ab eius regno deſciuerunt, lapidato Adura qui ſuper tributa regis erat [a], ceſſante cauſa exactionis grauis: nempe vel belli, vel refectionis, vel alterius oneris, æquum eſt ceſſare exactiones nouorum tributorum, ſi populi retinendus ſit amor, quod expedit: vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiat: vt ait Iuſtinianus [b]. naturale quippe in omnibus, & Phyſicis & iuſtis, vt ceſſante cauſa ceſſet effectus [c].

Neque arbitrari debent principes, tam ſtolidum eſſe populum, qui promptè tenetur ad neceſſaria reipublicæ conferre, & meritò erubeſceret in eam cauſam auxilia detrectare vel negare: vt non nouerit ſi cauſa quę falsò prætexitur, ſubſiſtat: & quin iudicet, quanuis non apertè, de ſuo principe eum auarum & tyrannum effici.

16 Periander Corinthiorum rex, à nemine tributum exegit: ſed reditibus fori & portium contentus fuit, vt ait Heraclides [d]. Maluit Erythrius præfectus imperij ſub Zenone, magiſtratu ſe abdicare quàm maius onus, præter tributa ordinaria populo imponere, cùm tamen fiſcum exhauſtum profuſionibus & largitionibus Cæſarum non eſſe ſufficientem ferendis impenſis publicis videret [e]. Abiit autem magiſtratu, non ſine magno ciuitatis dolore.

17 Solent enim vel natura dictāte ſubditi, eos diligere qui ſuis rebus maximè conſultum cupiunt: vt contra facilè in odium & contēptum eorum delabuntur, qui noua imponunt onera, quíve occaſiones, aut modos extorquendi adinueniunt nouos: vt ſæpe & illi maleficium propria vita exſoluerint, commotione & iuſto dolore oppreſſorum inuaſit, vt populus lapidauit Aduram qui erat ſuper tributa regis Roboam, dum peteret impoſita tributa [f].

Fuit & Procleres lapidatus à populo Treuerenſi, quòd conſilium dediſſet Theodoberto regi, de imponendis ſubditis nouis exactionibus.

Achæus rex Lydiæ, cùm noua tributa à populo vellet extorquere, in factione populari ſuſpenſus eſt, pedibus ſurſum verſum erectis, & capite in aquas Pactoli demiſſo [g].

Sic bellis frequentibus fiſco exhauſto imperatoris, cùm Theodoſius tributum nouum præter ſolitum impoſuiſſet ciuitatibus, populus Antiochenus vectigal illud nouum non tulit, & cùm exactores cerneret, cùm pleraque alia facere, tum ex ciuibus quoſdam ſuſpendere, nonnullos crudeliter trahere, alióſque in carcerem coniicere, ſeditionem mouit, & Placillæ vxoris Theodoſij ſtatuam, ſuo loco imprudenter deiecit, & traxit per ciuitatem cum opprobriis funi per pedes alligatam [h].

18 Grauiſſimum habitum tributum ſemper, quod ita excedit laboris fructum, vt rebus malint poſſeſſores ipſis cedere, quàm pro illis impoſitum ſoluere: quale fuit illud quod ſub Iuſtiniano Cæſare impoſitum dicebatur, vt ait Suidas ἐπιβολὴ, quaſi adiectionem dicas, peſtis improuiſa prædiis, quòd prorſus omnem victus parandi ſpem poſſeſſoribus ademerit.

a 3. Regum c. 12.

b in l. vni. in princip. de caduc. tollen. lib. 6. C.

c c. cum ceſſante, de appellatio.

d in politiis, & de repub. Corinthiorum.

e vt ſcribit Suidas in Erythrio.

f 3. Reg. c. 12.

g vt ait Ouidius in Ibin.

h Nicephorus Calix. lib. 12. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

Fue-



Fuerunt huiuſmodi Chilperici regis Franciæ aliquando deſcriptiones graues, & nouæ, in omni parte regni fieri iuſſæ, ſtatuens vt poſſeſſor de propria terra pro quolibet aripento, vnam amphoram vini annuatim præberet, & alia multa ob quæ plures reliquerunt ciuitates & res proprias, ſatius ducentes in aliis regnis peregrinari, quàm tali periculo ſubiacere [a].

Grauia & tributa, & ad quę nunquam niſi maxima vrgente neceſſitate perueniendum putant, qui probè de reipublicæ adminiſtratione recta cenſent, quæ imponuntur rebus ad quotidianum victum pertinentibus.

Iterum & illa crudelia quæ ſupra facultates ſubditorum indicuntur: nemo enim dare poteſt quod non habet. Et proinde cùm Themiſtocles apud Andrum argentum exigeret, & dixiſſet, duos, inquit, ad vos adduco deos, vim & ſuaſionem: ſignificans ſi minùs impetraret ſuadendo, ſe vi recepturum: illi reſponderūt, apud ſe quoque duas magnas eſſe deas, inopiam & impoſſibilitatem, per quas non licebat dare quod petebat [b].

Contra iuſtitiam principis eſt, eum ſubditos opprimere tributis, quos ex ſuo officio, debet ne in bonis etiam lædantur procurare, vt proculdubio dæmonum inſtigatione præter neceſſitatem & ſupra modum ea exigere, certum ſit. Quod & exemplo docuit Deus Eduardo III. Anglorum regi. Cùm enim exactores tributi populo impoſiti, aliquando ingentem aceruum eius pecuniæ collectæ, delectandi regis gratia, coram adduxiſſent, ille ſubitò dæmonem circa ipſum aceruum ludentem, videre viſus eſt, & ob id huiuſmodi pecuniam vt rem funeſtam abhorrens, illicò auferri ab oculis, reſtituíque populo iuſſit [c].

19 Grauior videtur prouincialibus, exactorum crudelitas & rapacitas, qui ſæpe pro modico debito tributario ære, ingentes facultates ſubditorum prædantur, & ita eos ſpoliant bonis miſerè, vel vexationibus, carceribus & impendiis onerant. Quibus principes obſiſtere & legibus & pœnis, operæpretium eſt exemplo Dei, qui in ſuis mandatis deteſtatur huiuſmodi exactores [d], & pro maximo beneficio populo ſuo dato, illud recenſet, quod ab exactoribus liberauit eum [e]: vt contrà in ſignum iræ, ait ſe eum exactoribus expoſuiſſe [f]. Reprehendunt & caſtigant huiuſmodi tributorum ſeueros exactores leges ciuiles [g].

Iulius Tutor Treuir, ripæ Rheni à Vitellio præfectus, damnatus fuit quòd Cilices ſpoliauerat [h]. Capito Conſutionis Tigillini gener, qui ſoceri precibus in ordinem ſenatorium eſt aſcitus, ſupplicio affectus, quod à ſubditis pecunias abſtuliſſet [i]. Et Q. Plemnium damnauit ſenatus, quòd in Sicilia adminiſtrator à Scipione relictus, ſpoliaſſet exactionibus ſubditos, eóq; necato ablata reſtituta ſunt [k]. Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis, ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat, inquit Vlpianus [l]: idcirco prætor ad compeſcendū eorum audaciā, edictum propoſuit, de publicanis & vectigalibus. Arcadius & Honorius legem conſtituerūt his verbis [m], *Quicquid*

a vt refert Gregor. Turo. lib. 5. hiſtor. Francor. tit. 27.

b Plutarch. in vita Themiſtoclis. Herodot. in 8.

c Polydor. Virgil. lib. 8. hiſtor. Angli.

d Exod. c. 22. verſ. 25.

e Iob. c. 3. verſ. 21. & c. 39. ver. 10. Zacheæ 9. verſ. 8.

f Eſaiæ 3. verſ. 12. Lucæ c. 12. verſ. 58.

g Conſtantin. in l. nemo 2. de exactorib. tributor. lib. 10. ti. 19.

h Cornel. Tacitus lib. 20.

i Cornel. Tacitus lib. 16.

k Liuius li. 2. belli Punici.

l in l. quantæ audaciæ 12. de publica. lib. 39. P. tit. 4.

m l. vnica de ſuperexactionib. lib. 10. C. tit. 20.

I iij

*vltra debitum fuerit elicitum à curialibus, vel cohortalibus, vel alijs exactoribus, in duplum [a] conatur: quod prouincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum inſuper exactoris crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda, atque prohibenda eſt, ſi in iiſdem ſceleribus perſeueret.*

20 Verùm non eò pertinent exactorum caſtigationes vt inde poſſit parari ſecuritas contumacibus debitoribus tributorum: nam contra eos & captis pignoribus & diſtractione eorum proſpici debet reipublicæ [b], ne remorari principem oporteat negotia publica propter non ſoluta tributa. Et ſi quis tantæ temeritatis inueniatur, qui perſonam debitricem tributorum, & captam ſubtraxerit vel exemerit à cuſtodia, ipſe pro eo teneri debet [c].

21 Peccatur item in vectigalibus, quando immunitates pluribus dantur, & onera omnia in paucos transferuntur. Exemplo quæ datur pluribus tributorum, ſua multitudine rem ipſam admodum anguſtis terminis concludit: vt pauciſſimi exiſtant qui publica agnoſcant & ſuſtineant munia. Et priores contributiones, aliquoties in duplo, triplo, aut quadruplo, imò etiam decuplo maiores fiant. Et proinde exemptiones reformandæ ſunt, vt etiam Iuſtinianus ſtatuit fieri [d]. Neque eſt ſuſtinendum, vt ob exemptionem aliquorum, alij prægrauentur: nam ſi minutatim, & pariter in omnes diſtribuantur vectigalia, non ſolùm paululum erit quod præſtitum fuerit, ſed etiam tantò moderatius, leuius, tolerabilius, faciliúſve, quod confertur exiſtet, quantò à pluribus colligetur, multóque abſurdius erit, propriis manibus laborantes homines, vxores, & liberos alentes, & reliqua vitæ neceſſaria, labore acquirere ſatagentes, etiam maioribus onerare vectigalibus.

Atque adeo expedit reipublicæ, vt ſi quidam releuentur à tributis, pars illa quæ ab illis ſolui & exigi deberet, transferatur in partem fiſci perinde ac ſi exacta eſſet, potiùs quàm imponatur aliis, qui partes ſuas ſoluunt ne aliorum tributo superonerentur.

a *& quadruplum fiſco pendatur l. peræquatores de cenſibus C. l. placet de excuſationib. munerum. C.*

b *in l. 1. & 2. de capiendis & diſtrahendis pignorib. tributorum cauſa lib. 10. C. ti. 21. l. fi. ſi propter publicas penſitatio. venditio fuerit celebrata. C. l. 2. de exactori. tributor. li. 10. C. tit. 19.*

c *l. quoties quis 3. de exactorib. tributor. lib. 10. C.*

d *Nouella 43. de officinis ſeu tabernis Conſtantinopolitanæ vrbis c. 1. & c. 2.*



# DE REPVBLICA LIBER QVARTVS, VBI AGITVR DE PRÆCIPVIS quibuſdam perſonis conſiderandis in ea.

*De populi, ciuium, & ciuitatis diuiſione.*

## CAPVT I.

EXPLICATIS rebus inſignioribus reipublicę ſeu ciuitatis: de perſonis agendum eſt, quę potiùs quàm muri, dicuntur facere ciuitatem. Atque in genere de earum diſtinctione: & poſtea in ſingulari, de quibuſdã. Populi nomen vt antè diximus, omnes cuiuſcunque ſexus & dignitatis ſint, continet: verùm eius diuiſio nõ fuit in omnibus rebuſpublicis aut adminiſtrationibus earum, ſimilis: nec nunc quidem apud omnes. Et proinde quid in populi diuiſione magis placuerit quibuſdam, referemus, vt meliora eligamus.

2 Populus Romanus diuiſus eſt à Seruio Tullio rege VI [a]. cenſu, ordinibus, ætate, loco, honore.

Cenſu diuiſus per claſſes, quæ cenſu ſeu patrimonio poſſeſſo & æſtimato erant diſtinctę, erántque ſex claſſes, quarum & poſtrema proletariorum, capite cenſorum, vſi & diuiſione ciuium per cenſum Gręci maximè Athenienſes, vt ait Demoſthenes [b]. Priùs autem Tullius populum vniuerſum iureiurando adactum, fortunarum ſuarum æſtimationem, apud ſe profiteri iuſſit: qua cognita eundem in ſex claſſes, & centum tres ac nonaginta centurias, ita diſtribuit: vt in primas centurias qui maximo eſſent cenſu, coniecerit: in reliquas verò, deinceps qui minore, ſeruato cenſus & centuriarum gradu.

Ordinibus, diſtinguebantur per centurias equitum & peditum. Ætate per ſeniorum iuniorúmque centurias. Cùm enim [c], quinque illas claſſes iuniorum cenſus faciendi inſtrueret, pueros exiſtimauit qui minores eſſent ſeptendecim: atque inde ab annis 17. quos iam idoneos reipublicæ eſſe arbitraretur, milites ſcripſit, eóſque ad annum 46. iuniores, ſupráque eum annum, ſeniores appellauit.

3 Loco diuiſa eſt in quatuor partes ciuitas, & populus: partes erãt, Palatia, Suburrana, tertia Collatina, quarta Exquilina [d]. Antea Romulus, populũ vrbis in tres parteis diſtribuerat, vnde tribus à numero trium dicuntur quibuſdam rectiùs quàm à tributo pendendo: deinde ſingulas partes tribuum in decem curias diuiſit [e]. Videtur & Liuius

a *vt ait Dionyſ. Halicarnaſſ. Liuius in 1. Cicero lib. 3. de legib.*

b *oratio. de muneribus.*

c *vt ſcribit Tubero lib. 1. hiſtoriarum & Gellius ex eo. lib. 10. c. 28.*

d *vt & notat author de viris illuſtribus c. 7. Alexander ab Alexan. lib. 1. c. 16. Blondius lib. 3. Romæ triumphãs & alij.*

e *vt ſcribunt Dionyſ. Halicar. in 2. & Plutarchus in Romulo.*

dum de Seruio Tullio agit in 1. & curias tribus dixiſſe, & eas fuiſſe geminatas, vt triginta quinque fuerint, totidem additæ. Curiones, qui præficiebantur curiis ſeu partibus illis. Curiis ſimiles dicere poſſumus noſtras parœchias, ad quas certus & diſtinctus hominum certorum vicorum numerus, confluit rerum ſacrarum cauſa, inde & noſtri ſacerdotes iis præfecti curiones rectiùs quàm curati. Quod & obſeruauit Budæus [a].

Apertè teſtatur M. Varro [b], vrbem Romam & agrum Romanum primum diuiſum fuiſſe in tres partes, à quo tribus ſunt appellatæ Tatientum, Ramnum, Lucerum: ita nominatæ, vt ait Ennius, Tatienſes à Tatio: Ramnenſes à Romulo: Luceres, vt ait Iunius, à Lucumone. Vel vt ait Aſconius Pædianus [c], Luceres à Lucumone ſeu Lucretino, ſiue à Luco, quem lucum Aſylum vocauerat Romulus. Meminit de his tribubus Propertius [d], diuiſa in tres partes ita multitudine, ſingulis partibus Romulus, vt Dionyſ. Halicarnaſſ. ait [e], præfectum conſtituit eum quem illuſtriſſimum, ac nobiliſſimum cenſebat: tum ſingulas trium partium, rurſum in decem partes diſtribuit, totidémque, ſingulis præfectos dedit qui eſſent fortiſſimi: ac maiores quidem partes tribus: minores, curias appellauit. Qui tribubus præerant tribuni: qui curiis, curiones ſunt appellati, vnicuiq; etiã tribuni ſuus erat augur, vt ait Liuius [f]. Rurſum ſingulis curiis binos deos, quos coleret aſſignauit Romulus [g]. decreuítque ad ſacra ſumptus, qui publicè præberentur: ſacra autem vnâ cum ſacerdotibus curiæ faciebant.

a *in annotationibus poſterioribus ad Pãdect. ad l. finalem de muneribus & honoribus in P.*
b *4. de lingua Latina.*
c *in 3. in Verrem.*
d *lib. 4. eleg. 1.*
e *in 2.*
f *in 10.*
g *vt idem ait Dionyſ. in 2.*

4 Ex tribubus dabantur milites, equites ex ſingulis centum, vnde tres centuriæ equitum [h]: quorum præfectus tribuni militum, apud Varronem [i], quod ex ternis tribubus Ramnenſium, Lucerum, Tatienſium olim ad exercitum mitterentur. Sed hæc de his hactenus ſufficiat admonuiſſe, vt oſtendamus rempublicam Romanam fuiſſe diuiſam ſecundum locum, in tribus & curias, quæ poſtea auctæ fuerunt, additis aliis ruſticis cum vrbanis: ex quarum diuiſione & gubernationis & ſuffragiorum ordo, & prouentuum vel hominum vel rerum auxilia, ad rempublicam defendendam & diſponendam promptiſſima, & ſapientiſſima ſequebatur adminiſtratio.

h *apud Liuiũ in 1.*
i *in 4. de lingua Latina.*

5 Deinde honor additus à Seruio Tullio: non enim vt ab Romulo traditum, cæteri ſeruauerant reges, inquit Liuius in 1. viritim ſuffragium eadem vi eodémque iure promiſcuè omnibus datum eſt: ſed gradus facti, vt neque excluſus quiſquam videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis eſſet. Nam tunc cœperunt primùm vocari ad ſuffragia comitiorum octodecim centuriæ primæ claſſis primi & maioris cenſus, quæ reliquam multitudinem tribus centuriis ſuperabant: quæ centuriæ ſi non conuenirent, ad ſecundam perueniebatur claſſem & eius centurias, & ſic per ordinem ad alias: non autem ex æquo omnes claſſes & centuriæ, vt tempore anteriorum regum, admittebantur.

6 Fuerunt aliquando honores & magiſtratus diſtributi iuxta cẽſus,



ſus, claſſes, & pro numero diuitiarum.

Ita tres dignitatum, facti gradus cum cenſu, ſenatorius, equeſter, & plebeius [a], vt non niſi qui cenſum haberet definitum his ordinibus, fieret ſenator, aut eques, ex plebeio: neque per conſequens iudex, quia tunc iudicum decuriæ ex equeſtri ordine deligebantur. Cenſus equeſtris id eſt patrimonij valor, erat quadringentorum ſeſtertiorum [b], quod innuit Martial.

*Quadringenta ſecat qui dicit* σύκα μερίζε
*Vno credis equo, poſſe ſedere duos.*

a *vt liquet ex Plinio lib. 33. c. 1.*
b *vt liquet ex Plinio d. li. 33. c. 1. & 2.*

Inſigne huius ordinis aureus annulus, aliquando ferreus, ius & ordo ſpectandi in quatuordecim ordinibus in theatro, id eſt quatuordecim gradibus, vt ſenatorius ordo in orcheſtra ſpectabat. Iuuenalis indicat [c].

*--Effice ſummam*
*Bis ſeptem ordinibus, quæ lex dignatur Othonis.*

c *Satyra 14.*

7 Ex equeſtri ordine ad ſenatorium tranſitus erat, vtque inſigne annuli, ordinem equeſtrem diſtinguebat à plebe, ſic tunica purpurea, latus clauus, & calceus cui luna ſubtexebatur, ideo lunatus, ſenatoriũ ab equeſtri, vt liquet ex his quæ Budæus à pluribus collegit [d]. Cenſus ſenatorius tamen duplex quàm equeſtris erat, atque etiam ſub Auguſto triplex. Is enim eum ampliauit: vt in eius vita ſcribit Suetonius [e].

d *in prioribus annotationibus ad pandectas in legem fina. de ſenatoribus.*
e *c. 41.*

8 Conqueſti ſunt quidã de hac reipublicæ forma, in qua ex cenſu ad honores fiebat gradus, tanquam ſi delectus nullus virtutis in eo eſſet, vt Ouidius [f],

*In pretio nunc pretium eſt, dat cenſus honores*
*Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.* & rurſum [g],
*Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores*
*Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.*

f *1. Faſtorum.*
g *lib. 3. elegiarum.*

Reprehendit & Plinius [h]. *Poſteris,* inquit, *laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, iudex fieri cenſu, magiſtratum ducémque nihil magis exornare, quàm cenſus: peſſum iere vitæ pretia, omnéſque à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere.*

h *in procemio libri 14.*

Sed poteſt inſtitutio antiqua in aliquibus defendi, ſi dicamus, non omnes diuites pari modo, ſed tantùm cum delectu ad munera & magiſtratus vocatos, ſuffragiis datis, vel Cenſore adhibito. Et ideo vt ſcribit A. Gellius [i], *quoniam res pecuniáque familiaris, obſidis vice pignoriſque eſſe apud rempublicam videbatur, amoriſque in patriam fides quædam in ea firmamentũmque erat: neque proletarij, neque capite cenſi, milites, niſi in tumultu maximo ſcribebantur, quia familia ijs aut tenuis aut nulla eſſet.*

i *Leo 16. c. 10.*

9 In tres itaque ordines ciues Romani diſtributi, in Senatores, equites, & plebem. quandoque fuerunt tempore Romuli duo tantùm, nempe Senatorum & plebis, vt indicant leges Romuli apud Dionyſ. Halicarnaſſ. *Sacra patres magiſtratúſque ſoli peragunto ineuntóque, plebeij agros colunto*, indicant & inſcriptiones antiquæ, vexillorum & monumenta Græcorum hiſtoriographorum, quæ tantum nominant Sena-

tum populúmque Romanum. quemadmodum & Athenienſes apud Demoſthenem & alios, ſæpe diuiduntur εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον: & quanquam non obſcurum ſit etiam tempore regum Romanorum fuiſſe delectos equites militiæ cauſa, verùm illi equites ordinem qualem poſteri equites dicti, non tenuerunt. Atque Appian. Alexan[a]. equites inter ſenatores & plebem interiectos, tradidit. Et ſic Plinius ſcribit. *Annulos planè medium ordinem tertiúmque plebi & patribus inſeruiſſe.* Ita facta *Martia Roma triplex:* equitatu, plebe, ſenatu, vt ait Auſonius: & fuerunt ij tres ſtatus perſonarum, maior Senatorius, infimus plebeius, medius equeſtris. In illo autem triplici ordine nec mentio fuit ſacerdotum aut ſacrificulorum: nempe quod vt diximus, lex Romuli ſacra à magiſtratibus atque patribus peragi, iuſſerat. & olim apud Romanos aliquando idem fuerunt magiſtratus & ſacerdotes, vt & Prytamiæa ſacra apud Græcos peragebantur ab his qui maximam in vrbibus poteſtatem habebant.

a *lib.1.*

10 Romulus in patritios & plebem diuidens populum, de nobilibus non diſtinxit ordinem, ſed patritios tantùm qui patres ciere poſſent ingenuos, plebem, nouos homines dixit: ſucceſſu verò temporis nobilitas plebi oppoſita.

11 Diſtincti ciues ita tripliciter, à cenſoribus in ordines referebantur, & ab iiſdem, ab ordinibus ignominiæ cauſa, pellebantur. Senator efficiebatur communicato illis per illos ſenatu: per cenſuram eiiciebatur ſenatu: aſſignato equo publico plebeius fiebat eques, ademptione equi, efficiebantur priuati. Honorabatur plebeius tribu digniore largita: omnes enim ciues erant deſcripti in aliqua tribuum quinque & triginta. Sed alia aliis honorabilior. dum puniebantur, tribu priuabantur, & notæ cauſa in inferiorem transferebantur, vt in ruſticam ex vrbana, vel ex ruſtica, in ruſticam minorem, ſi grauius punir entur.

12 In Cæritum tabulas referebantur, Maiore cenſura, quia ius ſuffragiorum in comitiis adimebatur. Siquidem Cæritibus beneficij loco, ob ſacra Gallico bello ſeruata, ciuitas ſine ſuffragij latione fuerat data, vt eſt apud Strabonem & Gellium. Et hâc cenſura adhuc alia grauior, cùm ærarij fiebant. Erat autem ærarium facere, authore Pædiano, nullum aliud ciuitatis in cēturia, atque adeo in tribu relinquere, quàm vt pro capite ſuo tributi nomine, æra penderet: ita vt qui ærarius factus eſſet, is non ſolum ſuffragio vrbano, ſed etiam ſtipendiis militaribus, ſpoliatus eſſet.

13 Plebeius ordo diſtinctionem habebat apud Romanos: vt alia eſſet plebs vrbana, alia plebs ruſtica. Vrbana quæ vrbem, ruſtica quæ agros inhabitabat. Olim ruſtica habita eſt ſimplicior & honeſtior. quia vt ait M. Cato in principio libri de re ruſtica, & agricolis & milites ſtrenuiſſimi, & viri fortiſſimi gignuntur: maximè hos pius quæſtus ſtabiliſſimúſque, miniméque inuidioſus conſequitur: neque malè cogitantes cenſentur qui in ſtudio agrorum occupati ſunt. Statuítque



que Romulus ab initio, vt ciues Romani artem militarem & ruſticam tantum tractarent: vt ſcribit Dionyſ. Halic. Plutarchus etiam docet, maximè Numam ciues ad agriculturam, vt pacis & honeſtatis ſtudium incitaſſe.

Colebant & patritij agros ſuis manibus, & ex agris, & conſules & dictatores, & ſenatores vocati, qui muneribus ſuis ſtrenuè, etiam ad agros redierunt.

Plebs enim vrbana quæ vrbem inhabitauit continebat tribunos, ærarij, ſcribas, mercatores, negotiatores, argentarios, fœneratores, artifices, opifices, turbam forenſem, libertinos, magiſtratuum apparitores, de quibus omnibus per ſingula capita tractat Sigonius[a].

14 In omni Gallia tempore Iulij Cæſaris[b], eorum hominum qui in aliquo erant numero atque honore, genera erant tantùm duo, druidum & equitum: illi rebus diuinis intererant, ſacrificia publica & priuata procurabant, religiones interpretabantur, diſciplinæ cauſa adoleſcentulos admittebant. Alterum genus equitum, qui cum vſus eſſet atque aliquod bellum incidiſſent, omnes in bello verſabantur. Plebs autem pene ſeruorum habebatur loco, quæ per ſe nihil auderet, & nulli adhiberetur conſilio. & ex illa plerique cum antè ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premerentur, ſeſe in ſeruitutem dicabant nobilibus, in eos enim omnia erant iura quæ dominis in ſeruos. Et hæc maximè obtinuerunt quo tempore nobilitas veluti tyrannicè plebi imperabat per ſpeciem ariſtocratiæ & opibus abundans ea abutebatur. At melioribus poſtea aduenientibus temporibus, monarchia firmata, noua forma & melior imperandi inuecta, & tres ſtatus ſeu ordines populi facti vnus, qui eccleſiarum perſonarum: alius, nobilium: alius, plebeiorum: ſub quibus contenti artifices, ruſtici, & alij inferiores ex fece populi: æquiſſimum enim viſum eſt & conuenire monarchiæ, præſtantiori inquam gubernationi omnium, non tantùm ſacrificantium, & nobilium, ſed etiam inferiorum habere curam & ſolicitudinem: imò multo magis eorum quod ſoleant à nobilibus & ditioribus opprimi & contemni, & ideo egent ſingulari conſeruatione & ope principis, qui non patiatur iniuria eos affici, quos ſibi perinde ac nobiles habeant ſubditos, potiſſimum cum iſti ſint veluti alumni & nutritores reliquorum, quotidianis laboribus intenti, arando, ferendo, colendo, operando, & neceſſaria vitæ ſubminiſtrando. Et proinde ſanctiſſimè placuit regibus, eos liberè admitti ad conquerendum & ſupplicandum principi, tum priuatim, tum in comitiis, vt ſi quo modo indignè habeantur, ſubueniri illis poſſit.

a *Sigonius lib. 2. de antiquo iure Romanorum c. 7. & ſequentibus.*

b *vt ipſe ſcribit lib. 6. c. 6.*

Placuit etiam, non diſtingui iudicum ordinem, à tribus prædictis ordinibus, idque meritò, quòd inde pendeat ſalus reipublicæ, quies & tranquillitas totius regni, coniunctio & vinculum inſolubile

omnium ordinum, authoritatis & maieſtatis principalis conſeruatio. Non enim bonum viſum eſt exemplo Romanorum, vel aliarum quarundam rerumpublicarum, ſolis nobilibus committere, aut ſolis eccleſiaſticis magiſtratus & poteſtatem iuriſdicendi. Fuerunt enim inde plerunque turbatæ & immutatæ reſpublicæ, nobilibus nimiũ plebem contemnentibus, & ſeſſionibus ortis, & nobilibus aliquãdo advnum ſublatis. Et proinde ſanctiſſimè & conſultiſſimè factum, vt magiſtratus, ſenatores & iudices, ex ordinibus omnibus eligerentur à principe, qui eſſent muneribus magis idonei. Quod effecit vt tranquilli ſint ſtatus ſine inuidia: cum omnes participare poſſint in gerendis honoribus, item quod egregium eſt, factum inde vt omnes nobiliores iuriſdictioni regiæ ſuppoſiti, didicerint, regiam maieſtatem non ex illorum nobilitate, ſed nobilitatem illorum, ex arbitrio regio pendere, & Dei ſolius miniſtrum regem, qui exemplo eius cuius gerit imaginem in terris nulla habita dignitatis in criminibus ratione, in malos iuſtitiæ aculeos exerit: & in bonos cuiuſcunque ordinis, beneficus eſſe poteſt. Et ita, quandiu Gallia hanc mixtionem & authoritatem iuſtitiæ coluit, & exercuit, tranquilliſſima & vnita fuit, & ſuperbia eorum qui nobilitate abutuntur, facilè deiecta. boni etiam plebeij, contra concuſſiones & tyrannides dominicales dominorum territoriorũ, conſeruati. Nec aliunde prodiit miſera illa Galliæ inuaſio, quàm quòd reges & magiſtratus, dum ſtuderent iis qui ſe nobilitate præſtantiores efferebant, nimium fauere, ne dicam ſatisfacere, voluerunt ex excuſſo iuſtitiæ iugo nimium negligenter, iuriſdictionum & legum vim peſſundari permiſerunt, nec extollentia ſeſe ſupra modum papauerum capita cum apparerent excuſſerunt, vnde cùm ordo vnus extra ordinem ſe extulit, ordinationem omnem confudit, & confundet aut diſſipabit, niſi in ordinem redire cogatur.

15 Theſeus cũ Athenas fundaret, confluente populo, diſtinxit ordines artificũ, agricultorum & nobiliũ. Nobilibus autẽ quos vocauit Eupatridas: tractandi rẽ diuinam, magiſtratus ex ſuo ordine creandi, adminiſtrandíque leges: tum pia religioſáque interpretandi, definiendíque poteſtatém fecit, eóſque cum cæteris ciuibus quaſi ad æqualitatem redegit. Cum honore enim quidem erat nobilitas & gloria, vſu autem & neceſſitate, agricultores: artificiis intenti multitudine ſuperare videbantur[a].

a *Plutarch. in Theſeo.*

16 Fuit aliquando Romæ obſeruatum, vt ars militaris & milites, proprium non haberent ordinem diſtinctum: ſi quidem delectus fiebat militum, peditum aut equitum, ex omni populo cuiuſcunque eſſent conditionis. Sic deligebantur ex agris, & milites, & duces, conſules, & dictatores, itẽ & ſenatores: & ex pontificibus, fiebant & duces. Sicut dicitur de Catone, qui magnus orator, magnus ſenator, magnus imperator, fuit & bonus agricola & ruſticus, vt liquet ex eius libris de re ruſtica. Iulius Cęſar pontifex erat maximus, Cicero ſenator & ij duces, & milites.

17 Tempore tamen ſuo Auguſtus, ſubſtraxit proconſulibus & rectoribus prouinciarum, & ſenatoribus, ius deferendorum armorum[b]. quare ſequentibus temporibus, dignitatum officia huiuſmodi pacata &

b *Dion Caſſius lib. 53.*



ta & armis iuris non bellicis ſuffulta, dicta ſunt[a].

In Creta ita, non omnibus, & niſi certis perſonis, arma tractare permiſſum fuit[b]. Apud Ægyptios verò[c], ſunt ſeptem hominum genera, quorum alij ſunt ſacerdotes, alij qui pugnatores appellantur, alij bubulci, alij ſubulci, alij inſtitores, alij interpretes, alij gubernatores nauales. Tot ſunt Ægyptiorũ genera, inquit Herodotus, à ſuo quodque artificio appellata: ſed pugnatores vocantur Calaſiries & Hermotybies, à regionibus quas incolunt, quibus nec ipſis licet vlli artificio operam dare, ſed ſoli rei militari filio diſcenti à patre. Sic apud Græcos præcipuè Lacedæmoniis, & Corinthios, minimi fiunt opifices. Apud Scythas, Perſas, Lydos, denique apud omnes ferè barbaros, habiti ſunt pro ignobilioribus ciuibus illo qui artificia diſcerent, eorúmque liberi: generoſiores autem illi qui à manuariis operibus abſtinerent, præſertim qui rei militari vacarent.

a *Caßiodo. in forma comitiuæ, li. 7. variarum c. 1.*
b *Plutarch. in Lycurgo.*
c *Herod. in 2.*

Lycurgus etiam diuiſit milites[d] in ſua republica ab agricolis, & philarchis, vt & Plato[e]. Quemadmodum & poſtea Athenienſes, ſepararunt conditione ordinem politicum, & iuriſdictionis, ab ordine militari[f].

d *Plutarch. in Lycurgo.*
e *in Protagora & alibi.*
f *Plutarch. in Phocione.*

Quare & horum omnium exemplo, etiam nunc in Gallia, & ferè vbique terrarum tres ordines ſeparantur, togæ, inquam, ſacerdotum, & militum.

Neque etiam fieri poteſt in tanta populi multitudine cui multa neceſſaria ſunt eáque diuerſa, vt tot diuerſa vnus & idem profectò gerere poſſit officia. Neque etiam poſſibile eſt, imò nec expedit, omnes ſubditos alicuius regni armis tractandis aſſueſcere. ex illis enim facilis ad audaciam tranſitus, & ad contemptum magiſtratuum & legum, armorum confidentia.

*De conditione ſtatus nobilium & ignobilium.*

## CAPVT II.

NOBILITAS, videtur eſſe qualitas accidentalis in populo, prout vſurpatur diſtinctio nobilium & ignobilium, in conſtitutione trium ſtatuum, vt & ex nobilibus ignobiles, & contra ex ignobilibus nobiles creari & fieri poſſint. Subſtantia hominum quidem omnium omnibus communis eſt, eáque natura per ſe nobilis, vt homo per ſe animal nobile, diuinum, capax rationis, intellectus, & diuinorum, animâ immortali conſtans & corpore: ſed ſui arbitrij, quòd habet electionem boni & mali, iuſti & iniuſti, vitæ & mortis æternæ. Fecit Deus hominem rectum, ipſe autem deſciuit ab hac rectitudine, & ab illo generati alij plus, alij minus. & ex his qui deſciuerunt nati qui virtute in gradum amiſſum dignitatem ſuam reponunt: alij, qui ab acquiſita per maiores, propria culpa decidunt. Vult natura ex bonis bonũ generare: ſed plerunq; non poteſt. vnde hæc nobilitas & generis, opinione potiùs quàm reipſa abſente virtute, & in imagine non in rei veritate conſiſtit, & dici poſſunt εὐγενεῖς, non nobiles. ita mali à nobilibus orti.

2 Virtute aliqui fiunt illuſtres, veluti ex luce eius, manifeſti qui antea deliteſcebant: vt contrà, vitio alij fiunt obſcuri; tenebris denſiſſimis ſuperuenientibus ſplendori maiorum. Quodammodo virtus freta potentia, vim poteſt maximè adferre, & ſemper id quod ſuperat, eſt in excellentia alicuius boni, ex quo fit vt vis abſque virtute eſſe nō videatur, vt ait Ariſtotel[a]. Et ita verè nobiles ex virtute vbique ſunt nobiles, qui verò tantùm ex genere, domi ſolùm ex lege non natura ſunt nobiles, vt quidam ſecundum leges ſunt ſerui, veluti nati ex ancillis noſtris, in bello capti, nempe ex conſenſu ſtatuentium, qui tamen natura ſunt liberi: vt contra quidam ex lege liberi, qui natura ſeruile ingenium habent & natura liberi, nempe meliores, & qui aliis imperare norunt, & poſſunt, vbique ſunt liberi, etiam captiui, & ex lege ſeruientes: & alij natura ſerui, qui ſibi dominari nequeunt nec aliis, vbique ſerui quanquam ex lege liberi à ſeruitio alterius & poteſtate habeantur. Quod ſub monarchia præſtantius conſideratur: princeps enim prudens, non tam nobilitatem ſanguinis, quantum virtutis perpendit, vt tales ex quocunque numero & ordine populi ſint ad gubernacula reipublicæ promoueat, quos idoneos magis exiſtimet, & præponat inanibus nobilium vmbris: potius tamen illos honoret, qui cum ſplendore ſanguinis, ſua virtute maiorum imagines augent.

a *politic. c.4.*

3 Nobilitas, eſt eminentia quædam, vel principalitas ſeu excellentia inter alias res ſui generis, habens facultatem aliquam in illas, præſertim propinquas, influēdi ſecundū deſcriptionē Iohannis Gerſon[b]. Neq; eſt nobilitas ſine quodam principatu: & quia præſtātia & excellentia ſeu eminentia, diuerſa ſunt & diuerſorū graduum, ſic creatura quæ perfectior eſt in operationibus, ea & nobilior.

b *in tracta. de nobilitate in 2. parte operum.*

Homo ratione aliarum creaturarum, in ſua ſubſtantia in genere nobilior creatura, ſiue pauper ſiue diues, ſiue plebeius vel alterius ordinis ad imaginem & ſimilitudinem beatiſſimæ trinitatis facta ſecundum tres potentias in vna eſſentia, ſecundum memoriam, intelligentiam & voluntatem. Nobilis rurſum, in ratione, ſecundum duplicem portionem ſuperiorem & inferiorem, quarum illa maſcula, hæc muliebris. & quantum ad partes eterogenas corporis, vt ſunt membra principalia & officialia caput, cor, epar: & minus principalia, pedes, manus, inteſtina, & viſcera.

4 Rurſum inter homines, alia nobilitas concernens bona temporalia & corporalia, fortunæ ſcilicet & naturæ: idque tripliciter vno modo, & hæc bona habentur à progenitoribus, patribus, auis, atauis, & maioribus: vt in hac acceptione profertur popularis nobilitas.

Secundò nobilitas, prout habentur hæc bona per induſtriam propriam, cum auxilio quorundam amicorum, vel ſine eo. Sic genus & mores, regina pecunia donat. faciebat & antiquitus apud Romanos cenſus equites. Et Athalaricus rex Senatui ſcribens, apud Caſſiodorū[c], antiquas & inueteratas diuitias, nobiles facere tradit.

c *lib.8. varior. c.19.*

Tertiò prout habetur aliqua dignitas, vel præcellentia ſuper alios ex



ex conceſſione regis alicuius, imperatoris ac alterius ſuperioris principis: Sic nobilitantur plebeij codicillis principis, vel eius beneficio. Eóque pertinet quod ſcribitur[a], *hoc honore condignus eſt quemcunque rex voluerit honorare.*

a *Eſter. c.6. verſ.11.*

Sacrilegij enim inſtar eſt, exiſtimare indignum, quem dignum princeps dixerit, qui poteſt quos vult nobilitare, vt aiunt Cæſares Theodoſius, Archadius & Honorius[b], & ſunt iſti nobiles creati & noui, ad quorum diſtinctionem qui ex genere nobiles ſunt, nolunt ſe dici nobiles, ſed gentiles homines *gentils hommes*. quaſi dicant ſe gentilitate ſeu ex gente ſua propria, trahere nobilitatem, & illam habere antiquam. Genus eſt & familia, & gentilis, ex eadē natione ſeu nomine, quorum ſtemmata longius referuntur, vt nuper nobiles facti, dicuntur noui homines: atque illorum ſententia, non omnes nobiles ſunt *gentiles homines, quos vocant nobiles, de nom & d'armes & d'ancienne ligne*: aliis, *d'anciene caualerie*: verum omnes gentiles homines nobiles habentur, quamuis reipſa ſint viles & turpiſſimæ vitæ.

b *in l. ſacrilegij ſ. & ibi gloſſa & Paul. Caſtrenſis & Bald. de diuerſis reſcrip. lib.1. C. ti.26.*

5 Habet ita hæc nobilitas gradus vt honoris gradus ſunt atque dignitatis, & quædam dicitur clara, præclara, inclita generoſa ſpectabilis, ingenua, egregia, inſignis, illuſtris, regia, imperialis.

6 Hæc nobilitas naturæ vel fortunæ dicitur, alia eſt humana per ſe ſola, quæ magis hominem eiúſque præcipuam partem nempe animam reſpicit, quæ moribus conſtat & virtutibus per quam genere ignobiles euadunt illuſtres, & ex genere illuſtres illuſtriores: & ſi ab ea declinant, non obſtante claritate generis, redduntur verè ignobiles. Quemadmodum, Cham ex illuſtri genere Noachi natus, ex genere nobilis & liber, effectus eſt per peccatum & maledictionem patris cum ſua poſteritate & ſeruus fratrum[c]. & vt virtutes habent gradus quibus ſplendidior & illuſtrior redditur earum poſſeſſor: ſic contra, vitia habent defectiones & gradus ignobilitatis. quo magis enim quis declinat à virtute, eo magis ignobilior redditur.

c *Geneſ.9.*

7 Nobilitatem ex virtute philoſophi, vulgus & iuriſconſulti vt plerunque ex genere & conceſſa dignitate per principem metiuntur. Cuius rei fuit olim certamen inter Appium Pulchrum & Ciceronem. Appius quippe irridebat Ciceronis nouitatem, vt nouum Arpinatem, & iactans familiæ ſuæ antiquitatem & ſplendorem, putabat, ibi non eſſe nobilitatem vbi non eſſet εὐγένεια, nempe generis ſplendor. Contrà Cicero[d] eum admonet, vt paulo diligentius attendat, quid Athenodorus Stoicus de his rebus dicat, vt quid ſit εὐγένεια, quid nobilitas, intelligat. poſſe aliquem εὐγένειαν habere, & tamen nobilem non eſſe: cum plerique ex illuſtribus & bonis parentibus nati, ſint flagitioſiſſimi, quos nemo verè nobiles dixerit, niſi dicamus in malitia & crimine nobilitatem. ſunt heroum filij noxæ.

d *lib.3. epiſtol.*

*Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται.*
*Οἱ πλέονες, κακίους. παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείου.* vt ait Homerus[e].
id eſt,
*Pauci enim filij ſimiles patri ſunt,*
*Plerique peiores: pauci verò parentibus meliores.*

e *Odyſſea 2.*

8 Colligitur ciuilis nobilitas generis, ex præſumptione, quòd præſumantur ex bonis boni naſci, nec imbellem generent aquilæ columbam, videatúrque transfuſa quædam pars patris in filios. poſſint & dici nobiles, quaſi noti: nobilis enim dicitur, quaſi noſcibilis, qui appareat, & cognoſcatur. Sicut enim maiores fuerunt ſplendore noti, ita & illi: quanuis mali, qui ex illis nati ſunt, cogniti ſunt, & ſic affulget maiorum nomen in illis: verùm ſi ipſi, laudis, gloriæ & virtutis maiorum imitatores non ſint, in ſplendore & claritate maiorum conſtituti, redduntur vituperabiliores, vt quos exempla domeſtica non iuuarint, ſic nobile malum dicuntur, hoc eſt, inſignes & cogniti mali: quanuis enim & pater ſubſtantiam corpoream communicet, generalis tamen virtus non naſcitur, ſed quæritur ex propria perſona: neque ex anima parentum & ex mente, anima filij contraditur & transfunditur, & reiecta eſt, vt à veritate aliena, contraria Tertulliani ſententia, quòd virtute inſignes fuerint maiores, id noſtrum non eſt: quòd ex illuſtribus nati ſumus, hoc noſtrum & illorum eſt: at vt tales ſimus nos ipſi debemus eniti, quia id noſtrum propriè nec eſt εὐγένεια, ſeu bona & illuſtris natiuitas, ei qui malus eſt, ſed potiùs κακογένεια, praua natiuitas vel genitura, & hoc eſt quod dicebat Euripides,

ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἐμοὶ γ᾽ ἀνήρ.
ὁ δ᾽ οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

*Bonus mihi vir nobilis videtur,*
*Qui verò non iuſtus eſt, licet à patre meliore*
*Quàm Iupiter ſit, genus deducat, ignobilis mihi cenſetur.*

Et rurſum, οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια, παρ᾽ ἀγαθοῖσιν δ᾽ ἀνδρῶν γνήσιος.

*Nulla nobilitas, ſed ſplendor generis eſt inter malos, ſed inter bonos tantùm viros.* Nobile, inquit Ariſtoteles [a], id eſt, quod ex bono prodit genere. Generoſum autem quod à ſua natura non degenerauit. Latius idem [b], de moribus nobilium agens. *De moribus autem*, inquit, *qui fortunæ bonis, quales efficiantur deinceps dicamus. Nobilitatis mores ſunt, vt ambitioſior ſit qui nobilior eſt: nam omnes cùm quid adſit, ad id ſolent coaceruare: nobilitas verò quædam maiorum claritas eſt: præterea nobiles ad contemnendos maiorum ſuorum ſimiles parati ſunt: nam ea quæ iamdiu geſta ſunt, honorabiliora ſunt ad iactationémque aptiora, quàm quæ nuper facta. Eſt autem nobile ſecundùm virtutem generis, generoſum, verò ſecundùm quod non recedit à natura, quod non contingit nobilibus, ſed multi humiles ac deiecti ſunt. Eſt autem etiam in virorum generibus fertilitas quædam, ſicut in agris aliquando: ac interdum ſi bonum genus fuerit viri præſtantes generantur. Rurſúmque genus deijcitur. Degenerant autem ingenioſa quidem genera in mores furioſos magis, vt qui ab Alcibiade, quíque à ſuperiori Dionyſio ſunt: quietè verò in ſegnitiem veluti qui à Cymone, Pericle, ac Socrate ſunt.* Hactenus Ariſtoteles.

a 1. *de natura animalium c.* 1.
b *lib.* 2. *artis Rhetoricæ c.* 15.

9 Ridendi veniũt, qui putant tãtùm nobiles, ratione ſola generationis alicuius qui nobilis dictus eſt, & inde alij poſt illum: & virtute nuper nobilitatos, vel beneficio principũ dignitate donatos, contemnunt & diſtinguendos à ſe putant: quaſi verò eorum maiores non fuerunt aliquando noui, & aliquando primùm cogniti ſimiles aliis, & veluti



veluti ſi è cœlo ſoli lapſi eſſent ita facti nobiles, non cogitantes & illam nobilitatem conſenſu aliquando hominum probatam ex cauſa aliqua, poſſe ex contraria abrogari: adimitur enim & datur dignitas, vt intelligere facile ſit, hoc eſſe accidentale & non ſubſtantiale hominibus dici nobiles, vel ignobiles. Omnes nobiles & ignobilium maiores ſunt, vt ait Seneca [a], ſi ſe illis gerant dignos omnibus nobis, a totidem ante nos ſunt, nullius non origo vltra memoriam iacet. Et Plato ait, neminem regem, non ex ſeruis eſſe oriundum: neminem nõ ſeruum, ex regibus. omnia iſta longa varietas miſcuit & ſurſum deorſum fortuna verſauit. Quis ergo generoſus? ad virtutem bene à natura compoſitus, hoc vnum eſt intuendum. Alioquin ſi ad vetera reuocas, nemo non inde eſt, ante quod nihil eſt. A primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis ſordidíſque alternata ſeries. Non facit nobilem, atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione ſupra fortunam licet ſurgere. Quibus non eſt virtutis præſtantia, generis claritas potiùs dedecori & ignobilitati eſt, quàm laudi & gloriæ: neque ampliùs ea claritas prodeſſe poteſt, quàm vt non poſſint latere ſi velint, & ſint fabula vulgi dum degenerant: cùm ſatius eſſet latere, quàm ita miſericordiæ vel reprehenſioni patere. Turpitudo obiectu lucis inſignior fit, atque conſpectior, & niſi quis eam caueat in tenebris natum eſſe & viuere meliùs foret; tempore nobilitas incipit, tempore deſinit; virtute claruit, vitio ſepelitur: neque impedit longa annorum ſeries in maiorum ſtemmate computata, quominus adueniat interitus. Inanis eſt illa ambitio & gloria eorum quæ præterierunt & deſinunt: præteritorum multorum inſignium memoria non eſt, nec noſtri aliquando erit. Videmus annoſas arbores, quæ ſeculis multis auctæ ſunt, in momento à fulgure, ventis, radicitus conuelli, vel igne, vel ſecuri deiici: & nouas plantas in arbores euadere. Vixerit homo centum vel pluribus annis, quanuis & multis laboribus nutritus & auctus fuerit, tamen in ipſo momento concidit, & efflata anima in cadauer putridum & cineres reſoluitur: anima nobilitatis virtus eſt, hanc vbi depoſueris, nihil remanet quàm ignobile cadauer. Genus hominum vnum, vnus pater communis, vnus fons vniuerſorum, qui viciſſim mutatur, vt vnda ſuperuenit vndam, & modò turbidus, modò nitidus ad vnumquemque noſtrûm peruenit, ea lege, vt quod ante clarum erat, mox obſcurum fiat, & obſcurum clarum. Vt etiam aqua fontis clari mox & ſapores & colores induit terrarum per quas permeat & præterfluit. Sanguinis ſi dicatur nobilitas tranſmiſſa in ſucceſſores, numerari poſſunt aliqui, qui & cum ſanguine virtutem coluerunt, atque hos vix, ſcio certè nunquam in ordinem vocare non deſinet, ſed ſi velit omnes ex eadem progenie aduocare, iam cogetur fateri & malos ex eadem progenie bonos numero ſuperare.

a *epiſt.* 44.

10 Sapienter inter Romanos, equitibus lunulæ geſtandæ deſignatæ ſunt in calceis nobilibus, vel in ſignum quòd poſt mortem

ipſi tranſituri eſſent ſuper limam: aut ab antiquiſſimis orti Euandro, qui proſelini dicebantur, aut, quod verius puto, vt admonerentur inſtabilitatis rerum humanarum, ne eſſent elati, cuius rei exemplo eſt luna, quæ ex obſcuro progrediens, clara: & rurſus obſcura fit, aut vt monerentur, audientes eſſe debere imperio imperatoris, ſicut luna ſolis [a].

a Plutarc. in problema. prob. 71.

Quò obſecro, dicebat Macrius Imperator, ſcribens ad ſenatum, nobilitas ipſa, niſi morum benignitas adſit & humanitas? Siquidem fortuna munera etiam parum dignos exornant: animi virtus propriam cuique gloriam conciliat, & claritas quidem generis, diuitiæque atque id genus reliqua, etſi beatorum propria putentur, minimè in ipſis, vtpote ab aliis prodita, laudantur [b].

b Herodianus lib. 5.

11 Nobilibus priuilegia vel præcipua ſupra communia cum plebe, fuerunt conceſſa: meritò quidem: tum quod pro reipublicæ ſalute excubent, vitam periculis exponant militiæ, & ſint veluti membra principis, & pro ſæpe populo, ſubeántque curas publicas. Voluit Romulus [c] itaque, penes patritios auſpicia eſſe, iuſtum imperium domi militiæque habere. Idem Romulus [d] ſolis patritiis ſenatum, ſacerdotia, magiſtratus, iudicia, ac totam denique rempublicam tradidit: plebeiis culturam agrorum, & rem pecuariam, & quæſtuarias artes: quod tamen non ſemper obtinuit: nam & poſteris temporibus maximè vrgente democratica adminiſtratione, plebs peruenit in ſenatum, & magiſtratus, & ſacerdotia cœpit, & res iudicauit, & rempublicam ipſam omnino capeſſiuit.

c Liuius in oratione P. Decij plebeij aduerſus patritios: & oratione Claudij, aduerſus plebeios.

d Dionyſ. Halicarn.

12 Apud Ægyptios [e] Calaſirus & Hermotybies qui arma tractabant, hoc eximij ſolis honoris habebatur, cum ſacerdotibus commune, vt ſingulis duodecim aruræ eſſent exemptæ & immunes. Erat autem arura, centum cubitorum Ægyptiorum quoquo verſus. Ægyptius verò cubitus Samio par eſt Callaſiorúmque milleni & Hermothybium alij totidem, circa regem fungebantur annuo ſatellitum munere, accepta quotidiana annona.

e Herodo. in 2.

13 Sicut & Theodoſius & Valentinianus Cæſares [f], immunitatem omnium onerum & collationum, dederunt agris limitaneis, quandiu tenerentur à militibus: quòd ſuo ſeruitio compenſarent has exactiones, & fideliùs pro his conſeruandis inuigilarent: cuiuſmodi poſſunt eſſe & dici nobilia bona, quæ olim dabantur vtenda militibus, poſtea facta ad vitam, & dehinc hæreditaria, dicta feudorum nomine quæ immunitatem habent ab aliis oneribus quam militaris ſeruitij, ex propria natura feudi, niſi ſint feuda conditionata, & impropriè feuda. *Omnes*, inquit Cicero [g], *boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt reipublicæ nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis: & quia valere debet apud nos, clarorum hominum ſenex de republica meritorum memoria, etiam mortuorum.*

f in l. fi. de fundis limitrophis, lib. 11. C. ti. 49.

g Cicero pro Seſtio.

Sic vt & in filios eorum, cum memoria, remuneratio iam fatis conceſſorum in perſona filiorum fiat & honoris, imò etiam alicubi fortunarum inducatur communi omnium conſenſu.

Quare & Baſilius rex, vel magnus dux Kuthenorum ſeu Maſcouitarum, etſi in nobiles valde fuerit durus, vtpote qui eos vel in aula apud ſe eſſe, vel in bellum ire, vel legationem obire propriis expenſis iuberet: nihilominus tamen, ex adoleſcentulis filiis Boiaronum, hoc eſt tenuioris fortunæ nobilium, paupertate oppreſſos quotannis aſſumere, eóſque in ſtipendiis poſitos habere ſolitus erat [a].



a Sigiſmundus liber Baro lib. 1. rerum Maſcouiticarum.

Lege Venetorum etiam, ab antiquo ad hæc vſque tempora ſeruatum, vt Galeariæ ſeu triremis cuiuſque nauarcha, octo nobilium pauperum filios, ad quancunque partem proficiſcatur, cum ſeptuaginta nummorum aureorum ſtipendio ſecum ducat. Illiſque victui neceſſaria, qualia nobiles habere debent, impartiantur: ſimul vt aromatum libras quater mille ſine nauli alicuius ſolutione & gratuitò, ſingulis importare permittat. Veruntamen per ſenatus ſuffragia, hi nobiles de multis pauperibus ſupplicibus deliguntur [b].

b Petrus Martyr lib. 1. legationis Babylonicæ circa finē.

*Errata quæ poſſunt accidere ordinibus ſeu tribus ſtatibus populi.*

## CAPVT III.

QVIA tres ordines populi introducti & diſtincti ſunt, vt quemadmodum contigit in fidibus & imparibus tonis, harmonia & concentus ex diuerſis conditionibus ſequeretur: proſpiciendum eſt moderatori harmoniæ, ne mutentur, aut confundantur, aut æquentur toni & ſtatus, & vt quilibet ſuum conſeruet locum & ordinē, quo modo & quo tēpore oportet.

2 In primis autem totius reipublicæ ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite [c]. Si princeps ea prudentia & arte non vtatur, quæ neceſſaria ei eſt ad vtilitatem & rectitudinem reip. conſeruandam. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadent. Si citharedus non nouerit concordantias ſeu concinnitatem ex acutorum grauiúmque ſonorum mixtura accommoda, nihil præter cacophoniam & inæqualem æqualitatem concinet. Nec culpa eſt citharæ, quæ per ſe ſonora erit, neque fidium quæ poſſunt optimæ eſſe, ſed vtentis cithara & imperiti muſici, qui cuiuſque toni non nouit miſtionem & concentum. Vt ſæpe nauis optima armata ſuis neceſſariis inſtrumentis, anchoris, velis & ſimilibus, imperitia proretę qui clauum tenet, in ſcopulos, ſyrtes & vortices delapſa confringitur, & vectores vnà ſubmergit. Et ſæpe quoque in republica optimi ciues, optima plebs, boni nobiles, meliores eccleſiaſtici, verùm principis ſtultitia, imperitia, negligentia totam rempublicam confundet, & aliquando ei & ſibi interitum parat. Erratur hîc quia princeps non nouit ordinis ſui gradum, & dignitati eius non reſpondet, & ita ſuum ordinem confundens, reliquæ ordinationi apertè officit: non ſecus quàm ſi caput mania vel ſtultitia lædatur, membra corporis ſtatim perniciem immedicabilem ſentiunt, niſi mens priùs conualeſcat.

c Leo ſum. pōtif. ad epiſcopos Africanos, epiſtola 87. c. 1. relatus à Gratia. in c. miramur. 5. §. quòd ſi in quibuſlibet 61. diſtinct.

3 Vt item quando populus ordinē ſuum, nempe ſubiectionis &

obedientiæ relinquit, & concupiſcit capitis ordinem, & imperare cupit, niſi contineatur vi capitis in ſuo ordine, turbat reipublicæ harmoniam & pacem, ſe immiſcet rebus ad ſe non pertinentibus, Dei aduerſus ſe prouocat iram: qui enim poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, & acquirit ſibi damnationem.

4 Peccant & principes in hac ordinatione, dum eccleſiaſtici extra ſuos fines tranſeunt, & negotiis ſecularibus ſe immiſcent, aut ſeculares ad ſpiritualia & eccleſiaſtica tractanda, ex authoritate proprij ordinis properant: ſicque miſcentur ſacra prophanis, cælum terræ, ſuperiora inferis, anima corpori. Quorum omnium remedium eſt, ſeſe in proprium ordinem recipere, propria tractare & curare. ad hæc tamen opem ſibi mutuò præbere, tanquam membra eiuſdem reipublicæ Christianæ, in qua ſecularia egent ſpiritualibus, & ſpiritualia temporalibus[a]. Reddenda quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: quæ Dei, Deo. Tunc enim vniuerſus politicus & diuinus ordo confunditur, ſi ſua cuique iuriſdictio non ſeruatur.

a *c. imperium 5. & 8. quoniã idem. 10. diſtin. ca. cùm ad verbum. 96. diſtin.*

5 Nobiliores & opulentiores plebecula abutuntur, potiſſimùm in democratica republica, dum ſibi etiam eam conciliant ineſcationibus beneficiorum, quibus eam in ſuam ſententiam ſuáſque pertrahant partes, vt ſuos magiſtratus diuturniores faciant, & interim ambitioni ſuæ & cupiditati ſatisfaciant: & dum ita aucupati fuerint, auram populi priuatim eam ſibi ſubiiciant, & ariſtocratiam vel tyrannidem, ſuffragiis quæ mercati fuerint plebis, ſibi parent.

6 Iulius Cæſar ideo, cùm functus fuiſſet conſulatu, C. Memmio Lucióque Domitio prætoribus, à L. Antiſtio Tribuno plebis poſtulatus, ad ſecuritatem poſteri temporis, in magno negotio habuit obligare ſemper annuos magiſtratus, & è competitoribus non alios adiuuare, aut ad honorem pati peruenire, quàm qui pepigiſſent propugnaturos abſentiam ſuam: cuius & pacti non dubitauit à quibuſdam iuſiurandum, atque etiam ſyngrapham exigere, vt ait Suetonius[b].

b *in eius vita c. 23.*

7 Tiberius Gracchus, Mancinianæ deditionis contagium metuens, quia ſponſor fœderis fuerat, prætextu quòd plebis ab agris depulſæ miſereretur, pro diſtributione agrorum ſuis rogationibus contra nobilitatem plebem concitauit: verùm contraria techna à plebe obtruncatus eſt. ſi quidẽ cum obuia manu nobilitatis & populi in Capitolium profugiſſet, plebémque in defenſionem ſalutis ſuæ manu caput tangens hortaretur, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis, atque ita duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi iure oppreſſus eſt[c].

c *Luc. Flor. in 3.*

8 Atque Ariſtoteles[d]; *Præterea*, inquit, *tyrannica machinamenta omnia videntur eſſe popularia: ceu licentia ſeruorum & mulierum & puerorum, vt ſine metu ſcilicet legum viuant, vt velint: permulti enim huiuſmodi ſtatum ciuitatis amabunt, cùm permultis dulcius ſit diſſolutè viuere, quàm modeſtè: cùm tamen compeſci, ac non licere facere quicquid quis velit, vtile eſt. nempe ſiquid iure prohibetur, aut æquo bono honeſtatíve repugnet.*

d *lib. 6. Politi. ca. 4.*

9 Abu-



9 Abutuntur & populo & ſubtiliùs in perniciem principatus, & ad ſuam ambitionem interiores principum aulici, id eſt, aures & oculi regum, qui primos ordines ſanctiores conſilij ducunt: dum ſuæ factionis, & qui ſuis voluntatibus inſeruiant, eligunt aut nominant ad magiſtratus & præpoſituras, dignitatéſque, officia, & beneficia: non quidem dignos, ſed quibus vt inſtrumentis ſuæ voluntatis clam & per obliquum abuti poſſint, & quibus vt ſuis creaturis & beneficiariis imperare liberè queant, illi autem non auſint obſiſtere. Quo fit, vt ſæpe per illos moliantur plura in rem publicam, curent deligi ex ſtatibus & populo qui ſibi faueant, vt nec quidem cum ratione audeant illis aduerſari. In qua re vigilare principes debent, & efficere vt officia & præpoſituræ dignitatum à ſe, nõ ab aliis, immediatè pendeant, vt habeant officiarios, & magiſtratus liberos, & nulli alij quàm ſibi adſtrictos & deuinctos.

10 Propter metum verò ad ſeditiones deueniunt, qui pœnas formidant ob maleficia commiſſa, qualia ſæpe iſti magnates committunt, atque hi, contra quos paratur violentia, præuenire volentes priuſquàm malum patiantur, ſibi multos deuinciunt, quibus omnia conturbent: vt apud Rhodum nobilitas, contra plebem inſurrexit, metu iudiciorum, quæ ſibi parabantur.

11 Fauet interdum plus æquo nobilitati in præiudicium plebeiorum & eccleſiæ princeps, quare opponuntur vtrique qui ex illis ordinibus ſunt. Et aliquãdo ſequitur tanta inuidia plebis in ipſam nobilitatem, vt vel inuiſa, vel cauſa ſeditionis & rebellionis fiat, quanquam vtilitati publicæ non ita fieri expediat. Inconſultus enim populi furor, iuſto aliquo dolore, vel inani ſuſpicione commoti, efficit ne exitus negotij malè cœpti expendatur. Sic Genuenſes anno 1507. pulſa nobilitate, ſtatum popularem induxerunt. Paulo Nouio vno plebeio, ad ſummum honorem immodico populi fauore euecto. Sed eos rex Ludouicus armis ſubegit: Paulum Nouium capite plecti iuſſit: id tamen non potuit efficere, vt hæc Liguriæ præclariſſima ciuitas dominos non mutauerit[a]. Fuit in Hungaria anno 1514. hominum agreſtium, maximi hominum concurſus, qui excutere decreuerant nobilium de ceruicibus iugum, & ducem ſibi conſtituerunt Georgium Sichelium, hominem audaciſſimum, cuius auſpiciis non paucas ediderunt ſtrages nobilium, diuitum, ſacerdotum, matronarum, vrbium, & oppidorum donec fuerunt cæſi à Iohanne Vaiuoda, & dux illorum captus ſæuiſſimis cruciatibus excarnificatus, necatus[b].

a *Surius in commentariis rerum ſuo tempore per orbem geſtarum.*

b *Surius vbi ſupra.*

12 Præcauit hanc cladem Caſimurus rex Polonorum, in comitiis habitis apud Leuciciam, anno Domini 1580. ſub Alexandro III. pontifice ſumm. quibus inueterata conſuetudo vel corruptela procerum ſeu nobilium erga plebem abrogata eſt, lege anathemate in committentes per epiſcopos ibidem conuocatos, ſancita. Inoleuerat enim ſuperiorum principum Polonicorum negligentia barbarus mos apud proceres & equites Polonos, vt inter facientes quotieſcunque & vbicunque collibitum eſſet, agros atque prata agreſtium

atque oppidanorum depaſcerentur, ac non ſolùm pabulum, ſed etiam victum omnem ipſis imperarent, & effractis horreis atque cellis auferrent: neque contenti quantum libuiſſet abſumpſiſſe, iumenta è paſcuis, ex ſtabulis, atque etiam iuncta curribus & aratris vtenda, vel potiùs ad curſum abutenda abducebant, eáque defatigata vel enecta dimittebant, vel ſibi, ſi placuiſſent retinebant. Ad hæc in poſſeſſiones & facultates morientium epiſcoporum, ac cæterorum ſacerdotum inuadebant, eáſque crudeliter diripiebant. quin & præfecti principis idem faciebant, & principis horrea, prædia fiſcúmque bonis, cultus diuini miniſtris, & egentibus addictis, augebant [a]. Quæ omnia tunc lege prohibita ſunt, populo ob id iam in rebellionem tacitè conſpirante.

13 Contra optimatum & nobilium aut patritiorum iniurias, plebi fuit in democratia Romanorum legibus proſpectum, vna Tribuni plebis, primùm vt quotãnis quinque, dehinc plures à plebe crearentur, qui auxilio plebi etiam aduerſus conſules eſſent. Altera, vt Tribuni ſacroſancti eſſent. Tertia, ne is honor niſi plebeiis pateret [b]. Habebant Tribuni tantùm interceſſionem, vt iniuriis, quæ illis præſentibus fierent plebi, ſe obiicerent, prehenſionem verò non haberent [c], nec iuridicundo præeſſent.

14 Antea Romulus in ciuitate condenda cùm patritios extuliſſet, & plebeios depreſſiſſet: ne illis horum inuidia obeſſet, aut ſi illorum potentia circumuenirentur, effecit, vt ambo inter ſe ſanctiſſimo vinculo clientelæ coniungerentur: & patritiis plebeios, & patritios plebeiis commendauit, & ex illis plebi eligere ſibi patronos conceſſit, lege lata eius ſanctiſſimi fœderis: vt patroni clientibus incognita iura traderent: cauſam eorum in foro re poſtulante defenderent: vt viciſſim clientes patronos domo deducerent, eóſque in collocandis filiabus, ſi ita opus eſſet, pecunia ſubleuarent. At communi ſanctione neutris licere voluit, ſe inter ſe, aut nomen deferendo, aut teſtimonium dicendo, aut ſuffragium ineundo, aut cum inimicis ſentiendo, lædere, alioquin lege de proditione à ſe lata teneri, cúmque ſacrum Deo eſſe, hoc eſt, impunè occidi licere [d].

15 Eſt aliquando nobilium, ſeu eorum qui ſe genere nobiles dicunt, tanta ſordes auaritiæ, vt negotiationibus ſe adiiciant, & ita plebeiorum commercia intercipiant, vel duriora & difficilia reddant. qua ratione Cæſares lege lata, vt morbo adhiberent conueniens remedium, interdixerunt nobilibus & genere ſplendidioribus, negotiationes, aut illas exercentes nobilitatis exuerunt priuilegiis & militaribus prærogatiuis [e].

19 Populus aliunde, plerunque abutitur licentia & libertate vel indulgentia principum, & gubernatorum, & quia beſtia multorum eſt capitum, vix in vnam ſaltem ſanam conuenit ſententiam: & in eam condeſcendens, non diu in ea perſeuerat: mutationibus & ſuſpicionibus obnoxius, ſine ratione actus inſtituens, aut perficiens. vt certè adminiſtratoribus rerum publicarum, illi ſe credere non ſit tutum, aut auram popularem aucupari, vel ea frui, ſecurum. Non enim ſibi poteſt imperare, & quod ſemel probauerit, vel momento ho-

a Martinus Chromerus lib. 6. de geſtis Polonorum.

b ex Dionyſ. Halicar. 6. Linio in 2.

c Gellius lib. 13. ca. 11.

d vide Diony. Halicarnaſſ. & Gellium li. 5. c. 13.

e l. nobiliores, 3. de commer. & mercator. lib. 4. C. tit. 63. l. vni. negotiat. ne militent, lib. 12. C. tit. 35.



ro horæ deteſtari incipit, & contra: vt ſatius ſit in medio mari, inter hoſtes, inter feras, quàm arbitrio populi viuere. Audimus enim & legimus [a], plebem & populum Hebræorum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, tanquam regem ſumma cum animi alacritate excepiſſe ingredientem ciuitatem Ieruſalem: & paucis poſt diebus eundem publicè ad ſupplicium crucis poſtulaſſe. Notat inconſtantiam populi, & periculoſam amicitiam Ariſtophanes in equitibus, vt vix reperias ad nutum eius ex inferioribus per eum ad diuitias & honores euectum, qui malè non exceſſerit vita, & euomere quod habuerit coactus non fuerit. Tiberius Gracchus plebis fautor, & ad eius arbitrium leges ferre conatus, in ſeditione necatus [b]. Hoc idem permultos in adminiſtratione reipublicæ ad multitudinis arbitrium, paſſos fuiſſe nouimus, qui temerè populari aura ſubleuati, eo imprudentes deuenere, vt nec ſe luto recipere, nec peruerſum iam reipublicæ ordinẽ corrigere poſſent [c]. Nam ſtatim mores & ingenia populi mutare conari, eáque nouis legibus moderari extemplo velle: non modò non facile, verùm nec tutum quidem omnino eſt, vt res quæ nullo tempore & ingẽtibus viribus indiget [d]. Sunt exempla Ariſtidis [e], Cimonis [f], Phocionis [g], & aliorum virorum præſtantium, qui poſtquam aliquandiu populo placuerunt, imò iuſtiſſimè vixerunt: tamen vel exilio, vel ſupplicio affecti ſunt. Quandiu indigentia vel neceſſitate aliqua premitur populus, ſupplex & humilis valde, & ad eos à quibus ſe iuuari arbitratur, totus inclinat: at vbi ſe ſenſit bene habere, maximè dum diuitiis affluit, de ſe mirificè præſumit: vnde & ad libertatem vel modico vento impulſus, ſe accingit iugum ſuperioris quantumuis æquiſſimi principis, excutere: & niſi, tum, dum audere incipit, reprimatur, periculoſum, ne quod temerè exorſus eſt perniciosè perficiat: vbi verò imminentẽ vigilantis principis manum conſiderat, eadem leuitate qua cœperat præſumere, in ſe ipſum redit: quò pertinet iucundiſſima comœdia & fabula Ariſtophanis [h], dum fingit, poſtquam egit de cantu & honore auium, illas ſibi ciuitatem ſtruere voluiſſe, ſeu democratiam, cœtum inquam, vndequaque circumſeptum, cùm ſibi in omnibus ſufficientes ſibi viderentur: & in omnibus ab hominibus aues fuiſſe obſeruatas, pro auſpiciis, ſeminatione, nauigatione, tempeſtatibus & ſimilibus, vnde & iam ſibi vindicare deorum honorem auſæ erant: tandem tamen metu Iouis aliud conſilium ceperunt.

*De extraneis ſeu peregrinis.*

## CAPVT IIII.

IN populo, regno, ciuitate, quidam dicuntur regnicolæ, quidam originarij, quidam extranei. Extranei à regno & ciuitate dicuntur peregrini: qui enim ex gente noſtra oriundus nõ eſt, ille extra patriã propriã cùm ſit, apud nos peregrinari dicitur, ideo & peregrinus eſt [i], illi peregrini extranei dicuntur [k]. In Gallia iſti extranei & peregrini dicũtur albini, h. e. alibi

a liquet ex ſacroſanct. euangelii.

b Appian. li. lib. 1. de bellis ciuili.

c Plutarch. in vita Aegidis.

d Plutarch. in polit.

e Plutarh. in Ariſtide Herodot. in Vrania. Diodo. Sicu. in 11.

f Aemilius Prob. in Cimone.

g Diodo. Sicu. lib. 18.

h Ariſtopha. in auibus.

i vt in principio tituli nouellæ vt differentes iudices &c. auth. omnes peregrini, c. communia de ſucceſſio. in l. 1. C. de hæredib. inſtituend. l. ſed etſi conditioni, §. ſolemus. eo. ti P.

k in titulo non licere habitatoribus Metrocomiæ loca ſua ad extraneum transferre, lib 11. C.

nati[a], vel meliùs aulici, quaſi aduenæ, mutatione modica literarum.

2 Vt autem regionum mores diuerſi ſunt, ſic & inde nati diuerſam habent morum habitum & rationem: & proinde non poſſunt ſimul conuenire ſine aliqua antipathia, quæ tandem, aliquando excitant in republica motus & ſeditiones, & læſionem vel ſubuerſionem conſueti ſtatus. Elati, ſuperbi, bellis aſſueti, facilè pacificis & manſuetis vim inferunt. Mali & mollitiei dediti, bonos corrumpunt mores. Et Vlpian[b]. *Qui mancipia*, inquit, *vendunt, nationémque cuiuſque in venditione pronuntiare debent. Plerunque enim natio ſerui, aut prouocat aut deterret emptorem. idcirco intereſt noſtra ſcire nationẽ: præſumptum enim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata, quoſdam malos videri, quia & natione ſunt, quæ magis infamis eſt.* Sic à gentis origine peccata arguit Ezechiel propheta[c], *Hæc dicit Dominus Deus Hieruſalem, radix tua & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa &c.* Mores in vna prouincia ſæpe diuerſi & diuerſa ſtudia, vt non mirum ſit, ſi inter regnorum incolas qui longo interuallo diſtinguuntur inuicem, hæc inueniantur varia & ſæpe contraria.

a *vt notat Boerius ad §. fina. tit. de teſtamen. & in deciſ. 13. Guillel. Benedict. in c. Raynuncius. ad verba vxorem nomine ad teſtanum. 1042. de teſtam.*

b *in l. quòd ſi nolit, §. qui mãcipia vendunt, de ædilitio edict. lib. 21. P. tit. 1.*

c *c. 16. verſ. 3.*

3 Quemadmodum in Italiæ locis annotauit Philalethes Polytopienſis[d], ciuitatum diuerſas & ſtudiorum & artificiorum inclinationes. Amant, inquit Florentini, philoſophiæ partem, qua principes rerum cauſæ traduntur: plurimi faciunt Calabri Græcas literas: Neapolitani Ethruſcas, Lucenſes, diuinas: Veronenſes, politiores: Vicentini, philoſophiam moralem: Bononienſes, mathematicas artes: Veneti, rem muſicam, Ferrarienſes Patauini Salernitani, medicinam. Senenſes, dialecticorum argutias: Peruſini, ius pontificium. Mantuani, Hebræorum literas: Papienſes, ſophiſtarum nugas. In mercaturis, Florentini callidi & cupidi rerum: Lucenſes, fideles: Genuenſes audaciſſimi, lucriq; cauſa laborum tolerantiſſimi: Veneti, præſenti pecunia emunt & diſtrahunt. Mediolanenſes, vitium rei, vendentes liberè dicunt, & fidem vſque ad mortem ſeruant: in bello Peruſini ſtrenui: rapaces Piceni: præcipites Calabri: fortes: ſed inconſulti Æmiliani: ſtratagemata norunt Spoletini: crudeles Ferrarienſes & Placentini: fœlices Senenſes: truces Romani: animoſi Bononienſes, ſed parum ducibus obedientes: maritimis bellis Genuenſes ſtrenui: terreſtribus pecudes languidæ: Neapolitani ſtrenuè hoſtem aggrediuntur: reſiſtunt Fauentini: dexteri Piſtarienſes clypeo: acres Laudenſes: Patauini & Veronenſes optimi equites: Papienſes vix fugiunt: Vicentini victi ad vindicandum accenduntur: Veneti optimi in claſſibus: Brixienſes excellentes in extruendis vallibus, aggeribus & cuniculis: Bergomates in dolis & cratibus: Piſcentes & reliqui Ethruriæ, ſtupratores & crudeles: Florentini optimi exploratores: in inſtrumẽtis præſtant Venetorum pecuniæ: puluis pyrius Ferrarienſium: galeæ Mediolanenſium: equi Neapolitani: carri Placentini: clypei Parmenſes: tentoria Cremonenſium: enſes Taruiſiorũ ad Sarauallum: lanceæ Papienſes: calcaria Viterbienſium: Piſtorienſes pugiones. Hæc Philalethes, & plura de Italorum proprietatibus, ex quibus forſan hodie cum tempore plura immutata inueniri poterunt.

d *libro 1. quæſtionum Forcianarum.*

5 De-



5 Demoſthenes autem[a], Macedones vſque adeo barbaros dictos ait, vt neque ex his olim frugi vllum mancipium emi potuerit. Et[b] Theſſales natura infidos & inconſtantes. Quibuſdam & viſum, vt

*Anglia peccatrix, Germania fraudis amatrix,*
*Gallia dat vites, nutrit Britannia lites.*

a *Oratio 3. contra Philippum.*

b *Olynthia. 1.*

Dio Caſſius[c], dixit Gallos ad quaſcunque res inexplebili cupiditate ferri, ita, neque audaciæ neque timoris modum ſcire. Alexandrinos ad audenda omnia ſatis promptos, temerarios ad exequẽda quæcunque propoſita, ad bellum tamen eiúſque labores ineptiſſimos, in ſeditionibus vitæ prodigos. Iulius Maternus ab Mauortium Lollianum ſcribens, *Quædam gentes*, inquit, *ita à cœlo formatæ ſunt, vt propria ſint morum vnitate perſpicuæ: Scythæ immanis feritatis, crudelitate graſſantur. Itali ſiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi, Galli ſtolidi, acuti Siculi, Luxurioſi ſemper Aſiatici & voluptatibus occupati, Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſiti.* Ita de Gallis Maternus ſentit, cùm tamen Liuius illis tribuat robur, & in bellis præſtantiam, quæ & Romanos ſuperauit ſæpe cum illorum regali aſſignata nobilitate. tribuit & pœnis, vt alij, perfidiam.

c *li. 39. hiſtoriæ Rom.*

6 At inter ipſos Gallos Chriſtophorum Longolius[d], nominat Britones duros, vafros Normanos, religioſos Francos: induſtrios Flandros: mites, Lotharingos: faciles, Andegauos: bellicoſos, Vaſcones: Burgundos, feroces: Picardos, alacres: frugi, Santones, atque Pictauos: Narbonenſes, fideles: fortes Aruernos: Hannonios, pertinaces: magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, militares Bituriges.

d *in oratione de laudibus diui Ludouici & Francorum.*

7 Cretenſes mendaces dixit D. Paulus[e]. Iuxta verſiculum Epimenidis,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.
*Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.*

e *ad Titum 1. verſ. 12.*

8 Et Liuius[f], *Athenienſium populum fama eſt*, inquit, *celerem, & ſupra vires audacem eſſe, ad conandum: Lacedæmoniorum, cunctatorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem.*

f *libro 45.*

9 Henricus porrò Bebellius, in prouerbiis Germanicis. *Pons*, inquit, *Polonicus, monachus Boemicus, Sueuica monialis, miles Auſtralis, Italorum deuotio, Allemanorum ieiunia, fabam valent omnia.*

10 Antiqui Græci tres populos improbitatis notarunt, his verſibus,

Λυδοὶ πονηροί, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι,
Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. id eſt,
*Lydi improbi, poſt hos ſecundi Ægyptij,*
*Tertiique Cares perditiſſimi omnium.*

Notarunt & trium nationum inſignem improbitatem ænigmaticè, dicentes τρία κάππα κάκιστα. tria peſſima k: nempe trium nationum quę per c. nomen incipiunt Cappadocum, Cretentium, & Cilicum. quod quidam detorſerunt in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. Multa alia nationibus quibuſdam propria in vitiis & moribus notant Alexan. ab Alexandro longiori oratione lib. 4. c. 13. quæ prætermitto.

11 Vnum addam, quoſdam ex cœli conſtitutione, & occaſione rerũ quæ in locis naſcuntur, varios quoque mores natos putaſſe. Nam quædam nationes ſunt, quæ occulta ingenia & ſolertia gignant, vt quibus eſt aer purus & tenuis, veluti Athenis: alia quæ retuſa & hebetiora, vt quibus craſſus & pinguis, ſicut Thebis: ita ex cœli rigore vel clementia nonnunquam & ſyderum ſtatu vel influxu. Sed & ex bonitate agrorum, & affluenti copia voluptatum, impingant: quidam ſuperbiunt & recalcitrant virtutibus; vt alii contra, ſterilitate & penuria locorum, ad latrocinia ſe conferunt, talémque vitam quo viuere poſſint aſſuefaciunt. cuius generis ſunt qui in mõtanis, deſertis & incultis locis eſſe coguntur.

12 His ſimilia plura adferri poſſent, de vitiis & virtutibus prouinciarum & ciuitatum, & nationum, quæ oſtendunt quandam diſtinctionem naturarum hominum in illis degentium: quibus tamen generaliter fides non eſt adhibenda, eo quòd plura confecta ſunt contra nationes peculiari odio ſcribẽtium, vel temeritate iudicij. Sunt enim quidam vſque adeo ad ſententiam dicendam de nationibus leues, & preſumptuoſi, aut maledici, vt cùm ab aliquibus alicuius prouinciæ ſingularibus hominibus, vel bene vel malè excepti fuerint, vel ex paucorum cognitis moribus, velint de tota natione ſententiam ferre: decepti propria temeritate, quemadmodum mihi contigit aliquando ſermonem conferre cum Germano quodam, qui dicebat ſe maximam partem Galliarum peragraſſe & annotaſſe, mores Gallorum leues eſſe, ad amicitiam quidem pronos, ſed in ea inconſtantes. Riſi certè, quòd putaret breui tempore tranſeundo ſe de moribus iudicare potuiſſe, cùm vix potuerit ipſa ædificia videre, & mores qui ex diuturno tẽpore cõſtãtur, exiguo tẽpore diceret ſe cognouiſſe: & amicitiã expertũ Gallorũ leuẽ, cũ notitiã vix habere potuiſſet, nec animaduerteret hoc differre ab aliis nationibus Gallos, quod amicitiã iure hoſpitalitatis omnibus etiã peregrinis offerant, cùm ſint aperto & nitido pectore: at vbi vident indignos peregrinos tali amicitia, faſtuoſos, quíve putent ſe non ex honeſtate Gallorum, ſed ſuis ob meritis ad amicitiam prouocari, ſapienter diſſuunt tales taliúmque hominum familiaritates. aut vbi dilexerunt iſtos in externa hypocriſi coloſſos regios, nihil intus habere aliud quàm paxillos, bitumen, aranearum telas, & ſimilia murium receptacula. Neque, ſunt ideo Galli reprehendẽdi, ſi decepti, ficta & perſonata grauitate extraneorum allecti ad honorem & reuerentiam eorum, poſtquam cognouerunt ea omnia tantùm eſſe fucata & perſonata, deſinant talem amicitiam perſequi. hoc enim eſſet ſtolidiſſimum, nec ingenio candido Galli dignum, vmbras virtutum pro virtute colere, & errore detecto in eo perſeuerare. Perſeuerant enim alioquin in amicitia & dilectione & fide eorum, quibus ea debent, niſi ab extraneis inficiantur aut corrumpantur decepti.

13 Ariſtoteles [a], gentes quæ frigidas regiones incolunt, & quæ per Europam ſunt, ait animo quidem abundare, ingenij verò & artificij

a Ariſtot lib. 7. politic. c. 7.



& artificii parum haberent: ea propter magis in libertate perſeuerare, diſciplinam verò reipublicæ difficulter recipere, ac finitimis dominari non poſſe. Quæ verò Aſiam incolunt, ingenio & arte abundare, ſed animoſitatem non habere, & ideo parêre dominantibus, & perſeuerare ſeruire. Græcorum genus, vt mediam regionem locorum ſortitum, ſic etiam amborum eſſe participem: nam & animoſum & ingenioſum eſſe. Ex quo fiat vt in libertate degat, & diſciplinam reipublicæ optimæ recipiat, & vnius reipublicæ conſtitutionem ſortitum imperare omnibus poſſit.

14 Quamobrem commixtio gentium facit, vt vnà cum moribus iam imbibitis & quodammodo naturalibus, fiat commixtio morum, & corruptio bonæ inſtitutionis: niſi à legiſlatoribus proſpiciatur, & remedio aliquo veluti antidoto, medeatur. Et non ſine cauſa Ariſtoteles [a] diſputatum tradit, vtrum communio maris, turba nautica, naualis potentia, ſint vtilia aut damnoſa ciuitatibus. Ex eo maximè, quod frequentare aduenas quoſdam, alienis educatos moribus & legibus, inutile putatur ad rectam ciuitatis diſciplinam, & turbam popularem multiplicari ex vſu maris.

a 7. politic. c. 6.

15 Aut certè contingunt ex diuerſarum nationum in vnum conuentu, ſeditiones, donec altera pars alteri ceſſerit. Non enim poſſunt diuerſi, imò ſæpe contrarij ſe mores compati: ſicut accidit Budę, mortuo Sigiſmundo Imperatore, rege Vngariæ, ante Alberti Auſtriaci coronationem: nam ciuitas ex Vngarica & Germanica gente conſtans, tumultu excitato, ferè ad interitum peruenit: & cùm Allemani ſeu Teutones vellent ciuitati dominari, tandem per Vngaros obſeſſi in domibus, ſine diſcretione ſexus aut ætatis, ſublati ſunt [b].

b Aeneas Syluius in hiſtoria & Fulgoſius lib. 9. c. 7.

Meminit Ariſtoteles de ſimilibus ſeditionibus propter admiſſos peregrinos ad ius ciuitatis, & ad inhabitandum: qui vbi fortiores ſe eſſe arbitrati ſunt, ipſos ciues indigenas propriis locis voluerunt deturbare, aut pepulerunt, aut rempublicam turbarunt. *Seditiones*, inquit [c], *concitat peregrinitas, donec ſimul in eandem conſpirationem deuenerit. Vt enim non ex quauis multitudine conſtituitur ciuitas, ita etiam nec in quouis tempore. Quapropter quicunque adhuc inquilinos ſuſceperunt vel aduenas, omnes ferè ſeditionibus iactati ſunt: ceu apud Sybarim vnà cum Troezenijs incoluerunt Achæi. Poſtea in maiorem numerum creſcentes Achæi, Troezenios pepulerunt, vnde pollutio illa exorta eſt Sybaritis à Thurijs. Idem fecerunt Sybaritæ contra eos qui illos receperant: nam plus habere volentes, de ſuis agris pulſi ſunt. Et apud Byzantium peregrini in oppreſſionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulſi ſunt. Et Antiſſæi exules ex Chio ſuſceptos, tandem armis deijcere coacti ſunt. Zanclei verò qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Apolloniatæ qui ſunt in Ponto, incolis receptis ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani, cùm hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prælium inciderunt. Et Amphipolitæ, receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tandem ab illis ſunt ferè omnes.*

c Ariſtotel. 5. politic. c. 3.

16 Non omni tempore licebat peregrinis Sparthame adire, ſed præſtitutis diebus: quod à Lycurgo ſancitum author eſt Thucydides, ne æmuli politiæ eius fierent ac inde diſcerent, quò in virtute proficerent. Alij malunt morem hinc enatum, ne à peregrinis mores inficerentur: ſiquidem corpora peregrina, & peregrina conſectatur oratio: noua autem oratio κρίσεις καινὰς ἐπιφέρει, vnde affectiones oriri multas neceſſum ferre. Probat & Plato hoſpitum expulſionem peculiarem & barbaris omnibus Eratoſthenes author eſt, hoſpitum cam expulſionem [a]. Et lex vetat peregrinum in murum aſcendat [b].

a Cœlius Rhodiginus lib. 18. lectionum antiquarum c. 5.
b Cicero lib. 2. de orator.

17 Cæterùm, non omnino peregrinorum aut extraneorum contemnenda ſocietas, vt enim arbores tranſplantatę deponunt noxiam ſubſtantiam, mutata cultura & terra, vt fertur de perſicis: ſic quidam aliò commigrantes meliores effici poſſunt boni, & ex malis optimi, vt contra boni tranſeuntes ad infectos mores infici poſſunt.

Proinde hic delectus habendus peregrinorum erit, & ſuſpecti quidem haberi poſſunt antequam cognoſcantur: at vbi cogniti fuerint tales qui nihil officere, aut prodeſſe ſocietati reipublicæ poſſint, non eo nomine ſolo quòd alienigenæ ſint contemni aut reiici debent, nõ ſecus quàm merces à barbaris tranſlatæ, nobis commodæ, vel quæ ex vſu & vtilitate noſtra ſunt vel eſſe poſſint, non ideo reprobãtur quod à barbaris proceſſerint, mores & virtutes non naſcuntur cum hominibus, ſed fiunt, mutantur, emendantur & polliuntur: neque tam ortus vel à quibus natus, inſpiciendum, quàm qualis ſit qui ex peregrinis dicitur. Athenienſis ſchola vt recenſet Plutar. de exilio peregrinis ferè tantùm inclaruit non ciuibus propriis. Si ſectam Peripateticam ſpectes, Ariſtoteles, fuit ex Stagirita: ex Ereſo, Theophraſtus: Strato, è Lampſaco: Glycon, ex Troade: Ariſto, ex Cea: Critolaus, Phaſelites: ſi Stoicam ſectam perpendas, Citienſis fuit Zeno: Cleanthes, Lyſſius: Chryſippus, Solenſis: Diogenes, Babylonius: Antipater, Tarſenſis: Athenienſis Archedemus in Parthos migrauit Babylone, atque ibi ſucceſſionem Stoicam reliquit. Nunc quoque probatiſſimus & optimus quiſque peregrè viuit, non quod pulſus fuerit, ſed quod emigrauerit. Et non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua [c], & in domo ſua refert Pomponius Iuriſconſultus [d] Hermodorum quendam exulantem in Italia Epheſium, fuiſſe authorem decemuiris Romę legum 12. tabularum quæ reformarunt vniuerſam rempublicam. Quin etiam qui tantopere commendata habuerunt ſua iura ciuitatum, Romani, externis detulerunt imperium vt Traiano, & aliis deinceps. Et quanuis Solon Athenienſibus præter eos qui ſacra aut genus, aut ſtirpem antiquiſſimam haberent, ius ciuitatis nulli peregrino dari mandauerit, tamen excipere conatus eſt. Niſi ei qui aut perpetuo exilio patria pulſus eſſet: aut alicuius artis cauſa cum penatibus & domo Athenas commigraſſet: quamuis illa lex poſtea à Pericle emendata alia fuerit.

c Diui Marci c. 6. verſ. 4.
d l 2. §. poſtea ne diutius, de origine iur. D.

18 In multis etiam rebuſpublicis attrahuntur ad ciuitatem peregrini [e]. Eſt etiam lex in quibuſdam ciuitatibus, vt ſatis ſit ex matre ciue eſſe genitum, & eodem pacto, ſpurios multæ recipiunt: atque propter defectum legitimorum ciuium, tales ciues faciunt, paucitate enim hominum inducti his vtuntur legibus. Quod ſi abundent multitudine

e Ariſto. 3. polit. c. 3.



titudine paulatim excludunt, primò libertini generis homines, deinde eos qui ex matre ſolummodo ciues ſint: tandem non niſi ex vtroque parentes natos ciues pro ciuibus habent, ſed hęc ſucceſſu temporis iam ciuitate facta populoſa.

Nec dubium eſt, conuenas ex diuerſis locis eodem coeuntes, vrbes plures communi conſenſu ædificiis coniunctis condidiſſe, qui alio nomine σύγκλυδες & συνοίκοι appellantur. Alexander Magnus ciuitate ſui nominis Alexandria, condita, ſingularia priuilegia eáque magna, conceſſit his qui eò conuenirent ad habitandum, vnde breui tempore, vndique cõfluentibus hominibus, ea in ſplendidiſſimã euaſit ciuitatẽ [a]. Idipſum fecit Theſeus in Athenarũ ædificatione & alij plures.

a Ioſephus li. 2. de bello Iudaic.

Sed nihil prohibet, ciuitates ex hiſdem hominibus reparari & augeri, quibus priùs fundatæ & inſtitutæ ſunt. Liquet autem ciuitates & regna principatus & alias colonias, non ex vno genere hominum ſemper in vnam ſocietatem conueniſſe, ſed ex pluribus: quare impoſſibile videri non debet aut abſurdum, ſi ex eadem diuerſitate conſeruari & augeri poſſit.

19 Scriptum ita legimus [b], Romulum ciuitatem ſuam conflaſſe, non ex vno genere hominum, ſed ex Albanis, peregrinis, & auxiſſe ita poſtea ſucceſſores, admiſſis etiam hoſtibus in numerum ciuium, fœderibus tranſactis bellis: vt nunquam fuerit intermiſſa à maioribus largitio & communicatio ciuitatis. Qua arte ſibi Romani imperium dilatarunt & tutiùs confirmarunt: vt contrà nihil aliud Lacedæmoniis & Athenienſibus videtur fuiſſe exitio, quanquam multum armis valerent, niſi quòd victos bello, exoſos haberent, nullóque commercij iure dignos ducerent.

b apud Plutar. & Dionyſ. Halicarnaſſ.

Fuit ciuitatis Romanæ, Romani domicilij largitio: poſtea in tribũ deſcriptio: & tertiò, honorum petitio: quæ tria verum & ingenuum ciuem faciebant. proficiſcuntur autem à domicilio, multa commoda: tum maximè ſacrorum, dignitatis, libertatis vrbis, fori, ludorum, feſtorúmque dierum. Qui in cenſum & tribum erat relatus, ex eo ciuis & liber, ſi ante ſeruus, efficiebatur. Fuerunt diuerſa iura ſeparata ciuium, à peregrinis: quæ pendent ex præſcriptione legis: vt etiam in omnibus ciuitatibus vel more vel conſuetudine ſunt quædam iura & priuilegia ciuium, quę nec à nobis ſcribi poſſunt, nec generaliter definiri, cùm illud ex arbitrio & ciuili cuiuſque ciuitatis reipublicæ aut regni iure poſitiuo, determinandum ſit.

In vniuerſum autem illud probandum erit, quod hactenus conceſſum fuerit ſingulis: vel ſi probandum non cenſeatur, communi conſenſu authoritate eius cui poteſtas data eſt, reprobandum. Clarum enim eſt, vt ait Ariſtoteles [c], quod, ſi quid boni proueniat ex peregrinorum commixtione, ciuitas id bonum ſuſciperet: ſin aliquid mali, caueri ab eo facile erit, per leges iubentes ac determinantes, quos oportet & quos non oporteat, admiſcere.

c Ariſtot. li. 7. politicor. c. 6.

20 Atque ita diſtinguere debemus, & modum quo quis habitare dicitur locum, & vſum priuilegiorũ loci: nam ex his facilè intelligetur, quando conducat reipublicæ, vel reiicere vel admittere peregrinos, & in quantum oporteat illis ſubuenire & fauere: peregrini enim

ſimpliciter, poſſunt dici hoſpites, & tranſeuntes qui non elegerunt domicilium apud nos, & omnino extranei: cum quibus nullum ius familiaritatis eſt, neque ſunt nobis confœderati. remanſit hodie vox inter Gallos appellationis eius, dicimus enim hoſpites aduenas, alienigenas, & tranſeuntes *hoſtes*. quo nomine olim dicebantur peregrini & non confederati, omnino alienigenę, hodie autem, hoſtes non ita: ſed illi cum quibus bellum indictum eſt, nominantur,[a] qui olim perduelliones non hoſtes dicebantur [b]. Et Cicero[c], *Nos autem iam non hoſpites, ſed peregrini atque aduenæ nominabamur.* Et rurſum[d], *qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur lenitate verbi triſtitiam mitigante. hoſtis enim apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus &c.*

21 Iſti peregrini certè tranſitu contenti eſſe debent, neque de moribus locorum vbi ſunt non appellati, iudicare debent, vt etiam de incolis dixit Cicero. *Peregrini*, inquit, *& incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alieno inquirere, miniméque in aliena republica curioſum eſſe.* Neque, vt ait diuus Auguſtinus, *in his quæ per regiones variantur, diſciplina vlla melior graui prudentíque Chriſtiano etiam eſt, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit eccleſiam ad quancunque fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eo inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt, & ſequenda conſuetudo eorum inter quos verſamur, ſi aliis nolimus eſſe ſcandalo* [e].

Exprobrarunt Loth viri nequam Sodomitæ, ſuo more volentes abuti hoſpitibus eius, illo defendente, & dixerunt[f], *Ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices?* Nimia curioſitas & inquiſitio peregrini, in terra aliena, efficit præſumptionem quòd ad explorandum venerit, & malo animo ſit in eam rempublicam. ξένοι hoſpites dicuntur Græcis. cum exteris tamen cum quibus bellum non erat, erant amicitiæ aliquando contractæ publicæ vel priuatæ, illæque magnæ, quæ per ius hoſpitij fiebant, & domus communicabatur aduenienti hoſpiti [g], data teſſera hoſpitalitatis. Propriè autem habita ratione huius iuris hoſpitalitatis, quod gratis fit ex iure ſocietatis & amicitiæ; cauponæ vbi peregrini tranſeuntes recipiuntur ſoluta pecunia, dicuntur diuerſoria, vulgo quanuis hoſpitia, vocentur. In quibus hoſpites viatores tranſeuntes etiam inuiti recipere coguntur qui hoſpitium publicum profeſſi ſunt, & inſtituerunt cauponam tabernariam publicam[h].

22 Incolæ, alienigenæ & extranei quidem ſunt à loco vbi reſidēt: ſed is incola dicitur, qui in aliquam regionem non ſuam ſcilicet, domicilium ſuum contulit, Græci vocant πάροικον vel μέτοικον[i]. Differt autem ab hoſpite incola, quòd incola elegerit domicilium in loco, & ibi habitator ſit[k]: at hoſpes non dicitur habitare, ſed tantùm hoſpitari. Atque tantum intereſt inter habitatorem & hoſpitem, quantum inter domicilium habentem, & peregrinantem, vt ait Vlpian[l]. Sed nec ille incola dicitur, qui non vt domicilium habeat, negotiādi tantum cauſa pergulam tabulámve habet: ſed potius hoſpes, & tamen non

a l. hoſtes 24. de captiuis & poſtlimi. reuerſ. P. l. hoſtes, 118 de verb. ſig. P.

b l. quos nos hoſtes, 234. de ver. ſignif. P.

c Cicer. contra Rullum.

d 1. Officior.

e diuus Auguſtinus ad Ianuarium, epiſt. 118. c. 1. & epiſtola 119. c. 18 vnde ſumptus canon 11. illa autem, 12. diſtinct. ap. Gratia. facit, ca. quæ contra, 8. diſti. ca. quiſquis, 41. diſtin.

f Geneſeos c. 19. verſ. 9.

g Gellius li. 5. c. 13. Liuius li. 37. meminit de hoc iure ſæpe Cicero & alij.

h l. 1. §. f. furti aduerſus nautas, li. 47. P. ti. 5.

i in l. pupillus, 239. §. incola, de verb. ſig. P.

k C. in lege, 203 §. 1. de ver. ſigni.

l l. 1. §. habitare, de his qui deiecer. vel effuder. lib. 9. P. ti. 3.



non aduena: quia aduena dicitur, qui aduenit mox inde profecturus [a]. aduenam Græci ἄποικον appellant domo profugum, colonum aduenientem non πάροικον[b], quia domicilium ſedéſque fixas non habet. Aduenas, Plato [c] cauponarias & meritorias artes exercere, in aliena ciuitate ſiuit. Tamen iubet[d], eos poſt exactos viginti annos, collectis ſarcinis alio habitatum commigrare. Aduenam putant communiter, eum qui non eſt ciuis aut inquilinus, & qui ex aliquo longinquo loco in aliquod oppidum venerit. Inquilinus, qui in alieno & priuato loco habitat: Sed inquilinus, poteſt eſſe & ciuis oriundus ex loco: quanuis in alienis ædibus habitet: incola non item: quia alterius loci, ciuis eſt. & ita incola à ciue differt, quòd capax non ſit priuilegiorum ciuitatis, quanuis in ea habitet, niſi ei concedatur, & fiat ciuis.

Ciues facit, origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio. Incolas domicilium facit. In eodem autem loco ſingulos habere domicilium nō ambigitur, vbi quis larem, rerúmque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus ſi nihil auocet, vnde cùm profectus eſt peregrinari videtur, quòd ſi redit reperegrinari iam deſtitit [e]. Plus eſt eſſe ciuem quàm incolam, ita & incola alicuius loci eſſe poteſt & alterius ciuis: in vtroque tamen parere debet magiſtratui vtriuſque. & vtriuſque ciuitatis municipalibus oneribus eſt ſubditus[f]. Incolæ domicilium colligitur vel ex declaratione eius quod dixerit ſe eligere domicilium[g]: vel quod per decennium ibidē commoratus fuerit[h]. Quod autem ad priuilegium ciuis pertinet, peregrinus habetur, niſi admittatur vel communicentur iura his modis quibus in vnaquaque ciuitate moris eſt communicari. Hæc enim iuris ciuilis cuiuſque ſunt poſitiui, vt paulò antè dictum, aut conſuetudinis, in quibus ſequi oportet quod placuerit, & fruſtra tractaretur de moribus Romanis in ciuitate communicanda alibi quàm Romę, cùm populi & ciuitates ſingulæ, propria iura hac de re habeant, ad pacem & ſocietatem peregrinorum viſa conuenientia, & ad eos probandos antequam admittantur in ciues, & ad eos diſcernendos donec recipiantur, accommoda.

24 Sicut apud Athenienſes μέτοικοι ſeu hoſpites inquilini inhabitantes ſoluebāt populo annuatim duodecim drachmas [i]. Et in Gallia olim allophyti ſeu albini aſſem fiſco niſi adoptarentur in regnicolas ſeu naturalitatis literas à rege acciperent. Quod tributum non ſine cauſa indictum videbatur, nēpe vt facilius ſciretur quod eſſent extranei & alienigenæ in regno, ne aliquid moliri poſſent, ſi plures eſſent in republicā: quod facilè dignoſci poterat capitationis ſumma inita & collecta.

Expedit autem non tantùm ciuitati ſed etiam regno, notum eſſe quot ſunt alienigenæ, quot hoſpites, vel incolæ ad pleraque præcauenda quæ aliis nationibns fuerunt infauſta: nam ſi numerus hoſpitum & alienigenarum vel aduenarum excedat numerum ciuiū, vel ſi officere in aliquo poſſit ob mores diuerſos, vel factiones ſecretas,

a vtrúque per l. hæres abſens, 19. de iudic. lib. 5. P. ti. 1.

b dicta l. pupillus, 239. §. aduena, de verb. ſig. Iſidor. li. 10. Etymol.

c li. 11. de legib.

d li. 8. de legib.

e l. ciues, 7. de incolis li. 10. C. li. 39.

f l incola, 29. ad municipa. li. 50. P. ti. 1.

g [illegible]

h vt in c. f. de paroch. panor. gl. 2. de incolis, lib. 10. C.

i Iulius Pollux, lib. 3. onomaſticon, c. 4. mulieres ſex. I. ſeus.

vel cœptas,vel quia cum huiuſmodi natione cuius ſunt, bellum indictum ſit:conuenit exhaurire hoc onus à republica,& iubere illud migrare:ſemper tamen cum cauſa expulſio eſſe debet, eáque legitima: ne barbarico more inter homines ſine vlla peregrinorum commiſeratione viuatur: & ne incidant in reprehenſionem Spartiatarum, quibus exprobratur ab omnibus ξενηλασία, id eſt, hoſpitum expulſio. *Aduenam*,inquit Deus, *non contriſtabis, nec affliges eum*[a]. *Et ſi habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei, ſed ſit inter nos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos*[b].

Neque tempore famis etiam pellendos vrbibus peregrinos & extraneos,admonet D.Ambroſius[c]. *Feræ feras*, inquit, *non expellunt, cur homo expellit hominem,exuit hominem qui cibum egenti negat. Præterea peregrini nobis victum inferre conſueuerunt, hos nolumus neceſſitatis tempore, qui omni vita nos pauerunt. Noſtra interdum familia, plerique etiam noſtri apud illos ſunt: reddamus quod accepimus: frumẽtum ab extraneis ſuſcipis, nec illis impertis. Quid,illum eijcis qui te pauit? Nec enim canes nos exiſtentibus in menſa patimur fame mori quin aliquid porrigamus.*

a Exo. 22. ver. 21. & c. 23. ver. 9.
b Leuitic. c. 19. verſ. 33.
c Ambro. li. 3. de officijs c. 7.

## *De Magiſtratibus in republica vel principatu.*

## CAP. V.

ARISTOTELES[d],inter partes quibus ciuitates conſiſtunt,octauam & poſtremam conſtituit eorum qui publicam gerunt operam, & qui in magiſtratibus gerendis occupati exiſtunt. Ciuitas enim, inquit, abſque magiſtratibus eſſe non poteſt. Neceſſarium igitur eſt, eſſe qui magiſtratus gerere valeant, & hoc munus, ſufferre vel perpetuo, vel ad tempus.

d lib. 4. politic. c. 4.

Nec minùs quàm leges magiſtratus eſſe in republica neceſſarios: imò ſi collatio fiat ad vtilitatem vtriuſque,magis expedit habere populo magiſtratus bonos,quàm leges. Et Plato ſępe numero magiſtratus optimos,legibus anteponit:quòd leges abſque illis videantur omnino inutiles,eas enim ſeruabit nullus: magiſtratus autem optimi, ipſi ſibi ſint leges, atque vis legum & authoritas non conſiſtit in literis,vel in ſcriptura,nihil enim hæc poſſunt: ſed in eo quod magiſtratus eas confirmãt,exhibẽtque omnibus earũ opem implorantibus, ita & leges per magiſtratus qui eas executioni mandant firmæ ſunt;& ipſi firmi per leges,vt ait Demoſthenes[e]. Nam & quando leges nondum erant, omnia manu & arbitrio boni principis, (qui eſt primus regni ſui magiſtratus, & origo aliorum qui ab eius poteſtate vel populi in democratia pendent) regebantur per eos qui iuridicundo præſunt effectus rei & legum accipitur, parúmque eſt ius in ciuitate eſſe,niſi ſint qui iura regere poſſint. Et quod ad magiſtratus attinet, initio ciuitatis Romanæ, conſtat reges omnem poteſtatem habuiſſe,& his exactis duos conſules, rurſúmque alios creatos magiſtratus,

e contra Midiam.



ſtratus,vt exponit Pomponius Iuriſconſ[a]. Magiſtratus viua vox legis loquens,vt Marcianus de iure honorario dixit[b]. Et Cicero[c], *Magiſtratus*,inquit,*lex eſt loquens.*

2 Quibus præcipua cura rerum incumbit,& qui magis quàm ceteri diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt, debent: hi magiſtri appellantur. Quin etiam magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominãtur, vt tradit Paul. Iuriſconſ.[d] *Legum miniſtri*, inquit Cicero[e], *magiſtratus: legum interpretes, iudices: legum denique idcirco omnes ſerui ſumus: vt liberi eſſe poſſimus.* Magiſtratus nomen Romani eſt,eorum qui curam & iuriſdictionem habent & poteſtatem in ſibi commiſſos, vel maiorem vel minorem, ab eo tempore dicti quo creatus eſt magiſter populi: à quo qui minorem poteſtatem acceperunt,dicti magiſtratus, vt explanaui aliàs[f]. Vocarunt námque aliis nominibus,aliæ nationes huiuſmodi præpoſitos, vt tribunos, centuriones, decanos, אלהים elohim,deos,iudices, שרים ſcarim,principes, archondes,decuriones, aliiſque nominibus tum ratione adminiſtrationis,quàm idiomatum,diſtinctis apud ſingulos populos. & Plato[g], præter ciuis nomen, tradit principes ſuos variis nominibus vocare populum:in pluribus enim dominos,in populari gubernatione principes,Athenis ſaluatores,auxiliarióſque & cuſtodes.

3 Sunt & poteſtates aliæ aliis maiores,& diſtincti ordines magiſtratuum, & alij maiores[h], alij minores: alij populares,alij minimè: alij ciuiles,alij criminales: alij militares,alij municipales: alij diurni, alij nocturni[i]:

4 Cæterùm cuiuſcunque generis ſint magiſtratus, ſiue maiores, aut minores, ad reipublicæ ſalutem pertinet de his ita diſponi, vt tales eligantur qui poſſint per partes ſibi commiſſas rectè munere ſuo fungi,& ſecundum negotia ſibi commiſſa:plures enim in magnis ciuitatibus & regnis, ad ſingula opera deputari debent, vt idem ait Ariſtotel[k]. meliùs enim ita ſingula curantur:atque ſi plures ſunt,& ſufficiat multitudo ad gerendos magiſtratus,vt omnes ſint participes. ſi temporarij tamen ſunt, non ſtatim repetere debet officium, vel non niſi ob neceſſitatem,vel poſt multos intermiſſos annos. Contrarium tamen in paruis ciuitatibus, in quibus penuria hominum vel ſaltem ſufficientium, & repetere & continuare munera aliquando compellit ciues, imò & neceſſitatem ſubeundi creationem vel nominationem priuatis & reluctantibus imponit[l] iuſtis pœnis & remediis, quemadmodum, & narrat Xenophon.[m] Sophenetum prætorem, declaratum decem minis multatum, quòd munus recuſaſſet. Publica vtilitas ſemper præferẽda priuatæ, cùm nemo tãtùm naſcatur ſibi ſoli, ſed etiam patriæ ſuæ cõmodis & vſui.[n] *Non ſolùm nobis nati ſumus: ortúſque noſtri partem patria vendicat, partem amici. Et latiùs*,[o] *Nullum eſt periculum, quod ſapiens pro ſalute patriæ vitandum arbitretur. Hæc enim ſecum loquitur, non mihi ſoli, ſed etiam atque adeo multò potiùs natus ſum patriæ. vita quæ fato debetur, ſaluti patriæ potiſſimùm ſoluatur.* Ariſtot. etiã p, *Oportet*, inquit, *publicorum publicè exercitationem fieri, & ſimul non debet quiſque ciuis ſe ſuum exiſtimare, ſed omnes ciuitatis, particula enim ciuitatis*

a in l. 2. in principio, & §. poſt originem, de orig. iur. in P. li. 1. ti. 2.
b in l. nam & ipſum 8. de iuſtit. & iur. li. 1. P. tit. 1.
c 3. de legib.
d in l. 57. quibus. de verbor. & rerũ ſign. P.
e pro Cluentio,
f li. 18. ſyntag. vniuer. iur. c. 4. ex Põponio Læto, de magiſtratib. & Varro lib. 4. de lingua Latina.
g dialogo 5. de republic. vel de iuſto.
h explicat Gellius li. 13. c. 14.
i de quibus omnib iuriſconſ. Pomponius d. l. 2. de orig. iur. & Pomponius Lætus proprio libello de magiſtratibus, & nos lib. 47. ſyntagma. iuris cc. 12. 15. & ſequ.
k dict. c. 15.
l Vlpia. in l. ſi quis magiſtratus 9. & Calliſtratus iuriſcon. l. honor municipalis 14. §. finali. de muneribus & honorib. lib. 50. P. tit. 4. niſi ſit propoſita iuſta excuſatio, vt in titu. 5. eius lib. 50. de excuſatio. muner. cum ſimilibus vulgaribus.
m lib. 5. de Cyri minoris expeditione.
n l. vni. §. 15. de ventre in poſſeſſio. mitten. P. l. poſtliminiũ 19. §. filius quoque familias de captiuis & poſtlimin. reuer. P.
o Cicer. 1. offi. 4. ad Herennium.
p Politic. lib. 8. c. 1.

*vnuſquiſque eſt: cura autem ſingularum particularum reſpicere nata eſt ad curam totius.*

Et Plato,[a] Officium quidẽ gubernãdę patriæ, ſi iuſtum ſit, voluntarium eſſe deberet: tamen quia probi viri neque ambiunt honorem & præmia quę proponũtur gerentibus minimè ambitioſi honores non ſectantes, & tanquam non lucri cupidi præmia non cupientes, additur multa pro illis cõpellendis, vt & munus ſit illis ſimul neceſſarium & voluntarium pro vtilitate reipublicæ commodis. *Nemo ſponte*, inquit, *ô Thraſimache ad gubernandam rempublicam accurrat.* Recuſauit & Moſes ab initio pręfecturam populi, dicens Deo, *Mitte quæſo quem miſſurus es*[b]. Saul ſe occultauit ne regnum acciperet[c]. Hieremias quoque illud recuſaſſe fertur, vt refert Euſebius Pãphil.[d] ſubit mẽtem ſimile quod reſcriptum eſt à Leone & Anthemio CC[e]. *Nec pretio*, inquiũt, *nec precibus ordinetur antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, ſola ei ſuffragetur neceſſitas, excuſandi. profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi ordinetur inuitus. locus*, inquit diuus Auguſtinus, [f]*ſuperior, etſi adminiſtretur vt decet, indecenter tamen appetitur.*

a *dialogo* 1. *de de Iuſto.*
b *Exod. ca.* 4.
c 1. *Reg. c.* 10. *verſ.* 21 *&* 22.
d *li.* 12. *de præparatione Euãgel. c.* 4.
e *in l. ſi quenquã,* 31. *de epiſc. & cler.*

5 Porro, quamuis ciuitas, multis indigeat præpoſitis, & præſidibus, tamen non omnes, illi dicendi ſunt magiſtratus ciuiles: quãquam ad opera quædam reipublicæ eligantur. Ita ſacerdotes, qui pompam ducunt præcones, legati, duces, militię puerorum mulierúmque curatores, & ſimiles, non dicuntur magiſtratus. Sed maximè, vt ait Ariſtoteles[f], illi magiſtratus ſunt appellandi, quibus datum deliberare de quibuſdam & ſtatuere, & maximè hoc extremum. Nam iubere, imperioſius eſt ſecundum eundem Ariſtotelem, quãuis ſecũdum iuriſcõſultos, quibuſdã magiſtratibus Romanis & iubere cõceſſum ſit, quod tamẽ Vlpianus[g] dixit eſſe magis imperii quã iuriſdictionis. proinde nec conceditur omnibus magiſtratibus, veluti municipalibus qui tamen habent iuriſdictionem.[h] Conſentit Plato.[i], *Profectò enim iudiciorum*, inquit, *cõſtitutiones, quodammodo iudicum electiones ſunt. Omnem namque magiſtratum neceſſe eſt quorundam eſſe etiam iudicem: non tamen iudex omnis, neceſſario eſt magiſtratus & princeps, quanquam iudex ea die qua iudicium peragit, magiſtratus eſt non vilis.*

f *Diuus Auguſt. lib.* 9. *de ciuit. Dei.*
g *lib.* 4. *Politic. c.* 15.
h *l.* 4. *de iuriſd. omn. iud. lib.* 2. *P. tit.* 1.
i *Paulus iuriſ. in l. ea quæ magis,* 26. *ad municipalem, lib.* 50. *P. ti.* 1.
k *Plato lib. aut dialogo* 6. *de legibus.*

6 Apud Romanos quoq. iudices à magiſtratibus fuiſſe diuerſos, liquet: cuius rei argumentum eſſe ait Sigonius,[k], quod magiſtratus, aut iudices darẽt, aut edictum interponerent: iudices cauſa cognita iudicarent: illi, iudices cogerent, hi in iudicium coacti venirent: illi populi ſuffragiis, hi, plerunq. ſorte: illi ex vniuerſo, hi, ex certo plerunque ordine allegerentur. In iis, quod quiſque ediceret obſeruaretur, in his quod pleraque ſtatuerent, ſpectaretur. iudices denique ſententiam ferrent: magiſtratus iudicum ſententiam pronuntiarent.

7 Iudices dederunt primũ reges nomine ſuo iudicantes, cũ omnibus ſupereſſe nequirẽt rebus ipſi. deinde Romæ & alibi, expulſis regibus, qui ſupremam geſſerunt authoritatem, vt conſules: poſtremò prætores, ſiquidem iudices dandi licentia eius eſt magiſtratus, vel poteſtatis, penes quem eſt iuriſdictio. hoc eſt poteſtas iuris ſtatuẽdi.

Fluit



Fluit autem iuriſdictio à regibus in conſules vel alios magiſtratus maiores, vt à conſulibus ad prætores. quod ſignificauit Vlpianus Iuriſconſultus[a]. *Ius dicentis*, inquit, *officium latiſſimum eſt: nam & bonorum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere pupillis, non habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare.*

a *In l. de iuriſdict. omn. iudi. lib.* 2. *P. tit.* 1.

8 Ordo & diſtinctio iudicum Romanorum, habuit œconomiam: vt alij eſſent rerum priuatarũ, alij publicarum, & horum iudicia priuata quę de litibus in quib. agebatur de iniuria illata priuatis fiebant: vt publica, de his quibus populus vel res publica læderetur.[b] Priuatarum rerum iudices dicebantur, vt iudices, arbitri, centumuiri, decẽuiri, litibus iudicãdis, & recuperatores, rerũ verò publicarum iudices duumuiri, perduellionis, populus Romanus, & decuriæ iudicum.

9 Iudices dati differebant à datis arbitris, vt arbitrium & iudicium eorum[c]. nam arbitrium, ſeu actio arbitraria eſt in qua qui iudex datus eſt, nõ ad certam formulam aut ſummam, vt in iudicio adſtringãtur: ſed ei permittitur, ex æquo & bono, ex cuiuſque rei propoſitæ natura, ſecum æſtimare quemadmodum actori ſatisfieri oporteat[d]. Sunt autem iſti iudices arbitri dati à prætore non autem arbitri electi à litigatoribus, qui ex compromiſſo ſententiam dicunt. nam iſtis parendum eſt propter compromiſſum aut pœnam adiectam in illo contra nõ parentẽ: illis autẽ, propter prætoris imperium, quia legitimam poteſtatem acceperũt[e], poſſunt dici iudices tales delegati, vel à principe vel à magiſtratu habente poteſtatem.[f] ſic confertur iudex datus à prĩcipe, & delegatus à iudice, à Gordiano Cæſare[g], ſunt iſti iudices extraordinarij: ſiquidem princeps vel alius dicitur dare iudices in priuatorum vel aliis cauſis, qui vel priuati ſunt, vel iuriſdictionem quidem habent: ſed non in eos quibus dantur iudices, vel non habent alioquin in cauſis eorum.

b *l.* 1. *§. huius ſtudij, de iuſtit. & iur. P. vide quæ publica iudicia, eáque capitalia vel non in l.* 1. *&* 2. *de public. iudic li.* 48. *P. ti.* 1 *& li.* 4. *inſtitutionum iuris ciuilis tit.* 18. *de publicis iudicijs.*
c *Cicero pro Q. Roſcio Comœdo.*
d *vide Caium in l.* 1. *§. & Vlpia. in l.* 2. *de eo quod certo loco libro* 13. *titul.* 4. *&* 533. *de actio. verſiculo. loco.*

10 Centumuiri, erant iudices electi ex 35. tribubus terni, ex quibus & decem viri ius dicebant de litibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, abluuionum, nexorũ, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, ſeu hæreditatum, & ſimilium cauſarum priuatarum. pręerant decemuiri centumuiralibus litibus, vt ait Dio Caſſius[h]. Atque, inquit Sigonius, hæc quidem ita vbi de iure erat controuerſia.

11 Cùm verò de facto lis inciderat, tum à prætore iudex vnus dabatur, aut recuperatores ad minimum tres. Qui autem vnus iudex datus erat, is vnum aut plures iudicij ſocios ſibi ſolebat adiungere. Recuperatores autem, vt ait Feſtus, primum dicti ſunt, qui inter populum Romanum & ciuitates peregrinas, de rebus priuatis reddendis, recipiendiſque cognoſcebãt, ea enim recuperatio dicebatur. dehinc recuperatores, ad alia tranſlati ſunt, qui ſunt veluti noſtri cõmiſſarij, & ita dati in prouinciis à prætoribus, vel è conuentu, vel è cohorte prætoris.

e *can. ſiquis epiſcopus,* 36. *§. arbitrarij. ca. à iudicibus.* 33 *§. quod de arbitris.* 2. *q* 6.
f *l. ſ. & l. apertiſſimi,* 16. *C. de iudicijs lib.* 3. *titulo de officio & pot. iudicis delega. in iure pontificio titul. de officio eius cui mãdata eſt iuriſ. P.*
g *in l. à iudice § de iudic. C.*
h *lib.* 54.

12 Publica Iudicia, & publici Iudices, antiquitus de maieſtate, parricidio, ſeu homicidio, de peculatu, & ſimilibus cognoſcebãt. Exercebãtur autẽ illa iudicia primùm per reges, duũuiros, aut populũ aut quæſitores, prout res patiebatur, qui de criminib. dictis quęrerẽt

cognoſcerent & iudicarent. Iudicium populi primùm de Coriolano fuit, qui à plebe tributim tum primùm ſuffragia ineunte, in exilium pulſus eſt. Ex quo, teſte Dionyſio Halicarnaſſæo, inſtitutum eſt, vt qui peccaſſe viderentur ad populi iudicium adducerentur, vnde magnæ opes populi emanarunt. Cùm autem ſępe ad populum rei fierent, obſeruatum eſt, vt centuriatis comitiis de perduellione tantùm iudicaretur, de cæteris autem omnibus tributis. atque iudicia populi, vſque ad annum ſexcenteſimum quartum vrbis hoc pacto celebrata ſunt. Cùm autem vſus poſtulabat, ex ſenatuſconſulto, vel dictator vel conſulum alter, ambóve vel prætorum aliquis, de crimine publico quærere iubebatur: qui iuſſus erat, is quæſitor dicebatur. Propterea quæſtores cōſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent, & appellabantur quæſtores parricidij, vt ſcribit Pomponius Feſtus & illi erant quæſtores pro cauſarum neceſſitate occurrente decreti.

Poſt annum ſexcenteſimum quartum, Cenſorino & Manlio Coſſ. quæſtiones perpetuæ ſunt introductæ, Carbone forum tenente, vt ait Cicero[a], atque prætores ſunt inſtituti Romæ, qui quæſtiones ſortirentur, de parricidiis maieſtatis, ambitus, repetundarum, & ſimilium. Et fuerunt ipſi poſtea ordinarij quæſtores, extra quos adhuc aliquando pro negotiorum & perſonarum grauitate, reis quibuſdam ad populum factis, extra ordinem alij quæſitores ex antiqua conſuetudine conſtituti ſunt.

a in Bruto.

13 Formáque harum quæſtionum hæc, vt à prætore qui quæſtionem ſortitus eſſet, cum ſelectis iudicibus, aut quæſitore edititio cum edititiis iudicibus, exerceretur: quorum illud in cæteris iudicibus: hoc in ambitu, & ſodalitiis obſeruatum eſt, iudex quæſtionis à Cicerone & Aſconio appellatur, princeps iudicum qui fuiſſe iudicatur is qui primus iudicum ſententiam ferret, qui erat homo priuatus maximè impedito prætore in negotiis publicis, vt colligitur ex Cicerone[b].

b in Bruto.

14 Conſilium erant, illi qui in decurias diſtributi feruntur fuiſſe, quas prætores vrbani, non ſorte, ſed iudicio iurati confecerunt. Quoniam autem ex ordinibus iis apud quos iudicia eſſent ſeligebantur, ſelecti iudices appellati ſunt.

Ordo iudicum, fuit primùm penes ſenatum, ex quo primùm tantum prætor conſilium aduocabat. In ea ſententia Dionyſius & Polybius[c] dicunt, iudicia à Romulo patritiis tributa, & ita iudicia in poteſtate ſenatorum fuiſſe. Ex lege C. Gracchi iudicia tranſlata ad equites & eorum ordinem, vt liquet ex Appiano Alexandrino, & Velleio Paterculo, Varrone libro de vita populi Romani, Nonio Marcello & aliis, vnde ciuiles ſeditiones, ob quas & propter equitum in iudicando ſuperbiam & auaritiam iudicia iterum ab illis tranſlata ſunt, vt ſcribit Appianus.

c Polybius in 6.

15 Diſputatum antiquitus, & variè ſeruatum, de quibus quorúmve ordine, eſſent magiſtratus ſumendi & eligēdi pro regēda republica. Atque obtinuiſſe videtur, vt pro diuerſitate rerum publicarū, earúmve ſpecie, magiſtratuū quoque eſſet diuerſa deſignatio: vt etiam

à diuerſis



à diuerſis & diuerſo modo, pro qualitate gubernationis vel democraticæ, vel ariſtocraticæ, vel monarchicæ eligerentur. Communis autem fuit ſententia & finis præponendorum magiſtratuum, ſed diuerſa opinio in iudicando qui aptiores eſſent ad finem illum exequendum. Ad vitam quidem optimam, diſciplina & virtus iuſtiſſimè ſibi vendicare honores viderentur: at in optimatum republica, nobiles, quia ex melioribus ortos eſt præſumptio eſſe meliores: item vt nobiles, ita & ingenui & opulenti, certare poſſent ſibi deberi honores: Oportet enim ingenuos eſſe, & cenſum habere ad onera perferenda. Non enim ciuitas eſſe poteſt ex pauperibus omnibus, quemmodum nec ex ſeruis. Sine virtute etiam bellica ciuitas bene permanere non poteſt: verum, qui vel propter genus, vel propter diuitias, gubernationem ſibi tribuendam putant, nihil iuſtè dicere videntur. Sequeretur enim, vt ſi quis omnium ditiſſimus foret, in eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo qui præſtaret nobilitate, eorum gubernator eſſet, qui cùm ipſi ſint ingenui de honore contendunt. Quod & forſan contingeret in optimatum gubernatione circa virtutem, vt ait Ariſtoteles[a]. Si quis enim vnus probitate antecellat aliis qui in eadem republica verſentur, hunc dominari oportebit, ſecundum illam rationem. Et in multitudine potentiores & ditiores, & ita omnes ſub eiuſdem gubernatione eſſe oporteret.

a 3. politic. c. 8.

16 In populari republica, cùm inopes plus poſſint quàm opulenti: plures enim ſunt, & id obtinet quod pluribus videtur finis proponitur, viuere vt quiſque velit, in quo conſtituunt ſuum finem, nempe libertatem. Cuius pars in eo conſiſtit, vt per vices imperent & pareant: quare populare eſt ſumi ad magiſtratus omnes ex omnibus, & præeſſe omnes vnicuique, & vnumquemque viciſſim omnibus, per ſortem tribuere magiſtratus, vel omnes penitus, vel illos ſaltem qui non peritia indigent vel arte, à nullo cenſu eſſe magiſtratus, vel ſaltem à minimo: non niſi ſemel ab aliquo eundem geri poſſe magiſtratum, vel perrarò, & paucos, exceptis his qui verſantur in bello parui temporis eſſe & tēporales magiſtratus, vel omnes, vel quot recipiunt: iudicare omnes & ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis & maximis & principaliſſimis, putà de corrigendo, & de republica & de priuatis contractibus. Et concionem eſſe omnium dominam, magiſtratum verò nullius. Aut concionem eſſe dominam rerum maximarum, magiſtratum verò rerum diuinarum.

Eſt tamen alia ſpecies reipublicæ ſeu popularis adminiſtrationis, quæ cenſetur melior prædicta Ariſtoteli[b], quando populus conſtat ex agricolis tantùm, vel ex illis & paſtoribus: vbi multitudo ex agricultura viuit & paſcuo: negotioſa quidem, quia nondum multum habet, ex quo fit vt raro concionē agitet: cùm enim laborandum ſit illis circa neceſſaria ad victum, operibus diſtinetur ſuis, & aliena non appetit: dulciúſque eſt illis opus facere, quàm in republica verſari, niſi magna emolumenta ſint ſuſceptoria: pleriq; enim magis lucrū appetunt quàm honorem. Huic populo ſufficit ſi eligat magiſtratus per quos regatur, ſi poſſit corrigere & iudicare omnes, & mauult per alios

b lib. 6. politic. c. 4.

ita regi, quàm magiſtratum gerere in quo non eſt lucrum. Quo fit etiam vt facilè talis reſpublica tyrannides paſſa ſit antiquitus,& nunc paucorum potentiam perferat, modò ſuam rem agere populo permittatur, neque eripiantur quæ habet. Sic magiſtratus à præſtantioribus gerentur ſine vlla populi diminutione, quod optimum in rebuſpublicis. Vt autem hoc fieri facilè poſſit, cauendum eſt ne lucroſi ſint magiſtratus: nam lucrum inuitaret quoſuis de populo ad turbandum bonorum magiſtratum.

17 In democratica etiam adminiſtratione, ciues cauent ne nobiliores, aut vt verè loquar, prudentiores ſæpe eligantur in magiſtratus: fuit enim ſemper inde tyrannis in populum vel ariſtocratia generata. Solent enim nobiliores, & qui ambiunt principatum, vt primùm populum ſibi conciliare, vt poſtea dominationem inuadant. Imò tyrannica omnia machinamenta videntur eſſe popularia, ſeu licentia ſeruorum, aut mulierum, & puerorum, vt ſine metu viuant vt velint: permulti enim huiuſmodi ſtatum ciuitatis amant, cùm plerìſque dulcius ſit diſſolutè viuere, quàm modeſtè. Aduerſus quæ oſtraciſmus & petaliſmus nouum exilij genus in democratica Athenienſiũ & Syracuſanorum adminiſtratione, aduerſus potentes & dilectos à plebe & nobiles, introductum eſt per precautionem.

Et in Tyrrhenia & oppido Oenareò, accolæ extimeſcentes, ne illorum quis tyrannus eius loci efficeretur, quoſdam ex ſeruis ſuis, libertos, principes, ſeu magiſtratus ſibi cõſtituebant, ac annis ſingulis eorum ſucceſſores procreabant, vt narrat Ariſtoteles[a].

Eſt multitudinis quædam gubernatio, quando ingenui homines & inopes multi exiſtentes gubernant rempublicam, vt paucorum potentium, quando opulenti & nobiles pauci exiſtẽtes, gubernant[b].

a libello de admirandis auditionibus narratione 90.
b Ariſtot. 4. politi. c. 4.
c li. 4. c. 11.

18 Idoneos ad gubernandum, & ad magiſtratus, idem Ariſtotel[c]. tradit eſſe mediocris fortunæ homines, non eos qui ſuperabundant diuitiis, opibus, amicis, aut aliis huiuſmodi. neque tamen in nimia indigentia conſtitutos: quia illi qui ſuperabundant: nullius imperium pati volunt, aut ſciunt, vt neque propter delicias etiam in ſcholis obedire præceptoribus conſueuerint, ſed & ipſi aliis tanquam domini ſeruis, volunt imperare.

In indigẽtia verò nimia cõſtituti, deiecto nimium ſunt animo, viléſq; exiſtũt: ex quo fit vt magiſtratum gerere neſciant, ſed ad parendum ſeruiliter ſint apti. Sic efficitur ſeruorum & dominorum ciuitas, non autem liberorum: & aliorum inuidentium, aliorum ſpernentium, quod plurimùm abeſt à ciuili ſocietate.

Quòd ſi magiſtratus & gubernatores ſumantur de mediis ſeu mediocribus, optimè gubernabitur ciuitas: neque enim iſti aliena concupiſcent, vt faciunt pauperes: neque eorum bona cupiuntur ab aliis, vt accidit diuitibus. Et ita ipſi, quia nec inſidiantur aliis, neque alij ipſis, ſine periculo degunt. Signum huius putandum eſt, quod qui optimè leges condiderunt, ex mediocribus ciuibus fuerunt, vt Solon, Lycurgus, Charondas, & plurimi aliorum. Reprehendit Carthaginenſis legiſlatoris errorem & Plato[d], quòd ex ditiſſimis voluerit creandos magiſtratus, quaſi impoſſibile eſſet egenum bene magiſtra-

d Ariſtoteles lib. 2. polit. c. 9.

rum



tum gerere, aut quietem optare: præcluditur inde ad virtutes etiam iter, dum diuitiæ pretioſiores fiunt virtutibus.

Sed putarem inter adiaphora, diuitem & pauperem eſſe ponendũ, neque ex alterutra qualitate ſimpliciter, tanquam ex exterioribus reiiciendos eſſe viros probos à magiſtratus petitione & gubernatione: cùm fuerint optimi magiſtratus aliquando diuites & ditiſſimi: interdum & tales pauperes & pauperrimi, qualis Valerius Puplicola, qui tres conſulatus Romæ geſſit, & tamen tam inops deceſſit, vt patrimonium eius non ſufficeret ad impenſam exequiarum, quæ ideo publica pecunia ductæ ſunt[a]: Quod & accidit Agrippæ Menennio ſenatori conſiliatori publicæ pacis inter populum & patritios[b], pluréſque principes & magiſtros populi Romani, & agricolas pauperes & ruſticos ad magiſtratus euocatos, refert Valer. Max[c]. quibus non tam paupertas offuit, quantum probitas magiſtratũ detulit. Atque Plato[d], meritò in his externis non immoratur, ſed magiſtratus eſſe defferendos reſoluit iis qui obſeruantiùs parent legibus, cùm interitum dicat eſſe paratum ciuitati, in qua non leges magiſtratibus, ſed magiſtratus legibus dominantur. Iuríſcõſulti noſtri reſponderunt[e], ita tenues & facultatibus exhauſtos, vt non modò publicis honoribus pares non ſint, ſed vt vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint omnino quidem non repelli, ſi alioquin idonei, ſed illis magis abundantes præferri.

a Liuius in 2. Plutarchus in eius vita. Dionyſ. Halicar. in 5. Val. Maxi. li. 4. c. 4.
b Vale. Max vbi ſuprà. Liuius in 2. Dionyſ. Halicar. in 8.
c prædicto loco.
d de legumlatore ſeu de legibus. dialogo 4.
e in l. reſcripto 6. de munerib.

19 Solon in legibus inſtitutionis reipublicæ Athenienſis, conceſſit quidem poteſtatem creandi magiſtratus, ſed & eos corrigendi populo: at magiſtratus omnes conſtituit ex nobilibus & locupletibus, ex cenſu quingentorum modiorum & iugerum, neque opificibus ita ſordidis ius aſſequendi vllum magiſtratum erat[f].

f Ariſto. 2. politic. c. 9.

Romæ quidem aliquo tempore ſeminarium iudicum erat ordo equeſtris, ex quo iudices dabantur, vt antea in cenſu Romanorum dum de vectigalibus loquebamur, oſtendimus.

Fuit Ouinia dehinc lex tribunitia, cuius meminit Sextus Põpeius Feſtus, qua ſanctum eſſe dicit, vt cenſores ex omni ordine optimum quenque curiatim in ſenatum legerent.

Placuit Cæſaribus, ne quis ex vltimis negotiatoribus vel monetariis, abiectíſque officiis, vel deformibus miniſteriis, omníque officiorum fece, aliqua frui dignitate tentaret[g].

20 Fuit tempus aliquando Romæ, quo nullus ad magiſtratum ex plebeiis veniret, vnde & contra patritios, plebs per ſeſſionem impetrauit ſibi tutores & defenſores, Tribunos plebis dictos, qui non niſi ex plebe primùm creabantur ſingulis annis ex lege[h].

Et dubitarunt plures, num etiam Tribui iſti eſſent magiſtratus, maiore ſententia in eam partem incidente, non eſſe. Quia vt ex Varrone refert Gellius,[i] quanuis Tribuni plebis ſummam haberent poteſtatem, ius vocandi tamen in ius, non habebant: quia antiquitus creati videantur non iuri dicundo, nec cauſis quereliſque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, vt iniuria quæ coram fieret, arceretur: ac propterea ius vocandi ad ſe poteſtatem ademptum, quoniam

g l. ne quis. 6. de dignitati. lib. 12. C. l. ſi cohortalib. lib. 12. C. l. 1. de præpoſit. agentium in rebus. C. l. vnic. c. negotiatores. ne militent.
h de qua Liu. in 2. Dionyſ. Halicar. in 2.
i lib. 13. 2 c. 1.

vt vim fieri vetarent,aſſiduitate eorum & præſentium oculis,opus erat.Sed non idem ius ſemper,quum mutatus fuerit ſtatus reipub.Romanæ. vt enim regibus & patritiis dominantibus, plebs honoribus caruit,ſic rerum potiente populo poſtea, iiſdem abundauit: & vt ſub illis regibus & patriciis in republica opifices & ſellullarij ciuium è numero excludebantur,ſic ſub dominatione populi, optimum etiam ius ciuium aſſequebantur. primùm reges rempublicam tenuerunt: tum tyrannus,quo vrbe pulſo paucorum patriciorum inuaſit eandem factio:qui, cum in plebem omni honorum aditu interdicto, impotentiùs dominarētur, eandem eò deduxerunt,vt non ante in vrbe ſeditionibus agitandis conquieuerit, quàm & ipſa in partem magiſtratuum & totius reipublicæ venerit.Vnde inducta illa laudata apud Ciceronem per Scipionem reipublicæ temperatio: quæ per Gracchos tribunos plebis tentata, per reliquos labefactata, iterum ad plebem ſumma reipublicæ recidit, cuius opibus fretus Cęſar dictaturam perpetuam & poteſtatem vnius vſurpauit,dehinc Octauius imperauit,& ſubinde à plebe in eum poteſtate relata, & magiſtratus ex omni populo vt Cęſaribus viſum eſt delecti.Quin & tribunitia plebis illa poteſtas,quæ tantas concitauerat in populo ſeditiones,delata perpetuò fuit Octauo Cæſari,vnde cæteri imperatores ſuccedentes ſibi eam vſurparunt,vt ſcribit Dio Caſſ[a]. Fuerunt alicubi iudices extranei tantùm conſtituti,ne ciuium amicitia corrumpi poſſent,vt apud Florentinos,Luccenſes, Gennuenſes, & vt tollerentur factiones Guelphorum & Gibellinorum quæ ex ſuis partibus,non ſine cladibus,ambiebant officiarios.Aliis vt M.Aurelio & aliquando regibus Galliæ placuit,ne quis iudicaret in ſolo natali.Sed lex illa poſitiua, alia ſublata vel in deſſuetudinem ex moribus contrariis receptis,abiit.

a lib.53. hiſtor.

22 Sunt quædam reſpublicæ quæ extraneos etiam nuper ciues factos non admittit ad honores, ſed potiùs antiquarum familiarum ciues:quod poteſt in ciuitate excitare ſeditionem & inuidiam ex eo quod contrarium videatur,ciuitatis ius communicare, & nihilominus eos à muneribus & honoribus excludere,vt minùs fidos.Sicut accidit apud Syracuſanos. Sublata enim poſt Hieronis & Gelonis regnum,Thraſibuli dominatione, de communi republica & ſtatu populari conſultantes,multa decreuere,magiſtratus omnes priſcis ciuibus diſtribuere,& antiquis familiis. Nam nouos homines milites mercenarios, qui à Gelone ſupra decem millia fuerant adſcripti ciuitati,indignum ducebant ad munera publica & honores ciuiles admitti:ſed quod parum meritos cenſerent:ſiue quod incertæ fidei,morúmque alienorum viris,haud temerè credendam rem putarēt: quod ipſi,indignè ferentes,occuparunt,deficientes à Syracuſis, partem vrbis Achradinam & inſulam, & alia duo loca ingenti muro munita, quanquam multis vltro citróque illatis cladibus ſuperati tandem ſint[b].

b Diod.Sicul. lib.11.

23 Prohibitum eſt ſacroſanctis conſiliis & ſancionibus ſummorū pontificum,principibus & rebuſpublicis Chriſtianis, quemquam Iudæum ad munera publica vel honores admittere, ne occaſione honorum & officiorum,in Chriſtianos quos odio capitali proſequūtur graſſentur[a]. Quod & ſancerūt Cęſares[b].Sicuti quoque prohibuerunt ne ad honores ciuiles prouehantur qui Catholicæ fidei non ſunt[c].



24 Fuerunt electi magiſtratus etiam à diuerſis,eadem diuerſitate poteſtatis aut adminiſtrationis,vel iuxta leges inſtitutioni reipublicæ impoſitas. In populari populus concedit. quemadmodum vt ait Ariſtotel.[d] Solon Athenienſibus eam, quæ maximè neceſſaria fuit, poteſtatem populo tradidit, vt magiſtratus crearet,& malefacta corrigeret.niſi enim,inquit,populus hāc habeat poteſtatem,ſeruus eſt & inimicus.

Signum ſingulare ſupremæ poteſtatis eſt, authoritas creandi magiſtratus, qui cum imperio & iuriſdictione, nomine eius vel eorum qui præficiunt,eligunt, vel creant, poſſint poteſtatem in alios exercere,vel iubendo,vel iudicādo.Quare cùm penes populum fuit ſumma illa reipublicæ poteſtas, & magiſtratus maiores & minores dati, per illud per comitia vel per ſuffragia,vel per ſortem,vel alio modo, & qui à maioribus & aliis ſubſortiti ſunt, vt à prætore, & ab his qui dandi iudicis poteſtatem habuerunt,ab eadē poteſtate mediatè pendent,vt dantes,immediatè.

a in conſilio Latera. ſub Innocen 3. habito.c. 69. in conſilio Toleta.3.c. 14. in c.cum ſit nimis abſurdum, 16.& c.ex ſpeciali 18. de Iudæis lib.5.tit.6. ca. nulla. 54. diſtinct.

b l.f. C.de Iudæis.l.5.& l.iubemus 19.de epiſcopa. audiē. C.

c l f. C. de poſtula. l. probatorias, 9. C. de diuerſis officijs. li.11.C.ti. 60 l. 15. de epiſcopa. audien.C.

d lib.2.politic. 9.

In optimatum & paucorum dominatione, ab iiſdem etiam poteſtatem & iuriſdictionem pendere,non eſt dubitandum:quia & eorum nomine,pręfecti eandem exercēt.Multò magis in monarchia,à principe omnes poteſtates pendere ambigendum non eſt, vtpote à ſupremo & fonte:accidat quanuis in monarchia, ciuitates aliquas vel magiſtratus,aut municipia,ius eligendi decuriones & alios inferiores magiſtratus habere. Nam hoc ſua poteſtate non faciunt, ſed ex conſenſu expreſſo vel tacito ſeu patientia principis,qui vel iubet,vel probat expreſſe vel tacitè ſeu tolerantia.ideo & ſæpe, quando maximē expedire reipublicæ putat vel abuti poteſtate conceſſa eoſdem videt & cognouerit,liberè & ſine reprehenſione iuſta, ratione poteſtatis ſupremæ quæ alteri non ſubiicitur, ius illis adimit vel emendat abuſum ſubditorum.*Vos eſtis*,inquit Cyrillus,libro ad pientiſſimum imperatorem Theodoſium[e],*& omnium ſupremarum dignitatum fontes, & ſupra omnem eminentiam,humanæque fœlicitatis principium & origo*.Ita ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem,vt reſpondit Modeſtinus Iuriſc[f].

e de recta in Chriſtum fide.

f in l.1. ad legem Iuliam de ambitu lib.48. P.ti.14.

Diſtinguntur nihilominus ſub monarchia magiſtratus & iudices, vt quidam dicantur regij,quidam dominici vel municipales: vel ſocietatum,vt mercatorum,piſtorum &c.

Non quidem ea ratione, quòd illorum iuriſdictio aliunde poteſtatem habeat quàm à rege, ſed quia regij immediatè à rege creati ſunt:alij verò mediatè ex permiſſione vel ratione conceſſionis feudi, cui hæret iuriſdictio,conceſſa cum feudo à principe vaſſallis primis, à quibus & alij minores retrofeuda habere poſſunt.Quemadmodum enim omnia feuda originem à principe: ſic & iuriſdictiones eorum & poteſtates.Quod & de municipalibus magiſtratibus dicendum eſt,

quorum poteſtas à principe etiam pendet: vt in corpore humano omnes functiones ſeparatæ & propriæ membrorum, pendẽt ab anima quæ omnia viuificat.

Octauius Cæſar magiſtratus partim ipſe deſignabat, alios populo plebíque creandos permittebat[a].

25 At ab initio Romulus, qui ex fauore populi primum ſibi principatum fundare decreuerat, temperauit regni ſui adminiſtrationem ex formula adminiſtrandi, vt videbatur populo ariſtocratiæ & democratiæ, cùm tamen verè monarchicam gereret. Ideo voluit tria hæc committere populo, magiſtratus creare, leges ſancire, de bello referente rege ſtatuere[b], quæ poſtea illi à principibus adempta ſunt.

26 Delectus habendus eſt perſonarum, nec omnes ad magiſtratus promouendi, niſi qui poſſint, ſciant & velint munus ſibi commiſſum exercere, iuxta cõſilium Iethro datum Moyſi[c]. *Prouide*, inquit, *de omni plebe ſapientes, & timentes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, &c.* qui neque venditione, neque ambitione, aut fauore ad gradus conſcendãt. Legimus in formulis magiſtratuum apud Caſſiodorum obſeruatum[d], & aliis, commendari ſolitos à principe candidatos ſenatui, vt iure & meritò honos magiſtratus mandari, iuriſdictio & commitiua deferri videretur. Proſtant & exempla apud eundem[e]. Atque ipſe Caſſiodorus[f]. Senatui ſcribit, *vt probetur etiam iam probatus à principe.*

27 Cauenda ſummopere venalitas magiſtratuum, maximè quibus ineſt iuriſdicendi neceſſitas, tanquam omnium ſcelerum fons, iniquitatis principium & finis[g]: facit enim ambitio honorũ, vt multos inueniat emptores, auaros quidem, ſed indignos, quod venale proponitur: cùm etiam, quando venalia non ſunt officia, multi indigni inueniantur, qui per largitiones ad dignitates prorumpere conentur, vt Octouianus Cæſar iuxta antiquas de ambitione leges edictũ propoſuerat, anno ab vrbe condita 736. *vt qui largitionibus factis, magiſtratum aliquem ambyſſet, per quinquennium ab his arceretur*[h].

Deteſtatur fœdiſſimas iudiciorum venalitates Caſſiodorus[i], quemadmodum & deteſtantur ſacri canones & leges epiſcopalium venalitatem & ambitionem[k]. Declinantis imperij manifeſtum notatur ſignum à Vopiſco in Aureliano, quod ſub eo, officia venalia eſſe cœperunt, neque dabantur hominibus, ſed diuitiis. Idipſum factum ſub Iulio Cæſare tradit Pomponius, & data ſectariis, non merentibus, ſed exiſtente republica turbulenta, vt ait Plutarchus in Cæſare. Habetur in Annalibus Franciæ[l], Ludouicum XII. regem qui dictus eſt pater populi, ad releuandum populum, & vt diſſolueret æs alienum contractum per Carolum VIII. anteceſſorem, atque vt opem ferret aliis quibuſdam maioribus negotiis quibus premebatur, & vt redimeret Mediolanenſem Ducatum: primùm fuiſſe ex regibus qui vendiderit officia regalia, & tamen abſtinuiſſe à venditione officiorum iudicaturæ quæ inuendibilia eſſe placuit.

Honorem iuris & gladij nunquam Alexander Seuerus Imperator vendi-

a *Dio Caßius lib. 53. hiſtor.*
b *vt referunt Dionyſ Halicar. & Polyb. in 6.*
c *Exod. 18. ver. 21.*
d *lib. 1. epiſtola 4.*
e *lib. 2. epiſtol. ep. 16. & lib. 4. ep. 4. & 25.*
f *lib. 11. epiſt. 1.*
g *vt liquet ex nouella 8.*
h *Dio Caßius lib. 54.*
i *lib. 9. epiſt. 9. & Philo Iudæus de officio iudicis differẽs.*
k *in ca. ſi quis epiſcopus, ca. ſanctorum 1. q. 1. ca. ex multis 1. q. 3. l. ſi quenquam. de epiſc. & cleri.*
l *in anno 1499.*



ven[l]idit, dicens, neceſſe eſſe, vt qui emit vendat. *Et ego non patiar* inquit, *mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum: erubeſco enim punire eum hominem qui emit & vendit*[a]. Demoſthenes[b], ciuitates ægrotaſſe cùm magiſtratus intenti eſſent muneribus, & nimium delicati in otio degerent ciues, & inde ſubuerſionem reipublicæ illorum inopinatè accidiſſe, docet Cornelius Tacitus[c], perſtringit Dolabellam, qui prętextu ſpectaculi edendi, quæſturam venalem effecit. *Cenſuit*, inquit, *Dolabella ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum qui quæſturam adipiſcerentur apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque ciuium ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac nec ætas quidem diſtinguebatur quin prima iuuenta conſulatum aut dictaturas inirent.*

Martianus Illyricus genere, cùm eſſet in bello ſtrenuus, imperator ab omni exercitu creatus, initium reformationis reipublicæ ex ea parte incœpit, & confeſtim decreuit nemini per pecuniam conferendum eſſe magiſtratum[d]. Idipſum & feciſſe[e] Anaſtaſium quoque imperatorem ſcribit, & magiſtratus antea venales gratis contuliſſe. Statuit & Zoa orientis imperatrix, cum ſorore conſorte ſua Theodora, ne magiſtratus ſeu principatus venderentur, vt antè fiebat, eáque de re extat eius conſtitutio in iure orientali collecta per Bonfidium *titulo* περὶ τὸ ἀωριδίτην τὰς ἀρχὰς γίνεσθω. *de non vẽdendis magiſtratibus.* Ariſtoteles etiam[f] improbat tanquam errore plenam legem Carthaginenſis legiſlatoris quæ ditiſſimos tantùm in magiſtratum vocabat. Nam ſi, inquit, inſpicere oportet ad opes gratia quietis, prauum eſt magiſtratus maximos eſſe venales, imperium & belli ducatum. Hæc enim lex pretioſas magis facit diuitias quàm virtutem, ac ciuitatem totam ad ſtudium pecuniarum conuertit. Nam quicquid apud ciuitatis principes habetur in principio, neceſſarium eſt & aliorum ciuium opinionem ſubſequi. vbi autem non maximè honoratur virtus, ibi non eſt poſſibile, firmum optimorum eſſe in republica ſtatum. Conſentit conſul eloquentiæ inſignis Cicero[g]. *Nullum*, inquit, *vitium eſt tetrius quàm auaritia, præſertim in principibus & rempublicam gubernantibus. Habere enim quæſtui rempublicam, non modò turpe eſt, ſed ſceleratum & nefarium.*

28 Electio magiſtratuum Iudæorum, poteſt normam & regulam populis aliis conſtituere, quo pacto ſuos & quales perficere debeant & promouere magiſtratus: nec minùs etiam principibus, quantumuis abſoluta & ſuprema vtantur poteſtate, niſi potiùs ea abuti quàm vti velint.

Retulit autem eam Galatinus[h]. Fuerunt iudices Iudæorum ſeptuaginta ſeniores primùm Dei iuſſu, cum Moſe ætate prouecti, moribus & ſcientia probati, Moſi coadiutores coniuncti, nota ſingulari per Deum ſpiritu ſupremo deſignati[i], ad leges & fidei difficultates terminandas, de quibus illud c. 17. Deuterono. intelligitur ibi, *ſi ambiguum* &c. dicti *Sanedrin*, qui & iudices ordinarij, item & מחקקים. *machokkim* id eſt, ſcribæ vel legiſlatores.

a *vt ſcribit Lãpridius in eius vita.*
b *in oratione de corona.*
c *libro 11.*
d *vt refert Theodorus lector, lib. 1. collectaneorum, inter collecta tomi 2. bibliothecæ ſanctæ.*
e *lib. 2.*
f *li. 2. poli. c. 9.*
g *2. officio.*
h *libro 4. aduerſus Iudæos, c. 5.*
i *Numero 11.*

hi eligebantur ſapientia & ſtatura, vt haberent authoritatem, apparentia & ſenectute, ſcientes incantationes ne deciperentur magicis, & magos punirent, & ſcientes ſeptuaginta linguas ne egerent interprete: ſicut ſcriptum eſt in Talmud, in libro Sanedrin, c, diue mamonoth, *i. iudicia animarum.* Hinc domui ſeu curiæ Sanedrin, præſcriptæ erant & permiſſæ tantùm quatuor ſpecies pœnarum, lapidatio, combuſtio, occiſio & ſtrangulatio, vt habetur in Sanedrin Babylonico, c. *arbaug. mithot. i. quatuor mortes.* non enim arbitrium imponendi omne genus mortis cõceſſum illis, ne ad crudelitatem barbaram declinarent. Sicuti nec Romani eam libertatẽ ſuis prætoribus aut præſidibus cõceſſerunt, ſed certas, intra quas ſe continere deberent definierunt, vt reſponderunt conſulti Vlpian. & Calliſtratus[a].

[a] *In l. ſi quis forte, 6. §. f. & l. veluti fuſtium, 7. & l. aut dãnum, 8. de poen. lib. 48. P. tit. 19.*

29 Diſtributæ & diſtinctæ qualitates cauſarum in ipſo Synedrio inter iudices: & iudicia pecuniaria ſeu rerũ mobiliũ, per tres iudices fiebant. Iudicia animarum ſeu criminalia, & mortis, per 23. de ſeptuaginta viris. Vnus & ſeptuaginta viri, tantùm competentes erant iudices de tribu, de Sceptro, de Pſeudopropheta, Sacerdote magno, licito bello, de ſalariis templi, de habendis conuentibus dictis סנהדריות *Sanedriot*, in quibus agebatur de eligendo vno Senatore ſeu Synedrio, in cuius electione, & authoratione quinque aliorum ex Synedrio manuum neceſſaria erat impoſitio, & per alios 23. quinque erant occidenda animalia, lupus, leo, vrſus, pardus, ſerpens, quæ myſticam habebant ſignificationem boni, & integri iudicis. Synedrin Gedola, ſeu Synedrion, aut ſenatus magnus 71. virorũ ordinabat aliarum vrbium iudices, qui ſuberant prædictis 71. viris habitãtibus in Hieruſalem, & in loco vocato *Gaſith. i. polito ſeu dolato.* vbi erat illorum cõſiſtorium maius. Nam viginti tres ex illis ſedebant, alioquin in diuerſis, horũque vna pars in porta montis domus i. *templi*: altera, in porta atrij. Reliquæ autem domus viginti trium iudicum, ſedentes erant in ſingulis ciuitatibus Iſrael, vti latius perſcribitur in libro ſeu tractatu 7. Sãhedrin. c. ואלו הן *vehelu hen. i. & iſtæ ſunt* &c. in Talmud. Scribitur, & in eodem tractatu[b], quòd per quadraginta annos, antequam deſtructa eſſet domus Domini ſeu templum (nempe quo tẽpore natus eſt Dominus IESVS) migrauit Synedrin. i. conſiliũ 71. virorum, de Gazith & ſedit in hamith, eo quòd nõ iudicarent amplius iudicia animarum. vnde dicebãt Iudæi Pilato Præſidi Romanorum, *Nobis non licet interficere quenquam.* Nam migrando de cõſiſtorio Gazith, ablata ſunt illis iudicia vitæ ſeu criminalia. quare & tunc ſibi ipſis depilauerunt caluitium, & induerũt cilicium plorãtes, quòd ſceptrum illis ablatum eſſet: vt ſcribitur in Sanedrin Hieroſolymitano, per Rabinũ Rahamonem.

[b] *In c. hain bod kin. i. erãt quærentes, & in tractatu habuda zara, i. ſeruitus aliena c. liphne cidehen. i. ante feſta eorũ.*

30 Qualitatem iudicum paucis cõplexus Plato[c]. *Signum malè ſe habẽtis*, inquit, *ciuitatis maximè præcipuum, ſi diligẽti medicorum iudicúmque indigeat opera. Iudex aut medicus eligendus eſt ingenio prudens, ſenex multos homines & bonos & malos expertus, publici boni amator, atque in hoc ipſo per experientiam comprobatus.*

[c] 3 de repub.

31 Temporales magiſtratus electi ſæpè à populo maximè maiores, cùm metueret vel oligarchiam aut ariſtocratiã, aut monarchiam, ſi perpetuos creaſſet, ſuo nomine imperantes quod non metuit princeps,



ceps, & ideo vt plerunque perpetuos ſuos creat magiſtratus quandiu irreprehenſibiles ſunt, & vixerunt ſine renunciatione.

Quo tẽpore Hercules victor in Olympicis extitit, perpetui Archõdes Athenis eſſe deſierũt, cùm fuiſſet vltimus Alcmęon, ceperúntq. in denos annos creari, quę cõſuetudo per 70. annos remãſit. nam poſtea annuis cõmiſſa eſt magiſtratibus reſpublica, teſte Velleio Paterculo[a]. ApudRomanos, pulſo rege, cõſules duo, regia poteſtate creati primũ dempto nomine, & annuo exiſtente principatu.

[a] *Libro priore hiſtoriæ.*

32 Et Romæ, cum populi elatam ceruicem, ad quem prouocatio rerũ capitalium lege Valeria à conſulibus pertinebat, caſtigare ſenatus decreuiſſet, aſtu populum adegit ad creandam poteſtatem ſupremam, quæ vnius imperio ad tempus regeretur. Quare cum T. Largius cum Cloelio, ab eodem Cloelio collega, dictus fuiſſet aptus huic muneri, dictator dictus eſt hic magiſtratus, quia à collega dictus, id eſt nominatus fuit. Sicque in eum ſtatus populicus ſeu popularis, & poteſtas tranſlata qua conſeruaretur reſpublica. ſicut apud Gręcos ex tyrannide poteſtas ad magiſtratus tranſlata: & quoties leges non ſatis tuerentur iuſtitiam, nec magiſtratus ad legum tutelam ſufficeret, & in temporum nouitatibus ope noua eſſet opus, magiſtratus vice regum, honeſtioribus tamen vocabulis quam tyranni, creati ſunt. Sic Theſſali archos, Lacedemonij harmoſtas pro regibus & tyrannis, eos vocabant, eo quod religio eſſet reſtituere poteſtates cum iureiurando, & deuotione abrogatas. Et Albani, vt ait Licinius, primi, poſt Amulij Numitoríſque obitum deſinente ſtirpe regia, magiſtratus annuos crearunt, cum annua poteſtate[b].

[b] *Sicut ſcribit Dionyſ. Halicarnaſſ. libr. 5. antiquita. Roma.*

33 Apud Vtopienſes Inſulanos, ſi vera ſunt quæ ſcribit Tomas Morus[c], triginta familiæ quot annis magiſtratũ eligunt, dictum priſca illorum lingua *Syphroantem*, recentiore *philarchum*. Syphograntes decem, vnus dictus *Trauibocus olim*, nunc *protophilarchus* præficitur. Syphroganti ducenti qui vnum cum iuramento ex quatuor à populo nominatum, eligunt in principem, & hic perpetuus eſt magiſtratus. reliqui annui. Syphrogantorum comitia fiunt de rebus reipublicæ, in quorum ſenatu dicitur ſentẽtia, re cum ſuis familiis communicata, nec moris eſt in ſenatu quo res proponitur diſputare, ſed in ſequentem ſenatum defertur, vt conſultò potius quam citò quiſque oquatu

[c] *Libro 2. de Vtopia.*

34 De magiſtratuum electione apud Atheniẽſes, Aeſchines oratione contra Chteſiph. *Tria*, inquit, *ſunt magiſtratuũ genera*, περὶ ἀρχὰς, vt ipſe loquitur, εἴδη τρία, quorum vnum eſt, ídque notiſſimum omnibus, eorum qui ſorte, quique ſuffragio creantur. Alterum, qui aliquid publicum vltra triginta dies tractant, quique publicis operibus ſunt præfecti. Tertium in lege ſcriptum eſt, ſi qui delecti, principatus iudiciorum ſuſceperunt, vt ij quoque vbi approbati fuerunt, magiſtratu fungantur. Iam ſi quis eos demat magiſtratus, qui populi ſuffragio & ſorte creantur: reliqui ſunt ij quos tribus & trientes tribuum & municipia ex ſeſe deligunt, ad publicam pecuniã tractandam, vt ij ſunt delecti magiſtratus, ſeu vt ipſe ait, αἱρετοὺς ἄρχοντας εἶ. id autem fit quãdo, vt nunc., tribubus mandatum fuerit ſiue ſint foſſæ egerendæ, ſiue

triremes fabricandæ.

Creandorum magiſtratuum apud Athenienſes ratio triplex etiam explanatur in hypotheſi ſeu argumento præpoſito orationi Demoſthenis in Androtionem. ſiue Libanij ſit vel alterius.

Cùm enim varij fuerint magiſtratus apud Athenienſes, alij *κληρωταὶ*, ſeu ſortitò electi, alij *χειροτονηταὶ*, id eſt ſuffragio populi electi: alij *αἱρεταὶ*, id eſt electi, dicebãtur. Sorte eligebãtur veluti iudices. per ſuffragia populi, vt imperatores per electionem, vt ædiles. erat ſenatus quingentorum virorum *βουλὴ τῶν πεντακοσίων*, ex his qui ſorte etiam legebãtur. alius ſenatus ab Areopagitico à quo deferebat curia quingentorum in pluribus vt primùm quod quingenti publica negotia curabant: Areopagitæ capitalia duntaxat niſi aliquando ob publicas neceſſitates & conueniretur publicis de rebus. 2. ſenatus quingentorum ſub certum numerum cadebat Areopagum ſine certo numero. Nam & vt quidam oratores aiunt, quot annis nouemviri his addebantur, aut ſecundum alios ſexviri tantum, qui de impudicitia iudicabant. Erant & alij tres vnus Eponymus, cuius nomine faſti ſignabantur: alter Rex *βασιλεύς*, qui curæ pupillorum præerat, & violatam religionem vindicabat. Tertius Polemarchus, qui rem bellicam adminiſtrabat. Theſmothetæ annum duntaxat magiſtratu fungebantur, quem priuſquam inirent, in omnem eorum vitam anteactam inquirebatur, qui ſe in omnibus comperiebantur eum annum imperabant. Poſt, finito anno, iterum de his iudicium fiebat. Quod ſi conſtabat, eos, eo quoque tempore probe functos officio, in ſenatum allegebantur Areopagitarum, quorum hac de cauſa certus non erat numerus: ſin malè ſe geſſiſſent, eiiciebantur. Tertium diſcrimen erat, quod quingentorum ſenatui quot annis ſuccedebatur: areopagitis ſucceſſores non dabantur. Niſi enim quis grauiter deliquiſſet, non eiiciebatur. Quingenti per trecentum quinquaginta dies in magiſtratu erant quatuor poſteà diebus, qui comitiis deſtinati erant, inter regnum in Attica, & magiſtratus deſignabantur *τὰς δ' ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρχαιρεσίας, ἐν αἷς ἄναρχος ἡ ἀττικὴ ἦν. ἐν ταύταις προσεβάλλον τὸ τοὺς ἄρχοντας.* Quingenti iſti vt facilius imperarent per trecentum quinquaginta dies[a], decuriarunt ſeſe per tribuum numero, vt ſingulæ decuriæ quinquagenos continerent. hos enim vnaquæque tribus deſignabat: vnde fiebat, vt quinquageni illi tricenoſquinos dies reliquis imperarent, hi enim triginta quinque dies ſunt decima dierum 300. pars. Cùm autem ipſi etiam quinquageni plures eſſent, quàm vt commodè ſimul magiſtratu fungi poſſent, illi decem ſortito vnũ ſeptidui diem, ſimiliter & reliqui ſuum quiſque diem imperabant, donec illi ſeptem dies cõplerentur: ita fiebat, vt tres è numero magiſtratuum non imperarent vnuſquiſque autem magiſtratus vno die, vocabatur præfectus, eo die clauis arcis ei credebatur, & omnis pecunia ciuitatis, & ne regnum affectaret, vnius diei magiſtratum eſſe voluerunt.

a *Vide Hieronymum Vuolphium in annotationibus eius argumenti in Androtionanã quid de hac inuoluta dierum computatione ſentiat, quæ hîc curioſius non permittit operis noſtri inſtitutũ, indagare.*

34 Romani magiſtratus & imperia ſubibant, ordine à legibus præſcripto[b]. Definitæ à Romanis certæ ætates, & diuerſorum annorum pro diuerſitate & grauitate magiſtratuum ſubeundorum, tãquam muneribus & honoribus idoneæ: de quibus abundè Gruchius[c]. Sed id poſteris

b *Dio Caßius lib. 26.*

c *lib. 1. de comitijs Romanorum c. 3.*



poſteris temporibus non antiquioribus. Apud maiores namque, vt ait Cornelius Tacitus[a], virtutis id primum fuerat: cunctíſque ciuibus, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus, ac nec ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta conſulatum aut dictaturam inirent. Sed hoc apud illos antiquiſſimos: poſtea autem legibus latis effectum eſt, vt conſulatus ante quadrageſimum ſecundum annum peti, ante 43. geri non poſſet: prætura nec peti 39. nec geri ante 40. annum. Aedilitas nec peti ante 26. nec geri antè 27. iure poſſet annum. Refert & Polybius[b], nulli ciuium Romanorum licuiſſe vllum magiſtratum vrbanum gerere, qui decem annos non militaſſet, quam legem Liuius[c], tradit latam ab Iulio Tribuno plebis, anno ab vrbe cõdita 574. vel à L. Villio. Tribuno plebis, vt Sigonius emendauit, Manlio & Q. Fuluio. Coſſ. Meminit de legibus his annalibus Cicero[d], & Ouidius[e].

a *lib. 11 annalium.*

b *libro 6.*

c *lib. 10. decadis 4.*

d *Philip. 5.*

e *in faſtis.*

*Iura dabat populo ſenior, finitáque certis*
*Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.*

Vlpianus generaliter reſpondit[f], *ad rempublicam adminiſtrandam ante vigeſimum quintum annum, vel ad munera quæ non patrimonij ſunt, vel honores admitti minores non oportet.* addit rationem ne cum damno reipublicæ gerãt, & cum ipſorum minorũ pernicie, qui enim ſeipſos ſatis commodè ſine tutore aut curatore tueri & regere nequeunt, indecorum eſt[g], & damnoſum futurum reipublicę, ſi alios regere velint.

f *in l. ad rempublicam, de munerib. & hono. lib. 40. P. ti. 4.*

Suadebat Mæcenas Octauiano[h], ne ad equeſtrem dignitatem minores octodecĩ annorũ deligeret: hac enim potiſſimũ ętate, & corporũ firma affectio cõſpicitur: ad ſenatoriam, 25. annorum, addebat. *Cùm enim huiuſmodi ſuorum bonorum adminiſtratio non concedatur, concedetur reipublicæ?* item non fieri prætores ante annum 30. & niſi qui quæſturam, ædilitatem, & tribunatum geſſiſſent.

g *c. indecorum 3. de æta. & qualitate ordina facit §. minores, de excuſa tutor. l. f. de legitima tutela C. l. nam quod ad ius, ad ſenatuſ. Trebel. P. l. ſic eueniet, ad legẽ Iuliã de adul. P.*

Inter maledictionis Dei in populum, & illa Eſaię, c. 3. *& dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.*

h *Dio Caſſ. li. 53. hiſtor.*

Hodie tamen in monarchia, imò & in populari vel optimatũ republica, ſi leges non ſunt, aut ſi his diſpenſari poſſit, nõ tam ætatis tempus, quantum ſufficientia minoris, & voluntas poteſtatem habentis conferendi aut promouendi, ſpectari & ęſtimari debet. ſicut in cõſtitutione Alexii conuenit, omnes accipientes officia, propter denuntiationem factam principi reipublicę cauſa, aut beneuolentiam aliquam principis, aut per munus, aut largitionem aut cõmutationem, aut per oblectationem imperialis maieſtatis, minores non debent eſſe 20. annis. Quando verò imperatoria maieſtas, non propter tales cauſas, ſed nulla cauſa interueniente, honorauerit quendam, a u officium ei donauerit, ſine dubitatione admittatur, etiam ſi nõ ſit 20. annorum. Vlpianus ſcribit, à conſule vel pretore minore 20, annis ſententiam vel ius dictum, valere. quia princeps, qui magiſtratum dedit, videtur omnia ab eo geſta, valere, decreuiſſe, Marius, Caij Marij filius, ante 20. annos, ſed per vim, conſulatũ[i] inniuit. Sed ſin e[k] vi Scipio Africanus vix annos pubertatis ingreſſus[l], & Nero conſu-

i *περὶ ἡλικίας τῶν λαμβανόντων ὀφφίκια de ætate ineuntiũ officia.*

k *l. quidam cõſulebat §. f. de re iudic. l. ſi rogatus §. f. de manumißis vindicta P. l. 1. de offic. conſul. P.*

l *Liuius in 6. deca. 9.*

latum innuit anno ætatis 20[a]. facit quod Theodericus apud Caſſiodorum[b], ſcribens Coioni, ait, *Sic iuuenes noſtri, qui ad exercitium probantur idonei, indignum eſt vt ad vitam ſuam diſponendam dicantur infirmi, & putentur vitam ſuam non poſſe egere, qui creduntur bella poſſe tractare, Gothis ætatem legitimam virtus facit.*

a i Cornelius Tactus lib 12.
b lib. 1. variarũ epiſtola 38.

35. Variæ certæ leges variique mores circa creationem magiſtratuum, qualitates, & tempora illorum occurrunt legentibus, & videntibus diuerſarum nationũ reſpublicas[c]. Ad hęc antiqua controuerſia, ſatius ne ſit & vtilius reipublicæ, eſſe magiſtratus perpetuos, an temporales quæ in vtranque partẽ multis pugnantibus rationibus & exemplis agitatur à quibuſdam. Exiſtimarem autem democraticam gubernationem, quæ honorum æqualitatem deſiderat, rectè facere, ſi habeat mutabiles & temporales magiſtratus, vt euitetur inuidia ſi continuatione magiſtratuum, alij ad eoſdem admitti nõ poſſent. Sed alia ratione expedit mutabiles in democratia habere magiſtratus, vel poteſtates: ne magiſtratus illecti dulcedine poteſtatis continuatæ, ad innouandam rempublicam, & inuadendam tyrannidem adducantur. ſic enim per continuationem, tyranni ſæpe euaſerunt, aut rempublicam vt retinerent turbarunt vt Sylla, Iulius Cæſar, apud Romanos: Cypſelius, Corinthi: Piſiſtratus, Athenis: Dionyſius, Syracuſis: & alij alibi. Metuunt autem in ea ſpecie reipublicæ quicquam peius agere in dignitate conſtituti: de quo ſciant abdicato magiſtratu, ſe vt priuatos accuſari & damnari poſſe. Antiquitas, inquit Caſſiodorus, voluit prouinciarum dignitatem annua ſucceſſione reparari, vt, ne diuina poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum prouectus gaudia reperirent.

c vt à Bodin. lib. 4. de repub. c. 4. poſt Platonem qui perpetuos & Ariſtotelem qui tẽporales potiùs deſiderat.

36 Quod ſi agamus de magiſtratibus ſub monarchia conſtituendis, princeps non habet rationem æqualitatis popularis, quia imperat & ei nõ ſubiicitur: ideo promouet quos vult, & quos videt muneribus idoneos: neque in magiſtratibus à principe obtinendis nunc habet locum lex de ambitu[d]. Nec timet magiſtratuum tyrannidem, quia poteſtatem habet abſolutam in eos vitæ & necis ſi malè egerint, ſi legibus de magiſtratibus gerendis aduerſentur: populus eſt mutabilis, princeps verò debet ſtabilis, firmúſque & prudentior in electione honorandorum & conſeruatione honoratorum eſſe, & vt reſpondit Papinia[e]. Iuriſconſultus, *honor delatus à principe, finem certi temporis ac loci non habet.* Mutatio magiſtratuum nihil boni adfert reipublicæ, ſed potius detrimentum: nullus enim eſt ad magiſtratum nouè adſcitus, quin ſemper aliquid adportet noui, cui nõ diſpliceat aliquid ex ſtilo maiorum quantumuis recepto, ſic turbatur ordo iudicandi, Leges fori: & ſi mutandi ſint per annum aut aliud tempus præpoſiti: continua quoque modi agendi mutatione omnia incerta fiunt, & iam cœpta ſub præcedentibus, irrita fiunt antequam nuper adeptus magiſtratum ea vel recenſere poſſit, vel cognoſcere, vt meritò dixerit Vlpianus, tolerabilius eſſe abſentem iudicem, qui ſemel cognouerit tantiſper expectare, quam iudici nouo rem rurſum iudicandam committere[f]. Sed & magiſtratus qui temporalis eſt, non ita ſe obiicit impiorum

d l. 1. ad leg. Iul. de ambi. P.
e l. iuriſperitos, 30. de excuſa. tutorum li. 27. P. ti. 1.
f in l. prætor. 13. in fine, de vacatio. & excuſa muner. P.



impiorum magnatum violentiæ, nec iuxta legis præſcripta crimina diuitum & perditorum hominum punit, ac qui de perpetua authoritate magiſtratus, quandiu ritè functus fuerat officio ſuo & vixerit, ſecurus eſt. Vetuit enim temporalis, ne priuatus effectus, & deſtitutus poteſtate, ab illis quos debebat caſtigare lædatur: vt liquet quotidianis exemplis adminiſtrantium municipales magiſtratus & politicos temporales, quos vocant Conſules vel Eſcheuinos & ſimiles. perpetuus autem, perpetua principis fultus anthoritate inuiolabilis fortiter & ſtrenuè magnatibus reſiſtit, cùm à maiori, nempe à principe pendeat.

Alia etiam ratione, Tiberius Cæſar, vt refert Necephorus Calixtus[a], non celeriter, aut facilè magiſtratuum prefecturas mutabat: eorum qui ſortiti eſſent, quod qui rerum adminiſtrationi pręſunt, ſint natura pecuniæ cupidi, plurimúmque ſtudij eos magis magíſque ponere ad rem augendam. cæterùm ſi diutius in magiſtratu verſentur, ſegniores ad quęſtum faciéndum fieri. Itidem vt muſcas, quæ ſi longius corporum vlceribus inſideant, minus graues ac moleſtè fiũt: quippe ſanie vlcerum ad ſatietatem refertæ, & eum qui vlceribus ſcateat, durius acceptum affectúmque iri, ſi ſaturis iam abactis famelicas al as, ad vulnera admittere velit.

a li. 1. hiſtor. eccleſiaſtic. c. 1?.

Sed & obſeruatum eſt etiam in Democratia, vbi magiſtratus erant mutabiles, fuiſſe nihilominus aliquos pro cõſilio ſemper perpetuos, vt ſenatum Romæ, Areopagum Athenis, & quoſdam Venetiis, & in omnibus alijs rebuſpublicis & popularibus adminiſtrationibus: alioquin enim futurũ erat, vt propter nouitatem omnino nouorum magiſtratuum, ſubuerteretur ſtatus reipublicæ, vt ad nutum nouorũ immutatus. ſunt & in municipiis vbi mutantur Eſcheuini, quidam qui perpetui officiarij ſunt, vel aſſeſſores.

37 Non improbarẽ tamẽ, imò ſaluberrimum monarchis opinor, atq; reipublicę magnas poteſtates, vt maioratũ domus regię, vicariatũ prouinciarũ, & alios ducatus quib. neceſſariò militaris robur adiungitur, non concedere perpetuò, ſed temporales: ne rebellandi, vt aliâs factum eſt, detur occaſio, quæ nulla aut modica poteſt eſſe in magiſtratibus iuridicis, quibus arma non ſunt ad manũ ad exequẽdũ conſilium ſi caperent inſidiandi aut rebellandi principi. Sic rectè Mæcenas vir grauis cùm pacatis bellis, Octauianus Cæſar rempublicam ſuam inſtituere vellet, ei ſuaſit præmia dari magiſtratibus: atque ne minus triennio niſi deliquiſſent, nec amplius quàm quinquennio magiſtratũ obirent. quod annui illi magiſtratus ac pauco tempore circumſcripti hoc habent, vt cùm quis aliquid in his addidiſcerit prius decedat quàm eius ſpecimẽ exhibere poſſit: & diuturniora imperia, multos ad faſtũ, & ad tentandas res nouas extollat[b]. Legimus apud Lampridium in Commodo, præfectos prætorio Cæſaris per horas atque dies fuiſſe.

b vt refert Dio. Caſſius lib. 52. hiſtor.

38 Sunt adminiſtrationes Eccleſiaſticæ prætioſiores, interdum multo ditiores, ipſis ciuilibus: & tamen illæ conceduntur perpetuò adminiſtrãdę, & beneficia Eccleſiaſtica prouiſis & inſtitutis adimere

ante tempus mortis, vel ſine criminis reatu aut ſpontanea illorum curatione, piaculum eſt[a]. vt & in Gallia hodie ſunt certi tãtùm caſus, ex quibus adimi poſſunt magiſtratus & officia poſſeſſoribus rite collata; nempe per mortem, per ceſſionem aut dimiſſionem ſpontaneam, aut per crimen dignum priuatione ea irrogata per ſententiam cum cauſæ cognitione[b]. ita in Gallia, officia regalia cenſentur propria, patrimonialia & perpetua ex conſtitutione Ludouici XII. quandiu qui acceperint vixerint. quanquam princeps in codicillis conceſſionis, apponat clauſulam, *pour en iouyr tant que nous plaira*. quia ea verba intelliguntur, quandiu placere debebit, vel viro bono placere debet[c], non ad arbitrium ſine cauſa deſtitutionis. Videtur & ita obligaſſe ſe magiſtratui, ob benemeritũ, vel etiam pretio accepto, quod vocant finantiam magiſtratũ concedendo, & ſuum ſucceſſorem quoque, quia pro vtilitatibus regni id factum videtur, & in eius cauſam[d].

39 Sancta & ad vtilitatem reipublicæ eſt regum Gallorum conſuetudo, vt poſt mortem vltimi regis regij magiſtratus nihilominus proſequantur adminiſtrationem, donec alius ſuccedat, & eoſdem confirmet. quanquam enim ius ſit ſucceſſori renouare omnes magiſtratus, tamen vtilitatis reipublicæ cauſa ita acceptum eſt. Fieret enim maxima confuſio in republica, maximè aperta via, qua qui ante aduentum ad regnum inſeruiſſent principi, maximam ſegetem vacantium magiſtratuum, deturbatis iam peritis, cum iactura æqui & boni ſibi paratam viderent.

Quod autem confirmatio præbeatur à nouis ſucceſſoribus, hoc iuſtiſſimum eſt, vt in feudis etiam hæreditàriis, comitatus, ducatus, marchionatus, & ſimilibus, pro quibus præbetur renouatio ſacramenti, vt fidelitatis teſtimonium: & fit hæc confirmatio vt plerunque gratis, aliquando exacto aliquo ſuperindicto pro negotiis regni, quanquam quidam conquerantur compendia horum confirmationum, ad priuatos largitione principali ſæpe peruenire.

40 Formæ creandorum magiſtratuum, vt & requiſitæ qualitates, ætates & tempora, de quibus antea ex legibus cuiuſque reipublicæ petendæ ſunt, prout conſtitutæ, vel etiam poſtea immutatæ fuerunt, ſecundum mores: & quod vtilius reipublicæ tunc viſum eſt. Per ſortem alicubi creati, quod populare videtur Ariſtoteli; dum omnes pares volunt eſſe, & ideo nolunt alterius paris iudicio ſubiici, ſed ſortis euentui. Etenim ſortiti ſunt iudices etiam apud Romanos, ex equitum ordine, & ſorte à prætore ducti dati: & ſi quidam ſuſpecti ex illis litigantibus dicerentur, alij in locum eorum ſubſortiti[e].

Athenis ſortiebantur qui ſenatores aut magiſtratus fieri cupiebant; deinde poſtea vnicuique eorum cui ſors obuenerat ſortiebatur alius: vt ſi prior ille, vel mortuus vel improbatus eſſet, eius ipſe, loco, vel in ſenatu legeretur, vel in magiſtratu poneretur, vt refert Suidas[f]. Apud Venetos, ſorte electos fuiſſe magiſtratus ex paribus ait Contarenus[g], & apud alios[h], quemadmodum & alia iudicia ambigua, ſorte dirẽpta pluribus exẽplis alibi docuimus, & in ſacra pagina, & in iudiciis ſecularibus & eccleſiaſticis[i]. Quæ certè

a *c.ſ. de clerico ægroto. c. vnic. de capellis monach. in ſexto. ca. ſcripſit, ca. quamuis triſte, 7. q. 1.*
b *Guilell. Bened. ad c. Ragnucius, ad verb.* duas habens, *num* 38. *de teſtam. Boerius deciſio.* 148.
c *l. Thais Ancilla, 41. §. ſorore ſua. de fideicom. liberta. Papus ita iudicatum tradit, li. 4. Rhapſodiæ areſtorũ, tit. 11. areſto. 2. & 3. & in 3. tomo Notariorum. c.* des lois d'office.
d *pacta ſeruare & principẽ oportet, vt quia hoc ſit iuris naturæ & gentiũ. l. 1. de conſtituta pecunia l. 1. de pact.* P.
e *de quibus vide quæ diximus l. 47. ſyntag. vniuerſi iuris c. 23.*
f *in verbo* ἐπιλαχών.
g *lib. 1. de rep. Venetor.*
h *Panor. ad c. ſ. de ſortilegijs.*
i *lib. 34. c. 5. & dum agimus de electione regis per ſortes,*



certè ſub principe monarcha debent ceſſare. non enim is quemquam timet, ſi per electionem alios aliis præponat, ſi de ſua poteſtate beneficus erga aliquos magis quàm erga alios ſit, dummodo tamen, vt tutus ſit apud Deum cuius vices in terris agit, indignos & incapaces muneris non promoueat: in eo enim caſu reddet rationem, nõ quidem ſubditis, ſed Deo, cuius iudiciũ effugere non poteſt.

40 Eligebat populus etiam per ſuffragia magiſtratus, quæ certè & periculoſa eſt electio vbi abundat & ſuperat multitudo & plebs bonos & probos, quia ibi ſententiæ numerantur & non ponderantur, & mali faciléque corruptibiles qui vel amicitia, vel odio, vel inuidia ducuntur, ſuperant voces ſyncere eligentium[b]. Inuidet bonis populus, legibus ſubiici non vult, nobiles odit, pręſtantes proſequitur. bonis magiſtratibus & principibus, beneq. iubentibus repugnat, illis ſuperior eſſe etiam malis artibus contendit, vel ſaltem illos deprimere ſatagit. quo factum, vt prætextu tuendæ ſuæ libertatis, aliquando tribunos plebis ſeditioſiſſimos & audaces elegerit, aduerſus patritios & bonos. Et vt ait Suidas[c], Tribunatus plebis, non eſt vt ait Ariſtophanes viri muſici, aut elegantis, aut boni, ſed rudis & inſolentis. Qualis populus, talis eius magiſtratus qui ei ſtudet, vel ex voluntate eius pendet.

41 Apud Athenienſes, vt paulo antè dixi magiſtratuum alij ſorte: alij ſuffragio, alij delectu creabantur. Sorte, qui ſortitò vt iudices. Suffragio, qui populo ſuffragante, vt Imperatores: delectu, qui eligi ſolebant, vt ædiles. Senatus quingentorum ſorte legebatur, qui de cauſis publicæ rei iudicaret. Sic quotannis his nouemuiri addebantur, quos Gręci τοὺς ἐννέα ἄρχοντας dicebant. Item ſex viri quos dicebant θεσμοθέτας, qui de impudicitia iudicarent. Erant & alij tres quorum vnus ἐπώνυμος, ex cuius nomine faſti ſignabantur. Secundus βασιλεύς, id eſt rex, cui cura pupillorum erat, & violatam religionem vindicabat 3. πολέμαρχος polemarchus, qui curam rerum bellicarum habebat. Theſmothetæ tantum per annum cura fingebantur. Magiſtratum priuſquam inirent in omnem eorum anteactam vitam inquirebatur. & qui ſic in omnibus integri inueniebantur per annum imperabant, quo finito, iterum de his iudicium fiebat: & ſi conſtabat eos eo quoque tempore, probè functos officio, in ſenatum Areopagitarum allegebantur: ſin malè, abiiciebantur. Sicuti ſcriptum eſt in magno argumento Græco in orationem Demoſthenis contra Androtionem. erat autem areopagum ſenatoria dignitas perpetua.

42 Præſtantiſſima eſt electio in omni adminiſtratione reipublicæ magiſtratuum, quæ non gratia, non fortuitò, non ſuffragiis ignorantiæ & multitudinis, ſed cõſultò ex idoneis virtute præditis & ſapientiorib. fit. Qui curam enim ſui gerit probam, & ſapiens habetur, & ſuæ tutelæ relinquitur: at qui inſipiens eſt, tutores accipit. Qui reipublicę adminiſtrationem ſuſcipit, multorum curæ & gubernationi accommodus eſſe debet. Multo magis, quò plures per cæci ducatum, cum ipſo duce lædendi ſunt. Senatorius ordo, inquit lex duodecim tabularum[d], vitio careat, cæteris ſpecimen ſit: nec veniat

*improbata hæc electio in c. non exemplo Mathiæ, non ſtatim. 26. q. 2. c. ſ. de ſortilegijs, lib. 5. decre tal.*
b *c. oſius, de electio.*
c *In verbo* δημαγωγία.
d *apud Cicero. 3. de legib.*

quidem in eum ordinem quiſquam vitij particeps. Eſt ei cui reſpublica [a] commiſſa eſt, neceſſaria oratio & ſapientia, qua regat populos, qua ſtabiliat leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & ſalutis, aptè ad perſuadendum edat ſuis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, conſolari poſſit afflictos, factáque & conſulta fortium & ſapientium, cum improborum ignominia ſempiternis monumentis prodere. Atque [b] eſt boni magiſtratus, non ſolùm videre quid agatur, verumetiam prouidere quid futurum ſit.

a *Cic. 1. de leg.*

b *Cic. pro Murena.*

Vtque Iamblicus dixit, τὸν σωτῆρα καὶ φύλακα τῶν νόμων ἀδιάφθορον εἶναι δεῖ εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. id eſt, *ſeruatorem & cuſtodem legum, tam incorruptum oportet eſſe, quàm ſummè fieri poteſt in humana natura.* Nulla maior fœlicitas contingere poteſt humanæ ſocietati, quàm talis princeps, præpoſitus, aut magiſtratus: nulla maior cla..es contrà, quàm improbum habere: perinde enim periculoſum eſt inſanienti gladium, ac improbo viro poteſtatem dare: præſentaneum enim periculum eſt, ídque magnum, ne is facere malum deſideret, quum facere poſſit quæ voluerit. Poteſtas malitiæ coniuncta, neruos ac robur affectibus addit.

44 Oportet & iudicem, & magiſtratum electum, magnanimum eſſe: qui & pericula etiam pro obeundo ſuo munere contemnat. *Noli quærere fieri iudex*, inquit Sapiens [c], *niſi virtute valeas dirumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* Conditiones alioquin miſeræ adminiſtrantium, qui quod ſentiunt etiam ſi optimum ſit, inuidiæ metu, non audent dicere, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: vbi ſeueritas, periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatur pernitioſa frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venientes prætores expectant, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt, oderunt dum metuant improbi, defenſi ingrati ſunt, multi eundem principatum deſiderent, multi calumnientur apud principem.

c *Eccleſia. c. 7. verſ. 6.*

45 Fuit obſeruatum aliquando in republica Romanorum, vt non niſi probatis, & qui iam aliquam operam reipublicæ impendiſſent, magiſtratus poteſtatéſve militares aut ciuiles concederentur, prout recenſet Polybius [d]. *Declaratis conſulibus* inquit, *tribuni militum conſtituuntur, quatuordecim quidem ex his quibus quinque annua ſtipendia facta ſint: decem autem alij præter hos ex his qui decem reliqua fecerint. equites ſanè qui decem: pedites verò ex his qui ſextum & quadrageſimum ætatis annum attigerint, quos in neceſſitate tantum reipublicæ ſtipendia facere eſt opus, illis exceptis quorum cenſus quadringentas drachmas non excedit* &c. *Vrbanum autem magiſtratum inire licet nemini priuſquam annua decem ſtipendia perfecerit.* Sancerunt Valentinian. & Theodoſ. Cæſares & Iuſtinian. ad prouincias gerendas huiuſmodi accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione, vel pretio, ſed gratis probatæ vitæ, & amplitudinis præſidis prouinciæ eligantur teſtimonio, qui grauitate morum excellant, habeant peritiam re-

d *in epitome li. 6.*

rum



rum publicarum [a].

45 Neceſſitas & negotia quotidie innouata, malitiáque hominum, & multiplicatio ſubditorum inuexerunt in rempublicam magiſtratuum diuerſam poteſtatem, & pluralitatem eorum: quia enim ſocietas iuris ciuilis, in diuerſis cauſis publica eget ſolicitudine, & omnibus vnus aut pauci nō poſſunt ſatisfacere, operæpretiū eſt ex poteſtate illa ſuprema, in perſonas ſingulares diuidi ſolicitudinem, quæ eius authoritate poſſint celerius membris proſpicere: quod in eccleſiaſtica pariter locum habet ac in ciuili politia. In vtraque nanque, principes eccleſiaſtici & ſeculares debent partiri onera cum aliis ſibi ſubditis, vt in nullo titubet eccleſiaſtica [b], vel ciuilis [c] ſolicitudo. ita tamen, vt quibus conceditur authoritas, ne poſſint poteſtatem limitatam extra fines ſibi poſitos prorogare, aut manum ad ea quæ in ſignum vniuerſalis dominij principi reſeruantur, iniicere [d].

a *l. ſancimus 6. ad legem Iuliam repetund. C. §. quapropter nouellæ 8. & nouella 161. §. nos autem l. 1. C. de offic. magiſtri officio.*

b *c. f. de offic. archipresby. li. 1. ti. 24. C. mādata cæleſtia, 6. de præſumptionibus, lib. 2. decreta. ti. 23.*

c *§ fin. in procemio inſtitutio. iur. ciuil. ibi.* poſſe etiam noſtrā rempublicam in partibus eius vobis credendis guberna-ri.

d *vt in c. 1. de tranſlatio. epiſ. c. quod tranſlationem de officio legati.*

Erant primum principum ditiones anguſtæ, erant etiam reſpublicæ ſeu ſocietates humanæ maximè dum cœperunt, exiguæ: vnde legimus fuiſſe multos olim regulos, multos dynaſtas, multas reſpublicas, quo tempore non curabant de vicinis inuadendis aut de dilatandis finibus [e].

Vnus Demodoces, electus rex propter inſignem iuſtitiam à Medis, ſufficiebat pro iure reddundo, & manu & poteſtate eius immediatè omnia regebantur: dilatato imperio, plures magiſtratus orti neceſſariò. Naſcente Romanorum regno, Romulus ſolus ſufficiebat, ſed poſtea iudicia quædam aliis permiſit, neque alium fuiſſe putant quidam tunc magiſtratum regibus, quàm tribunum celerum, qui rem militarem curaret; aut ad ſummum etiam quæſtores, qui pecuniam publicam tractarent. Vbi autem rex vrbe abfuturus erat, creatus præfectus vrbi: rege mortuo, erant inter-reges, pulſis regibus, conſules duo creati, qui & bella geſſerunt, & ius primum dixerunt. Dehinc diminutum eorum imperium, lege lata prouocationis ad populum. Subinde diſſidente plebe, tribunis plebis introductis, qui interceſſionibus iniuriis conſulum, plebi illatis ſe obiiciebant, vt apud Lacedæmonios, Ephori fuerunt obiecti optimatibus, & vt magiſtratus alios & ipſos reges corrigerent [f], contráque nimium arbitrium conſulum qui ſenatuſconſulta ex arbitrio ſupprimebant, & ædiles conſtituti. Item conſulibus bellis impeditis, cenſores pro cenſu, prætores in vrbe pro iure dicundo. de diuerſis rebus, vnde diuerſa ſortiti nomina: & prouinciis additis, prætores prouinciales, præſides, proconſules, aliíque id genus ex neceſſitate additi magiſtratus, & maiores & minores, cum poteſtate ciuili aut militari, aut vtraque, & ex eadem neceſſitate alicubi magiſtratus curatores præpoſiti muliebribus, obſoniis, rebus venalibus, viis, fluminibus, & aliis ſimilibus. Vt lex erat Athenis, quæ iubebat magiſtratibus habere curam pupillorum, & viduarum earum quæ in domibus defunctorum maritorum manebant, ne iniuria afficerentur [g].

e *vide Beroſum & eius cōmentariū Annij Viterbiēſis & Iuſtinum in 1.*

f *vt ſcribit Ariſto. lib. 2. politicor. c. 7.*

g *Demoſthen. oratione aduerſus Macartatum.*

Vulgare eſt, plus videre oculos quàm oculum: quod non de oculo corporis tantùm debet intelligi, ſed de oculo mentis qui verè eſt oculus humanæ conuerſationis, vt fœlicius ea contineatur, quo plures habuerit videntes & perſpicientes oculos, nempe magiſtratus prouidos, æquos & iuſtos, vigiles & ſolicitos. Anchora vnica non ita nauim ſeruat, vt plures demiſſæ.

47 Finis ad quē conſtitutio tēdit magiſtratus, vt legis, cuius ipſe miniſter, vtilitas magis populi & reipublicę, quàm ipſius qui gerit magiſtratū, rectiſſimè ponitur, quē ſiquis cōſequutus fuerit, meritò optimus dicendus erit magiſtratus. Magiſtratus ſine virtute iuſtitiæ eſſe bonus non poteſt. Perfecta virtus iuſtitia, quæ omnes alias continet. quia qui eam habet, non ſolum ſecum, ſed cum altero etiam virtute vti poteſt. Multi enim ſunt, qui in priuatis rebus virtute vti poſſunt, in cæteris quæ ad alium ſpectant, non poſſunt. vnde illud rectè Biantis dictum videtur, principatum virum oſtendit: quippe cùm ad alterum iam, & in ſocietate princeps verſetur. Ob id quoque ipſum, iuſtitia ſola, ex omnibus virtutibus eſſe alienum bonum videtur: quia ad alterum ſpectat[a]. agit enim quæ alteri conducunt, aut principi, aut reipublicæ. Sic vt ait M. Tullius Cicero[b], qui reipublicæ præſunt, duo præcepta Platonis tenere debent: vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agant ad eā referant, obliti commodorum ſuorum. Alterum, vt totum corpus reipublicæ curent, ne cùm partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. vt enim tutela ſic procuratio reipublicæ, ad vtilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Et iterum[c] docet, idipſum alio argumento, *Eſtque*, inquit, *eius, non modò qui ſocijs & ciuibus, ſed etiam eius qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, commodis vtilitatique ſeruire.*

a *Ariſtot. lib. 5. de Morib. ad Nicomachum c. 1. explicat & Demoſthenes in 56. exordiorum.*
b *1. offic.*
c *ad Q. fratrem ep. 1.*

48 Neceſſarij certè in republica magiſtratus, & plures, ſi ea magna ſit & negotiis & perſonis abundet: ſine quorum prudentia, vt ait Cicero[d], ac diligentia ciuitas eſſe non poteſt, quorum deſcriptione, omnis reipublicæ moderatio continetur. Neque his ſolùm perſcribendus eſt imperandi, ſed etiam ciuibus obtemperandi modus. Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe. Accedit D. Chryſoſtomus[e], *Iudices*, inquit, *non minus ſunt vſui moderandis ciuitatibus, atque eiſdem tuendis quæ ſint bellatores. dum enim pacem æquis legibus attemperant, ſæpenumero & in tempore non defuerunt propulſandæ eruptioni hoſtium. Hoſtes enim eum continuè ſuboriantur à radice peccatorum, non difficile eſt legum cuſtodes, ac eos qui præſident iuridicundo, omni cum diligentia plura tollere ac ſupprimere peccata, quæ occaſionem præbent excitandis bellis. Quare igitur eos Deus à terra reuellit? Quod hi ſuperſtites adhuc, minus decorè ſuo functi ſunt officio.* Ideo Deus Ieſaię 3. iratus, in populi peccata ait, *Auferā robuſtū & robuſtā, robur panis, & robur aquæ, gigantem & potentem & hominem bellatorem & iudicem.* Et rurſum[f], *Magiſtratus Dei miniſter tibi eſt in bonū[g], ſi hunc antē ſuſtuleris vniuerſū interit. Si enim cùm nunc ſunt principes & magiſtratus, multique ſunt in eis corrupti & deprauati, tantus tamen eſt vſus rei, vt etiam cùm mali ſint, magna capiatur ex eis vtilitas: cogita apud te, ſi ij quibus commiſſi ſunt magiſtratus,*

d *3. de legib.*
e *in enarratione in c. 3. Eſaiæ.*
f *idem in Pſalmum 148. tom. 1.*
g *ad Roma 13.*





*rectè gererent, quàm bene cum genere humano ageretur. Sed magiſtratus quidem conſtituere fuit Dei opus. Quod autem improbi ad eos prouehantur, & eis non vt decet vtantur, eſt hominum improbitatis.*

Multa ſunt quæ cadunt in conſultationem, quæ neque legibus, quæ generales ſunt, comprehendi poſſunt: vt neceſſariò opus ſit magiſtratu cum poteſtate iudicandi: etiam in republica, vbi claræ & apertæ bonæque ſunt leges, vt ait Ariſtot[a]. conſentiunt Iulianus & Vlpianus[b], aliique iuriſperiti.

Lex indicat quid faciendum ſit magiſtratui, ſed ipſa non facit: lex circunſtantias generales habet, vt medicina: ſed magiſtratus, vt optimus medicus, adhibita temperamenti ægroti diſtinctione pharmaca ſua exhibet, cauſarum auditis circunſtantiis propriis iudicia ſua profert. leges interpretatur, accommodat negotiis.

48 Et proinde hoc ſubſtantiale eſt iudicij, ante ſententiam plenè vtrumque ex litigantibus audire, & interrogare[c], neque tantùm vni ex litigantibus deferre, vt alterum iudex audire cōtemnat. ſicque ſe facturos ſacramento heliaſtæ iudices promittebant, vt eſt apud Demoſthenem[d], καὶ ἀκροάσομεν τοῦτε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν. id eſt, *de accuſatore & defenſore pariter audiendo.* Meminit & Lucianus[e]. Item Aeſchines[f]. Et Ariſtides[g], apud quos concluditur, iudicem παρέχειν ἑαυτὸν ἴσον, καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατήν, vt ipſe Demoſthenes loquitur[h], ſcilicet, *præbere ſeipſum iudicem æqualem vtrique & communem quoad auſcultationem.* Iohannes Monachus in hiſtoriis aſſerit, magnum Alexandrum in audiendis controuerſiis, aurem alteram dicente actore obſtruere, ſeu reo integram ſeruaret, ac criminum expertem.

Eo pertinet lex 12. tabularum[i], per quam iudex niſi vtraque parte præſente litigantium, de cauſa cognoſcere poterat. verba eius, *Ante meridiem cauſam conſcito, cùm perorant ambo præſentes, poſt meridiem præſenti litem addicito. Si ambo præſentes, ſol occaſus, ſuprema tempeſtas eſto.* quod & Damaſus Papa, & iura probarunt[k]. *Eorum qui accuſantur*, inquiunt, *cauſas diſcutere non licet, priuſquam canonicè vocati ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat quæ ei obijciuntur.* Quod bene & per ſapientiam Salomonis[l] dicitur, *antequā ſcruteris, ne reprehendas: intellige priùs, & tunc increpa. antequam audieris, ne reſpondeas.* & licet apertiſſima ſit contrariorum reprehenſio, veruntamen oportet, ab his qui dati ſunt iudices, ad eorum examinationem ordinem ſeruari.

49 Sunt adhæc plura, quæ cuique iuſtè permitterentur, niſi metus accederet, ne in re ſua nimium cæcutientes homines, vel ira commoti, iuſtam conceſſionem temerè excederent. quare & in his etiam magiſtratus medius ſine affectione, ſine ira aut perturbatione conſtitutus eſt, & cautum ne quis in ſua propria[m] cauſa vel ſuorum[n]: iure dicat, ſed opem à magiſtratu & officium poſtulet. Et idcirco iudiciorum vigor in medio poſitus eſt, ne quiſque ſibi valeat permittere vltionem o.

a *lib. 3. politic. c. 12.*
b *in l. neque leges, 10. cum 4. ſequentibus de legib. lib. 1. P. tit. 3.*
c *ca. iudicantē, 30. q. 5. l. iudices, de iudiciis. C. l. vbi falſi, ad l Cornel. de falſis C. titulo de interrogatoriis actio. P.*
d *in oratio. cōtra Timocratem.*
e *in oratione περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.*
f *in Demoſthenem de falſa legatione, & in principio orationis περὶ παραπρεσβείας.*
g *ad Capitonē libro 3. περὶ ῥητορικῆς.*
h *oratione περὶ τοῦ στεφάνου.*
i *quam refert Gellius, lib. 17. c. 2.*
k *ca. 76. eorum qui accuſantur 11. q. 3.*
l *eccleſiaſtici 11.*
m *l. vnic. ne quis in ſua cauſa iudicet vel ius dicat. lib. 3. C. tit. 5. l. 10. de iuriſdict. omniū iudic. P. l. 13. quod metus cauſ. P. l. penul. de arbitr. P. l. 17. de iudiciis, P. l. 1. & l. 2. quorum legatorum. P.*

n *l. 5. de iniuriis. P. l. qui iuriſdictioni, de iuriſdict. omnium iudic. P.* o *l. nullus. C. de Iudæis vide eius rationes, in l. fi. C. de maleſic. & Mathematic.*

*De quibuſdam in quibus peccatur in cauſa magiſtratuum, & de remediis.*

## CAP. VI.

QVIA neceſſarij ſunt magiſtratus in omni republica, vt in naui vectores & nauarchi: curandum eſt, his qui ſupremam poteſtatem exercent, vt eos quos ſubditis præficiunt, tales habeant quales ipſi preficientes eſſe tenentur. alioquin omnis culpa in eos qui conſtituunt reiicitur. qualiſque princeps tales magiſtratus, vt qualis dominus, tales ferè ſemper ſunt eius ſerui: omnes enim ſtudent voluntatibus principum ſatisfacere, & eius moribus ſe accommodãt ingenia, vel ipſi principes non alios quàm ſibi ſimiles præficere ſolent.

Quemadmodum Antonius qui Helliogabali nomen ſtultè accepit, eo vecordiæ prouectus eſt, vt omnes ſcenicos, artifices ac theatricos, ad maximas Imperij dignitates promoueret. Quippe exercitibus ſaltatorem quẽdam præfecit, qui olim iuuenis publicè in theatro operam dederat. Alium item à ſcena iuuentuti, alium ſenatui, alium etiam equeſtri ordini præpoſuit: aurigis etiam & comœdis mimorúmque hiſtrionibus maxima imperij munia demandabat, ſeruíſque ſuis aut libertis, vt quiſque turpitudine reliquos anteibat, procurationes tradebat prouinciarũ. Et indignabatur contra Alexandrum quem adoptauerat & conſortem fecerat imperij, quòd aliter viueret: quare omnes illius doctores aula exegit, quoſdam illuſtriores, partim morte, partim exilio affecit, ridiculas allegans cauſas, quòd filiũ eius corrumperent, neque agitare eum choros, neque bacchari ſinerent, ſed ad modeſtiam componerent, & virilia officia edocerent. Quæ omnia valde nocuerunt & illi, & reipublicæ, quæ impatiens ſcelerum & talis adminiſtrationis, gauiſa maximè eſt ſublato & necato eo fœdiſſimo imperatore, [a] atque [b] ſub Alexandro eius ſucceſſore, gauiſa maximè mutata gubernatione in melius, quæ grata fuit populo, militibus, ac ſenatui: túncque quos ille temerè vitiorum nomine, ad honores, dignitatéſque extulerat ſubmotis, ad priſtinam vitam artificiúmque redactis, res cunctæ atque adminiſtrationes, ciuiles quidem & forenſes, inſignibus doctrina viris legúmque peritiſſimis: militares autem, claris bellica virtute hominibus commendatæ. *Nemine*, inquit Iſocrates, ad Demonicum & Nicoclem, *vtare malè viro ad obeunda miniſteria: quæ enim illi deliquerint eorum culpa ad te transfertur.* De eodem admonuit Agapetus Iuſtinianum, atque de malis præpoſitis reddendam eſſe rationem Deo principibus, quòd facultatem peccandi ipſis præſtiterint, & indulſerint.

[a] *vt ait Herodia. lib. 5.*
[b] *vt idem ait lib. 5.*

2 Peccare item videntur præponentes magiſtratus, qui ex profeſſo peſſimis vtuntur tanquam idoneis, ad caſtigandum vt dicunt populum, & qui eorum miniſterio opprimunt, vel loquuntur ad humiliandam vel deprimendam ſuperbiam ſubditorum. Se enim ipſos



ipſos in hoc arguunt impotentiæ & nequitiei, & apertè teſtantur ſe non ſufficere ad populum cui imperant regendum. Meliùs agerent, ſi bonis magiſtratibus præpoſitis, legum vim cum debita ſeueritate eos ad officium compellerent: oſtendunt enim, cùm præter id quod æquum & iuſtum eſt, per ſuos miniſtros agunt, non patris aut boni principis, ſed tyranni opera agere. Ægrè ferret, imò animaduerſione dignum putaret princeps, ſi ſuis operibus nempe ædificationi, aut culinæ procurator eius imperitos & nihili artifices eius præficeret. ridiculum eſſet ſi carbonario album ſuum veſtimentum tractandum aut curandum daret, ſi filium ægrotantem fabro imperito tanquam medico perito, committeret. Quanto magis ægrè ferre debet, ſi ſuam rempublicam quam ſuſcepit ipſe ex profeſſo curandam, imperitis adminiſtrandam tradiderit, ex cuius mala adminiſtratione publica naſcitur miſeria, quia in principem ſolum reiicitur culpa, & ab eius manu, Deus repetiturus eſt rationes villicationis & gubernationis ſuę, cum iudicio ineuitabili, in quo potentes potenter tormenta patientur? Et punientur quidem ſeueriſſimè qui incapaces vel improbi malè rempublicam gubernarint, & regimen poſtulauerint vel acceptauerint indigni. Sed duplici pœna principes & ſeueriùs condemnabuntur: & quod iſti malè geſſerint, & quod ipſi malè conceſſerint poteſtatem.

3 Peccant in eo dehinc, principes, quod gratia, amore, ratione etiam remunerationis, poteſtatis magiſtratus, præfecturas inconſideratè concedunt, non adhibita diſcuſſione num ſint idonei muneribus: reminiſci enim debent, ſe non ſibi, aut ſuis, aut amicis rempublicam curare, ſed ad vtilitatem potiùs aliorum qui ſibi commiſſi ſunt regendi. poſſunt tamen amicos, filios, proximos, honoribus & diuitiis cumulare, ſed eatenus quatenus ſaluum remanceat ius reipublicæ, & detrimentum inde non capiat. quod reſpicit & principes eccleſiaſticos, & temporales ſeculares. Habebat Moſes proximos & cognatos, verùm Ioſue in ſucceſſione ſui principatus illis præpoſuit tanquam magis idoneum.

Cocceius Nerua in eo ſtudium quod gerebat in rempublicam oſtendit, vt eſt apud Dionem Caſſium, quod licet cognatos & propinquos plurimos haberet, publicæ tamen vtilitati atque ſaluti, ſocietatem ſanguinis poſtpoſuit.

Experientia nos docet, in vtroque principatu & eccleſiaſtico & ſeculari, propinquos principum ex fauore & ſine merito adeptos poteſtates in populum, tyrannicè eas exercuiſſe: & imperia diſtraxiſſe, conniuentibus & patientibus principibus in detrimentum & cladem reipublicæ. Teſtabitur patrimonium eccleſiæ Romanę, quantum incommodi inde acceperit, teſtantur regna, & rebelliones plebis, quæ nimium irata, ſæpe ipſos principes quorum familiaritate abuſi ſunt præpoſiti, cum illis excuſſit.

Vt rectè Plutarchus in apophtegma referat, Theopompum interrogatum, quo pacto quis poſſit tuto regnum tueri, ſapienter reſpondiſſe, ſi amicis concedat iuſtam libertatem, pro viribus interim aduigilans, ne ſubditi afficiantur iniuria.

Adēptus à Deo principatus Heli, quòd filioshaberet tyrannicè exercētes officium in populo Dei[a], ſicut & populus petiit ſibi regem dari,&excuſſerant iugum aut poteſtatem Samuelis, eo quòd filij eius præpoſiti iudiciis, ſequuti ſunt auaritiam,acceperúntque munera, & peruerterunt iudicium[b].

a 1.regum.c.2. 3. & 4.

b 1.regum.c.8.

4 Peccatur etiam ex parte concedentium magiſtratus, cùm venales,vt dictum eſt antea,faciunt.Sæpe enim accidit,vt idonei,& qui totum vitæ tempus in iure diſcendo triuerunt, non habeant vnde mercari poſſint munus,quod tamen vtiliter exercere poſſent: & dextra tenent lapidem,inopiæ,qui eos remoratur, cum altera ſuſtinent ingenij alas,quibus, ſi darentur,& non venirent magiſtratus, emergere ex latebris poſſent. Accidit etiam aliud damnum reipublicæ, vt nemo aut raro virtuti ſtudeat, quum ſciat non virtute ſed pretio promotionem ad dignitates fieri: atque ideo vileſcunt ſtudia, vileſcunt leges,quæ ab ignaris & mercatoribus officiorum, pro modo ignorantiæ polluuntur. Quod ſi quis obiiciat principem, cum pretio etiam capacem requirere emptorem, & ideo eum qui emerit ſubiicere probationi & examinationi curiarum. Admitto hunc prætextum quoque cupiditatis ſeruire excuſationi:ſed remanet primum indiſſolutus nodus,quod idonei vel magis idonei, pecuniis vt plerunque carent, & ideo reſpublica illorum vtilitate priuatur: item quod deterrentur ab ſtudiis vtilibus reipublicæ, qui ſciant ſibi ea non profutura ſine pecuniis, & potius ſe transferunt ad negotiationē, & artes lucroſas,quàm ad virtutem.

Sed & vix reiiciuntur etiam indigni, qui pecunias numerauerint principis ærario, accedunt enim ſi reiiciantur tot iuſſiones principis,vt abſolutę poteſtati principis qui in claſſe iudicum iam ſunt admiſſi,hunc indigniſſimum quamuis, repudiare amplius non auſint contendere. vt etiam aliquando quidam princeps reſponderit, recuſantibus inutilem reipublicæ & amuſum tanquam ex numero pecoris archadici, *poſſe aſinum inter tot equos morari:* Sed vtinam vnus tantum & non tot gregem archadicum nunc implerent, quanquam vel vnus ſolus,poſſit eſſe inter plures bonos, pernicies totius reipublicæ.nam in claſſibus iudicum hodie maiori cum malo, & quia omnes ſe dignitate æquales profitētur, numerantur & non ponderantur ſuffragia & voces iudicum: vnuſque, ita poteſt totum ius & æquum ſua ſententia accedendo peiori,ſubuertere,hominibus priuatis bonam famam, vitam adimere: reipublicæ, & publicis negotiis cladem irreparabilem inferre,quanto magis ſi plures ſint tales mercatores magiſtratuum.democratica ſententia & popularis acclamatio ex eo ſolo videtur improbata,quòd multitudine non ratione ſuperare conatur.cũ tamē ſcriptũ ſit Exodo 23.verſ.2. mandatũ Dei, *nõ ſequeris turbã ad faciendũ malũ,nec in iudicio plurimorũ acquieſces ſententia vt à vero deuies.* Neque addam de reuēditione iuſtitię quæ fit per hos popolas quantumuis doctos, nõ enim doctiores meliores ſunt, neq.enim vllis cõſciētiæ ſtimulis remorari poſſũt à reuēditione, vt ſibi refũdãt officij cauſa factas impenſas qui nulla cõſcientia vſi ſunt ad



ad mercandum quod illis non offerebatur. hoc quippe tam clarum eſt,vt in tenebris etiam luceat. Ridendæ forſan inde aut inanes ſunt conſtitutiones principum,& formulæ iuriſiurandi quod à iudicibus rogatur ab his qui ſui muneris illis codicillos exhibent, & petunt ſe recipi in numerum magiſtratuum. Interrogantur enim, num quicquam directæ vel per obliquum dederint obtinendi officij cauſa, & iurant ſe nihil dediſſe aut promiſiſſe, cùm tamen qui petunt ſacramentum, ſciant nec ſibi alio modo collata fuiſſe officia, nec aliis ſine pecuniis conferri ſolita: quare vtrique ſunt periurij & mendaces ex profeſſo,vt nullam excuſationem apud Deum habeant, & ſatius eſſet in tanta corruptela id tacere,quàm Deum duplici modo offendere & cogere mentiri. Nec ignoro eſſe quidem quædam officia venalia,ex quibus princeps & honeſtè & licitè poteſt pecunias recipere,& quod ſint periculo reipublicæ talia,& quod prouentus habeãt. Etſi cõſultius factum iri arbitrarer,ſi gratis,ſed magis idoneis munera quæ aliquomodo poſſunt publica eſſe,committeret, & quæ à populo huiuſmodi accipiunt minueret. ſic enim haberet magis deuotos officiales,& populos obſequentiores.

Quæ omnia obſeruari multo magis exiſtimarem in militaribus præpoſituris, in quibus princeps fideliores habebit quos dignos ex virtute & idoneos gratis promouebit,quàm quos pecunia & fauore indignos præpoſuerit.nam & hoc incommodum accedit reipublicæ vltra prædicta, vt incapaces muneris, ita euecti ad dignitates, ſi ipſi adminiſtrent, omnia peruertant:ſi per alios adminiſtrare cogantur, fides vicariorum poſſit eſſe ſuſpecta, & populus ſuperfluis oneretur ſumptibus,cùm pro vno duos habebit præpoſitos.

Neque video quo pacto imperiti officij,quod poſtulant vel ſuſcipiunt, ab ambitione ſe poſſint excuſare, maximè ſi pecunia illud mercentur.qui enim ſe ingerit officio,ſuſpectus eſt, quod non ad vtilitatem reipublicæ deſideret,ſed ſuam. Pauci enim ſunt, qui ſi onus quod in eo latet conſiderent, illud deſiderare inſtituant: quin potius, quantum honeſtè poſſunt, ſubire oblatum delectent: vt rectè Ariſtoteles[a] aliique qui de magiſtratibus deligendis egerunt,dixerunt, volentem & nolentem aſſumendum ſi dignus ſit. & potius fugientibus[b] regiminis locum eſſe deferendum, quàm deſiderantibus.

a *Ariſtotel li. 2. politico.c. 7.*

b *can. in ſcripturis 23. q. 1. ſingularis de hoc l. ſi quenquam 31. de epiſco. & cleri.C. & ca diſplicet,38.§.attende,23.q.4.*

5 Rurſum peccant principes qui habent ſummam poteſtatem, dum præpoſituras aut magiſtratus plures vni concedunt, qui vnius onera vix ſuſtinere poteſt. abuſus hic incommodum hoc habet, vt populus malè regatur qui proprium magiſtratum neceſſarium habet præſentem & aſſiduum: item quod præcludatur via conſcendendi ad honores idoneis, dum vnus plurium vices & honores occupat, & ita principi depereant boni & ſtrenui, qui aliò ſe conferunt, dum vident eum in vnum ſolum honores conferre: quod & in beneficiis eccleſiaſticis locum habere certiſſimum eſt, atque magna ex parte diſciplina eccleſiaſtica videtur corruiſſe

& perſonarum capaciũ defectus acceſſit, quod ambitio magnatum & cupidorum, maiores eccleſiarum & pinguiores dignitates occupauerit,& ſibi cumulauerit, vt nullus ſit aut pauci, qui impendãt operam literis & officiis eccleſticis, omni ſpe deſtituti, ſe poſſe ob paupertatẽ quantumuis doctos, peruenire ad aliquod ſufficiens vitæ eccleſiaſticum beneficium, eóque beneficia quæ reditus habent, iam à nobilibus vel vi, vel dolo, vel potentia ſeu fauore, quem dicunt diſpenſationem occupantur,& ita poſſidentur, vt dum ſemel in domum aliquam peruenerint, efficiãtur veluti patrimonialia:Et ſi ex domo nulli ſint qui velint beneficiati titulum ſubire, ſic ærario ſuo conſulunt impiè, vt ea quibus velint ſub penſionibus, vel vt veriùs dicam, in confidentiam ſeu cuſtodiam tantum concedi procurent, interim prętcr nudam poſſeſſionem remanẽte penes titularium ſuppoſitũ ſeu imaginarium. Eſſet & alioquin ſpes doctis hominibus & pauperibus ſanctiſque viris aliquando ſuccedendi in ſpoliis magnatis,& principis onerati forſan quinque epiſcopatibus, viginti abatialibus eccleſiis, totidem prioratibus ditiſſimis, aliiſque innumeris beneficiis, ſi poſt mortem illorum, hæc beneficia ad liberam donationẽ redirẽt collatoris, niſi iam ipſi conſuluiſſent ante obitum Mammonę iniquitatis, & in alium proximum vel fiduciarum domus viuẽtes tranſtuliſſent.

Quod princeps eccleſiaſticus, ſat ſcio, ſi ſacroſancta conſilia ſarta tecta eſſe velit, emendare poterit: ſi malit Deo potius obedire, quàm hominibus fauere, ſi magis timeat deum offendere, & ſperet potiùs in eius defenſione & authoritate, quàm minas poteſtatum ſecularium & principum furioſas ambitiones, reuereatur.

Sunt iam regulæ ſacroſanctæ eccleſiæ publicatæ[a], & ſæpius repetitæ, de vitanda hac beneficiorum pluralitate, exponentis & cultus diuini numinis, & ædificiorum eccleſiarum, & populorum & perſonarum eccleſiaſticarum iacturam. Sunt leges[b], quæ ſtatuunt cauſas cur nemo duorum aut plurium officio fungi aut potiri poſſit: hoc ſupereſt tantum, vt vtrique principes, animum adiiciant ad exequenda quæ ſalubriter ſtatuta ſunt, & quid ad eorum curam dignitatem & ſolicitudinem, proculdubio pertinet, & ad laudẽ & honorẽ, & ad reipublicæ indubitatam & neceſſariam cauſam & vtilitatem. Quod ſi exiſtiment interdum, aliquas dignitates inutiles, aut magiſtratus eſſe ſuperfluos, vel propter ſtipendia ærario oneroſos, & ita putent ſe excuſare quod vnà plura concedant. Melius certè & è republica erit, ſi ea ſupprimant, ne qui plura poſſidet, inuidiæ exponatur aliorum: & ne ille prætextu diuerſorum officiorum, tanquam qui plus oneris habeat, à principe maiorem extorqueat remunerationem. ſemper enim hæc in reipublicæ detrimentum recidunt.

Ita Anaſtaſius Cæſar, reprobat quoque excuſationem in pluralitate officiorum, quod princeps ea ſponte & vltro obtulerit[d]

Debet cauere prĩceps, ne impediat magiſtrat. quos iuriſdictioni prępoſuit,

*23. & c. conquerente, de cleric. non reſidẽt. ca. ſingula, 89. diſt. c. cauſa de æta. & quali- ta. tota 21. q. 1. cõſil. Lateran. ſub Alexan. c. 13. conſimi lib.*

b *Honorẽ 10. de munerib. & honor.* P. *l. hac parte 10. de proximis ſacrorum ſcriniorũ cap. l. 1. §. illi quoque de propoſito agentiũ in reb. ca. l. his quibus c. qui militare poſſ. c. l. libertus §. pro ſcriptio ad municip.* P.

d *l. f. de cohortalibus & principibus cornicularioum lib. 12. C.*



poſuit, iuſtitiam vniformiter & expeditè exercere. Parum enim prodeſt in republica magiſtratus & miniſtros eius iuſtitiæ ſtateram rectam tenere, ſi ipſe eam inflectat, quod accidit dum temerè indulget, veniam delictis ſine ratione conce[...]it iis qui pluribus mortis ſpeciebus, ſi tot eſſent, digni habẽtur: veniam certè largiri ad principis poteſtatem pertinet, legum rigorem æquitate temperare:[a] verùm nulli cuipiam gratiam facere debet pœnarum, cum præiudicio iuſtitiæ & reipublicæ. Quia iuſtitiæ diribitor à Deo conſtitutus eſt, & finis principalis quorſum exigit tributum à populo ſibi ſubdito, eſt, vt eum in pace conſeruet, & tranquillè imperet per media iuſtitiæ[b].

At gratia conceſſa non habita ratione æquitatis aut publici boni, conturbat vniuerſa, & eſt cauſa ſæpe ſubuerſionis principatuum & reip. Sicuti liquet ex exemplis Saulis, cui ademptum regnum, quod contra mandatum Dei intempeſtiua miſericordia reſeruaſſet Agag regem Amalec, & ei peperciſſet[c]: & exemplo Achab regis, quòd peperciſſet regi Benadab[d].

6 Sunt etiam in magiſtratibus plura emendanda errata principi, vel reipublicæ, ſed ita tamen, ne emendatio magis obſit quàm proſit: accidit enim in magiſtratibus conſtitutis mutandis, quod de legibus innouandis & emendandis traditum eſt. Siquidem, vt ait Ariſtotel[e], quibuſdam rationibus videtur quaſdam leges & quandoque eſſe mutandas. Alio autem modo conſiderantibus cauendum videtur eſſe maximè: cùm enim vtilitatis quidem acceſſio parua ſit, aſſueſcere verò faciliter leges mutare improbandum, conſtat errata quædam eſſe toleranda, & legiſlatorum & magiſtratuum: non enim tantùm proderit qui corrigere perget, quãtum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi. Ponamus quendam magiſtratum iam ditatum ex auaritia, tolle eum alium ſubroga: hic nouus duplo plus nocebit quod iam famelicus, alioqui iam ſatur eſt. Item fingamus ſuperbum quendam præpoſitum, at iuſtum & integrum & incorruptum, & fidum principi, poteſt diſſimulari ea cauſa qua improbandus eſſet, vt vtilitas reipublicæ maior, ſi emendari ſine eius iactura nequeat, conſeruetur. ſic de ſimilibus quæ ſine vtilitate, cum damno maiore tamen reipublicæ, facilè conuelli nequeunt, quæ ſuſtinentur ad euitandum maius malum per patientiam, & ne cum zizaniis euellatur triticum. Et vt ait Cyrillus archiepiſcopus Alexandrinus ad Gennadium presbyterum[f], *Diſpenſationes rerum cogunt nonnunquam parum quidem quoſdam à debito foras exire, vt maius aliquid lucri faciant. Sicut enim hi qui mare nauigant, tempeſtate vrgente, nauique periclitante, anxiati quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant: ita & nos cùm non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex his quædam ne cunctorum patiamur diſpendia.* In crimine tamen quod noceat valde publico, magiſtratus deponendi, & poſt depoſitionem & inquiſitionem, puniendi. Apud Athenienſes reddenda erat magiſtratibus geſtorum ratio, & in eorum acta inquirebantur, quò & maiori gloria, irreprehenſibiles florebant, & deprehenſi in facinore puniebantur & remouebantur[g] ex legibus quoque iiſdem, vna[h], ἀρχὼ ἀνυπεύθυνον

a *l. 1. C. de legib.*

b *cap. regum officium 23. ſub 23. q. 5. ex diuo Hierony. ad c. 22. Hieremiæ.*

c *1 Reg. c. 15.*

d *3. Reg. c. 20.*

e *lib. 2. politic. c. 2.*

f *refertur in c. 16. diſpenſationes, 1. q. 7. apud Gratianum.*

g *Demoſthen. in proœmio 60. proœmiorum.*

h *Demoſt. 5. oratio. contra Ctheſiphõtem. Meminit eius Cicero.*

μὴ στεφανοῦν. magiſtratum, ante rationes redditas, non eſſe coronãdum.

Iure ſcripto emendatio errorum magiſtratuum & oppreſſionum fiebat per ſyndicatum, vt dicunt nunc Itali, & poſt depoſitam adminiſtrationem, per aliquot dies in loco adminiſtrationis, reddebant rationem de omnibus de quibus arguebantur [a]. ex lege Iulia apud Romanos, & aliis legibus apud Athenienſes[b].

Sed in ordine iudicum perpetuorum, à principibus fiebant inquiſitiones & cenſuræ. Ita Veſpaſianus ampliſſimos ordines, & exhauſtos cæde varia, contaminatos veteri negligentia purgauit: ſuppleuítque recenſo ſenatu & equite, ſubmotis indigniſſimis, & honeſtiſſimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto [c]. Flauius Domitianus, nummarios iudices cum ſuo quemque conſilio notauit: author & tribunuſplebis fuit, ædilem ſordidum repetundarum accuſandi, iudicéſque in eum à ſenatu petendi. Magiſtratibus quoque vrbicis prouinciarúmque præſidibus coercendis, tantum curæ adhibuit, vt neque modeſtiores vnquam, neque iuſtiores extiterint, è quibus plerique poſt illum rei omnium criminum viſi ſunt[d]. Iubent leges meritò, infamibus portas dignitatum ne pateant non famoſis, notatis, aut improbatæ vitæ [e]. Quòd ſi pendente munere criminis accuſentur, retinent quidem priſtinum honorem, donec cognitum ſit, nouum in reatu exiſtentes non rectè petunt, nec datur[f]. Edixit in Gallia aliquando Philippus Pulcher rex, vt per ſingula triennia inquireretur in vitam & mores magiſtratuum & officialium regiorum: quod tamen meritò in deſſuetudinem abiit, ne in ſuſpicionem & ſcandalum aut contemptum eorum, authoritas transferetur, & placuit tantùm in eos inquiri, ſi quis de his conquereretur, vel ſi notoriè ex fama notarentur: quo caſu, neque inauditos & indemnatos etiam officio priuari placuit, & ſi antè cognitionem criminis per importunitatem vel alio modo officia tanquam reorum Rex contuliſſet, placuit, eos interdicto aduerſus prouiſos donec iudicentur, poſſe contendere expreſſa conſtitutione [g].

7 Optima lex quæ de prouocatione à iudicibus lata eſt, per quã iniuſta iudicia, vel odio, vel corruptione, vel per ſortes facta, emendari poſſunt: & iudex, quando dicitur facere litem ſuam, puniri poteſt. Atque per hanc prouocationem ad populum, aliàs ſuperbia & nimia poteſtas conſulum, & aliorum magiſtratuum cohibita eſt. quando iudices appellationem non tenentur admittere, ſępe ex arbitrio potiùs quàm lege & iure iudicant: at dum ad ſuperiorem deuoluenda eſt examinatio, metuunt reprehendi vel argui: & ſuperiores metuunt malè iudicare, ne inferiores conquerantur. Et quamuis verum ſit aliquando, quod Iuriſconſulti tradunt, ſæpius in peius ſententiam inferioris vides ſuperiorem reformare [h]: tamen remanet. Hoc prouocandi remedium, in auxilium contra iniuriam maiorem iudicis, & pro defenſione naturali eſſe ſaluberrimè conceſſum, vt ante iudicium datur poteſtas recuſandi iudicem ſuſpectum.

8 Inſuper curare debet reſpublica vel princeps, pro pace & tranquillitate populi, vt ordo ſit dignitatũ, & is ſeruetur. Solet enim inanis honorũ gloriola, multas tragœdias inter eos qui gerunt, excitare. Itaque

a C. vt omnes iudices tam ciuiles quàm criminales poſt depoſitam adminiſtra.

b In Alexan. ab Alexan. li. 4. genial. dier. c. 6.

c Sueto. in Veſpaſia. c. 9.

d Suetonius in Domitia. c. 8.

e l. 2. de dignitatib. lib. 12. in l. vnica de infamibus.

f l. libertus 17. §. in quæſtionibus ad municip. P. l. Lucius 21. §. antepen. eo. tit. l reus delatus 7. de munerib. P. l. vnica de reis poſtulat. C.

g regis Caroli 8. lata Turoni ann. 1485. firmata alia Ludouici 12. articulo 47. facit c. conquerente, de reſtitutio. ſpoliator.



Itaque ſtatuet gradus qui digniores, quive inferunt quos ſauciat nullo prætextu nobilitatis aut doctrinæ, impunè peruerti aut infringi. Iuxta etiam ea quæ rectiſſimè ab Imperatoribus ſancita ſunt[a] ſub pœna reatus ſacrilegij, in eos qui mandata ea de re principis contempſerint.

Gradus porro dignitatum diſtincti quidam fuerunt à Theodoſio & Valenti. in l. 2. vt dignitatum ordo ſeruetur lib. 12. c. ti. 8. qui ſi placuerunt principi, vel alteri reipub. poterunt eſſe exemplo, vel alij loco eorum conſtitui.

9 Inter paris dignitatis gradus, is honoratior habebitur, qui prior receptus & cooptatus in ordinem fuerit [b]: etiam ſecundo receptus alias eandem dignitatem geſſerit prior, repetiti enim faſces, virtutes ſæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil eſt altius dignitate [c]. niſi forſan qui ſecundo receptus maiori dignitate alia quàm ad quam recipitur, præfulgeat, quam non amittat receptione ad ſecundam. [d] Habentes dignitatẽ cum adminiſtratione, actu præferũtur habentib. eandem dignitatem ſine adminiſtratione. Qui habuerunt dignitatem & adminiſtrationẽ, ſi priores depoſuerint tantum adminiſtrationem, præferuntur his quib. poſtea dignitas cũ adminiſtratione fuit conceſſa, & eam depoſuerint, deinc ij quibus in præſenti dignitas tãtum ſine adminiſtratione conceditur à principe. quarto loco ſunt in eadẽ dignitate qui honorarij appellãtur: quinto loco ponuntur, quib. illuſtris dignitas eadem ſine adminiſtratione committitur. [e]

Æquantur in Iure ſcripto Imperatorum, dignitates præfecti vrbi, præfecti prætorio, & magiſtri equitum & peditum, & ſi ſimul concurrant, præfertur qui prior obtinuerit præfecturam & codicillos. [f]

Præfectura autem vrbis, anteit omnibus magiſtratibus & dignitatibus quæ in vrbe ſunt.[g] Sacri cubiculi pręfecti, eadem dignitate funguntur quæ eſt in prætoriana & vrbicana, aut magiſteria militari, [h] quod de præpoſitis cubiculi etiam auguſtæ intelligitur, [i] dignitas conceditur quæſtoribus, magiſtris officiorum, comitibus ſacrorum largitionum, & rei priuatæ, quæ autem non dicitur, [k] minores tamen primicerij, poſt depoſitam adminiſtrationem datur aſcenſus ad magiſterium officiorum. [l]

Hi vero qui tranquillitatis conſiſtorij principis dici comites meruerunt, ſpectabilibus vrbis & præconſulibus æquantur.

Qui præponuntur inquirendis epulis, dicti comites & tribuni ſcholarum. Item comites ſtabuli, & curatores palatij, ſi primi ordinis comitiuam cum præpoſitura meruerint, æquiparantur dignitati comitum Ægypti, vel Ponticæ diœceſeos.

Comites rei militaris in tranſmarinis prouinciis, præconſulari dignitate donantur [m] profeſſores artium vel legum, qui per 20. annos in regia vrbe inter ſtatutos ordinis magiſtros docuerunt, à cœtu ampliſſimo approbati, vicaria principis dignitate gaudent. [n] His addi poſſunt aliæ dignitates, gradibus diuerſis honoris diſtinctæ in toto libro 12. cap. per Cæſares, & in pandectis per iuriſconſultos,

a l. 1. vt ordo dignitatũ ſeruetur lib. 12. c. tit. 8 l. fi. in fine, de priuilegiis eorũ qui in ſacro palatio militant.

b l. 1. Et de cõſulibus & non ſpargẽdis &c. l. 1 & 2. de præfectis prætorio, lib. 2. c. tit. 4 l. 1. de præpoſitis ſacri cubiculi. c. l. 2. §. illud præcipuè, de primicerio & ſecundicerio. lib. 12. c. l. fi. de priuilegiis eorum qui in ſacro palatio militent. C.

c d. l. 1. de conſulibus, & non ſpargendis &c. lib. 12. C. ti. 3.

d d. l. 2. de conſulib. C. & l. 4. §. ſed in ſalutationibus. de principibus agentium in rebus lib. C.

e hic eſt ordo dictæ l. 2. vt dignitatum ordo ſeruetur. C.

f l. 1. de præfectis prætorio. li. C.

g l. 3. de offic. præfect. vrbi.

h l. 1. de præpoſitis ſacri cubiculi. lib. 12. c. ti. 5.

i l fi. c. eo. tit.

k l. vnica, de quæſtorib. lib. 12. c. ti. 6.

l l. 2. de primicerio lib. 12. C. tit. 7.

m l. 1. de comitibus conſiſtorialibus. C. n l. vnic. de comitib & tribunis ſcholarum. lib. 12. C. tit. xi. o l. vnic. de comitib. rei militaris, lib. 12. c. tit. 12. p l. vnic. de profeſſorib. qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam, lib. 12. C. ti. 15.

quas non referam, cùm munera eadem non ſunt eiuſdem honoris & dignitatis apud omnes, prout placuit principibus, vel iam moribus populorum receptum eſt. Sic & Ariſtoteles lib. 5. Moralium ad Nicomachum, dum de iure diſtributiuo tractat cap. 3. *Ius quod eſt in diſtributionibus*, inquit, *pro dignitate quadam eſſe oportere omnes fatentur: dignitatē autem non omnes eſſe eandem aſſerunt, ſed populari ſtatu vtentes, libertatē: principatum paucorum ſectantes diuitias, & nonnulli nobilitatē: Qui in optima tum adminiſtratione degunt, virtutē.* Quare & principis & reipublicæ determinatio debet ſuper his adhiberi: ſit enim dignitas, vt aiunt Cæſares, quæ nobis iubentibus ſuſtinetur,[a] quemadmodum etiam & affectiones principum, & vtilitates reipublicæ exegerunt, ſic etiam dignitates & adminiſtrationes fuerunt auctæ vel diminutæ honore, & variæ ratione diuerſorum temporum & vſus, in eadem etiam republica eodem loco, & in eodem populo: tractauimus accuratius ex libro notitia vtriuſque imperij ſpeculatore, Cyno, & aliis probis interpretibus,[b] qui illuſtres ſuper illuſtres, ſpectabiles, maiores, minoréſve & medij Iudices, & magiſtratus dicti fuerunt, ratione poteſtatis aut dignitatis: quare nunc non immorabor, cùm nec opus ſit principem inſtituentem vel reformantem ſuam rempublicam, vel populum ſuum, adminiſtrationem ſequi antiquorum Romanorum, vel aliarum rerum publicarum ordinationes, ſi parum conuenire temporibus viderit: ſed neceſſarium tamen eſt, vt quendam certúmque & inuiolabilem conſtituāt in magiſtratibus & poteſtatibus honoris & gradus ordinē, qui ſunt in conuentibus publicis ſiue in ſedibus, ſiue in albo ſcribendo, ſiue in dicendo ſententiam concurrant, pacificè poſſunt vnà conuerſari: & mutuò ſibi honorem debitum deferre, & locum, & à ſubditis accipere.

9 Diſputatum eſt aliquando, an ſatius ſit præficere ſubditis, & ad magiſtratus promouere regnicolas vel incolas loci in quo ſtatuuntur, an verò alienigenas ſeu extraneos. Atque Cæſares reſcripſerunt nulli patriæ aut ciuitatis ſuæ adminiſtrationem ſine ſpeciali iuſſu principis eſſe permittendam.[d] neque ſine principis aſſenſu, licere Iudicibus aut adminiſtrantibus in ſua prouincia vel ciuitate, aſſidere, vt reſpondit Vlpianus.[e]

Edixit idipſum in Gallia Philippus Pulcher, anno 1302. & Carolus 5. cognomine ſapiens, anno 1366.

Hoc factum olim, metu ne propter cognationes, vel conciuium amicitias domeſticas, iudicia in eorum fauorem & gratiam corrumperētur. Sicut ea ratione vetitum erat adminiſtrantibus prouincias, ne quid in his quas adminiſtrarent emerent aut conducerent[f], ne dona caperent[g], non ędificarent[g] vxorem ducerent, aut filias ſuas prouincialibus coniungerent[h]. Hæc etiam ſuſpicione corruptionis & inuadendæ reipublicæ quibuſdam in locis, non admittebantur ad rempublicam gubernandam pater & filius, aut duo fratres[i]. vt & in Gallia aliquando prohibitum eſt in vna curia eaſdem perſonas admitti ad officia.

a *In l. nemo præfectus, 5. de dignitatib. lib. 12. C. ti. 1.*
b *Lib. 47. Syntagmatis Iuris, c. 12.*
c *Iuxta l. potioris l. 5. & l. 2. de offi. rectoris C. l. 2. de officio diuerſorū indic. C.*
d *l. f. c. de offic. rector. prouinc. l. f. c. de crimine ſacrileg. Iulius Paulus, lib. 5. ſententiarum tit. 12. §. 5.*
e *l. ſi cui in prouincia, 38. ex quibus cauſis maior, in integrū reſtituant. lib. 4. P. tit. 6.*
f *l. non licet 46 de contra. emptio. P. l. quod contra, 8 ad legem Iul. repetundā. P. l. aufertur 46. quod à præſide, de iure fiſci.*
g *l. ſolet 6. §. non verò de officio. proconſul.*
h *l. vnica de cōtractib. Iudic. C. d. l. aufertur §. quod à præſide.*
i *l. ſiquis officiū 38. l. qui in prouincia 57. de ritu nuptia. P. l. vnica, ſi rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes l. 6.*
k *de nuptijs cū ſimil.*
l *Ariſtotel. 5. politic. c. 6.*

Fuit



Fuit interdū & in eiſdē locis, & eodem principatu, diuerſa ſeruata ſentētia, imò in loco originis potius gerēdos honores, reſponſum eſt ante Imperatorum Romanorum leges, vt reſpondit Papinianus[a]. Innuit & Modeſtinus in l. qui officij cauſa, 62. de cōtrah. emptio. lib. 18. P. ti. 1. geſſiſſe officia in ſua prouincia prouinciales, dum ait, *Qui officij cauſa in prouincia agit vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non poteſt, præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahātur, paterna ita in prouincia eſſe.* Liquet gerētis ſtatuit Iuſtinianus etiam vt nulli incolarum liceat defenſores ciuitatis reſpicere cuiuſcunque ſit dignitatis[b], dicuntur & municipes qui & honorum & onerum ſunt participes[c]. Poſſunt eſſe & in natali ſolo iudices incorrupti, perinde ac in extraneo, & quamuis occaſiones ſint deligendi gratia vel fauore proximorum vel amicorum: ſunt etiam leges quæ animaduertere in eos iubent, & eos contineant in officio: vt certè non mirum ſi in his aliquando variarint mores, cùm gerere vel non gerere in ſolo proprio magiſtratum videatur eſſe ex adiaphoris. Et proinde non tam patria, in præficiendo, quantum probitas, ſufficientia, & doctrina inquiri debebunt. Si tamen ſint quædam rationes aliæ ſuperuenientes extrinſecus, quæ aliter fieri ſuadeant, certè non ſunt contemnendæ, vt ſi dubitetur & ſuſpicio ſit de rebellione quam poſſit in patria ſua vel in aliena facilius quis exequi. Si factiones ſint in regno vel ciuitate, vt aliquando Florentiæ & alibi nigrorum & alborum, Guelphorum & Gibellinorum, quæ contendant de gubernatione. Tunc enim ſatius eſt alienigenam pręficere qui neutram partem colat, quàm vnum ex factioſis, qui poſſit aduerſarijs nocere, præficere.

10 Extat cōſtitutio Caroli 7. anni 1431. diei 10. Martij, qua inhibetur omnibus alienigenis habere officia aut beneficia eccleſiaſtica in regno Galliæ, aut dignitates eccleſiaſticas, vt Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, prioratus ſine permiſſione regis qui adoptauit eos in regnicolas.

Et Innocentius 3. in c. bonæ, 4. §. intelleximus, de poſtulatio. pręla. *Non poteramus*, inquit, *ſalua cōſcientia, in alia perſona quæ de regno Vngariæ originem duceret congruè prouidere: nec vellemus ei præferre alienum*[d].

Et Archadius & Honorius in l. in eccleſiis, xi. de epiſcop. & cleri. C. ſtatuerunt *In eccleſiis, quæ in poſſeſſionibus ſunt diuerſorum, vel vicis diuerſis conſtitutæ ne clerici ex alia poſſeſſione aut vico quàm ex eo vbi eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur.*

Rationes plures adferri poſſunt, tum quòd extranei non poſſint conuenire cum moribus eorum quibus præponerentur: nec facilè ſæpe idioma intelligere ſubditorum, aut ab illis intelligi, & quod æquum non ſit, vt extranei qui nihil contribuerunt fundationibus & erectionibus beneficiorum, pręponantur incolis & regnicolis[e]. Subinde quod verendum eſt, ne alienigenæ reditus transferant extra regnum, ſæpe ad ſubſidium eorum qui regno bella moliuntur.

Sunt & extranei ſuſpecti in republica, ne proditione aliqua patriæ quę eos excepit, inſidientur: nec etiam omnino fidit populus extraneis.

Rebellarunt Neapolitani & Sicilienſes aduerſus Guillelmū regem

a *in l. libertus, 17. §. præſcriptio ad municipales. P.*
b *in c. 1. §. illud interim de defenſoribus ciuita. nouella 15.*
c *l. 1. & toto titul. ad municipa. P.*
d *facit ca. nullus inuitis, 61. diſtinct. c. quoniam in plerisque, de offic. ordina. regula 19. cancellariæ apoſtolicæ. vbi Sixtus, conceſſit Regi Hiſpaniæ proprio motu, ne alienigena in ſuo regno poſſet tenere beneficiū eccleſiaſticum ſine eius permiſſione, quod & in Gallia receptum & in Anglia. facit & gloſſa, in proœmio pragmaticæ ſāctionis, ad verbum exterorum.*
e *facit l. 1. & ſ. de metallis & metallarijs lib. 11. C.*

Siciliæ, quod magiſtratus præcipuos detuliſſet Gallis, maximè cancellariatus, atque ideo anno 1168. coniuratione communi necarunt omnes Gallos qui in regno erant cum dicto cancellario.

11 Eſt aliud malum in republica, quod cautione indiget & reformatione: dum poteſtates, communitates, ciuitates, municipia, conſtituunt iudices illiteratos, qui per ſe ſolos iudicent & cognoſcant. quod malum ſcripſit in dominos iuriſdictionales, qui omnino amuſi, ſic ſubditos regunt aut illis veriùs abutuntur ex arbitrio, vt poteſtati ſuæ derogatum putent, ſi peritos in conſilium adhibeant. ſicque confundunt ius & iniquum, & diuina humanis miſcent, minimè recogitantes, quòd ſi malè rexerint gregem ſeu ſubditos ſibi commiſſos, reddituri ſint coram Deo aliquando rationem pro animabus illorũ, & de iniuria & iniuſtitia quibus opprimũt ſubditos nimia & inexcuſabili præſumptione, quum lata culpa ſit, immiſcere ſe rei quam non norint.

Sunt certa quidem negotia, quæ literarum imperitis, tamen in quæſtionibus occurrentibus exercitatis, committi debent, & ab illis iudicari poſſunt, quemadmodum à Iuſtiniano[a] conceſſa eſt etiam militaribus hominibus, iudicandi facultas. Quid enim obſtaculi eſt, homines qui alicuius rei peritiam habent, de ea re iudicare? Cùm ſciamus & militares magiſtratus, & omnes tales homines per vſum quotidianum iam eſſe approbatos, vt & audiant lites, & eas dirimant, & pro ſui & legis ſcientia huiuſmodi altercationibus legẽ imponant.

*a in l. certi iuris, 17. de iudiciis, li. 3. C. ti. 1.*

Neque etiam prohibitum eſt habere iudices imperitos iuris, vt puta decuriones, nobiles, dominos iuriſdictionales, poteſtates[b], ſicut & in Gallia quoque mulieres iudicare poſſunt, ratione feudi. Sed non rectè iudicabunt, niſi peritos quoque pro aſſeſſoribus habeant[c].

Ideo in Gallia rectè proſpectum eſt reipublicæ per regiam poteſtatem, vt domini iuriſdictionales iudices habeant peritos, ſaltem licentiatos aut bacchalaureos in iure ciuili vel pontificio. Imminet enim reipublicæ ex ignorantia poteſtatem habentium iudicandi, maximum periculum, & pariter illis ipſis qui eam temerè exercent, niſi in conſilium peritos adhibeant, non aliter quàm gladius cui poteſtas comparatur, in perniciem eius qui vti eo neſcit commodè, & in perniciem aliorum conuertitur, conſulent etiam ſubditis principes, & expenſis litium eorum, ſi tales præponant qui etiam per ſe nouerint iura reddere. Et illud ipſum conſiderandum fuiſſe in reformatione reipub. per Iuſtinianum docet eius nouella conſtitutio. 82, de iudicibus in principio, *Nos igitur*, inquit, *ab initio videntes omnino confuſum iudicum Schema, exiſtimauimus hac lege oportere determinare quæ decentem ordinem imponant cauſæ. non enim exiſtimauimus oportere habere iudicum quorundam nomina, maximè legum inconditorum, deinde neque cauſarum habentium experimentum. Noſtris enim adminiſtratoribus adſunt modis omnibus aſſeſſores: & ea quæ legum ſunt explicantes, & occupationes adimplentes eorum: quoniam multi detenti curis quos apud nos habent, meritò iudiciorum complent partes per ſuorum præſentiam aſſeſſorum. Illi autem neque cingulum habentes, neque nobis miniſtrantes niſi potuerint per ſe noſſe quod iuſtum eſt, ſed aliunde emendicare iudicandũ*

*b vt notant doctores ad l. certi præcipuè Iaſon, & per gloſſam in l. final. & per doctores ibidem, de ſententiis ex periculo recitan. C. Bartho. ad principium nouellæ de iudicib.*

*c vt in l. 1. c. de aſſeſſorib. lib. 1. C. tit. 51. & toto titulo & in P.*

*honeſta-*



*honeſtatem: quomodo non maximum vitium erit reipublicæ, non eis qui ex ſe quod agẽdum ſit ſciant, lites tradere, ſed ſine re eos quærere alios, à quibus liceat diſcere, quæ ipſos in iudicando eloqui decet?*

12 In reddenda iuſtitia, abuſus verſatur, emendandus quia quotidianus, dum dilationibus & actis inutilibus prolongatur definitio litis, vt ſæpius fuerit ſatius re caruiſſe, quàm victoriam de iudicio reportaſſe. plus enim impenſum inuenitur in lite perſequenda, quàm principale negotium ſit. Procedit autem hoc malum vel à copia & contrarietate legum: vel ab auaritia iudicum, qui multiplicatis ſeſſionibus ſibi augent ſportulas: vel malitia fugientium reorum & rabularum famelicorum. Proſpici porro poterit huic morbo reipublicæ, ſi leges reſcindãtur ſuperfluæ electis illis quæ ex vſu eſſe voluerit princeps aut reſpublica, nullitus enim confundit iudicum ingenia, & maximè obſcuritas illarum, ad quam explanandam intruduntur doctorum ſcribentium variæ opiniones, & cumulantur non ponderantur ſententiæ. Auaritiæ verò & cupiditati iudicum, multis, & taxatione ſtilo impoſita, obuiam iri poteſt, pœnîſque legitimis à iure impoſitis. Aduerſum autem fugiẽtium moras illicitas, expenſarum inſumptarum damnationes, ſine vlla exceptione perſonarum, à ſimilibus vexationibus & hos temerarios litigantes, & ſimiles deterrere poterunt[a]. In quo emendãdus eſt fori ſtylus ſicubi contrarius ſit, non fieri condemnationem ad expenſas, vnde diuites, pauperes litibus vexant impunè, & qui iuſtam cauſam fouit in damno eſt, etſi rem petitam conſequatur.

*a iuxta l. properandum 13. §. ſine autem alterutra parte de iudic. C. lib. 3. tit. 1. l. 4. de fructib. & lit. expenſ. C. & l. 72. §. 2. de lege 2, P.*

13 Patiuntur & malũ democratiæ à magiſtratibus & conſultoribus, quod paulatim populi imminuit robur, & parat viam ad Ariſtocratiam quando magiſtratus nimium indulgent popularibus, violãt leges dummodo ſuam rem agant, ſicque ſæpe ex mendicis fiunt diuites, ex obſcuris clari, nonnulli priuatas ædes publicis ſubſtructionibus ſplendidiores compararunt: & quando reſpublica plus detrimenti cœpit, tanto res ipſorum factæ ſunt ampliores. Et primum, quidem populus cùm ipſe militare auderet, dominus erat magiſtratuum, & bona omnia in ſua poteſtate habebat: & bene ſecum agi putabant cæteri omnes, ſi à populo & magiſtratus, & honorem, & beneficium aliquod conſequerẽtur. Nunc contrà, bona omnia in poteſtate ſunt magiſtratuum, & per hos geruntur omnia: populus iacet eneruatus & ſpoliatus pecunia, & ſic in vrbem eum tanquam carcerem includunt, & ad multa alliciunt & cicurant, vt ad nutum paratos habeant, quod latius percurrit Demoſthenes in 3. Olynthiaca.

Remedium huic licentiæ magiſtratuum obiici poterit in Democratia, & pariter in optimè alia quacunque inſtituta republica, quod refert idem Demoſthenes oratione 2. contra Ariſtogitonem ſtatim in principio. Sunt, inquit, à vobis repellendi (ô Athenienſes) & coercendi cùm omnes legum violatores, tum verò in primis ij qui magiſtratu funguntur & in repub. verſantur. per hos enim & maxima reſpublica clades accipit, ſi mali ſint: & viciſſim iuuatur plurimum, ſi boni viri ſunt: & legum ſtudioſi. Quod ſi rempublicam capeſcentibus ſemel permiſeritis violare leges, & recepta

iura deſpicere: neceſſe erit vniuerſos qui in ciuitate degunt, improbitatis eorum pœnas ſuſtinere. Vt enim delictorum quæ in nauibus committūtur inter nauigandum, ſiquis nautarum deliquerit, paruum eſt damnum: ſin gubernator deceptus fuerit, aut aberrauerit, communi calamitate vectores omnes inuoluit: ſic plebeiorum peccata, non in populi, ſed in ipſorum damnum cedunt: ſed magiſtratuum & rempublicam gubernantium peccata, ad nos vniuerſos pertinent. Quapropter Solon plebeiis tarda, magiſtratibus & gubernatoribus[a] velocia ſupplicia conſtituit: quòd exiſtimabat de illis quouis tempore ſumi poſſe pœnas: hos moram vltionis non admittere. Oppreſſa enim libertate, qui pœnas repetat fore neminem. Quondam ita corruptum ſtatum reipublicæ & magiſtratuum palam in democratia reprehendere licuit, vt ex Olynthiaca 3. & aliis orationibus eiuſdem Demoſthenis liquet: Nunc vel muſſitare quicquam crimen maieſtatis habetur: quàm bene viderint qui habent tales reſpublicas, & cauebunt ne inde inſurgat Ariſtocratia. In monarchia certè non debet pati princeps quidem maledici magiſtratibus, at delationes & accuſationes quæ paratas habent vel habere poſſunt improbitatis & concuſſionum & oppreſſionum eorum probationes non modò non audire, ſed diligenter inquirere & punire debet, ne prætextu authoritatis eius populus, qui & tanquam filius curæ eſſe debet, indignè conculcetur: eáque etiam de re legibus Romanis & principum aliorum ſanctiſſimè conſtitutum eſt, & ex illis ſæpe animaduerſum ab illis qui florentem rempublicam habuiſſe referuntur.

a τοῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς δημαγωγοῖς

*De mercatoribus & negotiatoribus in republica conſeruandis.*

## CAPVT VII.

QVIA verò ſocietas duobus videtur conſtare, commercio & imperio: neceſſaria ideo eſſe reip. commercia, vtiles & neceſſarios eſſe reipublicæ mercatores, negotiatores, inſtitores, & propolas, nemo poteſt negare[b]: nempe quòd per illos quæ nobis & noſtræ reipublicæ ſuperflua ſunt, exportent; & aliunde quæ nobis neceſſaria ſunt, quæve apud nos non inueniuntur, importent: éſtque quæſtuaria opera cum vtilitate reipublicæ, induſtria & labore conſtans, non ſine periculo & diſcrimine vitæ & facultatum negotiantium. Sed inſita eſt huic periculo imminenti, habendi & quærendi cupiditas, cuius dulcedine mens delinita, non tam ad pericula quàm ad lucrum reſpicit. vt enim aliis honor, & laudis honeſta ambitio, animos addit ad ſubeundos pro republica honores; ſic iſtis mercatoribus, lucrandi ſpes obliuiſci facit, latrones aliáq; viarum & tempeſtatum mariſque pericula.

*Et luctantem Icariis fluctibus Africum*
*Mercator metuens, otium & oppidi*
*Laudat rura ſui: mox reficit rates*
*Quaſſas, indocilis pauperiem pati*[c].

b *Plato etiam docet 2. de repub. & Calliſtratus Iuriſconſultus, l. 2. de nundinis, lib. 50. P. titul. 11.*

c *Horatius lib. 1. odarum ode 1.*

Et alibi



Et alibi, *Per mare, per terras currit mercator ad Indos*
*Pauperiem fugiens.*

2 Honeſtum lucrum dicitur etiam à iure pontificio[a], quod ex induſtria & negotiatione oritur, dummodo abſit vſura, fraus, dolus, peieratio, quæ tamen ſolent inficere, & periculoſam artem mercaturæ quod pertinet ad ſalutem animæ reddere[b].

Mercatura, inter artificia connumeratur quæ bene & malè exerceri poſſunt, ſecundum diuum Auguſtinum[c]. Et omnis iuſtus labor meretur ſuum premium[d]. Commercia ſunt iuris gentium[e]. Et cùm ſit honeſtus queſtus & turpis, qualitas lucri, negotiantem aut excuſat, aut arguit: & quamuis dificile ſit inter ementis & vendentis commercium, non interuenire peccatum; non eſt tamen impoſſibile[f], ſiquis retineat dictum apoſtoli[g], ne quis in negotio circumueniat fratrem. Sic & puto intelligendum quæ dixit Eccleſiaſticus[h], *Duæ*, inquit, *ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt: difficile exuitur negotians à negligentia, ſiue à deceptione: & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorū.* Verùm quod negotiator auidus pro damno blaſphemat, pro pretiis rerum mentitur; & peierat: hæc ſunt vitia hominis, non artis quæ ſine his vitiis exerceri poteſt. Lucrari inde velle honeſtè & viuere, dummodo abſit auiditas quæ & corrumpit aliunde coactas etiam opes, hoc non eſt reprobatum: & nihil prohibet, lucrum ordinari ad aliquem finem neceſſarium vel etiam honeſtum, & ſic negotiatio licita reddetur, vt ait D. Thomas[i], ſicut cum aliquis lucrum moderatum, quod negotiando quærit, ordinat ad domus ſuæ ſuſtētationem, vel ad ſubueniendum indigentibus, vel ſi negotiationi intendit propter publicam vtilitatem, ne res ad vitam patriæ deſint neceſſariæ, & lucrum expetit non quaſi finem, ſed quaſi ſtipendium laboris.

Falluntur qui fœlicitatem metiuntur ciuitatis, reipublicæque optimæ ſtatum optimum, ex ſola virtute, & dicunt in ciuitate quæ optimè gubernetur, & quę iuſtos habeat ciues ſimpliciter, ac non ad ſuppoſitionem, neque mercatores neque artifices ciues eſſe oportere: & vilem exiſtiment eſſe huiuſmodi vitam & virtuti aduerſam, neque agricolas eſſe oportere eos qui futuri ſint ciues, quod opus ſit virtute & otio ad virtutem comparandam, & ad rempublicam gerendam. Nam certè hæc conſideratio videtur eſſe in quadam abſtracta idea, vbi oporteret ciues & rempublicam non egere vita corporali, aut actione aliqua. Sed iſta ſomnia & chimeræ in republica humana potius mihi videntur, quàm ſint imperanti exequenda. non enim poteſt totum conſiſtere niſi curatis partibus; neque dubium eſt, partes etſi viles & infimas corporis, pedes dico & alias ſimiles, neceſſarias eſſe corpori, ſine quibus, & ſi illæ aliter ſe habeant quàm natura deſideret, monſtroſum eſſet totum aut mancum. Mercatores negotiatores ſunt in reipublicæ corpore, veluti miniſtri baiuli, pedes, qui transferunt reliquis neceſſaria, ideo & in republica ciues eſſe debere videtur rectè concludi; & vt maxime vtiles eſſe, ſi probè ſuo munere fungantur, ac fideliter artem ſuam exerceant. Nec Ariſtoteles, qui in hac fœlici republica conſtituenda, in abſtracto dicebat eam

a *c. per veſtras, 7. de donatio. inter vir. & vxor. li. 4. ti. 20. & à Cicer. in paradox.*

b *ca. qualitas, de pœnitē. diſt. 5. ca. eiici. cam eiiciens, 88. d.*

c *lib. 4. quæſtionum veteris teſtam. ca. fornicari, 88. diſt.*

d *§. ne autem, de iudicibus in nouel.*

e *l. ex hoc iure, de iuſti. & iur. P.*

f *dicto ca. qualitas.*

g *1. ad Theſſal. 4.*

h *eccleſiaſti. c. 26. verſ. 27.*

i *D. Tomas 2. 2. q. 77. §. ad quartum. De Buſtis in 2. parte Roſarii, ſermo. 32. per totam partem 2. enumerat 16. caſus in quibus mercatura & negotiatio eſt illicita. nos de quibuſdam viris claris qui negotiati ſunt ſine reprehēſione agimus, lib. 47. ſyntag. ca. 10. nu. 6. & ſequent.*

conſiderandam, prout iuſtos habet ciues ſimpliciter, & non oportere ad ſuppoſitionem eſſe artifices aut mercatores: potuit negare, quin & illi eſſent neceſſarij, vt & ſunt neceſſarij agricolæ, qui victum conferent, artifices, pugnatores, locupletes, & ſacerdotes, & iudices. Neceſſarium & illis qui in communione viuunt, habere pecuniarum habendarum facultatem, quò illas habere poſſint, & ad proprias indigentias & ad bellum.

a *Ariſtotel. lib. 7. politi. c. 8. & 9.*

3 Fuit Romæ vt narrat Liuius, collegium mercatorũ inſtitutum, ſicut in prouinciis conuentus negotiatorum.

Sunt mercatores Venetiis, Florentiæ, Anconæ, & alibi in Italia in primis gradibus, & inter præcipuos reipublicæ, quorum velle diminuere authoritatem, nihil aliud eſſet quàm turbare rempublicam.

Alibi non ita honorati, & vbi plus virtus quàm diuitiæ poſſunt. Attamen aliquando & iure etiamnum fauore digni, & ſub fide publica etiam tempore bellorum, vt tuto eo tempore etiam iure dicantur inter hoſtes inuiolabiles [b], quanquam hodie forſan dum diſciplina militaris exulat, ſint primi & potiores quibus inſidientur milites, nõ quod eorum arti inuideant, ſed quod pecuniis quas ſecum illos deferre perſuaſum habent, intenti ſunt.

b *c. 2. de treuga & pace lib. 1. tit. 34.*

4 Honor habitus olim mercaturæ quoque, quod ea ad barbarorum neceſſitudines, regúmque amicitias comparãdas, plurimum valere putabantur, vt ait Plutarchus, ex eadem quoque homines multarum & maximarum rerum vſum experientiámque percipere, ex quibus nonnullos conditores maximarum vrbium extitiſſe, vt Maſſalias primus, qui à Celtis iuxta Eridanum maximè obſeruatur Thaletem quoque, & Mathematicum Hippocratem, exercuiſſe mercaturam ferunt. Platoni etiam olei in ægypto exportationem, peregrinationis viaticum ſuppeditaſſe. Quantæ ſit authoritatis mercatura apud Venetos & Genuenſes, colligere licet ex Platinæ relatione, dum in vita Gregorij II. ſcribit, Mercatorum Genuenſium prætorem & Venetorum quoque prætorem dicunt vtrique *bailum* dum adeſſent coronationi Perrij regis Cypri, qui Petro patri ſuffectus coronatus eſt famæ auguſtæ, & dum pompam duceret, tantam inter eos prætores contentionem ortam quis ad dexteram regis eſſet, vt tumultu ſubitò exorto, Genuẽſes fuerunt pulſi & partim interempti, rege magis in Venetos quàm Genuenſes inclinante, vnde poſtea ortũ bellum.

5 Fuerunt & imperatoribus domeſtici quidam negotiatores ſeu mercatores [c]. Erant & regibus Iſrael, mercatores proprij velut officiarij, vt liquet ex libro 2. paralipomenon c. 1. verſ. 16. ibi *adducebantur Solamoni equi de Ægypto, de Coa, à negotiatoribus regis qui ibant & emebant, &c.*

c *l. 1. de cõmer. & mercator. li. 4. C. ti. 63.*

Verùm principes hi mercatorum opera vſi ſunt non vt compendium ex lucro eorum ſibi facerent, ſed vt neceſſaria per eorum induſtriam facilius conſequerentur. Alioquin principibus hoc ſordidum viſum eſt, ex mercaturis & negotiationibus augere facultates, & priuatorum impedire lucra: ſicut referunt magnificè ſenſiſſe Theophilum imperatorem Conſtãtinopolitanum, Zonaras & Cedrenus. Cùm enim aliquando ad Conſtantinopolitanæ regiæ portũ, nauis oneraria

pondere



pondere ſarcinarum grauis, eóque vſque ad poſtremum vinculum diuerſa, appuliſſet. Imperator Theophilus ſupernè proſpectans, nauémque admiratus, per pediſſequum cuius eo eſſet percontatus, vt Auguſtæ ſuæ vxoris eſſe cognouit, recens à mercatura reductã, quam ab imperatrice miſſi in Syriæ partibus, feciſſent: ſiquid alij ſarcinarum in naui haberent, id ſtatim eos efferre iuſſit, & nihil quod ad Auguſtam pertineret attingere. Quo facto, pulſis inde nautis, Græco igni iniecto, nauim cum ipſis ſarcinis cremauit, imperatricem maledictis inſectatus: Mercaturam inquiens priuatis hominibus eſſe attributam, vt ea tolerandæ vitæ occaſionem habeant: nec mercaturæ emolumẽta à principibus intercipienda eſſe, vnde tenuioris fortunę homines victum comparant.

6 Non negamus, mercatorum ingenia maximè vt plerumque lucro ita addicta, vt ſæpe plus proprium commodum quàm vtilitatem publicam ſectentur & diligant, & facilè à iuſto vbi ſpes refulſerit numi, declinent. Sed non ideo reiiciendi ſunt à republica vel à numero ciuium: quanquam propter ſordidam illam cupiditatem, veriùs ſit non eſſe admittendos, niſi de probitate alioquin conſtet eorum, aut depoſuerint ſtudium negotiandi, ad rempublicam gerendam aut adminiſtrandam. Siquidem probetur lex Thebanorum, iubens vt nemo habilis eſſet ad gerẽdos honores reipub. ſuſcipiendos, niſi decem annis à mercatura deſtitiſſet [a], vt apud Romanos cautum, negotiatione ne militarent, niſi negotiationem relinquant [b]: quemadmodum contra, militibus negotiari interdictum eſt, niſi velint militia priuari, vt & de nobilioribus ſtatutum [c].

a *Ariſtot. 3. politicor. c. 3.*
b *l. vni. negotiatores ne militent. lib. 12. C. ti. 35.*

7 Inter plebeios enim ars hæc exercenda eſt. Quare Honorius & Theodoſ. Cæſares, *Nobiliores natalibus*, inquiunt, *& honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores, pernitioſum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & negotiatores faciliùs ſit emendi vendendique commercium* [d].

c *dicta l. vnic. negotiator ne militet, l. nobiliores, 3. de commer. & mercatori. lib. 4. C. tit. 63.*
d *d. l. nobiliores, l. milites qui à republica, de re mil. li. 12. C. l. milites c. locati.*

Videtur Plato quoque ſignificare mercaturam corrumpere ingenuos animos ciuiũ, dum ſcribit [e] longè à portu maris ciuitates ædificandas, ne commerciis ciues nimium ſe dedant. Nam cùm mercibus & pecuniis cauponando, ciuitas repletur, fiunt doloſi animi, ciues inſtabiles & infidi in moribus. Sed Ariſtoteles [f] reſpondet non ideo commoditatem & communionẽ maris eſſe reſpuendam, cum bona quæ inde perueniant contemnenda non ſint: lege autem caueri poſſit, quæ ſint reiicienda, quíve admitti debeant.

e *4. de legib. in principio.*
f *Ariſtotel. 7. politicor. c. 6.*

Fatendũ certè vix inueniri oratorẽ imperatorẽ aut mercatorẽ, ſine acquirẽdi cupiditate: tales enim meliores dicuntur, quò ſibi plus acquirere poſſunt. vnde callidi appellari ſolẽt, cùm calliditas in acquirẽdo maximè ſita ſit [g]. Et maior debet eſſe cura gubernantiũ rẽpublicã, vt res venales iuſto pretio veneãt: ne ꝑmittatur ex arbitrio illis abuſus circa commercia, fraudes, conſilia, mercium corruptiones, & id genus ſimilia, quæ repurgari debent iam inducta.

g *Ariſtotel. problematum ſectio 18. q. 4.*

8 Fiũt abuſus à mercatorib. qui emẽdãdi ſunt, & quib. etiã iura ſatis Romana ꝓſpexerunt, & ciuilia cuiuſq; nationis, & ferè cuiuſq; regni & ciuitatis. vt tãtùm opus ſit diligẽtia magiſtratuũ in his cõſeruãdis & exequẽdis. Omnia autẽ reip. moderator metietur ex vtilitate, &

neceſſitate, & honeſtate populi ſibi commiſſi: ex triplici capite, rerum, perſonarum, & actionum.

Circa res animaduertet, de quibus negotiatio permiſſa poſſit eſſe, ſine læſione aut animæ aut corporis, in illis admittet: in reliquis damnabit, & prohibebit. Sicque nundinationes rerum, quæ in commercio hominum & Deo & religioni eius dicatæ ſunt, vt rerum ſpiritualium ſeu ſacramentorum, & illarum [a] in quibus ſimonia verſatur, auerſabitur. & rerum ſacrarum, religioſarum [b], rerum quæ natura vel ius gentium, aut mores ciuitatis exemerunt à commercio [c], negotiationem in perſonis liberis [d], lenocinia [e].

Cauere etiam debet, ne ex noſtris rebus aliquæ ad barbaros ſeu hoſtes noſtræ reipublicæ tranſportentur à mercatoribus, quibus illi iuuari poſſint contra nos: vt vinum, oleum, aut alia liquamina vel arida, vt loricæ, arcus, ſagittæ, enſes, gladij, ferrum factum vel infectum, vel alia arma quibus fortiores reddantur [f]. equum itẽ militarem, extra prouinciam ſuam duci non permittet [g], qualis eſt prohibitio in regno Siciliæ & Hiſpaniæ.

Prouidendum interdum reipublicæ, ne quæ ad victum quotidianum neceſſaria ſunt, à mercatoribus emptionibus anticipentur, ne cariora efficiantur. impedienda & eiectio tritici, vini, aliarúmque rerum ad victum vel vſum neceſſariũ populi pertinentium, in alienã prouinciam ne penuria populus laboret, maximè imminente tempore caritatis. Salubre & ſtatutum alicubi, ne poſt certum tempus, aliunde certæ merces importentur quibus illarum quæ in rep. noſtra ſunt, vilis poſſet eſſe vſus, & reddi poſsẽt in eas impẽſæ factæ inanes.

9 Prohibuerunt Pontifices ſummi [h] cùm aluminum minæ inuentæ fuiſſent in Italia, in quas expenſæ multæ factæ eſſent, de partibus infidelium, ad partes Chriſtianorum deferri, vendi, & mercari alumina. fuítque collegium inſtitutum militum S. Petri, qui curam aluminum haberent, dotatum, confirmatum & ampliatum per Clementem 7. Paulum 3. Pium 4. [i] Renouata & alia conſtitutio exportandi alumina ad infideles ab eodem Paulo 3. & excommunicati iterum, aggrauati & reaggrauati, adducentes tranſportantes & vendentes prædicta alumina, interdictis locis, quandiu tales ibidem eſſent, ipſis factis inteſtabilibus, infamibus, aliíſque pœnis damnatis.

10 Quod pertinet ad vitãda damna, quæ ex perſonis negotiantiũ contingere ſolẽt. Illud quidem moderator obſeruabit, vt nemo quidẽ à licita negotiatione prohibeatur, & ab illicita iubeat abſtinere [k].

Verùm videat qualis mercator in nundinas veniat, ne ſit explorator potius arcanarum regni aut reipublicæ [l], quàm verus mercator: ſolent enim ſub hac ſpecie mercaturæ multa tentari, quæ præpoſitus loci nundinarum diligentia ſua detegere poteſt, inquiſitione & obſeruatione diligenti eorum qui adueniunt.

Honeſtũ non erit aut conueniens religioni catholicæ, videre clericos maximè in ſacris ordinibus cõſtitutos, lucris negotiationũ intentos eſſe, quibus & ſacri canones interdixerũt [m]. & proinde ſecularis reipublicæ rector, aut princeps, ſi in hac parte viderit negligentes

a *iuxta titulos de ſimonia.*
b *l. inter ſtipulantem, §. ſacram rem, de verb. oblig. §. nullius, de rerũ diuiſ. l. 1.* C. *de ſepulchr. viola.*
c *l. ſi in emptione, §. omnium. de contra. emp.*
d *tit. ad legem Fabiã de plagiariis C. c. 1. de fur.*
e *tit. de lenoni. in Nouell.*
f *l. 1. quæ res exporta. neq. C. l. eodem ferro, de publica. l. vni. de locorum & itinerũ cuſtodia li. 11. C. tit. 45.*
g *l. 2. quæ res exporta. neq. c. ad liberandam terram ſanctã, 17. de Iudæis, lib. 5 tit 6.*
h *l. officium, §. paternus, de re militar.* P.
i *à Iulio 2. Leone* 10. *conſtitu. 36. in Bullario Laertij Cherubini.*
k *Clemens 7. cõſtitutione 16. incipien.* miniſterio. *Paulus 3. cõſti. 3. incipiente* prouidẽtiæ, *Pius 4. conſtitu. 46. incip.* circumſpecta *in dicto Bullario Cherubini.*
l *Paul. 3. in conſtitu. 48. incip.* & ſi ea quæ. *in dicto Bullario.*
m *l. illicitas, 6. §. neque licita. de offic. præſid. lib. 1.* P. *tit.* 18. n *l. mercatores, 4. de commer. & merca. lib. 4.* C. *tit. 63.* o *cap. negotiatorem, ca. fornicari, 88. diſti. ca. 2. canonum* 14 *q. 4. c. placuit, c. Cyprianus, ca. hi qui* 21. *q. 3.*



eſſe in emẽdando prelatos: illos admonebit, vt ſuo munere fungãtur. cũ clerici aut monachi ſe negotiis ſecularib. immiſcere nõ debeãt [a]. Quẽadmodum nec conuenit nobilioribus negotiatio, vt antea dixit.

11 Circa actiones mercatorum, diligẽter curandum, ne vſuras illas atroces quas ſub prætextu permutationum vel cambiorum extorquent, committant: & ſi fieri poteſt ab omnibus aliis abſtinerent: ſic enim & priuatorum commodis, & reipublicæ, & ſuæ ſaluti ſpirituali, conſulerent. Repetendæ conſtitutiones contra vſurarios contractus, contrahentes & tabelliones.

Cauendum [b] ne prætextu collegij, aut artificij, negotiatores monopolia committant, quo nihil deterius in commerciis accidere poſſet.

Pertinebit quoque ad politicam adminiſtrationem præpoſitorum eccleſiaſticorum & ſecularium, prohibere mercatus aut nundinas diebus feſtiuis [c], orationibus & verbo Dei audiendo conſecratis: néve in loco ſacro in eccleſia, aut atrio, & cœmeteriis exerceatur. [d]

12 Sed & non minori cura ſunt conſeruanda priuilegia mercatorum, quàm fuerint inſtituta, potiſſimùm tempore nundinarum, vt poſſint ſecurè & illis & mercibus tutus eſſe acceſſus, commoratio, & receſſus [e]. non enim debent decipi ſub fide publica, potiſſimùm cùm commercia ſint de iure gentium [f]. Et mercatores temporibus priuilegiatis, ſunt ſub ſpeciali protectione & fide principum vel rerum publicarum quæ indulgent & conſtituunt nundinas. Refert & Sigiſmundus Liber Baro in rebus Moſcouitarum, quo tempore legati aut oratores Moſcouiam proficiſcuntur, omnes vndecunque mercatores, in eorum fidem & protectionem ſuſceptos, Moſcouia liberè & ſine portoriis, ire poſſe & conſueuiſſe. Sunt immunitates à vectigalibus, iuxta conceſſionem conſiderandæ & conſeruandæ [g].

13 Iuriſdictiones quoque mercatorum, quæ & iure non improbãtur, quibus potiſſimùm ſummariè & de plano inter mercatores & ex bona fide agi debet, ſunt conſeruandæ: & ne vis fiat inſtitutionibus earum omni ex parte prouidendum.

Ita Romæ Paulus 3. Ponti. Maximus [h], confirmauit conſuetudinem ab antiquo ſeruatam iuriſdictionis facultatum dd. conſulum mercatorum artis mercaturæ pannorum vrbis Romæ, & eorum ſtatuta: de litibus iudicandis & cauſis ad eam rem ſpectantibus, aduerſus quaſcunque perſonas, ſeculares tamen, ſecundum facultatem eis datam à Martino 5. & vt adhiberetur fides libris eorum, vſque ad quantitatem viginti ducatorum aureorum [i], occaſione mercaturæ, adhibito iuramento in ſupplementum probationis: dummodo ipſi libri quos vocat mercantiles, nempe negotiationis & mercatorum, ordine ſcripti ac confectĩ & tenti fuerint, (puto eſſe diaria & calendaria) & cum debitis circunſtantiis rationabili ſuſpicione carentes, ipſorum mercatorũ etiam circunſpecta vita & qualitate perpenſis. auxit [k] autem Pius 4. ſummam prædictam prædictis qualitatibus ad triginta aureos ducatos.

*pœna, depoſitio. in ca. clericus 91. diſtinct. c. 2. c. ſed nec clerici vel monach. ſecu. negot. ſe immiſceant.*
a *D. Paul. 2. ad timo. 2. c. 1. & toto titu. ne cleric. vel monach. &c.*
b *iuxta l. vni. de monopol. C.*
c *1. Eſdræ c. fi. c. 1. de feriis. c. rogationes, de conſecra. diſt. 3.*
d *eiecit Chriſtus ementes & vendentes de templo D. Mathe. ca. 21. & Zacha. 12.* non erit mercator in domo Domini.
f *vt in c. 2. de treuga & pace.*
g *l. ex hoc purè, de iuſtit. & iure.*
h *de quibus diximus lib. 5. ſyntag. c. 3. & 2. & l. vni. de nundinis, C. & in l. 1. & 2.* P. *tit.* P.
i *in conſti. Pauli 3. ordine 47. incip.* dudum antiqua *in bullario Cherubini*
k *de liberis mercatorũ quãdo & quomodo fidem faciant, vide Deciũ ad c. 2. de fide inſtru. Iaſon. ad l. admonendi, de iureiura. Bald. ad rub. de fide inſtrumen. Lanfranc ad cap. quoniam contra. ad verb. inſtrumentorum productiones de proba. Alexan. conſil.* 186. *volu.* 2. *in practica Iohannis de Ferrariis in forma opponendi contra inſtrumenta. Guid. Pap. deci.* 441. *incip.* pro declarat. *Boerium. deci.* 105. e. *in conſtitutione Pij 4. in ordine* 59. *incip.* volentes, *in d. Bullario Cherubini.*

## *De agricolis.* CAP. VIII.

PRIMVM quod in omni ſocietate & repub. deſideratur neceſſarium [a], eſt habere alimenta: & ideo oportet eſſe multitudinẽ agricolarum, qui victũ conferant, qui ſeminent, arent, colligant, conſeruent & cõmunicent. Inſtituit Romulus in ſua noua repub. vt ciues Romani tantùm artem militarẽ & rem ruſticã tractarent[b]: Plutarchus Numam [c] ait populum Romanum ad agriculturæ, i. & pacis & honeſtatis ſtudiũ traduxiſſe: vt ſolertes etiam homines, in ea re præmiis excitarit, ignauos autẽ ignominiæ metu deterruerit. Et vt Ariſtoteles etiam dixit [d], optimus populus eſt ille, qui ex agricolis cõſtat: itaq. & popularis ſtatus effici datur, vbi multitudo ab agricultura viuit, vel paſcuo: negotioſa quidem, quia nondũ multũ habet, ex quo fit vt rarò concionem agitet. cùm. n. laborandũ ſit illis circa neceſſaria ad victũ, operibus diſtinẽtur ſuis, & aliena nõ appetunt: diſſiciúſq. eſt illis opus facere, quàm in republ. verſari, niſi magna in gubernando ſint emolumenta ſumpturi. Plerique enim magis lucrum appetunt quàm honorem. Signũ huius eſt quod tyrannides olim pertulerunt, & hodie quoque plerunque tolerant, túncque etiam paucorũ potentiã perferunt, modò ſuã rem agere illis permittatur, neq. eripiantur quæ habent. Citò namque diuites alij eorum efficientur.

*a Ariſtot. 7. c. 8.*
*b Dion. Hal.*
*c Plut. in Numa.*
*d Ariſt. lib. 6. politic. c. 4.*

2 Et poſt agricolarũ multitudinẽ optimus eſt populus, vbi paſtores ſunt & viuunt ex animalibus. In multis autem hæc paſtoritia vita, agriculturæ conuenientiã habet. vtriq; enim corporibus exercitati, ad bellicas expeditiones vtiliſſimi ſunt [e], ac potẽtes ſub dio cõſiſtere. Cæteræ verò multitudines, quaſi omnes ex quibus alij ſtatus populares conſtant, multo quàm hi deteriores ſunt. nã opificum quidem, ac forenſium, ac mercenariorum vilis eſt vita, nullúmque virtutis opus eorũ quæ tractat multitudo. Et inſuper quia huiuſmodi genus hominum, circa forũ vrbémq;, vt ita dixerim aſſiduè hæret, faciliter conciones agitat: at agricolæ quia ſparſim habitant per agros, neq. in vnũ coeunt faciliter, neque ſimiliter indigent huiuſmodi congregatione.

*e Et Cato in principio de re ruſtica, ex agricolis & viri fortiſſimi & milites ſtrenuiſſimi gignuntur. idem Plinius lib. 18. c. 5.*

Rurſum alibi Ariſtot. [f] partes domus à qua incipit reſp. tradidit eſſe hominẽ & poſſeſſionẽ: primùm in victu, ſecundum naturã verò poſſeſſionẽ eſſe in agricultura quæ iuſta eſt, & ita præcipua. Neque enim ab hominibus nec volẽtibus vt cauponaria & mercenariæ: nec ab inuitis quærit, quemadmodum bellicæ artes, & eſt earũ rerum quæ ſunt ſecundũ naturam. Natura enim omnis educatio eſt à matre, quare & hominibus è terra. Prodeſt etiam hæc primùm ad fortitudinem. Non enim quemadmodum viles artium, corpora eneruat, ſed talia facit, vt ſub dio conſiſtere & tolerare laborẽ valeant, & aduerſus hoſtes pericula capeſſere. Soli enim hi res ſuas extra munitionem habent. Heſiodus [g] dans præcepta commodè viuendi, *labora*, inquit, *ſtolide Perſa, opera quæ hominibus Deus deſtinauit:*

*f Ariſtotel. 1. œconomi. c. 2.*

*Nequando cum liberis vxoréque animo dolens*
*Quæras victum per vicinos, hi verò negligant.*
*Bis enim vel ter forſitan conſequeris: Si verò amplius moleſtes,*
*Rem quidem non facies, tu verò inania multa dices.*
*Inutilis autem erit verborum copia. Sed te iubeo*
*Cogitare debitíque ſolutionem, famíſque euitationem,*

*g Heſiodus in ergis. in principio.*



οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα.

*Domum primo quidem, mulierem deinceps pro generatione filiorum, & bouem aratorem ad agriculturam & victum.*

3 Deus primis parentibus creatis, agricolationis artem mandauit. tulit enim Deus & hominem & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Et pulſis inde homini continuata ars, ſed additus labor in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę[a]. Et emiſit Deus Adam de paradiſo vt operaretur terram de qua ſumptus eſt, rurſúmque ex duobus filiis eius, Cain fuit agricola, Abel paſtor ouium[c].

*a Geneſ. 2. ver. 15.*
*b Geneſ. 3. ca. verſ. 17. & ſeq.*
*c Geneſ. 4. & verſ. 2.*

Poſt diluuium princeps viuẽtium Noe, cœpit rem ſuam publicam & ſocietatem humanam reſtitueret, & cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plãtare vineam [d]. Eſau vir agricola robuſtus venator[e], frater eius Iacob ſimplex, paſtor ouium [f].

Saul rex electus, non reliquit agriculturam, quod liquet ex loco quo dicitur, quod cùm nunciatum eſt hoſtes adeſſe, Saul veniebat de agro & ſequebatur boues[g].

*d Gen. 9. v. 20*

Fuit in ſumma vtraque vita ruſtica, agricolæ & paſtoritia, communis antiquis Hæbræis, & gentibus præcipua, & poſt bello pacem adeptam veluti portus tranquillitatis, tum principibus, tum ſubditis: vt manibus quoque imperatorum ars illa tractaretur [h], ſiue ob vtilitatem, ſiue ob voluptatem, animi vel corporis. Sic ab aratro ad dictaturæ principatum vocatus Quintus Cincinnatus, & ea depoſita ad illud redit, quo delectabatur, & viuebat. Sicut & C. Fabritius C. Marius, Curio Dentatus, Portius Cato, Serranus, & alij, qui depoſitis publicis curis etiam ad ruſticandum venerunt, etiam reges vt Diocletianus, Atalus, Cyrus.

*e Gen. 25. verſ. verſ. 27.*
*f Geneſ. 30.*
*g 1. regum cap. 21. verſ. 5.*
*h Plinius li. 18 tit. 3.*

Et certè fuit hæc vita ruſtica prior vrbana: quia & poſterius vrbes ædificatæ ſunt. Fuit & vita Ruſtica antiquitus innocentiſſima, & ſimplex: quanquam poſtea & nunc, euaſerit fallaciſſima. cuius rationem vel eam potiſſimam putarem, quod experientia didicerint vrbanos illorum ſimplicitate abuſos: & quod ipſi etiam nimium vrbes frequentãtes, dolos & improbos mores plebis vrbanę facilè didicerint, & eius exẽplo vitam deformauerint innocentem, & tandem callidiores euaſerint. Nempe etiam quod bona pars agricolarum hodiernorum, non ſua arua ſed aliena colant, & moribus ſeruilibus & mercenariis ſuam exerceant perfunctoriè, & ad lucrum tantùm, artem. Olim autem quiſque ſuam coleret terram.

5 Cæterùm quanquam hæc ita ſe habeant, tamen etiam nunc eget reſpublica opera ruſticorũ & agricultorũ, & paſtorum, vt quamuis illi ſæpe indigni videantur propter fraudes & malitiam priuilegiis, nihilominus tamen propter neceſſitatem alimentorum in republica, opera ruſtica ſint fauorabilia: quæ ſi impediantur, & caritatem & penuriam annonæ poſſunt & famem inferre, vt oſtendit Liuius [i], caritatem illam annonæ, ex incultis per poſſeſſionem plebis in montem ſacrum agris, ciuitatem inuaſiſſe.

*i Liuius.*

*Fertilis aſſiduo, ſi non renouetur aratro,*

*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

Quare intereſt reipublicæ,ſi agricolæ ab opere ruſtico diſtrahantur [a],cui adhęrere debent [b].

Apud Indos inter arma hoſtiúmque congreſſus, agricolæ intacti inuiolatíque erant,tanquam communis vtilitatis miniſtri [c]. Conſtituit in conſilio Lateranenſi Alexan.3.vt ruſtici euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes,& animalia quibus arant & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur [d]. Tempore belli Nabuzardam etiam magiſter militiæ regis Babylonis,tranſtulit populum Hebræum cum Rege ſuo Sedechia ſubactum in alias regiones:tamē reliquit in propria terra intactos vinitores&agricolas [e].

Dicta ſancta ruſticitas [f],& duplici de cauſa,vel quòd ſanctum dixerunt antiqui inuiolabile [g],vel quòd quieti ſint & patientes, alieni à tumultibus & diſcordiis quibus vrbani homines agitantur, ſint ſimplices ab irriſione & dolo natura alieni [h].

Terram & antiqui matrem omniū dixerunt,& eius cultores piam vtilémque agere vitam,atque eos ſolos eſſe reliquos ex ſtirpe Saturni reges [i].

Erat antiqua nota cenſoria,agrum malè coluiſſet, quod intereſſe etiam vtilitatis publicæ,et quod facile plebs ruſtica,ſi non occupetur operi & glebæ,ad ſeditionem & otium eſt procliuis.

6 Priuilegia agricolis in gratiam commoditatis vrbis data fuerunt agriculturę à Pontificibus Maxi. Clemente 5.& Pio 5.qui & prohibuit impediri venientes ad vrbē vendendi frumenti cauſa:punitq. illos qui ſine præfecti annonæ licentia emit vltra quàm neceſſarium ei ſit pro familia nutriēda,vt carius vēdat, amiſſione frumenti,aliáq. pecuniaria arbitraria poena eximit quoque deferentes in vrbē triticum,à ſolutione gabellarum ſeu vectigalium,&concedit ne pro aliorum debitis in repreſſaliis, moleſtari agricolæ poſſint, nec pro propriis,dum colūt terrā vel ſeminant,néve boues aratorij capi poſſint pro debitis,aut teneantur hypotheca obligati.

7 Hic tamen obſeruare oportet mores regionum, & diſtinguere priſca à nouis,ſiquidē vita hominū priorum vt erat minus corrupta & fuit innocens magis,ſic & erat contenta laboribus propriis, & prouentibus quos ſibi ex agrorum cultura parabant ruſticæ vitæ intenti,ſine inuidia & ambitione,poſſeſſione & acquiſitione naturali, [k] cum voluptate honeſta coniūcta, contenti. vnde & pręponebatur illa vita tunc mercatorum periculoſis &infœlicibus lucris,vſurarum turpibus & infamibus negotiationibus, artificum immundis & interdum ſpurciſſimis quæſtibus. Quia & pro ſe hæc vita, vt ait Ariſtoteles in œconomico poſt Catonem, fructifera; & quæ ſuos cultores diligentes abūdè remuneratur:imò &initium exiſtimatur omniū facultatū & diuitiarū agricultura,& proinde locupletes dicuntur,quaſi loci,id eſt agri,pleni [k],ſignata &pecunia,vt ait Plinius [l],à Seruio Tullio pecudis imagine,quia in pecud.maxima pars reditū priſcorū cōſiſteret.&à Theſeo percuſſa pecunia,bouis figura notata ad excitandos Athenienſes ad agriculturam exercendam [m],planè certiſſimum eſt [n].ita hi fœlices habiti ab Horatio [o].

a Plato 2 de rep. Call.in l 2. de nūdinis P. li. 1. vt ruſticani ad nullum obſequium deuocentur c. l. nunquā ſaltationib. de agricol & ceſſit. C.
b l.1. de colon. fundorū patrimonia. lib. 11. c.
c Arius lib. 5. de geſtis Alexā. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 10.
d in c. 2 de treuga & pace. li. 1. tit. 34.
e Hierem. cap. 52. verſ. 16.
f ca. ſācta quippe ruſticitas 2. q. 7. ex d Hierony. ad Paulinum.
f l. ſanctū, 8. de rerum diuiſ. P.
h Alberic. ad l. vtili de defenſorib. ciuita. omnia palam habent ſancta ruſticitas Accurſ. ad §. item Seruiana de actio.
i Varro lib 3. de re ruſtica.
k Clemens 5. cōſtitutione 4. incipiēte ad ſacrā Pius 5. conſtitutio 21 incipiēte Cupientes in Bullario Cherubini.
l hanc acquiſitionis ſpeciem, ſubministratā mūdo à natura tradit Ariſtot. polit. c. 5.
m Nō. Marcellus de verb. ſig. ex Cicer. 2. de rep.
n lib. 33. c. 3.
o hunc & pecunia βοῦς dicta bouis figura impreſſa. Plut. in Publicola. Horatius lib. Epod. Od 2.

Beatus



*Beatus ille qui procul negotiis*
*Vt priſca mens mortalium,*
*Paterna rura bobus exercet ſuis,*
*Solutus omni fœnore,&c.*

Omnium rerum ex quibus aliquid requiritur,nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius [a]. Itaque maiores noſtri ex minima tenuiſſimáque republica, maximā & florentiſſimam reliquerunt nobis, inquit Cicero [b] de Romana: ſuos enim agros ſtudioſè colebant, non alienos cupidè appetebant. Et paulo pòſt,vita autem hæc noſtra, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ,diligentiæ,iuſtitiæ magiſtra eſt.

Olim & magiſtratus in pratis conſedebant,quia & rure euocabantur ad conſilium, & nobiliſſimæ familiæ Romanorum, nomen ruſticæ vitæ in poſteros pro honoris titulo tranſtulerunt:quemadmodum nunc crudelibus ac faſtuoſis titulis, non tam fœlici tamen auſpicio, nobilitari plures ſe putant. hinc cognomina orta ſunt familiarum Romæ Fabiorum, Lentulorum, Piſanorum, à copia talium leguminum,& Taurorum, Vitelliorum, Porciorum, Statilliorum, Bubulcorum, quæ teſtantur originem agricolarum.

8 Lege Romuli regis Romanorū,duę tantùm populi partes conſtitutæ agricolarum & militum. Agricultura enim homines fieri temperantiores putabat, & cupiditatibus minùs obnoxios [c]. Eadem lege diuiſo vniuerſo agro in pagos, ſuum cuique præpoſuit ruralem magiſtrum, qui eos curaret, ſegnes colonos obiurgaret, multa caſtigaret etiam,& de controuerſiis illorum iudicaret. Ferunt Hungaricos populos,initio tres ordines conſtituiſſe:ſacerdotes,milites,agricolas,& hos ſeorſum in pagos conuentúſque diuiſos,quos comitatus nuncupatos fuiſſe & iudicaſſe tradunt [d]. Nec minùs Hungaris finitimi Turcæ ruſtici, inter conuicanos ſuos præſunt iuriſdictioni viciſſim, à quibus deinceps prouocatur ad iudices appellationum Turcicos,quos vocant Dileſceros [e]. Plato etiam,litigantium controuerſias à vicinis & tribulibus dirimi, ſeu quos litis arbitros partes delegiſſent,voluit.

9 Hæc priſcis maximè obtinuerunt temporibus:verùm ętatibus poſterioribus, degenerauit probitas ruſticorum, & in dies fient peiores:ſed noſtro potiùs vitio,vt ait Columella,qui rem ruſticam noſtram peſſimo cuique ſeruorum, veluti carnifici noxæ, quam maiorum noſtrorum optimus quiſque,optimè tractauit. Nunc certè ſunt vt plerunque mancipia, ſerui, coloni, mercenarij, in exſugendis potiùs quàm colendis aruis intenti: quia ad illos de conſeruandis ac emendandis illis non pertinet,& facilè dominos fallunt. variæ inter illos fraudes in heros, ſeu dominos proprietatis, ad intercipiendas penſiones: in vicinos,ad terminos ſubmouendos,& in emptores rerum ſuarum promercalium [f]. Tantúmque vafrities eorum creuit,vt ſtulta ſuperbia intumeſcant, & agreſti modo, & Deum & homines contemnant, vt ruſticitatis appellatione, plerunque ſuperbia ſignificetur, & perfidia [g]. ita & definitur, iuxta mores iſtos ruſticitas, ab Stobæo [h],inepta & deformis tarditas [i],vt appareat nunc agri-

a Cicero 1. officio.
b Cicero pro ſexto Roſcio Amerino.
c Dionyſ. Halicarnaſſ. li. 2.
d Rerum Vngaricarum decade 1. lib. 1.
e Poſtell. lib. de repub. Turca.
f De quibus fraudibus Antoninus Florētinorum epiſcopus in 3. parte ſummarum, tit. 8. c. 13.
g vt apud Pelagiū ad Narſen. ca. de Liguribus 23. q. 5.
h apud Gregor. Magnum lib. 3. epiſto. 26. ad Ianuarium ca. iam verò. 3. q. 6.
i Stobæus, ſermone 4. ex Theophraſto.

cultores non mereri, neque laudem, neque honorem, ſed inter vilia mancipia eſſe numerandos[a].

10 Et proinde liquet eſſe ſecludendos ab adminiſtratione, & officiis reipublicæ, ipſos agricolas, aut vinitores & paſtores, nec promouẽdos ad conſulatum locorum, vel ad Iuſtitiæ præpoſiturã[b]. hinc enim putreſcũt & tranſeunt in corruptelam leges bonæ, boníve mores. Siquidem nihil ſunt ſentientes & addicti ignorantiæ, iniqua pro æquis, iniuſta pro iuſtis decernunt, probos non ſibi ſimiles oderunt, ad expilationem & prædationem litigantium facilè deſiliunt: cúmque nihil certi quod ſtatuere debeant, habere poſſunt, comperendinationibus iudicia differunt, & tãdem patrimonia contendentium obliguriunt.

a ex l. 1. & toto titulo de agricol. & cenſit. lib. C.

b Rebuff. ad d. l. 1. de agricol. potiſſimum ſi alij ſint qui hoc munere fungi poſſint.

Malum hoc frequens eſt in Germania, & Lotharingia, vbi maiores iudices & eſcheuini, ſiue conſiliarij ſunt vt plerunque analphabeti, ruſtici, ignorantes, ex arbitrio iudicantes, compotationibus litigãtiũ patrimonia, deuorãtes, omnia ſibi licere quæ ſibi vidẽtur arbitrãtes, cõfusè omnia ſine lege, ſine certa conſuetudine, ſine ordine & ſtilo, aut vlla ſcriptura tranſigentes, mutantes, alterantes, & ſordidantes. Fuit aliquando in quibuſdam ciuitatibus in memoriam bonorum agricolarum, mos eligendi conſulem ruſticum cum aliis non ruſticis & vrbanis, quod plerunque maior pars alicuius ciuitatis ex ruſticis ibi habitantibus conſtaret, & ita tanquã eius artis peritus requireretur neceſſarius ob frequentes ſimilium agricolarũ controuerſias. verùm nunc cum plebs vrbana ferè omnem ruſticam, in agros & villas expulit, hic conſul videtur inutilis, aut certè tanquã coloſſus mutus, qui & aliorum non ruſticorum ſententiis applaudere & conſentire cogitur, vel quia niſi quod probi dicere poſſit habet, ſolet annuere omnibus. ſed & temperatum hoc ius eſt, vt qui ex pagis ſunt ruſtici, non poſſint decurionatum gerere in ciuitate in qua non habitant, quamuis eius iuriſdictionis ſint, vt Senatuſconſulto Burdegalenſis curiæ prouincialium 7. idus Septem. 1536. vt refert Boerius deciſ. 272. quod & ſuſtinetur per §. 1. & ibi per Angel. de defenſorib. ciuita. in Nouellis. cui morbo obuiãdũ eſſet à principibus, & dominis territoriorũ Iuridicis, vt nõ iuriſdictionem talibus viris in poſterum committerent. Sed exemplo dominorum Iuriſdictionalium Gallicorum, haberent literatos Iudices, ſaltem bachalaureos in iure ciuili, qui iuſtũ ab iniuſto diſtinguere poſſent, & ſubditos certiùs & cum ordine iudicare poſſent.

11 In locis certè vbi ferè omnes ruſtici ſunt, & qui ſuis manibus aut ſua cura & ſolicitudine, culturæ agrorum intenti ſunt, & ſub certis moribus ſæpe expulſa nobilitate degunt, tollerabile imò & neceſſariũ viſum eſt, & videtur ex melioribus inter ſe magiſtratus & iudices deligere: vt in Germania, qui ruri pagatim villatímq. habitant, ſibi eligũt duos aut quatuorviros, magiſtros dictos aut maiores, Scultetis etiã ſeu præfectis pagorum rempublicã adminiſtrantibus. Sunt Heluetiorũ pagi, ſub forma politiæ democraticæ vt plurimũ erecti, ſicuti & in Pãnononia ruſtici ſibi creare cõſueuerũt præfectos quos prępoſitos pagi dicũt, vt alij cõites. Sed & illi & ſimiles in inſtitutio-



ne rerũ publicarũ fuerũt veri agricolæ & rerũ ſuarũ, nõ mercenarij & coloni iſtius tẽporis, neq ab initio copia fuit aliorũ hominũ eruditorũ vt nunc, neq. quoq. negotia cõtingebãt ita fraudulẽter inuoluta vt nunc inter ruſticos, quę egent acutiori ingenio quàm poſſit in malitiã aut ſtultitiã ruſticorum cadere: vt putem mutatis moribus mutari oportere leges[a], ſicuti loco magiſtrorũ pagorum ruralium conſtitutorum à Romulo, cęperunt poſtea eſſe qui de iure prædiatorio ſeu prædiorum conſulerentur. Quales Appuleius Ciceronis[b], & Furius & Caſellius[c], & loco præpoſitorum aliorum, nunc principes, domini, vaſſalli dominorum, & iudices eorum. Sicuti in Thracia habiti agricolæ[d] cõtemptiſſimi vulgo, agreſtes, & omnium munerum ciuilium incapaces. & apud Gallos tẽpore etiam Iulij Cæſaris[e], ex eo, tempore quo multi patres familias, falce & aratro relictis, irrepſerãt iam olim intra mœnia, vicaris operis contenti villicorũ & colonorum infimæ ſeruiliſque conditionis.

a ea erit autẽ lex. 4. diſt.

b Cicero 12. ad Atticum.

c Valerius Ma. li. 8. c. 12

d Herod. in. 5

e Iul. Cæſ. lib 6. de bel. Gall.

Eodem modo Ariſtoteles[f], qui alicubi laudat agricolas, vt præcipuos & neceſſarios reipublicæ, tamẽ alibi mercenarios interpretantur aratores & opifices, quos, cùm in ſordidis artibus verſentur, à ſacerdotio, aliiſque vrbicis honoribus monet eſſe arcendos. Quod firmarunt legibus Cæſares[g], maximè cùm de magiſtratu agitur vrbico, qui ab initio etiam in Attica Repub. & Romanorum tantum patritiis cõceſſum eſt, donec ſeceſſionib. plebs repugnãs, ſibi quoq. quoſdam deferri obtinuit, quos tamen ſublata Democratia amiſit quia non ſit tutum iudicia & officia publica committere illis de quibus[h] Homerus ait, Νήπιοι ἀγροιῶται, ἐφημέρια φρονέοντες. agreſtes, ſtolidi, tãtúmque diurna ſcientes. Non erit tamen abſurdum ruſticas agrarias contentiones illis qui periti ſunt, committere[i], vt mercatori cauſæ committantur mercatoribus, vt dicemus inferius.

f lib. 7 Polit. c. 9.

g Arca. & Honor. in. l. originarios, & l. colonos, de agricol. & cenſ.

h Hom. Od. φ.

i vt in l. de modo finium regundorum P. ſi irruptione eo t.

*De artificibus in republica neceſſarijs.*

## CAP. IX.

PRoxima neceſſitate quæ ſocietatem humanam exigit, eſt in rebus quæ artificium vel induſtriam deſiderant, corporibúſque laborem, & opus. vt enim ſcientiis & diſciplinis inſtruitur & formatur animus, & ad mores vitæq. puritatem deducitur & conſeruatur, & veluti virtutibus alitur: ſic corpus opere extrinſecus iuuatur & ſuſtinetur. in vita politica, vt ſit, & conuenientia accipiat ſuo tempore: in hoc etiam ingenio opus fuit & arte, & diſciplina, & præceptis. nulla enim eſt ars quæ non cõſtet ſcientia[k], cùm ars nihil aliud ſit[l], quàm præceptionum exercitarum comprẹhenſio, ad vnum exitum vitæ vtilem pertinentium.

2 Dixerũt Ariſtoteles, & Plato,[m] artifices eſſe partes ciuitatis, & ſine illis ſtare non poſſe[n]. verùm nõ eadẽ omnibus artificia: quemadmodũ nõ omnib. ingeniũ aut vacatio, vel exercitiũ contingit. ſúntq. particularia omnibus ciuitatibus quædam ſingularia artificia, vt diuerſæ propenſiones & vtilitates, quarum commodis & delectatione detinẽtur. Fieri autem nunquam profectò poteſt, ait Demoſthenes[o], vt paruis & vilibus rebus occupati, ſublimes & generoſos

k Lactant. lib. 3. diuin. inſti. c. 5.

l Lucian. in paraſito. hanc definitionem adſcribit, Ciceroni Diomedes.

m Ariſtotel. 7. politico. c. 8.

n Plato lib. 2. de republic.

o Orat. de rep. ordinanda.

ſpiritus concipiant· quemadmodum viciſſim natura non fert, vt præclaris & ſplendidis negotiis dediti, animos puſillos habeāt & abiectos: qualiacunque ſtudia hominum fuerint. talibus etiam animis eos eſſe neceſſe eſt.

Plato lib. 1. de repub. iuſtitiā requirit in ciuitate, vt conſeruet concordiam, ius ſuum cuique tribuat. In 2. conſtituit originem & cauſam ciuitatis, indigentiam mutuam, dehinc materiam, res artéſque neceſſarias. Et 3. formam victus, & legitimam gubernationem, ſobriam vitam laudat, luxurioſam & delicatam vituperat, vt pluribus indigentem, inſanam, ob quam naſcantur bella. & proinde opus ibi ait eſſe militibus & diſciplina militari, & cuſtodia patriæ, de qua ibi agit.

a *Ariſtot. lib 7. politi. c. 8.*

Conſiderat Ariſtoteles [a] plura, ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt, & primum ponit alimentā, dehinc artes: multis enim inſtrumentis indiget vita.

3 Veruntamen quo gradu honoris aut non ciuis ſint hi qui artificiis vacant, ſine diſtinctione non reſpondetur. Sicuti enim qui vnius miniſterio addicti ſunt, ſerui dicuntur: ſic & qui publicè inſeruiunt vt artifices, & agricolæ, viles ac ſordidi habentur, habita tamen ratione rerum publicarum in quibus locantur. Cùm enim plures ſint rerum publicarum ſpecies, plures quoque ſpecies ciuium ſint neceſſe eſt, ac maximè eorum ciuium, qui ſubſunt. Itaque in quadam republica, opifices & ſordidi, ciues erunt: in quibuſdam verò impoſſibile eſt vt ciues ſint: puta in optimatum gubernatione, ſi qua illa eſt, in qua ſecundum virtutem dantur honores, & ſecundum dignitatem. Neque enim virtutem exercere poteſt qui vilibus occupatus eſt opificiis, in paucorum quoque gubernatione, tenues homines ad rempublicam non recipiuntur: ex magno enim cenſu ad rempublicam peruenitur. Artifices tamen ad hanc ſpeciem peruenire poſſunt, etſi ſordidi ſint, quoniam plerunque diuitiis abundant.

Quomodocunque habeantur ſeu recipiantur tanquam ciues, aut tanquam incolæ ſolùm aut habitatores rectiſſimè dicemus neceſſarios ſocietati politicæ, & ideo defendendos & admittēdos. Sic enim laudando artes mechanicas Caſſiodorus [b] dicebat, artem eſſe decus vrbiū. Et M. Tullius Cicero, *Quid numerē*, inquit [c], *artiū multitudinem, ſine quibus vita omnino nulla eſſe potuiſſet? Quis enim agris ſubueniret, quæ eſſet oblectatio valentium? quis victus aut cultus corporis niſi tam multæ nobis artes miniſtrarent*, Laudat Salomon, ſeu Eccleſiaſticus, artifices, agricolas, fabros, figulos, architectos vt neceſſarios, quamuis illis ſedem iudicij & ſapiētiæ deneget. ſic enim ait [d], *Omnes hi* (ſcilicet artifices prædicti) *in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt. Sine his omnibus non ædificatur ciuitas, & non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non tranſiliēt. Super ſellam iudicis nō ſedebunt, & teſtamentum iudicij nō intelligent, neq. palā facient diſciplinā & iudiciū. Et in parabolis non inuenientur, ſed creaturā dein cōfirmabunt: Et deprecatio illorum in operatione artis accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege altiſſimi.*

b *Caßiodorus lib. 13. varia.*
c *Cicero 2. officio.*
d *eccleſiaſtici ca. 38. verſ. 35. & ſequentibus*

4 Fuerunt reſpublicæ & ciuitates, quæ artificia ſeu artes manuales contempſerunt aliquando, verùm cum maxima ſui iactura: cùm

quia



quia vti peregrinis in his coacti ſunt, qui pecunias exhauſſerunt ciuium, tum etiam, quòd ipſi ea occaſione opes ſuas non auxerint. Romanis ciuibus interdum non licuit artes ſellularias [a], & quas vocant manuarias exercere. Apud Theſpienſes, turpe etiam erat, artem diſcere, vel agriculturæ operā dare, quam ob cauſam pleriq; in paupertate degebant, & Thebanis qui parci erant, multa debebāt, vt refert Heraclides [b], coactíque ſunt multa incommoda pati, non minus quàm populus Iſrael, cùm Philiſtini cauerunt, ne faber ferrarius eſſet in terra Iſrael, ne fortè ſibi facerent Hebrei gladium, aut lanceā: vnde cum maximo labore cogebantur deſcendere ad Philiſteos, qui erant ex Iſrael vt acuerent vomerem ſuum, ligonem, ſecurim, tridentem & ſarculum, & inermes inuenti ſunt cùm eſſet pugnandum.

a *Diony Halicar. lib. 2.*
b *Heraclides in rebuſpublicis, & in Theſpienſium Reſpub.*
c *1. regum c. 13. verſ. 19.*

Deus contrà in ſua republica, etiam ſingulari priuilegio inſtruxit ad ornandam ſuam arcam & tabernaculum artifices Beſeleel & Oolias, locutúſque eſt ad Moyſem dicens, [d] *Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, & impleui illum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex auro, argento & ære, marmore & gemmis & diuerſitate lignorum, dedíque ei ſocium Oolias filium Achiſamech, de tribu Dan, & in corde omnis eruditi poſui ſapientiam vt faciant cuncta quæ præcepi tibi tabernaculum fœderis & arcam teſtimonij: & propitiatorium quod ſupra eam eſt, & cuncta vaſa tabernaculi &c.* Cùm primùm cœperunt multiplicari homines inter nepotes Adę cœperunt ſtatim artes mechánicæ [e] vtpote conuenientes & vitæ & labori, cui addicti ſunt homines, ob peccatum primi parentis, cùm dictum eſt [f], *in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo*. Chriſtus ſub patre nutritio Ioſeph fabro voluit eſſe [g]. D. Paulus propriis manibus operabatur etiam in lege peritus [h], & alios, operari debere admonuit [i], æquiparantur vt neceſſariæ in vtroque caſu expenſæ, factæ in alimenta, & in artificium diſcendum [k]. Et Solon qui de alēdis liberis, apud Diogenē Laertiū parētibus, tulit, cā repreſſit, vt filij quos parentes artem non docuerint eos alere non teneantur.

d *exod. 31.*
e *Geneſ. c. 4.*
f *Geneſ. 3. verſ. 19.*
g *vnde dictus & præſumptus filius fabri, D. Matthæi. c. 13. verſ. 55.*
h *Actorū c. 18.*
i *epiſt. 1. ad Theſſal. c. 4.*

5 Aliæ nationes & artes habent, ſed quaſdam magis cæteris pretioſiores: vt apud Vtopienſes, vna omnium communis eſt ars agricultura: extra quam, vnuſquiſque propriam eligit, prout ad illā eſt habilis [l]. Indis probati artifices maximè, & ideo ſiquis artifici manum, aut oculum ademerit, ei capitale eſt [m], prout verò vnaquæque ciuitas indiget arte, illam magis etiam excolit & amplectitur. Omnes autem debet vt vtiles & neceſſarias curare, quia ſingularum certi fines ſunt neceſſarij toti vniuerſitati, etſi ſint aliqui ex illis qui non indigeant, quemadmodū etiā omnia ſacramenta in perfectione corporis eccleſiæ neceſſaria ſunt, quamuis omnes cū illis nō participent, nec omnibus ſingulis neceſſaria quædā ſint ad ſalutē, vt ordinis & matrimonij, hominis quæ tamē in eccleſia neceſſaria ſunt, ſed non ſingulis: quia quāquā aliqui nō ſint in ordinibus eccleſiaſticis, aut quāuis non ſint matrimonio iūcti, nō ideo minus niſi aliud prohibeat, ſaluabūtur. Sic in republica, omnes ferè artes ſunt neceſſarię, ſed nō ſingulis omnes: quia fines diuerſi ad vnum publicum bonum potius, quàm ad ſingulorum pertinent. Sic agricultura habet finem pabulum hominis: ars

k *ab Alexan. Impera. in l. 1. de infantib. expoſ. lib. 8. C. ti. 52.*
l *Thomas Morus lib. 2. Vtopiæ.*
m *Strabo lib. 15. geograph.*

textoria,noſtrum amictũ:architectoria nauem, ſic alia artificia propria opera:quę adhuc neque per ſe exerceri poſſunt,niſi ope aliarum artium.ſicque neceſſitatem mutuo officij ſui colligãt,vt ſine illis eſſe ſocietas hominis vix aut ars vlla finem ſuam aſſequi poſſit.Sumamus exemplum,quod placuit Diuo Chryſoſtomo[a], de agricultura. Hæc niſi faber ferrarius vomerem,falcem,ligonem,ſecurim, aliáque pleraque illi mutuetur: niſi faber lignarius ipſi aratrum fabricet, & iugum præparet,& vehiculum illi ad terendas conſtituat ſpicas, niſi à coriariorum artificibus corrigiam ſumat,niſi ędificator aliquis arantibus tauris,tabulum,& colentibus agrum tugurium,ſtruat. Niſi denique piſtoris artificium tandem accedat, vniuerſa agricultura euanuit.Non aliter etiam textoria ars,multas ad auxilium ſui artes conuocat,quæ ſi opitulatæ non fuerint,remanet inutilis. & ita reliquarũ artium altera quælibet,aliarum artium ope indiget.

a *D.Chryſoſto. tomo 2. homilia 53 in Mathæum ex c.15. Mathæi.*

Magiſtratus hîc erit ſolicitudo,vt opera & artificia ſint ſine dolo, ſine fuco,ſine fraude perfecta, ſolida,iuxta artis cuiuſque leges.ideóque curabit & eſſe præfectos ſingulis artificiis quibus imponatur onus ſpeculandi,vt ſecundum bonam fidem fiant opera.Cauẽdum autem ne ſint monopolia,non ſint ergolabi, vt monẽt iura ciuilia[b], ne prætextu ſocietatum artificij fiant eadem monopolia, factiones aut coniurationes noxiæ reipublicæ.

b *l.vni.de monopol.*

### *De diſtinctione dignitatum in honore & ordine neceſſaria in omni republica ſeu populo.*

## CAPVT X.

AD conſeruandos ſtatus,& perſonarum in republica amicitiam,non minima erit adhibenda ſolicitudo in euitanda confuſione,quæ leui ex cauſa obrepere in multitudine ſolet,niſi ordine diſponatur debito, vt quiſque quæ ſibi conueniant & debeantur agnoſcat,& alieno non ſe immiſceat miniſterio,cedat ſponte cui cedendum erit,& pertinaciter indebitum ſibi honorem non vſurpet. Ordo, eſt congrua aliquorum proportio, ſecundum priùs & poſterius,vel ratione:vel actu[c]. Sunt ordines in ſuper cæleſti hierarchia angelorum & cælitum, alij aliis altiores & inferiores dignitate,gradu,officio & miniſterio.

c *Ariſtotel.8. phyſicor. textu 14. Philo Iudæus, de mundi opificio.*

Sunt in hac magna cælorum & aſtrorum atque elementorum machina & orbe,ordinationes & ordines rerum,ne concurſu & inordinatione pulchritudinem & ſapientiam operis confundant. Et talis debet eſſe,inter homines in republica ordo,qui ſuo concentu & mutua colligatione gradatim inuicem ſibi cedant,& deferant prioribus & dignioribus.

2 Fit autem iſta ordinatio,natura,lege,voluntate,natura,pręponitur qui excellit in aliquibus,aliis in quibus illis præſtantior & vtilis.Eſt ordo naturalis,vt dignior ſit ſexus maſculorum feminino[d],vxores ſeruiant viris,filij parentibus[e] ſponte,quidam alij aliis cedunt, interdum inferioribus ex ciuilitate vel humilitate, & minoribus ſe ſubiiciunt

d *l.1.de ſenatorib.P.*
e *ca. eſt ordo, 33.q.5.*



ſubiiciunt,& ſeruare ſatagunt illud quod diſcipulis commendauit Chriſtus.Si quis in vobis maior ſit,fiat tanquam minimus[a].

Lege quoque diuina vel humana gradus conſtituuntur dignitatis & ſubiectionis, victores leges imponunt victis: principes ſubditis. Solent autem dignitates ab eo poſitæ tãtum & tandiu excellere,quãtum ipſe conſtituerit,&prout iuſſerit ita ſeruandæ:cùm ſacrilegij inſtar habeatur indignũ reputare, quẽ princeps dignũ exiſtimauerit[b].

Sicut enim in manu calculatoris ſummam facit qualem vult, calculus locatus,ſic princeps ex populo, quem vult ad honorem erigit vel deprimit.Ex ignobilibus nobiles facit, ex nobilibus plebeios: & tanquam leges dans de aliis,diſtinguit quæ voluerit ſeruari,& in moneta quanti æſtimanda ſit ſuo arbitrio diſponit, ſic poteſt &debet ad faciliorem gubernationem reipublicæ, & ad quietem popularem continendam, qui priores quóue digniores & honorabiliores habeantur conſtituere.

a *D.Marci c. 9.verſ.35.*
b *l.3.de crimine ſacrileg.lib. 9.C.ti. 29. l.5. de diuerſ. reſcrip. C.Caſsio. lib. variarum epiſt.43.& lib. 4. epiſtola 3. rex honoratior & quem vult honorari honorat vt ſuæ gratiæ participem Daniel. ca. 2. verſ.48. Eſter c.6.verſ. 8. Geneſ. 41. verſ.41.*

Alioquin enim ſi quenque ex arbitrio viuere permittat & agere, tanta eſt naturalis cuiuſque de ſe præſumptio & philautia,vt pręſtantiori ſe æquare & præferre audeat, cuiuſcunque ſit artificij vel profeſſionis.Siquidem,nemo eſt qui artem aliquam eligendo, quam ſectetur,eam plus cæteris etiam dignioribus non diligat,& proinde aliis eam,& ſeipſum eius artificem non præferat.

3 Egemus autem ordine diſtincto in multis, ſed potiſſimùm in publicis negotiis,in diferendis honoribus[c],in diſponendis cœtibus publicis imo & priuatis,in dicenda ſententia, & prælatione. Eccleſiaſtica diſciplina in hoc conſtans extitit, in qua à clericatu vſque ad ſummum pontificatum,ordines diſpoſiti ſunt & ſine cõtrouerſia obſeruati,vt qui in inferioribus ſunt,ſemper maioribus cedant[d].Et inter eiuſdem ordinis ordinatos ipſe prior & maior habetur, qui prius fuerit ordinatus[e], & cæteris paribus qui prior eſt tempore dicitur prior ære[f].

c *l. vt gradatim,de muneri. & hon.P. l.dignitatum ordo ſeruetur, li.12. C.ti.8.*
d *ca.à ſubdiacono, 95. diſti. ca. cleros. 21. diſtinct.& tota d.*
e *c.1.de maiori & obedient. lib.1.ti.33.ca.epiſcoporum, etiam, 74. diſtinct.c. fin.75. diſt.vide Chaſſaneũ li.Catalogi gloriæ mũdi,parte 12.cõſid.99.*
f *c.qui prior,54 de regul.iur. in ſext,c.ſi pro te, c. tibi qui gratiã, de reſcrip. in ſex l.1.& l. potior, qui potior in pigno. hab.P.cũ ſimi.*

4 Iuriſconſulti,& principis,conſtituerunt alium ordinem inter laicos & ſubditos,vel ex lege vel ex dignitate, vt Vlpianus reſpondit his verbis[g],*Decuriones in albo ſeu matricula,ita ſcriptos eſſe oportet vt lege municipali præcipitur:ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectandæ vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt.puta quia duumuiratum geſſerunt, ſi hîc honor præcellat: & inter duumuiros antiquiſſimus quiſque prior is: deinde hi qui ſecundo poſt duumuiratum honore in republica functi ſunt. Poſt eos qui tertio & deinceps mox hi qui nullo honore functi ſunt prout quiſque eorum in ordinem venit. In ſententijs quoque dicendis ijdem ordo obſeruandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.* Verum in [h] albo decurionum in municipio, nomina antè ſcribi oportet eorum, qui dignitates principis iudicio conſequuti ſunt: poſtea eorum qui tantùm municipalibus honoribus functi ſunt.

g *Vlpia.in l.1. de albo ſcribẽdo,li.50.P.ti.3.*
h *Vlp. in l. f. eo ti.*

Atque Theodoſ.& Valentinianus,*omnes*,inquiunt[i],*priuilegia dignitatum hoc ordine ſeruanda cognoſcant.vt primo loco habeantur qui in actu poſiti illuſtres peregerint adminiſtrationes:ſecundo veniant vacãtes*, (id eſt qui adminiſtrauerint)*qui præſentes in comitatu illuſtres dignitatis cingulũ meruerint: tertium verò ordinẽ eorũ proſpicimus,quibus abſentibus cingulũ*

i *in l. 2. vt dignitatum ordo ſeruetur lib.12. C.ti.8.*

*illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honorariorum, qui præſentes à noſtro numine ſine cingulo codicillos tantùm honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintum eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittũtur illuſtris inſignia dignitatis. Sed adminiſtratores quidem etiam comites rei priuatæ, vacantibus omnibus honorariis anteponi cenſemus. vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, non omnes iam omnibus honorariis credimus præponendos: ſed eos vacantes illis honorariis qui ſimilem adepti ſunt dignitatem: vt præfectorius quæſtorio, non quæſtorius præfectorio præponatur: paríque modo quæſtorius quæſtorio: Non vacans comes theſaurorum vel comes rei priuatæ, honorario quæſtorio, vel magiſtro officiorum præferatur. Et inter adminiſtratores illos etiam annummerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro conſiſtorio cunctis, aliquod ordinariæ dignitatis, vel ante commiſimus, vel poſtea committemus peragendum.* Statuerunt inſuper [a], vt ſi quis indebitum locum ſibi vſurpauerit nulla ſe ignorantia defendat: ſitque planè ſacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit.

a lib. 1. eod. ti.

5 Gradus dignitatis, videtur ex qualitate eius diſtinguere alibi [b]. Ius, magiſtratuum & poteſtatum, vt ſuper illuſtres ſint maiores, poſtea illuſtres, vt erat præfectus Orientis & Illyrici & vrbis Romæ. Spectabiles poſt illuſtres, vt proconſules, & præfectus Ægypti ſeu Auguſtalis, poſtea minores, vt clariſſimi præſides prouinciarum. Minimi, vt prædanei, qui tamẽ ordinarij ſunt vt defenſores ciuitatũ & municipiorum, & de minimis iudicant cauſis.

b *Gloſſa ad §. 1. Nouellæ 71. ad verba poſt magnificentiſſimos, tit. vt ab illuſtribus & qui ſuper eam dignitatẽ ſunt &c.*

Fuerunt nobilium habentium feuda ſubordinati gradus [c] dux, marchio, comes, baro, capitaneus, vaſſallus.

c *vide quæ dixi lib. 6. ſyntag. c. 7. 8. 9. 10.*

6 Appianus, dum de funere agit Syllæ, refert pompæ & populi ordinationem eius temporis in democratia ſeruatum: *armati milites deducebant corpus*, inquit [d], *Sacerdotes etiam veſtaléſque ſuo quiſque ordine, tum ſenatus vniuerſus & magiſtratus cum ſuis inſignibus, deinde equitum Romanorum alia multitudo, rurſúmque alia militum quotquot illius auſpicia ſequuti fuerant.*

d *Appia. Alexandri. lib. 1. bellorum ciuilium.*

Gregorius I. poſt obitũ Pelagij ſummi Pontif. pro placando Deo in magna peſtis lue, in proceſſione litaniarũ ſeu ſupplicatione publicè inſtituta, vniuerſum populum per ſeptem claſſes diſtribuit, eóque ordine incedebãt, vt in primo ordine eſſent clerici, in ſecundo religioſi, in tertio ſanctæ moniales, in quarto pueri, in quinto laici perfectæ ætatis, in ſexto viduæ & continentes: in ſeptimo coniugati [e].

e *Guilliel. Durandus lib. 6. rationalis diuinorum officiorum c. 102.*

Ordinem ſacerdotum diſtinguebant antiqui ab honore minori vel maiori eius dei vel idoli cui inſeruiebant. verba Pompeij Feſti, de verbor. ſignificatione hæc, *Ordo ſacerdotum, æſtimatur deorum, vt maximus quiſque. Maximus videtur Rex: deinde Dialis: poſt hunc Martialis: quarto loco Quirinalis. Quinto, pontifex maximus. Itaque in conuiuiis ſolus rex ſupra omnes accubat. Sed Martialem & Quirinalem Martialis ſupra proximum, is deinde ſupra pontificem. Rex quia potentiſſimus: Dialis quia vniuerſi mundi Sacerdos, qui appellatur Dius. Martialis quòd Mars conditoris vrbis parens. Quirinalis, Socio imperij Romani Curibus Aſcito Quirino: Pontifex Maximus, quòd iudex atque arbiter habetur rerum diuinarum humanarúmque.* In quo ordine notanda opinio ethnicorum qui putabant præferendum regem ſacerdotibus, & ſacerdotes ſuorum deorum, pontifici maximo, quia in exercitio & actione humana videbatur verſari iudicandi, quàm ſoli ſeruitio Diuino vt alij.





7 Non poteſt alioquin certa dari regula de prælatione perſonarum, quanquam veriſſimum ſit, vt is qui melioribus & præſtantioribus vacat, dignior & honorabilior haberi debeat. Etenim non æquè de dignis operibus aut honore, iudicant homines, qui ſæpius digniùs & honorabiliùs exiſtimãt vtiliùs: quò fit, vt tempore pacis, togati & magiſtratus præferãtur ſagatis & nobilibus in multis: at tempore belli, contrà, quia quod vim habet, eſt vtiliùs & magis honoratur.

8 Eodem modo, in republica populari, & ditior præponitur virtuoſo: & qui eam artem exercet qua magis putatur iuuari præſens reipublicæ negotium, præſtantior habetur regulariter tamen vbi nobiles diſtinguuntur, illi plebeiis præferuntur. Inter plebeios, vrbanus ruſtico. Tempore rebellionis viliſſimi homines & audaciores, qui dicuntur zelo duci ſuſtinendæ libertatis popularis, illi præſtantiores & honoratiores dicuntur, quo ſunt ſeditioſiores & magis paci aduerſarij.

9 Verè certè honores huius ſeculi, ad neceſſitatem politicæ ordinationis diſtinguendi ſunt, & vt ſint veluti præmia quædam, & aculei qui animos ad virtutem honoratam impellant, alioquin in laboribus deſides & torpentes [a]: quanquam ſi vanitatem conſideres, honores iſtius vitæ ſint, veluti ſomnia & inanes quædam de rebus opiniones, veluti faſcinationes, quibus qui inferiora tantùm conſiderãt irretiuntur, & putant ſe quippiam aliud eſſe quàm non ſint, cùm tamen viri prudentes, & qui honore & meritis afficiuntur, eum non ſibi ſuíſve meritis, ſed Deo omnino tribuant, à quo, ſi quid boni ſit quod laudem mereatur, proculdubio nouerunt ſe accepiſſe.

a *vide de his copioſè apud Caſsiodorũ lib. 1. variarum epiſt. 3. & 13.*

10 Norunt & honorati prudentes, ex eo ſibi maius onus impoſitum, & ſatagunt vt ſententiæ honoratium reſpondeant, ita Varro, putat quod honos dicitur ab honeſto honore, & honeſtũ quia honoratum [b]. Honores ſunt veluti ſigna eorum quæ veneranda & honoranda ſunt: vt ſiquis ſibi honorem vſurpet eius rei quam non habet, quamuis ex lege vel corrupta conſuetudine honoretur, tamen fur & latro videtur eius dignitatis: quia tamen ex lege vel placito principis, dignus habetur, non eſt priuati deſpicere eius dignitatem, admonet enim D. Paulus [c], tribuendum cui honorem, honorem: cui debitum, debitum. degens inter mortales legibus eorum debet vti, & conſenſu gentium. Honorat Deus quos vult, ſua propria gratia, hoc eſt conſpicuos & laudabiliores fiunt, honorat alios ſummus pontifex, honorat & princeps: & nos honoratos non minus honorare debemus, & pariter honorem nobis delatum cum dignitate tueri: ſed non ita honore inebriari, vt quales ipſi re vera ſimus, ob id obliuiſcamur, honores ſæpe mutant mores, ſed vt vulgò creditur, raro in meliores, quod accidit ex eo, quò plus de nobis quàm ſit opinamur; & quod honorem delatum dignitati quæ gerendæ con-

b *ſic & Gellius lib. 2. c. 3. onus cum h. ſcribi putat quoque.*

c *ad Roma. c. 13.*

ceditur, nobis tribuamus: vt ille aſellus qui ferebat ſacra Iſidis arbitrabatur ſibi genua flecti ab occurrentibus ſalutantibus ſacra, & ideo intumeſcens cunctabatur progredi, donec agaſonem ſenſit cum loris & fuſtibus impellentem & dicentem, non tibi ſed religioni[a], noſtrum eſt dignitatem gerere & honorem eius ſuſtinere, & non eo ſuperbire vt alios contemnamus, qui multo quandoque magis idonei ſunt ad dignitatem, noſtrum item, gratias Deo agere, qui ad eam nos perduxit, & non obliuiſci interim noſtræ prioris & præſentis humanæ conditionis aut fortunæ inferioris præteritæ, cuius etiam memoria nos poteſt à faſtu retrahere aut prohibere: quemadmodum in hoc laudandus Agathocles, qui, cum ex humili & ſordido genere figulo natus, ad regni Siciliæ maieſtatem perueniſſet[b], fictilia inter aurea vaſa poni in menſa ſua iuſſit, vt ſuæ originis memor, præter modum non ſuperbiret[c], ad cuius exemplum cum Leſcus 3. infimæ conditionis homo, factus fuiſſet rex Polonorum, ſorte, nunquam oblitus ſuæ prioris fortunæ, ſed in omnibus virum agens, & illud obſeruauit, vt rudibus & craſſis pannis aulæorum loco vteretur, niſi ſi quid daret ſplendori principatus in publicum prodíturus, propter externos homines. quin ibi quoque craſſos pannos, quibus antè adeptum principatum vſus fuiſſet, ob oculos ſibi poni iubebat, quibus admoneretur aſſiduè ſuæ fortunæ priſtinæ, & vnde ad tantùm fortunę faſtigium euectus fuiſſet[d].

*a ex Gabriæ apologis Græcis & ex emblemate Alciat. 7.*

b *Iuſtin. li. 22.*

c *Auſonius in epigram. de eo.*

d *Chromerus lib. 2. de geſtis Polonorum.*

11 Tamen qui gerit publicam dignitatem, nullomodo, etiam prætextu ſuæ humilitatis, eam imminui aut contemni pati debet: ſed in eo gradu quo à principe vel populo ordinata eſt, conſeruare alioquin & ſui officij diceretur ignarus, & iniuriam ei cuius refert poteſtatem, inferret. aliam enim perſonam gerit dignitatem exercens, aliam cùm eam non exercet. Sic cùm Fabius pater, ad filium conſulem Sueſſam miſſus, indignaretur obuiam ei factus, quòd nemo ex duodecim lictoribus ſe equo deſcendere iuſſiſſet, plenúſque ira ſedere perſeueraret, quum filius id ſenſiſſet, proximo lictori vt ſibi appareret imperauit, cuius voci continuò obſequendus: non ego, inquit, fili, ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere[e].

e *Valerius Maximus lib. 2. c. 2.*

12 In perſona eorum qui negotia gerunt principum, honoratur vel contemnitur princeps. Sed honor vt dixi, vel inhonoratio, accipi debet, ex opinione ſeu communi hominum ſententia eius loci in quo quæritur de honore deferendo: nam ſi externa adferas, ſæpe ea videntur eſſe ibi dedecori, quæ alibi ſunt honori.

Sunt qui putarunt honorem deferri homini in ſitu, ſi locetur in parte ſiniſtra, & videtur ſiniſtra illis præſtantior: adferréque poſſunt rationem, quòd & olim ex parte ſiniſtra ſuborta tonitrua, proſpera habebantur, vt apud Virgilium[f],

*Vix ea fatus erat ſenior, ſubitóque fragore*
*Intonuit læuum, & de cœlo lapſa per vmbras*
*Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.*

f *2. Aeneid.*

quod



quod forſan augurium ex ſuperſtitione fœlix, non quia in ſiniſtra ortum, ſed quia ex ſiniſtra in dexteram tendebat, & ex parte debiliore in perfectiorem: ita magis præſtans quàm ſi ex dextra fortiori ad imperfectam tenderet: quod videbatur ſignum cadentium rerum. vt quando lapſus à firmo ad infirmum.

Eſt tamen aliud argumentum ſumptum ex c. 3. Iudicum, quo loci, dicitur Aodum ſibi feciſſe gladium ancipitem, habentem in medio ſapulum longitudinis palmæ manus, & eo accinctum ſubter ſagum in dextro fœmore, extendiſſéque ſiniſtram ad ſicam in dextro fœmore, & necaſſe Eglon regem. putántque ideo locum ſiniſtræ honoratiorem, quòd ſiniſtra vſus fuerit, ſed id non concludit, quia poteſt quis eſſe vel amphidexter, vel vtens ſiniſtra pro dextera, ſed hoc ex conſuetudine propria & aſſuefactione, non iure honoris. Dicunt & Turcæ honorabiliorem partem hominis ſiniſtram, quòd eam gladius delatus cohoneſtet, & qui ſit in parte dextra, gladium habeat ſub manũ eius qui ſiniſtrum latus claudit, ille verò, liberum eum geſtet & expeditum[a].

a *Augerius Giſlenius Buſbequius in Itinerario Conſtantinopolitano.*

Contrarium putant alij, & communis videtur opinio, dextro collocari quod melius eſt. à dextra parte motionis originem trahi, & ex vſu communi, vt ſignificantius exponere ſacra pagina hominibus corporalibus beatitudinem & reprobationem animarum & corporum doceret, dexteram beatitudinis locum, & ſiniſtram damnationis poſuit. & vt honorem Domini noſtri IESV CHRISTI, apud Deum Patrem exponeret, dixit, eum locatum à dextris patris.

Sunt qui dicunt honorabiliorem locum eſſe, medium, inter plures, veluti Chriſtus apparuit in medio diſcipulorum, & Deus in medio dicitur eſſe eorum qui in nomine eius congregantur.

Alij primas cathedras, ordinis rationem ponunt honorabilium, alij aliter ſenſerunt.

Proinde, cùm ſint diuerſæ de locatione honorabili ſentẽtiæ, nihil certi definiri poteſt: illo excepto, quod mores loci, & in qua ſint ſententia qui ibi habitent, ſequi oporteat: cùm etiam eadem reſolutio certò tenenda ſit, in ipſis moribus, verborum proprietate, & valore monetæ.

13 Dignitatis autem potiſſimùm ordo peti ni fallor debet, vel ex eo quod is qui iubere poteſt, ſtatuit: quod certè eſt expeditiſſimum: vel ſi ſine lege metuenda eſt dignitas, in officiis poterit eſſe pro regula, vt quo quis præeſt melioribus & pluribus, is præferendus ſit in gradu inferioribus.

Dehinc, quo quis accedit propius, & à quo dignitates procedunt, eo præſtantior illis qui magis recedunt, haberi debeat. Quod ex diuinis & humanis poteſt colligi. Siquidem angelorum ordines, prælatione potiores ſunt, quo magis Deo accedunt & remotiores dicuntur vltimi. niſi ſi qua delegatione extraordinaria, à Deo deligantur: in qua maiores habentur, vt Deum immediatè in eo repræſentantes. Sic in Sole & igne, quo quiſque propius accedit, eo magis illuſtratur, & calorem maiorem ſentit.

In terra, quia ſummus pontifex, imperator, rex, princeps non

recognoſcens ſuperiorem, ſunt veluti fontes dignitatum & honoris inter ſubditos: ſic qui eis ſunt proximiores, immediatè eius miniſteria exercent, habentur meritò digniores, & eo magis quo a latus eius viuunt, vel maiora ſibi conceſſa ſunt: Sic in ſummo pontifice, cardinales proximi, dehinc quatuor patriarchæ iuxta eorum conſtitutum ordinem: poſtea primates, ab eis proximi archiepiſcopi, ſubinde epiſcopi, priores, curiones, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, clerici, monachi. obſeruatis rurſum gradibus in ſingulis ordinibus, vel eccleſiarum vel ciuitatum, vel titulorum, quibus pręficiunt vel antiquitatis receptionis in ordinem.

In ſecularibus principibus, non minus obſeruatur eadem regula, vt qui proximiores ſint præſtantioribus, ab illis conſtituti habeantur digniores, vt primum principes ſeu ſanguine proximi, ſubinde qui ad latus ex ſanctiori conſilio ſunt, & inter illos heroes maiores & minores, iuxta decretum principum & conſuetudinem antiquam. Et idipſum in magiſtratibus & poteſtatem habentibus, & delegatis, quæ omnia poſſunt facile inter ſubditos componi, ratione ſeſſionis, proceſſionis, ſtatus & dignitatis, authoritatis & poteſtatis & priuilegiorum conceſſorum.

14 At non ita facilis compoſitio graduum, quando reges cum regibus, vel imperatores cum imperatoribus concurrunt, & quiſque illorum aut delegati eorum, in conuentum aliquem celebrem conuenire, & ſedere & ſententiam dicere ibi debent, quemadmodum ſi ad conſilium generale vocentur, ſi in neutrali ciuitate inueniantur. ſi apud ſummum pontificem, vel apud imperatorem, reges, apud regem, alij abſolutè principes ſint. vnde ſæpe ſolent excitare tumultus, & bella atrociſſima. Nolunt enim ſibi vltro ſedere, ſed ſinguli ſe digniores & honorabiliores, aut æquales putant. Et non immeritò rectiſſimè dictum eſt, periculoſum eſſe congreſſum principum. vix enim ab inuicem recedunt, ſine aliqua æmulatione, inuidia, aut indignatione, quia neſciunt ſe compati, ſe putant contemni, aut contemnunt.

Sic legati regum Galliæ, & Hiſpaniæ, voluerunt contendere de prioritate Romæ & Venetiis, quamuis ex omni antiquitate & meritò dignior habitum ſit regnum Galliæ, & antiquius, & magis de eccleſia benemeritum, ideo præferendum, vt & iudicatum à ſummo pontifice & conſiſtorio cardinalium, & Venetiis[a].

*a vide Bodinũ li. 1. de rep. c. 9.*

Sunt & in hac quæſtione de prælatione regnorum, non ſemper ita facilis reſolutionis quia non ſemper res conſilium, ſed vim habet: & regnorum, ſicuti nobilitatis hominum eſt incrementum, decrementum, & interitus, item rerum publicarum & ciuitatum: vt nihil ſub ſole firmum ſit, & in eodẽ ſtatu poſſit nobilitatis permanere propter viciſſitudines rerum. Abſorta eſt monarchia Aſſyriorum poſt mille ducentos 39 nouem annos, per Monarchiam Medorum: hanc, ſepeliuit Monarchia Perſarum: & iſtam Macedonum ſub Alexandro Magno: poſt hanc aliæ ſe mutuò extruſerunt. vt vis & robur victorum ſequentium ſemper priorum obſcurauerit. Quare non

facilis



facilis eſt inter principes potiſſimum magnanimos, de præferntia compoſitio. neque ea facta in poſterum firma manet, vbi potiſſimum ambitio ſemel animum principis occupauerit. Et ita, erit neceſſarium, ſiquando in conuentu generali aut conſilio agatur, de regum illic exiſtentium prælatione, ne reſolutio negotiorum impediatur, de dignitate & præcedentia nihil interim ſtatuendo, ſed ſiue præiudicia dignitatis cuiuſque principes præſentes exorare, vt ſententiam dicant, vel ſcripto proferant, (ſi in pronuntiatione de priore dicenda ſententia etiam non conueniant) cum legatis tamen eorum non ita facilis concordia, cum de dignitate dominorum nihil poſſunt ſine expreſſo mandato principum conſtituere, à quibus miſſi ſunt. In quo caſu arbitrarer, non ideo minus inſiſtendum conſilio communi, ſi dilatio admonendi principes non daretur, ea tamen lege, vt ratificatio ab illis dehinc peteretur, ſi modò eorum probatio in conſultis requireretur, non aliter. Sed hæc relinquo iudicio ſapientiorum qui in procinctu conſiliorum poſſunt melius plures, de occurrentibus controuerſiis iudicare, vel de prælatione ſtatuere, quod ſumpta occaſione rerum illis melius videbitur. obſeruato perpetuo, vt quantum fieri poterit, caueant ne ſententia conſilij poſſit eſſe ſeminarium inter principes, bellorum & inimicitiarum.

Sed neque facilis concordia eſt inter virtute aliqua eximia nobilitatos, & nobiles ex proſapia, vel dignitate militari ornatos. vis enim armorum, vt multa alia confundit, ſic quoque honorum gradus peſſundat: niſi à monarcha, qui vtriſque legem dicere poteſt, ordinentur.

Quod pertinent verò ad ſententiam communem, vbi opus eſt armis, ibi togati poſtponuntur: vbi verò de tractando iure & iuſtitia diſtribuenda, certè qui in ordinibus ſunt iuxta maiores dignitates potiores eſſe debent. Olim Duces, Comites, Marchiones, Barones, centenarij non tantum cum manu militari, ſed etiam cum dignitate & cum poteſtate iura reddendi miſſi ſunt in prouincias, aut ciuitates, aut oppida, vnde & iuriſdictiones feudorum iuxta poteſtatem conceſſam feudatariis, vel adminiſtratoribus originem habuerunt, vel maiorem, vel minorem. ideo facilis eſt ordinatio in præcedentia, inter dignitatis feuda habentes, & cum aliis iudicibus, ſeu magiſtratibus collatione facta poteſtatis. At de aliis militibus & doctoribus quis præcedere doctor an miles: præſuppoſito quod doctor pro equite & nobili habetur adepto gradu & priuilegiis à ſummo pontifice, & imperatoribus & regibus conceſſis: ſi eminentia doctrinæ illuſtretur, dicit Baldus[a], doctorem præferendum eſſe militi, quoniam magis eſt honorandus qui ſua virtute pollet, quàm qui aliena, vt nobiles ex genere[b]. Atque notat quod Bononienſes ſemper faciunt præcedere egregios doctores, & ponunt eos ante quoſcunque milites, propter virtutem. de doctorellis idipſum negat, quia parum inquit meruerunt. Cęſares etiam comitiua dignitate donarunt le-

*a Bald. ad Proœmium pã decTarũ ſuper rubrica ibi anteceſſoribus.*

*b Vt notatur in l. ſi quid in bello, de captiuis. P.*

gum profeſſores qui ſine reprehenſione,&probati per viginti continuos annos docuerunt [c].

a *l. vnic. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitanenſi comi. meruerunt.*

15 Sed vt facilius diſtinctionem ordinum & ſtatuum perſonarum, dignitatem & gradum ſingulorum percipiamus, non erit inutile aut otioſum, anacephaleſin vitæ humanæ percurrere.

Anima hominis, duas potentias præcipuè exercet, & eſt principium cõtemplationis & actionis rationalis. Homo habet eſſe quoad corpus & elementis, & cum his participat. habet viuere, naturaliter commune cum plantis, quæ generationem & nutritionem ſeu incrementum habent. Cum animalibus habet ſentire, moueri per ſe communicatum, proprium autem, & intelligere, & ratiocinari, & ex ratione agere: actio interior videtur contemplatio veritatis: exterior in actionibus exterioribus qui in veritatis ſpeculatione verſantur, vitam dicuntur ſequi contemplatiuam; alij actiuam. Contemplatio habet quidem quietẽ ab exterioribus actionibus; nihilominus tamen ipſum contemplari, eſt quidam motus intellectus, prout quæ libet operatio dicitur motus, & ipſum intelligere, vt ſentire [b]. Ita contemplãtis triplicem motum ponit Dionyſ. Areopag. de diuinis nominibus [c]. Rectum, circularem & obliquum. Finis intellectiuæ cognitionis, vel eſt ipſa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplatiuum, vel eſt aliqua exterior actio; quod pertinet ad intellectũ practicum ſiue actiuum [d], ex quo verò intellectus verſatur circa actionem, intelligitur vitam humanam actiuã in actione rationali conſiſtere, non in irrationali, & in voluptatis actione, quæ ſenſualis eſt, & nobis communis cum brutis, vt proinde qui in delectationis corporalis actionibus finem ponunt, non vita humana ſed beſtiali viuunt.

b *Ariſtot. 3. de anima.*
c *cap. 4.*
d *Vide diuum Thomam 2. q. 176 & ſequentibus.*

16 Ideo in repub. duo ſtatus generaliter, vel modi viuendi hominum conſiderari debent, nempe vnus eorum qui contemplatiuam vitam ſequuntur; alius, eorum qui actiuam ex quibus mixtus vnus eorum qui vtramque vitam agunt: reliqui qui ocioſis, vanis & voluptatibus ſe conſpurcant, non ſunt digni qui connumerentur inter viuentes vita humana rationali, ſed inter bruta, quorum ſocietas in republica, vel eſt corrigenda, vel ſi eſt incorrigibilis, & aliis noxia, tollenda. Hominibus ſunt diuerſa ſtudia quæ tamen reducuntur ad tres fines. Omnia itaque ſtudia humanarum actionum, ſi ordinentur ad neceſſitatem præſentis vitæ ſecundum rationem rectam, pertinent ad vitam actiuam, quæ per ordinatas actiones conſulit neceſſitati præſenti. Si autem deſeruiant concupiſcentiæ cuicunque, pertinent ad vitam voluptuoſam quæ non continetur ſub vita actiua ſecundum diuum Thomam [e]. Humana verò ſtudia, quæ ordinantur ad conſiderationem veritatis, pertinent ad vitam contemplatiuam.

e *2. 2. q. 179. in fine.*

Sic virtutes morales ſcire, parum pertinent ad vitam contemplatiuam: quia ordinantur ad exteriores actiones; & ad vitam contemplatiuam pertinet ab exterioribus actionibus quieſcere [f], & finis contemplatiuæ eſt conſideratio veritatis, & ita ad eam non pertinẽt actio-

e *Gregor. 6. moralium.*



actiones corporales vel ſeculares, vt dictum etiam, ne clerici vel monachi, qui ſe contemplationi dicarunt, ſecularibus negotiis ſe immiſceant [a]: & eſſentialiter virtutes morales pertinent ad fœlicitatem actiuam [b]: diſpoſitiuè tamen, morales virtutes pertinere poſſunt etiã ad contẽplatiuam. Si quidem morales virtutes impediunt vehementiam paſſionum, & ſedant exteriorum occupationum tumultus, & actus verò contemplationis in quo eſſentialiter conſiſtit vita contẽplatiua, ab illis iuuatur, ne per vehementiam paſſionum abſtrahatur intentio animæ ab intelligibilibus ad ſenſibilia.

a *ne cleri. vel mona. in iur. pontif. li. 3 decreta. tit. 50. 2. ad Ti. c. 2.*
b *Ariſt. 10. eth. c. 9.*

17 Nobilis finis & principalis contẽplationis, eſt quid ſit Deus, contemplatio diuinæ veritatis atque huiuſmodi contemplatio, eſt finis totius [c] humanæ vitæ: quia per eam vt per ſpeculum, & in hac vita imperfectè & in ænigmate quanuis, tamen ſit inchoatio diuinæ beatitudinis, vt in futuro perficiatur. Atque Ariſtoteles etiam poſuit [d] vltimam felicitatem in contemplatione optimi intelligibilis.

c *D. Auguſt. 1. de trinita. c. 8.*
d *Ariſtot. eth. c. 8.*

Sed quia per viſibilia quæ facta ſunt intellecta, inuiſibilia cognoſcuntur [e] cognitio veritatis, eſt etiam aliarum rerum vt effectuum diuinæ maieſtatis, quæ nobis viam parant ad illam ſempiternam veritatem, & ſecundario ad illam diuinam contemplationem pertinent. Sic Dauid [f]. dicebat, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar. & poſtea, expandi manus meas ad te, quo ſignificat: per gradus ſe perueniſſe ad contemplationem diuinitatis.

e *ad Rom. 1*
f *Pſal. 142. 3.*

Primo gradu ponitur, perceptio ipſorum ſenſibilium.

In 2. progreſſus à ſenſibilibus ad inſenſibilia.

In 3. dijudicatio ſenſibilium ſecundum intelligibilia.

In 4. abſoluta conſideratio inſenſibilium, quæ ratio nec inuenire nec capere poteſt.

In 5. ponitur contemplatio intelligibilium, quæ per ſenſibilia inueniri non poſſunt, ſed per rationem capi poſſunt.

In 6. verò gradu, ponitur conſideratio intelligibilium, quæ ratio nec inuenire nec capere poteſt, quæ ſcilicet pertinent ad ſublimem contemplationem, diuinæ veritatis, in qua finaliter diuina contemplatio perficitur. In ſocietate humana bona eſt vita actiua & pariter contemplatiua.

18 Cúmque reſpublica non poſſit eſſe ſine vtraque vita, & vna videatur alteri in quibuſdam inferior: primum definiendum eſt vitam contemplatiuam ſecundum ſe, & ſimpliciter, meliorem eſſe actiua, quamuis in aliquo ſecundum quid ab actiua videatur ſuperari.

Ita Chriſtus in vtraque vita, Marthæ, [g] quæ erat ſymbolum actiuæ, & Mariæ ſororis eius quæ erat nota cõtemplatiuæ, iudicium cõſtituit, *Mariã optimam partem elegiſſe* in Dei operatio, cum beatitudine excellat in cõtemplatiua eſt, & ex humanis ea erit fœliciſſima quæ huic maximè eſt cognata vt etiam dixit Ariſtoteles [h] cum præſenti ſeculo, vita aufertur actiua: contemplatiua autem hic incipitur, vt in cæleſti patria perficiatur. [i]

g *Lucæ ca. 10.*
h *Ariſt. li. 10. moral. c. 8.*
i *Gregor. ſuper Ezech.*

quod dixit Chriſtus, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Vita contemplatiua diuina tractat: actiua actiones humanas. Contemplatiua rurſum prior actiua, in quantum prioribus & melioribus inſiſtit, vnde & actiuam vitam monet & dirigit. Ratio enim ſuperior quæ contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem quæ deputatur actioni: ſicut vir ad mulierem quæ eſt per virum regenda [b]. Prior autem temporis ordine quoad nos poteſt eſſe actiua vita quàm contemplatiua: quia ex bono opere tenditur ad contemplationem [c]. Sic à vita actiua proceditur ad contemplatiuam ſecundum ordinem generationis: à vita autem contemplatiua reditur ad actiuam per viam directionis, vt per contemplationem, vita actiua dirigatur. contemplatiua conſiſtit in dilectione Dei. Actiua in dilectione proximi propter Deum, vt Deus præferendus creaturæ, ſic contemplatiua vita actiuæ. vtque dehinc nobilior anima corpore, ſic contemplatiua vita interior animæ præfertur actiuæ. Et qui contemplationi Dei vacant vt theologi, digniores habentur, vacantibus actiuæ vitæ. digniores ita in republica omni habiti qui religioni & cultui diuino conſecrati fuerant. Et inter perſonas eccleſiaſticas illę, quæ actiuæ & contemplatiuæ vacant, ad directionem populi & rerum diuinarum præſunt & eccleſiaſticarum adminiſtrationi. præſtantiores ratione minoris vel maioris ordinis vt epiſcopi & ſuperiores prælati, qui debent eſſe in actione præcipui & in contemplatione ſuſpenſi [d] præcipui in actione, vt ſciant imperare quibus præſunt, & defendere ſibi commiſſa, vt neque imperiti negotiorum, in epiſcopos ſunt ordinandi [e]. Qui verò præſunt rectè, duplici honore digni ſunt [f].

19 In eccleſia & politia eccleſiaſtica, vnum quidem eſt corpus viuificatum vnico Spirituſancto [g]: ſed quòd membra diuerſa habeat, vt regina circumamicta varietate. Et diuerſitas in membris ad tria ordinatur, vel ad perfectionem, vel ad actionem, vel ad decorem. Differentia graduum ratione perfectionis, vt alij aliis ſint perfectiores, vel ad perficiendã eccleſiam poſiti in diuerſis gradibus. Et Deus quoſdam quidem dedit Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, quoſdam Euangeliſtas, alios paſtores & doctores, ad conſummationem ſeu perfectionem ſanctorum [h]. Ad neceſſitatem actionum, ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto [i]. Et hæc diſtinctio dicitur officiorum, quia diuerſi ad diuerſas actiones deputati ſunt, vt expeditius & ſine confuſione omnia peragantur. Sicuti in illa republica cæleſti, omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, inter ſe ad miniſteria ſubordinati: per nouem ordines in hierarchia cæleſti: horum gradus primus poſt Deum præſtantiorum ſeraphinorum, ſecundus Cherubinorum, tertius thronorum [k], quartus dominationum, quintus principatuum, ſextus poteſtatum, ſeptimus virtutum, 8. archangelorum, 9. & inferior angelorũ [l]. Sunt & in cœlo

a Gregorius ſuper Ezechiel.
b D. Auguſtin. lib. 12. de trinita. c. 12.
c D. Gregor. 3 homilia. ſuper Ezechielẽ.
d Gregorius in paſtorali.
e ca. 1. 39. diſt.
f 1. ad Timoth. c. 5.
g Ioh. Euan. c. 6.
h ad Epheſ. c. 4.
i ad Roma. c. 12.
k Dionyſ. Areopag. lib. de cæleſti hierarc. c. 6.
l Ioannes Damaſcen. li. 2. de orthodoxa fide Gregor. in moralib. lib. 32. c. 24. vide multa quæ de hac re diximus tomo 4. cõm. e itarior. ſyntaxeos artiumirabi. lib. de Angelis c. 5 num. 4. & ſeq. ca. principium, §. omnis lapis, de pœnis, diſt. 2.





alij gradus diſtincti beatorum, vt ſtella ab ſtella claritate differt. & ad imitationem triumphantis eccleſiæ & in militanti diſtincti ordines & gradus, qui ab inferiori creſcunt honore, & miniſterio, ordine ſequente à minori ad ſummum peruenie ndo, clerici, pſalmiſtæ, oſtiarij, lectores, exorciſtæ, acolyti, ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, epiſcopi [a], archiepiſcopi ſeu metropolitæ, patriarchæ, ſummus pontifex [b].

Ad hoc porro diſpenſationis diuinæ prouiſio, gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos: vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas, alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi eam magnus differentiæ ordo ſeruaret: neque quæque creatura in vna eadémque qualitate gubernari vel viuere poteſt [c]. Summus pontifex vnus & primus in dignitate [d], patriarchæ inter ſe habent gradus quoque poſt ſummum pontificem. Secundus ita patriarcha Conſtantinopolitanus, ex conſilio Conſtantinopoli habito anno Domini 383. [e] tertius Alexandrinus, dehinc Antiochenus, & ſubinde Hieroſolymitanus [f]. at cardinales num præferendi ſint patriarchis, alibi diſputamus [g], & ſaluo meliori iudicio, patriarchas ſecundos poſt ſedem pontificalem donatos dignitate & præferentia, arbitramur [h]. de primatibus non idem cenſerem: quanquam primates vbi patriarchæ non ſint, pro patriarchis quantum pertinet ad officium, habeantur [i].

Poteſt & inter archiepiſcopos & epiſcopos, præcedentia conſtitui ex dignitate eccleſiarum, vel ex munere illis conceſſo, vel ſecundum antiqua priuilegia, vel ad conſuetudinem. Quemadmodum inter cardinales, alij ex titulis maiores aliis cenſentur: vt maiores cardinales, presbyteri, cardinalibus, diaconibus: & maiores presbyteris, cardinales epiſcopi. Cæteris verò paribus, tum in minoribus tum in maioribus eccleſiaſticis ordinibus, digniores quod ad præcedentiam, ſedem & ſubſcriptionis ſeriem ſunt qui prius recepti in eo ordine habentur. [k] & ita gradu cæteros ille antecedere debet, quem labor prolixior, & ſtipendia longiora fecerunt anteire [l]. In curionibus etiam & aliis religioſis perſonis regularibus & ſecularibus ſunt ordines in eccleſia conſtituti, vel ex epiſcoporum prouidentia, vel ex conſuetudine, vel ex priuilegio pontificali, Qui debent inconcuſsè ob vitanda ſcandala & diſſidia à prælatis conſeruari.

20 Ad decorem ordinatio etiam fit in eccleſiaſticis gradibus, vt quædam vacationes & officia diſponantur, alij ſubſint, obediant, alij imperent, alij ſint miniſtri, alij quibus imperium exhibeatur: vt in magna domo non tantùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed etiam alia fictilia & lignea. [m] In quo & magis admirata eſt regina Sabbæ ſapientiam Salomonis, dum vidit habitacula ſeruorum & ordines miniſtrantium [n].

21 Sicut porro in vita contemplatiua ordo neceſſarius ad per-

a ca. cleros 21. diſtinct. cap. à ſubdiacono, 93. diſt. & tota 59. diſt.
b dicto ca. cleros, 21 diſt.
c ca. ad hoc 89. diſtinct.
d l. 4. de ſumma trinit. C. ca. in nomine Domini 23 diſtin. quemadmodũ inter ethnicos pontifex maximus. vide multa quæ de hoc trado, lib. 15. ſyntag. c. 3.
e vide quæ dixi lib. 15. ſyntagma. c. 5.
f ca. renouantes 6. & ſeq. ſub 22. diſt. ex ſynodo 6. ſub Iuſtiniano congregata c. 36.
g d. lib. 15. ſyntag. c. 4.
h ca. vrbes & ſeq. 80. diſtin.
i ca. prouinciæ, 99. diſtin.
k ca. fi. 17. diſtinct. cap. epiſcoporum, 74. diſt. cap fin. 75. diſt. cap. 1. de maiori. & obed.
l l. nemo, de officio magiſt. officior. C.
m 2. ad Timothe. c. 2.
n 3. reg. c. 10.

fectionem, & ad opera perficienda expeditè, & ad decorem neceſſarius eſt: ita & in vita actiua quæ ſecularis dicitur, & quæ gubernationem ſui ipſius & proximi reſpicit. In qua confuſio facilè opprimit ſocietatem rectam humanam. quare gradus & dignitatis & honoris imperandi & obſequendi, diligentiùs ſunt præſcribendi. Atque ideo veluti ex conſenſu & ex iure gentium receptum eſt, imperatorem maiorem eſſe rege ſimpliciter, regem aliis dignitatibus ſubordinatis, ſunt & inter reges prærogatiuæ in ſeſſionibus & ſubſcriptionibus, maximè quæ controuertuntur in conſiliis generalibus eccleſiaſticis, vel ratione priuilegij, vel antiquitatis, vel potentiæ, vel conſuetudinis, de quibus, inſpectis tantùm cuiuſque rationibus, vix poteſt à priuato ſcriptore iudicari: non minùs quàm de præferentia ducum, comitum, marchionum, baronum, vicecomitum, caſtellanorum, quorum feuda, dignitates, honores, habent rationes diuerſas, & quæ ob feuda ipſa, vel ob perſonas, quæ ea poſſident, vel digniores vel minores faciunt poſſeſſores. Cæteris tamen paribus, poſt reges ſubordinantur duces, poſt duces, comites, vicecomites, barones, caſtellani &c. Sunt tamen minora hæc feuda, conceſſa aliquando principibus filiis regum, qui ratione ſuæ præeminentiæ feuda nobiliora reddunt. Sunt principes imperij, vel electores, vel communes, in bulla aurea Caroli 4. imperatoris de electio. impera. qui gradus habent diſtinctos à cæteris. Sunt marchiones interdum limitanei, comitibus prælati: & aliquando fuerunt dignitate pari cum regibus. Interdum marchiones, minores & maiores comitibus, ratione ditionis vel dignitatis potiùs, quàm quòd limites poſſideant regnorum vel imperij, quæ omnia apud principem merentur diſquiſitionem, vt inter huiuſmodi dignitates, & pro pace regni, & pro honeſtate ſeſſionis & ſubſcriptionis, fiat certa indubitatáque determinatio viſis & perpenſis cuiuſque priuilegiis & conceſſionibus, & antiqua antea obſeruata maximè conſuetudine[a].

a *vide quæ de illis dignitatibus diximus li. 6 ſyntagma. iur. c. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Chaſſaneum in catalogo gloriæ mundi.*

Sed & inter alios nobiles, erit pari modo de honore determinandum: & cauẽdum principi, ne quod hodie maximè nocet reipublicæ, obtineat. Tantùm enim creuit licentia agendi quod velis, vt promiſcuè quilibet de ſe præſumat quod velit, & deſideret & tribuat ſibi honorem indebitum, velítque haberi quilibet paganus ac nobilis, nobilitatus, ac antiquæ proſapiæ vir nobilis. Nobilis vaſſallus, vt dominus, dominus ſimplex vt caſtellanus, caſtellanus vt baro, baro vt comes, comes vt dux, dux vt rex, rex vt imperator, imperator vt papa. Sic nemo ſua ſorte contentus viuit, & maior apparere quàm ſit vult, qua pernicie nulla maior reipublicæ accidere poſſet, veluti confuſis ordinibus & mutatis contabulationibus ædificij reipublicæ. Neque profectò aliud remedium ſalubrius dari poteſt, quàm vt princeps abſoluta ſua poteſtate cogat vnumquemque intra cuticulam propriam ſe continere, & manu ſi opus eſt etiam armata, reſtituat ſingulos ſuis ordinibus: nec patiatur



nec patiatur abuti tanta licentia quæ poteſt turbare ſubditos. Iniuria etiã fit ordinationi reipublicæ, cùm quis ſibi locum immeritum vſurpat, & furatur alienum: committitur & falſum, vt meritò lex Viſellia libertinæ conditionis homines perſequeretur, ſi ea quæ ingeniorum ſunt, contra honores & dignitates auſi fuiſſent attentare, vel decurionatum arripere[a].

a *l. vni. ad legẽ Viſelliam li. 9 C. tit. 21. & l. vnic. quãdo ciuil. actio crimi. præiudi. li. 8. C. ti. 31.*

*De veſtitu.*

## CAP. XI.

CVRA politicæ adminiſtrationis, non tantùm conſtituitur in dignitatibus & ordinibus conſeruandis, ſed etiam ad veſtes & ornatum ciuium extenditur, variis & pluribus certè rationibus, quas longum eſſet per ſingula recenſere, & quæ nihilominus quotidiana nobis occurrunt experientia notandæ. *Duplex eſt ſumma, ad quas metas* inquit Varro[b], *naturæ, ſecundum aliquos eſt perueniendum in vſu: vtilitatis, & elegantiæ. Quod non ſolùm veſtiti eſſe volumus vt vitemus frigus, adde & calores & alias temporis tempeſtates: ſed etiam vt videamur veſtiti eſſe honeſtè, vt non domum habere, vt ſimus in tecto & tuto ſolum, quod neceſſitas contruſerit, ſed rebus omnibus, quæ habent inæqualitatem, quamuis ex vſu primum ad neceſſitatem videãtur adſumpta.* Veſtimentum in hoc ſeculo homini cõuenit, propter eius infirmam naturam, ex occaſione peccati primi corruptam ſaltem, vt tegant honeſtatis cauſa, quæ pudenda dicuntur, quæ tectio, vt pudor, eſt veluti iuris naturalis ex peccato. nã in ſtatu innocẽtiæ, in loco bonæ voluptatis, erãt nudi primi parẽtes, nec cognoſcebant tales ſe eſſe, hoc eſt nõ illos tales eſſe pudebat, donec peccarũt, & legẽ dei trãſgreſſi ſũt[c]: tũc enim cognouerũt ſe eſſe nudos & conſueuerũt folia ficus, & fecerunt ſibi περιζώματα, vel vt in Hæbreo eſt, חגרת *chogoroth, cinctoria*, quæ alij dicunt fuiſſe femoralia, quæ dicuntur tamen Hebræis מכנסים *michneſaym*[d]. fecit autem Deus poſtea Adæ & Euæ כתנות עור *chatenot. gnor. i. pallia pellita*, vel de pelle, & induit illos. Induti primi homines pellibus beſtiarum, vt intelligerẽt & perpetuo recordarẽtur ſe morti addictos eſſe, & mortis memoriale, nempe excoriatæ animantis & mortuæ pellis pro inſigni data eſt circumferenda ſecum, & hæc eſt nobilitas veſtitus hominis, quo ſe ornare debet, memoria mortis, & perizomata foliorum, aliud ſymbolũ breuitatis vitæ eiuſdem. comparatur enim foliis arborum, deciduis: ſicut folium quod vento rapitur, vt ait Iob, & dicitur ab Ariſtotele rectè χρόνου λάφυρον, *temporis ſpolium.* Helias & [e] D. Iohannes Baptiſta vterque magnus propheta hoc veſtimento tanquam pœnitentiali homini à deo primum dato, vſi fuerunt pellito ad nudum.

b *Lib. de ling. Lat.*

c *Geneſ. cap. 3. verſ. 7.*

d *Ita dicta femoralia vt exo di 28. verſ. 41. quod duas haberent alas vel oras ſibi coniunctas.*

e *Dicto c. 3. Geneſ. verſ. 21. inde nomen Græcum χιτὼν pro pallio.*

2 Quando veſtes non ſeruant honeſtatem, vel habent nimiam voluptatem, aut luxum, nec conueniunt gerentibus, tunc danda erit opera pro emendatione abuſus. Videtur enim equidem veſtimentorum & ornamentorũ vſus, per ſe eſſe ex adiophoris: at mores & cauſę

& recepta iam in certis locis de veſtitu opinio, tantum valet, vt non poſſit niſi cum immutatione aliqua reipublicæ, vel tumultu, aut ſaltem cum indignatione aliquorum, in aliam obſeruationem transferri, ſiue conſideremus publicam & receptam conſuetudinem, ſiue ſingularium perſonarum ſtatum ac dignitatem, ſexum aut ætatem, & officium vel artificium. Sicuti enim accidit in mutatione nominis, vel prænominis, aut agnominis, fraudis quædam ſuſpicio: & in nouo viuendi regimine, quædam diſcraſiæ & alterationis naturę, iudicium, & ex mutatione monetæ, maxima inter populares & alios commerciorum difficultas: ſic & in mutatione receptorum & diſtinctorum cognitorúmque habituum, & ornamẽtorum, vt certè quando noſtra nobis diſplicere incipiunt, & aliena nimium placere, ſit veriſſima imò prę́ſumptio vrgentiſſima, & aliorum ritus nos facilè ſequuturos, & noſtros relicturos.

Fuit Andronico Iuniore imperante, Conſtantinopoli tanta veſtitus mutatio in aula Conſtantinopolitana, vt non Græcorum amplius conuentus, ſed Latinorum, Myſiorum, Triballorum, Syrorum, Phœnicum colluuies, eſſe videretur: prudentioréſque non obſcurũ omen, vel mutandi vel affligendi imperij, inde acceperint [a].

*a Gregoras lib. 2.*

Inter præſagia transferendi imperij Perſarum à Dario in Alexandrum Magnum Medum, recenſebant, Darium principio imperij, vaginam acinacis Perſicam, iuſſiſſe mutari in eam formam qua Græci vterentur: protinúſque Chaldæos interpretatos, imperium Perſarum ad eos tranſiturum, quorum arma eſſet imitatus [b]. Pari modo fertur Alexandrum victoria Darij potitũ, purpureum diadema diſtinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdediſſe, veſtémque Perſicam ſumpſiſſe: & quanuis ille ſe ſpolia Perſarum ſe geſtarę dicens, tamen verè cum illis mores induiſſe, & ſuperbiam habitus, animi inſolentiam ſecutam fuiſſe [c] manifeſtum fuit, & proinde exoſum Medorum habitum, & militum Medorum beneficia: vnde & milites & amici tantum in eum odij conceperunt, vt illi eum relinquerent, iſti veneno mortem moliti fuerint [d].

*b Quintus Curtius lib. 3. de geſtis Alexan.*

*c Q. Curtius lib. 5.*

*d idem lib. 10.*

3 Ludouicus Germaniæ rex, externos habitus edicto prohibuit [e]. Iohannes Ducas, imperator Orientis, decreto ſanxit, ne quis ſubditorum vteretur veſtibus Aſſyriis, Babylonicis, Italicis, variis artificiis confectis, ſericis: niſi is quiſquis eſſet, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet, ſed his contenti eſſent quas Conſtantinopolitanæ nouæ Romæ prouinciæ ac manus præberent [f].

*e Auentinus lib. 4. annaliũ Boiorum.*

*f lib. 1. iuris Orientalis, in eius conſtitutione περὶ ἰσθῆτων. collecto ab Enemundo Bonefidio.*

Videtur & Deus ſuper vſu peregrinarum veſtium ad iram prouocatus, dum apud Sophoniam [g], *Et viſitabo*, inquit Deus, *ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina.*

*g in c. 1. verſ. 8.*

4 Vt ſermones, ſic & veſtimenta & ornatus corporis, proprias habent diſtinctiones quibus internoſcantur, ita ſecundum Iſidorum [h], propriæ veſtes Parthorum, Sarabaræ, fluxa & ſinuoſa veſtimenta: Gallis Linæ, ſaga quadra mollia: Germanis, rhenones, velamina humerorum & pectoris, vſque ad vmbilicum, atque intortis villis hiſpida, vt imbres reſpuant; quibus qui circa Rhenum fluuium degunt, maximè vtuntur, vnde dicta hæc veſtimenta Rhenones: Hiſpanis pro-

*h Iſido. in etymolog.*



propria, ſtriges: Sardis Maſtrucæ: quibus in ferarum habitum transformantur, vnde monſtrucæ quaſi monſtroſæ nomen habent ex pelliculis ferarum conſutæ.

5 Omnes autem ferè nationes vtuntur veſtimentis: ſiquidem veſtimentum quaſi velamen nuditatis, ſiue ex lana ſiue alia materia fiat: verum modus, forma, & materia in veſtimentis propria & diuerſa, etiam in nationibus. Et nullæ niſi omnino ſylueſtræ ſunt quæ aliquo non operiantur aut tegantur. Si non in omni parte corporis, tamen in aliqua. vt apud Braſilienſes, quanquam vulgus nudo corpore incedat, tamen qui inter eos nobilitate præſtant, veſtes induunt, pſittacorum & aliarum auium variorum colorum plumis confectas, pileíſque ex eiſdem plumis contextis, caput ornant: & brachiis armillas ex plumis ſimiliter factas inducunt, veſtes autem ab vmbilico ad genua tantum demiſſas gerunt [a]. Et alibi qui pannis carent & lineis, coriis & pellibus animalium ſciurorum vel ferarum amiciuntur, quibus in patria abundant, & quidam quoque foliis vſi ſunt contextis, cuius generis fuit veſtis illa D. Pauli Heremitæ.

*a Oſorius li. 2. de rebus Emanuelis.*

6 Peccatur in populo circa veſtimenta, in luxu, & ſuperfluo cultu & ornatu. coguntur enim ſæpe ob impenſas in ſuperflua, aut ob pannos pretioſiores pretio magno emptos, immobilia vendere, furari, vel doloſè negotiari, quia talia veſtimenta ſupra dignitatem & facultates appetant.

Fuit Romæ aliquando lex etiam veſtiaria, lata, Siſenna Statilio Tauro, & L. Libione Coſſ. anno ab vrbe condita 769. à Tiberio Cęſare, ne quis vir ſerica veſte vteretur; neque aurea vaſa niſi ad rem ſacram haberet [b].

*b Dion Caſſius li. 7. hiſto. Roma.*

Aurelianus Cæſar, veſtem holoſericam, neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri vtẽdum dedit, nec vxori pallo ſerico vti permiſit, dicens, *Abſit vt auro fila penſentur.* libra enim auri, tunc ſerici fuit [c].

*c Flauius Vopiſcus in Aureliano.*

Imperator Tacitus, tanquam imperij capacior à ſenatu electus, togis & tunicis iiſdem eſt vſus, quibus priuatus: holoſericam veſtem, omnibus viris interdixit [d]. Cautum & decreto, Octauio Frẽtone pręture functo, à Q. Halerio Conſulari, ne veſtis ſerica viros fœdaret [e], quo loci tamen quidam arbitrantur ſericum dici, quod nos dicimus *creſpe*, non ſericum pannum, quod & innuere videtur Seneca [f], *Video*, inquit, *ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt quod defendi aut corpus, aut denique pudor, poſſit, quibus mulier ſumptis, parum liquidò nudam ſe non eſſe iurabit.* Cõſentit Plinius [g], *tam lõginquo orbe petitur, vt in publico matrona trãſluceat*, Cęſares Theodoſ. Arca. & Honorius pallia tunicáſque ſericas; holocerica veſtimenta, auratas ac ſericas paragundas, priuatis prohibuerunt [h]. Imperator Tacitus auro clauatis veſtibus interdixit [i]. Nam & ipſe author Aureliano perhibetur, vt aurum à veſtibus, & cameris, & pellibus ſubmoueret.

*d Idem Vopiſcus in Tacito.*

*e Cornel. Tacitus lib. 2. annal.*

*f Seneca 7. de beneficijs.*

*g Plinius lib. 6. c. 17.*

*h l. 1. p. & fin. de veſtibus. holoteris & auratis lib. 12. C. ti. 8.*

*i Flauius Vopiſcus in Tacito.*

Iſabella & Ferdinandus Hiſpaniæ reges, iuuenibus qui literarum ſtudiis operam dabant, vſum longarum & ſericarum veſtium, promiſſorúmque capillorum, ademerunt. [k]

*k Marineus lib. 19. rerum Hiſp.*

7 Edixit Octouianus Cæſar, ne quiſquam niſi ſenator, quíque in magiſtratu eſſet purpuram geſtaret, quam iam vulgò geſtare videbat[a]. Iulius Cęſar conchiliatæ veſtis & margaritarum, niſi certis perſonis & ætatibus, pérque certos dies, vſum ademit. Voluit Auguſtus purpuram diſtinguere perſonam & dignitatem imperantis, eorúmque qui eius iuſſu & poteſtate præerant à reliquo populo: vt & alij, interdixerunt lanam & ſericum murice tinctam priuatis, & commercium cum barbaris ſerici nomine tantùm, permiſerunt comiti commerciorum[b].

a Dio. Caſſ. li. 49. hiſto. l. Sueton. in Iul. Cæſ.

b Gratia Valenti. Theodoſ. CC. in l. 1. & 2 quæ res venire non poſſunt li. 4. C. ti. 40.

Theodoricus rex Gothorum[c], regale opus dixit, tincturam purpuræ: *quia color*, inquit, *nimio lepore vernans obſcuritas rubens, nigredo ſanguinea, regnantem diſcernit, dum conſpicuum facit: & præſtat humano generi ne de aſpectu principis poſſit errari.*

c lib. 1. variarum apud Caſſiodorum ep. 2.

Refert Dio Caſſius[d] C. Iul. Cæſarem, aliquando molliori veſte inceſſiſſe: aliquando etiam veſte ſublimiori ac rubea vſum, more regum qui Albæ quondam imperauerunt, cum ab Iulo ad ipſos perueniſſet. Tigranes etiam pater, Armeniæ rex, togam gerere ſolitus erat dimidia ſui parte albam, & Candin quod erat genus veſtis purpureum[e].

d Dio Caſſius lib. 43. hiſtor. Roma.

e idem Caſſius lib. 36.

Purpurati, qui ad latus principis ſunt, quique venerantur ſacram purpuram, qui gladium quo animaduertitur in noxios, & funditur impiorum ſanguis, dicti ſunt: vt ſacri conſilij & ſenatus pontificalis, cardinales conſiliarij, habent galerum & veſtimentum purpureum: quod non ad pompam ſed in ſymbolum gerunt, tanquam exiſtentes parati effundere pro Chriſti fide cui deſtinantur, ſanguinem proprium, caput noſtrum proximius ſequentes, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, qui torcular calcauit ſolus, qui aſcendit de Eſron tinctis veſtibus cum rubo veſtimento ſeu veſte aſperſa ſanguine[f], & vocatur nomen eius verbum Dei.

f Eſaiæ 63. ver. 2. & 3.

8 Habuerunt ſua tempora obſeruationes purpuræ, poſtea aliis communicata, vt etiam poſt longo tempore alij diuerſi colores diuerſæ quoque formæ habituum & ornamentorum acceſſerunt. vnde contigit vt, vulgus quoque ſequatur principum opinionem, quæ ſola perſuaſione nititur & mutatur, vt & veſtitus qui antiquitus dignitatis erat, hodie vix à ſeruis & famulis probetur ſibi poſſe conuenire. mutat ætas reſpublicas & mores, ſententias & effectus earum, vt proinde ad verum reformatorem magis conueniat, inſpicere præſentia quomodo regi poſſint, quàm quo pacto ad vſum antiquum poſſint reduci.

g apocaly. ca. 19. verſ. 13.

9 Fuerunt mulieribus veſtes delicatiores aliquando conceſſæ, ſed quæ tamen honeſtatem in matronis & pudicitiam non offenderent, iuxta mores regionum vt plerunque autem floridæ & colorum variorum meretricibus conceſſæ, vt vel habitu etiam ſepararentur à pudicis[h].

10 Neque tantum mulieribus indulgendum etiam, vt permiſſio tranſeat in luxum, & in maritorum aut parentum detrimentum, quorum marſupia & facultates facilè ea nimia indulgētia exhaurirentur niſi diſciplina publica illas à petitiōe, & hos à cōceſſione reprimeret.

h apud Romanos l. 7. § ſiquis de iureiur. P. Hieronym. in Heluidium. Tertullia. de cultu fœminarū, & Athenienſes Suidas in verba ἱνεγ ἱων.

Fuit



Fuit apud Romanos ſalubris & iuxta indigentiam, & neceſſitatem temporum ſuorum vtilis lex Appia, quam tulit C. Oppius tribunus plebis: Q. Fabio Maximo, T. Sempronio Graccho, Coſſ. anno ab vrbe condita 540. in medio ardore Punici belli[a]. Ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet, neu veſtimento verſicolori vteretur; neu iuncto vehiculo in vrbe oppidóue, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur, & aliquando etiam in collatione ad belli neceſſitatem relictæ fuerunt mulieribus in ſecundo bello Punico, vxori filiæve ſingulæ vnciæ auri[b], & pondo argenti M. Marcello 4. & Leuino Valerio 2. coſſ.

a Liuius li. 34 in principio.

b idem Liuius lib. 6. de 2. bello punico.

Fuit tamē nimia poſtea indulgētia virorū erga mulieres, in abrogāda prædicta lege Oppia, pro qua magna cōtentio ſuborta in republica, aliis eam defendentibus cum M. Porcio Catone; aliis eam expugnantibus, qui & obtinuerunt, cum matronæ nulla, nec authoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine domus potuerunt, omnes vias vrbis aditúſque in forum obſidentes, viros deſcendentes ad forum orantes, vt florente republica, creſcente in dies priuata omnium fortuna, matronis quoque reddi priſtinum ornatum paterentur. Sed quantum mali reipublicæ acceſſerit, abrogata illa lege Tribuno ſuadente L. Valerio Flacco, M. Catone Maiore coſſ. docere poterunt, Valerij Maximi, verba quæ ſic de ea abrogatione agūt. *Et quidem*[f], inquit, *fœminæ obtinuerunt, vt ius per continuos viginti annos ſeruatum aboleretur, non enim prouiderunt eiuſdem ſeculi viri, ad quem cultum tenderet inſoliti cœlus pertinax ſtudium, aut quo ſe vſque effuſura eſſet legum victrix audacia. Quod ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie aliquod nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt, in ipſo interitu ruenti luxuriæ abſtitiſſent.* Et hoc eſt quod etiam Seuerus ait Cæcina, *plura*[g] *vxoribus prætorum obiectari, his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque prouincialium, ab his negotia ſuſcipi, tranſigi: Duorum egreſſus coli, duo eſſe prætoria prouincialibus magis & impotentibus mulierum iuſſis, quæ Oppiis quondam aliiſque legibus conſtrictæ, nunc vinculis exſolutis, domos, fora, iam & exercitus regerent.* & certè nimium mulieroſi interdum viri, qui negare apertè non audent vxoribus & filiabus ſumptuoſos ornatus, qui & vllis ſunt dedecori, & ſubſtantiæ detrimento.

c Liuius de li. 34. & Zonaras.

f Valerius Maximus li. 9. cap. 1.

g Cornelius Tacitus, lib. 3. annalium.

Vt certè, non tam egeamus præfectum dari mulieribus, vt olim apud Græcos creabatur, quam potius cenſore, qui viros doceat moderari mulieribus[h].

h Dicebat Cicero, 4 de rep.

Pudica mulier, quæ marito dat operam, vt ſcribit Clemens Alexandrinus[i], pia eſt & religioſa, citra vllam fictionem, quæ autem immoderatus ornatus ſtudio tenetur, & à Deo & à pudico coniugio excidit, vt quæ maritum ornamento permittit: quemadmodum Argiua illa meretrix, Euryphile inquam, auri quæ pretium ſumpſit pro coniuge charo. Cæas ſophiſta imaginem virtutis, ſola veſte candida & pura ſtatuit, & talem eſſe debere mulieris indumentum purum, & verecundum, ſi ſit virtute prædita. Improbitatis autē imaginem, ſuperflua & varia veſte induit, alieno colore exultantem, motu comparato ad delectationē, non ſenis quàm meretricis. Quod autem

i Clemens Alexandri. lib. 2 pædagogiæ, ca. 10.

*ſcribitur delectauerunt te filiæ regum in honore tuo, aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, & fimbriis aureis, circum amicta*, non luxurioſas & varias veſtes ſignificat, ſed varium ornatum eccleſiæ integrum & incorruptum, ex fide contextum, in quo IESVS, à dolo alienus ſplendet, vt aurum, fimbriæ, auri electi. Memorandum D. Petri dictum [a], *Conuerſationem veſtram in gentibus habentes honeſtam, vt hi qui de vobis malè loquuntur, tanquam maleficis, ex honeſtis operibus ſuſcipientes, deum glorificent, & proinde frugi & honeſta non variegata* veſte vtendum eſt. Nam & Sophocles luxurioſè & delicatè viuentes reprehendens ait,

*Quæ fœminarum ſunt amicta veſtibus quas hiſtriones referunt.*

Et lex quæ per Moyſem lata eſt, de lepra [b], reiicit quod eſt varium & multis maculis notatum, proinde ac nepharium, vt quod ſit ſerpentis variis ſcammis ſimile [c].

11 Ornatum mulierum nimium, acriter reprehendit multis in locis D. Chryſoſtomus [d], vel ex eo quòd vxor quæ nimium ornari poſtulat, rapere virum ſuadet. Et quod mulieres non portent vt placeant viro, nec iis ſe placere putent, quia illa ſuperflua & vana domi eximunt, & in templo, aut palàm proferunt. Quódque D. Paulus, prohibuerit mulieres ornari auro aut magaritis, aut veſte pretioſa, aut tortis crinibus.

Accedit ex delicato & luxurioſo ornatu, pernicies adoleſcentum, qui muliebribus perditis ornamentis, ad voluptates noxias, velut per aucupium pertrahuntur, quorum reatum incurrunt fœminæ, quæ ſe ornant, & comunt, vt in ſe omnium irritent oculos, etiã ſi nullum potuerint, pulchritudine ſua vulnerare, pro quo tamen apud Deum dabunt extrema ſupplicia, parauerunt quippe virus, temperauerunt venenum, porrigerunt poculum, etiam ſi nullus qui biberit inuentus ſit. Meretricius ornatus peccatum habet, & peccandi occaſionem præbet [e].

Decipiuntur plures iuuenes improuidi, mulierum ſuperfluo nec conueniente dignitati domus, vel penuriæ familiæ earum, atque ſi non voluptate tamen habendi cupiditate, & quod eas ditiores, & honeſtiores quàm ſunt exiſtimantes, ineſcantur. ſequitúrque ſed ſera pœnitentia, ita eo feruore contractis matrimoniis, contemptus coniugij, adulteriorum occaſio, & non prius detegitur malum quàm in venas deſcenderit. Sæpius etiam ornatus ſumptuoſus, earum animos fucat quæ per ſe nihili ſunt & viliſſimæ, & dum bene fuerũt poſtea agnitæ inueniuntur deteſtabiles: honeſtæ, pulchræ, virtuoſæ per ſe, ſatis dilectæ: nec quod per ſe amabile eſt, cupit ſuperfluis ornari.

12 Mulieres comptæ, fucatæ, ornatæ, ſunt templis ſimiles Ægyptiorum [f], in quibus porticus, veſtibula, luciue magnificè inſtruebantur, atria multis columnis cincta erant, parietes lapidibus externis & artificioſè depictis ſplendebant, ædes auro & argẽto & ære collucebãt, ex variis Indicis & Æthiopicis lapillis, adita verò intextis adumbrabantur peplis. Sed dum penetralia templi adytùs ſubiſſes; & ad id quod eſt præſtantius ſpectandum properaſſes, & imaginem quæ in templo habitaret quæſiuiſſes, ſacerdos quiſpiam ex his quæ in templo ſacrificabant, venerando quidem vultu apparebat,

a 1. *Petr. c. 2.*

b *Leuitic. c. 13. verſ. 2.*

c *Clemens Alexan. li. 3. pædago. cap. 11.*

d *D. Chryſoſt. homil. in illud pſal.* ne timeas cùm diues factus fuerit homo. *tomo. 1. & tom. 2. homil. 17. in Math. ex c. 5. reprehendit & Eſaias cũ deſcriptione ca. 3. verſ. 9. diuus Paul. Timoth. verſ. 2. cap. 9.*

e *ca. fin. 14. q. 5. c. fucare, de conſecrat. diſtinct. 5. prouerb. c. 7.*

f *hac ſimilitudine vtitur Clemens Alexandrinus, lib. 3 pædago. c. 2.*

ſed



ſed velum adyti tollens, numen ridiculum oſtendebat, animalia bruta, felem, crocodilum, vel ſerpentem indigenam, vel aliam belluam quę tẽplo indigna eſt, & digna potius antro vel ſpelũca, apparebátq; ita deus Ægyptiorum bellua quæ ſuper ſtragula purpurea volutabatur, tales nempe mulieres, criſpatis capillis tinctis, oculis, vnctis genis, pilis iunctis, fluxa toga, cathenis & gemmis aliíſque ornatibus compoſitæ, quibus decipiunt homines, qui dum proximius accedunt numen inſpecturi, intra belluam vident, dignam antro quæ detracto velo apparet. Ibi Satan draco latet: in cauea animæ adulteria & pulchritudo non vera, ſed fucata. Perdunt mulieres veram pulchritudinem, dum externam inducunt.

14 Poſthumia Veſtalis Romę inceſtus accuſata, ob ſuſpicionem amœnioris cultus, ingeniique quam deceat virginem liberioris [a], Minutia quoque alia Veſtalis, primò propter mundiorem iuſto cultum, inſimulata, facto iudicio ad portam collinam viua defoſſa [b].

Inter leges Ariſtotelis [c] in probas mulieres, vt veſtitu, ſumptu, ac apparatu minori vtãtur quàm etiam leges permittant ciuitatis: conſiderans quod nec veſtimentorum nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo, tantum valet ad mulieris laudem, quantum modeſtia in rebus, ac ſtudium honeſtè decoréque viuendi: etenim omnis huiuſmodi ornatus animi, optabilis eſt, multóque firmior ad ſenectutem vſque veras laudes ſibi natíſque adferre.

15 Quòd ſi mulieribus turpis nimius ornatus & luxurioſus reprobatus fuit, & meritò; quanto magis in viris cum fine coli modico forma virilis amat & procul à nobis debeant eſſe iuuenes vt fœmina cõpti. effæminatos Homerus oſtendens Ionas vocat ἑλκεσιπέπλους, hoc eſt veſtimenta trahentes. Fluxæ enim veſtes, mollitiem habebant: & non cinctæ, indignæ viris habitæ. Sicut & Cyrillus [d], Chriſtianos etiã admonet generaliter, *veſtitu ſimplici vtare, non ad ornamentum ſed ad neceſſitatem.*

Conuenit omnibus viris & iuuenibus proinde ac fœminis, pręceptum illud iuris, *honeſtè viuere*, quod ſumit interpretationẽ, iuxta rationem conuenientem moribus iam receptis & magis probatis: & quod pudori & probati naturalis iuris conuenire poteſt.

Et certè vt dixi, vt primùm nomina imponuntur ex placito: ita & veſtium diſtinctiones ex communi conſenſu primùm inductæ: & cõuenientia probata retinet honeſtatem, & decorem, cùm autem ab illis ſine cauſa, & ad confuſionem ordinum receditur: in honeſtum atque indecens videtur.

16 Prætexta, pueritiæ, Romæ fuit: qui pueritiam exceſſiſſent, depoſita prætexta cum virili animo togam ſumebant: & ita ciuibus datus generaliter Romanis hic veſtitus, vt ſtola mulieribus. Dicti Romani, gens togata [e], vt palliati Græci. vnde & philoſophi quia magna pars eorum in Græcia adoleuit, illum habitum acceperunt nempe pallij frugalem vt putabant: Romanis porro ciuibus, togam ſine tunica, ſtatutam à Romulo narrant [f], & legem latã [g]. *Quiſque demiſſam ad talos vſque togam in vrbe habeto.* Ciuiles & veſtes togæ dictæ apud Caſſiodorum [h], & Romuleæ [i]. Moréſque togati, opponuntur barbaris, à

a *Liuius in 4.*

b *Liuius in 8. Oroſ. in 3. c. 9. Hierony. li. 1. aduerſus Iouinianum.*

c *Ariſtot. 2. œconomi. c. 1.*

d *Cyrillus Hieroſolym. epiſc. catecheſi 4.*

e *Gellius li. 1. c. 2.*

f *idem Gellius lib. 7. c. 12.*

g *Balduinus ad legem 10. Romuli.*

h *lib. 1. variarũ in formula Comitiuæ.*

i *in formula præfecti vrbis.*

Theoderico rege[a]. Carebant namque vſu togæ peregrini, barbari & hi quibus aqua & igni interdictum eſt[b]. Et contrà, qui efficiebantur ciues, vſum togæ accipiebant[c].

Innuit Claudianus in Rufinum. *Barbariem*, inquit, *reuocat.*

*Nec pudet Auſonios curas & iura regentem*
*Sumere deformes veſtémque Getarum,*
*Inſignémque habitum Latij mutare, togaque.*

Imò ferebant togam Romani alibi quàm in patria: quod liquet ex eo[d], quòd cùm Mithridates iuſſiſſet in Aſia omnes Romanos occidi, cognoſcebantur ex toga, vt multis fuerit neceſſaria veſtis mutatio vt mortem effugerent. Ferebant verò maximè tempore pacis: nam in bello ſagis vtebantur. Refert diuerſas ſententias Macrobius[e] de prætexta purpura intexta, de bulla & toga nobilium & plebeiorũ, & quando apud Romanos. Sed quia hic nihil intereſt ea ſcire, & ſufficiat annotaſſe in ea republica Romana, diſtincta fuiſſe veſtimenta puerorum, nobilium, libertinorum, ſeruorum & ingeniorum & magiſtratuum, iudicum triumphantium & aliarum dignitatum lubens ſoleo. Communis at plebeiis relicta tunc toga, cum aliis alius ornatus in publico ſuperadditus eſſet, variatum tamen aliquando, vt omnia etiam bene cõſtituta ſeneſcunt, & vſum mutant. Manſitque diu Romæ vt ſerui ingenuorum veſte non vterentur, quippe qui nec colobia, nec calceos habebant quæ liberis dabantur: vt & crepidis & mulleis vti ſeruos, aut plebeios, erat lege vetitum[f].

17 Cura fuit aliquibus principibus, antiquum habitum reuocare, & conſeruare: vt Auguſtus Cæſar habitum veſtitúmque priſtinũ reducere ſtatuit, negotiúmque dedit ædilibus, ne quem poſthac peterẽtur in foro circóque, niſi poſitis lacernis, togatúmq; conſiſtere[g].

Adrianus Imperator Romulum ſecutus, aliquando edixit, vt ſenatores ſaltem, & equites Romani ſemper in publico togati eſſent, niſi è cœna reuerterentur[h].

Et in codice legum Theodoſij[i], ſenatoribus prohibetur habitus militaris, & togatos conuentui intereſſe iubetur. Modeſta viſa & grauitatis plena toga, vnde & aduocatis & aliis viris conſultis ſeu magiſtratibus, & perſonis eccleſiaſticis, magis conuenire, vt Alexander & Seuerus penulis intra vrbem vti vetuerint, in itinere verò permiſerint, vt ait Lampridius.

Quanquam pallium exiſtiment aliqui toga frugalius, quod videtur ſignificare Tertullianus dum ait[k], *Chriſtianos veteres pallio magis quod erat magis frugale & ſimplex, quàm toga vſos.* Forſan elegerunt tũc pallium, vt etiam exteriore habitu ſe veram philoſophiam ſeu diuinam ſapientiam, colore oſtenderent, cùm tunc etiam videretur inter populos receptum, vt philoſophi habiti, pallio vterentur, quo tamen abutebantur.

Deſtinarunt Romani ſingulis dignitatibus, certum genus veſtimenti, & ita habitus arguebat vel indicabat honorem quem gerebãt, de quo nos alibi copioſè diximus[l].

18 Vidẽtur duo in ſũma neceſſaria in repub. regẽda, circa veſtimẽta. vnũ vt diſtincta ita ſint veſtimẽta, vt & ſexus, & qualitas ſeu ſtatus aut

a idẽ Caſſius li. 3. varia. c. 17.
b Iulius Paul. lib. 3. recep. ſententia. tit 4.
c l ſed etſi accepto, 32. de iure fiſci. P. Plinius lib. 4. epiſtola incip. audiſti ne. ad Cornelium Minutianum. Cicero pro Corn. Balbo.
d Cicero pro Rabirio Poſthumio.
e Macrob. lib. 1. Saturna. c. 6.
f Alexãder ab Alexan. li. 5. c. 18.
g Sueton.
h Spartia. in Adriano.
i l. 1. de habitu quo vti oporteat intra vrbem lib. 4. C. Theod. ti. 10.
k Tertullia. li. de pallio.
l lib. 9. ſyntagmatis iuris c. 19.





cõditio perſonarũ, agnoſcatur. aliud vt omnis inanis ſũptus aut luxuria in materia & forma ſeu ornatu, demãtur. Cura hęc nõ fuit cõtẽpta à legiſlatore diuino. *Nõ induetur*, inquit[a], *mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. Non indueris veſtimento quod ex lana linóque contextum eſt. Funiculos in fimbriis facies, per quatuor angulos pallij, quo operiris*[b]. Fuerunt veſtes ſacræ & ornatus ſacerdotij diſtincti[c].

Erant veſtes primogenitorum meliores[d]. Legitur & fuiſſe proprias meretricias & viduitatis[e], veſtes nuptiales & ſolemnes[f].

19 Proſpexit eccleſia de habitu clericali, ne pro laicis haberẽtur clerici, quem voluerunt perſonas eccleſiaſticas ferre, quę vti priuilegio deſiderãt ordinis clericalis[g], & vt vitam quoque ſe à ſeculi negotiis ſeparatam habere, intelligerent: ſeparatam ita ab omni faſtu, & colore, & ornatu laico, prohibitis etiam dum intendunt diuino officio, veſtibus manicatis in eccleſia: extra, ſi ſint ſacerdotes, vel in perſonatu conſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum transformari[h]. Sunt & ordinibus regularum, à propriis fundatoribus optima ratione panni diſtincti, & forma veſtium; quibus & gradus ordinis, dum in publicum conueniunt, politica eccleſiæ lege, ad vitandam confuſionem & controuerſiam diſcernantur.

20 Et quamuis verum ſit habitum non facere monachum, & perſonas quæ illum gerunt & mutant, non immutare; tamen veriſſimum eſt, ad diſtinctionem ſaltem ex communi præſumptione pertinere[i], vt crinis & pallium ſolebat eſſe philoſophis, etſi plures nebulones pallio tenus philoſophi eſſent[h].

Alexander ſeuerus, qui ſemper ſeruos cum ſeruili, liberos cum ingenuorum veſte habuit, conſtituerat animo, omnibus officiis genus veſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, vt à veſtitu dignoſcerentur[k]. Quod forſan dificile factu videretur, niſi princeps ſubditorum conſilio in hoc vteretur. nam tunc poſſet eorum ope[l] conſequi, nempe, vt ſinguli artifices conuenirent per collegia, & quid cuique ratione artificij, vel deſtinationis eius, magis conducere videretur, exponerent. poſtea autem princeps, vel gubernator quid ſibi probaretur potius eligeręt.

21 Sic de mulieribus, intra fines, cuiuſque artificij, vel dignitatis maritorum, aut parentum concludendis, & luxu prohibendo, poſſet earum audita ſententia determinari, addendo deinceps, vel detrahendo earum opinionibus: vt non videatur omnino ridiculum, ſicut plerique arbitrantur, permiſſum fuiſſe mulieribus ſenaculum, ſeu cõuentum matronalem ab Antonino Varo, qui poſtea Helliogabalus dictus eſt, in colle Quirinali, vbi leges matronales compoſitæ, quæ & quo veſtitu incederent. Quæ cui cederent, quæ ad cuius oſculum venirent, quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino, quæ carpento mularum, quæ boum, quæ ſella veherentur, & vtrum pellicia an oſſea, an eborata, an argentata; quæ aurum, aut argentum in calciamentis haberent[m]. Abolitum etiam, poſt mortem Helliogabali, ſenaculum reſtitui volebat Aurelianus[n].

a Deutero. 22. verſ. 5. 11. 12.
b Explicatur latius & cauſa huius mandati Numer. 15 verſ. 38.
c Exo. c. 28. & c. 29. Leuit. cc. 6. 8. 10. 16. & c.
d Geneſ. 27. verſ. 15. & 27.
e Geneſ. c. 38. verſ. 14.
f Math. 22.
g Cleri. 2. de vita & honeſta. cleri. cum ſimilibus ibi pluribus à gloſſa notatis, ca. epiſcopi, 21. q. 1.
h c. clerici. 15. de vita & honeſt. clericor. li. 3. ti. 1. c. perlatum, quod metus cauſa.
i Symmachus li. 2. epiſtolarũ 49.
k Reprehenſi à Gellio lib. 9. c. 2. l. 8. de profeſſor. & med. C.
l Aelius Lãpridius in Alexan.
m Lãpridius in Heliogabalo.
n Flauius Vopiſcus in Aureliano.

*De cenſoribus.*

## CAPVT XII.

PARS maxima conſeruationis optimorum morum ne defluant,& vt mali reformentur,continebatur olim in cenſura publica: cuius munus cẽſoribus demandatũ erat cum poteſtate publica Romæ.fluxit autem poteſtas morum à cenſu patrimonij facilè,quia cenſores,vt docuimus alibi,cùm haberent deſcriptionem & bonorum & perſonarum totius reipublicæ cognoſcere poterant,&ex nomine & facultatibus &ætatis profeſſione,quantum cuique liceret,quídve cuique cõueniret,vel non, veluti in numerato habebant. Et proinde,quid quemque agere oporteret, vel vitare, vel nullo negotio poterant iudicare qui ciues, qui peregrini;qui liberi,ingenui,aut ſerui eſſent cognoſcere ; qui otioſi, qui nobiles aut ignobiles eſſent , quíque vagi inutileſque, vt eos expellerent,cæteros admonerent, qui latere non poſſunt cenſione iterata ſæpe,vel ſingulis luſtris,vel aliis tẽporibus definitis, ex more regionum quibus cenſores admiſſi erant.

a *lib.5.*

Dum de origine cenſuræ agit Liuius [a] exactis regibus, & de conſtitutione cenſorum ſeorſum à conſulibus qui aliis negotiis occupabantur. *Hic*,inquit,*annus initium cenſuræ fuit, rei à parua origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt,vt morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen ſenatus,equitúmque centuriæ, decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione eius magiſtratus, publicorum ius priuatorúmque locorum, vectigalia populi Romani, ſub nutu atque arbrio eſſent.* vtiliſſima cenſura viſa & ſanctiſſima ob vitia quæ in iudicium defectu accuſatoris vel denunciatoris non veniebant,& tamen quæ paſſim oculos bonorum ciuium & virorum offendunt,& merentur propter exemplum maximè,ſeriam reprehenſionem, quamuis à pœna abſtineri poſſit. Eget corpus ægrum purgationibus & remediis, vt conſeruetur & morbi impediantur ne ſæuiant, quę ſi omittãtur,paulatim in eos proculdubio incidit,quod accidit bellorum temporibus,in corpore reipublicæ:dum ob licentiam nimiam & legum ſilentium, & magiſtratuum contemptum,homines in vitia facilè,nemine prohibente prolabantur,quemadmodum tempore belli Punici accidit Romanis, quo nec otium datum ciuilibus magiſtratibus, Hannibale vrgente, vacandi huic cenſuræ, donec eo iam in Apuliam recedente Cenſores,vt ait Liuius [b],ad mores hominum regendos,animum aduerterant. Caſtiganda enim erant vitia,quæ velut diutinos morbos ægra corpora ex ſeſe gignunt:nata bello erant.

b *lib.24.*

Cicero [c] cõqueritur,quod à P.Clodio fatali portento,prodigióque reipub.lex Ælia &Fuſia euerſa eſſet,propugnacula muriq; tranquillitatis atq; otij,& vetus illa lex magiſtra pudoris, & modeſtię ſeueritas cenſoria ſublata eſſet,&poſt, *Centũ prope annos legem Æliã & Fuſiã tenueramus: quadringentos iudiciũ notionémq; cẽſoriã, quas leges auſus eſt non nemo improbus,potuit quidem nemo vnquam conuellere : quam poteſtatem*

c *oratione 37. in Piſonem.*





*minuere quominus de moribus noſtris, quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effusè petulans conatus eſt. Hæc ſunt carnifex, ingenio ſepulta conſulatus tui,&c.*

Et rurſum de haruſpicum reſponſis aduerſus Clodium oratio.30. Inter ſcelera Clodij ſuſtulit, inquit, duas leges Æliam,& Fuſiam maximè reipub.ſalutares, cenſuram extinxit, interceſſionem remouit, auſpicia deleuit, &c.quæ omnia obſeruari iubebat lex Ælia. Clodius autem vt ait in Piſonem Cicero,ne quem cenſores in ſenatu legendo præterirent niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſque cenſoris ſententia damnatus eſſet, cùm tamen antea lege illis hoc fuiſſet liberum.

2 Initium cenſuræ [a], M.Geganio Macerino, iterum,& Quintio Capitolino quintum,conſulibus, túncque morum & diſciplinæ penes eam fuit authoritas, vltra quod & vectigalia ab eius nutu & arbitrio pendebant.

a *Extat apud Liuium lib.4.*

Fuit ab initio quinquennalis Mamercus Æmilius dictator,iterum poſt nouem annos legẽ ſtatuit,ne vltra octodecim menſis daretur: id eſt, ne plus quàm annua & ſemeſtris eſſet. At Cẽſores C.Furius Pacilus, M.Geganius Macerinus,id ægrè paſſi,Mamercũ,quod magiſtratum populi Romani minuiſſet, tribu mouerunt, cenſúque octuplicato,vt Liuius ſcribit [b], ærarium fecerunt [c]: Clodia dehinc lege,vt dictum, debilitata cenſura eſt, quæ dehinc abrogata [d] verùm Cæſaris imperio planè abolita cenſura.

b *Lib.9.*
c *Valer.Max lib.2.cap.8.*
d *Vt ait Pædi.in Piſonianam.*

3 Vt ciues à cenſoribus in ordines,honoris cauſa,vel ſenatorum, vel equitum,vel plebeiorum, referebantur : ſic ab iiſdem, cenſoria nota,pellebantur.

Itaque vt tribu largienda, plebeium: in equo publico aſſignando, equitem Romanum : ſenatu communicando ſenatorem Romanum, faciebant:ita tribu mouendo, plebeium: equo adimendo, equitem: ſenatu eiiciendo,ſenatorem,cum eſſent magiſtri morum conſtituti, notabant:erat & cum his alia nota, vt tribu mouerent,in Cęritum tabulas referrent,& ærarios conſtituerent [e].

e *Vt ſcribit Aſconius Pædianus in diuinationem Ciceronis,ex Liuiana hiſtoria.*

Tres nanq. ordines erant Romæ,plures tribus,vt ſuo loco antè diximus,ordo Senatorum,equitum, & plebeiorum, moueri ex ordine ſenatorum,erat in recenſendis & legendis ſenatoribus prætermittere: in cenſendo,quem ſenatu mouerent.

Equum adimere erat,equeſtrem ordinem auferre.

Qui verò tertii ordinis erant,hi tribu mouebantur. id eſt ex vna tribu in aliam transferebantur,notæ cauſa:vt de vrbana in ruſticam, vel de maiore ruſtica, in minorem. In Cæritum tabulas referre erat,ſpoliare aliquem cenſoria nota,iure ſuffragij ferendi in comitiis. Nam Cęritibus beneficij loco,ob ſacra Gallico bello ſeruata,ciuitas ſine ſuffragij latione,erat tantum data [f].

f *Vt apud Strabonem & Gellium li.16. c.13.legitur.*

Ærarium verò facere erat,authore Pædiano,nullũ aliud ius ciuitatis in centuria, atque adeo in tribu relinquere, quàm vt pro capite ſuo, tributi nomine æra penderet ita, vt qui ærarius factus eſſet, is non ſolùm ſuffragio vrbano,ſed etiam ſtipendiis militaribus ſpoliatus eſſet.

4 Tanta poteſtas cenſoribus,vt quamuis cæteri magiſtratus,de-

poſito magiſtratu accuſari de geſtis poſſent; tamen cenſores abdicato magiſtratu, non accuſabantur[a].

a Secundum Liuium lib. 39 de iudiciis cenſoriis.

*Cenſoris poteſtas erat*, inquit Dio Caſſ.[b], *qua priuatim quoque in cuiuſque vitam inquirendi, meritóſque infamandi ius habebat.*

b Lib. 40. hiſtoriæ.

Plutarchus[c] cenſuram dixit, honorum omnium quoddam faſtigium fuiſſe Romæ, in republica, cum ingenti authoritate in mores & vitam hominum.

c In Catonis vita.

Vt neque matrimonium, & prolis generatio, non quotidianus victus, non diſſolutum conuiuium, eſſet ab eius indagine liberum, ſed cenſoribus, & patrimonium, & mores, & viuendi ratio, ſubiicerētur; ne quis ad voluptates deflecteret, aut excederet patria & vetera inſtituta: duo autem eius muneris creabantur, vnus ex nobilitate; alter è plebe.

Tanta reuerentia & metus cenſorum olim, vt, Romani domum à cœna reuertente Tiberio Graccho cenſore lumina reſtinguebant, ne longius quàm oporteret conuiuiis indulſiſſe viderentur[d].

d Plutarchus in Tiberio.

5 Erant præfecti moribus, vel morum, apud Carthaginienſes quoque, quod indicat Æmilius Probus, quando in vita Hānibalis, narrat præfectum morū vetuiſſe, ne poſthac Haſdrubal cum Hamilcari frequentaret, eo quòd turpius eū diligi ab Hānibale, ſermo ſpargeretur.

6 Apud Athenienſes, certum genus magiſtratuum, qui ζητηταὶ dicebantur creabantur: ſi quando rempublicam lædentes eſſent inquirendi, aut deferendi, qui pecuniam ciuitati debitam non penderant[e].

e Vt ſcribit Suidas.

7 Apud Venetos, loco cenſorum morum, creantur tres dicti aduocatores, qui nullo modo, vel in minimo leges violari patiuntur, & intercedunt, & aduocant ad ſe violantes: & ſi quid grauius commiſſū cognouerint, ad quadraginta virale iudiciū, vel ſenatū, referūt puniēdū[f]

f Vt ait Egnatius lib. 2. c. 4.

Certè, etiam ſi cenſorem antiquum cum eadem authoritate noluerimus reuiuiſcere, non poſſumus cenſuram tanquam non neceſſariam omnino reiicere, cùm palam ſit, & ea magis nunc nos egere, diſſimulandúmque in tam pernicioſo, & corrupto ſeculo nullo modo erit, quin circa eadem quæ pro materia cenſorum erant, ſint neceſſarij magiſtratus, ſaltem politici, vel maiores in ſibi ſubditos, & eadem reformatione morum, quo antiqui cenſores vtantur. Sícque prauæ artes, malæ libidines à iuuentute prohibendæ, à ſenibus voluptates illæ, quas ea ætas ſine dedecore non attingit, ab vniuerſa plebe, otia demenda, & iniungenda tractanda negotia propria, ſine auaritia & fraude. Luxus & ſuperfluitas caſtiganda, in ædificiis, in ſupellectile aurea, argētea, in ſordidis quæſtibus, in fænore, in exquiſitis conuiuiis, reductis, vel nouè conſtitutis legibus ſumptuariis. Eſſent & à veſtibus ſuperfluitas, impenſa grauis nouitas, illecebræ mollities, turpitudo, reformanda, adhibitis pœnis, vel ſaltem multa.

8 Fuerunt forſan abrogatæ, & meritò cēſoriæ animaduerſiones, ſeu ſubſcriptiones, debilitata poteſtate per Clodium, & ſublata per Cæſares, quod nimiū ſibi cēſores arrogarēt, vt docet Cic.[g] *& illud*, inquit, *cōmune nūquā animaduerſionib. cēſoriis ciuitatē hāc Rom. ita cōtētā, vt rebus indicatis*

g Orat. 14. pro Aulo Cluētio.



*iudicatis fuiſſe, neque infamiam habuiſſe, vt etiam eiecti à ſenatu à Cenſoribus poſtea cenſores facti fuerint: neque cenſores ſuperiorum cenſorum iudiciis ſi iudicia mereantur dici, ſteterant, & inter cenſores alter alterius iudicium ſæpe reſcindebat & reprehendebat, & eorum arbitria ſæpè à iuratis iudicibus repudiabantur, à magiſtratibus negligebantur: alioquin ſi hoc non fuiſſet, poteſtas regia viſa fuiſſet delata Cenſoribus: neque tam illis credebatur quod ſubſcripſiſſent, quàm quod ita verum doceretur quod ſubſcripſiſſent. inauditos enim & damnare poterant tamen ſine iuriſdictione, ideo poterat argui illorum cenſura & reſtituebatur ordini ſæpe ab iis motus.* Placuit principibus, hæc iudicia de moribus apud cenſorem arbitraria, meliùs expediri & firmius poſſe poteſtate magiſtratuum politicorum, aut reipublicæ: mutata etiam forma reipublicæ, & abolitum hoc de moribus tumultuarium edictum, cui olim renuntiare etiam pacto non poterant etiam cōiuges, ne liceret de moribus iudicio experiri[a], quod videbatur tunc neceſſariū: cùm ob mores, ſi ex ſententia animi non eſſet coniunx, diuortium paſſim permitteretur, quare cenſores etiam inquirebant, an ex animi ſententia eſſet vxor, vt ait Gellius[b].

a vt ait Paul. in l. illud, 5. de pactis dotal li. 23. P. tit. 9.

b Gellius lib. 5. c. 20.

Poſtea non tam facilis fuit diuertendi occaſio, & non niſi coram iudice cauſa probanda, vt ideo & ſublatum fuerit illud cenſorium iudicium de moribus[c].

c in l. fin. 11. de repudiis, & iudicio de morib. ſublato lib. 5. C. tit. 17.

Cùm mores vitioſi ſunt ſeriò ſunt puniendi, non perfunctoriè, vt fieri videbatur per cenſuram. Nam vt dixit Cicero[d], *Cenſoris iudicium, nihil ferè damnato adfert, niſi ruborem. Itaque vt illa iudicatio verſaretur tantùm in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt.* Ignominia autem minor eſt quàm infamia, quæ tantum inuritur à magiſtratibus habentibus iuriſdictionem, & pro cauſis ex quibus infamia notari quis poteſt[e].

d 4. de repub.

e l. infamem, de publicis indi. P. l. 1. de his qui notan. infam. P. diſtinctio. ignominiæ & infamiæ l. 2. de ſenatorib. P. l. palam, §. quæ de ritu nuptiar. P.

9 Et certè fatendum eſt etiam inuitis, qui tantopere cenſuram reuiuiſcere deſiderant morum, & ea ratione cenſorem exoptant: hoc munus non poſſe ſine poteſtate regia eiúſque iuriſdictionis poteſtate, ordinéque iudiciali prætermiſſo, in principatu ſeu monarchica adminiſtratione exerceri, ab alio quàm ſolo principe: cuius propriū eſt illud, ſic volo, ſic iubeo, & cenſeo, ſit pro ratione voluntas. Sic deſcriptio, cognitio ſingulorum, & rerum & perſonarum exactio, ex illis, & cenſus impoſitio, auctio, emendatio, & vſus, ad dominum, & talem dominum venire, deſcribere, præbere, obtemperare, cogere, & iure, id eſt licitè & cum ſuperiori poteſtate poſſit, & pro ſalute populi, defenſione, cura & ſolicitudine ſibi à Deo impoſita, ita facere & cogere debeat. Quæ omnia in magiſtro morum vel cenſore, qui olim erat ſine iuriſdictione propria, non concurrebant, niſi quatenus à populo permittebantur.

Argumento eſt, hoc regium eſſe munus tantùm & voluntatis abſolutæ, exemplum eius quod ponitur Gen. 1. & 2. cc. Deus enim, cunctis creatis in hoc orbe, poſuit primū hominē tanquam regē: & formatus de humo cunctis animātibus terræ, & vniuerſis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adā, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adā animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. in quo animaduertimus cenſitionem vel nominatim factam recenſionem, ab eo qui eis erat

imperaturis,& cui dictum eſt & ſucceſſoribus:creſcite,multiplicamini, replete terram, ſubiicite eam, & dominamini piſcibus maris, volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſupra terram.

Abraham, quia dominus erat familiæ ſuæ, cùm audiuiſſet Loth captum fuiſſe à Sodomis, in bellum profecturus, numerauit omnes ſibi ſubditos, & delectum fecit trecentorum decem & octo vernaculorum, expeditorum ad bellum [a].

a *Geneſ.14.*

Sic recenſuerunt Moſes, iudices, reges Iſrael, & illi ſoli populum, & ad militiam quos expeditos videbant, delegerunt: cæteris vectigal, tributum ex arbitrio impoſuerunt, & prout illis videbatur de moribus leges ſancerunt, & formam de illis iudicandi magiſtratibus præſcripſerunt, à quibus ex arbitrio non liceret recedere. Et illud quoque Plato obſeruauit, dum dixit *videre ſe imminere periculum interitus reipublicæ, in qua non leges magiſtratibus, ſed legibus magiſtratus imperarent.*

10 Morum cenſura, quod pertinet ad cauſam peccati & ſpiritualis rei, & ad perſonas eccleſiaſticas; ad prælatos eccleſiaſticos pertinet. Qui dicuntur habere gladium eccleſiaſticum & coercitionem, quæ maior in pœna eſt exteriori.

Cenſuræ eccleſiaſticæ nomine continetur, ſuſpenſio ab officio & beneficio, interdictio, ſeu interdictum eccleſiaſticum: & ſententia excommunicationis [b].

Coercitio maiorem animaduerſionem continet vt & depoſitionem, degradationem realem [c].

b *c. quærenti, quid per cenſuram, 20. de verbor.ſignific.*
c *arg.ca.contumaces, 50.diſt. l.legatus, l. ex omnibus, de offic. præſi. l. ſi quid alias. § meminiſſe, de offi.proconſul.*



# DE REPVLICA LIBER QVINTVS, DE FORMIS VEL SPECIEbus rerum publicarum, ſeu de diuerſis reipublicæ adminiſtrationibus.

*De diuiſione aut diſtinctione generali Rerumpublicarum, ſeu earum adminiſtrationis.*

## CAPVT I.

OMNIS reipublicæ tractatus ſeu ſolicitudo, in tribus conſiſtit: in ea conſtituenda, vel fundanda, in ea conſeruanda, & in eadem augenda, ars fundandi & ampliandi iiſdem ferè perficitur rationibus: conſeruatio verò & reformatio præſuponũt fundationem præcedentem & propemodum iiſdem mediis quib: quæritur & fundatur retineri debet.

Propoſitis iam itaq. rebus & perſonis, quę in republica ſunt conſiderandæ, reliquum eſt, vt de adminiſtratione earum agamus, & forma adminiſtrationis. *Ea autem debet accõmodari generi reipublicæ, quod in partes ſeu diuerſas* formulas diuiditur. Reipublicæ quippe nomẽ vnum eſt, ſed modi adminiſtrãdi ſecundũ diuerſam conſtitutionẽ, diuerſi ſunt. Seneca [a]; duas ita reſpublicas, animo in vniuerſum cõplecti iubet: vnam magnam, & verè publicã, qua dij, inquit, atq. homines continentur, in qua non ad hũc angulũ reſpicimus, aut ad illũ: ſed terminos ciuitatis noſtræ cum cælo metimur. Alterã, cui nos adſcripſit, conditio naſcendi. Et hanc aut Athenienſium puta, dici, aut Carthaginenſium, aut alterius alicuius vrbis, quæ non ad omnes pertineat homines, ſed ad certos.

a *Seneca libro de beata vita.c.3.*

2 Reguntur autem iſtæ loco diſtinctæ ciuitates, aut ſocietates, aut reſpublicæ: vel nutu & poteſtate vnius; aut paucorum, vel plurium. Quando vnius, vel pauci, aut plures, ad communem vtilitatem gubernant, fiunt tres bonæ rerum publicarum ſpecies [b]. prima, in qua vnus imperat ſolus per ſe, ſuóque nomine, cum propria ſupremáque poteſtate quæ ex alterius, quàm eius ſolius arbitrio non pendet, nec à ſuperiore alio aut populo, nec à ſocio, dicitur monarchia, imperans regnum principatus ſui iuris. Ea verò quæ penes optimates tantum eſt, dicitur Ariſtocratia. At quando penes populum eſt

b *Ariſt.13 politicorum c.5.*

ſuprema poteſtas & abſoluta imperandi, dicitur reſpublica abſolutè in qua vnuſquiſque tam pauper quàm diues, nobilis aut plebeius admittitur ad eam gerendam ſuo ordine : cui aduerſari videtur democratia : in qua populus ſolus imperat, excluſis nobilibus & probis.

Ariſtocratia compoſita eſt ex exiguo numero nobilium & bonorũ, qui tantùm imperant. Cui opponitur oligarchia, nempe paucorum dominatum, qui omnia ad ſui potiùs quàm ad vtilitatem publicam, gubernant. Monarchia ſeu regnum eſt, vbi vnus tantùm cum ſuprema poteſtate ad vtilitatem publicam potiùs quàm ſuam imperat.

3 Poſſunt ex iſtis tribus ſpeciebus, aliæ mixtæ naſci, verùm non ideo ſeparaui, quia à prædominanti cauſa nomen ex illis accipiunt, prout plus ab vna ſpecie accipiunt, & prædominantem habent poteſtatem: & ſunt reliqua modi potiùs adminiſtrandi permixti, quàm ſpecies. Nam aut ſumma poteſtas eſt penes vnum, aut penes optimates, aut penes populum. Cùm verò iunguntur magiſtratus, optimates, & populus: & ſunt participes honorum ſub vnius poteſtate ſuprema, dici non debet, tunc monarchiam eſſe mixtam ex ariſtocratia & democratia: quia ibi nec optimatum, nec populi ſuprema conſideratur poteſtas, ſed principis monarchæ, qui aliis ex ſua poteſtate & vt eam gerant ſuo nomine, impartitur. Neque qui alieno nomine gerit dominus eſt, ſed cuius mandato gerit. Eadem ratione ſi ex optimatibus vnus deligatur, vel ad ducatum militiæ, aliúdve negotium per illum ſolum expediendum ad tempus vel in perpetuum, ideo is monarcha non eſt, quia non ſolo ſuo nomine, ſed etiam collegarum poteſtatem exercet.

In democratia pari modo obſeruandum, in qua, nec duces, nec conſules dictator, harmoſta, præpoſitus, eſcheuinus, vel ſi quis alius ſit cui reſpublica ſoli concedat vti ſuo nomine poteſtate abſoluta, ad tempus vel in perpetuum, quandiu vixerit, non dicuntur habere monarchicam poteſtatem, vel ariſtocraticam, nempe, quia non ſuo, ſed populi nomine & procuratorio eam exerceant. Quod volui monere obiter, ad conuellendam eorum ſententiam, qui arbitrantur tunc miſceri formam reipublicæ monarchicæ, quando per principem ex popularibus aut optimatibus, aduocantur ad gubernacula, & ad faciliorem & tuitiorem adminiſtrationem : vel aliter poſſe miſceri formas prædictas rerum publicarum : cùm tamen id fieri nequeat, illis ita differentibus ſubſtantia, vt confundi nequeant: pugnant enim, eſſe penes vnum ſupremam & abſolutam poteſtatem, & eandem eſſe penes plures. ſupremum enim abſolutè, neque parem neque ſuperiorem recipit, aut impedientem cauſam habet.

Neque Plato hoc modo admiſit mixtionem trium formarum, vt inde vnam ſeparatam reipublicæ ſpeciem vellet conſtituere. Quanquam Ariſtoteles [a] videatur admittere mixtionem, quæ potius ad degenerationem adminiſtrationis reſpicit quàm ad formam certam. Alia natura monarchiæ, alia Ariſtocratiæ, alia Democratiæ, quæ ſi permiſcentur, ſe mutuò expungunt : & aliæ etiam leges conueniunt adminiſtrationi monarchicæ, aliæ ariſtocraticæ, aliæ democraticæ: quia diuerſi modi adminiſtrandi, & inde etiam error immedicabilis in republica, eorum qui ſe omnia reformaturos pollicentur, quod iſta confundentes, veluti in ſcena vno cothurno & regula vna volunt cuncta diſponere, cùm tamen vnus calceus non congruat vni pedi, aut vnus pes omnem calceum ſibi conuenientem non habeat.

a *Ariſtot.* 4. *Politic.* c. 5. 6. & 7.



4 Quo fit etiam vt omnia corruptiſſima ſequantur, & populus & reſpublica neceſſario ſeditionibus & gladibus agitetur. Niſi enim vnaquæque trium formarum recepta reipublicæ ſpecies, in ſua natura conſeruetur neceſſarium eſt, quod & facile fit, eas in vitia proxima ſibi collabi: monarchia habet vitium vicinum, tyrannidem, in quam leui negotio declinat.

Optimatum gubernatio ſeu Ariſtocratia, facilè inaffine quoque vitium, nempe in paucorum potentiam, expulſis aliis optimatibus, vt & Democratia ſeu totius populi authoritas, declinat ad plebeiam inſaniam, & libertatem lelegem. Vide Ariſtotelem libro tertio Politicorum, capite quinto. & libro quarto, capite ſecundo.

Obſeruatum à Polybio [a] optimè eſt vt quemadmodum ferro, rubigo, ligno, vermiculi ac teredones admiſcentes, perniciem adferunt, vt, etiam ſi cuncta externa nocumenta effugiant, ab iſtis tamen quæ agnata habent abſumantur: hoc pacto & rebuſpublicis cuilibet pro natura ipſius quædam adnaſcatur & adhæreat peculiaris malitia. vtpote regno quod eſt inter volentes monarchia, Tyrannis: Ariſtocratiæ, Oligarchiæ, Democratiæ, beſtialis, Chærocratia ſeu ſeditio plebis.

Plato ciuilitatem ſeu politiam [b] in quinque ſpecies diſtribuens complexus eſt legitimas, & illegitimas ſeu deficientes, reſpublicas. popularem, optimatum, paucorum, regiam tyrannicum popularem dicit in illis eſſe ciuitatibus, in quibus ad imperiũ multitudinis agitur res eiúſque nutu magiſtratus eliguntur, & pro eius arbitrio feruntur leges.

Ariſtocratia ſeu optimatum, vbi neque diuites neque pauperes, neque nobilitate aut gloria illuſtres, dominantur, ſed ij ſoli qui ſunt in ciuitate optimi rem adminiſtrant.

Oligarchiam, quando à cenſibus magiſtratus eliguntur: ſunt enim pauciores pauperibus.

5 . Regnum dicit bifarium, aliud ſecundum legem, aliud ſecũdum genus eſſe. Secundum legem conſtare Carthaginenſium regnum, ciuile quippe eſſe: Lacedemoniorum verò ſecundum genus. habere enim ſucceſſionem quandam per genus: Tyrannidem verò dici, cùm impulſi & vi adacti ciues ab aliquo reguntur.

a *In epitome eius lib.* 6.

b *Diogenes Laertius in vita Plat. lib.* 3.

*a Diogen. Laertius in vita Platonis.*

6 Rurſum ex eodem Platone conſtituit Diogenes[a] ἀρχὴν magiſtratum ſeu principatum in quinque partiri: in legitimum, naturalem, æquum & rectum, in eum qui fit per generis ſucceſſionem, in violentum & tyrannicum. Nam magiſtratus ciuitatum, ſi eligantur à ciuibus, ſecundum leges imperant.

Per naturam verò mares vbique non modò inter homines, verùm inter alia animalia quoque fœminis præſunt.

Ex conſuetudine verò, & pædagogi pueris, & magiſtri diſcipulis.

Per genus, vt Lacedæmoniorum quoque reges dominantur, nam ex genere regum ſortiuntur.

Porrò qui per vim ciuibus imperant, violenti ac tyranni vocantur.

*b 1. de hiſtoria animaliũ c. 1.*

8 Natura vel Dei prouidentia, plures ſpecies, prout magis conueniunt ſocietati ciuili ratione temporum & morum conſtituiſſe videtur. quod exemplo animalium facilè firmari poteſt, ſi conſideremus quod tradit Ariſtoteles[b], & alij philoſophi & naturæ ſpeculatores, eſſe ciuiles animantes & non ciuiles, quaſdámque gregatim viuere, & alia quædam animalia ſolitaria eſſe, eáque diuerſo genere politiæ vel ſocietatis regi. Ciuiles animantes vocant, quæ labori communicant idem, quarum opus communi efficitur opera, munúſque idem, omni eſt, quod tamen non omnibus gregalibus competit. Ciuilis generis eſt homo, apis, veſpa, formica, grus, quarum aliæ ſub duce degunt & monarchia reguntur, vt grues & apes, aliæ nulli ſubditæ imperio ſunt, quas imitatur democratia, vt formicæ, & alia innumera penè genera.

Gregales ſunt in volucrum genere, columbi, olores.

Inter piſces dicti curſores, thunni, iimoſæ hamiæ.

*c lib. 8. Moralium ád Nicomach. c. 10.*

8 Ariſtoteles[c] ſimilitudines rerumpublicarum ſeu ciuitatis cõfert, vt patris erga filios ſocietas, figuram regni habeat. quippe cùm patri cura filiorum ſit, vnde etiam Homerus Iouem patrem appellat, eò quòd regnum, paternum imperium eſſe debeat. Tyrannicum verò ſimile erit imperio, heri erga ſeruos: quia conſiſtit in eo quod hero vtile ſit præcipuè, & non ipſis ſeruis. Tyrannus ſuam, Rex ſubditorum vtilitatem potiſſimùm ſpectat. Regi ſua ſufficiunt, nec indignus aliorum, ideo non ſibi ſed ſubditis procurat: quòd ſi aliter facit prauus rex tyrannus euadit. Tyrannis enim vita, vnius principatus prauitas eſt. Quòd ſi princeps cogat ſubditos ad vtilitatem tamen illorum, imò ſi ad eandem vtilitatem exactionibus & oneribus afficiat, non ideo cenſebitur tyrannus, aut malus princeps, quemadmodum nec malus pater, qui ſeuerè imperat filiis propter contumaciam illorum, vt meliores reddat & conſeruet: quin malus eſſet princeps, ſi id non ageret quæ vtilia ſunt populo illis repugnantibus, & ſi illos non cogeret, non ſecus quàm pater peſſimus eſſet iudicandus, ſi nimia indulgentia, liberorum animos corrumpi pateretur, eáque ratione Romani apud Dionyſ. Halicar.[d] poteſtatem vitæ & necis dederunt parentibus in liberos, non vt abuterentur, ſed vt eo metu filij, authoritatem patris reueriti, iuſſa quæ illis vt conuenientia data parentum exequerentur. Neque Rex cum omni poteſtate vitæ & necis à Deo conſtitutus, ideo tyrannus habendus, ſi ea poteſtate vtatur. Nam & quidam

*d in 2. & alibi.*



quidam ſubditi egent potius flagello dominico, vt bene regantur, vt barbaræ nationes, crudeles, lelegi, quã amica paterna admonitione.

9 Optimatũ poteſtati ſimilis videtur, poteſtas viri in vxorem. vt enim pro dignitate imperat ei vir, ſic, optimates populo, attamẽ circa ea quæ virum & optimates decent. quæ enim vxori & populo conueniunt, tribuunt vir & optimates. Nam ſi omniũ dominus velit eſſe vir, in paucorum potentiã delabitur: præter dignitatẽ enim id facit, & nõ quatenus eſt melior. Interdum verò vxores quoque, quibus patrimonium omne obtigit, dominantur: vnde nõ ex virtute, ſed ex diuitiis & potentia: ſicut in paucorum potentatu imperia fiunt.

10 Tertiam reipublicæ ſpeciem, quam Ariſtoteles vocat τιμοκρατικὴν, quæ ex cenſu conſtat, quã peſſimam dicit: facit ſimilẽ fratrũ ſocietati. ſunt enim æquales, niſi quatenus ætate diſtant, vnde ſi longè ætatibus diuerſi ſint, fraterna amicitia inter ipſos non amplius eſt.

11 Populi autem potentia in his maximè habitationibus apparet quæ ſine domino ſunt: ibi enim æquales omnes. Sicuti & cum imbellis eſt princeps, poteſtatem agendi quidlibet vnuſquiſque habet.

12 Inueniuntur autem formæ, vt dixi, rerum publicarum, in quibus mixtio facta eſt adminiſtrationum ſuperiorum: nec certè vlla eſt reſpublica, regnum, aut poteſtas, quæ mixtionem præcedentium aliquam non habeat. quamuis ab eo quod prædominatur, aliter atque aliter nominetur. Qualis fuit aliquando Dynaſtia Ægyptiorum, & Etruriæ: in quibus erant plures reguli qui ſubiiciebantur vni, paris quodãmodo poteſtatis, qualis erat in optimatũ republica, verũ vnus eorum ſummus dicebatur & nomine Etruſco Larthes, id eſt ſummus princeps, vt ait M. Cato[a], iſque erat quandiu viueret princeps, alij ſingulis annis mutabãtur, vnde Dynaſtia cum Larthe & ſine Larthe dicitur fuiſſe, apud Ægyptios[b].

*a in fragmentis de originibus.*
*b à Manetone in ſupplemento Beroſi.*

13 Lycurgus ſuam inſtituens rempublicam, eo modo eam compoſuiſſe per mixtionem videtur. nã vt eſt apud Iuſtinum ex Trogo[c], adminiſtrationem reipublicæ per ordines diuiſit: Regibus poteſtatẽ bellorũ; magiſtratibus iudicia & annuas ſucceſſiones ſenatui cuſtodiã legum, populo ſublegendi ſenatum, vel creandi quos vellet magiſtratus poteſtatẽ permiſit, fũdos omniũ ęqualiter inter omnes diuiſit &c.

*c in 3.*

14 Inter Germanos, Cornelius Tacitus de moribus eorũ: annotat illam fuiſſe libertatẽ eorum, vt cùm reges haberent & principes, conuenirent tamen in generale conſilium, vt turbæ placuerat armati, & ſilentium per ſacerdotes, quibus tunc ius coercendi eſſet, imperaretur, ibíque audiri ſolitos reges & principes, authoritate magis quàm ſuadendi poteſtate, eligi in iiſdem conſiliis & principes, qui iura per pagos vicéſque redderent, & centenos ſingulos ex plebe comites, conſilium quoque & authoritatem adfuiſſe.

15 Inter antiquos Gallos tempore Iulij Cæſaris, erant 315. gentes, vt ait Agrippa rex apud Ioſephum[d] ſecundum Sextum Rufum, libello de Romana hiſtoria, in Gallia cum Aquitanis & Britanniis prouinciæ decem & octo: nempe quæ Germanos potentia & imperio premebant, & feræ genti iura dabant, virtute perpetuò ſuperiores, vt ſcribit Iulius Cæſar[e], vrbes primariæ nullius addictæ erant imperio, quę

*d lib. 2. belli c. 17.*
*e lib. 6. de bello Gallico.*

populi & gentes totius nomine vocabantur. Erant plures tamen reguli, quorum clientes ambatti dicebantur, & quo tempore Cæſar ſenatuſconſulto ſuſcepit expeditonē in Galliam, nempe anno 50. ante Chriſti aduentum. Erat vt idē refert[a], Senonibus rex Galba, ad quem propter iuſtitiam prudentiámque, ſumma belli ad iuuandum Cæſarem delata fuit, habens oppida duodecim. Fuerat ante illum illis Diuitiacus totius Galliæ potentiſſimus, qui, cum magnæ partis illarum regionum Galliæ tum̄ etiam Britanniæ imperium obtinuerit. Fuit Catamantaledes rex Sequanorum, ſed poſt illum filius eius Caſticus non habuit regnum; vt videatur illud regnum fuiſſe temporale, quemadmodum & principatus quem tunc gerebat apud Æduos Dumnoriges, vt liquet ex Iul. Cęſare[b]. Habebant Aquitani Piſonem, Nictiobriges Olonicon̄e[c], Eburones, Ambiorigem[d], Aruerni, Vercingentorigem[e]. Erant & alij aliis reguli per Galliam ſeu principes, qui tamen monarchæ non erant, ſed populi electione, ad tempus & pro bellorum neceſſitate creabantur. Quod mihi probari videtur à Iulio Cęſare in principio lib. 7. de bello Gallico, dum ait, in hęc verba, *Simili ratione Vicingentorix Celtilli filius, Aruernus, ſummæ potentiæ adoleſcens, cuius pater principatum Galliæ totius obtinuerat, & ob eam cauſam quod regnum appetebat à ciuitate erat interfectus* &c.

a lib. 2. ca. 1.
b lib. 1. de bello Gallico c. 1. & ſeq.
c lib. 7. c. 6.
d lib. 5. c. 8.
e lib. 7. c. 1. & ſequenti. Strabo 4.

Dehinc 2. quia Iulius Cæſar in 2. in principio, ſuo tempore ait Belgas metu eius coniuraſſe, & factiones iniiſſe, noua regna pecuniis & aliis modis attentaſſe. Erant potius regna illorum tunc potentum clientelæ, de quibus agit Cæſar[f], quin & ſiqui fuerint regis nomine conſtituti tunc apud Gallos, tamen & generalibus conuentibus obnoxij erant Druidarum, & Gallorum. Etenim ij certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſedebant in loco conſecrato, quo conueniebant vniuerſi vndique, qui controuerſias habebant: quorum iudiciis & decretis parebant. Erántque Gallis omnibus quædam leges communes, aliæ ex locorum politia & principatu ſingulares: tunc annua & bella ante Cæſaris aduentum: vti aut ipſi iniurias inferrent, aut illatas propulſarent[g]. Dum etiam[h] agit de Ambiorige rege dimidiæ partis Eburonum, ait imperia fuiſſe eiuſmodi, vt non minùs haberet in ſe iuris multitudo, quàm ipſe in multitudinem.

f lib. 6. c. 4.
g d. c. 4.
h lib. 5.

16 Iudicum inter iudæos gubernationem, exiſtimat Ioſephus ipſe mixtam, & ſæpe vocat ariſtocratiam, opponítque & præfert monarchiæ, quia penes hos eſſet tantùm iudicandi authoritas, & adminiſtrandi rempublicam, non ex arbitrio; ſed iuxta legem à Deo poſitam, ſine ſceptro aut diademate, vt nec hereditarij eſſent: ſed partim authoritate hominum prudentum crearentur, partim à Deo excitarentur vocatione peculiari[i].

i vt iudic. 2.

Finita autem eſt illa reipublicæ forma, poſtquam durauit à tempore Moſis, in Samuele poſtremo eius generis gubernatore: & cœpit mutari in monarchiam, ſub eo electo primo rege





ge Iudæorum Saule[a].

a 1. reg. cap. 8.

17 Plato[b] demonſtrat ſub Saturno regiam & optimatum fuiſſe rempublicā, ſiquidem genus humanum, ab ipſo Deo, tanquam rege per electos optimóſque dęmones aſſerit gubernatum. Hos multi Angelos appellarent, & idem Plato[c], vocat Deos, quibus tribuit facilitatem gubernationis.

b Dialogo 4. de legibus.
c In Critia.

18 In Galliæ monarchia, ſtatus nunc talis eſt, qui omnes rerum publicarum ſalubres leges contineat. nam penes vnum regem, omnium rerum ſumma, verùm is non vt tyrannus moderatur rempublicam aut regnum, ſed habet conſilia virorum electorum, & ita optimatum habet diuerſos ſenatus, qui quotidiana negotia, iuſtitiæque merita populo diſtribuant, citra appellationem, nomine tamen principis ſua tamen priuilegia, & ſibi conceſſa poteſtate. Habet & democratiæ bonas illas leges princeps in regno, vt libertas populi conſeruetur, à nullo optimatum opprimatur, legibus regatur diligenter, ad æquū bonúmque redactis: non excludit princeps plebeios à magiſtratibus, ab adminiſtranda republica, ſed eos idoneos admittit, concedit ciuitatibus, ſuis decuriones, conſules, legéſque municipales, quæ omnia habent rerum publicarum mixtionem, at ſub monarchia tamen, quia in poteſtate principis eſt, ſeu regis, hæc omnia mutare, ſi ſibi videatur. Attamen præſumitur, non niſi iuſtè, & ad ſalutem populi & eius vtilitatem, mutare aut tollere: alioqui & ipſius monarchia degeneraret in tyrannidem.

19 Aliquando & monarchia, ſeu regnum Romanorum, & hanc mixtionem habuit. Atque inter leges Seruij Tulli regis Romanorum, illa fuit, ſola patrum authoritate, & voluntate regnare poſſe regem, & præeſſe ſummum magiſtratum[d]. Et[e] Numa, etiam populi requiſiuit aſſenſum, vt & tempore poſteriorum factum regem. In conſulibus dehinc, hoc mutatum; & omnino poteſtas rurſum in Cæſares tranſlata: quibus tamen & ſenatus authoritas, & conſilium acceſſit, ſed non diu; nam firmata monarchia, & populo, tribunitiæque poteſtati, & conſulari, & dehinc ſenatoriæ; authoritas eſt imminuta paulatim, tandem omnino adempta, quia non poteſt monarchia cum potentia pari ſubſiſtere.

d Apud Liuiū lib. 1.
e In eodem lib.

20 Plato[f], de repub. vel de iuſto, ſubtiliter certè, & verò abſque longa concertatione, videtur rerum publicarum cauſas, mutationes, & ſpecies, acu vt dicitur, tetigiſſe, dum ait, rerum publicarum, formas à formis prouenire animorum, & omnem rempublicam mutari, ex eo quòd dominatur, quando in ipſo ſeditio oritur, mores animorum gubernantium, ex moribus priuatorum colliguntur.

f Lib. 8.

Sicuti primum licet conſiderare, optimum priuati hominis ingenium vitiorum expertem, omnibus auxiliantem, nemini mocētem, & habentem alia quæ pertinent ad verum bonum, ex eo conſtituere regiam voluntatem, ad publicum bonum vnam. Inde optimatum, ſi tales plures ſint, & omnium ad publicum bonum ſit voluntas. ex quibus, ſi vnus ſingularis ſit probitate, ſingulariter hono-

ratur: verùm non tantùm huic tribuitur, vt abſque ſenatu ſeu conſilio, id eſt probatorum omnium numero, poſſit publica permutare. In hoc gradu meliorem rempublicam conſtituit: hanc optimam & perfectam etiam dicere debemus, in qua boni vel vnus cum bonorum ſententia, ad vtilitatem publicam omnem curam & ſolicitudinem dirigit.

21 Ex qua, ſecundum gradus declinationis, aliæ formatę ſunt non ita bonæ, & quanto ab illa perfectione decidunt & aberrant, tanto deteriores. conſtituuntur autem gradus & ſpecies minus vtiles reipublicæ huic, quatuor. prior eſt, conformata ex alia conſideratione animi priuatorum, quæ ambitionem ſequitur. cùm enim optima primùm degenerat, & vtilitatem reipublicæ in ſui gloriolam & ambitionem transfert, dicitur ambitioſa potentia & principatus. Ambitio eſt rerum magnarum honorum & imperiorum immoderata cupiditas φιλοτιμία in hac republica bona plura ſunt, bonæque adminiſtrationes aliquando: verùm reprehendenda ambitio, ex qua aliquid mali impendet reipublicæ. nam qui contentioſus eſt, non patitur ſocios, non admittit ſapientes ad reipublicæ gubernacula, ſemper pugnabit, bellis finitimos laceſſet, vt ſibi latiùs nomen acquirat, animoſiores potius ſibi in conſilium, & ſimpliciores aſſumet, magis quàm ad bellum, ad pacem idoneos. in reliquis ferè optimam rempublicam imitatur.

22 Secunda paucorum eſt admiratio, non quidem optimatũ, ſed priuatorum quorumcunque, quorum reſpublica talis erit principatûs & regiminis, qualis erit paucorum animus, qui in paucorum potentia vitam agunt, qui tenebras obruti aurum & argentum malignè honorabant, vtpote qui æraria proprióſque theſauros habeant quibus iſta recondant, & cum mulieribus & ex libidine aliis erogent. ſic redditi illiberales erga meritos de republica, prodigi erga immeritos, in ea parte tanquam mercatores ſordidi reipublicæ neceſſariũ ſplendorem offuſcãt, & exactionibus & tributis ſine neceſſaria cauſa, rempublicam vexant, ſui commodi cauſa. ſic proponendus in ſumma homo priuatus pecuniæ & habendi cupidus, eiúſque mores: vt talem in principatu conſtitutum dignoſcere poſſis, in rebus propriis magis parcum quàm deceat.

23 Optimæ & duarum aliarum declinantium rerum publicarum exempla, in principibus illarum, Herodotus paucis & accommodatis verbis explicat[a], ſeu in Thalia. Dum refert Perſas dixiſſe, Darium regem quoniam res omnes quæſtui habebat, & conſtituit tributi ordinationem, fuiſſe inſtitorem, Cambyſem dominum, quia aſper & moroſus erat: Cyrum verò patrem, quoniam mitis erat, & omni ratione de illis mereri ſtudebat. Floruit ſub omnibus illis Perſarum regnum: ſed tamen in duobus auro mixtum erat argentum & ferrum.

a in 3. libro.

24 Vtrunque & ambitio & pecuniæ cupiditas, ſolent lædere quidem reſpublicas, verùm maius opprobrium videtur eſſe principibus, & maiorem infamiam adferre, vilis illa pecuniarum auiditas, quæ plebeios etiam deturpat, quam honorum ambitio quæ

ſolet



ſolet ſtimulis agere nobiles, naturali quodam vitio. Ita Mammeæ matris Alexandri Imperatoris, qui ſucceſſit Antonino, nimia auaritia in adminiſtratione imperij, filij bonum nomen contaminauit. Etenim, vt ait Herodianus[a], cùm illa ſimularet ideo ſe theſauros congerere, vt ſuppeditare Alexandro poſſet, quod is facilè, abundantérque ſuis largiretur militibus, proprios domi theſauros extruebat. Quæ res imperatori notam infamiæ attulit; quod illo ſcilicet inuito, indignas nudo etiam, mulier auida per fraudem bona quorundam atque hæreditates ſuppillabat.

a lib. 6.

25 Paucorum rurſum reipublicæ inſtitutionem, dixit Plato[b], eam potentiam, in qua magiſtratus à cenſus æſtimatione ciuibus tribuuntur, & in qua diuites dominantur, pauperibus verò nulla eſt reipub. communio: ſic quo magis pecuniæ & cenſus honores dant, eo magis vilis virtus efficitur, & alij aliorum exemplo magis cumulandis pecuniis quàm bonis moribus, intenti ſunt: & boni pauperes excluduntur. hincque & ſequitur illius reipublicæ corruptio, non ſecus ac tuta nauis à periculo naufragij non eſt in qua diues gubernationi præficitur, ignarus artis, & inops gubernandi peritior nequaquam admittitur. Incipiunt & deinceps breui eſſe ex vna duæ reſpublicæ: vna diuitum, alia pauperum: & ſemper accidit ita homines intra eadem mœnia habitantes ſibi inuicem inſidiari. Sequitur & malum aliud, quòd ſemper diuites tenuiorum facultatibus inhiant, vſuris premunt, cogunt vendere, reddunt omnino mendicos, fures, latrones, prædatores, & tandem coniuratores ſeditioſos, & rempublicam occupantes.

b prædicto lib. 8. de repub.

26 Atque interim naſcitur tertia ſpecies reipublicæ, quæ popularis dicitur: dum enim videt plebs & populus, diuites ſolos ad honores vocari, ab his vt diuitias alant pecunias à ſe extorqueri, patrimonia occupari: illos delicioſè viuere, indéque ignauos factos, luxurioſos, laboribus impares, audacter in eos inſurgunt. Qui enim pecuniis cogendis in munere reipublicæ occupantur, de diſciplina populi parum curant, quam ipſi priores ſua licentia corrumpunt: ſic populus malè gubernatus, aculeos accipit, inſurget, & quos diuitias ſuas peſſimè extorſiſſe ſibi putat, intrepidè aggreditur. Apparet prima fronte hæc popularis reſpub. dulcis, atque diuina vita: vt neque cogaris in hac ciuitate magiſtratibus fungi, nec etiam ſi ad id ſufficias, neque parere ſi nolis, neque bellum gerere aliis gerentibus, neque pacem agere agentibus aliis, niſi id placeat, vel etiam ſi qua te lex imperare velit & ſententias ferre, nihilominus & imperes, & ſententias feras in iudicio: modò hoc tibi viſum fuerit, impunitè liceat peccare ex conſenſu populi viuere ſine duce, æqualia inæqualia, & contra facere. Ex hac inani libertate, modeſtia, pudor, temperantia, reuerentia, ordo, aliæque virtutes pelluntur.

Succedit petulantia, impudentia, prodigalitas, contemptus, perturbatio, & omnium vitiorum confertim caterua: petulentia nominatur ingenua educatio: licentia, libertas: prodigalitas,

magnificentia: impudentia, fortitudo: honeſti nulla ratio, ibi varij mores, varij ritus vnoquoque ex arbitrio viuente, taliſque popularis vir eſt qui ſe variis moribus accommodet. Præclarum inter omnia nomina in hac republica, libertas neque. principes probat, niſi qui ſibi maximè indulgent & plurimùm licentiæ concedant, eos qui principibus parent obiurgat, vt viles pretij nullius & ſeruiles. Accidit autem vt metu omni excuſſo per licentiam impatientem obedientiæ, præceptor diſcipulos timet, diſcipuli pædagogos ſpernunt, leges contemnuntur, & ne quis dominus præſit.

27 Quarta huic naſcitur reſpublica tyrannis, & nimia libertas eo gradu quo à vera recedit, accedit ſeruituti & priuatim & publicè agreſti & grauiſſimæ. Otioſorum pernitioſorúmque ibi maxima nutritur turba, qui quacunque fuerint in ciuitate eam turbant, quemadmodum pituita & bilis corporis, & fuci aluearia. Sunt enim ex multitudine quidam aliis diligentiores, ditiores, pecunioſi, quibus ineſt copia mellis, quæ irritat prodigos, otioſos, & ſimiles nihili homines audaces & temerarios; alius aliis cedere non vult, oriuntur accuſationes, litigia, contentiones mutuæ. Conſtituitur primùm iudex. at is iam exoſus efficitur ſi bene iudicet: neque poteſt omnibus ſatisfacere: cogitur morem populo vel ditioribus vel ſanguinolentis gerere. quare neceſſe eſt huiuſmodi hominem vel ab inimicis interfici, vel tyrannum fieri. Initium verò vt plerumque primùm, vt contrà inimicos cuſtodes corporis ſui habeant vt auxiliatores, & ſalui ſint populi, ſolent à plebe perquirere; & ita de illis plebs nimis ſolicita, de ſe autem minis ſecura illis dat, tunc ex prætore & curatore vrbis, factus ſtipatus & ſecurior, incipit diuites potentes expellere, obtruncare, & paulatim tyrannidem auſpicatur & firmat: principio quidem omnes ſalutabat arridens quibuſcunque obuius fuerit, nomen tyranni recuſat, pollicetur multa, & publicè & priuatim, ære liberat alieno, agróſque diſtribuit populo & familiaribus ſuis, ac denique omnibus manſuetus & mitis vt ſimulat. At cùm primum externos hoſtes partim ſibi conciliauit: partim extinxit, rebus iam pacatis, ſtatim vt populus duce indigeat, bellum aliquod ſemper excitat, efficit tum vt pecunias conferentes pauperes fiant, & vt in quotidianis operibus verſantes minus inſidias inſtruant: quos videt ſuum imperium poſſe recuſare, hoſtibus obiicit; hinc, & ex continuis bellis ciues ſibi infenſos reddit: & ſequitur vt omnes tyrannus de medio tollat, ſi modò ſit dominaturus, quouſque neminem relinquat vel hoſtium vel amicorum qui alicuius momenti ſit, multos alíorſum ſatellites ſibi aduocet mercede, quam ex ſacris templis, opibus publicis, colligit, & ex exactionibus innumeris. Ita Plato concludit, regium animum optimum atque beatiſſimum, & ſimiliter ſimilem ſibi reddere

ciuitatem



ciuitatem: tyrannum verò, peſſimum atque miſerrimum, ciuitatéſque à tyrannis oppreſſas eſſe miſerrimas & peſſimas. Medios autem animos, gubernationéſque medias, modo quodam medio ſe habere.

28 Rurſum [a] Plato. *Si ars*, inquit, *ciuilis quædam regia facultas ſit, turba diuitum & populus omnis ſcientiam hanc ciuilem nunquam nanciſcitur. Oportet itaque reſpublicas ſi quando veram gubernationem vnius viri arte imperantis pro viribus imitaturæ ſunt, nunquam quicquam præter ſcriptas leges moréſque patrios facere. Quin etiam quoties vnus ſecundum leges dominatur ſcientem illum imitatur, regem vocamus, non diſtinguentem nomine illum, qui ſcientia ſolus imperat, ab eo qui opinione ſecundum leges ſolus etiam dominatur.*

a in lib 16. ſeu libro ciuili.

Et hoc optimum gubernationum genus. quoties namque, neque ex lege, neque ex more quiſpiam dominatur, ſimulátque ſe ſcire præter leges rectiùs hoc ita fieri oportere, ineſt autem libido & libido, & ignorantia quædam, tyrannus eſt appellandus.

29 Tres ergo ſint ciuiles gubernationes, vnius, paucorum, atque multorum, ſi ſingulæ rurſum in duas diuidantur, ſex efficient. Vnius principatus in regnum & tyrannidem diſtribuimus. Dominatio paucorum, diuiditur in ſpeciem vnam quæ laudanda eſt, optimatum ſcilicet: & alteram quæ vituperanda, paucorum potentiam. At multorum dominatio, popularis dicitur: quæ duplex, vna quæ leges ſeruat, bona: alia quæ non ſeruat, ſed tranſgreditur. Vnius dominatio bonis coniuncta conſtitutionibus quæ leges vocantur, inter reſpublicas optima: legum verò expers, dura, & ſubiectis omnium oneroſiſſima: media verò, in qua non multi imperitant, quemadmodum quod medium eſt inter multum & vnum, obtinent. Cæterum multorum adminiſtratio per omnia debilis, vtpote quæ ad alias comparata nihil magnificum, ſiue bonum ſiue malum efficere poſſit, propterea quòd magiſtratus ad exigua redacti ſunt, in multóſque diuiſi. Quamobrem legitimarum rerumpublicarum hæc deterrima eſt, iniquarum omnium optima. In prima nempe regia vitam agere potiſſimum atque optimum eſt, in tyrannide minimè: in populari ſi aliæ omnes intemperatæ ſint, præſtat viuere: ſi temperatæ omnes, minimè omnium in iſta viuendum.

*De recto ſtatu populari.*

## CAPVT II.

a In 6. polit. c. 5

ARISTOTELES [a], pro conſeruatione popularis ſtatus, non tam conandum eſſe placere multitudini, quàm vtilitati conſulere communi. Et plures eſſe, qui cùm id facere ſtudent, rempublicam ad ſubuerſionem & interitum, vel ad confuſionem reuocant.

Itaque, primam legem conuenire moderatoribus popularis ſtatus, vt damnatorum bona ſacra ſint, & ne in publicum redigantur. Nam hæc lex iniurias compeſcet: quia pœna eadem erit. at populus minus cupidè dãnabit, cùm nihil ſit ex damnatione ſuſcepturus: hac eadem ratione bona damnatorum noluerũt boni principes proſcribi, vel fiſco adiici, niſi ex certis iiſque grauioribus criminibus: mali contrà, qui ideo & delatores, & obſeruatores operum & dictorũ ſubditorũ ſubmittebãt, vt vel leuia crimina, vel nulla, cõficta tamẽ, vindicarẽt, vt ditarẽtur cõfiſcationib. Et notatur Flauius Veſpaſianus apud Sueton. Tranquillũ [b] quod exhauſtus operum ac munerum impenſis, nihil penſi habuit, quin prædaretur, omnimodo bona viuorum & mortuorum, vſquequaque quolibet & accuſatore & crimine, inquit, corripiebãtur. Satis erat obiici qualecunque factum, dictúmque aduerſum maieſtatem principis. confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates, &c.

b In eius vita c. 12.

2 Et proinde etiam lex alia in populo, ob eandem cauſam conſtituenda, vel conſtituta repetenda, vt quàm rariſſimæ ſint publicæ accuſationes, magna pœna conſtituta aduerſus eos qui falſò accuſauerint, non enim populares in iudicium vocari conſueuerunt, ſed nobiles. Naturalis enim quædam inuidia aut odium videtur inter plebem & nobilem, non minus quàm inter impares; amicitia enim tantùm pares admittit, vel facit: oderunt nobiles profanum vulgus. vulgus verò mores nobilium, vt ſuperbos & elatos. Quare etiam qui gubernant populum, contendere debent ſibi omnes reddere beneuolos, & ſaltem ſi id aſſequi nequeant, conari debent ne ſe hoſtes exiſtiment.

3 Circa magiſtratus cautio eſſe debet, vt exemplo Tarentinorum magiſtratus omnes duplices ſint, & fiant alij per electionem, alij per ſortẽ: quo enim populus capiat per ſortẽ, quo autẽ melius gubernetur per electionem. Popularis reipublicæ propoſitum, eſt libertas. Ad hanc enim reſpicere dicunt omnem popularem ſtatum. Libertatis verò ipſius pars vna in eo conſiſtit, vt per vices imperent & pareant. Populare itaque, ſumi ad magiſtratus omnes ex omnibus, ac præeſſe omnes vnicuique, & vnumquemque viciſſim omnibus. Per ſortẽ tribuere magiſtratus, vel omnes penitus, vel illos ſaltem, qui non peritia indigent & arte. A nullo cenſu eſſe magiſtratus, vel ſaltem à minimo, non niſi ſemen eundem magiſtratum ab aliquo geri poſſe, vel perraro; & annos paucos, exceptis his qui verſantur in bello.

Iudi-



Iudicare omnes de omnibus vel ex omnibus, vel de plurimis & maximis & principaliſſimis, puta de corrigendo, de republica, & de priuatis contractibus. Concionem eſſe omnium dominam, aut rerum maximarum: magiſtratum verò nullius, aut rerum minimarum.

Populare etiam eſt poſſe ſuperioribus comitiis, conſiliiſque intereſſe, & poſſe iudicare.

Sunt & popularitatis, ignobilitas, inopia, ſordidum opificium: vt contra paucorum gubernatio genere, diuitiis & eruditione, definitur. Eſt & populare, omnes habere ſecundum numerum, cùm nihilo magis gubernant diuites quàm pauperes, nec ſoli poteſtatem habent, ſed omnes ex æquo ſecundum numerum [a].

4 Inter cætera quæ populus amat etiam ſunt honores & lucrum, & ſæpe lucrum anteponit honori. Lucra, ſi tuta habeant, ex pauperibus diuites fiunt, & egere deſinunt. Signum huius, quòd populi tyrannides facilè pertulerunt, & paucorum potentiam, dummodo ſuas res agere liberè permitteretur, neque eriperentur quæ habebant: Quare qui multitudinem moderabitur, in ipſum ſatagere debet, & habebit populum gratum & obſequentem. Quod verò pertinet ad honores, facilè in democratia eius cupido impletur, per poteſtatem quam in concionibus habet creandi magiſtratus, & corrigendi delicta: ſicque delectis magiſtratibus ab optimis & qui illi videbuntur vtiliores, nunquam populus inuidebit melioribus & præſtantioribus quos ipſe elegerit. Magiſtratus verò ſuum munus iuſtè exercebunt, quia pœnam formidabunt quod illos corrigere ad alios pertinet, & ſic magiſtratus à præſtantioribus gerentur ſine vlla dignitatis popularis diminutione.

a Ariſtot. 6. politic. c. 2.

5 Factum hinc etiam vt leges inter populares ſeruatæ fuerint, etiam cum illorum libertate quam prætendũt in ſua republica: quando comitiis illorum rogatæ, latæ, & comprobatæ fuerunt, vnde lex communis reipublicæ dicta ſponſio, à Papinia. [b] ſeruant enim & populares, contractus inter ſe initos ex conſenſu mutuo, eodem & modo leges quæ eorum conſenſu editæ fuerunt. nec ſuæ libertati derogatum putant qui ſibi legem impoſuerunt.

b in l. 1. de legib. li. 1. P. ti. 3.

*Num monarchia melior ſit & vtilior aliis generibus adminiſtrationum rerumpublicarum.*

## CAP. III.

ARDVA hæc quæſtio fuit ſemper inter veros nomothetas & philoſophantes, de reipublicæ conſtitutione, quæ ſpecies reipublicæ melior ſit, ánve monarchia vtilior ſit. certè tres omnes ſpecies reipublicæ populi, optimatum, & monarchiæ, quia ad bonum publicum reſpiciunt & tendunt, laudabiles ſunt, & plures bonam vnam, alij aliam probant, prout mores populi diſpoſiti ſunt: ſicuti enim Ægyptij non potuerunt eſſe ſine rege: Athenienſes contrà non poterant monarchiam pati. Agitatam

autem iuuenio in vtramque partem apud Herdotum [a].

a In 3. Inter optimates ſeptem, qui poſt mortem Cambyſis, filij Cyri reges Perſarum, necarunt Smerdin magum, qui vſurpauerat tyrannidem, ſuppoſito nomine Smerdis necati fratris Cambyſis filij Cyri.

Vnus quippe illorum Ottanes, hortabatur vt rem publicam i[illegible]me dium cōſtituerent, neque amplius vni imperium deferretur, nec opus eſſe reſtitui monarchiam, quam ſuſtuliſſent. eius rationes erant,

1 Quòd monarchia omnia agit pro arbitrio & libidine impunè. Quia etiam vir qui optimus antè fuerit, tamen cùm in ea poſitus eſt, mutat mores. tum quia natura ipſa hominibus eſt ingenita inuidia, & ex præſentibus bonis generetur inſolentia; ex quibus duobus malitia & inſolentia, multa facinora committantur. velint ſibi credi, non perfecti reges, turpe putant, ſi non poteſtate ex arbitrio vtantur.

2 Quòd tyranus ſolus omnibus bonis inuidet, deterrimis delectatur.

3 Quod & maximum eſt, monarchia iura patriæ labefactat, fœminis vim adfert, indemnatos interimit. Quū dominatur verò multitudo, eſt Iſonomia, id eſt iuris æquabilitas, neque multitudo quippiam agit quæ monarchus. nā magiſtratus tū ſorte deliguntur, tū adminiſtratorum rationem reddunt, omnia denique conſilia in cōmune feruntur, ita Ottanes ad Democratiam inclinabat.

4 At Megabizus, alius ex ſeptemuiris magicidis, ad Oligarchiam ferebatur: abolendam quidem tyrannidem & monarchiam dicens cum Ottane, verùm ſententiam de deferenda ſumma rerum multitudini, reiiciebat.

1 Quòd populari multitudine nihil eſt inſipientius, aut inſolentius. neque tolerandum eſſe, vt qui tyranni ſæuitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidant ſæuitiam. Nam tyrānus, ſi quid facit, intelligens facit. At plebis ſuum eſt, nihil intelligere. non enim poteſt intelligere, qui nec edoctus eſt, neque honeſtum nouit, nec domeſticum quidem.

2 Quia plébs ad res agendas ſine conſilio præceps ruit, flumini ſimilis. Ita 3 loco ad optimates deferendam rempublicam, quia ex optimis viris optima eſſent conſilia, populus incertus, vagus, inconſtans. variabilis, in periculis timidus, in ſeditionibus audax, & temerarius. Difficile cōponitur, vt beſtia multorum capitū, amat eos qui eum decipiunt, proſequitur benefactores, ſine conſilio furit, vt non immeritò Senatus Romanus potius elegerit tribunum plebis Romanis concedere & veluti proprium defenſorem, quàm in efrenem licentiam permittere quę omnia turbabat, ſine iugo.

Dicebat Anacharſis, Athenis ſapientes decidenda proponere, & ſtultos iudicare, quámque peſſimè nemo ignorat, dum ſuffragiis cōcludi negotia audit, & voces numerari & non ponderari. Darius porro Hiſtaſpis filius, ex ſeptemuiris probabat ſententiam Megabizi in reprobatione Democratiæ, at ſtatum paucorum reiiciebat ſeu optimatum.



matum. Atque nihil melius eſſe imperio vnius hominis dicebat, qui optimus ſit. Et in ſtatu paucorum, cùm plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia concitari ſolere. Quum enim quiſque princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere, ad ingentia inter ſe odia euadunt: ex quibus ſeditiones exiſtunt, ex ſeditionibus cædes, è cædibus ad vnius imperium deuenitur. Et huic ſententiæ poſtremæ reliqui quatuor ex ſeptemuiris acceſſerunt. Et certè verum quidem eſt, graue eſſe iugum vnius tyranni, ſed durius duorum vel plurium: multo magis grauiſſimū populi: quia populus per ſe bonorum inimicus, nobilitatis & virtutis hoſtis, mobilis, & quod ſemel probat facere, eadem inconſtantia reprobat.

4 Plato [a] etiam hiſdem ferè rationibus, quibus alij, probabat optimatum rempublicam: ſed omnibus regiam proponit & vnius, ſi rex talis in ciuitatibus reperiretur, qualis inter apum examina: ſi corpore & habitu animi aliis excellentior inueniretur. tyrānum execratur qui leges contemnit. a *in ciuili vel de republica.*

Iſocrates quoque ad Nicoclem, πρᾳοτέραν τοσούτῳ καὶ δικαιοτέραν μοναρχίαν ἐκείνας μὲν, ὅσῳ περ ῥᾷόν ἐστιν ἑνὸς ἀνδρὸς γνώμῃ προσέχειν τὸν νοῦν μᾶλλον, ἢ πολλαῖς παντοδαπαῖς διανοίαις ζητεῖν ἀρέσκειν. id eſt, *tanto monarchiam faciliorem non immeritò iudicauerimus, quantò facilius eſt, animum ſuum vnius viro inſtituto accommodare, quàm multis & varis opinionibus placere conari.*

Ex quibus verbis ratio colligitur alia de prælatione monarchiæ, quod facilius populus vnius moribus ſe accommodat & conſentit, quàm moribus & ſententiæ plurium imperantium: ægrè enim quis poteſt dominis pluribus æquè ſeruire, vt etiam Deus dominus iudicauit, D. Matthæi c.6. verſ.24. maximè contraria iubentibus. Siquidem diuerſæ ſunt hominum voluntates [b], & ad diſſentiendum naturalis facilitas. b *l. quia poterat, ad Senatuſc. Trebellia.* P.

Et proinde cùm plures imperant, facilè & moribus & voluntate diſſident. difficile eſt omnibus populum æquè placere, & ſatisfacere. Quare ex multorum principatu factiones oriri quodammodo naturale videtur, propter diuerſa iubentium & obtemperantium ſtudia.

Vix inueniri poſſunt ex his qui accuratè de hac quæſtione diſputarunt, qui non in eam partem inclinauerint, inter formas regiminis reipublicæ eam magis eligendam quæ vnius ſit: & ſi componenda ſit reſpublica, illam quoque præſtantiorem, in qua primæ partes monarchiæ, reliquæ quæ eidem ſubiiciantur, ariſtocratiæ & democratię tribuantur. Si optio, inquit Plutarchus proprio lib. de monarch. eligendi conceſſa fuerit, non aliud eligat quàm vnius poteſtatem. Et Ariſtoteles poſt tres recenſitas rerumpublicarum formas, *harum*, inquit, *optima regnum, peſſima reſpublica eſt* [c]. c *lib.8. ethicor.* c.10.

Non poſſet exemplar perfectius adminiſtrationis melioris adduci quàm ipſius Dei, cuius imago princeps. diuinitas verò æterna ſua ineffabili prouidentia, regnat ſola in vniuerſo mundo. In corpore vno anima vna dominari debet, in familia

vnus & ſolus. Nulla etiam reſpublica aut ariſtocratia, vnquam peruenit ad longitudinem aut authoritatem monarchię. Quin & antiquiora fuiſſe regna rebus publicis, ſatis liquet, ex eo incipiente multiplicari populo primæ creationis principes erant familiarum, qui ex ſe deſcendentibus famulis & vernis imperabant, eóſq; regebant, vt & liquet ex Geneſi [a] mundi, diuiſis gentibus per filios Noæ, & populus per ſuos reges prius rectos eſſe ex eius arbitrio tradit Iuſtinus ex Trogo. [b] Quanquam & verum ſit etiam poſtea reſpublicas cõſtitutas & populos ſibi reges elegiſſe vel ob merita eorum, vel ad defenſionem. Qua diſtinctione tolli videtur, pertinacia quorundam qui ſatagunt firmare reges à populo prius electos, quod certè aliquando cõtigit, ſed non ſemper. Nam & reges & principes quidam, ſubegerunt vicinos, vt Ninus & Cain, quidam ab illis acceperũt, iure ſucceſſionis non populi authoritate.

a c. 11. & 12.

b *Iuſtinus in* 1.

5 Quòd ſi velimus perpẽdere quod primo loco obiiciebat Ottanes apud Herodotũ, inueniemus eadem ratione potius amplectandam monarchiam, & cęteris præferendam. demus enim quod facilè accidit, ex bono principe malum fieri poſſe, libidine ex arbitrio vti ſeu abuti, inuidia odio habere præſtantiores, ex malitia & ex abundantia bonorum inſolẽtem euadere, ob crudelitatem nimiam ſecurè: aliáque pro libera poteſtate agere quę vi[d]entur eſſe indigna rege: certè nihil prohibet quin hæc eadem non inueniantur, & faciliùs in Ariſtocratia & Democratia, & faciliùs vnus malus ſatiabitur vel implebitur crudelitate, auaritia, luxuria, & voluptate quàm plures. nam inſolentia & reliqua id genus humana, poſſunt citiùs in aliquo ex pluribus, quàm in vno ſolo inueniri, & potius emendatur vnus quàm plures. Sic de contingentibus, non poteſt fieri certa lex idipſum reſpondendum ad cæteras rationes.

6 Rurſum non eſt putãdum, poteſtates regias temerè à Deo permitti etiam malorum principum, vt aliâs docui, quia non eſt poteſtas niſi à Deo [c], qui permittit regnare hypocritam, propter peccata populi [d], & cor regis, in manu Dei eſt, & vbicũque vult, inclinat illud [e]. Sunt boni principes qui degenerãt in malos, ſunt mali qui boni efficiuntur: nec arbitrandum eſt relictos principes malos, omnino ſuis voluntatibus à Deo quin caſtigentur & inſtruantur interius: & exterius ſunt Angeli qui præſident gentibus, ſunt angeli diuerſæ dignitatis qui dirigũt etiam priuatos, neque ſine numine aliquo eſt vnquam poteſtas à quo & principes cuiuſcumque ſint authoritatis ſentiunt ſe excitari & cõmoueri, & à pluribus etiã retrahi, & a[d] alia impelli. Quod & argumẽto à dæmonibus ad principes peſſimos ducto, colligere poſſumus. Quis enim peior tyrãnus, quis capitalior & irrecõſiliabilis magis homini inimicus ipſo dęmone eſt? quis crudelior aut inuidioſior? quis vt fortior ſuper terram, & ad nocendum hominibus & creaturis Dei paratior? et tamen nemo eſt qui neſciat huius poteſtatem, ſic à Deo contineri, vt non amplius nocere poſſit quàm illi permittat. alioquin futurum erat, breui totum orbem periturum. nec putandum eſt Deum magis illi per membra eius & inſtrumenta, nempe

c *ad Roma. c.* 13.

d *Iob. ca.* 34. *v.* 30.

e. *Prou. c.* 21. 1.



nempe per tyrannos exercere permittere, quàm ipſimet ſe ipſum. Quare velle monarchiam reiicere ob frugalitatem humanæ naturæ, & metum ne tyrannidem aut crudelitatem labatur, hoc nihil aliud videretur, quàm tollere omnem diuinam authoritatem in gubernatione, & tribuere eandem ſolis viribus ingenij hominis, quod fieri non poteſt, cùm homo homini ob propriam naturam quæ æquales æqualibus imperare non pateretur, non poſſit, niſi de ſuperiori poteſtate iuuetur, legem inuito conſtituere.

7 Non eſſe præponendam ariſtocratiam monarchiæ, vltra prædicta adhuc nos admonere poſſunt ipſæ rationes quæ adferri ſolent pro ſtabilienda optimatum & paucorum gubernatione, nam recidunt in monarchicam adminiſtrationem. Ea enim ariſtocratica melior viſa eſt, firmior & durabilior, quæ pauciores habuit imperantes, quia multitudo ſæpe inuidiam & æmulationem peperit, & vbi plures ſunt diſcordia mẽtium & diſſentiendi occaſio per factiones oritur: naturalis enim, vt dixi, eſt ad diſſentiendum facilitas: & quot homines tot ſententiæ, & ad diuerſitatem corporum ſequitur diuerſitas animorum [a].

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. quod certè populari adminiſtratione cùm ſit valde periculoſum, & ad ſeditiones incentiuum, multo magis damnoſum erit reipublicæ in ariſtocratia, quo maiorem quiſque de ſua probitate pertinacem conceperit ſupra aliorum ſententias opinionem, cedere paribus neſcius, aut contumeliam ſibi inferri arbitratus, ſi ab æquali, vel collega in ſententiam ſuam trahi viderit. Quo ſæpe fit, vt & factum ſit, vt qui cum collega principatus conuenire, vel nolit, vel non poſſit, argumentum ſumat confugiendi ad populum, & deſtruendi ariſtocratiam, vel ſimulando ſe cauſam populi fouere, præſidio eiuſdem, nempe plurium, cæteros collegas à poteſtate deturbare conetur.

a *Quia diuerſitatẽ de conceſſio. præbent.*

8 Quòd ſi dicas, conuenire poſſe, inter ſe ariſtocratiam gerentes; quamuis hoc ſit difficile, tamen admittamus: quid prohibebit tamen eoſdem eſſe malos, & populi tyrannos, & oppreſſores, quemadmodum & fieri poteſt, vt non inficiamur, monarcham aliquando in tyrannum & oppreſſorem degenerare poſſe. Sed nonne ſatius eſt habere vnum tyrannum quàm plures? nónne ſatius eſſet, ſub periculo vnius monarchæ cum metu ne in tyrannum degeneret viuere, quàm ſub pluribus, qui eodem metu nos poſſent opprimere? quod certè damnoſius eſt. ſiquidem non tam facilè ſatiantur tres aut quatuor, aut plures tyranni, quàm vnus. plus eſt, obnoxium eſſe plurium prædæ, quàm vnius.

Iam memoria non valde antiqua, occaſionem ſumptam fuiſſe alicubi rebellandi in proprium principem, eo prætextu quod is tyrannicè exigeret à ſubditis vectigalia, & quædam alia indigna principe gereret, accidit autem vt ſublato principe, populus qui putabat impreſſione ambiẽtium dignitatem, ſe euaſurũ oppreſſionem, pro vno inculpato tyrãno, in manus plurium inciderit tyrannorum, ſub quibus rei veritatem ſed ſerò didicit, & ſatius eſſe ſub vno tyranno af-

ſligi, quàm ſub pluribus animam etiam exhalare.

Facilius etiam à populo vnus tyrannus placari poteſt, quàm plures. Nam ſi ex pluribus vnum colueris, alius grauius te affliget: ſi vni ſis amicus alium habebis hoſtem, vel ſaltem perpetuò eris ei ſuſpectus. miſera res pluribus dominis ſeruire, & talibus, qui imperare & cogere poſſint. Quemadmodum & facilius vnum quàm paucos, & paucos quàm plures, qui leges ferre aut etiam iudicare poſſint pati [b].

a Vt ait Ariſto. 1. Rheto. ad Theod. c. 1.

Neque etiam tuta eſt ariſtocratia imperantibus, cùm enim inter illos tantum munera & honores diuidantur reiectis qui ex populo ſunt, ingens ſibi odium concitant eorum, qui quamuis inter optimates ex diuitiis, vel nobilitate generis non computentur, tamen & naturali ingenio donis aliis virtutis excellunt, vt ſe contemptos ad munera, quibus idoneos ſe dicunt arbitrentur, quo fit vt & in eos populum excitent, & de tyrannis occidendis ſecretò, aut publicè, cogitent. & ita nec ſe tutò populo committere, neque inimicis fidere audeant, perpetuo metu, velut ille Dionyſius tyrannus docuit, & dicenti ſe eſſe beatum demonſtrauit ſuſpenſo tenui filo è laqueari in caput eius enſe, diſtricto imminente inter precioſas epulas miniſteriáque regia, ſuis ceruicibus. Neque poſſunt eodē remedio vti, quo monarchæ, ariſtocratici gubernatores. Siquidem monarchæ ſine metu participes poſſunt, & debent populares facere dignitatum & magiſtratuum, & honorum, etiam inuitis nobilibus.

At optimates non poſſunt admittere ad eadē populares, ſine immutatione ariſtocratię, & proinde hęc adminiſtratio periculoſior & difficilior eſt, cùm admittere ad maiores dignitates populares,* & ſatisfacere voluntati & deſiderio eorum ſponte nequeant, & inuitos difficiliùs continuere poſſint.

9 His, difficultas adminiſtrandi addi poteſt, quæ ſequitur etiam ex pluribus bonis principibus in ariſtocratia conſtitutis. contingit ſæpe pro vna & eadem adminiſtratione, vias duplices aut multiplices, totidémque probas, & vtiles ſententias reipublicæ proponi à diuerſis optimatibus: verùm dum ſinguli quæ bona proſpexerunt, exequi volūt, mutuò ſe ſępe pari poteſtate impediunt, & neutrū quod vtile ſit exequuntur ſingulis in ſua ſentētia permanentibus, & proinde reſpublica fluctuat, & incerta prouidentia damno imminēti iactatur expoſita: non ſecùs quàm in vna naui duo, vel plures nauarchi: quantumuis peritiſſimi viarum maris & artis nauticæ, ſe mutuò concurſu impediunt, & tempeſtatibus exponunt, & periculis nauem, dum contendunt, quis clauum teneat. Conueniunt etiam plures optimates, in vna & eadem ſententia vtiliſſima reipublicæ, demus exemplum vt colligendum eſſe exercitum, ſumptus in eam rem faciendos, inuadendos hoſtes. At dum hoc exequendum eſt, & ex pluribus optimatibus vnus eſt deligendus cui hic honos decernatur: tunc contentio inter illos de honore, de lucro, nimio momento turbare hunc ſtatum ſolet, ſic dum de aliis agitur quæ non poſſunt, niſi per vnum expediri & inter pares, nemo ſe inferiorem collega iure principatus arbitratur. Sic plerunque ariſtocratica adminiſtratio nihil



nihil boni exequitur, quanuis bene conſulta ſit. Quod non accidit vbi monarcha dominatur, qui adhibitis in conſilium pluribus optimatibus, non eſt addictus ſententiæ vel plurium vel paucorum: ſed apud ſe conſiderans, & meliora & vtiliora, & deligit ſententiam ex arbitrio, & iubet cui velit eam exequi, nullo ex optimatibus ægrè ferente: cùm ſatis illis ſit factum, quòd in conſilium admiſſi ſint, & quòd non à paribus, ſed à ſuperiori ſententia non deturbentur, cedúntque lubenter ſuperiori, qui æqualibus nunquam cederent. Sciunt enim conſiliarij principis ſenatúſque eius conſulti à principe, ſe adhiberi tantùm vt conſulant, non vt ſtatuant, cùm contra in optimatibus ſit, qui vt ſtatuant, & non tantùm vt conſulant, conſtituuntur.

10 Iámque olim hæc difficultas paritatis magiſtratuum, coegit inuitos Romanos, qui reſpuebant & abominabantur nomen regium expulſis Tarquiniis, vt faſces imperij inter conſules diuiderent, vt non ſimul, ſed ex illis alternatim vnius faſces poteſtatis haberet ſolus. nam alternis menſibus mutabant ſecures duodecim, vno menſe penes vnum, poſtea penes alium, inſignia poteſtatis eſſent, ſecures [a]. Imò ſi in caſtris eſſent ambo conſules, non imperabant ambo ſimul, ſed alternatim per dies [b], quod & periculoſiſſimum fuiſſe docet ſtatui reipublicæ Plutarch. [c] Et quamuis nomen regium reſpuerent, tamen poteſtatem adhuc regiam plenam & ſupremam, vix vel nouem annis à regibus exactis, compulſi ſunt Romani mutato nomine in dictaturam, reponere temporalem ſeu ſemeſtrem, vt ſedandæ ſeditionis, & rei gerendæ cauſa in vrgentibus negotiis poteſtatem vnius neceſſariam. & dictator ita vnus ſupra conſules, ſupráque ius populi creatus, ſibi magiſtrum militum conſtituebat, atque vt ait Liuius [d], dictatoris edictum ſempèr pro numine obſeruatum: & tantus erat apud hoſtes dictatoris terror, vt eo creato, ſtatim à mœnibus diſceſſerint. Neceſſitate ita coacti, in rebus magnis reipublicæ, qui abhorrebant monarchiam, ad monarchicum imperatorem & ducem confugiebant, & creabant, quem pro magiſtratu quidem habebant, ſed re vera poteſtatem illi regiam & monarchicam abſolutam, quanquam temporalem concedebant, talis apud Lace æmonas Harmoſta, apud Theſſalos Archos, Mytilencis Azimneta.d

a vt tradit Dionyſ. Halicarnaſſ. in 5.
b Polyb. in 3.
c in vita Fabij Maximi.
d in 6.

Compertúmque reipſa apud omnes tandem, virtutem vnitam fortiorem eſſe quàm inter plures vagantem, & diuiſam. Norunt & qui exempla militaria percurrunt, ſæpe exiguam manum confertam ſub vno imperante principe pugnantium, magnos fudiſſe exercitus quibus plures imperatores æquè imperabant.

11 Deinde proprium & naturale cuiuſque rei videtur eſſe, id ad quod, prohibitum redit & recurrit, iuxta illud poetæ,

*Naturam expellas furca, tamen vſque recurret.*

Et proinde naturalem adminiſtrationem ad monarchiam pertinere, potiùs quàm ad plurium, vel populi, ab ipſo recurſu cognoſcimus. Nam Athenienſes Lacedæmonij Romani, & alij populi quibus

aliquando fuerunt ariſtocratiæ & democratiæ, vel inuiti coacti ſunt neceſſitate compulſi redire ad monarchicum imperium,& ei ſe ſubiicere à quo deſciuerant, leuibus certè argumentis, perſuaſi à quorundam præſumptione,qui ſpecie melioris vitæ,eos tranquillitate & pace priuarunt: ſubtiliter quidem rudi populo modum popularem viuendi proponendo,qui per ſe inexpertis & magis conducere viſus eſt prima fronte: ſed qui in executione duriores habuit quàm monarchicus ſtatus,ſucceſſus: cùm aliud ſit bene diſputare de republica, aliud bene regere:non minùs quàm multum intereſt inter dictum & factum, theoriam & praxim. Quo etiam quidam ſtultitiæ peruenerunt,vt tales reſpublicas commenti ſint,quę non potuerint,niſi creatis nouis & alterius naturæ hominibus conuenire, vt ſcribit contra Platonem Athenæus.

12 Alij tanta animi præſumptione ignari vel adminiſtrandæ propriæ domus etiam, fuerunt, qui ex pulpito ex arbitrio declamationibus inanibus & ſeditioſis,quibus oſtentabant ingenij malitiam, ne dicam acritatem, turbarunt reſpublicas & ad principum & principatuum ſubuerſiones excitarunt. exiſtimantes rempublicam & eorum homines,vt ſcholæ ſuæ pueros ſceptro ferulæ regi poſſe.Et proinde quia nullum eſt tam abſurdum dogma, quod non inueniat ſuos aſſeclas, (ſtultorum enim infinitus eſt numerus) euenit vt mutatæ ſint alicubi viuendi leges non in melius ſed deterius, falſis dogmatibus & axiomatibus, de quorum veritate antequam falſum cõſtiterit, multi inuoluti miſerè perierunt, & alios in ſimile periculum coniecerunt, ex quo ſe retrahere conati, iterum vel inuiti reſipiſcentes ad monarchiam redierunt, etiam ferociores & turbulentiores populi, cum ſine ea poteſtate reipſa deprehenderint ardua reipublicæ negotia perfici non poſſe.

Et qui regum pertęſi erãt Romani,ob iniuriam ab vno acceptam, & vni illatam Lucretię,expulſis regibus,poſtquàm collecti ferè ſunt, ſtatim ad dictaturam venire, etiam conſulum duorum tantùm difficultatibus impediti, tandem etiam ſeditionibus tyrannis, decemuiris,triumuiris ſceleſtiſſimis acti,quieuerunt ſub monarchia.

13 Poſt Cleolulfum regem, etiam res Northumbricæ in Anglia ad exitum inclinatæ ſunt,populo per factiones in partes diuiſo. Succeſſere ordine ſeptem reges populari ſeditione exiguo tempore vel pulſi,vel interfecti. vacauit regnum aliquandiu nullo ampliùs id ſibi petere audente, vtpote quod velut equum Seianum vniuerſi formidabant. Et ita Northumbria domeſtico exitio agitata, deinceps triginta & amplius annis,tam finitimorum populorum quàm barbarorum iniuriis,expoſita fuit: donec Ecberthus occidentalium rex, regnum deuaſtatum per deditionem à Northumbris factam, ſuo adiecit imperio anno 827.[a]

a *Polydor.Virgil.lib.4.*

14 Videtur bene conſiderantibus, democratia noua, pertinacia quædam rebellandi aduerſus ſuperiorem poteſtatem, & præſumptio quædam ſtulta cum furore & vi mixta. quemadmodum ſi quis ſine capite vellet eſſe,& conſtituere niteretur, vt membra pro capite eſſent: & vt ipſa regerent ſe ipſa ſine capite, & communi mente, aut ea lege



lege vt omnia officia cuique propria,communiter & promiſcuè gererentur,quod nunquam Deus ſtatuit neque natura humana ſine corruptione pati poteſt. Statim enim vbi Deus angelos creauit, oportuit vnum Deum ſolum cognoſcere. is autem qui voluit ſe æquare Deo & facere ariſtocratiam,non potuit ſubſiſtere, ſed lapſus & detruſus ad inferiora conſtituere cœpit Babylonem, hoc eſt confuſam turbulentam & inordinatam congregationem ſpirituum malignorum.inter quos quanquam alij aliis fortiores,&alij aliis peiores,& alij ab aliis cogantur, tamen id non fit ſine confuſione. ibi enim nullus verus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat.

Cùm mundus creatus eſt & animalia viuentia ſtatim vnus rex cõſtitutus homo, qui illis dominaretur,& electa monarchia à Deo. vbi autem homo habuit ſociam,& peccatum ſequutum eſt. tunc quia opus erat regimine imperfectioris naturæ, monarcha conſtitutus iterum:& dictum mulieri, & eris ſubdita viro, relicta monarchia & dominatus vni,& poſtea continuatus in deſcendentes ex illis. Cain, Lamech, Nembroth, qui voluerunt ſeorſum ab Adamo imperare, & voluerunt conſtituere ariſtocratiam ſeu plurium dominatum cõtra verum monarcham, & ſe ab eius imperio ſubduxerunt vi, dicti ſunt impij, tyranni & latrones ſeu venatores. tales autem dicti non fuiſſent ſi ordinatè ſub imperio monarchæ poteſtatem exercuiſſent, quam tamen ſuperbiam ſibi vindicarunt aut vſurparunt. Quod primum non fecerunt filij Noachi, qui poſt diluuium acceperunt à patre, diuiſa terra poteſtatem in tres partes orbis: quaſque tenuerunt ſub nomine patris, donec eo mortuo ſoluti à poteſtate, quilibet in ſuos monarchicè imperauit veluti pater legitimus & rector naturalis eorum qui à ſe deſcenderant.& hoc indicat c. 10. in fine Geneſeos iuncto c.xi.verſ.6.ibi enim generationes deſcribuntur filiorũ Noe, & poſtea additur, *hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas: ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. & erat vnus populus & vnum labium tunc omnibus*:donec Deus confundens ſuperbiam illorum in ædificatione turris immiſit confuſionem.

Cùmque Deus delegit ſibi populum peculiarem Iſraeliticum,ſingulare eſt & inconuincibile argumentum, quod vnum Moyſen prępoſuerit tantùm, non plures: neque permiſit populo principes ſibi eligere, vel ſe ipſum regere, ſed vocabulo Moyſe & præmunito poteſtate deſuper, iuſſit eundem & ad Regem Ægypti, & ad populum venire,Neque populus dedit legem ſuo ductori vel duci,ſed dux datus à Deo vt populo legem & ducatũ præberet. Neq; Moyſi ſe excuſanti ab hoc onere vel authoritate,quod impeditioris eſſet linguę, quò ſibi videbatur inſufficiens huic muneri, ideo voluit dare collegam in principatu,aut conſtituere in populo ariſtocratiam, aut conſilium democratiæ,ſed adiunxit tantùm Aaronem fratrem, non tanquam collegam & comprincipem, ſed tanquam miniſtrum & exequitorem & interpretem ſuæ legationis & muneris. Imò iratus eſt Dominus in Moyſem, quòd tanquam non idoneus ſolus, recuſaret hoc munus à Deo, qui omnia poteſt & dat ſufficientiam cum munere, vt habetur Exodi c. 4. quo loci verſ. 13, poſtquam Moyſes in-

telleċta magnitudine & grauitate legationis, ſibi impoſitæ à Deo, dixiſſet, Obſecro Domine, mitte quem miſſurus es, iratus Dominus ad Moyſen ait, *Aaron frater tuus Leuites, ſcio quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, vidénſque te, lætabitur. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & tu in ore illius, & oſtendam vobis quid agere debeatis, & ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent, &c.* quo loci, mirabile, vt cùm Deus poſſet vtrumque inſtruere, & ariſtocratiam conſtituere, tamen noluit, ſed ſubiecit voluntati Moſis, voluntatem & executionem Aaronis: & voluit tantùm vnum Moſen primùm, ſupremum, & ſibi proximum ſolum eſſe.

a *Numero. ca.* 11.

15 Fecit rurſum præſtantiæ monarchiæ Deus probationem[a], cùm Moyſes propter populi peruicaciam diceret, ſe non poſſe ferre eum populum. Nam iuſſit ei, non populo, vt eligeret ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos ipſe noſcet eſſe ſenes & magiſtros, quos quod eſt valde notabile, inquit Deus, *duces ad hoſtium tabernaculi fœderis, faciéſque ſtare tecum, vt deſcendam & loquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, tradámque eis vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* ſunt ibi electi, ſed per Moſem, auxiliares oneris, ſeptuaginta. Sed non principes, ſed qui ſub Moſe & de ſpiritu eius haberẽt. Sic [b] dum conſtituit ad conſilium Iethro Moſes quinquagenarios, centuriones, tribunos, iudicabant illi leuiora populi ſub poteſtate Moyſis, & ſoli Moyſi[c], Deus dixit, *Aſcende in montem ad Dominum, tu & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrael, & adorabitis procul, ſolúſque Moyſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt.* Subinde cùm Aaron & Maria voluerunt ariſtocratiam introducere cum Moyſe, ſtatim iratus Dominus vindicauit manifeſto iudicio[d]. Rurſum cum ex Monarchia Moſis, Datan, Chore, Abîron, Hon, aliíque filij Iſrael ducenti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, qui tempore conſilij per nomina vocabantur, ſtetiſſent aduerſus Moyſen & Aaron, & voluiſſent mutare ſtatum reipublicæ monarchicæ in popularem & democraticam, Dicentes Moſi & Aaron, *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt dominus, cur eleuamini ſuper populum domini?* Tunc enim iratus quoque valde Dominus, & inſigni vindicta oſtendit, quantum ſibi aduerſaretur præſumptio populi, & eorum qui prætextu libertatis popularis, & ſapientiæ præſumptæ, excutere principatus monarchiam ſatagerent, atque dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum. deſcenderúntque viui in inferno operti humo, & perierunt de medio multitudinis: ſed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum propria authoritate, ex illa noua attentata democratia, cúmque ſequenti die murmuraret omnis multitudo contra Moyſen & Aaron, dicentes, *Vos interfeciſtis populum Domini*, & oriretur ſeditio, & tumultus increſceret, ita vt Moyſes & Aaron fugerent in tabernaculum

b *Exod. c.* 18.

c *Exod. c.* 24.

d *Numer. c.* 12.

naculum



naculum fœderis, iterum egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit, & incendium vaſtabat multitudinem, donec Aaron aſſumpto thurribulo ad iuſſum Moyſis, & hauſto igne de altari, cucurrit ad mediam multitudinem quam vaſtabat incendium, & obtulit thymiama: & ſtans inter viuos & mortuos pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit[a].

a *Numero. ca.* 16.

16 Subinde Moyſes moriturus ex Dei admonitione, non congregauit populum vt ſibi ducem eligeret, ſed rogauit Deum, *Prouideat*, inquit, *Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit exire & intrare ante eos, vel introducere, ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore.* Dixit autem Deus, *Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat omnis ſynagoga filiorum Iſrael.* quod & factum eſt[b], & mortuo poſtea Moyſe, Deus ipſe alloquutus eſt Ioſue, vt principatum ſuſciperet[c], dum dixit, *ſurge & tranſi Iordanem* &c.

b *Numerorum c.* 27.

c *Ioſue* 1.

17 Docuit populus reipſa, quantum pernicioſa ſit eius ſibi ipſi libertas viuendi ex arbitrio, dum abſente Moyſe[d], coegit Aaronem ſibi conflare idolum, & oblitus tot & infinita beneficia à Deo vero accepta eáque recentia, obtulit & ſacrificia & hoſtias, & ſedit manducare & bibere, & ſurrexit ludere cum blaſphemia dicens, *Hi ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Ægypti:* quod inultum non reliquit, ſed ſeuerè vindicauit Deus.

d *Exo. c.* 32.

18 Cum etiam proſpiceret Deus futurum, vt adepta poſſeſſione terræ promiſſæ, egeret populus adminiſtratione & gubernatore: prædixit de forma eius inſtituenda, quid conueniret voluntati diuinæ, & ait per Moyſem ad populum, *Cùm ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam habitabiſque in illa, & dixeris conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes. Eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum: non poteris alium regem facere qui non ſit frater tuus*[e]. quo loci apertè oſtenditur, & monarchiam ſolam Deum probaſſe, & tantùm populo poſtulationem regis non electionem conceſſiſſe, tantùm abeſt vt democratiam illi permiſerit. Et proinde petiit populus à ſene Samuele regem ſibi dari tantùm, ipſe autem ſibi nec conſtituit, nec gubernationem in ſe tranſtulit ſeneſcente Samuele, & filiis eius non ambulantibus in viis eius: ſed Deus per Samuelem eis dedit Saul regem. 1. Regum cap. 8. cap. 9. cap. 10.

e *Deutero.* 17. *ver.* 14. *& ſeq.*

19 Conſentit lex quodammodo naturæ, quæ eſt ius gentium omnium ferè hominum, quo gentes regna diſtincta habuerunt[f], vt & legitur Deuterono. c. 17. verſ. 14. ibi, *conſtituam ſuper me regem ſicut habent omnes per circuitũ nationes,* & 1. Reg. c. 8. ver. 5. *conſtitue nobis regem*

f *l. ex hoc iure, de iuſti. & iur.* P.

*vt iudicet nos, ſicut & habent vniuerſæ nationes.* & verſ.19. *Nequaquam, rex enim erit nobis, & erimus nos quoque, ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter,* &c. Vt inde videatur contra ius gentium introduci ariſtocratia & democratia, & ideo tantò peior, quo à iure communi gentium reiecta fuit, & monarchia approbat & prælata. quod enim pluribus placuit, certiorem habet veritatis probationem, quàm quod à puucisſimis, pręter ius illud receptum eſt. Placuiſſe item non eſt ambiguum, cum alioquin exempla fidem tam conſtantem exhibeant, vt omnis dubitatio procul faceſſat. Nemo enim eſt, qui ignoret pru entiores populos, & melius rectos fuiſſe ſub monarchia, Aſſyrios, Medos, Perſas, Ægyptios, Indos, Parthos, Macedones, Celtas, Gallos, Scythas, Arabas, Iudæos, Turcas, Moſcouitas, Tartaros, Anglos, Africanos, Danos, Hiſpanos, Aquitanos, antiquos Italos, Græcos, Germanos. Imò antiquos ipſos Athenienſes, Lacedæmonas, Corinthios, Achæos, Sicyonios, Æthiopes, Latinos, Etruſcos, Romanos, antequam degenerarunt à monarchia, ad quam & poſtea recurrente natura plerique poſtea, vt ad naturam primam redierunt, alij poſtquam à vera adminiſtratione deſciuerũt monarchica, in peius ab ariſtocratica in democraticam recidentes, non potuerũt omnino debilitati reſurgere, ob imperfectionem principatus in ariſtocratia & democratia, quæ facilè priſtinæ naturæ reſtitui nequeunt niſi prius corruerint.

20 Inuentæ ſunt aliquæ ariſtocratiæ, & democratiæ, quæ aliquandiu bene ſucceſſerunt, hoc non diffiteor, ſed dico eſſe illas imperfectas reſpublicas, comparatas monarchiæ, ſicut & liquet bonum eſſe argentum viuum, plumbum, ſtagnum, argentum, & hæc, vel eſſe principia metallorum, vel metalla, ſed imperfecta, habita ratione auri, in quo remanet metallorum perfectio, vt in argento viuo principium: & in ferro concoctionis exceſſus, in auricalco mixtio metallorum, quæ deficit etiam ab auri perfectione, quo magis à puritate diſtat. Argento viuo principio metallorum comparo populum, principium omnium rerum publicarum, & de quo dicitur adminiſtratio fieri, ſed in Chriſargyris eſt mira nobilitas: ſic in populo, quæ aliquo modo dureſcit & ſordidatur in plumbo, magis in ſtagno plus in argento, ſed perfectius & amicabili temperamento in auro, vt etiam populus in populari adminiſtratione ochloarchia vnitus, non tam mutabilis, ſed qui facilè extra corpus deſiliat leui momento, vt plumbum facilè liqueſcit: continetur populi mobilitas magis quàm in ochloarchia, per democratiam, vt magis ſolidiùs ſtagnum plumbo: coercetur autem fortiùs in ariſtocratia, in qua optimates mobilitatem illam ſtrictius compeſcunt, veluti magis depurata adminiſtratione à fece populi. Verùm monarchia nobilius eſt vinculum mobilitatis, ex quo temperamentum ita fulget, vt omnino populi facies immutata videtur, & fulgore, ſeu ſplendore ſui principis illuſtrata, quemadmodum in auro tantum eſt temperamentum, quatuor elementorum, conueniens, ſicut & mobilitas, & color ipſe albus argenti viui incoctus & indigeſtus, pulcherrimo rutilo & regio ſplendore donatur ſimili colori ſolis, qui & rex

& vin-



& vinculum cœleſtium influentiarum ſolus & admirabilis cenſetur. Monarcha eſt corpus in populo bene incorporatum & commixtum ſub vnica maieſtate quod difficilius diſſoluitur quàm aliæ adminiſtrationes: vt aurum eſt corpus in perfectione cum argento viuo mixtum, & quod ictibus & flammis & ęrugini reſiſtere fortiùs poteſt, ipſo argento, ſtagno, aut plumbo.

21 Aduerſus democraticam rurſum gubernationem, vel ſolidum videtur eſſe fundamentum, quòd Deus, qui eſt largitor poteſtatis, & qui conſtituit rectores populi ſui peculiares, nunquam quod animaduerterim, populo gubernandi dederit poteſtatem, neque Chriſtus omnium reſtitutor, vnquam dedit populo poteſtatem docendi, regendi, ligandi, ſoluendi: elegit tamen ex populo qui hanc haberent, ſed populo nunquam dedit: intereſt autem inter hæc, eligere de populo, & populo poteſtatem concedere: nam electio fit de eo qui idoneus cenſetur, per eum qui diſcernere poſſit idoneum à non idoneo: at in populo, non meliores ſed plures vincunt ſuffragio: & plures vt plerunque, & ferè ſemper, in populo meliores non ſunt, apud quem voces & ſuffragia non ponderantur, ſed numerantur. ibi peiores dominantur ſeu violentia: bonos qui ſemper pauciores, opprimunt, perſequuntur, expellunt, proculcant, aut ſemper ſuſpectos habent: cùm nulla maior inueniatur inimicitia, ea quæ inter vitia & virtutes conſtituitur: cùm vnius incluſio, ſit alterius excluſio: nec fieri poteſt vt populo placere poſſit cui virtus placeat.

22 Sciunt qui obſeruarunt democraticas adminiſtrationes eas, quandiu perſeuerarint integræ, non tam conſilio populi quàm virorum à populo vel electorum vel comprobatorum induſtria & prudentia, conſtitiſſe: vbi autem ſuo voluerunt regere arbitrio, ſtatim concidiſſe, vt perſonatæ potius videantur fuiſſe democratiæ, cùm verè eſſent ariſtocratiæ. Qui enim gerebant illorum principatus magiſtratus, & ducatus, inani titulo democratiæ veluti popiſmate illis placabant & continebant populum: reuera autem, ipſi ſibi ſegetem auream metebant vel largitionibus populum flectebant. Et qui hodie hoc nomine reipublicæ & democratiæ ſe exornant, ſi verùm velint fateri, reperient nihil præter nomen populo eſſe, cùm ſint eorum conſilia ex potentioribus & familiis populoſioribus compoſita, quibus cæteri credant, ad nullum ferè negotium aduocati, niſi dum de colligendis pecuniis agitur, reliqua nomine populi ſine populo ſecretius & melius tranſigentes.

23 Eo enim etiam inuitos compellit rectores reipublicæ, neceſſitas grauiorum negotiorum, vt non omnia euulgare aut proponere palàm debeant: tum quod quæ magni ponderis ſunt, non debent profanari: ne vel detegantur his qui impedire poſſent aut præcauere: aut ne ſtulta ſuffragiorum pertinacia irrita fiant, & contentione ſuborta inter contrarias partes quæ ſe in democratia æqualis eſſe contendunt authoritatis, in ſeditiones reſol-

uantur : aut occultis factionibus, quæ facienda & iuſta ſunt, ſubuertantur. vt obſeruatum eſt ſæpe accidiſſe in comitiis Romanorum : tum ex competitoribus & ab ambientibus magiſtratus, tum artibus qui comitia metuebant, & ideo illa ſortiri effectum aut conuocari, ſimulatis etiam religionibus, occentu ſoricis, tonitruo, aut leuiori cauſa prohibebant, vel habita turbabant. Eſt & populus leui ex cauſa facilè ſuperbiens, & virorum ſibi vtilium tempore fœlicitatis contemptor : tempore verò aduerſæ fortunæ ingruentis, vili ac deiecto animo, pauidus, & conſilij incerti.

12 Dum etiam populus ſibi hanc poteſtatem arrogat, quod ſupremæ ſit authoritatis: nimium ſibi indulget, ſibi licere omnia arbitratur, & ſæpiſſimè magis qnod vtile aut lucroſum, honeſto præfert, inter ciues viget impunitas delictorum, licentia maior peccandi. ſibi enim applaudunt qui ſe æquales principes eſſe putant: & qui ius eis dicunt ex eorum conſenſu, vt diutius magiſtratu fungantur, vtque ditandi ſibi conſeruent diuturniorem occaſionem, multa diſſimulant, quia punire non audent: & dum populares haberi volunt, iuſtitiam exulare patiuntur: cùm potiſſimùm voluntas populi in democratia, lex ſit. ſicut apud Romanos, eo prætextu quod penes populum eſſet imperium & poteſtas tempore democratiæ.

Sibíque ciues Romani ſpecie libertatis adeptæ, iura hæc vſurparunt, vt nec dominorum poteſtati, nec tyrannorum imperio, nec magiſtratuum potentiæ, nec creditorum libidini, nec ciuium ſuorum gratiæ eſſent obnoxij, eiúſque libertatis cauſa leges ipſæ ſancerunt.

Lex Valeria à P. Valerio Poplicola lata conſule primo poſt exactos reges, publicæ libertatis, vt ſi quis magiſtratus ciuem necare, verberare, multare vellet, priuatus, eum ad populi iudicium vocare poſſet: intereà verò à magiſtratu nihil damni acciperet, niſi vbi populus ſtatuiſſet, vt narrant Liuius Dionyſius Halicar. & Plutarchus.

Quæ lex libertatis, erat occaſio delinquendi, & dum populi aſſenſus expectabatur, euadendi ob delicta ſupplicium.

Hanc, ſecutæ aliæ ſunt creſcente populi peruicacia, quæ de tribunis plebis ſancita, & pro populi maiori libertate. & primum vt tribuni plebis quotannis crearentur quinque de plebe, qui auxilio plebi aduerſus conſules eſſent, altera, vt ipſi tribuni ſacroſancti & inuiolabiles eſſent: Tertia, ne is honor niſi plebeiis pateret[a], aucto poſtea tribunorum numero, qui intercedendi ius haberent, vt ait Gellius.

a *Liuius in 2.* 3. *Dionyſ. in 6.*

Quarta fuit lex ſacrata, ne de capite ciuis Romani, niſi centuriatis agi comitiis poſſet. Quinta ne priuilegia irrogari liceret, quæ duæ poſtremæ & in duodecim tabulas tranſlatæ fuerunt,





de quibus & meminit Cicero[a].

Sed & Porcia lex virgas ab omnium ciuiũ corpore amouit, libertatem ciuium lictori diripuit, ait Cicero[b], Salluſt.[c], eam Feſtus pro ſcapulis latam dicit, Liuius pro tergo. Plinius verò, vocat de iure virgarum[d]. Quæ certæ leges, & ſæpe fecerunt venale ius ciuitatis, & inter reos ad excuſandas pœnas nihil aliud ferè audiebatur, quàm ciuis Romanus ſum. omitto alias leges, quibus creditorum immunitate donati ciues eluebant fidem datam creditoribus. ex quibus quantum contra iuſtitiam ſibi vindicauerit democratia, aſſentientibus his qui eorum fauore ſuffulti ditabantur, & honores gerebant, liquidò apparet, quàm monarchica gubernatio poſtea meritò ſubſtulit, & paulatim abrogauit.

a *pro domo ſua & 3 de legib.*
b *pro Rabirio,*
c *In Oratione Cæſaris, quam Mar. Porcius Cato Cēſorius tulit.*
d *Lib. 7. c. 43.*

25 Accedit quod fundamentum quo contineri dicitur reſpubica democratica, videtur repugnare ſtatui & conditioni humanæ quæ rationis eſt particeps: illud eſt quod æqualitatem adſtruit, & bonorum & honorum, quam ſecundum arithmeticam proportionem, nihil poteſt eſſe iniquius. Siquidem nec Deus dona æqualia hominibus diſtribuit ſed diuerſa: aliíque ad ſeruiendum, & obtemperandum natura idonei, alij ad gubernandum, neque in corpore phyſico omnia membra, idem habent munus & officium: inter ſtellas, aliæ aliis lucidiores: inter ſpiritus ordines gloriæ gradus inter cælos diuerſi motus & effectus, in ſymphonia, diuerſi toni: quæ ſi ad æqualitatem velimus reducere, & naturæ, & rationis ordo, & ipſa ſocietas ita conturbabitur, vt cahos vnum potius & indigeſta moles & confuſio, quàm reſpublica dici mereatur.

Quid enim ſequetur, ſi ſtulti quorum magnus eſt numerus, cum paucis ſapientibus coæquetur, numerentur voces, æquentur illis honores, nihil certè quàm noſtrum.

Quòd ſi res ipſas & bona velimus æqualiter diuidere, omnia æqualia facere, oporteret ſtatim mores hominum & naturas vnius mentis facere vnius diligentiæ, æqualis virtutis, æqualis roboris, æqualis ætatis & ſexus; demere commercia, efficere vt quilibet ſibi ſufficeret, & proximo non indigeret: & vt moliebatur etiam Plato, vt vxores & liberi communes eſſent: ex quibus tantum abeſt vt conſtare poſſit reſpublica, quàm vt confundatur neceſſe ſit, cùm hominem exuere non poſſumus; neque omnes æqualis poſſint eſſe ſufficientiæ, eſſéntque leges diuinæ & humanæ inutiles quibus ius ſuum, cuique tribuendum eſt. Quid enim ſuum aut tuum dices, aut meum, ſi omnia æquè æqualia & communia ſunt?

Et certè tales reſpublicæ æquales res deſiderantis, meritò ridiculæ videbuntur ſingulis, qui vel ſolam ſuam familiam conſiderare voluerint; in qua nullo alio quàm natura admonitore, facile niſi omnino deſipiant, colligent, nihil tam aduerſari bono regimini quàm ipſam arithmeticam æqualitatem, & communionem, quam nec ipſi in propria domo pati poſſent.

26 Accedat natura populi, quæ ira & furore potiùs in conſultando monetur, quàm conſilio; & qui dum excandeſcit, ſeipſum præcipiti decreto à maiori parte, ſed non ſaniori concluſo, in pericula lętalia à quibus ſe eximere nequeat, coniicit, quod & ſæpe ducibus ſapientioribus per illum electis, cauſa mortis fuit, ſuſpicante populo ſe proditum, dum ſuis nollent irrationabilibus parcere conſiliis & decretis. alij vix ſuſpicionem proditionis euaſerunt, donec exitum & ſibi vtilem contrarium factum conſiliis reipſa cognouit. Sic apud Herodotum [a] cùm Acharnenſes, putarent, apud ſe non minimam portionem Athenienſinm eſſe, & ipſorum terra vaſtaretur; ad exeundum præcipuè Athenienſes vrgebant, atque ex omni parte ciuitas tumultuabatur, & Pericli iraſcebantur, prorſus immemores eorum quæ prius ille ſuaſiſſet: conuitiabantur etiam quòd cùm eſſet dux, non tamen eos educeret, exiſtimantes eum omnium quæ paterentur authorem. Quos Pericles videns, ex præſenti conditione afflictari, vtpote non rectè ſentientes de exeundo, vt ipſe faceret concionem non aduocauit, nullúmque habuit cœtum, ne quid ira magis, quàm iudicio peccarent congregati, & ita ciuitatem cuſtodiuit, & quam maxime potuit, quietum tenuit, equites tamen emiſit, ne hi qui ab exercitu excurrerent, vrbi vicinos agros adorti prædas agerent.

a *Libro 2.*

27 Eo pertinet prona, ad mala natura eiuſdem populi, quæ principe veluti freno retinetur; ne in Dei offenſam & ſui ruinam pręceps declinet, quod & indicat liber iudicũ [b], *Cúmque*, inquit, *Dominus nos iudices id eſt principes populo ſuo Iſrael ſuſcitaret, in diebus eorũ flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium: poſtquam autem mortuus eſſet iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora quàm fecerãt patres eorum, ſequentes deos alienos, ſeruientes eis.* fuitque ita viciſſitudo fœlicitatis, & infœlicitatis, ex iudicis imperio populi ſalus, ex morte eius iterum perditio & afflictio: & ex afflictione humilitas, & ad Deum reditus; ex illo reditu, Dei miſericordia ad concedendum iudicem, vt liberaret & ſaluaret populum. Succeſſus & ordo eorum, vt primum peccaret populus, & prouocaret Deum ad vltionem: dehinc, vt Deus illos contemnens permitteret, ſubiici inimicis, vnde vexati redibant ad Deum, quia vexatio dat intellectum, Deus verò miſericors daret libertatem. Sic poſt Ioſue, clamante populo, Deus dedit, & ſuſcitauit eis ſaluatorem Othonielem, filium Cenez, qui repletus ſpiritu Dei vicit, & oppreſſit regẽ Syriæ, & quadraginta annis ſub eius imperio quieuit terra Iſrael fœliciter. Sed eo mortuo, filij Iſrael addiderũt facere malum in conſpectu domini, & ſtatim Deus confortauit aduerſus eos Eglon Moab, & copulauit ei filios Ammon, & Amalec, & percuſſit filios Iſrael. Atque poſſedit vrbem Palmarum. Et poſtea clamauerunt ad Dominum, & ſuſcitauit Aod amphidextrum, qui percuſſit Eglon & Moabitas, & quieuit terra ſub eius principatu, & ſub Samgar qui ei ſucceſſit [c].

b *c.2. verſ.18. & ſeq.*

c *Iud. cap.3.*

Verùm poſt mortem Aod addiderunt facere malum filij Iſrael in con-



conſpectu Domini, & tradidit illos Deus in manus Iabin regis Chanaan. Quare & clamauerũt ad Dominum & miſit illis ducem liberatorem Barac, cum Debora. & deleuerunt regnum Iabin [a]. Sed rurſum mortuo duce, ex libertate ad idololatriam & mala redierunt: & tradidit Deus illos per ſeptem annos in manus Madianitarum, à quibus valde oppreſſi, redierunt ad Deum, qui miſit illis ducem alium Gedeonem [b]. Quo iterum mortuo, auerſi ſunt à Deo filij Iſrael, & fornicati ſunt in Baalim, percuſſerúntque cum Baal fœdus vt eſſet eis in Deum, nec recordati ſunt domini Dei ſui, qui eruit illos de manibus inimicorum ſuorum omnium in circuitu, nec fecerunt miſericordiam cum domo Gedeon, iuxta omnia quæ fecerat Iſraeli. Similes poſtea ſucceſſiones in reliquis capitibus libri Iudicum ponuntur, ex quibus liquet ſemper populum, mortuo principe, peſſimè vixiſſe: quandiu autem ſub principe vixit, in rectitudine coram Deo & principe ambulaſſe.

a *Iudic.4.*

b *Iudic.cap.6. & 7.*

7 Iudicium corruptum eſſe populi, omnes ferè, & qui ex populo ſunt, ſi verum fateri volunt, & norunt, & experiuntur, obnoxium paſſionibus, ſeu affectibus, odio, irę, cupiditati, amori temerario [c].

Et proinde, illius ſententiam ſequi periculoſum eſt, & prohibitum [d].

c *c. Oſius, de elect.*

d *Cap. dicendus 62. diſtin.*

Neque quod ad arbitriũ plebis factum eſt, ipſimet placere poſtea diu poteſt. quare qui populũ regere bene deſiderat, non quid illi placere poſſit, ſed quod bono viro conueniat, & quod & vtile ſit, agere debet. quod docuit exemplo & facto Polycletus, qui vt refert Ælianus [e], eodem tempore duo ſimulachra fecit, alterum ad arbitrium plebis, alterum iuxta peritiæ, artíſque normam. Gratificatus verò plebi hoc modo eſt, ad ſingulorum acceſſum tranſpoſuit, & commutauit aliquid, morem gerens vniuſcuiuſque voluntati & narrationi. Itaque poſtea propoſuit vtrumque: & alterum quidem omnes admirationi, & alterum ludibrio, ac riſui habuerunt. Reſpondens autem Polycletus: at hoc, inquit quod vituperatis & reprehẽditis, à veſtra arte profectum eſt, quod verò ſuſpicitis, ego mea facultate ſum fabricatus.

e *Lib.14. hiſtoriæ variæ.*

Epheſij Hermodorum virum frugi eiecerunt, dicentes, *nemo noſtrûm frugi eſto, alioqui cum aliis eyciatur*, qui tamen poſtea videtur quaſdam leges Romanis ſcripſiſſe: vel ſuaſor, vt leges à Græcis peterent, & reformarent ſuas [f].

Eiúſque facti etiam, Heraclitus inſimulat ciues ſuos [g].

f *Teſtis Strabo lib.14.*

g *In 5. Tuſculana apud Ciceronem.*

Aurea ætas populi, paulatim degenerauit in argenteam: illa in æream, mox hæc in noſtram ferream, & vt Ouidius [h],

*De duro eſt vltima ferro.*
*Protinus irrupit venæ peioris in æuum*
*Omne nefas fugere pudor, verúmque fidéſque*
*In quorum ſubiere locum fraudéſque doli que*
*Inſidiæque & vis, & amor ſceleratus habendi.*

h *1. metamorp.*

Quare & principatu duriori, niſi emendetur & contineatur, verendum eſt imò certiſſimum experimur, adhuc ipſum ferrum quod durum eſt in populo, tranſiturum in enſes, ſeditiones & cladium portenta, & ſui ipſius exitioſiſſimum interitum.

*Quod monarchiæ principatus ſit rurſus vtilior.*

## CAP. IIII.

QVIA ergo docuimus & cauſas prælationis adminiſtrationis monarchicæ, & in quibus præſtare videatur cæteris ſpeciebus, nempe democratiæ & ariſtocratiæ: & ex collatione earum multa annotauimus, quę reprehendenda in aliis videbantur: nunc doceamus, quomodo eadem monarchica, ſit vtilior populo. Illud autem in primis paucis verbis Cornelius Tacitus [a], videtur concludere, exemplis quoque, illiſque conciſè relatis, ſemper reipublicæ adminiſtrationem reſtituendam tandem monarchiæ, & eo apud Romanos poſt multam malorum experientiam decurſum vel ab inuitis, ex moribus & ſeditionibus, *Vrbem Romam à principio*, inquit, *reges habuere, libertatem & conſulatum L. Brutus inſtituit, dictaturæ ad tempus ſumebantur: neque decemuiralis poteſtas vltra biennium: neque tribunorum militum conſulare ius diu valuit: non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. Et Pompeij Craſſique potentia, citò in Cæſarem: Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit.* plurium principatus, non poteſt eſſe ſine factionibus & ſeditionibus: dum enim vnus aliis præponi deſiderat, vel apertè ſi præualeat, vel clàm, ſocios & optimates & qui eiuſdem gradus ſunt aggreditur. Quemadmodum Abimelech poſt mortem Gedeonis occidit ſeptuaginta fratres ſuos ſuper lapidem vnum, vt ſolus regnaret, quod & fecit, ſed breui tempore per triennium.

a *in principio libri I. annaliū.*

*Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas*
*Impatiens conſortis erit, nec gentibus vllis*
*Credite, nec longè fatorum exempla petantur,*
*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri* [b].

Et poſtea, *--ſtimulos dedit æmula virtus*
*Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarve priorem*
*Pompeiúſve parem.*

b *vt ait Lucanus li. I. bellorum ciul.*

Tritum eſt quod Homerus [c] refert,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω
εἷς βασιλεύς. id eſt, *non bonum multorum dominatio, vnus ſit dominus, vnus rex.* quod & refert Theodoretus Cyrenſis epiſcopus [d].

c *Iliados* 2.

d *lib. 3. de curatio Græcarū affectionum.*

2 Scribit Plinius [e], de apibus, *eſſe*, inquit, *ſine rege non poſſunt, inuitè autem interimunt eos cùm plures fuerunt, potiúſque naſcentium domos diruunt.* Conſentit Ariſtot. & cauſam addit [f], *enecant apes ipſæ etiā duces qui plures quàm ſatis ſit habeantur, & potiſſimū improbos ne principū multitudo*

e *lib. 11. naturalis hiſtoriæ c. 17.*

f *lib. 9. de hiſtoria animaliū c. 40.*



*titudo ſeditiones in examine faciat. Necant præcipuè cùm non ampla ſobolis copia extitit: nec habent quo tanquam coloniam mittant. fauos etiam regum eo tempore, ſi parati ſunt, diruunt, vtpote cùm deſint quibus mittendis ipſi præficiantur.*

3 Grues tantùm vnum ducem quem ſequantur eligunt [a]. Ariſtoteles quoque grues ſub duce degere, tradit [b], & hic cæteris dormientibus & capitibus ſub alis conditis, delecto vel extencto collo & capite proſpicit, & quod ſenſerit, voce ſignificat. vt idem Plinius [c] tradit & Ariſtoteles [d].

a *Plinius lib. 10. c. 23.*

b *lib. 1. de hiſtoria animal. c. 1.*

c *eodē loco dicto.*

d *lib. 9. de hiſtoria animal. c. 10.*

Vnius principatus, vt ſcribit Iuſtinus [e], à bellis diſſidiíſque ſolutus ac liber eſſe ſolet.

e *exhortatione ad gentes.*

4 Eucratides Bactraniorum imperator, cùm obſidionem Demetrij regis Indorum ſummis laboribus ſoluiſſet, & victor euaſiſſet, & Indiam in poteſtatem ſuam redegiſſet, cúmque ſe inde reciperet, à filio, quem ſocium regni fecerat, in itinere interfectus eſt. Iuſtinus ex Trogo [f].

f *lib. 41.*

Refert idem author [g], Cambyſem filium Cyri, poſtquam vidiſſet per quietem fratrem ſuum Smerdim regnaturum, ſōnio exterritum iuſſiſſe filium occidi. Sed ei numen, mox vltionem parricidij immiſcet. nam interim ipſe ſuo gladio ſponte euaginato, in fœmore vulneratus occubuit, quod & narrat Herodot [h].

g *in* 1.

h *in* 3.

Item Iuſtinus [i], narrat & Plutarch. Artaxerxem regem Perſarum, habuiſſe ex pellicibus cētum quindecim filios, ex iuſto matrimonio tres, Darium Ariaratem, & Ochum: ex his Darium contra morem Perſarum, apud quos rex non niſi morte mutatur, ſe viuo regem vel conſortem feciſſe regni, putans ſyncerum gaudium ex procreatione capturum: verùm Darium poſt noua paternę pietatis exempla, in necem patris coniuraſſe, at delectum pœnas maieſtatis luiſſe, mortuo autem Artaxerxe, hereditas regni Ocho tradita, qui dicitur Artaxerxes Euſebio, qui timens parem coniurationem, regiam, cognatorum cæde & ſtrage principum repleuit: vnde illo mortuo nullus qui ex ſanguine eius eſſet, & regnū ſucceſſione adipiſci inuentus eſt. ideo Codomanus rex electus à populo Darij nomine, ne quid regiæ maieſtati deeſſet: & is eſt quem vicit Alexander magnus, & à cognatis occiſus, vitam pariter cum Perſarum regno finiuit.

i *lib. 10.*

5 Domitianus, admiſſus & declaratus conſors imperij à fratre Tito Veſpaſiano, numquā quieuit quin inſidias illi moliretur, vt ſolus ſuccederet: & nondum mortuum viuum tanquam mortuum vt vt regnaret ſepeliri iuſſit [k].

k *Sueto. in Veſpaſia. c. 9. & in Domitia c. 2.*

6 Mirum quod ſcribit Herodotus [l], etiam duos fratres ex oraculo in reges Lacedemoniis datos, Euryſthenem & Proclem, per omne tempus inter ſe diſſenſiſſe, & itidem eorum poſteros perſeueraſſe.

l *libro* 6.

7 Non potuit Æmilius cōpati fratrē Numitorē, cū pater Proca rex Albanorum, regnum annuis vicibus habendum reliquiſſet, & vt alternis imperaret, & vt eum etiam ſobole priuaret, filiam eius Rheam Veſtæ ſacerdotem præfecit. non enim illi licebat nubere [m].

m *Plinius ſecundus lib. de viris illuſtribus.*

Non potuit etiam pati Etheocles fratrem Thebanorum, relicto à patre Oedipo, Polynicem, quanuis fuiſſet cum eo pactus, vt alternis annis regnaret, & ſe mutuò interimerunt.

a *Plinius Secundus lib. de viris illuſtribus c.1.*

8 Poſt Sethonem Ægyptiorum regem, duodecim reges creati, qui ſanctiſſimo quidem fœdere ab initio inter ſe pacti ſunt, ne ſibi alius alij inſidiarētur, ſicque fida conſpiratione Ægyptum adminiſtrarent. Sed paulo pòſt cùm oraculo cognitum fuiſſet, quod is eſſet ex illis regnaturus, qui phiala ferrea libaſſet in Vulcani templo, vndecim Pſammetichum, duodecimum poteſtate deturbarunt, & dignum morte interdicta adminiſtratione in paluſtrem Ægypti partem releſegarunt. Is autem paulo pòſt, auxilio Ionum Carium, qui eò vi tempeſtatis delati fuerant, reges ſuſtulit, totiúſque ditionem regni ſolus adeptus eſt [b].

b *Herod. in 2.*

9 Cùm etiam poſt mortem Seueri imperatoris, Antoninus Baſſianus, cum fratre Geta ſeditiones moueret acerrimas, diuiſerunt inprimis inter ſe regias, ſeparatim habitantes, & cùm non poſſent ad concordiam reuocari, viſum eſt matri & amicis ipſiſque conſentientibus, imperium inter ſe diuidere. Sed tandem Antoninus imperij totius cupitate inſtigatus, irrupto fratris cubiculo, nihil tale expectantem eum ſupra matris pectus multò vndantem ſanguine, ſæuus obtruncauit [c].

c *vt refert Herodianus lib. 4.*

10 Nec eſt, quòd diu immorer in reiicienda ratione, eorum qui putant facilè ex monarchia in tyrannidem, hoc eſt, in animum tyranni, regem degenerare poſſe, quia & ipſum in aliis generibus adminiſtrationum reipublicæ accidere poſſe, & accidiſſe omnibus in confeſſo eſt. Atque nihil in vita humana tam perfectum ac bonum eſſe conſtat, quo hominum malitia abuti non poſſit. quod & de imperio dictum etiam eſſe puto. Síque reſpublica grauari poſſet potiùs tyrannide quàm imperio, in quo vt in aliis reſtitutio & corruptio fieri poteſt, remanente tamen ſtatu monarchiæ receptiore & plauſibiliore. Siquidem ſi omnibus interdici oporteret quibus humana temeritas, audacia & inſolentia, abutitur peſſimè pro ſua libidine, in vniuerſum leges tam diuinæ quàm humanæ abrogandæ erunt, omnia ſacra, omniáque reliqua vſui generis humani accommodata, quia hominum improbitas & peruerſitas, ad ſuæ cupiditatis obſequium ea detorqueat è medio tollendæ Dei creaturæ magis homini neceſſariæ ad victum, panis & vinum, aqua: quòd plures iis olim abuſi ſint & hodie quoque abutantur, venena miſcendo, ſe ingurgitando, ſubmergendo. An ne matrimonium & coniugium reprobandum, quòd adulteria inde fiant? num feneſtræ domibus obturandæ, quòd quidam inde ſe præcipitauerint? nónne aliquando infecta fuit veneno læthali ab impiis ſacroſancta euchariſtia, vt interimerentur aliqui, nihil minùs quàm inter ſacroſancta myſteria, de veneno & perfidia cogitantes.

11 Sunt qui putent monarchiam cum ariſtocratia conſiſtere & cum democratia, eáſque miſceri poſſe, remanente monarchia in pri-

mis ſuis



mis ſuis terminis poteſtatis abſolutæ, quod certè puto impoſſibile, eo modo quo exemplum dant vt ſit ſummus aliquis princeps, qui omnibus imperet & nulli ſubiiciatur: præſides tamen prouinciarum & ciuitatum non ſint regis vicarij, ſiue annui iudices, ſed & veri principes qui imperio principis obediant, & interim prouinciam & ciuitatem ſuam, non tanquam alienam, ſed tanquam propriam moderentur. Ita inquiunt locum haberet in republica tam regia quædam monarchia, quàm etiam principum optimatum ariſtocratia. Et ſi his adderetur, vt neque ſummus rex ille, neque principes minores, hereditaria ſucceſſione dignitates illas acquirerent, ſed ex vniuerſo populo optimi quique ad eas eueherentur, iam eſſet ſuus quidam locus democratiæ in republica attributus.

Et hæc videtur ſententia habere aliquid momenti, ſi nulla eſſet contrarietas, quę mihi videtur eſſe implicata, dicendo monarchiā & ariſtocratiam, & democratiam ſimul: quod fieri nequit; nam ſi ſunt plures principes ſubordinati vni, non eſt ariſtocratia: nam vnius eſt imperium. Quia quos voluerimus dicere ariſtocratiam habere, ſingulos non habere conſtat ſupremam poteſtatem, quæ in pluribus optimatibus tamen fuit in ariſtocratia: vel ſi dicamus illis ſummam poteſtatem eſſe, non erit præcipua monarchia, quæ ſolius ſupremæ poteſtatis eſt in ſibi ſubditos. Rurſum ſi voluerimus aſſerere: ad populum pertinere electionem horum principum, penes populum ſolum erit ſuprema poteſtas, & non penes electos. quemadmodum nemo negabit, dictatores qui ſupremam poteſtatem accipiebant à populo Romano, vel maiores magiſtratus aut conſules, aut ephoros alibi, aut imperatores Græcorum & Carthaginienſium, temporales reges, vicaria populi poteſtate functos, & ideo non monarchiam aut ariſtocratiam geſſiſſe: is enim qui nomine alieno imperat, quamuis cum commoda poteſtate, tamen in eo quod ab alio pendet, ſupremam minimè gerit poteſtatem neque ariſtocraticam neque monarchicam, quia illæ non pendent à populo.

Et ſi electio facienda eſt in locum principum minorum demortuorum, quæſtio oritur à quibus facienda? nam dicere quod debeant eligi ad eas dignitates de vniuerſo populo optimi quique, cōcedimus quidem ita fieri expedire in republica: ſed quærimus per quos. nam ſi ad populum electionem reiiciamus, iam pura erit democratia, & recidet illa reſpublica in beſtiam multorum capitum, & excludemus poteſtatem monarchicam, quæ velut ſtatua in ſuo throno titulis ſuis ornata ſine ſpiritu & poteſtate ſedebit, ſimilis leonibus throni Salomonis. Quòd ſi dicas per optimates & alios principes ſolos eligi, iam recidimus in plenam ariſtocratiam, idipſum ſi cum illis adhibendum aſſeramus principem ſupremum, tunc is ad numerum optimatum reſtringetur non maioris poteſtatis. Si verò dixerimus eligi à populo & optimatibus, vel id fiet ſine iuſſu & conſenſu principis, vel cū eius iuſſu: ſi ſine iuſſu & ex illorum ſola voluntate, nulla eſt monarchia, quæ poteſtatem in eo ſupremam non habeat, & quo inuito, principes alij prouinciarum eligantur. vel ſi dicas iuſſu prin-

cipis & monarchæ fieri tantum,iam monarchiam ſolam cognoſcere cogimur,cuius nomine & imperio,alij creentur principes ſubordinati. Nec intereſt dicas ipſum per ſe id facere,aut per alios,quibus committit aut permittit. nam qui per alios facit, per ſe ipſum facere videtur.

Firmior quidem eſt monarchiæ ſtatus, quo princeps vtitur optimatum auxilio,cōſilio,& miniſterio,& in quo non contemnit ordinem populi:quando ex eo prout quemque dignum putauerit magiſtratu officio & beneficio,ad eorum munus promouet; in hoc enim continet populum in officio, & ſubmouet ſua poteſtate optimatum & paucorum tyrannicam adminiſtrationem, ſeu ariſtocratiam, in qua contemnebatur populus,& ipſa nobilitas,paucis exceptis. Dum autem princeps ipſe ſua prouidentia & ſola poteſtate hoc facit,efficit etiam,ne populi democratia,illi & regno imperet.

Sed neque ſummi pontificis, imò nec aliorum antiſtitum electio, à populo pendet, vt quis conetur, inde democratiam, cum monarchia ſpiritalium principum miſcere. ſcimus enim ſummum pontificem à cardinalibus creari[a],& eligi: & ipſos epiſcopos, non à populo,ſed à capitulis,& non niſi ex authoritate ſummi pontificis confirmari,aut regere eccleſias ſibi commiſſas[b], & eos vicarios eſſe ſummi pontificis in partem ſolicitudinis vocatos, non in plenitudinem poteſtatis.

a *Cap. in nomine Domini, 23. diſtinct. c. licet de vitanda 6. de electio. in ſex. quãuis ante variis modis ab aliis eligeretur, de quibus vide quæ diximus lib. 15 ſyntagma. c. 3.*
b *Cap. 2. c. in Geneſi cap. cumana. cum in veteri, bonæ de electio. cum ſimilib. vide li. 15. ſynta. c. 12.*

Scimus item quantum perturbationis, electiones à populo cum clero & principibus factæ aliquando in eccleſiam induxerint, vt non immeritò & laici & monachi, & clerus qui non eſt ex gremio capituli,tandem expuncti à ſuffragiis fuerint electionum.

Et proinde in eccleſia,hanc mixtionem democratiæ,ariſtocratiæ, monarchiæ requirere,à pace & tranquillitate catholicę religionis alienum arbitrarer.

Neque primus ſummus pontifex habuit electionem à populo, vel clero, ſed ab ipſo Chriſto Domino, qui dixit *ei*, *Paſce oues meas*.

Quemadmodum in antiquo teſtamento regia dignitas, ſeu poteſtas regendi,à populo non fuit conceſſa,ſed primùm à Deo Moyſi,& per Moſem poſtea tribunis & ſenioribus.

12 Sed neque populus, dum Saulem accepit regem, ipſum ſibi conſtituit,ſed petiit dari[c],& datus à Deo eſt.Is autem fecit ſibi vicarios principes,ex arbitrio,non populi. Et rurſum cùm ſtabilitum eſt regnū in perſona Dauidis per Deum, Deus qui ſapientior eſt omnibus,qui reſpublicas ad arbitrium volunt temperare, ex electionibus popularibus poſt mortem imperantium, nō per electionem,ſed per ſucceſſionem,voluit & cenſuit vtilius populo,regem eſſe,vt per ſucceſſionem ſeminis regij & proximorū,& non per electionem ex quolibet de populo ad ſublimē,ſceptrum & monarchica poteſtas ſuprema deferretur.neque verbum vllum adiecit,vt ad nutum populi fieret regnum mutabile,aut ſubminiſtros ariſtocraticos ſui iuris principes haberet, quin contrà ſtatuerit, vt qui noluerit obtemperare imperio regis,morte moriatur.

c *1. reg. 9.*
d *In c. per venerabilem, qui filij ſunt legitimi.*

Omnis



Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim poteſtas eſt niſi à Deo,quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit,qui autem reſiſtunt,ipſi ſibi damnationem acquirunt[a]. Teſtatur & diuus Petrus[b],non ideo minùs obediendum ducibus, quòd à rege creati ſunt vicarij, imò eo magis *illis* obtemperandum. *Subiecti*,inquit,*eſtote omni humanæ creaturæ ſiue regi quaſi præcellenti: ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum,laudem verò bonorum.*

a *ad Rom. c. 13. verſ. 1. & ſeq. c. omnis anima, de cenſib.*
b *epiſt. 1. c. 2.*

Et quanquam dicamus ſub rege principe ſupremo, eſſe comites, duces, barones, & marchiones: tamen non dicemus eſſe hos ex numero eorum qui olim ariſtocratiam conſtituebant, apud quos ſumma reipublicæ erat,cùm iſti ſint clientes ſeu vaſſalli regij, ſiue regni capitanei. Maiores, vt iura feudorum loquuntur, & qui nihil detrahant poteſtati ſupremę quam ipſi non habent,& ſi qua priuilegia habeant ſuperioritatis quæ in ſibi ſubditos exerceant, ea debent accepto ferre beneficio ſuperioris principis à quo pēdent, vt & ipſorum bona & feuda. Nec minùs,imò maiori ratione quàm aliorum ſubditorum non feudalium hæredia & prædia: quod per hominia & iuramenta fidelitatis expreſſiùs in nanciſcendo feudali beneficio, profitentur.Quod non facerent,ſi proprio iure quemadmodum ariſtocratia deſiderabat,poſſiderent.

## *De finibus rerumpublicarum.*

## CAP. V.

FINIVM quidam generales, quidam particulares ſunt, ex quibus peruenitur ad generalem. Finis omnium rerumpublicarum & gubernationum, eſt conſeruatio humanæ ſocietatis:eius autem ſocietatis,habere vitam in qua poſſit ſine errore & quietè Deo inſeruire: omnia enim propter hominem creata & ad vſum eius,homo ipſe verò propter Deum.

Ioannes Gerſon[c],legis ciuilis ait eſſe finem,vt homo teneatur aliquid agere, vel non agere pro conſequutione finis ſui naturalis, qui eſt humana fœlicitas, vel monarchica, vel politica, vel œconomica. Legis autem diuinæ finem conſtituit, aliquid agere vel non, pro conſecutione fœlicitatis æternæ.Sicut enim Deus omnia fecit, vt ait Boetius propter ſe,& ad ſe:ſic omnibus dedit viam certā tendentium ad ſe,quæ dicitur appetitus vel amor, & pondus trahens rem ad ſuum dominatum & initiale principiū, quod eſt ipſe,vt ſit ipſe *α* & *ω*,principium & finis, feruit externa politia,religioni tum cōſeruandæ,tum propagandæ.Quare & D.Paulus commendat eccleſiaſticis precibus, magiſtratus & principes, vt ſub imperio viuere poſſimus piè & tranquillè.

c *tractatu de poteſtate eccleſiaſtica, conſideratione 13.*

2 Rerumpublicarum pro diuerſa ſpecie diuerſi fines, regnum habet inter fines conſeruationem populi,honorem, vt qui diuitias habent nihil iniuſtum patiantur,nec populus afficiatur contumeliis.

3 Tyrannus, nullam reſpicit vtilitatem communem, niſi gratia ſui cōmodi,obiectum regis,quod honeſtum ſit:tyrāni, quod placeat.

4 Finis potentiæ paucorum, diuitiæ. per has enim ſolas neceſſe eſt permanere, vt conductos retineat cuſtodes, vt ſumptus faciat in educando, vt populo ſuo in nulla parte confidat. Ideo communia ſunt potentiæ paucorum & tyrannidi, quia non confi lunt ſuis, arma ciuibus ſuis adimere, multitudinem conculcare populi, ex vrbe pellere, vacuam habitatoribus ciuitatem reddere.

5 Popularis potentiæ finis, vexare nobilitatem, clam euertere & palam, in exilium mittere tãquam aduerſarios & machinatores contra potentiam ſuam. Ex his enim & cõſilia aduerſus eos iniri contigit, aliis dominationem affectantibus, aliis ſeruitutem fugientibus: ita & ſunt in ea fines tales, quales circa tyrãnides & regna: opes enim & honores, quæ in tyrannis & regibus maxima cõſpiciuntur, affectant omnes, eóque videntur aberrare in cõſtitutionibus pro confirmatione talis principatus editis, cùm finis legum omnium bonarum tam diuinarum quàm humanarum ſit, dilectio, quæ vnitatem operatur: hic autem non dilectio, ſed veluti deſtructio populi locum habet.

a 1 *de iuſto.* Secũdum Platonem [a], ars quælibet eſt abſoluta, ideóque minimè indigna vt in tractandis negotiis, rebus, & hominibus, non ſuæ ſed rerum ſibi commendatarum vtilitati conſulere: vt pupillis tutorem, medicum ægris, nautis gubernatorem, ita principem, magiſtratum legitimum, ſubditorum vtilitati proſpicere. Nam ſi qua ars veluti ſi medicina, mercedem exigit, hoc facit, non quia me icina eſt, cuius finis eſt morbi curatio, quæſtum facit, ſed quatenus cum mercenaria quadam & quæſtuaria commiſcetur. Quare & ars ciuilis reipublicæ tractandæ perfectiſſima eſt, neque indigens, aut ſeruilis, neque vtilitatis gratia habet gubernationem. Qui vtilitatis tantùm ſui cauſa adminiſtrat, iniuſtus eſt, non reddens vnicuique quo ſuum eſt, ideo amicitias diſſoluit & ſocietatem, & ſe indignum non tantùm principatu, ſed etiam ipſa communi ſocietate reddit, atque vt per iuſtitiam illam ſocietas conſiſtit, ſic per iniuſtitiam diſſoluitur.

6 Tractat verò libris de republ. idem Plato, gubernatores quidem eorum qui gubernantur gratia, non gubernatos gratia gubernatoris inſtitui: & proinde illis ſalutaria proſpicere debere, ſiue volentibus ſiue repugnantibus: non ſecùs quàm medicus ægris remedia adhibet, ſiue inuitis ſiue volentibus, ſecando, aut vrendo, aut alium dolorem inferendo, modò arte vtatur.

Principum ſeu regum Perſarum mos, refertur laudatiſſimus, etiam ſi ſpecies gubernationis illorum eſſet barbara & dominica ſeu tyrannica, vel grauis, vt haberent præpoſitum qui manè illos ſurgere admoneret: & euigilaret ad curandum populum, quem Deus illis com-

b *in lib πρὸς ἡγεμόνα ἀπαιδ* miſerat, vt ſcribit Plutarchus [b], imò ex quo Athenienſes incẽdio Sardes deleuerunt, ferunt vni ex miniſtris imperaſſe Xerxem, vt

c *Herodotus in 4.* prandio appoſito ter ei inclamaret, δέσποτα μέμνεο τῶν Ἀθηναίων [c].

7 Solebant & Perſarum reges veteri inſtituto, obire omnes vniuerſæ ditionis prouincias, & eas luſtrare & peragrare, vt viderent

d *in libro qui Minos.* quid opem regiam deſideraret · quod & Plato teſtatur [d] feciſſe Minoem Cretenſium regem, opera Rhadamanthi, & Taloenis, qui ter in ſingulos annos regionem paſſim obibat, cuſtodiæ legum intentus,



tus, æreáſque legum tabulas pagatim circumferens. quemadmodum in eccleſiaſtica politia, & ille mos viſitationis dioceſeon & prouinciarum rectiſſimè inſtitutus, & quandiu diligenter obſeruatus ſecundum leges pręſcriptas, ſtatus reipublicę floruit: vt contrà, vbi tantùm perfunctoriè vel procurationum ſeu penſionum recipiendarum gratia, ſeruatus vel abolitus eſt incuria ſuperiorum, collapſa omnis ferè pulchritudo hierarchiæ eccleſiaſticæ, corrupti mores, extinctum lumen, tenebræ latæ per populos diffuſæ, quæ anſam dederunt ſathanæ & impiis hæreticis, paganis, & infidelibus graſſandi in gregem Dominicum, fidémque, & ſerendi zizania tacentibus legibus, quæ ſanctiſſimè de hac viſitatione ſancerunt, dormientibus hominibus ſeu paſtoribus.

8 Sed quia pulcherrima & vtiliſſima eſt priuatim & publicè, finis cuiuſque rei maximè vltimi, conſideratio, latius, cùm ad hunc pertractandum venerimus, inſiſtendum arbitramur: itaque velut per gradus, ex primis originibus, cognitionem efformabimus, vt adminiſtratores rerum publicarum, ſcopum proprium pleniùs examinent, & ad eum actiones ſuas & populi inſtituant. Finem primùm potiſſimúmque quærimus, eundémque poſtremum aſſequimur. atque omnia quę orta ſunt, certum finem appetunt: ita & cauſæ vniuerſæ naturæ antecedentes & coniunctæ quatuor, materia, forma, efficiens, & finis reliquis nobilior deliberatio à fine incipit, actio in finem deſinit.

9 Finis rerum publicarum, propter quem introductæ videntur, idem videtur ac finis propter quem homo factus eſt. Siquidẽ ad bene & beatè viuendum coierunt homines; hominis verò cuiuſque finis alius non videtur quàm fœlicitas. Conſentiunt omnes theologi & ethnici philoſophi, in eo quod finis verus eſt hominis, fœlicitas, aut aſſequutio ſummi boni: quanquam in eo ſummo & vltimo bono iudicando, errauerint gentiles: ſummum bonum ponentes in his quæ nec beatum aut bonum efficiant, quanquam ad ſummum bonum conſequendum gradus conſtituant, in media via qua itur ad ſummum bonum ſubſiſtendo, à ſummo illo deficientes quidam in bonis corporalibus eam fœlicitatem hominis conſtituerunt, vt qui voluptates corporis, diuitias, opes, & ſimilia mortalia quæ dilexerunt, conſtituerunt fœlicitatem Epicurei, Turcę, & illi quorum Deus venter eſt. Sed illi perperam: nam quæ fœlicitatem videntur efficere ob ſenſus corporis, illa reſpiciunt tantùm ipſum corpus hominis, & aliquando imò ſæpius nocent corpori: vt nimiæ voluptates, venereæ eluuies, ebrietates, crapulę, quę non reddunt bonum, ſed deterius corpus, opes verò addunt ſolicitudinem, cuſtodiæ, metum latronum, inuidiam pauperum, auaritiam inſatiabilem, inſidias, & ſimilia cum quibus viuentem nemo beatum aut fœlicem dixerit. Dehinc, & qui in his fœlicitatem poſuerunt, omiſerunt conſiderationem nobilioris partis hominis, quæ eſt anima, & propter quam corpus & quod animæ obtemperare debet: ideo pro parte hæc fœlicitas, ſi talis etiam mereretur nominari, & non hominis, qui conſtat anima & corpore eſſet. neque propter diuitias aut voluptates corporis homo creatus

eſt à Deo.nam anima eſt immortalis,& corpus mortale,& ſeparanda anima à corpore, & aliò proficiſcitur anima cadente ob eius priuationem corpore: ita homo amitteret illam fœlicitatem corporis, & anima quæ eſt dignior hominis pars, relicta fœlicitate eſſet infœlix &ſine bono ſummo.vt neceſſe ſit,non ob eam cauſam & finem creatum eſſe hominem, vt frueretur bonis ſeculi, quia contrà, ſeculum propter hominem,& non hominem propter ſeculum Deus creauit. & dignitas maior in homine, quàm in iſtis corporalibus: quemadmodum nobilior creatura ſpiritualis, corporali, tanquam Deo, ſeu Dei imagini proximior.

Neque quiſquam dicet ſummum bonum eſſe, quo perpetuò frui non liceat. nam potiùs id malum dicetur, quod priuatione aliquando maiorem inferat dolorem, quàm poſſeſſione dederit voluptatem. talia autem ſunt hæc quæ dicuntur in mortali vita bona corporis, quæ vnà cum vita relinquimus, neque quippiam in his aliud quàm vſum habemus. Fidémque faciunt crania oſſamenta, quæ omnino nuda ab omnibus talibus bonis & in puluerem poſt fœtorem conuerſa, ſatis quid hinc abſtulerint & habeant reliqui teſtantur.

10 Aliunde, vt qui adhæſerunt nimium corporeis bonis errarunt à vera definitione ſummi boni & fœlicitatis, ſic alij nimium virtutis contemplatione & pulchritudine illius allecti, in ea fœlicitatem ponentes & beatitudinem, in medio itineris ſubſtiterunt: bonum quidem virtus & neceſſarium, ſed non ibi ſummum, nec perfectius.Sic vt ait Ariſtoteles[a], quoniam plures eſſe fines videntur: & horum quoſdam & ob aliud expetimus, vt diuitias,tibias, inſtrumenta denique omnia: non omnes eſſe perfectos perſpicuum eſt: at optimus finis eſt quod perfectum videtur. Quare ſi vnum aliquid erit quòd perfectum ſit, id erit quod quærimus: ſin plura, id quod perfectiſſimum horum eſt. Id autem quod per ſe ſectandum eſt, eo perfectiùs dicimus,quod propter aliud appetimus,quódque nunquam ob aliud eligendum eſt, in his quæ & per ſe & ob aliud expetuntur,abſolutè autem perfectum,quod ſemper per ſe, nunquam ob aliud expetendum eſt. Huiuſmodi autem videtur fœlicitas maximè ſemper eſſe: hanc enim propter ſeipſam ſemper, & nunquam ob aliud expetimus. At honorem,voluptatem,mentem,ac virtutem omnem etiam, propter ipſa expetimus, quippe cùm eadem expeteremus etiam ſi nihil inde nobis eueniret:fœlicitatis tamen cauſa etiam ipſa eadem expetimus, ex his fœlices nos futuros exiſtimantes. Horum verò cauſa, nullus fœlicitatem, neque omnino ob aliud quippiam expetit. Idem verò è ſufficientia etiam videtur obuenire: perfectum enim bonum eſſe ſufficiens apparet. Sufficiens autem dicimus, non ipſi ſolo qui vitam ſolitariam agit, ſed parentibus, ſed filiis, ſed vxori, amicis denique ac ciuibus. quandoquidem homo ciuilis natura eſt. Horum tamen terminus aliquis ſtatuendus eſt. Sufficiens verò id eſſe ſtatuimus, quod

*a lib. 1. de moribus ad Nicomachū c.7.*



quod ſi ſolum relinquatur, ſufficientem atque expetibilem vitam,nulliúſque rei indigam facit. Talem autem eſſe fœlicitatem ipſam exiſtimamus.Itaque fœlicitas cùm agendorum finis ſit, perfectum quoddam ac ſufficiens videtur.

11 Sic & Plato,qui ſcientiam dicebat ſummum bonum & fœlicitatem[a],in media via defecit, quia ſcientia propter aliud, non per ſe appetitur:eodem errore ductus[b]. Qui viros doctos fœlices,& bonos beatos; & improbos infœlices dixit: nam doctrina vt virtutes, non ſunt fœlicitas, ſed ſunt lumina & purgationes animæ, quibus illa ducitur nitida facta & tenebris pulſis, ad viam cognoſcendam & ſequendam, qua ad fœlicitatem & ſuum finem vltimum propter quem facta eſt,perducatur, vtens illis veluti ſubſidiis quibus delirare vel aberrare ab ſcopo ſibi propoſito nequeat; & viuere poſſit, & ita viuere poſſit, vt finem conſequatur optatum, & ſummum bonum, in quo quieſcat.

*a In Eutydemo.*
*b In Gorgia.*

12 Neque immorabor in conuincendis dogmatibus erroris eorum, qui fines ſummi boni diuerſos ſtatuerunt, cùm iam in hac palæſtra plures antiquorum certauerint, ſe mutuò reiicientes, vt & inter omnes Ariſtoteles[c],& Cicero libris de finibus bonorum. Quibus docetur:illud non eſſe ſummum bonum quod Academici &Peripatetici dicebant, ſecundum naturam viuere; id eſt adhibita virtute, frui primis à natura datis: nec quod Caliphoni placuit, virtutem & voluptatem:nec quod Diodoro virtutem ſimul & vacuitatem doloris;aut quod Ariſtippo ſimplicē voluptatem: aut Carneadi, frui principiis naturalibus: aut quod Hieronymo, non dolere: aut quod Zenoni,honeſtatem.

*c In 1. Nicomachicorum.*

Sunt enim acutæ quidem & vtiliſſimæ diſputationes de ſummo bono, quæ finem voluerunt eſſe vt perfectum bonum fœlicitatis; ſed certè quæ bona ita laudantur, ſunt bona in ſuo genere, & finis bonus ad illa & laudabilis eſt, & ſunt operationes hominis ex virtute laudabiles, & quæ reipublicæ & ſocietati humanæ conducunt, & neceſſariæ ſunt ad rectè viuendum; ſed ibi non conſtituendus vltimus finis beatitudinis. Neque homo factus eſt, vt ita fœliciter in hac vita viuere dicatur, ſed ita eum quidem rectè viuere debet, vt ex hac ita informata bene vita, ad fœlicitatem peruenire poſſit. Bene abſque vitiis viuere, hominis quidem opus proprium eſt, quod ſocietatis humanæ vt finis etiam proprius videtur & rerum publicarum; ſed propter aliud, nempe ob fœlicitatem conſequendam. Sicut oculi, pedis, manus, ac denique vniuſcuiuſque membri opus quoddam & munus eſt, ſed vltra totius actionis vnum aliud opus finale. ſic etiam hominis quoddam debet eſſe proprium munus, propriáque actio, ex tota compoſitione eius conſtans. Illud autem non poteſt eſſe ſolum viuere. hoc enim etiam illi commune cum plantis, quæ viuunt,nutriunt,augētur, neque etiam id eſſe poteſt ſentire, & voluptatibus corporeis vti,& gaudere:nā ſentiendi vita, cum animalibus brutis ei commu-

nis eſt. Quare alia actio erit habenda, quæ ex propria natura aliis non eſt communis, nempe ex ratione, qua alia animalia vt anima in intellectali ſuperat. ita erit eius alia vita actiua conſideranda ratione prædita, & quæ rationi obtemperat. Et conſequenter vita hominis & opus, erit animæ operatio ſecundum rationem, ſeu cum ratione: proinde probi viri, & qui dignus ſit nomine animalis rationalis, hæc bene rectéque exequi aſſerendum erit. Quid bene facere ſit, conuerſione facta, & ſecundum rationem facere, conſtabit.

12 Theologi noſtri qui à Deo didicerunt veram beatitudinem & fœlicitatem æternam, immarceſſibilem, cuius gaudium nemo tollet à beatis, reſoluunt[a]. Factum eſſe hominem, ſeu rationabilem creaturam, ad laudandum Deum, ad ſeruiendum ei, & ad fruendum eo. In quibus ipſa proficit creatura, non Deus, qui perfectus & ſumma bonitate plenus, nec augeri poteſt, nec minui. Vt & quod rationalis creatura facta ſit à Deo, referendum eſt ad creatoris bonitatem, & creaturæ vtilitatem: vtile enim eſt ei ſeruire Deo, & frui. & eo factus Angelus ſiue homo, propter Deum: non quia creator Deus & ſummè beatus, alterutrius indiguerit officio, qui bonorum noſtrorum non eget: ſed vt ſeruiret ei, & frueretur eo: cui ſeruire regnare eſt, in hocque proficit ſeruiens, non is cui ſeruitur. Ac proinde quemadmodum factus eſt homo propter Deum, id eſt vt ei ſeruiret, ita mundus factus eſt propter hominem, ſcilicet vt ei ſeruiret: medius, & vt ſeruiret & ei ſeruiretur. Nam vt ait D. Paulus[b], *omnia noſtra ſunt, ſcilicet ſuperiora, & æqualia, & inferiora:* Superiora quidem ad perfruendum, vt Deus trinitas. Æqualia ad conuiuendum, ſcilicet angeli; qui etſi nobis modò ſuperiores ſint, in futuro erunt æquales; qui & modò noſtri ſunt, quia ad vſum nobis ſunt. Sicut res dominorum dicuntur eſſe famulorum, non dominio, ſed quia ad vſum eorum, ipſique angeli[c], nobis ſeruire dicuntur, dum propter nos in miniſterium mittuntur[d].

a *Vt habetur libro 2. ſententiatum diſtinct. 1. art. ſi.*

b *ad Corinthios 3.*

c *Ad Hebræos.*

d *Tradit & diuus Auguſtinus li. 2 quæſt. euangelic. c. 31.*

13 Cæterùm quanquam intentio vna & eadem ſit priuati cuiuſcunque, fœlicem eſſe & ad beatitudinem peruenire, eóque pertineat & recta cuiuſque viuendi inſtitutio, familiarum œconomia, ciuitatum & regnorum diſciplina & gubernatio, & ad perpetuam fœlicitatem velut ad vltimum ſcopum dirigantur: tamen & cuiuſque viuendi priuatus modus, & familiarum regimen & ciuitis & regnorum procuratio, proprios adhuc habent fines & limites, quatenus ſibi agendum & procurandum propoſuerunt: ita fines iſti non ſunt finaliter extremi, ſed ad generalem dirigentes: non ſecus quàm ſi in viam, ex diuerticulis aberrantem vitam & in publico & priuato, reducerent. priuatus quiſque ſua opera, ſuas artes curat tantùm: familia plurium habet ad vſum communem munera: communitas, vniuerſitas, collegia ex familiis augentur, & quædam ad communem, quædam ad priuatum commodum habent officia: idipſum in republica, regio, ſic diuerſi fines ex diuerſis, qui tamen ad vnum communem vſum tendunt ſocietatis humanæ, prout ſinguli ſeparatim aut coniunctim opera priuatorum indigent. Medicinæ finis ſanitas: nauium extructricis, nauis: militaris victoria, domeſticæ & fa-





miliaris, diuitiæ ipſæ. Et quia alia opera alia aliis præſtantiora, ſic fines alij aliis: & omnia hæc ſingularibus & publicæ vtilitati accommodantur: & ad alium finem communem diriguntur diuerſum ab his, ſed ad quem per diuerſa communiter peruenitur: non minus quàm quando ex diuerſis riuulis deſinentibus, flumina conficiuntur, & illis in mare effuſis ex fine riuulorum & flumine, mare fit: aquæ à mari per cuniculos terræ ad fontes vnde fluunt procedunt, vt functæ ſuo curſu, ad illud redeant. Deus, & natura ab eo creata, hominem producunt, vt ait Fiſcinus[a], vt agat, agat, inquam, ratione diuinorum. Et quemadmodum alius finis eſt cuius gratia natura efficit pollicem, alius cuius gratia manum ſiue pedem, aliúſque rurſum ad quem totum effecit hominem: ſic alius finis eſt ad quem hominem dirigit ſingularem: alius quoque ad quem familiam, itémque alius atque ciuitatem atque regnum. Ac denique finis ille exiſtimandus eſt optimus, cuius gratia totum hominem propagauit. Nemo verò exiſtimare debet, cum proprij cuiuſque cœtus certus ſit finis, nullum eſſe totius: cúmque humanæ vitæ partibus inſit ordo, in vniuerſo genere vitæ eſſe confuſionem: denique cùm partes ob finis vnius intentionem, inter ſe habeant vnionem, totum ipſum eſſe diſperſum. Quamobrem neceſſe eſt certum eſſe humani generis finem, eúmque in actione quadam circa perfectiora conſiſtere, per quem & ſuperiora pro viribus imitetur, & diligenter inferiora gubernet: ſcientia quidẽ naturalia perſcrutetur, prudẽtia verò diſponat humana: pietate autẽ diuina colat atque veneretur. Eiuſmodi ergo finis vitã exigit geminã, & in actione & in contemplatione ſimiliter conſtitutam: eo tamen pacto, vt actio, contemplationis tanquam diuinioris gratia ſit inſtituta. Cæterùm abſoluta vtriuſque vitæ perfectio, tot tantíſque & tam variis adminiculis indiget, vt neq; à paucis quibuſdam, neque etiam à multis hominibus, ſed ab vniuerſo ſimul genere hominum duntaxat poſſit expleri. Ex quibus poſſumus luculenter colligere, & priuatis, & familiis & rebuſpublicis, & omnibus qui in mundo ſunt, eſſe quendam communem finem, vt vnum regem & monarcham Deum: & rurſum alia ad eum finem properantia, quæ ſuos habent fines ſeiunctos & proprios.

a *ad librum ciuilem, ſeu de regno Platonis.*

14 Reipublicæ optimæ finis eſt, finis optimus hominis, quia reſpublica nihil aliud eſt quàm ordo ciuitatis ſecundum D. Thomam[b], item ſalus & permanentia eius: finis ſocietatis bene poſſe viuere.

b *lib. 1. politic.*

Bene viuere, eſt iuſtè & ſecundum ea quæ iuſta ſunt degere, & ſociari. ſic enim bene idem quod iuſtè explicat Iſidorus[c]. Vlpianus verò Iuriſconſ[d].

Ius à iuſtitia dictum, vnde iuſtum. & ius eſſe artem boni & æqui, per quam ęquum ab iniquo ſeparatur, licitum ab illicito diſcernitur, & mali boni efficiuntur. vel pœnis vel prẽmiorum exhortatione, cuius ſtudij duæ dicuntur poſitionis, nempe veluti materia circa quam verſatur: publicum & priuatum. Publicum quod ad ſtatum rei Romanæ (hoc eſt reipublicæ) generalem pertinet. priuatum, quod ad

c *lib. 5. etymologiarum c. 25. & in c. ius dictũ 12. de verborum ſignificatio.*

d *in l. 1. de iuſti. & iure. P.*

ſtatum rei priuatæ: ſunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit: priuatum, tripartitum eſt, collectum etenim ex naturalibus pręceptis, aut gentium aut ciuilibus. Gubernatio in his reipublicæ & in communi & in ſingulari. Finis autem eius ex præceptis gubernationis & iuris generalibus colligi poteſt, quæ tria in ſumma continent & ſequi procurant honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere[a].

16 Quæ omnia continentur ſub præcepto & fine bene viuendi, ſeu iuſtè. Iuſtitiáque omni reipublicæ pro anima & vita eſt, vt difficile ſit eam conſtare ſine iuſtitia, vt ait Ariſtoteles[b]. Et quod puto certiſſimum, quo magis ſeiungitur à iuſtitia, eò magis accedit ſubuerſioni, & à ſuo nomine recto recedit. Neque inter prædones aut latrones, aut improbos alterius generis, ſodalitatéſque eorum quamuis præda ſit communio & ſcelerum communicatio & conuictus, dixerit quis ſocietatem iuſtam quæ ex iuſtis cauſis & honeſtis ex rebus coniūgi debet[c]: ſed factionem, coniurationem & conuenticula, cuius generis fuerunt ſodalitates & congregationes cęcorum & claudorum in arce Iebuſæorum, quæ dicitur ciuitas Dauid, quæ oderant animam regis Dauidis qui ipſos ſuſtulit[d], qualis & erat alia iuxta Thraciam ciuitas dicta πονηρόπολις, id eſt *improborum ciuitas*, in quam Philippus collegiſſe dicitur velut in ſentinam, infames ac moribus improbatis, vt ſycophantas, falſos teſtes, præuaricatores, & id genus alios, vt author eſt Theopompus[e] & Plutarchus[f].

Neque latrunculorum coitio, iure hoſtis inter leges habita eſt, nec ab illis capti tanquam à republica aut hoſtibus vel libertatem amiſerunt, vt iure poſtliminij redimi deberent[g]. Hi enim non iuſtitiæ cauſa, non bene viuendi, non ſalutis æternæ, non ad beatè viuendum, coeunt: ſed potius ad iuſtitiæ ſubuerſionem, ad impietatem & damnationem ætęrnam, non digni titulo hominis, qui ex profeſſo, naturę, quæ alteri non faciendum quod ſibi nemo fieri vellet, & humanitati reluctantur.

17 Sunt in aliis ſocietatibus nihilominus quæ ad bene beatéque viuendum conuenierunt & vitia quædam, & prauę inſtitutiones, prauíque mores, vnde & reſpublicæ bonæ & malæ dicuntur. Cæterùm aliquando idipſum non ex malitia, ſed ex corrupto ibi degentium & imperantium iudicio, contingit. Omnes enim cuiuſcunque generis aut ſpeciei ſint reſpublicæ, principiò videntur in eo conſentire vt ſocietates ineant ad bene beatéque viuendum, id enim eſt opus, vt diximus, & actio propria hominis rationalis: verumtamen aliter bonum & fœlicitatem vulgus, aliter ſapientes intelligunt. Nam alij voluptatem, alij diuitias & honores aſſerunt eſſe, & fit ſępe vt iidem de eodem diuerſè opinentur: cùm ægrotant ſanitatem: cùm pauperes ſunt, diuitias ſummum bonum putent. alij aliter honeſtum & conueniens arbitrentur pro moribus diuerſorum, alij apparens bonum pro bono vero ſequantur. Nam bonum quod mouet appetitum, non ſemper eſt bonum ſecundum rei veritatem, ſed ſuffi-

cit vt

a *Vlpian. in l. iuſtitia eſt* 10. §. 1. *de iuſtit. & iure.* P. *Iuſtinia. id* §. *iuriſ. præcepta eo. ti.*
b 7. *phyſicor. c.* 14.
c *in l. communi diuidundo*, §. *inter prædones, communi diuidun. li.* P. *ti.* 3.
d 2. *Regum c.* 5. *verſu* 6. *& ſequentib.*
e *lib.* 13. *Philippicarum.*
f *lib. de curioſitate.*
g *l.* 1. *de lega.* 3. *l. poſtliminiū, de captiuis & poſtlim. reu. cū ſimilib.*



cit vt ſit bonum apparens.

Vt in republica populari erratur, quòd ſimpliciter putant omnes debere eſſe pares, cùm in republica nulla ſit maior inæqualitas, quàm illa ſimplex æqualitas: non minus quàm in cytharæ fidibus, tonus idem.

Diuerſæ inde ſpecies olim & nunc rerum publicarum à diuerſo modo iudicandi quid ſit honeſtè, aut bene viuere aut beatæ: ſicque rempublicam, vt ait Ariſtoteles, lib. 8. politicorum c. 1. & ſeruat & ab initio conſtituit mos vniuſcuiuſque proprius: & ſemper melius mos eſt cauſa melioris reipublicæ.

Sunt beatitudines inter homines imperfectæ in hoc ſeculo, & priuatim & publicæ: & vita illis dicitur beata, hoc modo, pro modulo quod ſibi in illis placent & delectantur, vel potiora quædam ducant.

Ita Plato, tum demum beatum terrarum orbem iudicauit, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cepiſſent[a].

Et hæc eſt pulcherrima & difficilis diſputatio, quæ à diuo Auguſtino pluribus diſcutitur[b], & apud magiſtrum ſententiarū[c]. *Mirum,* inquit, *eſt, quum capeſcendæ retinendæque beatitudinis voluntas vna ſit omnium, vnde tanta exiſtat de ipſa beatitudine rurſus diuerſitas voluntatis: non quòd eam aliquis nolit, ſed quòd non omnes eam norunt. Si enim eam omnes noſcerent, non ab aliis putaretur eſſe in virtute animi, ab aliis in voluptate corporis, ab aliis atque aliis alibi, atque alibi. dicere porro beatè tantùm eſſe viuere, ſecundum delectationem ſuam viuere quia omnes ita volunt vt quemque delectat: id certè falſum eſt, velle enim quod non deceat, eſt eſſe miſerrimum. Nec tam miſerum eſt non adipiſci quod velis, quàm adipiſci velle quod non oporteat. Mala voluntate, vel miſer quiſque efficitur, ſed miſerior cùm deſiderium malæ voluntatis impletur. Et vt continuò miſeri ſunt, qui non habent quod volunt, ſic & qui habent quod non rectè volunt. Ille quippe beatè viuit, qui viuit vt vult, nec malè aliquid vult. Cùm itaque ex his duobus conſtet beata vita, licet in malis ſit aliquis bonus, non tamen niſi functis omnibus malis, eſt beatus. Proinde qui ex hac vita, qui in his miſeriis fidelis & bonus eſt, venerit ad beatam vitam: tunc erit verè quod nunc nullo modo eſſe poteſt, vt ſic homo viuat quomodo vult. Non enim ibi volet malè viuere, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit aliquid quod voluerit. Quicquid amabitur, aderit, nec deſiderabitur quod non aderit: & omne quod ibi erit bonum erit, & ſummus Deus, ſummum bonum erit: & quod eſt omnino beatiſſimum, ita fore certum ſemper erit.* Beatos autem eſſe ſe velle omnium hominum eſt etiam ethnicorum vt apud Ciceronem[d], Beatos ſe eſſe velle omnes in corde ſuo vident, nec tantum omnium eſt fides, quam ad beatitudinem peruenitur. Conati ſunt idcirco omnes qui de republica inſtituenda ſeriò tractarunt, oſtendere non in hoc ſeculo quærendam eſſe illam vltimam & abſolutam fœlicitatem, neque in voluptatibus conſtituendam, cùm illæ ſæpe alienæ ſint à natura hominis rationali, & labores ad virtutem conſequendam ardui & grauiſſimi potius condu-

a *Val. Maximus lib.* 7. *c.* 2.
b *Lib.* 13. *de trinitate c.* 3. 4. *&* 5. *&* P.
c *Lib.* 4. *diſtinct.* 49.
d *pro Hortēſio.*

cant & conueniant.& hoc ſeculum penè ad ſingula momenta in nobis mutationes & variationes à iucundis ad triſtia,&contrà nobis ingerat:quæ nobis prima fronte videntur fœlicia,ſtatim infœliciſſima fiant:& contrà.Et vt ait Ouid[a].*Scilicet vltima ſemper*

*Expectanda dies homini eſt,dicíque beatus*

*Ante obitum nemo,ſupremáque funera debet.*

a 3.Metamor.

18 Atque vt iuſtitiam colerent mortales qua ad illam fœlicitatem vita hæc mortalis inſtituitur, & ſuis legibus docuerunt prudentiores animam eſſe immortalem, & per huius vitæ mortem ad illam fœlicitatem peruenturam perpetuam, ſi iuſtè benéque in corpore vixiſſet:contrà ſi malè,in perpetuam infœlicitatem. Ita Plato in voluminis de republica concluſionem inducit Erum quendam, vitæ poſt duodecim dies redditum, indicantem, qui ſtatus ſit animarum corporibus exutarum.Adiecta his quædam ſphærarum & ſyderum nõ otioſa deſcriptio, rerum facies non diſſimilia ſignificans à M.Tullio Cicerone,in ſomnio Scipionis.Et vt ait Macrobius[b], Rerũ omnium Plato & actuum naturam, penitus inſpiciens, aduertit, in omni ſermone ſuo,de republica inſtitutione propoſito,infundendum animis iuſtitiæ amorem,ſine qua non ſolùm reſpublica, nec exiguus hominum cœtus,ſed ne domus quidem parua conſtabit. ad hunc autem iuſtitiæ affectum pectoribus inculcandum, nihil æquè patrocinaturum vidit, quàm ſi fructus eius non videretur cum vita hominis terminari. huic verò ſuperſtitem durare poſt hominem non potuit oſtendi,niſi priùs de immortalitate animæ conſtaret. Fidéque facta perpetuitatis animarum,conſequens fuiſſe animaduerti,vt certa illis loca, nexu corporis abſolutis, pro contemplatu probi, improbíve meriti,deputata ſunt.Sic in Phedone, inexpugnabilium luce rationum,anima in veram dignitatem propriæ immortalitatis aſſerta,ſequitur diſtinctio locorum, quæ hanc vitam relinquentibus ea lege debentur quam ſibi quiſque viuendo ſanxerit.Et in Gorgia,poſt peractam pro iuſtitia diſputationem, de habitu poſt corpus, animarum admonemur.

b li. 1. in ſomnium Scipio. c. 1.

Dominus noſter quoque IESVS CHRISTVS, dum vellet idipſum inſculpere auditoribus,& mandatorum obſeruantiam,iuſtitiam & charitatem, protulit illis parabolam iudicij animarum poſt hãc vitam,& pœnas malorum,& pręmia bonorum [c] in diuite,qui hîc dum viueret,quotidie epulabatur ſplendidè,indutus purpura & biſſo, parum curante de bonis operibus: & in Lazaro mendicitate qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus,cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa eius, & nemo illi dabat, mortuum enim diuitem refert,ſepultum in inferno, in tormentis, poſtulantem etiam opem Lazari, cruciatum in flamma pœnarum: Lazarum autem in ſinu Abrahæ & beatitudinis requie gaudentem & conſolatione repletum. Minatur malis & ſæpe ſeueritatem futuri iudicij poſt mortem corporalem,ignem æternum cum diabolo & angelis eius:iuſtis,pollicetur vitam æternam[d], admonétque quod qui bona fecerunt procedent in reſurrectionem vitæ; qui verò mala,in reſurrectionem iudicij[e].

c Luca c. 16. maximè verſ. 19.

d Matth. c.25

e Diui I. hãn. c.5. verſ 29.





19 Alibi etiam prædicit Chriſtus futurum,vt animæ,& homines futuri ſint in cœlo,velut angeli Dei[a]. Quódque illi qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, nec ducent vxóres,neque vltra mori poterunt;ęquales enim angelis ſunt, & filij ſunt Dei cùm ſint filij reſurrectionis.

De homine quoque interdum in Scriptura reperitur, vt teſtatur D.Auguſtinus[b].Quod factus ſit propter reparationem angelicę ruinæ:quod non eſt ita intelligendum, quaſi non fuiſſet homo factus, ſi non peccaſſet angelus, ſed quia inter alias cauſas ſcilicet præcipuas, hæc etiam nonnulla cauſa extitit, vt & notauit Petrus Lombardus[c]. Ita D.Gregorius[d]. Homines ait aſſumendos in ordine angelorum, quorum alij aſſumentur in ordine ſuperiorum,qui ſcilicet magis ardent charitate:alij in ordine inferiorum, qui ſcilicet minus perfecti ſunt.Et ſic conueniunt quidem, vt idem ait,interpretãs ſupernam illam ciuitatem ex angelis & hominibus conſtare;verùm,inquit,ad illam credimus tantos humani generis aſcendere, quantos illic contigit angelos poſt lapſum aliorum remanſiſſe,ſicut ſcriptum eſt in cantico[e],*ſtatuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei:* à quibuſdam autem putatur, quòd homines reparentur iuxta numerum angelorum,qui ceciderunt:vt illa cæleſtis ciuitas nec ſuorum ciuium numero priuetur, nec maior copia regnet. Quod Diuus Auguſtinus[f] ſentire videtur,hoc aſſerens,de hominibus amplius ſaluari quàm corruerit de angelis,ſed non minus[g].

a Vt d. Matthæ c.22. verſ. 30 Marci 12. verſ 25 & Lucæ c.20. verſ. 35

b Lib. 2. de ciuita. Dei cap. 1 & in enchiridio cap. 29.

c Lib. 2. ſententiarum patrum diſtinct. 1 litera i.

d Homilia 35. ſuper 15. c. diui Lucæ.

e Deuteronomij cap. 32.

f In enchiridio, cap. 29.

g Idem lib. 23. de ciuita. Dei c. 1. quod explicat Magiſter ſententiarum, lib. 2. diſtinct. 9. literis g. h. i.

# DE REPVBLICA LIBER SEXTVS, SIVE DE PRINCIPATV & principe.

*De neceſſitate principatus, & quod dominari, & ſubijci, neceſſarium & vtile ſit ſocietatis humanæ, & Dei naturæque legibus conueniens.*

## CAPVT I.

DE principatu, ſeu dominatione acturis, prior nobis expedienda eſt quæſtio, quæ controuertit, num imperare, & dominari, vtile & neceſſarium ſit reipublicę, aut ſocietati humanæ. Atque partem adfirmatiuam paucis conabimur confirmare rationibus, ne perperam inſtituta de principe tractatio videatur. Primùm itaque Deus cùm mundum condidiſſet tanquam vniuerſitatis Dominus, ſingulis & quibuſcunque creaturis proprios & ſui generis principes ſtatuit, ipſis quoque arboribus ac fontibus & fluminibus, & reliquis quæ fecit. Ita conſtituit angelis, angelũ principẽ & ſpiritibus, ſpiritũ: ſyderibus, ſydus: dæmonibus, dæmonem: auibus, auem: beſtiis, beſtiam: ſerpentem, ſerpentibus: piſcem, piſcibus: hominibus hominem: qui eſt Chriſtus Iesvs. Vt hiſdem ferè verbis ait Diuus Petrus, apud Diuum Clemẽtem [a]. Sícque imperare, regere, ſubiici, regi & gubernari conſentaneum eſt iuri naturæ: diuinóque & humano gentium & ciuili conuenit, vt aliter pro monſtro haberi poſſit, non minùs quàm videre corpus ſine capite, & caput ſine membris legitimè & conuenienter ordinatis, aut cum defectu illorum. Vtile maximè ſingulis quæ ſibi ſufficere nequeunt, ab aliquo iuuari & conſeruari, & id melius dicitur quod cùm ſibi ſufficit, & aliis prodeſſe poteſt: & quo magis bonum communicatum eo melius præſtantiúſque eſt.

a *Lib.1. recognitionum.*

2 Secundò tanta támque admirabilis etiam eſt huius mundi diuerſitas, ex quatuor elementis contrariarum qualitatum ſpiritualium & corporalium rerum ſubſtantiis conſtans, vt niſi aliqua ſymmetria ſubordinationis colligaretur, & certis legibus ſubiectionis & regiminis temperaretur, confuſione ſua breui tempore præſtantiſſimum & ampliſſimum orbis opus, conſumendum eſſet: nec poſſent partes tam diuerſæ in eo perſeuerare, ſi ſingulæ vellent per

ſe



ſe promiſcuè & indifferenter opera ſua perficere, atque poteſtas poteſtati æquali occurrens, perpetua diſcordia & irreconciliabili omnia peſſundaret, alienáque quæ regere non nouit, nec conueniũt, vſurparet cum ſua pernicie. *Omnia ſine priore præpoſito confuſa ſunt. & dum vnuſquiſque ſecundũ voluntatem ſuam cogitat viuere, regulam cognoſcitur omittere diſciplinæ*, vt eſt apud Caſſiodorum [a].

a *lib.7. variarum c.16. in formula comitiuæ inſulanæ & Elſiuæ.*

3 Tertiò notatur ſingulari deſcriptione, in libro Iudicum c.17. verſ.6. & c.fi. verſ.fi. pro radice malorum omnium quæ eo tempore graſſabantur inter Iudæos, *quod in diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc agebat.* Et in vltionem maximam ſcelerum, minatur Deus populo per Eſaiam cap.3. boni principis priuationem: *Auferet*, inquit, *Dominus fortem, virum bellatorem, & Iudicem, & prophetam, & ariolum, & ſenem: principem ſuper quinquaginta honorabilem vultu, & cõſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici: Et dabo pueros principes eorum & effœminati dominabuntur eorum.* Quod explicans ibidem D. Chryſoſtomus, *Nihil vſquam*, inquit, *eſt, nihil intractabilius republica quæ vacat principatu: quemadmodum neque periculoſius eſt quicquam, naui ſuo deſtituta gubernatore.*

4 Rurſum quarto loco ordo neceſſarius in omnibus. Conſeruationem etiam vel durationem rerum omnium, conſiſtere in illa ordinationis, & ſubiectionis concordia, docuit pulchrè his verbis Bonifacius 2. epiſtola ad Eulalium, relatus à Gratiano, in cap.7. ad hoc diſpenſationis. 89. diſtinctio. *Ad hoc*, inquit, *diſpenſationis diuinæ prouiſio, gradus diuerſos & ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potentioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera cõcordia fieret, & ex diuerſitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret. Quia vera quæque creatura, in vna eadémque qualitate gubernari vel viuere nõ poteſt, cæleſtiúmque militiarum exemplar nos inſtruit: quia dum ſunt angeli, & ſunt archangeli: licet quia non ſunt æquales, ſed in poteſtate & ordine, ſicut noſtis, differt alter ab altero.*

5 Neque poteſt reſpublica ſola æqualitate arithmetica conſtare: ſed ſicut ex contrariis elementis, ſyderúmque oppoſitis motibus mira harmonia temperatus eſt mundus: ita diuerſis hominum ſtudiis, gradibus, ordinibus, qualitatibus & conditionibus conſtat reſpublica. Et ſicut ex diuerſi toni fidibus, ad Symmetriam intenſis, ſonus dulciſſimus oritur & melodia ſuauis, grauibus mediis & acutis coniunctis: ita conuentus ſocietas in republica imperantium, & obedientium, diuitum, pauperum, artificum ſedentariorum, & id genus diuerſorum graduum perſonarum ſtatu, quàm ſuauiſſimus oritur, & conueniens ſi ad concentũ reducatur, efficitur concordia laudabilis, fœlix, & penè diuina & durabilior. Ratio, quia ita, quod vni voci deeſt, ex alia ſuppletur, & quod vni deeſt ab alio cõmunicatur. Neq; bona harmonia naſci poteſt ex chordis vnius toni, vt ridetur, chorda qui ſẽper oberrat eadẽ, nec reſpub. poſſet cõſiſtere ſi omnes eſſẽt æquales. Nõ poſſũt etiã eſſe diuites omnes. Nã dũ nõ poſſẽt ſubſiſtere,

cùm ſibi mutuò contemnerent obſequi aut inſeruire, quod non faciunt pauperes. Atqui ſi omnes æquales, ſinguli pro arbitrio vellent alios regere, & alij recuſarent regi, híncque eſſet facilis diſcordia: & ex diſcordia, diſſolutio ſocietatis: nullus eſſet gradus virtutis, nullus meritorum, & ſequeretur vt ipſa æqualitas eſſet ſumma inæqualitas, vt ait Plato [a].

a In 6. de legibus.

6 Quintò à priuatione cognoſcitur meliùs habitus, & ex columnarum vel fundamentorum deiectione, corruente ædificio cognoſcimus cauſam præcipuam ſtatus ædificij, in illis ponendam eſſe. Porrò apparet diſſipatio facilis ſocietatis humanæ, ſi tollas vinculũ quod componitur ex quinque ducibus qui eo ſubordinantur. nempe ex Deo, ſacerdote, rege, & doctore, lege Deus omnia dirigit & conſeruat & perficit: Sacerdos in his quæ ad animam & cultum diuinum pertinent, Dei vicarius eſt. Princeps in temporalibus, Dei vices agit, populúmque ſibi commiſſum regit, leges præſcribit: doctor eas docet. lex autem eſt veluti norma & regula ad quam emendantur, & fiunt actiones populi: ex illis omnibus ſecuritas, pax, & abundantia: his ſublatis, incerti mores deprauati, omnia peruerſa, cæcutit populus ſine luce. Quare inter ſigna iræ maximæ Dei & ruinæ populi proximæ, quando his vel alter illorum priuatur, vt paulò antè docuimus ex Eſaiæ c.3. Et iterum admonuit ſpiritu Dei Azarias propheta factus in occurſum Aſæ regis Iudæ [b]. *trãſierunt*, inquit, *multi dies in Iſrael, abſque Deo vero, abſque ſacerdote, abſque doctore, abſque lege. In tempore illo, non erit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia: Similis cõfeſſio Azariæ Daniel c.3. Iuſta iudicia Dei concludens verſ.31. Omnia*, inquit, *quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis, in vero iudicio feciſti*. &c. & poſtea verſ. 37. *quia Domine imminuti ſumus plus quàm omnes gentes, ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc princeps & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te, vt poſſimus inuenire miſericordiam tuam &c.*

b 2. Paralip. c.15.

7 Sextò docuit exemplo, ſeu apologo, ſalutem populi conſiſtere in bonis monitoribus, & principibus. Æſopus, vt refert magnus Planudes in eius vita, *Quo tempore*, inquit, *animalia inter ſe loquebantur, lupi bellum ouibus intulerunt: vnà verò cum ouibus canibus præliantibus, ac lupos arcentibus, lupi legato miſſo dixerunt ouibus, ſi vellent viuere in pace, & nullum ſuſpicari bellum, vt canes ſibi traderent: oues verò cùm ob ſtultitiam perſuaſæ eſſent, & canes tradidiſſent: lupi canes dilacerarunt, & oues nullo negotio interemerunt*. cuius apologi epimythum & ſignificatio eſt, facilè exponi prædæ inimicorum ciues qui principe carent.

Quod & accidit reipſa pluribus populis, qui ſublatis, vel ſtultitia vel furore ducibus hiſq; expulſis aut necatis, hoſtibus vicinis facti in prædam, & grauiori iugo preſſi fuerunt, ſine rectore nutantes, vt naues ſine clauo ad ſcopulos colliduntur, omnibus ventorum flatibus cedentes, impulſæ.

8 Nec



8 Nec prætermittendum eſt ſeptimo loco, vim, virtutem aut potentiam eſſe quandam in rebus omnibus, quæ habet innatum infirmioribus dominari & imperare, vt inferioribus innatum quoque videtur, parere: & quamuis inter res eiuſdem generis, æqualitas ſubſtantiæ ſit, tamẽ vltra, quippiam in vno indiuiduo perfectius quàm in alio eſt. nam etſi natura ex bonis bonos producere velit, tamen non ſemper id aſſequitur; & ſemper id quod ſuperat etiam in eodem genere boni, in excellentia eſt alicuius boni; & vis freta potentia, ita vim aliis poteſt inferre. In homine animus dominatur in corpus, & in eum habet Dominicum imperium: mens verò in appetitum, ciuile & regium. Animal conſtat anima & corpore, quorum vnum imperat, aliud paret ſecundũ naturam. in maſculo & fœmina alter melior ſecundùm naturam imperat, altera deterior & paret. Conſideramus autẽ naturam non in corruptis, ſed in his quæ magis ſe habent ſecundum naturam. Nam in prauis aut malè diſpoſitis, inuenietur corpus imperare animo, & aliquando mulier imperabit marito, ſed hæc ex corrupta natura oriuntur: vt & aliquæ reſpublicæ confuſæ, ſine ordine & ratione degunt.

9 Octauo, inuenietur in his quæ expertia ſunt vitæ, quoddam adhuc imperium inſtar harmoniæ, qui a ſibi inuicem cedunt, & ſubordinantur. In ſumma, principatus forma virtutis aliqua eſt, vel potentia, vt ait D. Thomas [a], eáque potentia, vel eſt intrinſeca indita naturæ, vel adiuncta & accidentalis, externa, & vt ſuperiori vel diuina. Prouerbium refert Artemidorus Daldianus [b]. Quicquid dominatur vim habere Dei, quia etiam non eſt poteſtas, niſi à Deo [c].

Dicebat quoque Plato [d], magis conducere non ſolùm puero, ſed etiam viro, regi à meliori, quàm regere.

a In 4. li. politico. Ariſtot.
b Lib. 2. de ſomniorum interpretatione c. 37. & 74.
c Ad Rom.13.
e Lib.5. in Alcibiade primo.

In omni elementorum concordia in ſubiecto corporali, vnum elementum cæteris mixtis dominari neceſſe eſt, concorditer; in eſſentia vegetatiua, quod vegetat & nutrit quódue reliquis commixtis & corporis conſtitutione imperat, & ſi alia contumacia ſunt, nec recipiant eius poteſtatis facultatem vel imperium, ſtatim contabeſcunt. In ſubſtantia item ſenſitiua anima, illa ſita facultas ſentiendi, vt dominatrix viuit in corpore & imperat elementis, & vegetatiuæ vt inferiori, in rationali natura, niſi rationis facultas dominetur, confunditur eius ſubſtantia. Sicut in mundo ſol vnus inter alios planetas & ſydera rex, & qui aliis vim & poteſtatem diſtribuit & confirmat, & auget innatam: inter angelos & in illa hierarchia cœleſti, angeli & ſpiritus ſpiritibus ſubordinantur etiam, vt diximus: & omnium tandem vnus monarcha abſolutæ poteſtatis eſt Deus, qui omnibus imperat; nec plures quàm vnus.

10 Nonò verè etiam neceſſarium principatum inter homines dicemus, ſi conſideremus ſuperbiam hominis, quæ niſi fræno quodam rationis, & legis, ab aliquo qui eam facultatem & principatum habeat præſcribendi cohibeatur, & ſeipſum in barathrum perditionis corporis & animæ præcipitem dat; & rebus omnibus, dum putat omnia ſibi licere, abutitur. Et proinde Dauid ad Deum dicebat [e],

e Pſal. 9. verſ. 21.

*Conſtitue, Domine, legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.* Datur & vtilitas, pſalmo 83. verſu 7. ibi, *Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.*

a *de legib. vel de legumlatore dialo. 4. ſiue lib. 34.*

11 Decimò, Plato [a] ſeptem dignitates ſecundum naturam proponit imperandi & parendi, tam in ciuitatibus ſeu magnis ſeu paruis quàm priuatim in domibus, ex quibus apertè colligitur principatum ferè in omnibus neceſſarium tam priuatis quàm publicis ſocietatibus requiri: prima recta ratio eſt, vt pater & mater & omnino genitores vbique imperent natis. Secunda, vt ignobilibus generoſi: tertia iunioribus, ſeniores: quarta domini ſeruis. Quinta potentiores dominentur, imbecilliores ſeruiant: vbi principatus neceſſarius & admodum ſecũdum naturam, qui & in omnibus animalibus reperiatur, ſecundum Pindarum Thebanum. Sexta qua ignorantes ſequi iubentur, prudentes autem ducere atque dominari, quod & imperium non pręter naturam, ſed ſecundum naturam legis eſt, & ſponte ſuſceptum nec violenter fit. Septimum principatum ad ſortem aliquam producit, quod cum dij gratia & fœlicitate quadam contingit. iuſtiſſimus vt quem ſors elegerit imperet. ille verò quem repulerit, pareat.

Concludit etiam Stenidas in fragmento de regno, οὐδὲν ἀβασίλευτον καλὸν, οὐδὲν ἄναρχον. id eſt, nihil pulchrum, honeſtúmve ducendum, ſine regno aut principatu. Regere eſt de dictamine rationis, & reſpicit magis cõmune quàm particulare in principatu, ideò meliùs regimẽ aliquando plurium quàm vnius, quò magis enim bonum diffuſius eo meliùs.

12 Vndecimò, vtemur Dei exemplo & forma gubernandi quam ſuis præſcripſit. Nec argui poteſt ſapientia Dei quæ tot gradibus prudentiam hominum excedit ſi vlla licita ſit comparatio, quot diſtat creator à ſua creatura, immortalis omnipotens, ab homunculo fragili & mortali: Deus à non Deo: ipſe autem Deus nunquam populum quem ſibi dixit & fecit peculiarem & electum, Deuteronom. cap. 7. nempe Iſraeliticum ſine duce & principe voluit eſſe in terra niſi ſi quando illius pertinacem ingratitudinem coercere decreuiſſet, & ideo ſuſcitauit illis ducem Moyſem, Ioſuam, & alios, de quibus in libris iudicum: & poſtea, reges, vt habetur in libris Samuelis & regum.

13 Duodecimò conſtitutio regis inter homines, eſt conformis iuri naturali: repræſentat enim gubernationem mundi ab vno Deo, inter ea quæ alio atque modo cõtingere maximè poſſunt. Nam inquibuſcumque certus eſt propoſitus finis: quando aliter atque aliter res procedere poteſt, neceſſaria eſt quædam directio, ne in alterutram partem à fine declinetur, & conſequenter, opus eſt directore: vt nauis nunquàm portum certum & propoſitum appellet, ſi ventis expoſita à certo & perito nauta eò non dirigatur, nec peruenitur ad locum, niſi iter ingrediamur, & de via ſciente eam doceamur. Finis hominis vitæ, eſt vita æterna: quam omnes qui ratione vtuntur, appetũt vt



vt fœlicitatem omnibus bonis abſolutam.

Pro hoc fine obtinendo, & multa præcepta à Deo, & prudentibus, eius authoritate præſcripta, vt bene viuamus: neque autẽ bene viuere ſine ſocietate homo poteſt. ſic enim, dum naſcitur, omni auxilio deſtitutus in terram proiicitur, vt ſibi ſubuenire nequeat, niſi alio mediante & iuuante: & poſtquam enutritus corpore, nec animi lumen exerere poteſt, niſi vel intus, vel extra in ſocietate doceatur. Id autem bene fieri nequit abſque duce & principe qui imperare poſſit illi, & cui ipſe obedire neceſſariò debeat. omnia animalia vnus homo regit: hominem in ipſo diuinior pars, anima: in ipſa anima duæ partes, iraſcibilis & concupiſcibilis, moderamini rationis ſubiici debent. Inter membra corporis vnum eſt præcipuum, cuius arbitrio omnia reliqua mouentur, ſiue illud ſit caput, vel vt alij cerebro cognatum cor. vt Deus vnus imperat in magno mundo, ſic tanquam diuina anima in microcoſmo, ſeu in homine paruo mundo: vt anima rurſum in corpore: ſic princeps in ſua republica, tanquam in proprio corpore, cuius membra ſunt qui in ea degunt.

14 Decimotertio rurſum, perpendamus naturam ipſam hominis, qui pondere corruptionis continuò deprimitur, donec ad vltimam periodum peruenerit: quomodo pronus ad malum ab adoleſcentia ſit. conſideremus cum ea imperfectione liberum eius arbitrium ad bonum aut malnm: & cum illa perfectione animalis quod conſtat anima & corpore, notemus neceſſitatem quæ cogit hominem homini coniungi per ſocietatem. Certè hæc nos admonent, ſuperbiam hominis & malitiam quodammodo naturalem, non poſſe tutò ſine rectore, ſine lege perſeuerare diu in conueniente ſocietate. Non eſt autem arbitrandum Deum optimum maximum, qui ſua prouidentia cuncta ſapienter creauit & conſeruat, homini cuius gratia cætera cõdidiſſe dicitur, in hac tam neceſſaria re ei defuiſſe, quin quemadmodum beſtiis & cæteris rebus hominem præpoſuit gubernatorem, eidem ipſi ſuum ſaltem imperium impertiuerit. Nam & certè oportuit hominem ſuperiori cauſa regi, cùm propter ſuperbiam ſuam contemnat ſimili homini parere. Quemadmodum & Plato in Critia ait, occulta quadam perſuaſionis inſpiratione fuiſſe homines gubernatos, gubernandóſque ſimiliter, quoties ab inferioribus vacantes motibus, ſeſe ſuperioribus ſubiecerint perducendos: vt & quando aliquis ex mortalibus ſine Deo dominabitur, tandiu laborioſa miſeráque vita erit: quaſi fruſtra vigilaturus ſit quilibet ciuitatis cuſtos, niſi Deus cuſtodierit ciuitatem. Anarchia ſeu defectus præpoſiti generat inconditum rerum ſtatum, quem dixerunt ἀταξίαν vel ἀκαταστασίαν. ita diuiniùs quippiam ipſis hominibus quod hoc procuret: neceſſarium eſt, & quod poſſit humanæ tranquillitatis ſtatum continere: ídque idem Plato lib. 4. de legibus animaduertit, & proinde Deũ dediſſe humano generi qui præeſſent quoſdam heroas præſtantioris animi.

15 Quartodecimò, ſocietas humana habet ſpeciem fraternita-

tis, vt ait Vlpianus[a]. Cicero [b], facit & reſpublica vnum corpus collectum ex pluribus hominibus tanquam ex membris ſe mutuò iuuantibus[c]: ita populus vnum corpus, & legio, & grex apud Pomponium iuriſconſult.[d] Pro monſtro autem habetur, videre fratres ſine patre, corpus ſine capite. Sicuti in Æthiopia Blemmyes inter monſtroſos homines annumerantur à Plinio[e], quòd tradatur eos ſine capite eſſe & oculis pectori affixis. Idipſum & diceremus reipublicæ corpus monſtrum, priuatum ductore & principe qui pro capite ei eſt. Quo etiam argumento, portentorum & monſtrorum interpretes futurorum præſagi, Magi, quo tempore Roxanes puerum capite carentem peperit, & Cambyſi dixerunt prodigi eius ſignificationem eſſe, nullum regni ſucceſſorem ab eo relictum iri, vt refert Photius ex libro 12. Cteſiæ Cnidij.

16 Quindecimò, poterunt clariùs reſoluere idipſum Chriſtiani, ſiquidem credant legiſlatorem noſtrum Dominum IESVM CHRISTVM eſſe Deum, & ſi, Deum verum per prophetas & ſacræ paginæ Amanuenſes veritatem ſine errore propalaſſe velint, fidem authoritati diuinarum literarum concedere: quibus docemur & iubemur reges habere, ſequi, honorare, illíſque inſeruire. vt in Exodo[f], *Dÿs non detrahes, & principi populi tui non maledices.* quod firmauit D. Paulus[g].

Et iterum idem ad Romanos c. 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt.* & poſtea, *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum: cui timorē timorē: cui vectigal vectigal: cui honorē honorē*[h]. Subſcripſit D. Petrus[i], *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi, quaſi præexcellenti, ſiue ducibus, quaſi ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Et iterum D. Paulus[k], *Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.* Et rurſum[l], *Obſecro igitur primùm omnium obſecrationes fieri, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & qui in ſublimitate conſtituti ſunt.*

Atque Baruch[m], *Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filÿ eius, & ſeruiamus illis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eius.*

a in l. verum, 63. pro ſocio lib. 17. P. tit. 2.
b pro Roſcio Amerino.
c l. 1. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine &c. li. 3. P. ti. 4.
d in l. rerum mixtura, 30. de vſucapionib. lib. 41. P. tit. 1.
e lib. 5. c. 8.
f c. 22. verſ. 28
g actorum c. 23. verſ. 5.
h ad. 1. ad Theſſalonicenſes 5. c. verſ. 12.
i 1. epiſto. c. 2.
k ad Titum c. 3.
l 1. ad Timoth. c. 2.
m c. 1. verſ. 11.

### *De errore eorum qui dominationem & principatum ſpernunt.*

## CAP. II.

CVm iam neceſſitatem & vtilitatem gubernationis & principatus docuerimus, reliquum eſt vt paucis declaremus, eos valde errare, & aduerſus naturam & vtilitatem ſocietatis humanæ peccare, qui dominationem ſpernunt, & principatus & principes: quos D. Iudas[n], ignis æterni dixit fore participes: ſunt enim peiores animalibus brutis, quæ ſuos paſtores diligunt & ſequuntur alacriter, ſibíque ex genere aut ſpecie ſua pleraque ducem & regem eligunt. In apibus princeps & rex vnus: & duce prehenſo, totum tenetur agmen, eóque amiſſo totum dilabitur, migrátque ad alios:

n in epiſtola verſ. 8.





alios: eſſe ſine rege vtique non poſſunt: inuitæ autem duces interimūt cum plures ſunt, potiúſque naſcentium domos diruunt, vt obſeruauit Plinius[a]. Cōſentit Ariſtoteles[b] & alibi, vbi & notat grues quoque ſub duce agere, ſicut Plinius lib. 10. c. 23. & de vtriſque, diuus Hierony. ad Ruſticum monachum[c]. Nec minus prodigium eſt videre hominem ſine capite, quàm plura in vno videre capita. In ſocietatis humanæ corpore, plura membra diuerſis officiis intenta. Si nullum porro eſt ibi caput, vbi ſunt membra: & ſi plura ſunt capita, vbi membra: & ideo rectiſſimè ſub Carolo Magno conſilium Moguntinum habitum c. 22. ſtatuit, nulla ratione clericos aut ſacerdotes habendos, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernentur, eóſque iuxta priſcam conſuetudinem eccleſię, acephalos nominandos[d], & Paſchalis 2. voluit, vt qui ſub nemine ſe dicit eſſe, non iuuetur eorum priuilegiis & beneficiis qui ſubiiciuntur[e].

2 Appellantur filii Belial & ſine iugo, qui deſpexerant electum regem Saulem nec ei obtulerant munera, dicentes, num ſaluare nos poterit iſte? 1. Regum, c. 10. in fine vbi explicatur, filios Belial dici homines ſine iugo diuinæ legis & diſciplinæ. Notum & iudicium Chore, Datami & Abyronis, quos ignis conſumpſit, & terra partim viuos abſorpſit quòd murmuraſſent aduerſum Moyſem principem à Deo conſtitutum[f].

Nec ignorant vel leuiter doctrina Chriſtiana tincti[g], inter beneficia & benedictiones quæ pollicitus eſt Deus ſeruo ſuo fideli Abrahamo, illud adiectum, faciam te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus, regéſque ex te egredientur.

Audiamus & principatum, & cauſam & vim & poteſtatem ex Deo hominibus comprobari, ex c. 17. eccleſiaſtici in hæc verba, dum agitur de beneficiis quę contulit Deus hominibus, inter alia verſu 9. *addit illis diſciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos.*

10 *Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illis.*

11 *Et magnalia honoris eius, vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt voces illorum, & dixit illis,*

12 *Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo.*

13 *Viæ illorum coram illo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius.*

14 *In vnamquamque gentem præpoſuit rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta &c.*

Rurſum Deutero. c. 32. verſ. 7. & ſeq. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: interroga patrem tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi. Quando diuidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael. Pars autem Domini, populus eius, &c.* Et D. Paul[h]. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt. itaque qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit. qui autem reſiſtunt, ipſi damnationem ſibi acquirunt,* & cætera quæ ſequuntur.

a li. 11. c. 17.
b lib. 1. de hiſtoria animal.
c epiſto. 4. quę refert Gratianus in can. 41. in apibus. 7. q. 1.
d vt refert & Gratianus ca. 8. nulla ratione 93. diſtinctio.
e in ca. 18. abbatibus 18. q. 2.
f Numerorum c. 16. & 17.
g ex c 17. Geneſ. verſ. 6.
h ad Roma. c. 13. verſ. 1.

3 Obiiciunt quidam, quod, ſi dominationi cuipiam inſeruiendum ſit, ſatius ſit Dei principatum ſolum retinere: quum melius ſit habere Deum quàm hominem principem, quod ipſe ſapientia omnibus antiſtet, prouidentia ſua rectiſſimè cuncta gubernet, omnia quibus egemus nouerit certiſſimè, cunctis proſpiciat ſine vllius reſiſtentia aut obiectione, vt neque ex duobus paſſeribus, vel vnus cadat ſine eius voluntate aut prouidentia[a]. Cúmque omnium, etiam minimorum ſit ſollicitus, multo magis ei cura eſt de hominibus, maximè de nobis Chriſtianis quos fecit ſibi gentem ſanctam, regale ſacerdotium, populum acquiſitionis, vt ait Diuus Petrus[b]. Cúmque etiam nobis dederit legem euangelicam immediatè per filium ſuum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, qui & dixit[c], ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationem ſeculi. nempe quod ſemper aſſiſtat eccleſiæ ſuæ & eam continuè dirigat per occultas ſpirituſſancti ſuggeſtiones. Et proinde videtur illi fieri iniuria, eligendo alium præter illum principem: ídque videretur firmari ex c. 8. libri 1. Regum quo loci, dum populus petiiſſet ſibi dari regem à Samuele, qui eos præiret more cæterarum nationum, conſultus Deus Samueli reſpondit: non te Samuel abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos: docetúrque miraculo c. 12. eiuſdem libri peccaſſe populum in petendo rege, cùm Deus anteà eis immediatè dominaretur.

a *D. Matth. c. 10. verſ. 29. D. Lucæ 12. verſ. 6.*

b *1. epiſt. c. 2.*

c *D. Matth. c. fin.*

4 Melius etiam eſt obedire Deo quàm hominibus[d].

d *Actorũ c. 5.*

5 Videretur & impoſſibilis dominatio hominis in homines, propter paritatem naturæ eius qui dominari vult, cum his quibus vult imperare. Sunt enim eiuſdem fragilitatis, omnes obnoxij erroribus, cupiditatibus, & ſimilibus humanis affectibus, imò & peiores fiunt principes ſubditis contumelioſiores, ſuperbiores facti opibus ſubditorum, arbitrio libero peccandi, dum non verentur caſtigationem aut pœnam. Ex quibus & palàm eſt labente libertate in peccandi conſuetudinem natas tyrannides, populorum oppreſſiones, éxque ambitione imperandi prælia, ciuitatum ſubuerſiones, pagorum incendia, mulierum & virginum ſtupra, & reliqua mala quæ ex cupiditatibus & pertinacia vel duorum inimicorum principum vniuerſas prouincias depopulantur, & deſertas ab incolis & viuentibus reddũt, vt ſatius videatur carere principe, quàm ob vnius principis ſtoliditatem, iram, vindictam, tot clades, neces, populationes, incendia, famem, & miſera reliqua pati. Poſſunt & in medium adduci reſpublicę, quæ ex ſola democratia fœliciter adminiſtratæ ſunt ſine principe aut rege.

6 His alia ſimilia addi poſſent quæ prætermittimus, contenti veritatis lumen oſtendiſſe per quod facilè ea quæ tenebrarum ſunt & & erroris, delegi poſſint.

Neque Dei omnipotentiæ prouidentiæ vel diſpoſitioni, quam non ſolùm de nobis, ſed de aliis cunctis conſtituit, repugnare putamus, ſi adhuc ſint principes homines regentes, & ita in illos imperium habentes. non ſecus quàm non repugnat ſolem, lunam ſtellas elementa dominari corporibus inferioribus, & angelos ſanctiſſimæ hierarchię miniſterium Deo & hominibus, in eius laudem



laudem & honorem præbere. Sic enim Deus operatur per media, vt ideo nihil ſuæ poteſtati & maieſtati detractum dicatur. Quare tempore quo eduxit populum ſuum ex Ægypto principem viſibilem populo Moyſem præfecit, & elegit Ioſuem & alios iudices, per quorum manus & velut inſtrumenta, ſuæ vrtutis exercuit principatum Et quamuis Deus & Dominus noſter IESVS CHRISTVS, immediatè dederit nobis legem, & adhæreat eccleſiæ, & per ſpiritum Sanctum illam continuò inſtruat & defendat, nihilominus dedit paſtorem & vicarium viſibilem ſui gregis ſummum, D. Petrum: cui commiſit paſcendas oues, diui Iohannis c. f. conſtituit doctores, apoſtolos, euangeliſtas, principes ſeculares, vt dictum antea, qui eius poteſtate & gladio vtantur, ſceleráque emendent & puniant. Et vt in ſpiritalibus, miniſter vicarius Dei cum poteſtate à Deo data, non poteſt citra blaſphemiam & impudentem calumniam reiici: ſic nec in temporalibus, princeps. miniſter enim Dei eſt[a].

a *Ad Roma. 13*

Et Chriſtus dum viueret, non improbauit poteſtates Cæſaris, dicens, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*[b].

b *Math. 3. 22 verſ. 21. & Lucæ 20. verſ. 22.*

7 Quod autem adfertur, de reſponſo Dei contra populum petentem ſibi dari regem, 1. reg. c. 8. Satis apparet, populum quidem non peccaſſe petendo ſibi dari regem: nam & filij Samuelis malè iudicantes, & opprimentes populum, cauſam iuſtam videbantur dare populo petendi gubernatorem & ducem alium, vt habetur in principio c. 8.

Verùm in eo peccauerunt, quòd poſtulauerint ſibi dari regem ex more nationum idololatrarum. nam lex de rege creãdo lata Deuter. 17. à Deo, habebat alias circumſtantias quàm leges regum gentium. Deus modum regnandi præſcripſerat regibus: illi volebant ſibi dari regem more nationum, ex quo abſoluta reges vtuntur libertate & poteſtate: quæ quia nullis cancellis definita eſt, tranſit ſæpe in tyrannidẽ: vt Lucæ 22. c. *Reges gentium dominantur eorum*, &c. Ita ſermo petitionis regis vt iudicaret eos ſicut & gentes, diſplicuit meritò Samueli & Deo, non autem ſola petitio regis. Quamobrem c. 12. coarguit Deus miraculo c. 12. 1. Reg. peccatum populi, & orante Samuele pro populo dimittitur peccatum, retinetur autem regnum, & rex vngitur, cum ea proteſtatione, vt ob electum regem non recederent à Dei timore & obedientia, ni vellẽt cum ſuo rege à Deo acriter affligi, quemadmodum & c. 15. v. primi regum poſt inobediẽtiam Saulis regis vncti, dictum eſt illi per Samuelem, *Scidit Dominus à te hodie regnum Iſrael.* &c. Et rurſum cum electus eſt Dauid c. 16. datum eſt ei regnum Iſrael pro ſe & ſuis ſucceſſoribus filiis, quod non fuiſſet factum, ſi Regis creatio Dei imperio & poteſtati repugnaſſet.

8 Neque repugnat habere regem, & obedire deo. Nõ videtur rex dictus, niſi à regendo: regere autem dicitur, quando iuxta mãdata Dei qui eum præfecit, ſtatuit & imperat: alioquin ſi aduerſus ea agit, abutitur authoritate ſibi conceſſa: & tunc melius certè eſt obedire Deo quàm hominibus: nempe quando mandata principis repugnãt mandatis Dei, non aliter. idipſum dicendum & de ſummis pontificibus, & imperatoribus, ſi cõtraria fidei Chriſtianæ & legis diuinæ iuberẽt,

quod docetur pluribus ſanctorum authoritatibus[a], nec pigebit pulcherrimam diductionem D. Auguſtini referre quam ex libro ſexto, de verbis Domini, tranſcripſit Gratianus[b], *Qui reſiſtit*, inquit, *poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid, ſi illud iubeat quod non debeas facere? hîc ſanè contemne poteſtatem, timendo poteſtatem. Ipſos humanarum legum gradus aduertite: ſi aliquid iuſſerit curator, nonne faciendum eſt? tamen ſi contrà proconſul iubeat, non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire: nec huic debet minor iraſci ſi maior prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud iubeat Imperator: nunquid dubitatur illo contempto, illi eſſe ſeruiendum? ergo ſi aliud Imperator & aliud Deus, quid iudicatis? ſolue tributum, eſto mihi in obſequium, rectè, ſed non Idolio, in Idolio prohibet. Quis prohibet? maior poteſtas, da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam tibi aſſumenda eſt fides tua, tanquam ſcutum in quo poſſis ignita iacula inimici extinguere.* Et D. Ambroſius[c], *Iulianus extitit infidelis imperator, nonne extitit apoſtata iniquus idololatra? milites Chriſtiani ſeruierunt imperatori infideli: vbi veniebatur ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum qui in cœlo erat: quando volebat vt idola colerent, vt thurificarent, præponebant illi Deum. Quando verò dicebat producite aciem, item contra illam gentem ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant Dominum æternum à Domino temporali, & tamen ſubditi erant propter Dominum æternum etiam domino temporali.* hæc Ambroſius[d].

a in ca ſiquis epiſcopus, 91. & ſequentibus 4. ſub. 11. q 3. apud Gratianum.
b in ca. 97. eadem 11. q. 3.
c in Pſalmum 124. ad verſ. quoniam non derelinquis &c.
d qui refertur à Gratia. in cano. Iulianus Imperator. 94. & in ca. imperatores ſi in errore, 98. §. Iulianus 11. q 3.

9 Quod autem obiicitur de arbitrio abſolutæ poteſtatis, quod facilè in tyrannidem & oppreſſionem populi labatur, & quod ipſi principes obnoxij ſint vitiis & aliis quibus ſubditi quoque corrumpuntur: nec hoc ipſum diffitemur. Cæterùm principatum magis curæ Deo eſſe, quàm priuatum ſtatum, liquet vel ex eo quòd dominatio hæc à Deo dependeat, & ſit in ea quoddam ſignaculum virtutis Dei quo perterreantur ferociores, & impij emendentur, quemadmodum in principibus ſpiritualibus, qui ad miniſterium Dei mittuntur & ad propagandum verbum Dei, virtute eadem Dei & ſpiritusſancti aguntur, exequentes Dei mandata qui loquitur per ora illorum: *Non enim*, inquit Chriſtus, *eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus qui eſt in vobis*[e]. ita cùm Moſem miſit Deus ad Pharaonem, poteſtatem ei dedit quæ terruit, imò coegit ipſum regem Pharaonem ſatisfacere voluntati Dei.

e Diui Matth. c. 10. verſ. 20.

Et Saul, qui ad quærendas aſinas miſſus fuerat paternas, vbi electus fuit à Deo in regem, ſtatim mutatus eſt in virum alterum[f].

f 1. Reg. c. 10.

Neque in principibus, tam inſpicimus vel conſiderare debemus quid ipſi per ſe & tanquam homines ſunt: ſed quantum illis conceſſum aut permiſſum à Deo ſit. Neque in principibus tam perſonam ſingularem reueremur, quantum maieſtatem Dei & imaginem poteſtatémque conſideramus ex parte illius cuius delegati ſunt & vicarias in terra partes gerunt. vt etiam de Scribis dictum & Phariſæis, ſuper cathedram Moyſis, ſederunt Scribæ & Phariſæi, ſecundum opera illorum mala nolite facere, quæ dicunt verò ſeruate. Obedimus vel ſatelliti ex parte principis mandata ferentis: obedimus principi terreſtri ex parte imperatoris omniū gubernatori datorū. In ſumma *Cor regis in manu Dei eſt, & quocunque voluerit inclinabit illud*[g] & Deus aufert ſpiritum principum[h].

g Prouerbio. c. 21. ver. 1.
h Pſal. 75.





10 Accidunt regnis, cædes, clades, prælia, oppreſſiones, ſubuerſiones, fateor: ſed cauſæ non ſemper pendent à vitiis & malitia principaliter gubernantium, ſed ex delictis populi plerunque, quibus etiam aliquando princeps inuoluitur: & permittit Deus regnare hypocritam propter peccata populi vt mali caſtigentur & emendentur, aut pœnas luant, vt alibi docuimus: vel ad probationem bonorū, vt coronentur non faciendo quod imperant iniqui principes[a].

a d. cano. imperatores, 11. q. 3.

11 Dehinc, neque abuſus poteſtatis, generaliter condemnare debet ipſam poteſtatem: vt neque abuſus vini, aquæ, religionis, ideo concludit damnandum vinum, aquam, & religionem, aut ſimilia quibus mali abuti poſſūt, quę bonis ſunt ſalubria. Quod ſi quid ipſi principes per tyrannidem aut aliomodo, in perniciem ſtatuant populi, nō impunè ipſi ferent, & reddent rationem Deo, cuius poteſtate abuſi ſunt. Et vt ait Horatius[b],

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Iouis*
*Clari, giganteo triumpho*
*Cuncta ſupercilio mouentis.* atque *potentes potenter tormenta patientur*[c].

b lib. 3. ode 1.
c Sapientiæ 6. verſ. 7.

12 Neque etiam inficiamur, reſpublicas aliquando ex democratia conſtitiſſe, ſed & in illis adhuc ſpeciem & neceſſitatem principatus imperij & ſubiectionis fuiſſe, contendimus. fuerunt enim ibi, qui vel nomine populi imperarint Romæ conſules, dictatores, ſenatus: & alij apud alios magiſtratus, quibus neceſſarium fuit committi poteſtatem in alios vel eorum ſe poteſtati ſubiicere: alioquin confuſio potius quàm reſpublica diceretur. ſiue autem vnius ſiue plurium, vel optimatum dicamus rempublicam, ſemper in omnibus neceſſarium eſt ponere principatum alicuius generis: & ita concludendum eſt, ſocietatem humanam ſine aliqua ſpecie principatus conſiſtere nō poſſe. imò nec hominum priuatam coniunctionem, vel coadunationem, vt etiam inter latrones, ſi velint diu in malitia pertinaces eſſe, neceſſarium eſt eſſe principem aliquem latronum, quo factio perditorum hominum contineatur: quemadmodum & ipſi dæmones habent ſuum principem tenebrarum, inter ſe nihilominus aduerſarij. habent & hæretici diuerſorum errorum & hæreſeum impiiſſimi homines contra vnam catholicam caudas colligatas, & ſocietatis quendam inter ſe principatum[d].

d vt dicitur in c. excommunicamus, in 1 & 15. de hæreticis lib. 5. decretal. c. 7.

Sed & adferri poſſunt reſpublicę democraticæ, quę neceſſariò poſtea oneri gubernationis impares, conuerſæ ſunt in principatum & monarchiam, vt Romani populi qui prius regibus parebat, & tandem poſtquam popularem & ariſtocraticam expertus fuit dominationem, rurſum poſtremò redit ad monarchiam, nunquam autem anarchiam probauit.

13 Cæterùm, vt tandem omnem hanc dominationis ſeriem ſub ſynopſi concludā, hæc erit totius dominationis & neceſſitatis epitome: Deus in principio creauit cælum & terram, duo tantùm rerum omnium prima elementa ſeu principia cœleſtium & terreſtrium, ſpiritualia & temporalia. Dicimus Deum primùm principem ſine principio, abſolutum, omnium rerum monarcham, ex quo omnia itaque

colligo à quo & per quem omnia. Ex his duobus principiis per eundem principem, reliqua ordinatè diſtincta, homo inter cætera opera, ex duabus illis primis naturis cœleſtium & terreſtrium factus & creatus, particeps animæ & corporis hîc homo, principium aliorũ hominum fuit ſub primo principe ſubordinatus multiplicatis hominibus, ſocietas introducta, propter ea quæ neceſſaria ſunt, non ſolùm vt homines ſunt, nempe vt neceſſaria alimentis vitæ & ſubſidio & defenſioni & conſeruationi eius, ſibi pararent, mutua & communicata diuerſorum inuicem opera. Sed etiam vt bene ſint, in quo conſiſtit rationalis aliena à brutorum vita conſuetudine & forma natura.

Ad bene eſſe, & ad conſeruationem naturæ humanæ ſub ſua propria & diſtincta à feris vita, oportuit vti imperio rationis, quæ in homine conſtante anima & corpore dominari debet. Sed ita dominari, vt & animæ & corpori pariter proſpiciatur, & ſaluti vtriuſque. Quod fieri non potuit abſque Dei principis poteſtate & authoritate, cui tanquam domino & creatori ſubiicitur natura. Et proinde Deus optimus maximus, eadem poteſtate & bonitate, qua eſſentiam & naturam ſuorum mandatorum capacem in homine conſtituit, & ad eius directionem & conſeruationem ſua ineffabili ſapientia condeſcendit, & conſtituit duas in viſibili hac ſeculi habitatione poteſtates, miniſterio viſibilium principum eiuſdem naturæ cuius ſunt reliqui homines, diſtributas vicario eius nomine: vnam, in ea quæ animæ ſunt, aliã, in ea quæ ſunt corporis quas ſui ſancti Spiritus robore & ſupremorum angelorum inuiſibilium ſubſtantiarum præſidio fulciuit, ne hominum malitiis ex arbitrio violari aut minui, aut contemni poſſunt: & adiunxit leges, quibus & principes & ſubditi Dei imperium & poteſtatem eſſe, cognoſcere vel inuiti poſſent. Quemadmodum enim corpora inanimata hoc eſt carentia anima rationali, obnoxia etiam inuita ſunt ſuperioribus per gradus donec ad primum mobile cœlum, & imperantem Deum qui leges corporibus quoque dedit, perueniatur. Sic & homines, ex quibus ſocietas humana conflatur, velint nolint per leges & gradus ſubiectionis, ad vnius imperatoris Dei confeſſionem perducuntur. Quamobrem à Deo, qui non eſt numerus, vt nec vnitas, ſed principium numeri, numerus duorum incipit, non per ſe ſed ab vnitate pendens: ita poteſtas Dei vicario nomine data ei qui generalem animarum curam gerit in corpore exiſtentiũ, & ei qui corporum animatorum, vna poteſtas à prædominanti parte corporis quæ mortalis eſt, dicitur temporalis. Et rurſum vt faciliùs vnaquæq; poteſtas ſuos producat effectus, ſubordinati ſũt gradus poteſtatis, *Sicut unguentum in capite*[a], *quod deſcẽdit in barbã Aaron & poſtea in ora veſtimenti eius.* Sic ſpiritualis poteſtas, ea dicitur quæ ſummo pontifici in ſede Petri conceditur, quæ per orbis partes habet in adiutorium patriarchas, cardinales, quippe quod ſenatores & pars corporis eius ſunt. Sub patriarchis primates, ſub his metrapolitæ, ſub metrapolitis, epiſcopi: ſub his, alij ordines eccleſiaſtici, qui ſinguli iuxta modulum conceſſæ ſibi poteſtatis, regimen eccleſiæ & populi e-

a *Pſalmo 132.*





xequuntur, & miniſteria exercent impoſita, vt in alia temporali, ſunt primo loco, hi qui non aliunde quàm à Deo ipſo principatum in ſuos habent, & abſolutè diſponunt nemini ſuperiori poteſtati terreſtri obnoxij: cuiuſmodi ſunt monarchæ in ſua monarchia & in ariſtocratia & democratia qui præſunt. Quibus alij ſubiiciuntur, qui & aliis principantur ſed non abſolutè: quales ſunt duces ſub regibus, comites ſub ducibus, marchiones ſub comitibus, alij vaſſalli ſub illis, maiores & minores militiæ & iuſtitiæ pręfecti, qui ſub fide & nomine aliorum ſibi commiſſos regunt & defendunt. Et ſic expedire etiam per ſubordinationem ad benè & tutò viuendum, tum Dei admirabilis prouidentia quæ non fallitur admonet, & neceſſitas etiã inuitos credere cogit atque experientia. quæ turbatas poteſtates ad ſubuerſionem humanæ ſocietatis & interitum bonorum perducit, fateri, ſed ſerò interdum adigit, & maximam & inuictiſſimam fidem facit, & idcirco quæ in confeſſo omnibus, præterquam brutis & impiiſſimis eſſe debent, non vltra proſequar, relinquens pertinaces & turbatores pacis humanæ, gladio magiſtratuum, conuincendos.

### *Quid ſit princeps in ſe & alijs.*

## CAP. III.

PRINCEPS omnis eiuſdẽ ſubſtantię eſt cuius cęteri homines, animæ immortalis, bonæ aut malæ voluntatis, & corpore corruptibilis, iiſdémque elementis quibus cæteri compoſitus. Impoſita tamen principi, perſona & munus imperandi à Deo, non minus quàm cæteris ſubditis, obediendi, in hoc magno ſeculi corruptibilis theatro neceſſitas, in quo aſſumuntur & relinquuntur morte cum vita externi faſtus, temporaléſq; ordines, & loca quæ quis dum curſum huius mundanæ fabulæ peragit, conſequutus eſt. relinquuntur cum vita temporali hic, cothurni, faſces, ſceptra, coronæ, diademata. vt contrà ſubditi mutantes vitam, liberantur à metu, vinculo, neruis, tyrannide, & iugo principum. Maieſtas Dei in principibus extra apparet in vtilitatem ſubditorum: ſed intus remanet quod humanum eſt, proinde ac in ſubditorum corporibus, & ſæpe fœdiora ſunt & turpiora principum præcordia quàm popularium: plures ſunt in illis ærumnæ, triſtiores animi morſus. Et vt docet Lucianus[a], regnum prægrandibus coloſſis videtur eſſe perſimile, quales vel Phydias vel Myron, vel Praxiteles fabricatus eſt. Etenim illorum quiſque quoad illa quæ foris apparent, Neptunus ipſe eſt, aut Iupiter, mirificè decorus auro, eboréque compactus: & aut fulgur, aut fulmen, aut tridentem fuſcina dextera ſuſtinet: cæterùm ſi immiſſo capite quæ ſunt intus inſpicias, videbis vectes quoſdam, paxillos & clauos introrſum prominentes, nec non vimina cuneóſque & picem ſublitam, & aliam item

a *lib de regno, & rurſum in Gallo.*

id genus deformitatem intrinſecus inhabitantem. Omitto recenſere
muſcarum muſtellarúmque vim, quæ in eis nonnunquam manſitant
& huiuſmodi quædam res imperium videtur.

2 Principes eruditi, inquit Philo Iudæus [a], meminiſſe debent, ſe
homines magis quàm principes; & nihil humanum ſpernere:
quam opinionem, ſi quotidie in memoria, reuocent, ſeſéque de-
mittant ab ipſa celſa poteſtate ad iſta humilia, ita ſe quadan-
tenus adæquant ſubditos, ne quid offendat diſparitas. quod con-
trà accidit in euectis nouè ad cæcas pluti errantéſque fortunæ
opes.

*a Lib. de iuriſiurandi religione.*

3 Principum inſignia, faſces, faſtus, ditiones, & reliqua quę habet
dignitatis numen, non adimunt hominis naturã, & quod humanum
eſt, quin potius inde principes in humanis actionibus liberiores &
intrepidi ab alterius metu, ſibi fræna ad deteriora laxant, & præ-
textu dignitatis abutuntur dignitate. Neque eſt ferè quiſquam,
aut certè fuerunt admodum pauci, qui non ex illa dignitate in in-
ſignem inſolentiam, vel ſtultitiam lapſi fuerint. quid enim ſtultius
aut inſolentius, ſi ad verum res perpendantur, quàm velle domina-
ri, & ſine cauſa inuadere proximos? quid erat Alexandro cauſæ iu-
ſtæ, quod per vniuerſum orbem vellet nomen ſuum cum infinitis
cladibus celebrare?

Quid ſtultius dictum fuit ipſo Myda, cui ideo auriculæ aſini apta-
tæ, ob inſignem ſtultam auri cupiditatem? Notatur Agamemnon am-
bitione crudeli quod vnicæ filiæ crudeliſſima cæde imperatoris mer
catus eſt titulum. Quid de Achille, de Priamo, de Aiace tractatur?
non eſt hîc locus per ſingula oſtendendi quàm pueriliter pro mulier
culis barbaris digladiati ſint. Nam, vt ait Horatius, Ilias Homeri
quamuis longa, nihil aliud quàm ſtultorum regum & populorum
continet æſtus.

4 Hoc vitium fallit ferè ſemper principes, quod cùm habeant
ſibi aliquando plebeculam ſuperbè imperantibus obſequẽtem, iam
exiſtimẽt pro arbitrio aliis omnibus poſſe ſine cõtradictione impe-
rare: & proinde res inconſultò aggrediũtur plures, quę vel illos apud
vtrunq. videntes & bene iudicãtes reddit omnino cũ ſera pœnitentia
confuſos. Radix omnium malorũ horũ, & quæ inde pendent, & tyran
nidis, & rebellionum, & finis regnorũ, quę omnia cathenatim ſe mu-
tuò complicant, eſt, quòd ſe ipſos principes non nouerint, aut offi-
cium ad quod vocati fuerunt. Quid, quæſo, maiorem habet ſui igno-
rantiam & ſtultitiam, quàm, cùm Xerxes rex inter regias ambitiones
ebrius vana gloria, ad Atton montem legatos miſit, vt eum contume-
lioſiſſimis, ac minaciſſimis literis territaret. Quid in aliis ſuperbius
cum ſtultitia inſigniori, quàm velle dici Deum, vtque talem adorari?
Quid ſtultius item, quàm transferre in dignitatem ſolius principis
quod aliis omnibus, & ſubditis, imò inter viliſſimos eſt commune, &
perfectius ſæpius in ipſis brutis? vt ſi hiſtrionum morem imitetur, vt
Nero, præſtantiúſque in arte canẽdi, ſaltandi haberi velit. Si cum ne-
bulonibus velit in arte vel fraudibus ludendi excellere, ſi cum ſophi-
ſtis cauillari, inter effœminatos formoſior, inter athletas robuſtior,
inter



inter trapezitas pecuniis magis abundans haberi? Nec tamen impro-
bo, imò & laudo quod princeps corporis & animi dotibus fulgeat, ve
rùm hoc natura dedit omnibus commune & ſępe abundantius ſubdi-
tis quàm regibus. Atque de his ſe extollere quæ cõmunia ſunt omni-
bus, hoc nõ eſt de principatu gloriari qui in aliis habet ſuos terminos
à ſubditis diuerſos. Gubernatio reipublicæ cõmiſſa principib. & aliud
eſt, quàm ipſi principes, eſt qui gubernare debet princeps, eſt ars qua
gubernatio perficienda eſt, & ſunt ab vtriſque ſeparati qui gubernã-
di ſunt, ſeu reſpublica gubernãda. Princeps eligi naſcíue poteſt, ſed nõ
omnis qui naſcitur vel deſtinatur ad principatũ, artẽ hãc habet guber-
nandi. non omnes quibus contigit arma habere vel libros ex his red-
dũtur ſtrenui milites, aut periti. Nec omnis charta quæ ad ſcribendũ
parata eſt, ſtatim literis impletur. Eſt materia deſtinata ad ſuſcipien-
dam formam in principibus natis & electis, ſed non ſemper eſt diſ-
poſita: & proinde forma legitima principatus non poteſt in tali ma-
teria indiſpoſita in ad ſuſceptionem continuari imprimi.

5 Porro diſpoſitio huius materię ſeu animi principis, eſt, ni fallor,
prima qualis adhibetur chartæ ſeu papyro ad ſuſcipiendas literas,
quæ & cum candore & ſine macula paratur vacua ab alia ſcriptura:
nam vbi primum ſcripſeris, non potes aliud commodè ſcribere, vel
niſi eraſis prioribus literis quæ tolli nequeunt omnino, remanenti-
bus lituris. non poteſt rectè fingi princeps aut formari, niſi prius ſibi
perſuadeat nondum ſe eſſe principem, & affectionibus cedat: alio-
quin ſi iam illis fuerit præoccupatus & inſtituendus ſit, danda eſt o-
pera vt illæ conuellantur antequam quippiam inſeratur boni, non
ſecus quàm aruum prius à dumetis, inutilibus & noxiis herbis pur-
gatur, quàm ſemen iniiciatur. Itaque primùm veritatem rei cuiuſ-
que cognoſcere aut inquirere docendus erit, vt poſſit poſtea iudica-
re de ſingulis. Atque natura veri, honeſti, falſi, & turpis, vtilis & inu-
tilis cognita, deſiderium, amor eius quod decet, honeſtum & condu-
cibile eſt, inſtillari debet: turpitudinis odium, cum lege diuina: ad
quam omnia negotia conferre debet, num conueniant vt ſequatur:
aut diſſideant, vt reiiciat, exemplo trapezitarum, qui ne fallantur, au-
rum, argentum cuiuſcunque tincturæ aut mixtionis oblatum, ad lapi-
dem Lydium probant, & in eo detegunt impoſturas ſi quæ ſint, & ca-
uent ne decipiantur.

Qui regum conſtituit inter homines authoritatem [a], dedit quo-
que normam & formam regendi & inſtitutionem. *Dum conſtitues,*
inquit per Moyſem Deus, *quem Dominus tuus elegerit de numero fra-
trum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit
frater tuus. Cúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec redu-
cet populum in Ægyptum equitatus numero ſubleuatus, præſertim cùm Do-
minus præceperit vobis, vt nequaquam per eandem viam reuertamini. Non
habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri
immenſa pondera. Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi
deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar à ſacerdotibus
leuiticæ tribus. Et habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ
ſuæ vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cere-
monias eius quæ in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuper-*

*a Deuter. c. 17. verſ. 15. & ſequentis.*

*biam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dextram, vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael.*

6 Conſiderare debet princeps ſe referre imaginem Dei & vicariam eius operam, viſibili miniſterio agere non ſuam, ſed cauſam Dei qui omnibus per ſe, & per miniſteria creaturarum quæ ſingulis neceſſaria ſunt, largitur. videat quam perſonam in hoc gerat, neque permittet Dei negotium in propriam laudem, vel ambitionem: tunc enim exuta perſona vicarij, ſi ſuo nomine ſuperbiat, induit perſonam cacodæmonis, & fit verum luciferi ſimulachrum, qui cum præclaris virtutibus, & pulchritudine, & poteſtate à Deo donatus fuiſſet, cúmque illi referre deberet omnia, ſuperbè ſibi & poteſtatẽ & dominatũ adſcripſit: ſed dum vſurpare voluit gloriam Dei, à proprio gradu mi-
a *Eſaie c.14.* ſerè cum factionis ſuæ participibus, collapſus eſt [a].

Quo maior quis in poteſtate, & ea, ad Dei præſcripta vtitur bene, eo magis Deo accedit: vt nihil maius in mundo hoc ſummo pontifice, qui Dei Vicarius eſt: & ideo quandiu ſuum munus exequitur, non ſatis laudatus & honoribus donatus, nec eo vtilius quippiã Chriſtianis per orbẽ, vt nec imperatore tali in imperio, nec principe tali in ſuo regno, aut principatu. Quod ſi tales poteſtates (vt ſæpe fit) degenerẽt ab officiis ſibi demandatis: quo maior eſt dignitas, eo maior, & deteſtabilior aut pernicioſior poteſtas; vt caſus periculoſior à ſummis & pręcipitibus rupibus, & ſolis defectus maiores generat in terra vmbras horrore plenas, magnam mortalium perniciem trahit. & principis etiam leuis error, magnas tamen in rebus gignit perturbationes. Vtque regula primum racta ſit oportet, & deinceps quæ applicentur corrigat, ita principem primum vitiis carere neceſſe eſt, deinde aliis leges præſcribere. Maxima regia virtus ſibi imperare, & poſſe affectus, deliciarum irritamenta, dignitatis inanes titulos, adulatores fraudes præcauere. nam & in hæc libertas re-
b *In Tyeh ſte.* gnandi videtur inclinare & impelli, & vt dixit Seneca [b],

*Vt nemo doceat fraudes, & ſceleris viam*
*Regnum docebit.*

c *cap.31.* *Beatus*, inquit eccleſiaſticus [c], *diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? fecit mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo & perfectus inuentus eſt. & erit illi gloria æterna qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, & facere mala & non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino*, &c.

7 Dignitas principalis, non reddit eum qui eam adipiſcitur, impeccabilem: imò ob libertatem viuendi vt velit perſuaſa, niſi caueat, reddit ad peccandum proniorem & faciliorem.

Docendus eſt itaque princeps ſeparatim prius ſe ipſum cognoſcere; poſtea dignitatem quam gerit. Nam ipſe non eſt dignitas: ſed agit perſonam dignitatis. præceptum illud è cœlo natum eſt γνῶθι σεαυτόν,
d *Auſonius in ſapientibus.* noſce teipſum [d].

c *c.7. Sapientię.* Quęrat ergo princeps quis ipſe ſit: inueniet ſe hominẽ ſimilem aliis natura, & pares in ea ſibi eſſe ſubditos. *Sũ quidẽ* inquit Salomõ [e], *ego homo mor-*



*mo mortalis, ſimilis omnib. & ex genere terreno illius qui prior factus eſt: & in ventre matris ſimilatus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis & delectatione ſomni conueniente: & ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factã decidi terram, & vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In inuolumentis nutritus ſum curis magnis, nemo enim ex regibus habuit natiuitatis aliud initium. vnus ergo omnibus eſt introitus ad vitam & ſimilis exitus. Propter hoc optaui & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ, & præpoſui illam regnis & ſedibus &c.*

Reges & ſubditi iiſdem conſtant, aluntúrue elementis, eundem ſpiritum ab eodem initio carpunt iiſdem ſeminibus orti, eodem fruuntur cœlo, æquè viuunt, æquè moriuntur.

In ſumma omnes homines & ex hominibus principes & ſubditi ex ſubditis fiunt ſæpe principes, & ex principib. fieri poſſunt ſubditi.

Proinde ſi quando princeps coronã, diadema, purpuram, ornamẽtáque regia admirari, & in his ſibi complacere cœperit: ſtatim quoque reminiſci debet, quod caput & corpus cui hæc exterius accedunt, mortalia, humana, morbis, lapſibus, & ludibrio fortunę obnoxia ſunt: quod illa extranea non propria, ſed accidentalia ſunt: & ne iniuriam ſibi faciat, ſi ſe extranei inferiorem profiteatur.

8 Cogitet quod in hoc ſeculo tantum actum agat, veluti hiſtriones in ſcena depoſiturus hanc dignitatem, ſuæ tantùm ſecum ex hoc ſeculo bona vel mala delaturus. Quod exemplo docuit Octauius Cę-
ſar apud Suetonium Trãquillum [a], ſupremo enim die imminente pe- a *in eo. c.29.*
tito ſpeculo, capillum ſibi comi, ac malas labentes ſibi corrigi præcepit: & admiſſos amicos percontatus eſt, ecquid his videretur mimum vitæ commodè tranſegiſſe: adiecit & clauſulam,

δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

Iuuenalis item [b] principatum gerentibus virtutis & gerendorum b *Satyra 8.*
memoriam iniicit, cum mortis ratione.

*Expectata diu, inquit, tandem prouincia cùm te*
*Rectorem accipiet, pone Iræ frena, modúmque,*
*Pone & auaritiæ, miſerere inopum ſociorum.*
*Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis.*
*Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet,*
*Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine Iuſto*
*Et Capito, & Tutor ruerint, damnante ſenatu.*
*Piratæ Cilicum. &c.*

Et in eccleſiaſtico [c] *& rex hodie eſt, & cras morietur.* c *c.10. verſ. 12.*

Atque quidam boni principes, ne mens illorum à recto, in tanta poteſtatis licentia deflecteret, & luxuriaret in hac mortali, vt videtur fœlicitate, mortis memoriam ſibi ingeri voluerunt. exemplo ritus eccleſiaſtici quo initio quadrageſimæ ſaltem ſemel in anno memoria mortis & vilitatis hominis cineris aſperſione inſinuatur, *memento ho-*
*mo quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Iuxta etiam quod ſcribitur [d] *me-* d *Eccleſiaſtici*
*morare nouiſſima tua & in æternum non peccabis.* *verſ. 40.*

Fertur de prudentiſſimo Carolo V. Imperatore in oratione funebri eius Sueuica, eũ anno quinto ante mortis periodũ inter maxima regni ſui negotia ſarcophagũ ſibi adſtrui curaſſe, cũ omni ſupellectili quę

eo mortuo ad ſepeliendum neceſſaria eſſet, ídque clanculum, ne, ad hominum oſtentationem aut ſimulatam religionem factum videretur quem apparatum habuit apud ſe quinque annis vbicunque locorum eſſet ſecretiſſimè, etiam dum Mediolanum cōtra Gallos proficiſceretur, eúmque diligentiſſimè ſingulis noctibus ſemper conſeruauit ac reponi iuſſit. Arbitrabantur autem quidam homines etiam quibus rerum magnarum demandata erat cura, theſaurum aliquem illic detineri, ac conſeruari, alij nonnihil librorum quibus hiſtoriæ veteres continerentur, alij aliud quippiam magni. Cæſar verò ſibi conſcius in quem vſum ſecum deferret ſubri[illegible]endo, in rei cuiuſdam ſibi omniū chariſſimę vſum, id ſecum deferri dicebat. Sic aſſiduò mortem ante oculos ſibi repoſuit, & ſibi ſemper ſepulcrum adeſſe voluit: vt perpetua mortis recordatio, eximeret à corde vanum huius mundi faſtum: ſanctas autem actiones agendas dum viueret dmoneret.

9 Conſideret etiam princeps, in quo ſit gradu dignitatis, quantúmue ſit aliis pręlatus à Deo, & ob quam cauſam, & finem.

Magnum inquam eſt, vt ait Cicero Philipica 8. perſonam in republica tueri principis, qui non animis ſolùm debet, ſed oculis ſeruire ciuium. Regnum & illud eſt, ita viuere vt non modo homini ſed neque cupiditati ſeruiat: contemnere omnes libidines, non auri, non argenti, non cœterarum rerum indigere, populi vtilitati magis conſulere quàm volūtati, nemini cedere in prauis, multis in his obſiſtere. Cupiditates ſunt inſatiabiles, hæ totam labefactant rempublicam, & deiiciunt ad vilia quæque & tyrannidem principem: praui mores corrumpunt cum principe ſubditos. Nec tantùm mali eſt peccare principes, quanquam eſt magnum per ſe ipſum malum: quantum illud, quod permulti etiam imitatores principum exiſtunt, & cum illis mutant mores, nec ſibi tantùm obſunt quòd peccent, ſed quia etiam alios corrumpunt, & plus exemplo quàm peccato nocent. At quàm turpe eſt, & quale de[illegible]ecus, dum, ex quo pudoris pru[illegible]entiæque, bonorúmque morum & bonarum legum peti debent exempla, in aliquo crimine comprehen[illegible]i! rectè Claudianus[a] Cæſarem alloquitur.

*Hoc te præterea crebro ſermone monebo,*
*Vt te totius medio telluris in orbe*
*Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe*
*Facta palàm, nec poſſe dari regalibus vſquam*
*Secretum vitiis, nam lux altiſſima fati*
*Occultum nihil eſſe ſinit, latebráſque per omnes*
*Intrat, & obſtruſos implorat fama receſſus.*

a ed Honorij Conſulatu

Et Ouid.[b] ad Liuiam,

*Impoſuit te alto fortuna, locúmque tenere*
*Iuſſit honoratum. Liuia perfer onus.*
*Ad te oculos auréſque trahis, tua fata notamus.*
*Nec vox miſſa poteſt principis ore tegi, &c.*

b In epiſtola conſolatoria

Non poteſt princeps quantumuis ſimulator & cautus ſit efficere, quin res publica ſuis vitiis inficiatur, vel virtutibus exornetur: tales enim



enim rectores & præpoſitos conſtituere ſolet, quales ab his deſiderat ſequi affectus: & ex præpoſitis & ordine politiæ oculati & prudentes iudicare ſolent de principe, nulli propemodum inuenti ſunt tempore Antonini dicti Helliogabali, qui virili mēte & virtute præeſſent. quia ipſe fœdiſſimus & vaniſſimus erat, & ideo eo vecordiæ, inquit Herodianus in 5. prouectus eſt, vt omnes ſcenicos, artifices, ac theatricos, ad maximas imperij dignitates promoueret, tales & ſaltatores olim pręfecit exercitibus, iuuentuti, ſenatui, & prouinciis, taliúmque hominum aula erat refertiſſima, & comitatus eius ornatus. Vt contrà meminit libro 6, eo ſublato, Alexandrum Cæſarem omnia ſecundum mores bonos, quibus erat imbutus, omnia emendaſſe. Iuriſperitos, doctores, & prudentes ad conſilij aulæ, ſenatus, & prouinciarum adminiſtrationem euocaſſe.

Hoc commune eſt omnibus, vt ſimilis ſimilem ſibi conſociet, aut ſimiles ſibi fieri deſideret, vel amicitia, vel beneficiis, vel vi. ideo ex principibus, quorum quiſque fauorem aucupatur, periculoſum eſt reipublicæ, malos eſſe eos moribus, & proborum abhorrere conſilium & conſortium.

10 Gradū altiorem tenet princeps in ſua gubernatione, inde grauior lapſus, & miſerior ſi præcipiti ruina labatur, vt reparari, aut reſtitui non poſſit.

In ſeruitutem cadere de regno graue eſt, vt ait Seneca[a].

a In Thebaide

Et, vt ait Horatius, *Celſæ grauiore caſu decidunt turres,*
*Ferúntque ſummos fulmina montes.*

Conſideret itaque, quod ex alto ruere & acerbum maximè: ſed & valde difficile, res in vno ſtatu conſiſtere, imò impoſſibile ſecundum naturæ vices, & principatus, dum aliquando perſtiterint & peruenerint ad ſummum non declinare. Fragilitatis quidem humanæ in proſperis rebus eſt obliuio, vt Plutarchus ait[b]. Sed inter proſpera principi debent ex profeſſo quæ aliis ſe fœlicioribus acciderint, quæve communi ſorte ſibi quoque accidere poſſunt, proponi meditanda, vt & dominandi libertatem temperet: & ſi quando ſibi talia acciderint quæ & accidere poſſunt, ad remedia, vel ad tolerantiam animum præmuniat.

b In Scipione Africano.

Scio delicatis principibus idipſum durum eſſe audire; ſed quàm durius eſſet perpeti; ipſi cogitare debent. Aegrè tulit Crœſus rex Lydorum ab initio Solonis de infœlicitate & rerum caducitate ſententiam, dum præſentibus quibus abundabat diuitiis, & quiete ampliſſimóque regno frueretur in pace. Viſus ſibi à Solone ſe contemni, dum non confidendum iis, ſed vitæ finem inſpiciendum admoneret, & vitam hominum variis fortunæ motibus aſſiduè agitari, quæ præſentibus efferre non ſinit, nec fœlicitatem cuiuſquam in vita periclitantis adiuuari. Verùm cum collata acie cum Cyro, prælio ſuperatus fuiſſet, & amiſſa vrbe captiuus, incendio deſtinatus pyram inſtructam alligatus conſcendiſſet, ſpectantibus Perſis ac Cyro, cognouit rei & ſententiæ Solonis veritatem: & cùm exclamaſſet ter ô Solon, Cyro admiranti, quæ ſapienter Solon præmonuerat de falſa humanæ vitæ fœlicitate aperuit, cō-

que beneficio liberatus eſt[a].

a *Vt ſcribit Plutarchus in vita Solonis & Herodot. in 1.*

Hanc falſam fœlicitatem obnoxiam eſſe ludibrio fortunæ, iudicarunt & ſapientes huius ſeculi, neque in ea hærendum & confidendum; & humanum eſſe, ditari, regnare, capi, ſubiici, & obire: ſemper meditandum inter ea quæ fœlicia vidẽtur, quæ tamen incerta & volubilitati, & viciſſitudinibus obnoxia ſunt. Sic illacrymatus Antiochus rex poſtquam multo tẽpore in ſtuporem ductus obmutuit, cùm adductus illi fuiſſet Achæus Andromachi filius, qui filiam Mithridatis in vxorem duxerat Laodicem, vniuerſæ regionis Tauri dominus, vinctus & ad terram poſitus; conſiderans, quam ineuitabilia ſunt & incerta quæ à fortuna geruntur, vt ſcribit Polybius[b].

b *Lib. 8. hiſtoriarum.*

Proſperas & inopinatas res Dionyſij minoris, conſecuta eſt ſubita commutatio, quòd fortuna ſua mobilitate quem paulò antè extulerat, demergere eſt adorta, vt plenè ſcribit Paulus Æmilius in Dione,

*Fortuna ſæuo læta negotio*
*Ludum inſolentem ludere pertinax,*
*Tranſmittit incertos honores:*
*Nunc mihi, nunc alij benigna*[c].

c *Horat. lib. 3. Od. 29.*

Seſoſtris rex Ægyptiorum, illuſtris admodum & fœlix poſt multas ſibi ſubditas nationes, currum aureum multis diſtinctum pellucidis lapillis ornatum fieri ſibi procurauit, eúmque trahi faciebat quatuor regibus deuictis, iugo illis impoſito: quorum vnus quando celebri feſto currum illum traherent, cùm ſæpe ad rotas retrorſum reſpiceret & rotæ volubilitatem intueretur, eúmque Seſoſtris, cuius rei gratia tam frequenter oculos in rotam coniiceret, percunctaretur, reſpondiſſe fertur, cum ſtupore admiror rotam, quam eam inſtabili modo ferri, atque alias aliter volui, & nunc quidem ſublimia demitentem, & rurſus demiſſa ſublimantem conſpicio. Quo intellecto Seſoſtris ſtatuit, ne poſthac illi currum traherent, iam intelligẽs quàm mutationi ſit obnoxius ſtatus fœlicitatis, vt notat Nicephorus[d]. Quod & admonuit iuuenalis[e].

d *18. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 29.*
e *Satyra 7.*
f *Epiſtola conſolatoria ad Liuiam.*

*Si fortuna volet fies de rhetore conſul,*
*Si volet hæc eadem, fies de conſule rhetor.*

Rotæ currenti, variationem hanc quam dicunt fortunam, ſimilem facit Ouid.[d]

*Nempe,* inquit, *per hos etiam fortuna iniuria mores*
*Regnat, & incerta eſt hic quoque nixa rota.*

Et inſtabilitatem rerum, per figuram ſeu imaginem muliebrem, rotundo & mobili fundamento inhærentem, veluti certo ſymbolo ſignificarunt antiqui.

*Quid numerem,* vt ait Manilius[e], *euerſas vrbes, regúmque ruinas?*
*Inque rogo Crœſum? Priamúmque in littore truncum,*
*Cui nec Troia rogus? Quid Xerxem, maius & ipſo*
*Naufragium pelago, Quid captos agmine reges?*

4 *Aſtronomicon.*

11 Rectè certè antiqui iudicarunt, quod omnibus apertum eſt, inconſtantiam, id eſt variationem rerum & ſucceſſum, ſed in eo malè rati fortunam deam eſſe quandam, & caſu omnia, cæcutientéque actione cuncta peruertentem & vertentem. Rectiùs dixiſſent ex permiſſione Dei factum, vt aduerſis & dulcibus intermixtis noſcent homines quantum ſit infirmitatis & fragilitatis in his mundi gloriolis, neque hîc eſſe veram fœlicitatẽ: & mortalia tantùm hîc fluxa incerta & contemnenda dari, veram autem eſſe gloriam firmámque fœlicitatem in alio ſeculo.



*Caue,* inquit D. Baſilius magnus,[a] *dicas, temere factũ eſt hoc, & ſponte hoc contigit. nihil enim inordinatum, nihil non præfinitũ, nihil accidit fruſtra, nihil temerè fertur, nec malum vllum euentum, nec malam dixeris horam. hæ namque ineruditorum, & diſciplinam Chriſtianorum ignorantium ſunt voces. nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnum ex eis non cadit abſque patris voluntate. Quot capilli capitis! & vnus ex eis non eſt apud Deum obliuioni &c.* Riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occupat[b]: neque in gloria temporali quis ſpem ponere debet. cedunt ramos & introitum parant Chriſto veluti regi, populi Iſrael, & proxima hebdomada crucifigi poſtulant. Ideo in ingreſſu illo humilis fuit Dominus ſedẽs ſuper aſinam, ad noſtrum exemplum.

a *In Pſalmum 32.*
b *Prouerbiorum 14. c.*

Beneficium hoc maximum Dei, ſenſit ad emendationem Nabuchodonoſor, cùm eleuatum fuiſſet cor eius, & diceret, Quis eſt alius Deus, dum eiectus regno per ſeptem annos tanquam bos inter feras paſtus herbam eſt[c].

c *Daniel c. 4.*

Habemus exẽpla tyrannorũ, qui pluribus cædibus & impietatibus commiſſis, peruenerũt ad principatum, ſed ſtatim ferè, poſtea ab honore & à vitæ huius fruitione deiecti ſunt vt moneantur alij illorum exemplo, ne ob tam breue imperium, támque exiguum tempus, ſimilia audeant moliri: ſic Deus temperat voluptatis huius ſeculi cum amara quadã mixtione, vt animos retrahat à caducis atque momẽtaneis rebus, & ad diuina erigat. *Pronáque cùm ſpectent animantia cætera terram Os hominini ſublime dedit, cœlúmque videre Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus*[d].

d *Ouid. 1. Meta.*

A tempore peccati primi nulla hîc voluptas ſolida ex omni parte: quare, vt ait D. Baſilius[e], *Roſa quidẽ à principio cùm à Deo creata eſt, ſpinis carebat: poſtea verò pulchritudini floris adiunctæ ſunt ſpinæ, quo voluptatis oblectamento nos inde capiendæ propinquo afficiamur dolore, recordatione delicti, cauſa cuius factum eſt, vt tribulos tellus & ſpinas nobis adferret.* Atque rurſus idem[f], *Roſa hîc ſpinis eſt coniuncta, externa gratia moleſtiam obtegens, nos aperta voce conteſtans & dicens, quæ iucundæ ſunt vobis ô homines, triſtibus permixta ſunt. Nam verè in humanis bonis comparatum eſt vt nullum eorum ſincerum ſit, ſed confeſtim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mœſtitia: coniugio viduitas: puerorũ educationi cura & ſolicitudo: fecunditati, aborſus: vitæ ſplendori, ignominia: proſperis ſucceſſibus diſpendia: delitijs faſtidium: ſanitati, infirmitas florida quidem eſt roſa, ſed mihi triſtitiam infligit: nã quotieſcunque florem hunc video, peccati mei admoneor, propter quod vt ſpinas & tribulos proferat, condemnata eſt.*

e *Homilia 5. libri Exameron.*
f *Sermone de paradiſo.*

12 Darius inſtructa acie & appoſitis caſtris eius & Alexandri, inter cætera quæ dixit hortatus ſuos ad pugnandum ſtrenuè, & illud adiecit, *Præterea breues & mutabiles vices rerũ ſunt, & fortuna nunquam ſimpliciter indulget: forſitan ita dij fata ordinarunt, vt Perſarum*

g *apud Q. Curtium libro 4.*

*imperium quod ſecundo curſu per 230. annos ad ſummum faſtigium euexerant, magno motu concuterent magis quàm affligerent, admonerentque nos fragilitatis humanæ, cuius nimia in proſperis rebus obliuio eſt. Modò Græcis vltro bellum inferebamus: nunc in ſedibus noſtris propulſamus illatum. Iactamur inuicẽ varietate fortunæ.* Præſagiebat Darius tũc culminis ſui & fœlicitatis proximam cladem, quia in ianuis erat, & expertus eſt ludibrium ipſius fragilitatis. Et qui de pluribus regibus antea triumpharat, ipſe victus, ſpoliatus imperio, fugiens à ſuis necatus eſt.

13 Heluius Pertinax, imperauit tantum dies 85. coactúſque adeptus imperiũ, ſcelere Didij Iuliani multis vulnerib. obtrũcatus, pila fortunæ dictus: nã libertino genitus patre, apud Ligures in agro ſcalido Lolij Gẽtiani, ad imperiũ perueniret. & ex fœlicitate in maximã infœlicitatẽ ſtatim raptus, vt & narrat Herod. Et S. Aurelius Victor. Sed & Didius Iulianus, qui malis artibus imperium occupauerat ex ſede, talione mortis Septimio Seuero, poſtquam regnaſſet ſeptem menſibus, detruſus eſt, vt ijdem narrant authores.

14 Fuit & aliquando Adonibezec rex Chananæorum, qui tanto faſtu imperauit, vt victos ſeptuaginta reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, haberet colligentes ſub menſa ſua reliquias ciborum: verùm ipſe, quod in aliis egerat, quàm graue eſſet ſenſit, in ſe expertus: nam ei capto per Iudam ſucceſſorem Ioſue duce Iſraelitarum amputatæ quoque ſunt ſummitates pedum & manuum[a].

a *Iudicum* 1.

15 Princeps erga alios, munus propriũ habet curæ & ſolicitudinis eorum quibus præponitur. Et hoc maximè oſtendit principem, quod ſuorum curam gerat, eíſque prouideat & proſpiciat. Ideo Chriſtus[b], *Paſtor bonus*, non dicit honoratur aut colitur, ſed, *animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*. hîc eſt principatum ſeu paſcendi ſcientiam, ſua potiùs negligere, vt eorum quos regit curam agat &c. quę ſcribit D. Chryſoſtomus in Pſalmum 113. Tom. 1.

b *diui Iohannis c.* 10.

Tiberius Cæſar, apud Suetoniũ[c] alloquens ſenatum, *Et nunc & ſæpe aliàs patres conſcripti*, inquit, *bonum ac ſalutarem principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, ſenatui ſeruire debere & vniuerſis ciuibus, ſæpe & plerumque etiam ſingulis, neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos, & fauentes vos habui dominos, & adhuc habeo.*

c *In eius vita c.*29.

16 Sic ex Græcis, nomen βασιλεὺς, vt habetur in etymologico, quidã à βάσις & λεὼς deduxerunt: vt qui ſit, βάσις τοῦ λεὼ, quòd in eo ſit velut fundata populi ſalus, aliis tamen βασιλεὺς quaſi ἄσυλεὺς, vt qui ſit inuiolabilis. & Antigonus cùm cerneret filium ſuum ſe moleſtiorem & immodeſtiorẽ gerere erga ſubditos, *Annon*, inquit, *nouiſti fili mi, noſtrum regnum, nobilem ſeruitutem eſſe*[d]?

Cura verè non voluptas, imo pœna, regnare, vt indicat Seneca[e].

*Pœnas*, inquit, *ſoluet graues,*
*Regnauit.* Iocaſta. *Eſt hæc pœna.*

Cùm etiam Tiberio quis eius ſacras dixiſſet occupationes, pro ſacris, laborioſas dicere coegit, vt refert in eius vita Sueto. Tranq[f].

d *Ælian lib. 2. de varia hiſtoria c.*20.
e *in Thebaide.*
f *Cap.*27.

Quemadmodum autem multa ſunt quibus indiget populus quæ commiſſa ſunt principibus tractanda, Sig. erga illa, ſolicitudo illorum diligenter occupari debet.

*Regia,*



*Regia, crede mihi res eſt, ſuccurrere lapſis,*
*Conuenit & tanto, quantus es ipſe, viro*[a]

& Seneca[b],

*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,*
*Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.*

a *Ouid. 2. de ponto.*
b *in Octauia.*

Paucis his verbis magna, & Athlantis onere grauior ſolicitudo impoſita cenſetur humeris principum, & quo maior latiúſque diffuſus principatus, eo creſcit maiórve efficitur. Atque ſolùm vel hoc ipſum, meminiſci, ſe hominibus imperare, maximum: quàm enim ſe populares nobilitatis naturalis ſeu generis & diuinæ particeps eſſe recordantur: & aliunde cùm natura ſe pares, & eiuſdem primi parentis vnde & principes ſobolem contemplantur, ęgrè, niſi benè regantur vnius iniurioſam dominationem, quæ belluarum & irrationalium animalium potius eſt, tolerant. Difficilis vnius ſeruuli vel famuli cõtumelioſi & inobedientis gubernatio: multo magis populi, vbi tot peſſimi homines, tot ſcelerati, eſt difficilis & ærumnoſa bono principi directio.

17 Graue aliquando principibus, quod non ſufficiat illis bene regere niſi etiam exemplum aliis bene viuendi præbeant. vita principis morum & ſubditorum eſt cenſura, eáque perpetua. ad hanc inquit Plinius in panegyrico Traia. dirigimur: ad hanc conuertimur: nec tam nobis imperio opus eſt, quàm exemplo. Et iuxta Claudiani ſententiam[c],

c *de 4. Honorij conſulatu.*

*- componitur orbis*
*Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quàm vita regentis:*
*Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.*

*De nominibus principatus: cúrque primum qui præſunt & dominantur dicti ſunt principes.*

## CAP. IIII.

PRINCIPATVM, id dico cũ Cicerone de natura deo. quod Græci ἡγεμονικὸν vocant: quod nihil in quoque genere, nec poteſt, nec debet eſſe præſtantiùs.

Princeps, quaſi primùm caput, ſeu præſtans & præcipuum alicuius rei dicitur: ſiue agatur de rebus animatis, vel inanimatis, ſiue de perſonis. Sic Sicilia princeps apud Ciceronem[d], id eſt, omnium prouinciarum prima. Ianuarius, princeps menſis apud Columellam[e], id eſt, primus ordine. Sic in aliis primus vel præcipuus ordine, authoritate, ſuffragio, dignitate: in albo, in ſeſſione, in loco, princeps dici poteſt. Inde principale, primum & præcipuum: & principatus ſtatus & dignitas eius qui primus & præcipuus eſt. principes & ij qui in aliquo primas habent partes, vt in c. omnes principes terræ, 4. de maior. & obedien. & in §. 1. vt præpona. nomen imperato.

d 3. *Verrina.*
e *lib.* 11. *c.* 2.

nouella 47. Æneas rex & reipublicæ princeps, & item Imperator dicitur. In monarchia tamen nominatio principis, vt in regno libero, vel alio principatu, per excellentiam de ſolo principe intelligitur libero, ſed in aliis, per adiectionem principatus nominis, id cuius eſt principatus, iudicatur, vt in Germania dicuntur principes imperij ſiue eccleſiaſticæ, ſiue ſeculares perſonę, cum nomine feudi: vt comes Tullenſis princeps imperij, comes epiſcopus & princeps Viridunenſis &c. Princeps ciuitatis, rex: & princeps gregis, aries, apud Varronem[a]. Paulus [b] iuſtius putat eum teneri, qui princeps fuerit delicti, id eſt authorem, quàm eum quæri, ad quem res furto ſubtractæ à ſeruo prolatæ ſunt.

a *lib. 5. de lingua latina.*
b *l. in hoc iudicium, 10. de ſeruo corrup.*

8 Nomen hoc principis vt primi generale eſt, nec ſimpliciter de quoquam quàm de Deo, efferri poteſt, qui α & ω dicitur, apocal. c.f. verſ.13. primus & nouiſſimus verè omnium, ante tempus, primus dignitate, maieſtate, authoritate, ſapientia, poteſtate, & in omnibus præcipuus: de cæteris autem princeps cum aliqua adiectione ſemper dicitur, vt princeps ſenatus, olim Romæ in ſenatu dicebatur & eligebatur, qui authoritatem & gloriam maximis in rempublicam meritis præſtantiſſimíſque rebus geſtis, fuiſſent conſequuti, vt eſt apud Plutarchum [c]. Ciuitatis principem, etiam explicat magiſtratum Modeſtinus[d]. In imperio, in regno, cùm abſolutè princeps dicitur, de imperatore aut de rege ſermo intelligitur, vt de imperatore in §. ſed & quod principi placuit, de iure natura. ap. Iuſtinia. l.1. & rubrica, de conſtitutionibus principum P. & princeps Romanus, in §.1. procœmij inſtitutionum iuris ciuilis c. ad apoſtolicæ, de ſenten. & P. iudica. in ſex. de rege verò, in c. vnico verſ. vnde in veteri, de ſacra vnctio. c. veniens, de accuſatio. c. innotuit, de electio. c. maiores de baptiſm. quamuis aliquando diſtinguantur reges à principibus, vt principes maiores, vt in clem. vnic. de baptiſ. ibi, *regum aut principum.* ita referuntur appellationes conſtitutionum principalium ad principes qui eas conſtituerint. éſtque ſemper relatio facienda ad id, cuius princeps qui & caput dicitur, ita ſubordinati erunt principes alij aliis, maiores & minores. Sic princeps præfectus vniuerſo populo, & dux Iudæorum Moſes, ſub eo & alij principes & capita multitudinis per familias & tribus diſpoſiti c. 10. verſ. 4. ibi *ſi ſemel clangueris, venient ad te principes & capita multitudinis Iſraël &c.* Summus ſacerdos, & princeps populi dictus: *principem populi tui non maledices* Exod.22.

c *in Africano.*
d *in l. ſpadonem. 15. § ſi ciuitatis princeps, de excuſationib tutor. li. 27. P. ti. 1.*

Sic legimus, principes ex Iudæis multos credidiſſe in Chriſtum[e], & principes ignorantes, crucifixiſſe Chriſtum[f].

Dicitur & princeps aeris huius, Dæmon: quod ibi nitatur tyrannicè regnare[g]. Sed & ſub illo, principes tenebrarum harum Princeps & dęmoniorum Beelzebub dictus. Et alij principes ſeu præpoſiti aliis dæmonibus.

Rex Niniuitarum dicitur etiam edictum conſtituiſſe, cum principibus[h].

Rex Nabuchodonoſor dicitur habuiſſe & conuocaſſe principes regio-

e *diui Iohan. c.12.*
f *1. ad Corinth. c. 2. Actorum c.3.*
g *ad Epheſios c. 2. ad Coloſſen. 2. diui Iohannis c.12.*
h *Ionæ 3. verſ. 7. verſ. 7.*





regionum, Daniel c.3. Rex Aſſuerus, cunctis principibus ſuis etiam dicitur conuiuium præparaſſe[a]. Sícque diſtinctio videtur adhibita, vt poſt regem, principes illi digniores dicti ſunt, quemadmodum & c. fundamenta, 17. §. proinde officij, de electio. in ſex. quando gradus plures diuerſorum principatuum adferuntur, quidam in communi nomine recenſentur, alij in ſpeciali. *Nullus,* inquit Bonifacius, *Imperator, ſeu rex Romanorum, aut alius Imperator vel rex, princeps, marchio, dux, comes, aut baro vel quicunque alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ, ſeu poteſtatis, excellentiæ vel dignitatis exiſtat &c. In ſenatorem, capitaneum, patritium, aut rectorem eiuſdem vrbis* ſcilicet Romanæ, *eligatur,* &c. ita ibi, princeps, ordinis vel dignitatis eſt gradus, & ſpecies principatus. vt adoptio, poteſt eſſe genus & ſpecies [b], & præpoſiti omnes qui aliis præfecti, generaliter: & ſpecialiter etiam obtinuit, præpoſitos dici qui curam prioratus quandam ſuper alios gerunt. c. quamuis omnes, 9. de verbor. ſignifica. Sic & principatus in ſpecie dignitas, eius qui cæteros agentes in rebus antecellit l.1. de principibus agitur in rebus lib.12. C. ti.22. Et apud Caſſiodo. li. 7. varia c.31. in formula principatus vrbis, vocat principem cardinalem, eius præfectum: & poſt eum ponit, eius vicarium.

a *Eſter c. 1. verſ. 2.*
b *l. 1. & 2. de adoptio. P.*

3 Principes regni, principes imperij ita, præcipui qui aliis præponuntur. Sícque in libr.2. feudorum ti.10. quis dicatur dux, marchio &c. qui à principe vel ab aliqua poteſtate, de plebe aliqua, vel de plebis parte, per feudum ſunt inueſtiti, ij capitanei appellantur, qui propriè valuaſores maiores olim appellabantur.

Principes imperij, ſunt qui ducatus vel comitatus habent ab imperio, & in illis ſunt ſubditi, tanquam ratione bonorum & feudorum, ob quæ fidelitatem exhibent imperio, quanquam ratione propriæ dignitatis ſint liberæ dignitatis, vt ſi ſint epiſcopi vel reges. nam ratione tantùm bonorum & feudorum principes dicti, & in illis cenſentur de imperio, & appellationes eorum in illis deuoluuntur ad cameram imperialem, vt pluribus diſputat Gallus lib.1. practicarum obſeruationum obſeruatione 30. notant & interpretes ad c. Romana, §. debet, de appella. in ſexto. & ibi Philippus Francus numer. 2. & ad c. cæterum, de iudic. gloſſa ad c. ſolitę ad verbum ſuſcipiunt de maior. & obed. Paul. Caſtrenſ. ad l. ſi quando num.2. C. de appella. & ibidem Barthol. num.3. & ad l.1. §. ſi quis num.14. eo. tit. dicitur & Rex Hiſpaniæ ratione comitatus Burgundiæ ſtatus imperij tantum comes. Ideo nec in comitiis imperialibus ſedet vt rex, ſed vt Burgundiæ comes inter principes ſuo ordine, iuxta receptam antiquitus ſeſſionis conſuetudinem. Sicut rex Daniæ, qui tanquam rex imperium non recognoſcit, attamen vt Dux Holſatiæ, Cæſari ſubeſt. Sic dux Cliuienſis, in Flandria; Brunſuuicenſis, in Hollandia. Ea lege tenentur, epiſcopi Viridunenſis, Metenſis, Tullenſis Leucorum, qui ſe principes imperij in comitatibus dicunt ratione feudorum poſſeſſorum: quibus alij plures ſunt ſimiles. Habent hi principatus à ſuperioribus: ſuperiores à Deo poteſtatem accipiunt, Principatus omnis caput, Chriſtus[c], principes Dei miniſtri [d] & princeps pacis Ieſaiæ c.9. verſ.6.

c *ad Coloſſ. c. 2.*
d *ad Roma. c. 13. & ad Titum c.3.*

Singulari quodam nomine,& veluti per excellentiam in Hiſpaniam, principes appellantur regum primogeniti regnum mortuo patre adepturi, vt notat Iacobus Spiegel [a], *Et conſtat*, inquit, *etiam noſtra ætate Philippum Cæſaris Maximiliani filium vocaſſe Pruntzen.*

a *In dictionario iuris in verbo principes.*

4. Angelus, princeps exercitus, dicitur Ioſuæ 9. Summus pontifex dicitur, princeps, in conſilio Moguntinenſi 1. c. 51. Et in can. corpora ſanctorum 37. de conſecratione d. 1. ibi, *corpora ſanctorum de loco ad locum nullus transferre preſumat ſine conſilio principis, vel epiſcoporum, ſanctæque ſynodi licentia.* Et ibi gloſſa principem, Papam interpretatur, ſacerdotij principatus dicitur Romæ in ſummo pontifice, qui caput eccleſiarum in c. fundamenta, 17. §. ne autem, de elect. in ſex.

Et epiſcopi principes dicti in c. 2. de maiori. & obedien. vbi epiſcopis tribuitur dictum 1. regum, c. 13. & Deuter. 17. *Si quis non obedierit principi, morte moriatur.* Vocat & principes iudices eccleſiaſticos, gloſſa ad ca. definiuit, 35. ad verbum principis, 17. q. 4.

Cæterũ cùm propriè princeps is dicatur qui primus eſt in aliqua re, notandũ erit, hîc de principatu agendum eſſe poteſtatis, & nõ ordinis. & ita non conuerti principem eſſe, & habere poteſtatem primam, aut ſupremam, aut ſubordinatam. Omnis quippe habens poteſtatem in alios, princeps eorum eſt quibus imperat. Sed non omnis qui princeps dicitur, vel primus, ideo in alios qui eum ſequuntur, habet poteſtatem. non enim omnes perſonarum aut rerum ordinationes, ſunt ratione ſubiectionis aut poteſtatis.

*Quare principes dicti Dij & ſemidei.*

## CAPVT V.

Et quia non eſt poteſtas niſi à Domino, vt ſæpe dictum eſt [a], ſiue permiſſiuè, ſiue per conceſſionem: ita & principes populi Dij aliquando dicti ſunt, vt pſal. 46. verſ. 10. *principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham, quoniam Dij fortes terræ vehementr eleuati ſunt.* & exod. 7. verſ. 1. Dixit Dominus ad Moyſem, *ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* & rurſum c. 22. verſ. 8, *Si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manũ ſuã ad rem proximi ſui.* Et Fabius Pictor [c], *Principes quia in aurea ætate iuſti erant, & religionibus dediti, iure habiti Dij, & dicti.* & Dauid Pſal. 81. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem deos diiudicat:* & poſtea, *ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos autem ſicut homines moriemini & ſicut vnus de principibus cadetis.*

b *Ad Ro. c. 13.*

c *Libro de aureo ſeculo.*

Qui poteſtati principũ reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, vt ait Paulus [d]. Sed vt populus principem præcipuum habet, ita principes eadem ordinatione, Deum ipſum potiorem reuereri debet. Minor Deo cuiuſcunque generis princeps, & ab illo pendere debet.

d *Dicto c. 13. ad Roma.*

Et vt ait ad imperatorem, Horatius [e],

*Dîs te minorem quod geris imperas:*
*Huic refer principium, huic refer exitum.*

e *lib. 3. Ode 6.*

Facit quod tradit Diuus Chryſoſtomus [f], dum explicat illud, *Bene-dictus*

f *In pſalmum 143. tomo 1.*



*dictus Deus, qui ſubdit populum meum ſub me. Nam hic*, inquit, *ſuperno quoque opus eſt auxilio, vt qui ditioni ſubiecti ſunt acquieſcant & ne ſeditionem agitent, nec inſurgant. Nec ſolùm in ſubiugandis inimicis, ſed etiam in ſuis ſubijciendis, & in officio continendis ſuperno auxilio opus eſt. Nam hoc quoque magnum eſt, ſuos bene regere: nec minus eſt, quàm ſuos inimicos vincere. Multi quidem ſæpenumero certe trophæa in bellis erexerunt, in pace autem cæſi ſunt: & quemadmodum à Deo procedunt victoriæ ab hoſtibus: ita etiam ſuorum obedientia.*

2 Communis regum appellatio apud Homerum, vt dicantur διογενεῖς, id eſt, *Ioue editi*, diuini, præſtantiſſimi. Et Plinius in panegyrico Traiani, *principem dat Deus, qui erga omne hominum genus vice ſua fungatur.* Menander principem dixit εἰκόνα ἔμψυχον θεοῦ, imaginem animatam Dei. Atque Plutarchus in Themiſtocle, ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι, τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τὰ πάντα σώζοντος, id eſt vobis, ſcilicet Perſis, ex legibus multis & honeſtis, honeſtiſſima illa eſt, honorare regẽ, & venerari imaginem Dei omnia ſaluantis. adorabãt nãque Perſæ regem ſuũ. Et Tertullianus [a] *colimus, ait, imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſe expedit, hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt à Deo conſecutum, à ſolo Deo minorem.*

a *libro ad Scapulam.*

Meminit P. Cornel. Tacitus [b], cùm contenderetur ſub Tiberio, de mittendo proconſule in Africam, deterrimo quoque licentiam ſibi vſurpante impunè, probra & inuidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæſaris: Caium Ceſtium Senatorem diſſeruiſſe, *principes quidem inſtar deorum eſſe: ſed neque à dijs niſi iuſtas ſupplicum preces audiri: neque quenquam in Capitolium aliáve vrbis templa perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur.*

b *lib. 3. annalium.*

3 Ea ratione & pro inſigni regum, ſceptrum erat olim: quod erat Iouis inſigne quo in concionibus vtebatur, vt fingunt diis conuocatis, Ouid [c]. *Celſior ipſe loco, ſceptróque innixus eburno ora indignantia ſoluit.* Et apud eundem Ouid [d]. *Læua manus ſceptrum latè regale tenebat*, atque fœdera facientes ſceptrum quaſi imaginem Iouis, tenebant. vtque ait Iuſtinus ex Trogo [e], *per ea adhuc tempora leges haſtas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam ob origine rerum pro dijs immortalibus veteres haſtas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc deorũ ſimulachris haſtæ adduntur*, & ſceptrum dediſſe principibus docet Homerus,

c *1. Metamor.*
d *3. amor. eleg. 1.*
e *lib. 43.*

Iliados 2. — εἷς κοίρανος ἔστω
εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

4 Notat gloſſ. ad principium nouellarum ad verba, *in nomine domini*, imperatorem ſeu principem, Dei vice fungi, ſcilicet in temporalibus: & ideo facta per ipſum veluti à delegato Dei, per Deum facta cuius eſt delegatus cenſeri [f]. Atque Iuſtinianus [g], Deum tradit imperium conſtituiſſe de cœlo. Deus in terris dicitur princeps, vt Deus in cœlis. vnde & reſcriptum eius cœleſte oraculum, in l. nullam, 10. & ibi gloſſ. ad verbum *cæleſte*, de ſacroſan. eccleſ. vocati ſanctiſſimi imperatores in l. Titia Seio, §. fin. de lega. 2. prouidentiſſimi & religioſiſſimi, l. vnum ex familia, §. f. eo. titu. nobiliſſimi & ſanctiſſimi, in

f *l. 1. de officio eius cui mã. eſt iuriſ. P. l. quod meo, de acqui. poſſ. P.*
g *in §. 1. nouell. 73. de inſtrum. fid. & caut.*

l. quæris, de natalib. reſtituen. P. optimi & maximi, l. in honoribus, de vacatione munerum, P. & domus illorum vocatur diuina. in l. ad inſtructiones, & ibi gloſ. de ſacroſanct eccleſ. C.

5 Heroes, & viri qui conſectati ſunt immortalium naturam, dicti & à poetis antiquis, ſemidei. Heſiodus,

Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος οἳ καλέονται ἡμίθεοι.

Lucianus in mortuorum dialogis, ſub Trophonij perſona, ἥρως, inquit, ἐστὶν ὁ μήτ' ἄνθρωπος ἐστι, μήτε θεὸς, ἀλλὰ καὶ συναμφότερον ἐστι.

Statius in 2. reges ſemideos appellat.

*Quare dicti principes, iudices.*

## CAP. VI.

DICTI ſunt & principes populi, aliquando *Iudices*, vt liquet ex libro iudicum vbi principes dicuntur iudices. verſatur enim ſuprema poteſtas in componendis litibus, in puniẽdis criminibus, in reddendo cuique quod ſuum eſt. alioquin enim ſi quis non poſſet quæ ſtatuerit propria authoritate & poteſtate firmare, perpetuæ eſſent lites, crimina remanerent impunita, nihil proprium[a]. Princeps omnium Deus, is abſolutè omnes gẽtes & mortales iudicat[b], Chriſtus caput totius principatus, iudex viuorum & mortuorum[c]. Iudices vſque ad Samuelem dicti, quòd penes eos eſſet authoritas dicendi ius, & adminiſtrandi rempublicam iuxta legem à Moſe poſitam: diademate autem aut ſceptro non vtebantur, nec hæreditarij erant, ſed partim authoritate prudentum hominum creabantur, partim à Deo excitabantur vocatione particulari, vt iudic. c. 2. nec eorum poteſtas erat regia ſeu arbitraria, ſed politica.

a *ca. quo iure defendis villas, 8. diſt.*
b *Geneſ. 18.*
c *actorum ca. 10.*

2 Iudicaſſe dicitur Samuel populum Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ, cum præeſſet ei, circuiens per ſingulos annos, Bethel, Galgal, Maſphat, in quibus locis iudicabat Iſrael, & poſtea reuertebatur in Ramatha, vbi erat domus eius, & ibi quotidie iudicabat[d]. Et poſtea congregati ſunt maiores natu Iſrael, & venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixerũntque ei, *Ecce tu ſenuiſti, & filij tui nõ ambulant in vijs tuis: conſtitue nobis regem vt iudicet nos, ſicut & habent vniuerſæ nationes*[e]. & eo nomine exprobrat populo per Oſeam Deus[f], *vbi rex eſt tuus? maximè nũc ſalus te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, de quibus dixiſti, da mihi reges & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione tua.* Deus dedit iudices populo ſuo poſtquam eum eduxit à terra Ægypti, vſque ad Samuelem qui eum regerent: & exinde poſtulauerunt regem, & dedit illis Saul filium Cis[g].

d 1. *Reg. c.* 7. *ver.* 6. 16. *&* 17.
e 1. *Reg. c.* 8. *verſu* 4. *&* 5.
f *c.* 13. *verſ.* 10.
g *actorum ca.* 13. *verſ.* 20. *&* 21. *Iudicum* 3. *verſ.* 9.

2 Refert Herodotus[h] Medos poſt excuſſum iugum regum Aſſyriorum, in libertatem aſſertos, conſtituiſſe dehinc ſibi regem Deiocem Phraortis filium, vt ditio illorum bonis legibus adminiſtretur, & per iudicia illius iuuati, nuſquam impunitate ſceleratorum, violarentur.

h *lib.* 1.

4 Diuus Hieronymus in Hieremiam[i], regum eſt officium proprium,

i *ad c.* 22.



prium facere, inquit, iudicium & iuſtitiam[a].

Sic rogabat Dauid[b], *Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis*, &c.

Et Salomon, cùm poſt ſacrificium factum Deo in Gabaon, optionem habuiſſet à Deo petendi quod vellet; *Dabis*, inquit, *ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum*, &c.[c] Sic Paralipomenon li. 2. c. 26. verſ. 21. notatur ſingulariter, poſt eiectionem regis Oziæ ob lepram quæ illi ſuperuenerat in dicta diuina, quòd voluiſſet vſurpare munus ſacerdotale, *Porro oatham filius eius rexit domum regis, & iudicauit populum terræ.*

a *Relatus in c.* 23. *regum officium* 23 *q.* 5.
b *Pſal.* 71. *v.* 1.
c 3. *Reg. c.* 3. *v.* 9.

Cicero etiam officiorum libro 2. *Mihi quidem*, inquit, *non apud Medos ſolùm, vt ait Herodotus, ſed apud maiores noſtros, iuſtitiæ fruendæ cauſa, videntur olim bene morati reges conſtituti.* Iudicum ordo Carthagine optimatum dominabatur aliquando in quorum poteſtate vita & res omnium erat. erant autem perpetui iudices, vt refert T. Liuius[b].

b *Lib* 33.

Ita rex dicitur eſſe debitor iuſtitiæ & obligatus ad iuſtitiã faciendã, vt plenè docet Lucas de Pena[c], & reditus regni dati principi, ad hoc inſtituti videntur, vt ſint tãquam ſtipendia eius ad iuſtitiam ſoluendam, vt ait Diuus Thomas 2. 2. q. 63. Andreas ad conſtitutionem regni Neapolitani, de inciſionibus. & ad caput 1. de pace tenen. & & ad c. 1. ad verbum vectigalia, quæ ſint regaliæ. Mathæus de afflictis, deciſio. 265. numero 80 & 81.

c *Ad l. nemi nem, de ſuſceptoribus & archariis, lib.* 10. *C.*

Teſtatur & Ariſtot.[d], in poteſtate Heroũ fuiſſe, vt rex dux belli, & iudex controuerſiarum, & dominus cæremoniarum erga deos eſſet.

d 3. *politicor. c.* 11.

Regina Sabba ſalutando Salomonem[e], *Sit Dominus tuus benedictus, cui complacuiſti & poſuit te ſuper thronum Iſrael. Eo quòd dilexerit Dominus in ſempiternum & conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam.* Et rurſum Hierem. c. 22. *Audi verbum Domini rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid, tu & ſerui tui, & populus tuus qui ingredimini per portas iſtas, hæc dicit Dominus, facite iudicium & iuſtitiam & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris.* Et prouerbiorũ c. 20. verſ. 8. *Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo.*

e 3. *reg. cap.* 10. *verſ.* 9.

Magiſtratus vnus erat apud Athenienſes, nominatus βασιλεὺς, ſeu rex ὁ τὰ τῶν ὀρφανῶν, καὶ ἀσεβειῶν διοικῶν. qui ea quæ ad pupillos & impietatem iudicabat, vt ſcribitur[f].

6 Solium principis, Latinis, Græcis θρόνος. Hebræis כסא *ciſſè*, ſedes, vel ſella tantum honorabilior, vbi cum maieſtate ius dicebat Rex. vocãt galli *Le lict de iuſtice*, quaſi in quo quieſcat, vel reſideat iuſtitia quæ per principem diſtribuitur, & redditur. Armis, ad defenſionem vtitur: iuſtitia & legibus, tempore pacis populum regere debet, vt præfatus eſt Iuſtinian. in elementis, ſeu inſtitutionum iuris ciuilis proœmio. eſt & θρόνος Athenæo[g], ἐλευθέριος καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ. auguſtior ſedes quàm καθέδρα, vel δίφρος.

f *In magno argumento præpoſito orationi Demoſthenis contra Androtionem.*
g *Li.* 5 *dypnoſophiſtõn.*

7 Ab initio reges ipſimet iudicabãt, vel iudices qui ſuo loco iudicarẽt aliis ipſi maiorib. implicatis negotiis dabãt, atq. iudices malè ſub ſua poeſtate iudicãtes coercebant, vtrũq. bonus princeps & rex facit,

nam per ſe iudicat, & vt iudices ſuo loco conſtituti rectè iudicent, prouidet. Hócque inter eorum præcipuas delicias eis curæ eſſe debet. Refert eius rei exemplum Athenæus [a], ex Heraclide Cumæo rerum Perſicarum ſcriptorem, & quod in thuris regione feraci, rex ſuis legibus viuit, neque vllius imperio paret, deliciis maximè abundans, nec cum multis verſatur, ſed iudices tamen conſtituere. Quod ſi quis minus diiudicaſſe putetur, feneſtra quædam eſt in altiſſimo regiæ loco, quæ ferrea cathena ligatur, quam qui ſe iniuſtè iudicatum exiſtimauerit, apprehendit, feneſtrámque attrahit: quod vbi rex ſenſerit eos ad ſe vocat, atque ipſos diiudicat. Et ſi videantur iudices minus iuſtè iudicaſſe, moriuntur: ſi iuſtè, is moritur qui feneſtram mouerat.

a *Lib.* 12. *c.* 4.

b *Athen. li.* 12. *cap.* 3.

c *Lib.* 8.

Perſarum reges, quamuis deliciis addicti, tamen ius in aureo ſolio & Throno purpura ornato dicebant [b]. Dixit ius per ſe Alexander Magnus, Midas, Iulius Cæſar & alij de quibus admonuimus libro 47. numero 15. Refert de regibus Indorum Quintus Curtius [c], etiam in tanta quam habebant magnificentia ſeu luxuria, regiam omnibus patere, & cùm rex capillum pectebat & ornabat, tũ reſponſa legationibus, & iura popularib. reddidiſſe. Hoc ipſum attribuit priſcis aurei ſeculi regibus, Ouid. [d] dum inducit Ianum ſic loquentem,

d 2. *Faſtor.*

*Tunc ego regnabam patiens cum terra Deorum*
*Eſſet, & humanis numina mixta locis*
*Nondum iuſtitiam facinus mortale fugarat,*
*Vltima de ſuperis, illa reliquit humum.*
*Próque metu populum, ſine vi pudor ipſe regebat,*
*Nullus erat iuſtis reddere iura labor.*
*Nil mihi cum bello, poſtes pacémque tuebar.*
*Et clauem oſtendens, hæc (ait) arma ger.*

Adſtipulatur Beroſus [e], dum de Nino agit, & tradit Ianum anno 43, regni Nini Vetuloniæ iura dixiſſe, docuiſſe, & regnaſſe.

e *Libro* 4.

f *Lib.* 1. *politico. cap.* 1.

Hoc eſt quod Ariſtoteles refert [f], ex Homero, incrementa regnorum fuiſſe orta ex dominibus primum & familiis, quibus præerant ſeniores: dehinc cõſtitutos pagos, ex propagatione domorum & familiarum, natiſque natorum: omnem autem domum gubernatam à ſeniore; & primum ſub regibus fuiſſe ciuitates, nunc autem & gentes, quia ex his qui ſuberant regno proceſſerunt: inde & ſeniores ſeu reges imperabant illis & coloniis deductis propter conſanguinitatem, & illis iura dediſſe; & hoc eſſe quod dicit Homerus,

*Iura dant ſinguli natis, & vxoribus.* Sparſim namque etiam ſic antiquitus habitabant. Et deos ob hoc ipſum cuncti putant, regem habere: quoniam & ipſi partim, nunc partim antiquitus ſub regibus degebant. Quemadmodum verò formas humanas diis attribuunt homines, ſic etiam vrbis. hæc Ariſtotel.

g *Lib.* 1.

8 Refert Hector Bohetius [g], Galtherum, Scotorum regẽ in Hiſpania in Brigantia vrbe, quæ Compoſtella hodie eſt authorem, ius dixiſſe ſedentem in marmore, cathedræ in modum efformato: & ideo marmori tantam acceſſiſſe authoritatem, vt vbicumque terrarum reperiretur, omen conſtituendi regni Scotorum facere cre-

deretur



deretur. Et proinde Simonem Brechum ab Hibernis ex Hiſpania euocatum in regem, marmor illud ſecum extuliſſe: multóque poſt Freguſium ex Hibernia in Albionem traiicientem, ſecum vnà euexiſſe, & in Argathelia conſtituiſſe, cui deinceps longa ſucceſſione vſque ad Robertum I. Scotiæ reges inſidentes, coronari ſolebant.

9 De Seuero quoque imperatore Herodianus [a], *Romæ deinde haud paucos,* inquit, *commoratus annos, ius dicebat frequenter, ciuilibus negotiis, & liberis erudiendis intentus, accuſatos à prouincialibus iudices, probatis rebus grauiter puniuit.* Aelius Spartian. in eodem etiam firmat: Primis ſeculis monarchatus Britannici rex nihil ſuum habebat, omnia erant vniuerſorum: ad æquitatem certis legibus ſtringebatur, ac ne auaritia diuerteret à vero, diſcebat paupertate iuſtitiam.

a *Libro* 3.

10 Octauius Auguſtus, ius dixit aſſiduè, & in noctem; nonnunquã ſi parũ corpore valeret lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans, & non modò diligentiâ, ſed & lenitate ſumma [b].

b *Suet. in eo. c.* 33.

11 Mithridates rex Ponti, oriundus à ſeptem Perſis, duarum & viginti gentium quæ ſub regno ſuo erant, linguas loqui didicit, vt omnibus iura dicere, omnes audire & colloqui ſuo, ſine interprete poſſit [c].

c *Plinius lib.* 7 *c.* 24. *& lib.* 25. *c.* 2. *Solinus c.* 7. *Plutarchus in Lucullo, Gellius lib.* 17. *c.* 17. *Valer. Max. li.* 8. *c.* 7.

12 Hoc modo populum, ſibi conciliauit Abſalon viuente patre, ambiens regnũ Dauidis patris: manè enim conſurgens iuxta introitũ regiæ portæ, ſtare ſolebat, & omnem virum qui habuit negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat ad ſe, clementérque audiebat [d].

d 2. *reg.* 15.

Admonuit Agapetus Iuſtinianum in epiſtola ad eum ſcripta, vt facilis aditu eſſet indigentibus, ob vim ſupremæ illius poteſtatis; aperiret iis aures qui à paupertate obſidentur, vt inueniret Dei aditum adapertum.

13 Sed & cum ratione Demetrium regem, difficilem & moroſum ad audiendas querelas ſubditorum paucis ſui officij admonitum ab anu, refert Plutarchus in eius vita, à qua poſtea emendatum ſe oſtendit. Cùm enim illum rogaſſet vt ſe audiret, reſpondente eo ſibi otium non eſſe; tum alta voce ad illum anus conuerſa, nec etiam regas, inquit. quæ verba reuoluta animo effecerunt, vt poſthabitis omnibus dehinc rebus aliis, multos dies audiendo reſpondendóve, conſumeret.

Idipſum refert de Adriano Dio. Caſſius, cùm enim illum mulier rogaſſet, vt ſe audiret, & ille reſpondiſſet mihi otium non eſt: illa deinde clamans ait, noli ergo imperare: idipſum alia mulier Philippo regi Macedonum obiecit. Monebant enim verè dignitatem imperandi & regiam deponere debere, eáque indignos qui nollent munus præcipuum, ob quod inſtituti ſunt, exequi. vulgaris quippe regula eſt non dari beneficium niſi propter officium [e].

e *c. fin. de reſcrip. in ſex. cum ſimilibus.*

f *L. vnica.* §. *pro ſecundo de caduce. tollendis. C. lib.* 6. *tit.* 50. *c. qui ſentit de regul. iur. in ſexto l. ſecundũ naturã, eo. tit.* P. *cum ſimilib.*

Nec audiendum eum qui lucrum quidem amplectitur, ſed onus ſubire recuſat [f].

Arguit etiam Deus per prophetam huiuſmodi principes in iudicando ſegnes, & minatur illis pœnas acerrimas per prophetam Ieſaiam [g], *Principes tui infideles ſocij furum, omnes deligunt munera, ſequuntur retributiones pupillo non iudicant: & cauſa viduæ non ingreditur ad illos.*

g *c.* 1. *verſ.* 23.

*Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum Deus fortis Iſrael, Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum, & reſtituam iudices tuos vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis, &c.*

14 Plato dialogos, ſeu libros illos decem qui de republica tractant, inſcripſit de Iuſto, vt oſtẽderet in ſumma, quemadmodum declarat maximè libro 2. totam diſputationem magis conſiſtere in iuſtitia: rem omnem actionémque & publicam & priuatam, non ad copiam, non ad potentiam, non ad victoriam, ſed ad ipſam iuſtitiam penitus referendam: quæ quidem, omni ſublata perturbatione, & ſublatis contentionum impedimentis, reddit populum expeditiſſimum ad verum inueſtigãdum, Deúmque colẽdum. Dixerunt autem Simonides, Pittacus, Bias, iuſtitiam eſſe vera fateri ac debitum vnicuique reddere.

Dignus eſt qui memoria ſæpe inter principes recolatur, Philippus Herodis Antipæ frater, qui præfuit 30. annis Tragonitidi, Gaulonitidi, ac Bataneæ, qui ſemper in ſua ditione degebat: & quoties domo progrederetur, iter faciebat cum paucis ſelectis comitibus ſubſequente ſella, in qua ſolebat iura reddere: & ſi quis ex occurſu opem eius imploraret, ſine dilatione mox ibi ſella poſita reſidens, cauſam cognoſcebat, aut ſontem damnaturus, aut abſoluturus innoxium. vt refert Ioſephus[a]. [a *lib.18.cap.6.*]

*De nomine Ducis.*

## CAPVT VII.

DICTI ſunt & aliquando principes, duces, & illi maximè electi tales qui præcederent populum eligentem, in bello, ſicque dux belli tempore potius, vt Rex tempore maximè pacis, & belli quoque pleniora poteſtate donatus: vt 1. Reg. cap. 8. *Et erimus*, inquit populus, *nos ſicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.* Quamuis & generaliter dicatur dux quicumque aliis præit, quem in aliquo alij ſequuntur. ita Deuterono. c. 1. verſ. 30. *Dominus Deus qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pugnauit, ſicut fecit in Ægypto cunctis videntibus.* ἡγεμὼν *& ductor propriè exercitus,* στρατηγός.

[b *lib.10.*] Plus eſſe in rege quàm duce, docuit Publius Romanus. poſtquam enim, vt ait Polybius[b], is deuicit Haſdrubalem in Iberia. cúmque Iberi ſe fidei Romanorum commendantes illum regem ſalutarent, motus eo facto, vt animaduerſionem adhiberet, collectis Iberis admonuit, regium quidem velle ſe haberi & dici ab omnibus, & cum veritate: regem verò nec eſſe nec dici à quoquam. quibus dictis mandauit vt Dux appellaretur.

Modeſtior & appellatio ducis, & inferior quàm imperantis. nam & ſub aliis duces imperabant vt ſub principe, magno veluti duce, & nomine eius: vel ſub populo, cuius iuſſu dux alios ducebat & regebat. Sic plures duces referũtur ex generatione Eſau dicti, Edõ, habitãtes in terra imperij ſui. & antequã eligeretur Saul, qui præerant populo, Dei,



Dei, vel duces iudices dicti erant non reges: quia tunc erat illis ſolus Deus rex: alij verò duces eius, quod colligetur ex iam citato c. 8. libri 1. reg. verſ. 7. *Dixit Dominus ad Samuelem, audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerũt, ſed me ne regnem ſuper eos.* Túncque cœperunt habere regem hominem; qui autem habebant regem deum, & homines duces Dei iuſſu gubernantes, vt Moyſem Ioſue, & alios. ſic & diſtinguit ducem à rege Iuſtininian. ex Trogo lib. 2. In fine, dum ait, *Poſthæc Sparthani, ne vires otio corrumperẽt, & vt bis illatum à Perſis Græciæ bellum vlciſcerentur, vltro fines eorum depopulantur. Ducem ſuo ſociorúmque exercitui deligunt, Pauſaniam qui pro ducatu regnum Greciæ affectans, proditionis præmium cũ Xerxe nuptias filiæ eius paſciſcitur, redditis captiuis, vt fides regis aliquo beneficio conſtringeretur.* Dux quoque, ſecundum qualitatem rerum quibus præit, & ſecundum poteſtatis datæ diffinitionem dicetur. Ita rex dux totiùs populi, cui præeſt: & præfecti ab eo vel à populo, duces maiores & minores pro diſtinctis muneribus, vt indicat D. Petrus epiſto. 1. cap. 2. verſ. 13. & ſeq. *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò malorum.*

Refert Thucydides in 1. Græcos olim, & barbarorum quoſcunque qui in continẽte maritimi erant, quíque inſulas incolebant, vbi cœperunt crebrius alij ad alios nauibus trãſire ad latrocinium conuerſos, ducibus viris mediocris potentiæ vſos; tum ſui quæſtus, tum pauperum victus gratia: & id tunc nullo ob id pudore, ſed gloriæ tribuentes.

Meminit Iuſtinus[a] Soſthenem delectum regem à Macedonibus ob virtutem, quòd firmaſſet animos Macedonum trepidantes contrà victoriam Gallorum, cùm rex ab exercitu appellatus eſſet, ipſum non in regis ſed in ducis nomen milites iurare oregiſſe. [a *Lib.24.*]

3 Erant & duces populi, quando in colonias nouas mittebantur, electi ex ciuitate metrapolitana eius prouinciæ vnde coloni in aliam mittebantur, vt ſcribit Thucydides in 1. dum de Epidauni vrbe agit.

Conſtituebantur Romæ ductores ex lege vel ſenatuſconſulto coloniarum, & eorum qui nomina ad nouas colonias dabant, & ſub vexillo ducebantur in locum delectum. & Apianus lib. 2. de colonis loquens, ait, multitudinem quondam in fanis & lucis, ſub vno vexillo & vno duce collocatam. Et Plutarch. oſtendit, cum C. Graccho triumuiro coloniam ad Carthaginem deducendam profecto, portentum factum ait, quòd vexillum laceratum ſit. Et Cicero innuit in Antonium, *Caſilinum*, inquit, *coloniam deduxiſti vt vexillum tolleres.* Et in Rullum, *Tum illud vexillum Campanæ coloniæ vehementer huic imperio timendum.*

4 Rabini vt ait Munſterus ad c. 32. Geneſeos aiunt, non eſſe diſcrimen inter אלוף & melech. מלך Inter ducem & regem, niſi quod rex eſt, qui eſt מוכתר coronatus: dux verò אלוף non eſt redimitus corona.

5 Poſterioribus temporibus duces alterius naturæ cœperunt fieri, atque initio regni francorum, duces & comites præficiebantur à

regibus,regionibus & ciuitatibus; ad tempus, & ex arbitrio quoque regis,à poteſtate dimittebantur. Deinde conſuetudo inualuit,vt imperio potirentur quandiu viuerent, niſi ſceleris alicuius rei facti & conuicti eſſent. quod & in magiſtro militiæ,qui poſtea more Romano comes ſtabuli dicebatur,locũ habuit, vt narrat Paul.Æmilius lib. 1.narrat & Sabellicus [a] Longinum Narſeti à Sophia Auguſta ſucceſſorem in exarchatu Rauẽnenſi datum,poſt ſuum in Italiam acceſſum attuliſſe in Italiam nouum regiminis nomen Gręciæ ſuperbiæ plenum,vt exarchus diceretur:cùm anteriores dicerentur vicarij imperij: idémque primum veterem adminiſtrationis formam tota Italia ſubſtuliſſe, vt non cuique regioni prouinciæque ſuus eſſet magiſtratus, ſed ſingulis vrbibus ſinguli qui poteſtate præirent,& ius ciuibus ſimul dicerent ducéſque appellarentur. Magiſtratum verò, quem vnum Romæ conſtituit,præſidem appellaſſe,quem tamen poſtea ſecuti duces dici maluerunt. quò contigit vt multis poſt annis, Romanus ducatus ſit dictus. fortaſſis & aureus numus, qui Romæ cudebatur, & inde nomen adeptus.

a Lib.5. enne a.

6 Scribit & Polydor. Virg.[b] Anglis etiam morem eſſe,vt ducatus & comitatus tituli,arbitratu principis dentur, etiam ſine poſſeſſione locorum è quibus tituli petantur. Et ſoleat rex his qui in eo comitatu nihil habeant,ex ſuis vectigalibus dare quotannis pecunię ſummam, poſſeſſionis loco.

b lib.19. & 23.hiſtor. Anglic.

*De nomine regis.*

## CAPVT VIII.

REges dicti principes etiam ſunt, cuiuſcũque ſint ordinis vel ſpiritualis, vel temporalis ſeu ſecularis,à regendo eóque generali nomine omnes in vniuerſum qui alios bene regunt vel qui ordinati ſunt ad bene regendum ſubditos appellati. quamquã ex ſpeciali conſuetudine principatum,reges à ducibus, iudicibus, & Imperatoribus ſeparati fuerint ſacerdotes, coronam accipiunt in capite,quia ipſi ſunt reges,id eſt,ſe & alios in virtutibus regentes.[a] atque plures ſpecies regum, vt plures ſpecies eorum qui ex diſciplina habẽt poteſtatẽ regendi. ſicut cuique regenti apta eſt & accommodata appellatio,non ſolùm epiſcopo regenti plebem ſuam, ſed etiã pauperi regenti domũm ſuam,diuiti regenti familiam ſuam, marito regenti vxorem ſuam, patri regenti prolem ſuam, iudici regenti prouinciam ſuam, regi regenti gentem ſuam.[b]

ſunt genera.12. q 1.

2 Cæterùm in hoc nomine regis,principatus generalis ſignificatio,reſtringitur ad quandam ſpeciem boni principatus: cùm tamen omnis principatus bonus non ſit, nec regnum nec omnis princeps bonus ſit: rex autem bonus ſit princeps. regere namque eſt quod rectum eſt tenere, & rectum dicitur, quod neutram in partem flectitur. Ideo per tranſlationem quod bonum eſt rectum dicitur. & qui ex legum præſcripto & bene adminiſtrat rempublicã,ille Rex,qui ex arbitrio,libidine,cupiditate,auaritia, crudelitate qui

b In ca.35. duo iſta nomina,23.q.4.



qui vſurpat ſibi dignitatem regendi præter id quod fas eſt, non eſt verè rex, ſed potiùs malus princeps, pro quo vſurpatur hodie dictio *Tyrannus*. Cicero etiam[a], *Rectius*, inquit, *appellabatur rex, quàm Tarquinius, qui nec ſe nec ſuos regere potuit.* Facit quod tradit Horat.[b]

*At pueri ludentes, Rex eris, aiunt,*
*Si rectè facies: hic murus aheneus eſt*
*Nil conſcire ſibi: nulla palleſcere culpa.*
*Roſcia dic ſodes, melior lex, an puerorum*
*Nænia quæ regnum rectè facientibus offert,*
*Et Maribus, Curijs, & decantata Camillis?*

Item Auſonius in monoſyllabis,

*Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.*

a 3. de finibus

b Epiſtolar. ad Mæcenatem.

3 Fuerunt primùm rectores populi & principes Reges dicti, nouiſſimum imperatorum nomen, vt ait Saluſtius in principio hiſtoriæ. & primum Romanus Æneas rex, poſtea in ſecundis principiis Romulus,& deinceps in tertiis Imperator Cæſar & Auguſtus[c].

c ei.1. nouellæ 47. vt præponatur nomen imperatoris.

Senatus Romanus abſurdum ducebat, ignorare regem, quæ commoda regno ſuo ſint, quæ ipſum optimè oportere ſcire exiſtimabat, vt refert Liuius[d] cùm de Eumene rege in ſenatum introducendo, agit.

d lib.37.

Et[e] tradit Euandrum profugum ex Peloponeſo,authoritate magis quàm imperio rexiſſe loca in quibus regnum conſtituit Romulus: venerabilem virum miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines,venerabiliorem diuinitate credita.

e in.1.

4 Quod ad magiſtratus pertinet, inquit Pomponius[f], conſtat initio ciuitatis huius,ſcilicet Romanę,omnem poteſtatem habuiſſe. *Et quidem initio ciuitatis noſtræ populus ſine lege certa ſine iure certo primùm agere inſtituit, omniáque manu à regibus gubernabantur.*

f In l. 2. §. quod ad magiſtratus, de origin iu. 20.

g & in §. 1. eius l. 2.

Hoc initium Regni habuit Roma, & adiacentes populi commune cum aliis nationibus. Ab initio enim & principio rerum & gentium nationúmque, imperium penes reges erat, vt ait Trogus Pompeius,& poſt illum Iuſtinus in primo, addit tamen qualitates eorum à quibus poſtea degeneratum eſt. *Quos*, inquit, *reges videlicet, ad faſtigium huius maieſtatis, non ambitio popularis ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat: populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant. fines imperij tueri magis quàm proferre mos erat. Intra ſuam cuique patriam regna finiebantur &c.* In quibus obſeruandum reges à regimine dictos, diciq. reges tantùm intra prouincias & loca in quibus regebant. vnde factũ antiquitus fuiſſe multos regulos, eóſque pacificos,& non ad acquirendum proxima ſuis prouinciis intentos, vel ad proximos quibus erant proprij reges impugnãdos; Sed ad ſibi commiſſos inſtituendos & defendendos vacaſſe ſine ambitione & inuidia,aut cupiditate regnandi. Et proinde obſeruatum ante Ninum,qui primus monarchiam affectaſſe notatur, fuiſſe antiquiores reges, verùm illum primum finitimis bellum intuliſſe ambitione imperandi, & ita contra ius regum primùm impiè regnaſſe, & rudes adhuc ad reſiſtendum populos domuiſſe vel oppreſſiſſe. Nam vt ait Iuſtinus,

in 1.fuere ante Ninum reges antiquiores, vexores rex Ægypti, & Scythiæ, rex Tanais, quorum alter in Pontum alter vſque ad Ægyptum exceſſit. Sed longinqua non finitima bella gerebãt: nec imperium ſibi (quod notandum) ſed populis ſuis gloriam, quærebant: contentíque victoria, imperio abſtinebant. Ninus magnitudinem continua poſſeſſione firmauit, &c. Cõſentit Beroſus [a]. Diodor Siculus [b]. Et Fabius Pictor [c], cuius verba, *Ea ætate nulla erat monarchia: quia mortalibus pectoribus nondum hæſerat vlla regnandi cupiditas. Principes*, ſcilicet in aureo ſeculo, *Quia iuſti erant, & religionibus dediti, iure habiti dij & dicti. Non enim arbitria illorum ab æquo, vel populus à iure innato diſcedebant, nullo tunc vindice aut metu, ſed ſua ſponte retinebant fidem & rectum, pudor ipſe regebat populos, & ius principes.* Et Ouidius [d], eiuſdem ætatis ſimilia recenſet quæ fuit poſt diluuium vſque ad Ninum.

a Lib. 4. in Nino, 3. rege Babyloniæ.
b In 4.
c Libro de aureo ſeculo.
d Metamor. 1

*Siue recens tellus ſeductáque nuper ab alto*
*Æthere cognati, retinebat ſemina cœli,*
*Quam ſatus Iapeto commixta in fluminis vndis*
*Finxit in effigiem moderantium cuncta deorum.*
*Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,*
*Sponte ſua ſine lege fidem rectúmque colebant,*
*Pœna metúſque aberant, nec verba minantia fixo*
*Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat*
*Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti:*
*Nondum cæſa ſuis peregrinum vt viſeret orbem,*
*Montibus in liquidas pinus deſcenderat vndas,*
*Nulláque mortales præter ſua littera norant:*
*Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,*
*Non tuba directi, non æris cornua flexi,*
*Non galeæ, non enſis erat: ſine militis vſu*
*Mollia ſecuræ peragebant otia gentes*, &c.

5 Iuſtus ita & legitimus tunc princeps habitus eſt, qui ex conſenſu regnabat populorum: & qui dominatur illis inuitis, vel dominatum cum violentia ſuſcipit, præter leges aut conſenſum populi, habetur tyrannus, vt ait Ariſtoteles politicis, meritóque magna regna quæ ita per violentiam occupantur, & adduntur ditionibus, oppreſſis alterius ditionis ſubditis, inuitis, magna latrocinia dicuntur: quemadmodum quidam comprehenſus ſcitè reſpondit Alexandro Magno interroganti, qua cauſa mare haberet infeſtum. Quid tibi inquit, vt orbem terrarum habeas infeſtum. Sed quia ego exiguo nauigio id facio, latro vocor: tu, quia magna claſſe, imperator, vt ſcribit Diuus Auguſtinus libro de ciuitate Dei capite quarto.

Et verè antiquitus, qui arma ferebant, & ciuitates expugnabant & ſibi ſubiiciebant, non ſe principes, ſed quales erant, latrones dicebant: & tale nomen honori ſibi tribuebant. Atque Minos antiquiſſimus, claſſem comparauit maximámque poteſtatem maris quod nunc Græcum dicitur, tenuit, & inſularum Cycladum dominus,



minus, primus in earũ pleriſque colonias, poſuit, Caribus eiectis, filióſque ſuos cõſtituit principes. Inſuper quoad potuit latrones, è mari, vt credibile eſt, ſuſtulit, vt ſibi potiùs reditus obuenirent. Sic latrones debiliores ſubacti à fortiori & tãdem regnũ Minoidis ex latrociniis propriis & alienis incrementum & originem habuit, nec propriè regnum dictum vt ſcribit de omnibus Thucydides libro primo hiſtoriæ, vbi & ait non reges hos ſed latrones dictos: cui accedit Iuſtinus, dum ait [a], *Phocenſes, ex ignauia ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quàm terra exercuerunt, piſcando, mercando: plerumque etiam latrocinia maris, quod illis temporibus gloria habebatur, vitam tolerabant.*

a lib. 43.

At Agathocles Syracuſiorum tyrannus, Carthaginem obſidens, cùm ſe illis nec copiis, nec loci opportunitate, neque rebus geſtis inferiorem duceret, ſeipſum regem pronunciauit, neque diadema ſibi vſurpare voluit. [b]

b Diodor. Sicul. lib. 20.

Et poſt mortem Alexandri magni, Antigonus, Seleucus, & alij qui Satrapias habebant eas in regna conuerterunt, ſibi vſurpantes nomen regium. [c]

c Appian. Alex. lib. de bellis Syriacis.

Fuerunt nominis Regis appellationes à Senatu Romanorum petitę, & non niſi pro magnis erga populum Romanum meritis, conceſſæ, ídque pro magno honore. Ita Perſeus, vbi regno Macedoniæ potitus eſt, miſit Romam legatos ad amicitiam paternam renouandam, petendúmve, vt Rex à Senatu appellaretur vt ſcribit Liuius [d]. ſic ſæpe Cicero, Deiotarum à Senatu regem appellatum, dicit [e]

d li. 44.
e Cicero pro Deiotaro & de haruſpicum reſponſis lib. 5. ad Atticum epi. 17.

Abſtinuit autem Senatus, dare hunc honoris titulum hoſtibus & victis: niſi prius pacem conſtituiſſent, & ſi videretur poſtea, digni haberentur hoc honore. Etenim ſic Romani conſeruarunt ſuam apud omnes dignitatem, vt nollent ſe maiorem agnoſcere, nec ſocium, niſi amicum declarare. ſicque reges ſuos lubenter nominabant & amicos, non alios aut ſibi ſubditos, aut deuictos. Quod Paullus Æmilius monuit Perſeum à ſe deuictum. Cùm enim Perſeus victus, ſcripſiſſet, *Rex Perſeus Paullo conſuli*, S. & inſcriptionem illam Paullus legiſſet, ſine literis & reſponſo, eius legationem remiſit. vnde ſenſit Perſeus, nominis regis ſibi victo obliuiſcendum. [f] Syphacis quoque filio, petenti vt Rex ſociúſque & amicus à ſenatu appellaretur, reſpondit ſenatus; & patrem eius Syphacen, ſine cauſa, ex ſocio & amico, hoſtẽ repente populi Romani factum; & eum ipſum rudimentum adoleſcentiæ, bello laceſſente Romanos poſuiſſe.

f vt narrat Liuius lib. 45.

Itaque pacem prius illi petendam à populo Romano eſſe, quàm vt rex ſociúſque & amicus appellaretur. Nominis eius honorem pro magnis erga ſe regum meritis dare populum Romanum conſueuiſſe. [g] Habebat hic honor conceſſus vt ſellam more regum iuxta conſularem ponerent, quibus nomen regis conceſſum, aliis negaretur. Sicuti Saluſtius in Iugurthino bello, Numidæ cuidam nepoti Maſaniſſæ quem Micipſa teſtamento ſuo ſecundum hæredem

g Liuio teſte lib. 31.

ſcripſerat petenti regum more vt ſellam iuxta poneret, Metellum negaſſe ait, quòd is honor eorum modò foret, quos populus Romanus reges appellauiſſet.

6 Fuerunt quidam dicti reguli, per diminutionem à rege. ſic enim innuit Fabius Pictor libro de aureo ſeculo. *Denique*, inquit, *Romulus potitus rex Albanorum & vſus maxima familiaritate regum Ethruriæ, & rex primus ex regulis Italiæ creatus in Latio, Romam oppidulum in regiam Tetrapolim vertit, inque Palatino colle fundauit &c.* Sub regibus erant reguli, vt nunc ſub regibus duces. vnde omnis dux eſt regulus, non tamẽ rex. Ita Solinus tradit, Taraconem fuiſſe regem Ethruriæ, & in vincula conieciſſe Cacum legatum Campani reguli, qui ducatum non verna Thuſcorum inierat. poteſt dici talis ille, qui acceſſit ad Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM. Diui Iohannis cap. 4. ver. 46. ἦν τις βασιλικὸς οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει, &c. quod vertit vulgaris lectio, *Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capernaum*: quamuis & βασιλικὸς explicari poſſit, pro regio, qui ex regis comitatu ſit. nominis diminutio potentiæ diminutionem, ſeu exiguam ditionem dominationi ſubiectam, indicat apud Saluſtium in Iugurthino bello.

7 Erat in Ethruria Larthes, qui erat non ſolùm Tuſcorum, ſed etiam Aboriginum & totius Italiæ rex. Larthem porro vocabant ſummum regum, vt ſcribit M. Cato in fragmentis de Originibus.

8 Erant in Dynaſtia ſeu potentatu Ethruriæ duodecim Lucumones: in Vetulonia reſidentes duodecim reges: quibus vnus præerat, vt author eſt Seruius in 8. Æneid. quorũ vnus ſupremus Larth. vocabulo Etruſco, is regum maximus dicebatur: non ſolùm quia cæteris præerat: verùm etiam, quia anniuerſariè cæteris duodecim reuocatis, ipſe per vitam totam perſeuerabat. Eius generis Dynaſtia plurium regum cœpit eſſe in Ægypto Larthum, poſt Menophim regem: vt ſcribitur in Manethonis Supplemento.

Erant & ſtante Carthagine & Aſdrubale, in Numidia multi reguli ſeiũcti ditionibus, inter quos Syphax honore præeminebat, vt ſcribit Appianus Alexandrinus libro de bellis punicis.

*De Imperatoris Nomine.*

## CAPVT IX.

DICITVR etiam princeps Imperator, ab imperando ſeu iubendo, de cuius nomine, ortu, & promotione in titulũ monarchiæ, docuimus[a]. obtinebat olim nomẽ imperatoris tãtùm in caſtris apud Romanos: & dux militum præcipuus, imperator tantum militum: & in exercitu imperator, qui imperabat militibus: generaliter imperator, qui imperium aliquod ſeu poteſtatem à publico iubendi & ſtatuendi habebat, cùm penes populum erat poteſtas. quia is dum democratia regebatur reſpublica, habebat ſolus cogẽdi per imperium authoritatem: & poſtea illi, quibus ſuum ius communicauit, & deinde omnino cõceſſit. Ideo vt apud M. Varronem[b]. imperator dicebatur res gerere: quia in eo neque facit neque

a *lib. 18. ſyntag. iur. c. 2. numer. 7. & ſeq.*

b *lib. 5. de lin. Latina.*



agit, ſed gerit, tranſlatum ab his qui onera ferunt, quòd ſuſtinet. & rurſum[a], *Imperator ab imperio populi, qui eos qui id attentaſſent opprimerent hoſtes.* Et ſic imperatores dicebantur, qui ſenatus & populi Romani iuſſu, vel ductabant exercitus, vel prouincias adminiſtrabant. Itaque nec illi domini primum erant, ſed miniſtri, antequàm imperatoris mitiſſimum nomen tranferretur, in principem qui totius ditionis tenuit gubernacula.

Interdũ rebus in militia benè geſtis, milites duces ſuos imperatoris & hoc nomine appellare ſolebant: atque ita στρατηγὸς dux exercitus, αὐτοκράτωρ, dignus qui ſuo arbitrio imperaret, dicebatur, vt apud Appianum Alexandrinum[b] de bellis ciuilibus, καὶ ὑπὸ τοῖς στρατιαῖς ἐν τοῖς ὅπλοις ἔτι οὕτως αὐτοκράτωρ ὑπ' ἐστι προσαγορευθῆναι. Ἔστι δὲ τιμὴ τοῖς στρατηγοῖς τόδε προσαγόρευμα, παρὰ τῆς στρατιᾶς, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίως σφῶν αὐτοκράτορας εἶναι. καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο· νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇ δὲ τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν. Et Iulius Cæſar,[c] *Iis rebus geſtis, Curio ſe in caſtra ad Bagradam recepit, atque vniuerſi exercitus acclamatione imperator appellatur*: vnde ibidẽ Curio, *Equidem me Cæſaris militem dici volui, vos me imperatoris nomine appellatis.* Et Velleius Paterculus lib. 2. hiſtoriæ. de Iulio Blæſo, *Qui poſt paucos*, inquit, *annos proconſul in Africa, ornamenta triumphalia cum appellatione imperatoria meruit.* Et libro 5. iterum Appian. *Secuta deinde ſalutatione inter ductores milites Ænorbarbi Antonium appellarũt imperatorem & Plancus vix recepit animum.*

2 Imperii nomen antiquis & nunc multiplex: atque primum in lata ſignificatione, ad omnes pertinet qui quoquomodo præſunt: & ita magiſtratus qui poteſtatẽ habent, imperiũ etiam poteſtatis nomine publicè habent[d]. & apud Ciceronem[e], *Neque magiſtratibus præſcribendus eſt imperandi, ſed ciuibus obtẽperandi modus.* & poſtea, *Imperia iuſta ſunto*: id eſt magiſtratuũ iuſſa: ita maius imperiũ à minori rogari non eſt ius[f]: & imperium iuſſum πρόσταγμα πρόστασις. Et vt poteſtas alia, alia maior & minor: ita imperium, aliud aliò maius[g]: & quoddam imperium in negotiis pacis, quoddam in bellicis: in vtroque poteſtas populi & publica. vnde priuatim viuere, & in imperio eſſe contraria, vt apud Liuium[h], *penes Collatinum dicitur imperium fuiſſe, Tarquinios priuatos viuere*: alii erant qui imperium habebant in ciuilibus pacis, & bellicis negotiis, vt Conſules, Dictatores, Prætores.

3 Commune omnibus, quod eſſet conceſſum tantum imperium illis imperatoribus in tempus certum, nõ in perpetuum, cum adminiſtratione quæ temporalis erat: quibuſdam in ſex menſes, vt dictatoribus: quibuſdam in annum, vt conſulibus: aliis in biennium, aliis in triennium, vel in aliud tempus cum certis difficilis poteſtatis limitibus, vt apud Appian. Alex[i]. *Romani lege lata imperatorem creauerunt in triennium, qui toto mari quod eſt intra columnas Herculis, & in maritimis prouinciis vſque ad quadringenteſimum à mari ſtadium, poteſtatem haberet imperandi regibus, præſidibus ciuitatibus, vt iuuarent ſe rebus omnibus: delectus quoque habere illi permiſerunt, & pecunias colligere: ex ordinariis quoque legionibus illis tradiderunt ei exercitum &c.*

a *libro 4.*

b *libro 2.*

c *lib. 2. de bello ciuili.*

d *l. poteſtatis verbo 215. de verbo. ſig. π.*

e *3. de legibus*

f *Gel. li. 13. c. 34.*

g *vt in l imp. de iuriſdict. omnium iudic.*

h *lib. 2.*

i *in libro de bellis Mithridaticis.*

Apud liberas Græcorum ciuitates eadem formula conſtituendi imperatores pro occurrenti neceſſitate obſeruata fuit, & ad tempus poteſtas à populo illis decreta, vt colligitur ex libris hiſtoriarum Græcorum, & Cornelio ſeu Æmilio Probo, de vitis imperatorum.

4 Erat & imperatoris nomen poſt ſtrenuè geſtum datum in titulum honoris & dignitatis, vt & triumphus decretus ſtatuēte ſenatu, & iubente populo, vel militibus deferentibus hunc honorem: vt & refertur in ca. legimus. 24. verſ. nam & Alexandriæ 93. diſtinct. Ordinarij iuris erat mitti cum imperio duces à populo, qui nomine populi imperarent. facilè quoque milites poterant nomen imperatoris deferre: ſed id ſingulare, cùm in titulum & honoris cauſa hoc dabatur conſultò nomen. nam oportebat eum qui eo dignus cenſebatur honore, ex hoſtibus decem millia ſua manu fudiſſe, aut duo millia, aut ſaltem mille, vel ſeruitutis liberatorem fuiſſe[a]. Imperatores autem excellentiſſimos dixit Strabo[b], qui poſt maris & terræ acquiſitionem, in ciuitatem cœtum homines coegerunt.

Fuit & imperium dignitatibus certis conceſſum & coniunctum, vt cum prætoribus in Aſia Romanos aſſignaſſe tradit Dion Caſſius[c] libro 35.

*a Vt liquet ex Philippica 14. Ciceronis, ex Alexandro ab Alexandro lib. 1. genial. Dier. ca. 2.*

*b Lib. 1. Geographiæ.*

Inſtitutum Romanorum fuit, vt vno de bello non amplius quàm ſemel, quis imperatoris nomen acciperet, vt idem Dio Caſſius ait libro 60.

Apud Græcos quoties duces conſtituebantur, toties imperatores, vnde Phocion viceſimum geſſiſſe dicitur imperium. Aratus, decimum ſeptimum: Pelopidas, decimum tertium: Philopœmenes, octauum: eadémque ratione qua Romæ gerebatur conſulatus & repetebatur.

5 Nomen imperatoris, ante Iulium Cæſarem minus habebat authoritatis quàm regium, quia ſub populi ditione honorem gerebat, donec Iulius vſurpata perpetua dictatura, quæ ante erat conceſſa in ſex menſes, cum illo principatu tyrannicè retinuit nomen imperatoris, quod in caſtris militibus ſciebat eſſe gratiſſimum. vt narrat Plutarchus in eius vita. poſt quem in poteſtate ſucceſſores, dici quoque voluerunt imperatores, omiſſo nomine regis quod erat iam multum odioſum Romanis. Sed verò vſurpata regia poteſtate quæ per ſe imperare dicitur ex populi conſenſu & lege regia. neque amplius poſtea Tribuni plebis poteſtate ſua plena vſi, quorum tamen inſtitutio antea fuit prima, potiùs ad magiſtratuum aliorum imperia cohibenda, quàm ad imperandum, vt conſtat ex Dionyſio Halycarnaſſ. Gellio & Plutarcho & aliis: quemadmodum Ephori olim apud Lacedæmonios, obiecti regibus à Theopompo.

6 Gradum ſibi fecit ad monarchiam Iulius Cæſar per ipſam dictaturam. Et proinde poſt mortem eius conſules legem tulerunt, ne quis in poſterum dictator crearetur, exsecrationéſque addiderunt ac mortem, ei qui mentionem dictatoris feciſſet, aut eum magiſtratum in ſe recepiſſet, pœnam: pecuniámque conſtituerunt, ei qui talem occidiſſet.[c] Quod tamen non diu valuit, ſiquidem non dictaturam quidem, ſed ipſum imperium Octauio detulerunt.

*c Dio Caſſ. lib. 44. hiſtor. Roma.*

7 Vſur-



7 Vſurpauit ſibi imperij nomine principatum Romanorum, Iulius Cæſar. & huic enim, vt ait Suetonius, ſenatus primum imperatoris prænomen perpetuum, & patris patriæ, detulit.

Poſt Iulium Cæſarem, Imperium detulit populus primum ad tempus decennij renouatum Octauio: dehinc ad vitæ eius tempus: ſubinde Auguſtus, Tiberium & Claudium Druſum priuignos hoc nomine nobilitauit. bello quoque Germanico, fuſis & fugatis hoſtibus, Tiberio Cæſari; Et Tito, expugnatis Hieroſolymis, milites victores imperatoris nomen tribuere.

Poſt Octauium rurſum Cęſares ex conſenſu populi regnarunt ſub hoc Imperatoris nomine, vel ex voluntate populi expreſſa, vel ex tacita imperium permittentis, vel vi & potentia armorum compulſi, ſicque viciſſitudine rex, & nunc imperatores facti ſunt per ſucceſſionem filiorum ſuperſtitum morientibus patribus, nunc ex militum impetu, nunc ex factionibus ducum vel aliorùm. Quanquam Claudius Cæſar qui Caligulæ ſucceſſit, prænomine imperatoris abſtinuerit, vt ſcribit Suetonius.[a] Tandémque eò res redacta eſt, vt ſummi pontifices in Occidente Occidentales Romanorum reges coronarint; & Imperio translato in Francos, dehinc in Germanos, eligendi imperatorem & regem Romanorum formam conſtituerint: electores crearint, coronationem & examinationem ſeu approbationem electi, & iuramentum ſibi retinuerint. c. venerabilem de electio. extat electionis formula in bulla aurea Caroli 4.

*a In Claudio, c. 12.*

8 Remanſit nomen imperatoris in principatu Romanorum, poſtea diuiſum in Orientale & Occidentale. Rurſum Turcæ, Tartari, & alij, hoc ſe titulo illuſtrare, & principatum ſuum adorti ſunt. Imò quidam reges Aſturum, & Caſtillæ ditionibus aucti, ſeſe aliquando imperatores dici voluere, vt Alphonſus 6. occupato de Saracenis vel Agarenis Toleto: & Alphonſus 8.[b]

*b Vt ſcribit Rodericus Toletanus lib. 7. Regum Hiſpaniæ.*

9 Occidentale imperium magnam imminutionem ex eo cœpiſſe arbitratur, quòd pendeat à ſummi pontificis poteſtate, cui & iuramentum datur à tempore quo Gregorius V. electionem in Germanos tranſtulit.

Vt & ſummus pontifex ſede vacante imperatoris interregnum ad ſe pertinere dicat, iuxta quod tradit Platina, & Innocentius III.[c]

Sed & Clemens 6. in contumeliam Ludouici Bauari, creauit vicecomites, imperij vicarios; vt contrà Ludouicus in eccleſiæ ditione, vicarios creauit ſedis Apoſtolicæ.[d]

*c Licet ex ſuſcepto 10. de foro compet. lib. 2. decretal. tit. 2.*

*d Vt ait Cranzius lib. 9. metrapoli. c. 1.*

## *De Nominibus communibus vſurpatis in regnorum quorundam principatibus.*

## CAPVT X.

QVEMADMODVM à cura & ſolicitudine, à munere imperandi & cauſa, reges, duces, imperatores, & iudices, vt diximus, vocati ſunt principes: ſic etiam adhuc ex peculiari & proprio, alicuius rei vel principis inſignis nomine, poſteris commune imperantibus, factum legitur, & ita à primis imperantibus continuatum in ſucceſſores aut propter ſingularem aliquorum præſtantiam aut memoriam aliis communicatum.

2 Meminit Philippus Beroaldus, in principio commentariorum Suetonij Tranquilli, Ægyptios nominaſſe ſuos reges partim Ptolomæos, partim Pharaones: Parthos, Arſacidas: Latinos, Murranos: Albanos, Syluios: Romanos, Imperatores Cæſares[a]. *Gentium alienigenarum reges*, inquit, *omnes vocabantur Abimelech.*

a *Baſilius Mag. in Pſal.* 33.

De Arſace ſic meminit Iuſtin. ex Trogo[b], *Arſaces quæſito ſimul cōſtitutóque regno nōminùs memorabilis Parthis, quàm Perſis, Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus matura ſenectute deceſſit. Cuius memoriæ hunc honorem Parthi tribuerūt, vt omnes exinde reges ſuos Arſacis nomine nuncupent.*

b *lib.* 41.

Iuſtinianus in Nouella 47.[c], tres primos diuerſorū temporū reip. Romanæ principes adfert, primum Æneam Troianum, regem: vnde & Æneadę vocamur, inquit, qui ædificauit ciuitatem: Alterum Romulum, & Numam qui legibus inſtruxerunt ciuitatem vnde Romulei & Romani: Tertia verò principia ponit in Cæſare, & Auguſto Pio, vnde & nomen imperatoribus.

c *vt præponatur nomen imperatoris.*

3 Prophetæ vnum quemque ex approbatis regibus, Dauid appellabant: & Iudæos propter morum deprauationem, Sodomorum principes, & filios Æthiopum nuncupabant. vt ait Diuus Chryſoſtomus[d].

d *tomo* 2 *homilia* 58. *in di. Matth. c.* 17.

4 Veteres quoque, quoties egregium aut illuſtrem pietate regem, aut reginam ſimiliter laudare volebant, nec verius nec ſpecioſius ſe id facere potuiſſe iudicabant, quàm ſola Conſtantini ac Helenæ appellatione, vt in Synodo 5. actio. 1. Syn. 6. actio. 18 & Sy. 7 act. 7.

5 Ægyptii reges pro dignitate Pharaones dicebantur, vt ſcribit Manethon in ſupplemento ad Beroſum & Euſebius. Pharao Ægyptiaca lingua ferus & ferociæ plenus dicitur, teſte Diuo Hieronymo. quem Ethruca lingua Eth. græca Troſſolum, & tromatoreum dicimus. Quibus nominibus Vetulonienſes Mæones appellarunt iuxta Annium ad Manetonem. Secundum Ioſephum verò[e], Ægyptiorum reges poſt Mineum Memphis conditorem, qui Abrahamo longè prior vixiſſe creditur, Pharaones ſunt appellati, à rege quodam Pharaone: Pharaoth enim lingua illorum regem ſignificat: & poſtea Ptolomęos dictos, ſed poſt ſocerum Solomonis multos amplius hoc nomine fuerūt appellati, ſed propriis nominibus.

e *li.* 8. *antiqu. c.* 6.

Ptolomæus porro Lagus, gregarii militis filius, qui Ægyptum armis ſibi vindicaret, poſt res cum Antigono rege compoſitas,



moribus & diſciplinis mirificè Ægyptum inſtruxit. & morbo conſumptus maximum ſui deſiderium reliquit, vnde Alexādrini vt Philadelpho, qui poſt illum regnauit & reliquis regibus Ægypti, ab illius nomine, Ptolomęi cognomentum indiderūt, cùm antea & Pharaones dicerentur. Aliquando autem dynaſtia fuit introducta Larthum, vt in Italia. & Larthes, nomine dignitatis dicebātur, quorum primus fuit Zethus, qui regnauit annis quinquaginta quinque, vt legimus in Manethonis ſupplemento. Larth erat nomen Etruſcum, idem quod ſupremum regem ſignificans, vt ait M. Cato in fragmentis de originibus. Nam ſub Larthe erant alij reguli vt ibidem dicitur.

7 Iulius Cæſar, primùm nomen imperatorium regium, à ducū virtute & ſtrenuitate trāſlatum monarchicum effecit: & poſteris ſui initij ſtigmata reliquit, vt ab eo Cæſares dicerentur. Cæſar autem ipſe dictus, vt doctiſſimi viri quidam putant, ab elephante in bello per ipſum cæſo, qui lingua Maurorum cæſa, dicitur: vel quòd mortua matre, ventre cæſo natus ſit: vel à coma, quæ cæſaries: vel quòd oculis eſſet cæſis, vt ſcribit Ælius Spartianus.[a]

a *In Aeli Vero.*

8 Tartari, quo tempore Cangius electus fuit rex, vocarunt ſuum ducem vel regem, Caan. id eſt ſuo idiomate, imperatorem vel regem, vt ſcribit Haitonus Armenus parte tertia hiſtoriæ Orientalis cap. 22.

9 Vt verò à Iulio, Cæſares imperatores dicti ſunt, ſic ab eius ſucceſſore Octauio, qui legitimum primum principatum delatum à populo geſſiſſe creditur, Auguſti dicti ſunt. dictus enim Auguſtus à populo quaſi eſſet natura hominis acceptior & venerabilior. Græci enim dicunt σέβαστον quod honore ſanctiſſimum & digniſſimum putant, latius venerandum, vt ait Dion Caſſius.[b]

b *lib.* 53.

10 Voluerunt & dici pij Imperatores, à tempore Antonini, cui erat è Gallia tranſalpina paternum genus, è Nemauſenſi ciuitate; pater Aurelius Fuluius. & hic erat ingenio clarus, doctus, mitis & nitidæ literaturæ, Numę Pompilio comparatus, cognominatus pius à Senatu varias ob cauſas, quas vt reliqua recenſet Iulius Capitolinus in eius vita. Et ab hoc ideo voluerunt omnes cæſares dici pij,[c] Legimus quoque M. Antoninum, reſcripſiſſe vxori Fauſtinæ, quærenti vindictam rebellantium cum Caſſio, *Ego*, inquit, *illis parcam. non enim quicquam eſt quod imperatorē magis deceat, quàm clementia. hæc Cæſarem deum fecit. hæc Auguſtum conſecrauit. hæc patrem tuum in primis Pij nomine ornauit.*[d] Eadémque ratione remittenda cenſent delicta iniuriarum prolatarum in ſe, Theodoſius, Archadius, & Honorius,[e] Et dicitur illa pietas Imperatoris, clementia circa ſubiectorum commodum & lapſorum ſubuentionem.[f] Pietatis autem modus in duobus conſiſtit, in bonorum dogmatum certitudine & bonis operibus, vt ait Cyrillus Archiepiſco. Hieroſolymita.[g] Et vt etiam Epictetus dicebat, vt refert Arianus in eius Enchiridio.[h] Pietatis præcipuum eſt bene De deo ſentire & eum putare eſſe, & bene gubernare, tum ei parere & cedere, neque inuitum ſequi.

c *vt Iuſtinia. In § fin. vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo. In nouellis.*
d *vt ſcribit Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio.*
e *In l. vnica ſi quæ imper. maledix. lib.* 9. *C. tit.* 7.
f *In l. imperialis* 23. *C. de nupt. lib.* 5. *C. ti.* 4. *& in l. fi. C. de dona. inter vir. & vxor.*
g *In catecheſi* 4. *illuminatorū*
h *c.* 36.

Eſtque pietas, debitus cultus erga Deum, patriam, parentes, eóſque qui loco parentum ſunt colendi. & pius, qui Deum patriam & parentes, & eos qui parentum loco ſunt iuſto cultu proſequitur, & proinde bonus princeps titulo Pij valde honoratur, quòd iſtis conditionibus maximè populo neceſſariis, excellit, & ſubditis imitandi præbet ſingulare exemplum. Dei enim cultum excolens ſui principis & imperatoris Dei agnoſcit poteſtatem, rempublicam curans munus ſuum obit, & eius commodis ſe inſeruire debere reipſa fidem facit, & ſe eſſe à cupiditate proprij commodi alienum docet: parentibus debita præſtans, ſe hominũ & naturalis iuris conſeruatorem, à iure diuino commendatum. Eximium huius pietatis exemplum in Lycurgo, qui cùm fratri ſuo Polydectæ ſecundum Plutarchum, vel Polybitæ ſecundum Iuſtinum, in 3. Sparthanorum regi ſuccedere regnúmque ſibi vindicare potuiſſet, Charilao filio eius, qui natus poſthumus fuerat, cùm ad ætatem adultam veniſſet, regnum ſumma fide reſtituit: vt intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis iura, quàm omnes opes valerent.

11 Reges Athenienſes ab Erictheo ſexto rege Ericteidæ dicti ſunt. Et à Cecrope qui primùm regnauit Cecropidæ.

12 Scytharum regibus omnibus, Scolothis regis cognomen, Herodo. in 4.

13 Auari, ſeu Hungari, regem ſuum vocabant Cachanum. Aymo 4. de geſtis Francorum c. 5.

14 Neoptolemus Achillis filius Epirotarum rex & Moloſſorum, ſucceſſores reliquit reges Pyrrhidas ab eo cognominatos. nam & ſibi Pyrrho puerile fuit cognomen, & vnum ex legitimis filiis ex Ianaſſa Cleodis filia, ſuſceptis, Pyrrhum nominauit.[a]

a *Plutarchus in vita Pyrrhi.*

15 Ægyptij & ſuos reges vſque ad Sethonem vltimum vocabãt Piromos, nec Deos vel ex Deorum progenie dici volebant: erat autem illis Piromis quòd Græcis καλὸς κἀγαθὸς, id eſt honeſtus & bonus, vtrumque aſſerit Herodotus in 2.

16 Scribit & Plinius,[b] In Mœroe reginas dictas fuiſſe nomine Candaces, à prima quæ eius erat nominis.

b *lib. 6. c. 29.*

17 Omnes & reges olim appellabantur Ioues, quòd Iupiter is qui primum ita fuit nominatus, præclara in mortales & in Athenienſes præcipuè beneficia contulit.

18 Artaxerxes Mnemon cùm ſe bonum planéque affabilem regem præſtitiſſet & pacis amantem; omnium deinceps regum nomina Perſæ commutarunt, eiúſque nomen ipſis impoſuerunt, vt Artaxerxes di cerentur.[c]

c *Diodor. lib. 15.*

19 Reges Corinthi olim Cypſelidæ dicti, à Cypſelo, qui pulſis Bachidis à Corintho, ibidẽ imperio eſt potitus, ſummáſque coegit diuitias.[d]

d *Herodot. & Strabo.*

20 Langobardi, cùm poſt mortem Alboini, viginti annis ſub ducibus fuiſſent, Autharim ſibi regem crearunt: quem à Veſpaſianis & Flauio Claudio imperatoribus optimis, ſumpto augurio, & ob dignitatem Flauium appellauerunt: quo prænomine omnes qui

poſtea



poſtea fuerunt Langobardorum reges feliciter vſi ſunt.[a]

21 A Skyoldo Lotheri Danorum regis filio, cæteri Danorum reges, communi quodam vocabulo, Skyoldungi vocari cœpti.[b]

22 Turcarum reges nomine Othomanni dicuntur, ab Othomãno primo rege eius nominis Turcorum, vt narrat Chalcondylas.[c] hic vir acer à Galatiæ loco, vbi natus.

a *Paulus Diaconus lib. 3. de Longobardis c. 8. & Platina.*

b *Saxo lib. 1. & Cranzius lib. 1. Daniæ c. 5.*

c *lib. 1.*

23 Apud Iaponios Indos, præfecti duo ſumma cum poteſtate ſunt, quorum alter honoribus: alter, iudiciorum & cauſarum cognitioni, honoris præfectus Voonem nominant, ſtirpis ſucceſſione delectum.[d]

d *Iohannes Metellus.*

24 Ioſephus libro 1. aduerſus Apionem, ex Manethone narrat, decimam ſeptimam Dynaſtiam fuiſſe inferioris Ægypti à diluuio anno 90. ibique fuiſſe Hebræos nititur docere, eorúmque reges dictos, Hycſos, id eſt reges Paſtorum, qui per 190. annos imperarint.

25 Quintus Curtius[e] tradit, in parte aliqua Indiæ reges regionis Taxillis nomine cognominari. *Omphis*, inquit, *permittente Alexandro, & regium inſigne ſumpſit, & more gentis ſuæ nomen quod patris fuerat: Taxillem appellauere populares, ſequente nomine imperium in quemcunque tranſiret.*

e *lib. 8. de geſtis Alexan.*

26 Reges Danorum dicti ſunt Skyoldungi propter virtutem & probitatem regis Skyoldi.[f]

f *Saxo Grammatic in princip. lib. 1. hiſtoriæ Danicæ.*

*De ſuperbis vaniſque nominibus & titulis à principibus vſurpatis.*

## CAPVT II.

EXPLORATVM eſt inter homines, eam eſſe mortalium vanitatem, vt ſe plus æquo cæteris vaniſſima philautia præferant, & ſemper plus de ſe quàm in veritate ſit, opinentur, nunquam contenti ſua ſorte, maiora deſiderẽt, & inanes à ſeipſis decepti, plus ſibi tribuant quàm habeant. nunquã enim cupiditas habendi, nec ambitio ſatiari poteſt, & quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. hæc eſt miſeria etiã noſtri ſeculi, quæ ſemper omni ætate obtinuit, & malorũ infinitorũ mater & origo extitit, vt nemo ſuis cõtentus viuat, & ideo quæ non oportet & modis illicitis perſequatur, & ſibi cùm non poſſit cõſequi, irreparabile: & quod non præuidetur, nec ſentitur prius quàm aduenerit, damnum ingeneret. Plebeius diuitiis vel à patre vſurario latrone, impio, vel ærũnoſo quæſitis, ſuæ conditionis oblîtus, nobilis titulum cupit, ambit, mercatur à principibus. nobilis verò vult haberi, antiquæ cuiuſdam nobilitatis ſucceſſor quam nec retinet vllo modo, & cæteris præſtãtior. Qui ex progenie nobili per carnem & ſanguinem propagati ſunt, & ſæpe à vera nobilitate degenerarunt, vitiis, impudicitiis & ſceleribus, inanibus maiorum nominibus ſibi perſonam induunt, fingúntque titulos, principes volunt haberi: principes autem eadem ſtultitia quidam, reges: reges, imperatores: imperatores & vtrique, Dij aliquando, vel honoribus diuinis admirari ſe cupiũt, & ſe homines eſſe, natos & morituros humaniſque actionibus paſ-

ſionibus & morbis obnoxios, obliuiſcuntur. Ita præſumptio, ex radice ſtultitiæ ſuperbiam generat: ſuperbia, faſtum: faſtus, aliorum contemptum & ſuperlationem, contemptus, ſeditiones, rebelliones, inimicitias. huic bella, & poſtremò ſubuerſio & principum & principatuum, perſonarum & bonorum: ſe mutuò enim hęc conſequuntur per certiſſimos gradus.

2 Antequam Darius, Arſani Hiſtaſpis filius, qui occuparat tyrannidem Perſarum, caſurus eſſet & vincendus ab Alexandro Magno, eò vanitatis peruenit, fœliciter geſtis victoriis pluribus contra barbaras nationes Scytharum & Indorum: vt miſſa ſuperba legatione contumelioſa atque imperioſiſſima ad Alexandrum, ſe regem regum ac conſanguineum deorum, diceret. Alexandrum verò famulum ſuum appellare, vt habetur in lib 2. Supplementi ad Q. Curtium. Et rurſus apud Herodotum [a], inuenitur eiuſdem Darii cippus erectus ad fontes Theari fluuij, cum hac vana inſcriptione In Thracia Theari amnis capita, optimam aquam atque pulcherrimam cunctorum amnium præbent: & ad ea peruenit exercitum ducens aduerſus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Hiſtaſpis filius, Perſarum cunctæque continentis rex.

a *in Melpmene ſeu lib. 4.*

3 Cleopatra quoque eò inſolentiæ prouecta eſt, vt ſe reginam reginarum appellaret [b].

b *Suidas in verbo* ἐξάκαι-λεν.

4 C. Cæſar Caligula, notatus elationis & vanæ gloriæ à Suetonio [c], quod voluerit ſe dici pium, caſtrorum filium, patrem exercituum, optimum maximúmque Cæſarem. addit & Xiphilinus ex Dione eundem in eam prolapſum inſolentiam vt deorum veſtimẽta indueret, in quibus nunc bellicoſam virginem, nunc mulierem, nunc alios deos repræſentaret.

c C. 22.

5 Sapor rex Perſarum, ſcribens Cæſari Conſtantio, hos ſibi arrogauit titulos, *Rex regum Sapor, ſyderum frater, Solis & Lunæ, Conſtantio fratri meo, ſalutem plurimam* [d].

d *Ammian. Marcelli. lib. 17. hiſtor.*

6 Clearchus Ponticus, factus Heracleotarum tyrannus, diuinos ſibi haberi honores voluit, veſtes deorum induit, filium ſuum Ceramion, id fulmen appellauit, & multa tyrannicè egit: ſed poſtea tandem Clyon familiaris Platonis, eum interfecit, vt ſcribit Suidas.

7 Alexander regis virtus & fœlicitas, tribus inſolentiæ gradibus notata eſt: faſtidio enim Philippi, Iouem Hammonem patrem aſciuit: tędio morum & cultus Macedonici, veſtem, inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, diuinum æmulatus eſt: nec fuit ei pudori, filium, ciuem, hominem diſſimulare, vt referunt Valerius Maximus [e], Quin. Curtius, Arius & Plutarchus [f].

e *lib. 9. c. 5.*

f *in eius vita.*

8 A Suetonio verò & aliis Iulius Cæſar perſtringitur vt ſuperbiſſimus, qui & non ſolum honores nimios recepit, vt continuum cõſulatum, dictaturam perpetuam, præfecturam morum, prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ, ſtatuã inter reges, ſuggeſtum in Orcheſtra: ſed etiam ampliora humano faſtigio ſibi decerni paſſus eſt, imò procurauit, vt tẽpla, aras, ſimulachra iuxta deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem menſis à ſuo nomine. quæ omnia quàm vana illi fuerint, quámue vtilitatem attulerint, docuit exi-

tus



tus vitæ tragicũs.

9 Vltra id quod Sylla voluit ſe dici fortunatum, vt ait Appianus Alexandrinus, adhuc decreto ſe venuſtum appellari voluit. [a] *Vnus hominum ad hoc aui*, inquit, *fœlicis ſibi cognomen aſſeruit L. Sylla, ciuili namque ſanguine ac patria opugnatione adoptatus.* idem Appian.

a *Cælius Rhod. lib. 24. varia. lectio c. 6. Et C. Plinius lib. 7. natural. hiſto. ca. 44.*

10 Paſchalis 3. in ſchiſmate, vt illiceret multò magis in ſuas partes quas defendebat Moguntinus epiſcopus, titulis præclariſſimis non parcebat ſcribens, Chriſtiano Chriſtianiſſimo ſedis apoſtolicę legato, imperialis aulæ cancellario, & Romanæ eccleſiæ fideliſſimo. [c]

b *lib. 1. de bellis ciuilibus.*

c *Crantzius lib. 6. Metropoli. c. f.*

11 Rex Arabum tempore Veremundi Hiſpaniarum regis, ſuperbiens & elatus victoriis, & quòd ſe ſtrenuè defendiſſet à Chriſtianis, permittente id Deo ob peccata Chriſtianorum, voluit ſe nominari *Alhagib.* & *Almanzor.* id eſt ſupercilium quo oculi defenduntur, & defenſionem ipſam. [d]

d *vt ait Rodericus Toletanus lib. 5. rerũ Hiſpaniarum c. 13.*

12 Ataulphus Gothorum rex Roma debellata, eò veſaniæ proceſſit, vt quemadmodum Cæſares ſic in poſterum Romanos principes cognominari deſtinarit. [e]

e *Alexan. ab Alexa. lib. 1. c. 2.*

13 Sunt quidam principes, qui multis titulis ſeſe exornant, multíſque ditionum nominibus ſibi applaudunt, ex quibus forſan aliquando vxores prodierunt, vel quorum maiores poſſeſſores fuerunt, ſed poſſeſſione deturbati ſunt; vel ceſſione facta, vel venditione eam in alios tranſtulerunt. Quod quidam faciunt, vt generis ſui nobilitatem commendent, vel vt perſuadere poſſint iure quodam in his in idea retento, quod certè rident alij principes, qui verè poſſident & ſomnia illa contemnunt: ſicut Conſtantinus cognomine magnus Imperator, vt narrat S. Aurelius Victor in epitome, Traianum imperatorem *herbam parietariam* ob titulos multos ædibus inſcriptos, vocare ſolitus erat. Sunt certè, vt noui aliquando certiſſimè, iſti tituli inanes & vacui à poſſeſſione, plerunque occaſiones, cur principes qui reipſa poſſident, denegauerint auxilia laborantibus titulariis, cum quibus alioquin non leuis amicitia fuit. Hoc vnum laude dignum in Gallia: quod reges vnico nomine regis Francorum, ſolis liliatis inſignibus ſe exornant. neque enim titulos illos quæ diuiſionem continent, neque tot inciſa inſignia, quę mixtionem plurium indicant, ad vnicam domum nobilitandam habent. quod enim per ſe ſufficit, non eget alterius acceſſione.

14 In recenſendis Iuſtiniani Titulis præpoſitis in editione librorum iuris ciuilis prima ferè integra pagina, vix ſufficit, à prouinciis debellatis & per duces certè ſuos non per ipſum, & ab aliorum Imperatorum virtutibus tranſlatis. Quæ certè ex adulatione Triboniani viri aſtutiſſimi & aliorum adſcripta ſunt, qui etiam ei ſtultiſſimo perſuadere auſi ſunt ei ſe tandem immortalem in cœlum aſſumendum. quod ipſum crediddiſſe quidam putant.

At non eius vanitatis fuiſſe diuum Ludouicum Francorum regem reſponſum eius teſtatur. rogatus enim quonã cognomine geſtorum ſuorum vellet ornari, victoria, inquit, quę in eccleſia Poſſiaca contra diabolum dum baptizarer, vt pruna ita mihi clariſſima obtigit,

in hac ſola glorior & triumpho: ab hac Ludouicus Poſſiacus denominari volo, vt ſcribit Ægidius Corroſetus[a].

a *de dictis & factis memorabilibus.*

Carolus Magnus, vt Romanis ſe inſinuaret ſtrictius ad cõſequendum & fouendum imperium quod obtinuit, voluit inter titulos ſe patritium Romanum vocari: vt apparet ex priuilegiis conceſſis Eccleſiæ S. Germani Pariſienſis[b], quorum initium, *Carolus Dei gratia rex Francorum & Langobardorum atque patritius Romanorum, &c.*

b *quæ referuntur ab Annonio lib.5.de geſtis Franc.c.1.*

Patritiatus dignitas minor habebatur imperatoria, ſed illa ſecunda fuit per Iuſtinianum[c], & poſt illum ab imperantibus in Græcia Cæſaribus habita. Sic Carolus Magnus Patritius factus eſt Romanorum, ab Adriano ſummo pontifice, & ſynodo collecta Romæ, poſt victoriam de Deſiderio rege relatam[d], antequam imperator crearetur: eóque titulo etiam inſignitus Patritii Romani Caſſiodorus, dignitatis formulam ſcriptam reliquit Patritiatus[e].

c *l.l.nemini de conſul.lib.12.C*
d *ca. Adrianus 22.ſub 63. diſtin.*
e *Caſſiod.lib. 6. variar.*

Vſus tamen Carolus Magnus aliis titulis in conſtitutione capitularium & legum. Et in libro 1. in præfatione Capitulariũ ſic legitur, *Regnante Domino noſtro* IESV CHRISTO *in perpetuum: Ego Carolus gratia Dei eiúſque miſericordia donante rex & rector regni Francorum, & deuotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor humiliſque adiutor &c.*

*De abuſu rurſum quod Principes dij voluerint haberi aut dici.*

## CAPVT XII.

EST ridicula inter ſapientes inanis titulorum ad ſe non pertinentium vſurpatio, ſed blaſphemia deteſtabilis ea, quæ ſibi quæ Dei ſunt, attribuit: ſacrilegium multis pœnis expiandum.

Iuſta quippe quidẽ occaſio fuit dicendi principes bene imperantes, vt magiſtratus, & epiſcopos, & alios, nomine Dei dictum antea, propter miniſterium quo Dei mandata & leges exæquebantur, & authoritate eius funguntur & poteſtate. Cæterùm abuſus ortus inde peſſimus, quum, quod ad Deum referri debet, tranſlatum eſt in propriam gloriam hominum & principum, perinde acſi proprio iure ea poteſtate, & propria virtute vterentur. Sic vel error populi ſeu ignorantia, vel ſuperbia ipſorum principum, vel nimia & ſacrilega adulatio, effecerunt vt principes tanquam veri dij venerationem habuerint. Populus qui beneficia principum, & vtilitatem ex bono eorum regimine conſequitur, rudis & ignarus eorum quæ ad diuinitatem pertinent, neſciens diſtinguere delegatum à delegante, humana à diuinis, confuſè pro diis habuerunt, vt ait Sapiens. Principes in principio & ſucceſſoribus eandem opinionem reliquerunt, qui ſuperſtitioni ſuperſtitionem addiderunt, & plerunque metu principum qui id ambiebant: & dolore amiſſi quidem forſan filij vel patris ſimulachrum prius factum eſt. poſtea verò pro Deo illud habitum, Sapientiæ cap.14.

2 Refert Lactantius[f] ob propagandũ fulgorem nominis & memoriam conſeruandam indidiſſe cæli, terræ, & ſtellarum nomina filiis

f *1.Diuin.inſtit.cap.11.*



liis reges, & ſibi ipſis. vt Saturni pater, dictus Vranus, ſeu cælum. Et apud Xenophontem libro de æquiuocis Saturni dicuntur, nobilium regum familiarum ſeniſſimi, patres eorum cæli, vxores Rheæ, primogeniti eorum Ioues & Iunones: Hercules, nepotes eorum fortiſſimi. Sic antiquiſſimorum quorum ignorãtur paréntes, vel quia virtute eminebant, cælum dicebatur pater: Rhea ſeu terra mater. vt & author eſt Minutius Felix in Octauio, & Lactantius. Quia qui virtute præſtant, vel ignotis parentibus apparent, ſolemus dicere eos de cælo cecidiſſe.

Attulimus exempla paulo antè ex Tomo 4. commentariorum artis mirabilis in ſextum librum, ſub titulo de Deo, c.5. numero 3. eorum qui ratione dominationis, principatus ſtultiſſima impietate inflati, voluerunt ſe nominari deos, vt Nabuchodonoſor, Iudith c.3. Alexander magnus, Domitianus, Antiochus & alij.

3 Principes verò boni hoc nomine deorum, non ſolùm non contempſerunt, ſed etiam abominati ſunt, vt Veſpaſianus, qui frequenter generis ſui ignobilitatem etiam præ ſe tulit, eóſque riſit qui in Herculem illud referre conarentur. Sueto. Et barbarus etiam Atila Hunnorum Rex Patauio capto, Marulli Calabri poetis carmen, de laudibus ſuis conſcriptum, in ignem coniici iuſſit, quia licentia poetica originem Atilæ ad Deos retulerat[a].

a *Nicol. Olahus c.15. de vita Atilæ.*

Antigonus etiam rex, cum Hermodotus in poemate dixiſſet, Iouis filium: non hæc, inquit, de me ſentit Laſanophorus, qui matulam domino ſubiicit: irridens ſtultitiam adulatoris, vt ſcribit Plutarch. in Apophtegm.

Durius tulit adulationem hanc Sigiſmundus imperator, qui ſupra modum eum laudanti & dicenti diis ſimilem eſſe, alapas dedit. Illóque conquerenti, cur me cædis, imperator? reſpondit, cur me mordes adulator?[b]

b *Aen. Syluius lib.2. commentariorum de rebus geſtis, Alphonſ.*

Sunt qui quanuis expreſſè nolint ſe deos dici, tamen voces diuinas ſibi acclamari, ſéque veluti attonitè circumſpici & obſeruari in modum diuini ſimulachri deſiderent, & non facientes oderint, facientes beneficiis proſequãtur. hinc tot voces vanæ audiuntur, diuina clementia, Sacra elogia, Sacra maieſtas, & quæ imperatores iactãt diuinas numinis aures[c] adorandã diuinam ſuam ſerenitatem[d], ſuam perennitatem[e] & æternitatem[f], cúmque dicũtur ſanctiſſimi[g], videbis interdum tam arrogantes principes, imò ex minimis & regulos qui toruè inſpiciant aulicos, vel ſibi aſſidentes etiam non loquentes, ſtantes procul exiſtentes, eóſque notent qui ante conſpectum eorum prodierint, ſi ſemper erecti & capite aperto non illos admirentur, & veluti ſtupentes tacitè adorent. Sunt ex aulicis ferè plures quàm par ſit eius generis adulatores, qui quidem id lubentiſſimè faciãt, & alios non facientes arguant, qui tamen, ſi cum ſuis principibus in ſacras ædes peruenerint, capite tecto ſacra myſteria dixerim, non ſolùm non contemplari, ſed & impudenter verbis & riſu ſæpenumero interturbare: quod mihi videtur valde abominabile & amẽtiæ plenũ, plus honoris tribuere principibus terreſtribus, quàm regi regũ, in cuius aula & ſanctiſſimo templo eo præſente diuinitatis maieſtatem

c *vt l.fi.de adquir. poſſ. C.*
d *l.penul.de hæredib.inſtit. C.*
e *l.3. de epiſcopa.audient.C.*
f *l.2. de Fabricenſib.P.*
g *l.3. de natalib. reſtituen.*

contemnunt:in quo & ipſi principes qui adſunt & vident, maiori pœna torquebũtur à Deo, quòd glorioſæ ſuæ tam ſint ſolliciti, Dei autem numen ſe præſente patiantur contemni. videtur enim pati aperto eſſe capite in tẽplo aulicos, quos in aula ita nõ patiũtur, ꝙ putent ſibi detractum iri, ſi tũc caput aperiant, & videatur Deo potius quàm ſibi honorem deferre. Idipſum dixero de quibuſdam ſtolidis epiſcopis & perſonis aliis eccleſiaſticis, quas vt principes omnes vt vicarios Dei & miniſtros venerari & obſeruari par eſt, & expedit ob diuinam maieſtatem quam repræſentant in ſua dignitate & miniſterio, neque tamen reprehendimus huiuſmodi delatos principibus ob Deum debitos illis honores, imò & dignos pœna nõ reddentes, & vt ſacrilegos puniendos arbitramur. Qui enim, ait Dominus, vos honorat me honorat: & qui vos ſpernit me ſpernit. & honorãdi ſunt principes tanquam à Deo poteſtatem habentes.

5 At, hoc dicimus, ita honorẽ hominibus vicariis & miniſtris dei impendi & concedi debere, vt integer ſit Deo debitus, & vt cognoſcant qui tantam dignitatem gerunt, non propter ſe ſed maximè propter eum quem repræſentant, eius tribui. neque ideo intumeſcere præter modum debere, ſed perpendere quòd ait,

*Quid habes quod non accepiſti? & ſi acceperis, quid gloriaris?* ſibi vindicare, quod datur vt alteri referatur, eſt abuſus dati, & ſacrilegium: quibus conuenit Gabriæ apologus.

Ὤμοις ὄνος παρῆγεν ἀργυροῦν βρέτας,
Ὅπερ συναντῶν πᾶς τις αὖ ἐπροσκυνεῖ,
Τύφῳ δ' ἐπαρθεὶς, μηθέλων μένειν ὄνος
Ἤκουσεν, οὐ θεὸς σὺ, τὸν θεὸν δ' ἄγεις. id eſt,

*Simulachrum aſellus baiulans argenteum,*
*Cùm id tranſeuntes flexo adorarent genu,*
*Sui hoc honoris gratia eſt fieri ratus:*
*Iámque inſolenti elatus arrogantia*
*Nolebat ambulare, donec aſpero*
*Probè dolatus fuſte clunes, audijt:*
*ô ſtulte non es tu deus, ſed fers deum.*

Ioannes Gerſon [a] arguit quoſdã ſummos pontifices, qui, eo quòd, imperatores & reges ex conſideratione ſtipendiæ poteſtatis quam in perſona ſui vicarij Deus poſuit, procumbũt ad oſcula pedum eorum, tanta arrogantia detinentur, referentes ad ſe quod impenditur merito & iure ipſius poteſtati: atque refert cuidam glorianti quod pedibus ſuis cõculcaret imperatoris caput, imperatorem retũdentẽ hanc arrogantiam ſatis acriter hoc mordaci verbo reſpondiſſe, *Non tibi*, inquit, *ſed Petro.*

*a lib. de poteſtate eccleſiaſtica conſideratione xi. in prima parte operum.*

6 Herodes Rex, de quo mentio fit Actorum c. 12. poſſet ſufficere ad compeſcendam inſolentiam & ſuperbiam principum vtriuſque claſſis & ſpiritalis & temporalis. Is enim ſtatuto die veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur Tyriis, & Sydoniis quibus erat iratus & pacem deprecabantur, & populus ei acclamabat, Dei voces & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quòd nõ dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermi-



vermibus, expirauit.

7 Lucifer etiam principatum Angelorum habens, & pulchritudine aliis præſtans, cùm gloriam ſui principatus ſupra Deum voluiſſet ſibi vſurpare, ab eo omnino cecidit in inferiorem caliginem.[a]

*a Ieſaiæ c. 14.*

8 Salmoneus quoque Æoli filius, rex Elidis, quum diuinos ſibi honores inſolentius quæreret, Iouémque conſtructo æneo ponte tonando, & iaciendis fulminibus imitaretur, à Deo fulmine vero ictus, necatus eſt, & detruſus ad inferos, ſicut meminit his verſibus poſt Pindarum Virgilius.[b]

*b 6. Aeneid.*

*Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,*
*Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur olympi.*

9 Nabuchodonoſor in aula Babylonis deambulans & intumeſcens, dixit, *Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Sed ſtatim, cúmque adhuc ſermo eſſet in ore eius, vox de cælo ruit, *Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnũ tuum tranſibit à te & ab hominibus deijcient te, et cum beſtiis & feris erit habitatio tua. fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit det illud. quod & factum eſt.* [c]

*c Daniel. c. 4.*

Voluerat & antea, non tantùm ſe ſed etiam ſtatuam ſuam ab hominibus per edictum adorari. [d] Erat enim ſuperbiſſimus mos Perſarum regum, adorari ab his qui ad eos admittebantur. Imò tempore Apollonij Tyanei, vt ſcribit Philoſtratus in eius vita, ingredientibus Babylonem aurea regis imago propoſita, quam niſi adoraſſent, aditus & ingreſſus vrbis eis ꝓhibebatur, quod & ex adulatione nimia incrementũ apud Barbaros obtinuit. nam & adorabantur reges, & deorum honoribus afficiebantur, vt ait Q. Curtius[e]. & qui eos adibant humi procumbebant, & ita ſalutatio regum Perſarum fiebat proſtratis corporibus ſalutantium, [f] & Zenobia adorata eſt more Perſarum, vt ſcribit Trebellius Pollio in Zenobia. Apud Athenienſes verò & in libera republica ortis, turpis & indecora huiuſmodi veneratio habita meritò eſt. multo magis inter Chriſtianos quibus dictum, Dominum deum tuum adorabis & illi ſoli ſerui es. [g]

*d Daniel c. 3*
*e b 8. Plutarch. in Themiſtocle.*
*f Valer. Maxim. lib. 7. c. 3. dum de Darij electione agit.*
*g Deuteron. c. 6. D. Matthei c. 4. verſ. 10.*

Et Ariſtoteles inter barbara, ponit προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις. Iſocrates ideo Perſas inſectatur in panegyrico, quòd diis debitos honores mortali regi tribuerent.

Conon Athenienſis interpellatus de adorando rege, noluit. & dixit, Mihi verò non eſt graue quemuis honorem habere regem, ſed vereor ne ciuitati meæ ſit opprobrium, ſi potius Barbarorum quàm illius more fungar. Aemil. probus in Conone. Iuſtinus in 6. Pari modo Sperchies & Bulis Spartiatæ Xerxi, à ciuibus ſuis ob violatos cõtra ius gentiũ Darij caduceatores, dediti, producti ante Xerxem ab ſtipatoribus regiis Suſis, noluerunt regem adorare, dicentes hoc eſſe alienum à maiorum inſtitutis, mortalem quemquam adorare, nec ſe eius cauſa veniſſe.

Adoratio erat, illa itaque more deorum veneratio delata, cadentibus pronis in terram adorantibus ſalutantibus vel deprecantibus,

vt diui Matt.c.2.ibi, *Procidentes &c.*& c.4.ibi, *ſi cadẽs adoraueris me.*[a] Athenienſes, Timagoram inter officium ſalutationis, Darium regem more gentis illius adulatum, capitali iudicio affecerunt.[b]

a *Geneſ.19.& 43.numero 22. Daniel.3.& alibi.*
b *Valer.Max lib.6.c.3.Plutarch.in Artaxerxe & in Pelopida.*
c *lib.3.*

10 Refert Herodianus[c] Plautianum præcipuæ authoritatis poſt Seuerum & filios eius Ceſares, ſuperbia ita redditum trucem, & horribilem cum ſupremæ dignitatis inſignibus, dum incederet, vt non modò non adiretur à quoquam, ſed etiam qui fortuitò occurrebant, ab eo verterent oculos. Quin & anteambulones aliquot, quacumque iter faceret, denunciabãt, nequis in proximo conſiſtere, néve illum contueri, auderet, ſed auerterent vniuerſi oculos, terrámque deſpectarent. poſtremò autem, cùm & ipſe tollere Seuerum & filium Antoninum decreuiſſet, mandato dato de illis occidendis Saturnino, voluit adorari ab illo tanquam imperator: verùm ſtatim ſenſit pœnas diuinæ vindictæ, & detectus confoſſus eſt cum ſua ſuperbia.

11 Contigit idipſum Amano, qui honoris prærogatiua à rege Aſſuero donatus, vltro voluit ſe adorari: & cùm Mardochęus qui Iudæus erat, noluiſſet id agere, machinatus interitum vuiuerſis Iudæis, in erecta cruce quam Mardochęo parauerat, ſuſpenſus eſt.[d]

d *Eſter.c.3.& 7.*

12 Inter cætera quæ Hermolaus coniurationis in necem Alexandri magni author, pro cauſa adiecit, illã dixit, Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere, venerarique vt Deũ: Tu Philippum patrem auerſaris, & ſi quis Deorum ante Iouem haberetur, faſtidires etiam Iouem.[e] Et Horatius.[f]

*-- ſcimus vt impios*
*Titanas immanémque turbam*
*Fulmine ſuſtulerit caduco.*

e *apud Q. Curtium lib. 8. de geſtis Alexan.*
f *Odæ.3.lib.3. de Deo agens.*

13 Heliogabalus ſeu Antoninus Romanorum imperator voluit Senatũ, vt ait Herodiã in 5. Inter ſacrificandũ quo alios Deos nominare ſolebant, Heliogabalum ante alios nominari. verùm tandẽ ex ſua ſtultitia & fœdis moribus, præmiũ meritum recepit, à militibus tanquam imperator fœdiſſimus ſublatus & necatus.

14 Alexander verò imperator ſe vetuit more Perſarum adorari, cùm iam cæpiſſet Heliogabalus adorari eo modo.[g]

g *vt ait Lampridius in Alexandro Seuero.*

15 Sed maior vana gloria & ſuperbia ſeu inanis & ſacrilega elatio, Claudij Cæſaris Caligulę, qui ſibi vindicabat diuinã Deorum maieſtatem, & ſimulachris nimia religione & arte præclaris, & Iouis Olimpici, iuſſerit caput adimi, & ſuum imponi, & ſæpe inter Caſtorem & Pollucẽ fratres, mediũ ſe adeuntibus adorandum, exhibuerit: ſibique in templo aureum ſimulachrum impoſuerit, ſacerdotiáque ſibi & ſacrificia ſtatuit adferri, & hoſtias delectas, vt pauones, phœnicopteros, Numidicas, Meleagrides, Phaſianos.[h]

h *Suetonius in eo c.22.*

Sed bone Deus quale hoc numẽ in eo qui vt ſpurcitiis & crudelitate plenus erat, non habita ratione ſuę vſurpatæ diuinitatis, obtruncatus eſt triennio poſtquam regnaſſet.[i]

i *vt idem Sueton. narrat in eodem c.58.*

Videbit qui volet quàm facetè ludat ſimul ac mordaciter Seneca in apocolocynthoſi de deificatione Claudij Cæſaris.

16 Laudatur Cõmodus Imperator filius Marci, qui tredecim annos



nos à morte parentis adminiſtrauit imperium, tanquã vnus omnium ante ſe imperatorũ nobiliſſimus, quia filius imperatoris, omniúmque eius ætatis hominum formoſiſſimus, iaculator robuſtiſſimus & certiſſimus: at vituperatur, quod ſtudiis fœdiſſimis vitæ rationem cõtaminauerit,[a] eóque tandẽ vecordiæ petulantiæque proceſſit, vt paternum primò cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculẽ ſe Iouis filium, iuſſerit appellari. Quin & ſimulacro etiam Coloſſeo, quod Romanis venerabile erat, ſolis effigiem gerenti, capite dempto ſuum impoſuit. Tandem autem apparuit qualis Deus eſſet. nam veneno ſublatus eſt, & ſublata tali deitate remanſit memoria monſtri & tyranni fœdiſſimi.

a *vt ait Herodia. in fine lib.1.*

Scribit Plutarchus, Ariſtotelem in Alexandrum pium magiſtrũ literis Antipatrum obnixè rogaſſe, vt Alexandrum iam Macedoniæ regem moneret, ne tot victoriis elatus quas in Aſia adeptus eſſet, Deum contemneret, cuius nutu omnia monentur. Et certè diutius fortaſſis in regno tot laboribus parto vixiſſet ſi præceptoris ſapientiſſimi monitis obtemperauiſſet, nec coli pro Hammonis filio, & more Perſarum adorari voluiſſet, vt ait Platina lib.1. de optimo ciue.

17 Antiochum 2. nomine regem Syriæ Deum primi cognominauerunt Mileſij, quia Timarchum eorum Tyrannum ſuſtuliſſet. Sed hunc Deum vxor veneno interemit, vt ait Appianus Alexandrinus,[b] & viderunt Mileſii quantum diuinitatis tribuerunt, ipſe autem qui paſſus erat ſe talem dici, cognouit Deos miſeros huiuſmodi eſſe.

b *In Syriacis.*

*De nomine Domini, quod principibus conuenire poteſt, & quando eo abuſi ſuperbè aliqui ſunt.*

## CAPVT XIII.

FVERVNT quidam principes, vocati domini: quæ tamẽ dura viſa eſt appellatio inter homines liberos; vt dominatio ipſa, ſpecies principatus tyrãnici,[a] quãuis & legitima ſit in aliquibus rebuſpubl. in quibus cũ commoda poteſtate ex lege regni eliguntur principes, ſicque iugum populus admiſit, vt ſe pleniſſimè voluntati eorũ cõmiſerit: etſi dominorũ poteſtas propriè ſit in ſeruos, alia quàm patriſſamilias in domeſticos, & regum in ciues volentes: vt autem & domini ſeuerius in ſeruos: ſic iſti qui domini dici voluerunt, ſæpius abuſi ſunt regia humanitate & clementia, & voluerunt præter modum plerunque ſibi à ſubditis obtemperari: quod ſi ex lege regni, illud egerunt barbarica libertate, & barbarica ſubditorum patientia: nõ fuerunt dicti ex eo imperare illegitimè: ſi præter legem, tyrannicè, quando videlicet abuſi ſunt poteſtate, nimia licentia. Perſici reges legibus ſoluti erant, & quod illis libebat, licebat.[b] Grauiſſimæ autem illorum leges in ſubiectos, vt & qui ab ipſis iuſſi ſint, ſe interimant,[c] & quodcumque oneris illis imponeretur, id læto animo facerent, & obedienter.[d] & ſi verberibus flagríſque cederentur iuſſu regis, gratias ei agerent, quòd hoc facto regem ſe eos in memoriam

a *Sicut ſcribit Ariſtoteles lib. 3. politicor. c. 10.*
b *Herodot. in 3.*
c *Vt ait D. Ambroſ. lib.5. examerõ c.2I*
d *Strabo lib.5.*

habuiſſe teſtatus eſſet. & ita in beneficij loco iniuriam ponebant.[a] Imò qui & conſultando à rege diſſentiebant quamuis bene, & ideo eſſent latere aureo donati, & præmio tamen cedebantur, vt ait Aelianus.[b] Alioquin & domini, & dominationes, legitimam & à Deo habent authoritatem. veluti dictum eſt primis parentibus, *Dominamini piſcibus maris: &c.* Geneſ.1. *& de Iacob erit qui dominetur*, *Geneſ.45.* & alibi, *eſto dominus fratrum tuorum.* Geneſ.27. Et ipſe Deus, *Dominus dominantium.*[c] &, *regnum ipſius, omnibus dominabitur.*[d]

a *Stobæus ſermone 12.*
b *Lib.12 c.12.*

Deus abſolutè verè, per ſe natura dominus; & dominatur ex propria vi, authoritate, ſine vlla iniuſtitia, & reprehenſione, talis dici poteſt & debet.

c *Deutero.10. apocalyp. 19.*
d *Pſal. 102.*

Alij domini vel vſurpatione, vel permiſſione, vel conceſſione, ſeu ex poteſtate Dei, qua quidam abutuntur non minus quàm libero arbitrio, quod eſt munus excellentiſſimum à deo hominibus conceſſum ad bonum, non ad malum quo abutuntur homines, largitum. Sunt ita poteſtates legitimæ dictæ dominationes, inter angelos & homines. Sunt & domini particulares, & generales, qui habent poteſtatem in ſeruos, & ſibi ſubditos: & abſolutè nulli domini dici poſſunt præter Deum. Et ideo docui alias,[e] reprehenſos meritò vt ſuperbos & ſacrilegos principes qui voluerunt ſe nominari ſimpliciter dominos, vel dominos & Deos: cùm tamen reprehendi non debeant reſtringant nomen ad certam ditionem: vt dominus imperator Romanus dici poteſt, dominus rex, talíſque loci princeps & dominus. nam determinatio oſtendit quod eſt & modum imperij, nec ſupergreditur appellationis titulus poteſtatem, quæ adeo in illis efferuntur locis habetur pro delegata.

e *in annotationibus ad proœmiū decretalium.*

4 Meminit Suetonius.[f] *Domini appellationem*, inquit, *vt maledictū & opprobrium ſemper exhorruit, cúmque ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet à mimo, ô dominum æquum & bonum: & vniuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaſſent: ſtatim manu vultúque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſimè corripuit, edicto, domúmque ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus, vel ſeriò vel ioco paſſus eſt, atque huiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit.*[g]

f *1 n Octauio c.53*

5 Tiberius Cæſar, cùm dominus appellatus eſſet à quodam, denunciauit ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret.[h]

g *l quod & recenſet Oroſius lib.6. c.fin.*
h *Idem Suetonius in Tiberio c.27.*

3 Diſpar improbitas & elatio Domitiani, qui dū procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolā, cœpit, *Dominus & deus noſter ſic fieri iuſſit*, vnde inſtitutū poſthac vt ne ſcripto aut ſermone cuiuſquam appellaretur aliter.[i]

i *C. Suetonius in Domitian.*

7 Arguit ſuperbiam Phariſęorum Chriſtus.[k] quòd amarent primas cathedras in ſynagogis, primos recubitus in cœnis, ſalutationes in foro, & ab hominibus vocari Rabbi. arguit enim cordis elationē, cùm tamen verè & ipſi eſſent magiſtri & principes ſynagogæ.

k *Diui Matthæi c.23. verſ. 6. & ſeq.*

8 Terribilem, ne dicam horribilem, dicunt fuiſſe paucis ante abhinc annis Iohannis Baſiliadis principis Moſcouiæ imperium, quod magis ad immanitatem ferarum quàm ad homines pertinere videtur, qui de omnium ſuorum vita & bonis pro arbitrio conſtituit, & quæ crudeliſſima quæque geſſiſſet, ex Dei iuſſu ſe feciſſe, vellet cre-



let credi & dici.

9 Reprehenditur à Plutarcho,[a] rex Perſarum, qui omnes exiſtimabat ſeruos extra coniugem ſuam, in quam tamen potiſſimùm ei eſſe ius debebat.

a *lib. ad principem indoctum.*

At contrà Philippus Macedonum rex, cùm ſubactis Græcis, quidam authores eſſent vt ciuitates præſidiis contineret, ne deficerent: *Malo*, inquit, *diu bonus ac commodus, quam breui tempore dominus appellari*: ſentiens regnum quod beneficiis ac beneuolentia teneretur, eſſe perpetuum; quod vi metúque non eſſe diuturnum. Qui humanam etiam naturam ſapientius perpenderunt, exiſtimarunt & ſubditos ſibi regendos commiſſos à Deo, non contumelioſè tractandos, & Deo reddendam rationem ſi dominationem aliter exerceant.

10 Quamobrem etiam & dominatio dominorum in ſeruos, fuit temperata vt non liceret illis ſuprà modum ſęuire in eos,[b] proinde nec nomen domini fuit ex vſu ceſſante abuſu exoſum, vt inter liberos vſurpatum fuerit honoris cauſa & conceſſum, vt Sarra vocabat maritum dominum.[c]

b *vt in l. 2. de his qui ſunt ſui vel al. iure P.*

Sic in l. Nezēnius, ad legem Falci. P. Nezennius, vocat dominum, Paulum Iuriſconſultum, & diuus Iohannes vocat Electam, ſanctam fœminam, dominam, 2. Epiſtola c. 1. verſ.1. Atque Claudius Cæſar, dum ſæpe hortando rogandóque, homines ad hilaritatem prouocaret, dominos quoque appellabat, vt refert Suetonius in eo c.4.

c *Geneſ. c.18. verſ.12.*

Potuit porrò appellatio hæc Domini, quæ durior olim videbatur, per vſum & intellectum vſurpatum mitiorem, tranſire in contrariam ſeu amicabilem gubernationem, non ſecus quàm contrà, appellationes ſophiſtæ & tyranni, quæ erant olim honeſtiſſimæ, tranſierunt per vſum in ignominiam & odium. Sícque & mores & verba mutantur vt cæteræ res, nec tam verborum ſono quàm conſenſui ex quo ſignificant, inhærendum eſt.

11 Quibuſdam tamen viſa eſt dominatio quidem præter naturam, quoniam natura nihil differat ſeruus à domino, ſed lege tantū. ita inductum ſit, inquit Ariſt.[d] vt alij liberi ſint, alij ſerui: at non cōtra rationem naturalem eſt ſeruitus & dominatio, ſed ex iure gentiū, & probata ex iuſtis cauſis, recepta & iure diuino[e] vt enim bella iuſta viſa ſunt, ſic & quæ ex illis ad humanam ſocietatem maximè vtilia conſeruandam, captiuitates & ſeruitutes, vita conſeruata & dominatio ita præter naturam exiſtente ſeruitute, ipſa ſecundum naturam eſſe videtur. Nec Deus improbauit Deutero.c. 20. verſ.10. & ſeq. *Si quando*, inquit, *acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres primum ei pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: Sin autem fœdus inire noluerint, & cœperint contra te bellum, opugnabis eam: cúmque tradiderit dominus Deus tuus illā in manu tua, percuties omne quod in ea eſt generis maſculini &c.*

d *1. Polit. c.3.*
e *l. ex hoc iure, de Iuſtit. & iur. P. §. ius autem gentium, de iure natur. apud Iuſtin.*

12 Ita & Δεσποτεία ſeu dominatio, re vera vtilis exiſtit ſeruo, & & natura domino, quamuis in ea imperet dominus pro ſua vtilitate præcipuè: ſerui autem contingenter cùm fieri non poſſit vt ſeruo deficiente, ſeruetur dominatio in quo hoc dominicum imperium differt à paterno; & à regio; quod potiſſimum eſt ad eorum quibus

preſunt reges vtilitatem, contingenter etiam & in vtilitatem eorum qui præſunt [a].

a *Ariſt. 3. pol. c. 4.*

Sed & dominatio & opulentia per ſe & ſimpliciter, bona ſunt, ſed non omnibus qui & abuti his poſſunt [b].

b *vt ait Ariſt. 2. Magnorum Mor. c. 4*

Dominatio ſerius eſt neceſſaria, ſiue dicamus ſeruos ſecundum naturam, nihil enim intereſt corpore ſint liberi, mentem autem habeant ſeruilem, ſiue ſeruos ex lege vel iure gentium ſint tales, nam & illis & iſtis oportet accedere eum qui ſciat iubere faciēda, vel non facienda prohibere: erat illud Stoicorum paradoxum, omnes ſapientes eſſe liberos, omnes ſtultos ſeruos. Liberi ex maiore potentia ſi regantur benè, dominationem habent dulciſſimam, vel habere debēt gratam, vt qui alterius labore vnâ cum ſuis conſeruentur.

Eſt & aliquis ſecundùm leges ſeruiens, nam lex conſenſio quædam eſt, per quam bello capta illorum fieri dicuntur qui cœperunt [c].

c *Ariſto. 1. ca. 4.*

13 Poteſt & hæc appellatio domini ad mitem & bonum principem referri, ſi verum ſit, quod dominum dictum quidam putent à domo, vt paterfamilias qui ei præſit dominus ſit familiæ, maximè natorum ex ſe, vnde diximus prima incunabula dicta fuiſſe principatuum, nam prima poteſtas in natos legitima eorum cauſa, & in domo: dehinc cùm domus vna natos capere non poſſet, diuiſi in coniunctas familias ex vna pendentes, & poſtea in gentes ex vno progenitas, propagata eſt: & domeſtici ſeu nati, dicebantur de domo ſeu acquiſitione generantium, vnde & græcis οἶκος domus, & proprium οἰκεῖον. Et quia proprium ſeu poſſeſſum, habent principes, regnum aut principatum, domini non iniuria dici quoque poſſunt ſecundum id quod poſſident, non abſolutè vt Deus. Ita dominos, dixit Virgilius Romanos, reſpectu populorum qui ſuberant, 1. Æneid.

*Romanos terrarum dominos, gentémque togatam.*

Trita & eſt appellatio dominij & dominorum in aliis quæ iure aliquo quæruntur in iure ciuili, *de acquirendo rerum dominio*, *de rerum diuiſione* cum ſimilibus de quibus aliàs tractauimus [d].

Addo lubēs quæ Dominus Noſter IESVS CHRISTVS duobus verbis hanc dominationem expoſuit D. Lucæ c. 22. verſ. 25. *reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent, ſuper eos, benefici vocantur: & qui maiores ſunt principes, exercent in eos* [e], *& principes eorum poteſtatem habent ipſorum* [f].

d *lib. 1. Syntagma iuris ca. 12 & 14.*

e *D. Matt. c. 20. verſ. 25.*

f *D. Marci 10 verſ. 42.*

14 Nimium tamen tribuerunt ſibi imperatores Romani, vel nimium illis alij adulati ſunt, vſurpando titulum, *domini orbis ſeu mundi*, ſicut in pandectis Piſanis Epigramma vetus habet.

Ἄνθρωποι δ᾽ Ἀσίης τε δορυκτήτου τε Λιβύης
Εὐρώπης τε πέδων τῷ ὅλου σημάντορι κόσμου. id eſt,
*Homines & Aſiæ & Armis ſubactæ Libyæ,*
*Europæque patent totius imperatori orbis.*

Scribit Procopius in Palatio Conſtantinopolitano erectam fuiſſe ſtatuam Iuſtiniani, quæ ſphæram ſiue orbem, noſtri dicunt malum geſtabat, cū cruce infixa: vt ſignificaretur auſpiciis diuinis eſſe dominum mūdi, quibus inſignibus quoque cum hac ſignificatione hodie imperatores vtuntur.

g *in l. ἀξίωσις ad le. Rhod. de iactu lib. 14. P. tit. 3.*

Refert Metianus Iuriſconſ. ex l. Rhodia [g], reſponſum Antonini Cæſ.



ad deprecationem Eudemenis Nicomedienſis, ſpoliati à Cicladenſibus, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης &c. id eſt, *Ego quidem ſum mundi dominus, lex autem maris: lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis perſcripta eſt iudicetur.*

Quod tamē, ſi prout ſonat intelligatur, falſiſſimū eſt: neque etiam Cæſares qui nunc Chriſtianiſſimi ſunt, ſibi vſurpant illum titulum qui Deo ſoli conuenit, nec ſe dicunt Dominos mundi: imò expreſſè adiiciunt titulis quæ dominij vel ſubiectionis ſunt, vel aliquando etiam fuerunt proteſtationem, quod Dei gratia talem dominationē quam in ſpeciem contrahūt, conſequuti fuerint. vt in pacis publicæ conſtitutione Caroli 5. Carolus quintus Dei gratia *Rom.* imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germanię, Caſtiliæ, Aragonis, Leonę, vtriuſq. Siciliæ, Hieruſalē, Hūgarię, Dalmatię, Croacię, Nauarrę, Granatę, Toleti, Valētię, &c. Archidux Auſtrię, dux Burgūdię &c. comes Aſpurgi, Flādrię &c. comes Palatinus Henogoiæ Hollandiæ, Zelandię &c. Lādgrauius Alſaſiæ, Marchio Burgogiæ &c. Sacri Romani imperij princeps in Sueuia &c. Dominus Phrygię, Marchię Vindelicorū &c. neq. dixit totius orbis Dominus, ſed tantum enumeratorū locorum. Nec etiā Iuſtinianus, cui illa ſtatua dicata refertur à Procopio cū Sphęra, hunc titulum ſibi arrogauit, ſed titulos certarum nationum ſibi adſcribit tantum in inſcriptionibus prooemiorum iuris, & ſe dicit imperatorem Allemanicum, Gothicum, Francicum, Germanicum, Anticum, Alanicum, Vandalicum Africanum, &c.

Nec Auguſtus ſub quo Ianiculum clauſum, & bellum nullum erat cum Romanis dominum mundi dixit.

Poſſet tamen per ſynecdochen vel hyperbolen hoc accipi, vt indicaretur magnitudo imperij maxima, & totum pro parte maiori orbis, ſicuti dum dicitur Lucæ c. 2. exiit edictum à Cæſare, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, hoc eſt, cenſus haberetur de his omnibus qui ſubiiciebantur in orbe imperio Romano. Nam alioquin re vera fuerunt multæ nationes, quæ nunquam Romanis paruerunt. Scythia eorū audiuit arma, non ſenſit, non Sarmatia tota, aut quicquid eſt vltra Euphratem: neque America, aliæve prouinciæ plures & regna barbarorum Indica.

Fuerunt ſemper liberi populi, liberæ ciuitates, interdum, confœderatæ, interdum minimè populo Romano [a].

a *l. 17. l. 19. de captiuis & poſtlimin. reuerſ. P*

Indicarunt & Cæſares, Gratianus, Valentinia. & Theodoſius, non omnes ſibi ſubiici, ſed quoſdā populos in l. 1. de ſumma trinita. & fide cathol. c. ibi, *Cunctos populos quos clementiæ noſtræ regit imperium* &c. Quo loci dictio *quos* reſtringit, vniuerſalem cunctos, vt relatiuum reſtringit antecedens. Eadem phraſi vtitur Fridericus Romanorum imperator in c. 1. de pace tenenda & iura. firma [b]. quare meritò reprehenſus Bartholus per Bal. in c. ſolitæ, de maior. & obedientia, quando in l. hoſtes de captiuis, dixit propter verba illa, *Exiit edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis*, Quod eſſet hæreticus qui diceret quod imperator non eſſet imperator vniuerſi orbis. Scribit etiam Suetonius in Octauio [c] nunquam Octauium adiiſſe vel viciſſe Africam, & Sardiniam. Sed & lege deprecatio Greca ἀξίωσις, ad legem Rhodiam de iactu ſibi ipſi non conſentit, vtpote quæ

b *lib. 2. feud. ti. 52.*

c *c. 47.*

voluerit imperiũ maris diſſoluere ab imperio totius orbis. *Ego*, inquit vanè, Antoninus, *dominus mundi, lex Rhodiorum maris*. quaſi mare non eſſet pars mundi ex quo inuenitur & ridenda diſtinctio, eorum qui dicunt Venetos non ſubiici imperatori, eo quòd ciuitas illorum eſt fundata in mari, & non in terra, & quòd de iure gentium quæſita in mari occupantium fiunt. l. in tantum, de rerum diuiſ. quaſi verò ab initio Deus fecerit terram ſingulorum, & maris ditionē nullius. & de iſtis nugis agit Iaſon ad l. cunctos populos numero xI. C. de ſumma Trinita.

15 Quæ cùm ita ſe habeant, miror cur quidam adhuc in ea pertinacia verſentur, vt dicant etiam nunc imperatori omnes reges ſubiici, & ſolum habere titulum de iure in mundo ſuprà omnes gentes.

Nam primò loco, dubitationis & admirationis meæ cauſa prior eſt, ex his quæ diximus: ſecundò quòd Imperatores Romanorum dicuntur, non totius orbis, nec omnes ſunt Romani. 3. quòd ipſe dominio & veluti feudo in temporalibus, ſummo pontifici ſubiiciatur quiquidem eſt vicarius Dei in his quæ pertinent ad eccleſiam, non in temporalibus quæ ipſe habet ab aliis ſeparatim, ex largitione Cōſtantini & aliorum piorum principum: ſicque ipſe dedit poteſtatem electoribus Germaniæ eligendi imperatorem: ſed ea lege, vt per ipſum, electus ſibi præſentatus & per illum examinatus, titulo & authoritate donetur, vt explicat Innocentius 3.[a] 4 Quòd longo tempore poſt Iuſtinianum & Carolum magnum ſub Innocentio 3. fuit etiam imperium Conſtantinopolitanum, & ad eius imperatorem cum reuerentia & titulis imperatoriis ſcribit in c. ſolitæ, 6. de maior. & obedien. in inſcriptione, *illuſtriſſimum*, & in epiſtola, imperialem, dicit ſublimitatem eius *imperatoriam celſitudinem, imperatoriam excellentiam, addit & imperatorem illum cui* loquitur Conſtātinopolitanum, præcellere in temporalibus vt ſummum pontificem in ſpiritualibus agnoſcit imperatorem ibi Orientis Innocentius 3. quamuis conſtet illum nouiſſe quòd dicebatur, tranſlatum fuiſſe in Germanos in perſona Caroli magni, vt liquet ex c. venerabilem, de electio. Nec eſt mihi proba conſiliatio gloſſæ ad d. c. venerabilem, ad verbum, Germanos, dum ait. In d. c. ſolitæ, impropriè & generali nomine dici Græcorum regem imperatorem, vt rex Scachorum impropriè rex dicitur: quia verba textus ſolitæ, aliter ſonant. Eo, alia interpretatio leuior pertinet, qua dicunt de facto plures eximi ab imperio, ſed nō de iure quo ſubiiciũtur. quod idem eſt ac ſtabilior ideam in imperio Romano imperiorum vſque in ſeculum contra prophetiam Daniel c. 2. quæ ait & Imperium Romanum vt alia præcedentia caſurum, aduentu Meſſiæ & ſummi pontificis, qui eius vicarius eſt.

a In c. venerabilem, 34. de electio.

5 Et de iure alia regna non ſubiici imperio Romano, ius ipſum Romanum ait. In l. mercatores, 4. C. de commer. & mercator. lib. 4. tit. 63. quo loco in hæc verba reſcripſerunt Honorius & Theodoſ. c c. *Mercatores tam imperio noſtro quàm Perſarum regi ſubiectos vltra ea loca in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit nundinas exercere minimè oportet, ne alieni regni, quod non conue-*





*nit* ſcrutentur arcana.

6 Idem docetur ab imperatore Leone in l. f. & de Eunuchis lib. 5. C. ti. 42. *Barbaræ autem*, inquit, *Gentes, Eunuchos extra loca noſtro imperio ſubiecta factos, cunctis negotiatoribus vel quibuſcumque aliis emendi in commerciis, & vendendi vbi voluerint, tribuimus facultatem.*

7 Clemens 5. in clem 2. §. eſto igitur, titulo de ſenten. & re iudica. Arguit Henricum imperatorem quòd Robertum regem Siciliæ vaſſalum & ſedis apoſtolicæ Lucium, ſententiam dixiſſet: tanquam in eum conſpirantem, & ſententiam nullam declarat, vtpote factam à non habente poteſtatem extta diſtrictum imperii, & ita in regem Siciliæ qui ei non ſubiiceretur.

Sunt interpretes iuris, qui ad amuſſim perpenſis vtrinque rationibus, imperatori tradunt omnes non ſubiici rationes, maximè Gallorum per c. per venerabilem qui filii ſunt legitimi.

Specula in titu. de appellatio. §. nunc tractemus, in principio. Bartol. ad l. hoſtes, 2. col. de captiu. & poſtlimi. reuer. P. Bal. ad c. 1. de pace ſeruand. & iurament. firm. in feu. vbi reprobat gloſſ. ibi poſitam contrariam, & ibidem Andreas de Iſernia.

Tuentur & Iohannes Faber & Fulgoſius, non eſſe dominum mundi imperatorem.

16 Cæterùm ne videamur temerè huic ſententię inhærere, præponamus quæ potuerunt mouere quoſdam, vt eius eſſent opinionis imperatorem Romanorum hodie ſolum eſſe, cui omnes reges ratione imperii ſubditi ei & eius legibus videantur.

Primùm itaque gloſſa ad ca. 22. Hadrianus ad verba Per ſingulas 63. diſtinct. 2. propter verba textus, quibus conceditur Carolo Magno, ius & poteſtas eligendi pontificem, & ordinādi ſedem apoſtolicam, (& Epiſcopos & Archiepiſcopos per ſingulas prouincias inueſtituras ab eo accipere) ergo, inquit, in Francia, & in Hiſpania, vnus eſt enim imperator, ca. in apibus, 7. q. 1. quod concedo, niſi probent ſe exemptos ab imperatore, vt 23. q. 8. §. ecce. alioquin dabunt ei tributum per l. f. de cenſibus, & fateamur ergo, addit, imperatorem eſſe dominum mundi cum l. deprecatio, ad l. Rho. de iact. P.

Verùm illa gloſſa nec ad textum pertinet ca. Hadrianus, nam textus non ait illud ius dari Carolo per vniuerſum mundum, ſed per ſingulas prouincias ſui regni.

17 Quod autem induxit cano. in apibus, vt probet vnum tantum eſſe in orbe imperantem, id facit contra verba textus, qui ait, ſicut in apibus vnus rex, ita Romæ vnus imperator, quia Roma non potuit ſimul duos reges pati, & Eſau & Iacob in vtero Rebeccæ bella geſſerunt: nec inde concludendi vnum imperatotem totius mundi eſſe, quemadmodum nec concludi poteſt ibidem, omnium apum diuerſorum aluearium & examinum, vnum tātum eſſe regem, vnam gruem omnium gruum, nec ita etiam Diuus Hieronymus ad Ruſticum epiſto. 4. nec canon in apibus, concludunt: ſed ſequitur concluſio, hæc quod ideo ſingularum eccleſiarum debent eſſe Epiſcopi ſinguli, ſinguli Archidiaconi, vt ordo omnis Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nitatur. Proinde rectè concludes vt aluearibus ſingulis vnus rex, & in

congregationibus gruum ſingulis, vna grus, ita & vni imperio Romanorum vnus imperator, ſingulis Eccleſiis proprius Epiſcopus.

18 Sed nec vnum ſolum fuiſſe imperatorem etiam in ea monarchia, admonet aquila quæ eſt inſigne imperii, cui duo capita ſunt, & fuerunt olim duæ ſedes principales Orientis & Occidentis. Quòd ſi dicamus cum gloſſa ca. in apibus, ad verbũ, *vnus Romanam Eccleſiam* tranſtuliſſe imperium ab Orientalibus ad Alemanos per c. venerabilem, de electione, reformanda erunt inſignia imperii, & conglutinanda erunt duo illa capita, vt coaleſcant in vnum, quod vtinam fieret cũ reipublicæ Chriſtianæ vtilitate, & infideliũ omniũ acceſſione.

19 Atque legitur in Annalibus Germanicis Caroli Pipini, Caroli Magni & filii eius Ludouici, (qui à familiari Ludouici compoſiti ſunt & editi, & proſtant poſt hiſtoriã Eginharthi Frãcofurti apud hæredes Vucchelli) quòd anno 811. Nicephorus imperator Grecorum, miſit ad Carolum Magnum, imperatorem, legatum ad conſtituendam inter ſe pacem, & quod anno 812. Michael gener eius, Nicephoro mortuo, alios legatos miſerit qui confirmarunt pacem, ſcriptum pacis ſuſcipientes, quiue ſalutarunt Carolum more ſuo, imperatorẽ & lingua ſua βασιλέα i. regem. Hocque pactum cõfirmatũ mortuo Carolo, inter Ludouicũ filium eius & Leonẽ imperatorẽ Orientis, qui ſucceſſit Michaeli anno 814. per legatos, vt habetur in Annalibus prædictis. Quæ omnia ſignificãt poſt Caroli imperium adhuc Oriẽtis imperium extitiſſe, & Aquilã bicipitem fuiſſe, neque totius orbis imperatorem Romanorum ſeu Occidentis dictum, cum verè talis non eſſet, nec haberetur. Imperium itaque quòd à Græcis tranſtuliſſe fertur Stephanus Papa, in Germanos, eſt illud Occidentale & Romanorum cuius ſedem anteà tunc fuiſſe etiam in Græcia conſtat. Sed poſt illam tranſlationem remanſit & Græcum imperium in Græcia, & Romanum in Caroli Magni & ſucceſſorum perſonis.

20 Anteà quidem Gregorius 3. qui ſedem adeptus anno Domini 759. Leonem 3. imperatorem Conſtantipolitanum imperio ſimul & communione priuauit, quod imagines ex ſacris ædibus deturbaſſet & abraſiſſet, & malè de ὁμουſio ſentiret.

Et quia quo tempore ſummi Pontifices conſueuerant, ſi quid mali ab externo hoſte immineret, auxilia ab imperatore Conſtantinopolitano petere, & id facere omiſiſſet tunc Leo cùm obſideretur vrbs Roma ab Luithprando rege Longobardorum, captis circumquaque oppidis cupiditate regnandi: tum quòd iam excommunicatus eſſet Leo, tum quòd impeditus is eſſet in defenſione vrbis Conſtantinopolis contra Saracenos: in auxilium tunc vocauit Carolum Martellum auum Caroli Magni, patrẽ Pipini qui maior domus erat regni Franciæ, cuius ſuaſione Luitprãdus ſoluit eius obſidionem [a].

21 Sed & Gothi qui occuparunt non preualente imperatore Orientis, Italiam, cœperunt principem ſuum imperatorem dicere Romanum, primũ Auguſtalem, dehinc Odoacrum primus enim ex Gothis Theodericus, ſe ſcripſit, cuius formam & habitũ tradit Sidonius Apollinaris [b], is autẽ Theodericus occidit Odoacrem anno Chriſti 495. anno 2. imperii Anaſtaſii, Albino v.c. conſ. hæc ergo hactenus de explicatione

a vt refert Platina in Gregorio.

b li.1.epiſt.ep.2.



explicatione contrariæ prædictæ gloſſæ.

22 Nunc ſecundo loco diſcutiamus aliam gloſſam, quæ ad §. 1. titul. de pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda lib. 2. feudorum ti. 53. ad verbum *imperio*, tradit, Francigenas & vltramontanos ſubditos eſſe imperatori, non quidem ſacramento deuinctos, ſed ſubiici ratione imperij Romani ſub quo eſſe debent, cùm ipſi fuerint de imperio Iuſtiniani vt l. fi. de offic. præfecti prætorio Affricæ C.

Sed verè illa gloſſa, non ſolùm caret authore, cùm aliæ eius tituli præcipuæ laudent ſuum authorem Acuoſum ſubſcriptum ſingulis quæ eius ſunt, & vltra omnino eſt falſa & inſulſa. Nã non video quid ſit ſubiici, non ratione ſacramenti, ſed ratione imperij: nam ſi imperio ratione imperij ſubiiciũtur, neceſſarium eſt eſſe quoddam argumentum ſubiectionis vel hominij ſeu fidelitatis, aut cenſus, alioquin res dicuntur Alodiales ſui iuris & non ſubditæ vllo modo: neutro autem modo ſubiiciuntur Galliæ, vel Francia imperatori. dehinc 2. citat l. fin. de officio præfecti prætorio Affricæ C. vt dicat tempore Iuſtiniani Franciam ſubiectam imperio Romano. Cuius tamen contrarium in dicta lege probatur. Nam iubet in §. iubemus Iuſtinianus Beliſſario magiſtro militum, in traiectu qui eſt contra Hiſpaniam qui Septa dicitur, cuſtodes apponere vigilantiſſimos, qui poſſent inde diſcere quæcũque in partibus Hiſpaniæ ſeu Galliæ ſeu Francorum gererentur, vt ſcrutatores alterius imperij.

Neque obiiciatur, quod in ſuis titulis ſe Francicum nominet Iuſtianus, tanquam Franciæ victor, nam id ſibi vſurpauit, forſan, quod quidam dux Francorum fuerat deuictus à Narſete duce militiæ prope Tarentum, cùm tamen 22. annis antè, Franci Theodoberto rege duos inſtructiſſimos exercitus, Iuſtiniani & Gothorum fuderint, quum in procinctu eſſent vt dimicarent de poſſeſſione Mediolani, teſte Procopio [a]. Æquè rectè ab omni dominio liber rex Galliarum ſeu Francogalliæ, ſe inſcribit Dei gratia ſolum regem, non alterius beneficio, & quòd iure à Deo, & non tantùm de facto poſſideat, & habeat imperium in ſuo regno, vt comprobatum eſt miraculo, dum primus rex Chriſtianus, è cœlo ſuſcepit vnguentum ſacrum & inſignia liliata.

Et demus Francos aliquando victos à Iuſtiniano, non tamen ſequitur quod qui aliquando ſubiecti fuerint imperio, imperij dicantur: quod de Francis nominatim reſponſum eſt in c. per Venerabilem 13. qui filij ſint legitimi per Innocentium 3. quòd rex Francorum non recognoſcit ſuperiores etiam ſummum pontificem in temporalibus, niſi in quantum ſe ſubiicit ſponte ſummo pontifici: vbi tamen gloſſa magis ridicula & ſomniat vt alibi, *verum*, inquit, *de facto, ſed non de iure, quia ſubeſt Romano imperio* can. in apibus 7. q. 1. & c. per venerabilem de electio. quibus in locis nihil de eo agitur vt iam dixi. Voluit violare aliquando hoc ius regum Francorum & Gallorum & regni, Bonifacius octauus c. vnam ſanctam, de maiori & obedientia: in ſexto, ſed reuocauit

a lib. de belli Gothor.

Clemens 5.dictum ab eo in extrau.*meruit Chariſſimi*, de priuilegiis.

23 Sed & ridicula eſt conſequentia, dicere quia aliquando partem aliquam Galliæ & Franconiam ſubiecerint Cæſares, nunc quoque de imperio eſſe. Implicatur quippe contrarietas eſſe, & non eſſe. dehinc conſequentia eſſet quod ea quæ nunc etiam ſunt imperij Romani, ſint de Imperio Græcorum : imò nec illa adhuc ſunt de imperio eorum, ſed de imperio monarchiæ Alexandri Macedonum, & ea quæ illius fuerunt ſunt de imperio Perſarum, & ea quæ Perſarum, de imperio Medorum, & eadem de imperio Aſſyriorum, ſic & per progreſſum ad infinitum de imperio Adami. quaſi verò, Deus voluerit certas gentes à principio mundi vſque ad eius periodum duraturas, & quaſi nullæ ſint rerũ viciſſitudines, & monarchiarum & hominum, & in totum & in partem: nonne etiam puderet dicere, Gallos Romanum habere imperium, quòd aliquando imò ſæpius capitolium, vrbem, Italiam expugnauerint, vt norunt qui Liuium, Florum, Rufum, alióſque hiſtoriæ probatos authores prolegerunt.

d *Lib.*24.

Et inter cæteros Iuſtinus ex Trogo [a] tradit, Gallos duce Belgio, abundanti multitudine, cùm non caperent eos terræ quę genuerant, trecenta millia hominum ad ſedes nouas quærendas velut peregrinantes miſiſſe, quorum portio conſederat in Italia, quæ & vrbem captam incendit: Alia in Pannonia. Aliam autem perueniſſe in Macedoniam, & prælio inſtructo, Macedones viciſſe, Ptolemæum multis ſauciatis vulneribus cepiſſe, caput ei amputaſſe, & haſta infixum tota acie ad terrorem hoſtium circumtuliſſe. Rurſúmque Brennum aliũ ducem Gallorum idem feciſſe. Sæpe Aſſyrij victores, poſtea victi iacuerũt: ſimilia aliis regnis, monarchiis, principatibus acciderũt. Fatum namque & regnis & vniuerſo orbi impendet: agitur rota imperiorum ſub rotatione cæli; ſub rotunditate orbis, nihil conſiſtit in eodem ſtatu. Atque dicere noſtrum quod ademptum eſt ꝙ amiſimus, cuius recuperandi non datur ſpes nec ius poſt longas aliorum præſcriptas poſſeſſiones, iure gentium & humano quo viuitur reſiſtente, quid aliud videtur quàm verè vẽtis paſci, & deſipere melius? dominia rerũ à poſſeſſione cœperunt, & quamdiu quis poſſidet, tandiu videtur poſſeſſor, & vti poteſt : at vbi euincitur, vel noſtra impotentia à potentiori, vel nobis inuitis, vel volentibus, iam fundamentum iuris noſtri, re vera deſinit. Deus non creauit res ad proprietatem hominum, ſed ad vſum Domini eſt terra, & plenitudo eius: is transfert regna de gente in gentem, facit regnare & bonos & malos & hypocritas: cauſas ipſe nouit, noſtrum non eſt retinere ius, vel vindicare eius quod ipſe nobis conceſſerat ex arbitrio, & ademit ex eadem potentia: ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit, Daniel 2. verſ.21. Imperiorum & principatuum inſtitutio, non eſt vt principes dicantur & fiant ditiores, & in patrimonio habeant, & in arbitrio ſubditos, & addant prouincias prouinciis: ſed vt regant & defendant, cui muneri ſi ſe impotentes reddiderint, & ab aliis euincere, & ſibi conſeruare non potuerint, titulos inanes eius quod non eſt & potentatus amiſſi



amiſſi ſibi vindicant.

Nec eſt ratio aliqua cur imperatoris Romani monarchia ſupra alias debeat ſibi vindicare ea omnia quæ aliquando ſibi poſſedit. omitto enim quod plura iniuſtè ſibi adiunxit, plura ſanguine propter ambitionem fœdauit, multa neglexit, quæ ab aliis melius & iuſtius reguntur, plura conceſſit & ſibi ademit volens & ſponte: & vt loquar cum inſignibus, multæ plumæ ex aquilæ alis euulſæ ſunt.

Regnum ſolius Dei manet in æternum regnum omnium ſeculolorum [a] & regni eius non erit finis. [b]

Poteſtáque vicarij eius, quia fundata ſupra firmam petram non deſinet nempe ſedis apoſtolicæ: nam rogauit pro fidei eccleſiæ, ne deficiat in æternum Chriſtus [c], & aduerſus hanc portæ inferi non prȩualebunt [d].

24 Sciunt imperatores huius ſeculi vera eſſe quæ loquor: qui rem ipſam oculis obuerſantes dum vident non ſinunt ſe exornari talibus titulis, quibus adulatores illos lactare volunt. Sed modeſtè demonſtrant ſuis inſcriptionibus & titulis, qualem & in quos habeant poteſtatem.

a *Pſal.* 144. *verſ.*13.
b *Lucæ cap.*1. *verſ.*33. *Daniel* 7. *verſ.*14. *Micheas c.*4. *verſ.* 7.
c *Lucæ* 22. *verſ.*32.
d *Matthei c.* 16. *verſ.*18.

In hoc & laudo prudentiam illorum vehementer, & iterum ſapienter imperare iudico, ſiquid tamen iudicium meum plauſibile recipiat. Nam opinor monarchiam Romanorum fuiſſe vltimam ex prȩuiſis per Danielem c.2.verſ.40. *Et regnum quartum erit*, inquit, *velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet, & conteret omnia præcedentia regna hoc. Porro quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſteam figuli, & partem ferream, regnum diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte contritum. Quod autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſtæ. In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum. Secundum quod vidiſti quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum & aurum.* Sic itaque Daniel allocutus eſt Nabuchodonoſorem, cui Deus reuelauerat compoſitam ſtatuam monarchiarum. Et nemo eſt qui non intelligat per quartum regnum, monarchiam Romanorum: & per lapidem abſciſſum ſine manibus, non intelligat Domini noſtri IESV CHRISTI regnum & imperium in æternum, cui omnia ſubiicientur. Conſideremus ergo, quomodo declinauit imperium Romanum ab illa prima maieſtate, quomodo diuiſum fuit in orientale & occidentale, quomodo partem pedes eius fictiles & ferrei non adhærentes ſibi, quomodo ſola nunc monarchia regni Chriſti ſit, & eius vicariis. & facile erit iudicare, num illud imperatoris Romani regnum omnibus aliis imperet.

25 Audiamus nunc tertio loco quod facere videtur aduerſus re-

gnumGalliæ quod ſcribat Platina in Gregorio quinto, eum ſanctionem tuliſſe de imperatore eligendo, anno Chriſti 1002. quæ nunc ſeruatur, quo diutius apud Germanos ſumma poteſtas remaneret. Solis principibus Germanis licere principem deligere qui Cæſar & Romanorum rex appellatus, tum demum imperator & Auguſtus haberetur, ſi eum Romanus pontifex confirmaſſet, hos autem habuiſſe poteſtatem eligendi primo Ptolomæus refert, Archiepiſcopum Maguntinum, Germaniæ: Archiepiſcopum Treuerenſem Galliæ: Archiepi ſcopum Colonienſem Italiæ nomine: quibus additi quatuor principes, Marchio Brandeburgenſis, imperatoris poſt electionem camerarius: comes Palatinus, qui dapes: dux Saxoniæ qui enſem fert. Regem Bohemiæ qui pincerna. Ex quorum ordine & poteſtate volunt quidam inferre, Galliam agnoſcere ſuperiorem imperatorem. quia & electio eius nomine fit per Archiepiſcopum Treuerenſem.

Cæterùm non negatur Galliæ nomine Treuerenſem præſulem, eligere ſed ſuo arbitrio, ſine mãdato, vel conſenſu regis Galliarũ, ideo & reſtitiſſe Francos iam notat idem Platina, nec ſummus pontifex quoque habuit mandatum id faciendi à Gallorum principe, qui non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, nec ipſum ſummum pontificem, niſi ſe ſubiiciat dicto c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. & niſi in cauſis peccati in c. nouit, de iudiciis. Atque obſeruandum eſt videri ſummos pontifices ſibi contrarios, quod vnius dicatur imperium tranſtuliſſe in Francos. hic autem in Germanos ſine delicto Francorum vt Clem. 1. de iureiuran. Quod ne hoc liceret paſſim ſummo pontifici, & temporalia regna ſine cauſa fidei adimere poſſet principibus, nullum eſſet tutum regnum, nulla reſpublica certa, imò & imperium quod ſibi Germani vindicant, poſſet per ſummum pontificem in alios transferri qui illi fauerent, & quorum potentia aliquando poſſet promoueri, vel ex quorum genere eſſet, ſicuti narrat Platina tres cauſas eius tranſlationis, in Gregorio 5. quod is eſſet natione Germanus & Saxo: & quod Othonis imperatoris authoritate & affinitate fuiſſet pontifex creatus: & quòd defenſus fuiſſet à Germanis & Othone, contra Antipapam Iohannem dictum 17. epiſcopũ Placentinum, antea electum in ſummũ põtificẽ cõmuni populi clerique cõſenſu, ad quos electio pontificis ſpectabat, quibus rationibus ſummus pontifex ſuam patriam, ſuúmque defenſorem hac dignitate honorauit inuitis Gallis, quorum intereſt, illíſque nec auditis, nec vocatis, nec contumacibus. Vt qui putant id licuiſſe ſummo pontifici Gregorio 5. non debeant inficiari ius eſſe id ipſum adimendi & alio liberè transferendi imperium aliis pontificibus ſucceſſoribus ſedis apoſtolicæ quibus lex imponi ab anteceſſoribus non potuit, non magis quàm Gregorius 5. Transferendo à francis & Gallorum principibus in Germanos, non putauit ſe adſtrictum tranſlatione antea facta à Græcis ad Francos per ſummos pontifices. Forſan tamen aliæ ſunt rationes tranſlationis, de quibus ſi meliores ſint,



ſint, iudicium doctioribus relinquo: ſed quia hæc propoſita fuerunt contra expreſſum c. per venerabilem qui filij ſunt legit. & contra libertatem Gallicanam, nemo vt opinor, mihi ligio & originario Galliæ inuidebit etiam Germanus, ſi ſine præiu icio iurium cuiuſque principis quæ nunc mihi magis probantur, retulerim, verioribus ſi appareant ſemper & in his & reliquis ceſſurus. fortior quippe & ipſis principibus (vt ait Eſdras) veritas.

26 Subinde, qui ex illa electione putant imperatorem Romanorum, vniuerſalem eſſe imperatorem: iam ſcipſos arguunt. Nam limitata illa eſt, vt fiat nomine Germanię, Gallię, & Italię tãtũ, quamuis nec illi obtemperent, non autem facta eſt nomine vniuerſi orbis: neque iſtæ ſolæ nationes faciunt vniuerſum orbem.

Quamobrem & Hiſpania dicit, ſe non ſubiici imperio, ſic Iohannes Diaz tradit [a], iudices regni Hiſpaniæ, potius & prius conſiderare diſpoſitionem legum regiarum, quàm ius ciuile deficiente conſuetudine aut canone. Quod regnum illud non regnoſcat ſuperiorem imperatorem, nec eius leges, niſi quatenus ratio illarum recipitur. firmat & Andreas de Iſarnia gloſſ. ad ca. Hadrianus, to. 2. 63. diſtinct. quod rex Hiſpaniæ non ſubeſt imperio, doctores ad c. cauſa in 2. qui filij ſunt legit. Nicola. de Vbaldis in tracta. de ſucceſſionib. inteſta.

[a] *In practica criminali canonum c. 13. 6.*

27 De Venetis non ſubiici quoque tradit Iaſon, ad l. cunctos populos, 11. de ſumma trinita. fid. cathol.

Sed & Conſtantinus cognomine magnus, plures dedit res & ditiones Sylueſtro ſummo pontifici & rurſum Pipinus, Carolus magnus, & alij principes eccleſię Romanæ, quę ſunt non de iure imperij, & non recognoſcunt ſuperiorem imperatorem, vt tradunt Barthol. & moderniores, ad l. omnibus, ad ſenatuſconſ. Trebellia. P. Iaſon ad l. cunctos populos, num. 8. de ſumma trinita.

28 Quarto inhærendũ nũc eſt ſolutionibus aliorum quæ proponuntur à gloſſa ad c. venerabilem ad verbum Germanos, de electio.

Primum enim profert ca. in die. 15. de conſecratio. diſtinctio. 5. vbi Gregorius 7. *Romani verò diuerſò modo agere cæperunt* (ſcilicet in modo pſallendi) *maximè à tempore quo Teutonicis conceſſum regimen noſtræ Eccleſiæ.* Ergo, inquit gloſſa, ſi regimẽ vel regnũ Eccleſiæ tranſlatum eſt in Germanos, ipſi habẽt regnum totius mundi, quia tale eſt regnum Eccleſiæ.

Reſponderi autem videtur regimen Eccleſiæ noſtræ ibi dictum eſt, de Romana locali Eccleſia nõ de regno eius quod habet in vniuerſum mundum; nam de eo regno imperator nullo modo ſe miſcere debet, ca. imperium veſtrũ 10. diſt. diſtinctæ enim ſunt poteſtates, ca. quoniam, 8. eadem 10. diſtinct. ca. cum ad verum, 96. diſt.

Si regimen de quo ibi, eſt electio ſummi pontificis, cuius poteſtas olim data erat Carolo magno & ſucceſſoribus in ca. Hadrianus; 22. & ſequenti in ſynodo 63. 4. diſtinctio. quod tamẽ ius poſtea ſublatũ eſt, vt in beneficiis explicaui. & imperator Catholicus, non prę ſul, ſed filius eſt Eccleſiæ, capite ſi imperator, 96. diſtinct. neque etiam reciperetur quod regnum ſuum regendum conceſſiſſent

ſummi pontifices laicis & principibus. nam ſummus pontificatus duos non patitur adminiſtratores ſine ſchiſmate. Atque in ca. in die, abuſum Romanorum notat Gregorius ſeptimus, quòd prætextu Germanorum, ritum antiquum pſallendi mutaſſent, quem reſtituit: quamobrem non valet conſequentia, vt quia eccleſia non poteſt niſi eſſe vna ſine ſchiſmate, ca. ſchiſma 34. §. ſed nec illud 24. quæſt. 1. ideo non poſſit eſſe niſi vnum imperium. nam eccleſia diuidi non poteſt: imperium erat Romanorũ diuiſibile per prophetiã Danielis[a].

a Daniel c. 2.

29 Vrget tamen ca. Conſtantinus Imperator, 13. ſub 96. diſtinctio apud Gratia vbi Conſtantinus magnus poſt multa conceſſa priuilegia eccleſiæ Romanæ in perſona ſancti Sylueſtri, addit, *vnde vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quàm terreni imperij dignitas, gloria & potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum vt prædictum eſt quàm Romanã vrbem, & omnes Italiæ ſeu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, præfato beatiſſimo pontifici noſtro vniuerſali Papæ contradimus atque relinquimus, & ab eo & à ſucceſſoribus eius, per hanc diualem noſtram, & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum perſpeximus noſtrum imperium & regni poteſtatem in orientalibus transferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum ibi conſtitui imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt vt ibi imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia quæ per hanc noſtram imperialem ſacram, & per alia diualia imperialia ſtatuimus, atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur, per hócque imperiale conſtitutum, omnes noſtros ſucceſſores, imperatores, vel cunctos optimates Satrapas, etiam ampliſſimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc & in poſterum, cunctis retro, temporibus imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc aut infringere, aut quoquam conuellere*, &c.

Ex quibus conſtat apertius vt videtur quàm repugnari poſſit, imperium occidentale tranſlatum in ſedem apoſtolicam, illúdque potuiſſe transferre eccleſiam in Germanorum principes.

Sed certè cùm ſæpe cogitaſſem tenorem prædictæ conceſſionis Conſtantinianæ, non quidem in eo pedem fixi quod ſuppoſititiam dicant plures & falſam: eo enim animum in ſedem apoſtolicam fidémque catholicam ſum, vt iuribus eius potiùs omnino conſeruandis quàm vel ſuſpectis reddẽdis incumbam, cùm ſumma ratio ſit, vt etiam ethnici iuriſconſulti dixerunt [b], quæ pro religione facit. Verumtamen vt quod in manibus eſt tantum tractemus, bona fide, ſemota omni inuidia & omni adulatione, pietatem & religionẽ Conſtantino & venerationem in Dei diuíq; Petri vicarium Sylueſtrum adnumerari dignũ eſt; & quæ talis ſit, vt reliqui principes eius exemplo diſcere debeant, ſubmittere criſtas Deo.

b In l. ſunt perſonæ de religioſ. & ſump. funer. P.

Conueniunt & noſtri catholici quædã in donatione Conſtantini, ficta adiecta, verũ conſtare multa donaſſe eccleſiæ, & multa rurſum ei ac-



ceſſiſſe ex aliorum principum largitione: & ſine dubio eſt, ſedem imperij Occidentalis, conceſſam eſſe Sylueſtro, nempe Romanam ciuitatem, & omnia imperatoria ornamenta & indumenta, vt probat duobus libris Eugubinus, & teſtatur Photius patriarcha Grę cus titulo 8. nomocanonis c. 1.

At conſtat Sylueſtrum reſpuiſſe diadema aureum ſibi oblatum, vt ait Sabellicus & Platina in vita Sylueſtri, vbi nihil tradit de donatione imperij occidentalis, nec ego legi alibi quàm apud Gratianum in d. ca. Conſtantinus, qui palea inſcribitur, hoc eſt inter capita illa quæ firmam non habent authoritatem. Et Baptiſta Egnatius lib. 1. Romanorum principum in eo ait conſtanti fide dictum, quæ de imperij donatione circumferuntur, vti minus ſimilia veri non probari.

Nec veriſſimè videtur ſanctum Sylueſtrum, qui Chriſti veſtigia ſequebatur, voluiſſe acceptare regnum terreſtre oblatum, cùm nec clerici illud deſiderare debeant [a], quorũ princeps Chriſtus.

Chriſtus oblatum regnum terreſtre & temporale more hominum reiecit. *Regnum meum*, inquit, *non eſt de hoc mundo.*[b] *Si enim ex hoc mundo eſſet, miniſtri mei vtique decertarent &c.*

Et alibi interrogatus de tributo dando Cæſari, Quæ ſunt Cæſaris Cæſari redditæ, quæ ſunt Dei Deo.[c]

30 Quare reuera mihi ſuſpectus videtur ille locus paleæ de donatione regni Occidentalis. addit dubitandi cauſam, quòd neque ſummi pontifices ſe inſcripſerint vnquam imperatores, nec tanquam imperatores poſt Conſtantinum cognomine Magnum, vel eius tempore, Occidentale rexerint imperium: imò contrà, ſemper alij imperarunt poſtea in Occidente.

*Hieronym. ad quendam ſuũ leuitam relatus in ca. 7. duo ſunt genera Chriſtianorum 12. q. 1.*

b *diui Iohanni Euang. c. 18. verſ. 36.*

c *D. Matthæi c. 22. verſ. 21. Marci c. 12. verſ. 16. Lucæ 20. verſ. 25.*

Sic viuens Conſtantinus hic primus dictus magnus, imperabat occidentali imperio: Licinius Orientali. Et cùm poſtea ſolus imperaſſet, eo mortuo, tres eius filij imperium diuiſerunt, quod per manus à patre acceperant. Et Conſtantinus natu maximus, Gallias, Hiſpanias, Britanniam inſulam optinuit: Conſtans, Illyricum, Græciã: Orientem & Byzantium, Conſtantius. Poſt Conſtantem, & alij in Italia præfuerunt & Romanorum imperio, qui tamen in vrbe non habuerunt ſedem, quæ patrimonij Eccleſiæ cum aliis quibuſdam in eius ditione intacta & conſeruata illi fuit cum aliis. quæ & refert Ammian. Marcelli. lib. 27. & alij.

Imperium quidem Occidentale Romanorum etiam poſtea & tẽpore Orientalis fuit, ſed alibi habuit ſedem, vel Mediolani, vel Rauennæ. Et quamuis Conſtantius Heraclij nepos, Michael & aliquot alij tentauerint Romam rurſum ſedem inferre, non tamen potuerũt. Quamobrem hinc puto factum, quod tradit Procopius Romam obſeſſam per Alaricum Gothorum regem, tandem captam & in prædã datam nullo auxilio accepto ab Honorico imperatore Occidentali, qui Rauennę degebat, & ſuppetias ferre poterat, nihil minus quàm de vrbis illius ſalute ſollicitus. Atque poſt Valentinianum, qui etiam rexit Italiam, Atilam vicit Etij ductu, Romæ, vt ait Egnatius lib. 2. de principibus Romanorum. Auctus ſenatorij ordinis vir præfuit: poſt illum Maioranus, quadriennio, quem Seuerianus, & hunc

Anthenius, Antheniũ Liberius ſecutus eſt:& huic Glycerius,& Glycerio ſtatim Nepos ſucceſſit,quo per vĩ pulſo,& Auguſtulus malè ominati nominis rerũ eſt potitus,ſub quo Romani imperij maieſtas cõuulſa per Odoacrẽ Herulum: ſero poſtea ad Francos tranſlatum imperium per Stephanum Papam 2.& 3. Dehinc tempore Formoſi 1. eius nominis ſummi pontificis, cum penes Francos remanſiſſet ferè centum annos imperium Romanorum, rediit iterum & tranſlatum eſt in Longobardos, vt ſcribit iiſdem verbis Platina in Formoſo 1. Imperante apud Græcos Conſtantino Leonis filio. Idipſum firmat ſub pontifice Chriſtoforo 1. Deinceps tranſlatum victo Berengario per Othonem primùm in Germanos. Quia Otho Germanus rex vocatus in opem eccleſiæ contra Berengarium,& fertur coronatus imperator vel à Iohãne 13. vel à Leone vt idem ait in Iohanne 13. Obtinuerunt & poſt tranſlationem præſupoſitam imperij Græcorum in Germanos,rurſum Latini illud per aliquot annos vſque ad Balduinum, quo tempore Michael Paleologus Græcus imperium recepit. Platina in Alexan. 4. Fuerant autem tot tranſlationes à nobis recenſitæ,pro ratione,cur dicamus, neque donationem imperij orientalis,vel occidentalis coaluiſſe, neque occidentale imperium donatum fuiſſe ſummo pontifici, ſaltem nunquam ſummum pontificem eo vſum fuiſſe.

Dico etiam ex illis apparere,nec imperatores Romanos eſſe generales imperatores, & qui vnicè aliis regnis præſint, niſi in quantum ditioni ſuæ alio modo ſubiiciuntur.

31 Inſuper, nec alienum erit adiicere ex vulgatis regulis ab omnibus in confeſſo habitis, neminem plus iuris in aliuṁ transferre poſſe,quã ipſe habeat:porro ſi ſummus pontifex,imperatori Romanorum quod habebat impartitus eſt, certè habebat Romam & alia quædam patrimonalia: illa tamen nec fatetur ſe donaſſe: non habebat autem imperium occidentale, minus orientale, nec cenſetur quoque donaſſe. Electionem autem conceſſit, & ſibi reſeruauit coronationem Rom. imperatoris,hunc habet tantum ſibi ſacramentum in oratione præbentem, vt ea quæ comitantur imperium eius, conſequatur:non autem regem Gallorum,vel alios qui ei fidem non probent hominij,vel ſacramenti.

32 Sed demus adhuc, quamuis verum non putem, Conſtantinum, vtrumque ius imperij quod habebat ſummo pontifici Syluеſtro tradidiſſe,certè non ideo temporalia conceſſit vniuerſi mundi, quia nec is erat imperator vniuerſorum, imperabat namque tunc fortiſſimus alius imperator apud Perſas Sapores: qui non conſenſit huic tranſlationi, & defendit imperium contra poſteros imperij Romani & orientis. Fuerunt & his temporibus Clodomerus,Richemerus,Theodomerus Francorum duces,qui ei non parebant:omitto de Indis aliiſque barbaris nationibus agere,quas non conſtat Conſtantino magno ſubditas.

Nec eſt quod obiicias quòd eſt dicat in dicta palea canonis *Cõſtãtinus* ſe velle hæc ſeruari in vniuerſo mundo, & à ſucceſſoribus imperij:nam ipſe quidem eius animi fuit & voluntatis, vt ſeruarentur ſtatuta

tuta



tuta in vniuerſo orbe,ſed à populo ſibi ſubiecto:aliis imperare non poterat,nec ſola voluntas perficit actum,niſi adſit & poteſtas in prouinciis in vniuerſa ditione, & quæ aſcendentem videt, & quæ occidentem ſolẽ,& quæ ex vtroque eſt latere,vt vnuſquiſque in qua prouincia deliquit &c. Iuri eius iudicis ſubiaceat. Sed adiicit,iudicib. in prouinciis inquã, *quicunque noſtris obediunt ſceptris*. Vt intelligeremus ortus & occaſus, & laterum prouincias, non omnes comprehendi: ſed tantum imperio ſubiectas.eadem phraſi Iuſtinianus vſus in §. hęc conſiderantes,c. 1. nouellæ verò,dum præcipit omnibus iudicibus exiſtentibus. Neque quod imperator tunc viuens poterat ſubditis imperare potuit legem ſuis ſucceſſoribus legem imponere, non ab eo,ſed vel per ſucceſſionem generis,vel per electionem, vel per armorum potentiam, vel Dei voluntate, vel per conſenſum populi, longáve præſcriptione inuiolata,imperium, vel partem imperij acceperunt:nec verba hominis cuiuſcunque ſit dignitatis,leges diuinę vim habent. vt certè ridiculum videatur, quod voluerit ſua decreta vſque in finem mundi conſeruari intacta & illibata. hoc enim ad Deum ſolum pertinet, qui præuidet quæ expediant in futurum: & poteſt quæ vult ſolus.

33 At dices,fuit & Chriſtianiſſimus Conſtantinus,qui rempublicam Chriſtianam iuuauit,& bellis & edictis;audio,probo,laudo. ſed in omnibus,nec eius,nec ſanctioris viri vitam probo. probo ſanctitatem diui Petri,ſed non abnegationem Domini quam fecit.

Multa erant laudanda in Conſtantino, ſed non omnia: nam & de illo omnes hiſtoriographi conſentiunt vulgatum fuiſſe prouerbium,vt Tracala decem annos præſtantiſſimus: duodecim ſequentibus latro, decem nouiſſimis pupillus,ob profuſiones immodicas,fuerit nominatus,vt ſcribunt Sextus Aurelius Victor in epitomè Cæſarum,Baptiſta Egnatius de princip. Rom. lib. 1. in eo.

34 Verùm rurſum citatur cap. 1. quo iure defendis villas 8. diſtinctio. ex quo colligunt dominia diſtributa & meum, tuum, ſuum,dici ex iure imperatoris, vnde dicunt dominum vniuerſorum.

Sed quàm malè citetur hîc canon à diuo Auguſtino ſumptus, ad probandum vnum imperatorem tantum vniuerſi orbis, lectio ipſa canonis indicat. Nam nec in ſingulari de imperatore loquitur,neque de Romano,ſed ait bona diſtributa & conſeruata ab imperatoribus & regibus in plurali. *Nam*, inquit, *per iura regum poſſidentur poſſeſſiones*. Hoc eſt iure humano,quod eſt in legibus regum. Sed & diſtributiones dominiorum conſenſu gentium factas primùm, docet l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. 1. & per occupationem ſingulorum primum facta quæ natura communia ſunt, Ioſue 1. Cicer. 1. offic. l. 1. de acquiren. poſſ.

Proinde, cùm poſſeſſores dominatione alterius & poteſtate potiore, deturbantur à locis, deſinunt eſſe res ſingulorum, & videntur rediiſſe in priſtinam communionem vt occupantium fiant, quando veteres poſſeſſores,nec redeundi animum, aut recuperandi habent,& ſpem abiecerunt.

35 Peiori ſenſu citatur l. bene à Zenone, de quadriennij præſcriptione lib.7.C.ti.37.volunt enim ibi Iuſtinianum dixiſſe, omnia eſſe principis. ideo inquit gloſſa , & quòd pertinet *ad proprietatem.* in quibus pauciſſimis verbis duo inexcuſabiles commiſſi ſunt errores:quorum primum poſtea emendare ſatagit,ibi, vel verius.ad verba,*omnia principis.* alter inemendatus durat: primus error quod verba Iuſtiniani,qui loquitur de nulla conſtituenda differentia, inter bona patrimonialia & fiſcalia principis , quia omnia ſunt principis & patrimonialia & fiſcalia, voluerit extendere ad bona priuatorum ſubiectorum principi,dicendo 2.errore etiam *quoad proprietatem* illa omnia eſſe principis. quod nunquam venit in mentem Iuſtiniano: nam illa vox eſſet tyranni,velle ſibi tribuere vniuerſa bona priuatorum,quorum defenſionem & conſeruationem procurat, & quæ tantùm iuſtè pro neceſſitatibus reipublicæ,nempe pro cauſa pertinente ad omnes,capere poteſt,pro negotiis publicis.

Reprehendit hanc ſententiam dicentium omnia eſſe in poteſtate imperatoris bona ſubditorum,& ideo iure ſuo vti dum à ſubditis ea peteret.D.Ambroſius in ca. 21. conuenior. 23. q. 8. & ibi gloſſa, quoque ait,intelligi debere quoad iuriſdictionem &protectionem. Et D.Ambroſius ait ibidem quoque,neque etiam quoad Iuriſdictionē,bona Eccleſiæ ad imperatorē pertinere,ſed eſſe Dei, & pauperū.

36 Sunt qui ſentiant adhuc,ad poteſtatē regiam ſeu imperatoriā, non pertinere titulum imperij dominici,quale eſt domini heri,in ipſos ſeruos qui habēt ius in perſonas & bona ſeruorū,vt quicquid agāt,dicātur ad vtilitatē heri gerere.aliud enim imperium legitimum eſt in ſubditos iure regio,aliud iure herili aut dominico habere.Docuimus autem nec fas eſſe principē iure regio , præter neceſſitatem negotiorum regni ſubditorum bona capere , nec vltra quàm oporteat. Maximè,cum legibus naturalibus vel iuriſgentium ſubditus ſit quoque princeps,tanquam homo:multò magis & tanquam princeps,qui eas conſeruare debet ne turbetur vniuerſæ humanæ ſocietatis conſenſus , qui reges conſtituit ad conſeruanda & defendenda cuique dominia rerū,& libertatem perſonæ.[a] Et eo quoque pertinet poteſtas à Deo conceſſa,quæ non ad violandos ſubditos, ſed ad conſeruandos data eſt, vt ne prædam facerent de ſubditorum bonis, ſed vt eorum bona contra latrunculos,pyratas,& hoſtes defenderent.

a *l. ex hoc iure,de Iuſtit. & iure P.*

Forſan tamen poterit defendi ius herile monarchiæ , & poteſtas in bona & perſonas ſubditorum,ſi quando,iuſto bello ſuperati fuerint & imperio ſubiecti aliqui. Nam ex humana miſericordia, placuit conſtitui inter gentes , vt potius ius daretur in conſeruatos in bello,quàm,vt immiſericorditer ſuperatos liceret occidere : beneficium quippe conſeruatæ vitæ,hac gratitudine ſeruitij compenſatur , quod poſtea ſedata iracundia,libertatem recuperare poteſt.[b]

b *d.l. ex hoc iure,& l.manumiſſiones,de iuſtitia & iur. P.§ penul. & ſ. de iure perſona.apud Iuſtinia:l.5. de ſtatu homi. P.§. de libertinis, apud Iuſtin.* c *L per traditionem & ibi Theophilus de rerum diuiſ.*

Reliqua etiam quæ ab hoſtibus capiebantur, capientium erant & reipublicę,immobilia,vt agri,quæ ideò principis rectè dici poſſunt, vt rectoris reipublicæ,& qui ea diſtribuebat colonis,vel cum tributo,vel cum penſione præſtanda [c].

Sunt & alicubi hodie regna,in quibus ſubditi,non poſſident, pleno iu-



no iure:ſed veluti titulo locationis,& ad vitam à manu principis agros, vt refertur ab authore hiſtorię orbis noui qui *Peru* conſtitutum à Lagaſca prorege imperatoris Caroli V. in illa regione *Peru* poſt Pizarros rebellantes ſubactos,ne facilè à ſubiectione deficerent.Sed aliud eſt ex lege admittere colonos, aliud imperare dominis rerum ſubditis.

Poſſunt & ſuſtineri,qui dicunt principes ſuos honoris cauſa Dominos.Nam & reges noſtri propter excellentiam,commune nomen dommini ſiue Domni,effecerunt ſuum. vt Anaſtaſius bibliothecarius Adriani 2.

Siue Landulph.Sagax,hiſtoria miſcellanea,*Genti Frācorum,*inquit, *moris eſt domnum id eſt regem,ſecundum genus principari.* Sic & in Gallia rex *Sire* abſolutè dicitur , quod idem eſt ac dominus à nomine κύρος ſeu κύριος.

*De quibuſdam nominibus, tributis principibus propter quaſdam proprietates, vel aliqua accidentia.*

## CAPVT XIIII.

FVERVNT nomina,vel cognomina alia, vltra propria aut generis, aut dignitatis quibuſdā tributa regibus aut principibus,ob aliquam rem inſignem interdum bonam , interdum malam.Quemadmodum *Hermem* regem Ægyptiū ſeu Mercurium Trimegiſtum nominatum obſeruamus, quod fuerit magnus ſacerdos, magnus Philoſophus, & magnus rex. vel quod inter Ethnicos hic fuerit,qui ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα aſſeruerit,nempe in trinitate vnam eſſe diuinitatem,vt ex dialogis eius qui ſuperſunt,apparet:quemadmodū & M.Antoninus, qui Pio ſucceſſit , meruit cognomen philoſophi, quòd philoſophiæ ſtudiis excelleret[a].

2 Dictus Alexander, Philippi Macedonum regis filius, cognomento magnus,meritò apud Plutarch[b].

a *Dion in eius vita.*
b *in Sertorio.*

Vt Conſtantinus imperator,poſt Licinium ſuperatum , cum ferè omnem orbem gubernaret maximus à Nazario,in panegyrico cognominatus,ab aliis magnus,vt Carolus,Pipini Frācorum regis filius & ſucceſſor,ob rerum geſtarum magnitudinem,verè magnus cognominatus,vt ait Sigebertus.

Tribuerunt etiam hoc cognomen Romani Pompeio , vt ſcribit Plutarchus in Sertorio:& in Pompeio tradit , etiam Romanum populum,duos maximos cognominaſſe: Valerium,quod diſſidentem à ſe ſenatum,in concordiam ſecum reduxiſſet:Fabium Rutilianū,quod locupletos nonnullos libertinæ ſtirpis in ſenatum allectos,eo ordine monuiſſet.

Dictus & Q.Fabius, cum P.Decio cenſor, maximus, vt ait Liuius lib.9.ob cauſas ibidem relatas.

3 Ex moribus nomina indita regibus quibuſdam , ſicut mordacitas Ptolomęo Lamyri cognomentum inuſſit.garrulum enim Gręci

Lamyrum vocant,&comem facetum,oblectabilem,amœnum& ſtupendum.Et Antiochus ex Macedonibus regibus Doſo dictus, quòd multa promitteret,pauca impleret.nam δώσω futurum eſt à verbo δίδωμι[a].Et Pertinacem imperatorem ſcribit Iulius Capitolinus, vulgò Chreſtologum eſſe nuncupatum,quòd bene loqueretur,malè autem faceret[b].

a *Cælius Rhodig. ti.24. c 6.*
b *relatum & id à Sexto Aurelio.*

Ptolomæus Ægypti rex, poſt mortem Alexandri Magni, patre & matre interfectis,ex facinoris crimine, cognomentum Philopater, ex contrario & per ironiam,accepit[c].

c *Iuſtinus lib. 29.*

Melius & verius ante Ptolomæus Ægyptiorum rex,eo quòd neminem læderet,omnibus autem benefaceret,Euergetes, & benefactoris nomine cognominatus,vt & Macedoniæ rex Antigonus[d].

d *Plutarch. in Cleomene & Suidas.*

4 Propter & clementiam,ſenatus M.Antoninum philoſophum, Pij cognomine ornauit, vt refert Iulius Capitol. in eo. & Vulcatius Gallicanus,in Auidio Caſſio.Antiochus Sedetes, Syriæ rex, Pij nomen etiam adeptus.cùm enim circumſideret Hieroſolymam,Iudæis ad ſummum feſtum poſtulantibus dierum ſeptem inducias,non tantum eas conceſſit, verùm & tauros ornatis cornibus adornatos thymiamatúmque &odoramentorum ingentem vim ad portas deduxit, atque poſtquam eorum ſacerdotibus victimas tradidit,ipſe in caſtra eſt regreſſus.Quem Iudæi admirati,mox à feſto in fidem eius ſe permiſere,hincque pij nomẽ meruit[e].Ludouicus imperator ob inſignes virtutes,pij quoque nomen habuit.

e *Plutarchus in regum apophteg. Ioſeph. li.13 antiq.c.16*

5 Sic pater patriæ, primus Cicero decreto curiæ eſt appellatus. Et vt ait poeta, *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

Poſtea Auguſtus id tulit cognomen, à ſucceſſoribus quoque ambitioſè magis ſæpe quàm verè vſurpatum. Dedit autem is Auguſti quoque ſuum cæteris cognomen aliud.

6 Quintus Fabius dictator,propter benignam naturam, ouiculę nomen meruit[f],vt contrà Conſtantinus vltimus Græcorum imperator,rex Peloponeſi, ante ſuſceptum imperium, Draconis cognomentum ob militarem virtutem habuit,quia ſæpius cum Turcis cõgreſſus eos fudit fugauítque,ac eorum opida expugnauit & abſtulit[g].

f *Volatera li. 16. Anthrop.*

7 Artaxerxi Perſarum regi Mnemonis cognomen datum, eo quòd memoria valeret[h].

g *Vt narrat Cuſpinianus in eo.*

Alphonſus 10.Aragonum rex præſtantiſſimus,à liberalitate largus dictus & cognominatus[i].

Tarquinius Romanorum regum vltimus, à ſuperbia cognominatus ſuperbus.Alexander Hircani filius,Iudæorum rex, ob crudelitatem Thracida dictus eſt[k].Italię &alię nationes viderunt Hunnorum regem Atilam,ob ſuam crudelitatem flagellum Dei, ſe dicentem.

h *Alexan. ab Alexan. li. 2. c.11.*
i *Marineus li. 11. rerum hiſpanicarum.*

Athenienſium dux Nicias, vulgò,vt ait Plutarchus,cothurnus dictus,quòd omnibus ſe accomodare nouiſſet.

k *Ioſephus lib. 13. antiquita.c. 22.*

7 Demetrius erat in excogitandis bellicis machinis, ſupra modum induſtrius, multáque præter architectorum artem inueniebat, ex quo Poliorcetes,id eſt vrbium euerſor cognominatus fuit[l],quòd tanta vi atque impetu in oppugnationibus vteretur, vt nullus muris ab obſeſſis poſſet adferri præſidium.

l *vt refert Diodor Sicul.li.20.*

8 In Gallia, reges vltra proprium nomen aliqui acceperunt



aliud cognomen, vt Philippus 2. dictus *à Deo datus*,quòd pater eius Ludouicus iunior,tandem cum precibus à Deo impetraſſet.[a]

a *Aemilius in eo.*

Pipinus ex Auſtria à breuitate corporis *puſilli* nomen habuit, Ritius 1. de Francorũ regibus Carolus imperator,à craſſitudine cognomento *Craſſus*,filius Ludouici[b]. Vt & Sanctius 1.Hiſpaniæ rex,ea ratione *Craſſus* à pinguedine corporis[c].

b *Cuſpinia.*
c *Apud Ritium lib.2.de regib. Hiſpa.*

Et Philippus etiam Francorum rex qui ſimultates geſſit cum Bonifacio V.pontifice à corporis præſtantia, *Pulcher*[d].

Ludouicus Caroli Calui frater, ab impedimento linguæ, Balbus dictus,vt ille Caluus à caſu capillorum[e]. Vt Michael Grecorum imperator,quòd lingua eſſet balbutienti, *thraulus*, ſiue balbus dictus[f]. Clodius Francorum rex Pharamundi filius,& in regno ſucceſſor *capillatus* dictus, à promiſſo capillo[g]. Vt Conſtantinus 4. imperator Grecorum,cùm in expeditione, qua vicit patris interfectores,cùm Mezentio tyranno barbam creſcere permiſiſſet, dictus eſt à Conſtantinopolitanis *pogonatus*,i.barbatus[h].

d *Ritius, lib.2 de reg.Fran.*
e *Ritius lib.1. de reg.Fran.*
f *Volatera.lib. 23 anthrop.*
g *Ritius eo.*
h *Paul.Diaco. libro 19. rerum Romana.*

*De abuſu & odio nominis regis.*

## CAP. XV.

CVM deſierunt reges Romæ & alibi imperare ſecundum ea quæ regimen& recta gubernatio exigit, cœperunt populi deteſtari hoc nomen ſub quo antea malè habiti ſunt, & potiſſimum Romani, qui reges ſibi aſciuerant à tempore Numæ legitimos,exoſum habuerunt hoc nomen, quanquam dominationem regiam,verùm aliis titulis, admiſerint in conſulibus & dictatoribus.Et qui turbam concitauerat ad pellendos Tarquinios,Iunius Brutus, virgis cæſos proprios liberos, ſecuri percuti fecit,quod de reducendis Tarquiniis tractaſſent[i].

i *Liuius in 2.*

Refert Suetonius Tranquillus[k]. Authore Iulio Maratho, ante paucos quàm Auguſtus naſceretur menſes,prodigium Romæ factum publicè,quo denunciabatur Regem populo Romano naturam parturire:Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis eo anno genitus educaretur: verùm eos qui grauidas vxores haberent curaſſe, quod ad ſe quiſque ſpem traheret, ne ſenatuſconſultum ad ærarium deferretur.

k *In Auguſto c.94.*

2 Veſigothi eo priuilegio ab omni antiquitate donati dicuntur, ne quis regum ad eos accederet,niſi præmiſſis nunciis,& literis, quibus cauſam ſui aduentus declararet. qua ratione cum Ragualdus Knaphofde,Sueonum rex,corpore giganteo,animo ferox, ſuperbus, patrias leges & conſuetudines contemnens, ad terras Vueſgothorum deſcenderet,non pręmiſſis nunciis, ab illis tanquam patriæ hoſtis in villa Carlaby,occiſus eſt[l].

3 Tanto etiam odio Lacones nomen regium fuerunt proſequuti,vt, legatum quem ad Antiochum Demetrij filium miſerant, vbi intellexerunt eum appellaſſe illum regem, multauerint, quamuis medimnum tritici ab eo arctis commeatibus in capita apportaſſet[m].

l *Vt ait Ioannes Magnus lib.18.c.15*
m *Plutarch.in in apotheg.*

4 Cetillus pater Vicingētorigis Aruernus, cùm diu principatum Galliæ geſſiſſet dum voluit regnum appetere à ciuitate interfectus eſt[a].

a Iul. Cæſar li. 7. de bello Gallico.

5 Abuſi aliqui etiam ſunt nomine regis, in eo quòd non contenti appellatione ſimplici, voluerunt aliud addere inſignius.

Et quidam eò ſuperbiæ peruenerunt, vt quod Dei ſolius eſt dici regem regum & Dominum dominantium ſibi vſurpauerint, vt Nabuchodonoſor[b]. Et Sapor ſcribens ad Conſtantinum imperatorem, *Rex regum*, inquit, *Sapor particeps ſyderum frater Solis & Lunæ*[c].

b *Daniel* 2.
c *Amm. Marcellinus lib.* 17.

Sic etiam ſe reges Perſarum, vocarunt reges regum, & ita in inſcriptione monumenti appellatum Cyrum, refert Strabo[d]. Talémque habet inſcriptionem epiſtola Eſdræ, miſſa ab vno ex illis[e]. Phraates vltra Euphratem rex, regem regum quoque ſe nominabat[f]: potuerunt tamen dici Perſarum reges magni, quia alios reges ſibi obtemperantes habebant, at abſoluta illa appellatio rex regũ, non illis quadrat, nec aliis mortalibus quorum ditiones certis finibus continentur, & quibus ipſe Deus dominatur.

d *lib.* 15.
e 1. *Eſdræ c.* 7.
f *Dion Caßius lib.* 37. *hiſtoriæ Rom.*

Magnum porro regem ſeu μέγαν βασιλέα: dixerunt antiqui regem Perſarum, etiam Græci illius inimici[g].

Tradidit Herodianus[h] Artaxerxem Perſarum regem, tempore Alexandri Mameæ filij imperatoris Romani, Parthis iam deuictis, atque Artabano, regem magnum primum appellatum duplicíque diademate vſum.

Iulius Cæſar[i], exprobrans ingratitudinem Ariouiſto, recenſet dictum fuiſſe à ſenatu Regem & amicum, quod paucis contigit, & à Romanis pro maximis hominum officiis conſueuiſſe tribui dicebat.

g *vt ait Ariſtides in encomio Romæ, Dion Chryſoſtomus oratione* 3. *de regno.*
h *in* 6.
i *libro* 1. *de bello Gallico.*

6 Abuſi ſunt reges Iſrael poteſtate & nomine regio, per impietates, idololatrias, & crudules neces: ideo in captiuitate Babylonica, ademptum eſt illis inſigne regium, & duces poſtea appellati fuerunt, quòd regio diademate illis vti minus liceret per Perſas & Macedonas, vſque ad Ariſtobulum, qui iugo gentium de ceruicibus excuſſo, ſe regem appellauit.

Antigonus poſt mortem Alexandri Magni, quod liberum patrem repreſentaret pro cauſia & diademate Macedonico, hederam capiti circumdare, tyrſúmque pro ſceptro geſtare eſt ſolitus[k], indignus qui inter reges etiam annumeraretur.

k *Herodia. in* 1.

*Inſignia quædam regum antiquorum particularia.*

## CAPVT XVI.

INSIGNIA, ſunt veluti ſigna & literæ hieroglyphicæ, breuiter & compendioſè aliud quod non videtur, perſculpta, picta, aut celata indicantia: ad memoriam eorundem, qui quippiam egregium ſimile vel proportionatum demonſtranti ſigno, geſſerunt: vel ad diſtinctionem familiarum, vel perſonarum, ſigna particulari cauſa & voluntate conficta. Signa, quæ ſtrenua geſta vel inſigniter notata deſignant, propriè inſignia dici me-[illegible]alia potius ſigna & ſignacula, vel ſigilla. Inſignia ita rerum in-[illegible] & cum laude geſtarum, ſolita ſunt dici à vulgo *armoiries* Gallis, ac



lis, ac ſi dicamus, armorum memoriam & inde etiam ea quibus inſignia comprehenduntur dicuntur vulgo *eſcu, eſcuſſon.* ab Scuto bellico cui præſtantiſſimi milites ſolebant ſua illa inſignia ponere vt internoſcerentur.

2 Inter inuenta autem quæ memorantur Caricæ gentis, tria præcipua ſunt, quòd galeis criſtas imponendas primi oſtenderunt, & ſecundum hoc quod clypeis ſigna adiunxere: poſtremo lora quoque ſcutorum excogitauerunt[a]. Baldus[b] ait, inſignia hæc inuenta eſſe ad cognoſcendum familias & perſonas: tractant de his inſignibus quæ vulgo dicuntur *arma*, Bartholus libello de inſignibus & armis, vbi & qui dicantur in illis nobiliores colores. Tractat & Bonus de Curuli libro de nobilitate.

a *Herodo in* 1.
b *in tractatu de armis.*

3 Idomeneus Cretẽſium rex, Minois nepos, à Paſiphae ſolis filia oriundus, in ſcuto ſuo pro inſigni gallum gallinaceum habuit, quoniam hæc auis ſacra ſoli eſſet[c].

c *Pauſanias li.* 5.

4 Dauid in inſignibus gerebat leonem; quod & ſequuti ſunt poſtea reges Iuda. Tale etiam fertur fuiſſe vexillum Iudæ in deſerto: talis & anuli poſtea ſignatorij imago regum Iuda, vt narrat R. Abraham, in Cabala hiſtorica: illud forſan, vel quòd ipſe leonẽ necaſſet[d], vel quòd ſignificaret illud *vicit Leo de tribu Iuda*[e].

d 1. *Reg. c.* 1. 17. *verſ.* 34.
e *Apocal. c.* 5. *verſ.* 5.

5 Octauius Auguſtus, in diplomatibus libellíſque & epiſtolis ſignandis, initio ſphinge vſus eſt: mox imagine magni Alexandri: nouiſſimè ſua, Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoque principes perſeuerarunt[f], excepto Galba, qui canem ex prora nauis proſpectantem, ſignum à maioribus ad ſe latum, vſurpauit[g].

f *Suetonius in Octauio c.* 50.
g *Dio Caßius lib.* 51. *hiſtoriæ.*

6 Mater Seleuci in ſomnis, fertur ab Appiano Alexandrino[h] admonita, vt quem primum anulum inueniret, geſtandum Seleuco traderet; regnaturum enim vbicunque anulus ei forte fortuna excideret. Inuenit autem illa ferreum cum inſculpta anchora: amiſſus autem eſt circa Euphratem: & ob id Seleucus imperium adeptus anchora vtebatur in anulo ſignatorio.

h *in Syriacis.*

7 Inſignia regum Polonorum, aquila alba expanſis alis, eo quòd Lechus primus regni fundator, dum ſedes eligeret anno Domini 550. ſibi ædificauit inter paludes oppidũ, ſexto à Varta flumine milliario, vbi inuenit nidum aquilarum, eúmq; oppidum inde nominauit Gneſno, à nido quem vocant gnaſdo, vt ſcribit Martinus Chromerus[i]. Illa autem aquila pingitur alba, coronata, expanſis alis, hiante roſtro, vt idem ait lib. 16.

i *lib.* 2. *de geſtis Polonorum.*

8 Sigillum porro & inſignia principis Moſcouitarum, continẽt in vna parte imaginem hominis nudi equo ſine ſella inſidentis, haſtáque draconem tranſuerberantis: à tergo verò aquilam bicipitem vtroque capite coronatam, vt ſcribit Sigiſmundus Liber Baro, lib. de rebus Moſcouitarum dum agit de modo excipiendi & tractandi oratores. Refert autem idem lib. 1. Antiquos Moſcouiæ reges, ſcribẽtes aliis, titulis tribus circulis triangulo incluſis pro inſignibus vſos fuiſſe: quorum primus, in ſupremo circulo continebatur hîc, *Deus noſter trinitas, quæ fuit ante ſecula pater filius & ſpiritus ſanctus, non tamen tres dij, ſed vnus Deus in ſubſtãtia.* In ſecundo cõtinebatur titulus regis eius

cui ſcribebatur, particula adiecta *fratri noſtro*. In 3. titulus magni ducis Maſcouiæ, quo ſe regem ac dominum totius Ruſſię orientalis & meridionalis, dicebat.

9 Sunt quidam principes, qui ſuis inſignibus affigere ſolent, pōdo auri vel argenti gallicè *bezans*, hoc indicio ſignificare volentes, ſuæ domus ſuorúmve opulentiam, vt quibus non vacet aurum argentúmve numerare præ nimia abundantia, quaſi ſignificare velint ſe ſuarum rerum pondus non noſſe, non item numerum, vtpote quæ nulla diſcretionis numeratione comprehendi poſſent, vt notauit Robertus Cenalis, epiſcopus Abricenſis[a].

10 Fuit proprium aliquando regum Perſarum, nutrire comam, & eſſe crinitos. vt indicio eſt dicterium Veſpaſiani, quo eluſit cometem qui ſuis temporibus apparuit, dicens ad Perſarum regem pertinere, cui capillus effuſior[b].

*a libro de vera menſurarū ponderúmque ratione, in abbaco talenti minarum hebraicarum argenti.*
*b Sueto. in Veſpaſia. c. 23. & Sextus Aurelius in eo.*

11 Comam nutrire aliquibus nationibus ex variis cauſis aliquando fuit ex lege: vt & tonderi. ſicuti cum inter Argiuos & Lacedęmonas fuiſſet contentio de agro dicto Thyrea, poſtquam vicerunt Lacedęmonij, ex eo tempore Argiui tonſis capitibus, cum antea neceſſariò comati eſſent, legem condiderunt, ſe deuouentes, ne prius comam alerent, néve mulieres aurum ferrent, quàm Thyreas recuperaſſent. His è diuerſo legem tulere Lacedęmonij, vt in poſterum comati eſſent, cùm antea non fuiſſent[c].

*c Herodo. in 1.*

12 Vulgus antiquitus vel Gallorum comam circumtondebat, non radebat: regi tantùm ſoli permiſſum cęſariem promiſſam habere: quod docet Sidonius Apollinaris, teſtis oculatus in panegyrico Maiorano dicto.

*Hic*, inquit, *monſtra domat rutili quibus arce cerebri*
*Ad frontem coma tracta iacet nudatáque ceruix*
*Cetarum per damna nitet, cum lumine glauco*
*Albet aquoſa acies ac nutibus vndíſque raſis*
*Pro barba tenues perarantur pectine criſtæ.*

Addit Agathius[d], *Fas non erat*, inquit, *Francorum regibus comam tondere, atque à pueris intonſi manent, atque adeò vt à tergo his defluant comes: nam à fronte diſcriminati vtrinque feruntur: nec ſanè Turcarum more barbarorúmque impexi & ſcalidi ſordidioréſque capilli his ſint vel alias calamiſtrati & indecenter perplexi: ſed varia his ſuperinfundunt vnguenta, & diligenter pectendo expoliunt, idque præcipuum & regum decus conſtitutum eſt, ſolis vt regibus permittatur. Nam ſubditi circumtonſi ſunt omnes, nec prolixior his coma conceditur.* Hunc morem regum Francorum fuiſſe etiam tēpore Marcomiri & filij eius Clodonei, notat Aymonius[e] duraſſéque temporibus ſequentibus quoque[f], vſque ad Petri Langobardi Pariſiorum antiſtitis tempora, qui perſuaſit tollendum vt indecorum & indecentem, annuit Beatus Rhenanus[g], dum de cultu & armatura Francorum veterum agit.

*d Libro 1.*
*e lib. 1. de geſtis Francorum c. 4.*
*f lib. 3. c. 61.*
*g lib. 2. rerum Germanicarū.*

13 Verùm adhuc Perſarum regum inſigne in Sigillo, fuit imago Rhodogunis reginæ impreſſa, diſiectis capillis prædita: cuius rationem refert Polyænus libro 8. Stratagematon quod aliquando Rhodogune lauans crines abſtergebat, cùm venit quidam nuncians ſubditam gentem defeciſſe, & illam non abſterſis capillis, ſed ita vt erant



reuinctis equum aſcendiſſe & exercitum eduxiſſe, atque iuraſſe non ante ſe crines purgaturam quàm à defectoribus victoriam reportaſſet, quod nec fecit, donec victoria habita crines lauauit & collegit, vnde Perſarum poſtea ſigillum manauit.

14 Inſigne regis Scotorum à Ferguſio primo Scotorum rege, rubens leo erectus aurea facie, cauda verberās tergum, vt ferè eſt mos leonis dum ſeſe ad pugnam incitat, generoſam ſignificans iracundiam[a]. At regia alia Scotorum inſignia, iam inde à Feritharo, qui ſecundus ordine rex fuit, enſis nudus, acie ancipiti, virga aurea recta vocant ſceptrum, cum corona militaris valli forma: patriæ libertatíſque tutandæ, ſontium feriendorum, æquitatis iuſtitiæque adminiſtrationis, atque ſummæ poteſtatis indicia. Hector Boeth. lib. 2. Tamen lib. 9. crucem ſancti Andreæ pro inſigni accepiſſe victis & delectis Pictis teſtatur.

*a Hector Boeth. lib. 1.*

Alphonſus primus Portugalliæ rex dum Vlixbonam à Mauris recepit, & quinque ſimul reges vno prelio ſuperaſſet, quinque ſcutorū inſigne, facti monumentum poſteris reliquit[b].

*b Marineus li. 5. rerum Hiſpanicarum.*

*De inſignibus quarundam ciuitatum & populorum, & cauſis.*

## CAPVT XVII.

QVEMADMODVM bene aut fœliciter geſta, aliquando etiam infœliciter & cauſæ aliæ dederunt anſam inſignibus heroibus, militibus, ducibus, & aliis principibus certíſque perſonis & familiis: ſic quoq; & ciuitatibus & oppidis & populis quæ conſtituunt corpora ciuilia, & vnde principatus conſtituuntur. Crux alba, pro inſignibus in rubeo campo data ab Archadio imperatore Meſſanæ ciuitati illuſtri Siciliæ, quod is Archadius à Gothis & Bulgaris terra maríque obſeſſus, auxilium ab ea recepiſſet miſſum, vt ſcribit Thomas Friſellus[c]. Eximium autem illud munus cùm imperator valde hoc crucis ſignū reuereretur, vt etiam auream monetam cruce inſigniēdam curauerit, quæ in vſu totius Aſiæ poſtea permanſit: quia ante victoriam de Perſis, aëreæ cruces in veſtibus apparuiſſent, vt narrat Proſper de diuinis promiſſionibus & prædictionibus, parte 3. promiſſio. 34. de martyribus.

*c lib. 2. de bellis Siculis prioris decadis c. 2.*

2 Notat Munſterus ad ca. 2. Numerorum, veteres Hebræos per ſingulas tribus vexilla propria & diſtincta habuiſſe, & vexillum Ruben habuiſſe figuram hominis: Iuda, leonis: Ephraim, bouis: Dam, Aquilæ &c.

3 Legi in quibuſdam monumentis Mediomatricum ſeu Metentium, quo tempore Cæſar arma in Gallos mouit, obſeſſam fuiſſe eius iuſſu Mediomatricum ciuitatem, (quę nūc Metis dicitur ab expugnatore Metio duce exercitus Cæſaris, qui poſtea eam ſubuerſam reſtituit, vt ferunt) obſeſſóſque Mediomatrices per Metium, deditionis fuiſſe admonitos, & vt admitterēt Cæſaris inſignia, quòd ni facerent intra certum tempus minatum excidium. Illos autē reſpondiſſe nulla

alia inſignia aut tempus deſiderare,quàm noctis & diei,nec inſignia imperatoris velle ſe admittere, aut alia quàm albi & nigri,pro vitæ aut mortis ſymbolo. Et proinde habere hodie in inſignibus tantum partitos hos colores album & nigrum.

4 Iohannes Rauiſius Textor [d] in officina, refert quarundam regionum & populorum inſignia.

Scytharum fulmen.
Suem Phrygum.
Thraciæ Martem.
Arcus & pharetras perſarum.
Anglorum leones & roſas.

5 Tertullianus libro de velandis virginibus,ſcribit ornatus capitales pro inſignibus fuiſſe Garamantum pennas:barbarorum ſtrobulos; Germanorum Cirros,Athenienſium cicadas: Britonum ſtigmata,ad quem locum Beatus Rhenanus notat, Garamantes eſſe Libyæ extremos populos ſemiferos, Strobulos fuiſſe barbarorum geſtamina ex auro in modum pineæ, quia ſtrobulus Græcis pineam ſignificat. Et Athenienſes quidem in capillis cicadas ferebant, dicti hinc τεττιγοφόροι,Latinè cicadiferi.Hoc argumento volentes oſtendere ſe indigenas,quales &ſunt cicadæ.cuius & rei meminit Ariſtophanes. Cirri Germanorum, erant ex more obliquationes pilorum: & Britanni hoſpites in Gallia ſuper Ligerim ſolenniter certis notis inurebantur.

6 Romanorum inſignia antiqua erant aquilæ,vt Dio Caſſius ait. libro 40. Romanæ hiſtoriæ vexillum aureæ aquilæ, inhærentis haſtæ acutæ quæ in terra figeretur fuiſſe legionum Romanarum. eámque cùm hyemarent in ſacello quaſi in theca reponi ſolitam aquilam legionibus Romanis fertur. Marius in ſecundo ſuo conſulatu dicaſſe.

Et fuit ſignum tanquam princeps totius legionis, & quamuis Romani habuerint quatuor alia ſigna præcipua in militia,lupos, minotauros,equos, apros, quæ ſingulos ordines anteibant, item dracones,vnde draconarij, tamen poſtea repulſis cæteris retinuerunt aquilam.

Et quia vix hodie ciuitas vlla eſt quæ non habeat ſua inſignia & ſigilla propria, eáque cognita, ſufficiet paucis hæc quæ de inſignibus relata ſunt,ne in vulgaribus teramus otium neceſſarium rebus grauioribus.

*De tyranni nomine.*

## CAP. XVIII.

TANTA eſt vis conſuetudinis & vſus ſermonis, vt quemadmodum nomina ex conſenſu gentium impoſita,&conſenſu intellecta ſunt, ſic & vſu in aliam ſignificationem aliquando primitiuę ſpeciei contrariã,& menti primę repugnantẽ deficiant & conuertãtur.*Multa nomina*,inquit Varro [a] ,*nunc oſtẽdunt, aliud antè ſigni-*

*a 4. de lingua Latina.*



*ſignificabant.vt hoſtis,nã tunc eo nomine dicebãt peregrinũ,qui ſuis legibus vteretur: nunc autem eum quem tum dicebant perduelem.* cui conſentiunt iuriſconſulti [a] .vt enim numorum,ſic vocabulorum temporibus mutationes accidunt,atque legum & morum.Et Horatius [b] ,

*Multa renaſcentur,quæ iam cecidere,cadéntque*
*Quæ ſunt in honore vocabula,ſi volet vſus.*

*a L. quod nos hoſtes, 234. de verbor.ſigni.*
*b in arte poetica.*

Quare optimum eſſe Pedius ait referẽte Paulo iuriſconſulto,non propriam verborum ſignificationem ſcrutari ſed in primis,quid locutus demonſtrare voluerit:deinde in qua præſumptione ſunt qui in quaque regione morantur [c] .

Suppeditant exempla minores res plures:ſed inter maiores appellatio Sophiſtæ,politici,tyranni,

*c L. cum de lanionis,18. §. item cacabos, de fundo inſtructo.lib.34.P. ti.7.*

2 Olim Sophiſta σοφιστής, dicebatur Philoſophus, ſapientiæ profeſſor.

*Quicũque ad ſummam animi virtutem excreuerunt*, inquit Diogenes Laertius in proemio, *hos nunc honeſtiore vocabulo, authore Pythagora, Philoſophos,hoc eſt ſapientiæ ſtudioſos appellamus.ipſi tamen ſapientes, Sophiſtæ ſunt dicti. Neque hi ſolùm, verùm poetæ quoque Sophiſtarum appellatione honorantur &c.*Et generaliter σοφιστής, dictus doctus & peritus, cuiuſcũque artis artifex,vt θρήνων σοφιστής.*Lamentorum artifex* apud Lucianum de luctu. Tranſiit poſtea hoc nomen in inuidiam,vt Sophiſtæ dicerentur qui fictam quandam ſapientiæ ſpeciem iactitarent,& qui fallacibus concluſiunculis, inanem illam ſapientiæ ſpeciem oſtentarent,σοφιστής,inquit Suidas,πᾶς τεχνίτης.

Ita primùm Sophiſta,qui verè ſapiebat,& doctrina vti inſtructus erat,vt in illo verſiculo,Μισῶ σοφιστήν,ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *Odi ſapientem qui ſibi non eſt ſapiens*, ſeu quicunque ſibi non ſapit.inde & gymnoſophiſtę,ſapientes nudi Indorum poſtea.Qui cœperunt in orationibus velle videri ſapientes, qui de ſapientia bene locuti ſunt & copioſè, dicti quoque ſunt ſapientes ſeu ſophiſtæ. tales Rhetores deinde dicti,quaſi dicas verbis tantùm ſapientes, vita minimè,ſimiles Phariſeis, qui dicunt quæ facienda ſunt, ſed non faciunt,vt Lucianus in Macrobiis,ῥητόρων δὲ,Γοργίας,ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσι.

Sic & interpres Thucydidis [d] ,annotat σοφιστὰς ab eo vocari non τοὺς σοφιζομένους τὴν ἀλήθειαν, ſeu doctores aut profeſſores τῆς ἀληθινῆς σοφίας veræ ſapientiæ: ſed eos quos ita vulgus nominat,nimirũ τοὺς διδασκάλους τῶν ῥητορικῶν προβλημάτων.

*d ad lib.3. pa. 93. ad verba illa ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, καὶ σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες.*

Et poſtremis temporibus qui verbis cauillantur, & nominum impoſturis decipere conantur,&mentis rationem eludere ſermonibus compoſitis, aut vafris & doloſis argumentis circumuenire quẽquã ſatagant, Sophiſtę dicti ſunt,& Suidas ita,σοφιστής,inquit,ἀπατεών, παρὰ τὸ σοφίζεσθαι,ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾶν:& ὁ ἐπηρεάζων ἑκὼν ἐν τοῖς λόγοις.

3 Dicti σοφοκλεῖς,prouerbio ætate Plinij iunioris [e] , adoleſcentes, qui arrogantius & ambitioſius ad agendas cauſas accedebãt, non aliam ob rem quàm vt ſapientes vocarentur, & audirent illud grãde σοφός.ſeu vt grande illud σοφὸς clamaret illis turba applaudẽs,ſeu σοφῶς aut σοφῶς καὶ καλῶς. Id ſapienter, aut ſapienter & bene, ſcilicet dixit, vt Claudianus:

*e vt ipſe ait lib.2. Epiſtol.*

*En moneo plauſus, & pallidus omnia laudo,*
*Et clarum repeto térque quatérque σοφῶς.*

4 Quamobrem fuerunt alij, qui vulgatũ nomen ſophiſtæ, in deteriorem partẽ accipiuidẽtes ex eo quòd quidam ſibi illud tribuebãt, quod re vera aberat, elegerunt aliud nomen, & ſe philoſophos, nõ ſophos, id eſt amatores ſapientię, non ſapientes dici voluerunt, aliáque ratione, de qua meminit Diogenes Laertius [a]. Dum ait Pythagoram primum philoſophiam, ſeſéque philoſophum appellaſſe, cùm Sicyone conueniret Leontem Sicyoniorum tyrannum: nullum enim hominum, ſed ſolum Deum eſſe ſapientem dicens. Antea enim Sophia, ho ceſt ſapientia dicta, quæ nunc philoſophia dicitur: & qui hanc profitebantur σοφοὶ, hoc eſt ſapientes appellati. Quicunque ad ſummam animi virtutem excreuerunt, hos nunc honeſtiore vocabulo, authore Pythagora, philoſophos, hoc eſt ſapientiæ ſtudioſos appellamus.

a *In lib. 1. de de vita philoſoph. in principio.*

Quo etiam nomine adhuc, poſteri illius abuſi ſunt, nihil præter barbam, & baculum & pallium philoſophi habentes, & proinde aliquibus etiam ipſum nomen philoſophi fuit exoſum.

5 Vſurpata & alia nomina pro contraria ſignificatione natiuæ appellationis, vt bellum quod minimè pulchrum dicitur armorum horror, vt aliquando rex Ægypti Ptolomęus, dictus eſt cùm patre & matre interfectis regnum occupauit, philopater: ex contrario hoc eſt amans patris [b].

6 Nunc quoque ſunt quidam qui politicos vocent Catholicos Chriſtianos, quod ſtudeant potius ciuili gubernationi quàm religioni, in opprobrium obiicientes hoc nomen: quo tamen nullum præſtantius in republica eſſe poſſit. Verùm quia putant præponi adminiſtrationem publicam curæ religionis, hoc nomen dicũt eſſe exoſum, quorum tamen quidam non intelligunt quid ſit eſſe politicum; qui intelligunt verò, arbitrantur, ordine turbato à quibuſdam factum, vt religio ſequatur politiam: cum politia religionem ſequi debeat, & religionis cauſa præcedere.

b *Apud Iuſtinum lib. 39.*

7 Accidit in tyranni nomine ferè idem; quia antiquitus tyrannus erat dictus Rex legitimus, & βασιλεύς. & talis Iupiter in Nubibus Ariſtophanis, ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν Ζῆνα τύραννον, dicitur Iuppiter *tyrannus deorũ*, qui ab Homero dicitur βασιλεὺς ἀνδρῶν τε θεῶν τε. *Rex hominum & deorũ*. de amore idẽ apud Atheneũ [c], σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων ἔρως.

c *Lib. 13*

Vbi autem huiuſmodi poteſtas regia vel popularis, conuerſa eſt in ſęuã, crudelẽ, immitem, ſuperbã, lętiferã dominationẽ, & modus imperandi & nomen odiũ in ſe concitarunt, & in contumeliã euaſerũt. Seneca [d], Tyrannum dicit diſtare à rege, factis non nomine. Regum diuturna poteſtas, & quæ transfertur in liberos; Tyrannorum execrabilis & breuis. Arma ſunt regibus, arma tyrãnis: ſed tyranni ex voluptate ſæuiunt: reges non niſi ex cauſa & neceſſitate: reges occidere ſolent, ſed quoties id publica vtilitas perſuadet: Tyrannis ſæuitia cordi eſt.

d *Lib. 1. de Clementia cap 11. & 12.*

8 Tyranni ac violenti vocãtur à Diogene Laertio [e], ex eius ſentẽtia, & Ariſtotelis, qui per vim ciuibus inuitis imperant ſeu regnãt. tyrannis cùm impulſi & vi adacti ciues, ab aliquo reguntur.

e *Lib. 3 in Platone.*



9 Tyrannidem dicit Ariſtoteles dominatum vnius, ad proprium commodum intendentis cùm reliquæ ſpecies adminiſtrationis rerum publicarum, ad vtilitatem publicam reſpiciant [a], ídque propriè. Nam tres ſpecies tyrannidis idem ponit [b], vnam quæ alteratur quodammodo ad regiam gubernationem; vt apud quoſdam Barbaros eligebantur ad gubernandum ſoli aliqui, cum abſoluta omnimodáque poteſtate, ita illa tyrannica poteſtas diſtincta à regia: quia reges ſecundum leges, & volentibus imperant: tyranni pro arbitrio dominationem exercebãt. Erat alia tyrannis electiua: aut ad tempus vitæ, aut ad definitum, vt rebus geſtis finiretur, qualis fuit electiua apud Græcos, eorum quos vocabant Æſymnetas, differens à barbarica tyrannide, non in eo quòd non legitimè, ſed quòd non conſuetè fieret.

a *Lib. 3. polit. c. 5.*

b *Lib. 4. polit. c. 10.*

At verò alia ſpecies tyrannidis maximè propriè talis eſt, quæ eſt oppoſita regiæ poteſtati abſolutè,

10 Nam neceſſe eſt tyrannidẽ illã eſſe monarchiã, quæ nullis ſubiaceat legibus & dominetur per vim æqualibus & meliorib. & reſpiciat ad vtilitatẽ propriam non ad vtilitatẽ ſubditorum, quapropter illa monarchia eſt inuoluntaria, cùm nemo liber ſponte ferat huiuſmodi ſeruitutẽ. duæ primæ ſpecies, vt ſcribit idem Ariſtot. [c]. vim habent proximam veræ tyrannidi, licet ſint legitimę & ſecundũ mores patriæ quæſitæ. Et ob hoc tyrãnica illa regna ſunt quod habeant ſeruile iugum, quod quędam nationes ferunt ex more æquo animo: ſed habent ſecuritatem quia more & legibus cõſiſtunt, & ea de cauſa cuſtodiam habent regiam nõ tyrannicam: Reges enim à ciuibus cuſtodiuntur: Tyranno verò ab externis mercede conductis: & reges ſecũdum leges & volentibus: tyranni verò inuitis dominantur. itaque alteri à ciuibus cuſtodiuntur: alteri contra ciues cuſtodiam parant.

c *3. Politicorũ c. 10.*

Adminiſtrationes tamen iſtæ duæ, legitimæ viſæ ſunt, at quæ propriè nomen tyrannidis habet; tertia inquam ſpecies, oppoſita eſt.

Et Seneca [d], *Quid intereſt*, inquit, *inter tyrannum & regem? ſpecies enim ipſa fortunæ, ac licentia par eſt; niſi quòd tyranni ex voluptate ſæuiunt; reges, non niſi ex cauſa ac neceſſitate.* & c. 12. *quid ergo non reges quoque occidere ſolent ſed quoties id fieri vtilitas perſuadet? Tyrannis ſæuitia cordi eſt. Tyrannus autem diſtat à rege factis non nomine.*

d *Lib. 1. de clementia c. 11.*

11 Sicuti regis legitimíve principatus legitima poteſtas pendet ex voluntate prima & approbatione populi; vel originaria, dũ ſibi ſpõte quendam quidam præfecerunt; vel ab initio rege inuitis creato ſi poſtea populus cõſentiens ei regnum detulit, neq. alio modo legitimos principes dici comprobatum ſit: ita & multi dicuntur modi tyrannici, ex quib. notatur plures tyrannides occupaſſe, illi autẽ vel ad dolum vel ad vim pertinent. Sunt enim illa duo præcipua capita, ad quæ referri poſſunt origines tyrannorum, ſeu illegitimorũ principum, vt ex exemplis facilè liquebit, quæ non alia ratione à nobis proponentur, quàm vt poſſint monarchæ & populi ſibi cauere in poſterum, ne ſimilibus technis decipiantur.

12 Occurrit primũ Piſiſtratidis factũ, qui poſtquã Codro vltimo

rege mortuo Athenienſes mutaſſent ex inſtitutis Solonis ſtatum reipublicæ, & nullum regem inſtituere in poſterum decreuiſſent, electus fuit dux Atheniensium contra Megarenſes: quibus ſuperatis, quaſi ſibi non patriæ viciſſet, tyrānidem per dolū occupauit. Quippe verberibus domi voluntariis affectus, laceratóque corpore in publicum progreſſus eſt, & aduocata concione, vulnera populo oſtendit, de crudelitate principum, à quibus hoc ſe paſſim ſimulabat, queſtus, addidit vocibus lacrhymas, & inuidioſa oratione multitudinem credulam incendit, amore plebis ſe inuiſum ſenatui affirmauit, ita obtinuit ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium, per quos occupauit tyrannidem per annos 34. & filij eius Diocles & Hippias, non vltra[a].

a *Iuſtinus lib. 2.*

13 Occupauit quoque tyrannidem Perſarum magus quidam poſt mortem Cambyſis, ſuppoſitione facta in locum Mergidis vel Smerdis fratris Cambyſis, quem occiderat, qui poſt Cambyſem ſuccedere debebat. verùm non multo poſt tēpore, ipſe detecta fraude obtruncatus eſt à ſeptem optimatibus Perſarum[b], poſtquam regnaſſet per ſeptem menſes[c].

b *Iuſtinus in 1.*

c *vt ait Hero dotus in.3*

14 Occupauit dolis, fraudib. parricidiis regnū Hebreorū, Herodes Aſcalonita, & illud poſſedit tyrānicè per triginta annos: feſſi tandem Hebræi, vltro ipſi & eius poſteris regnum obtulerunt, iurantes in fidē ipſius ac poſterorū ſeſe permanſuros, & ita poſtea regnauit legitimo principatu per annos ſex, poſtquam tyrannico regnaſſet per 31[d].

d *vt ait Philo Iudæus in breuiario de temporibus. Ioſephus lib.17 antiquita.c.10.*

His plures fuerunt ſimiles, qui vel dolis vel vi inuaſerunt regna & imperia, de quibus latius Deo fauente agetur lib. ſequente[e].

e *c. 17 & 18.*

15 Cæterùm quamuis verum ſit vt qui præter leges principatus, inuito populo, ad ſui vtilitatem non populi præeſt, tyrānus dici poſſit: tamen admonendi ſumus, non bene mea ſententia Ariſtotelem & & eius aliquos aſſeclas ſenſiſſe, omnes qui inuito populo præſunt, eſſe tyrānos reprobos: nam ſi hoc verum eſſet, nullum eſſet, aut fuiſſet regnum quod monarchiæ nomen habuerit: quod enim pendet ex arbitrio populi, illud non regnum aut monarchia, ſed democratia dici debet, in qua ſuprema poteſtas non penes principem ſit, ſed penes populum: neque negandum quidem, leges naturæ & diuinas non ſeruantem, & contra eas agentem, tyrannum facto eſſe: at non ita, ſi contra leges politicas agat & ciuiles. Item nec inficiamur poſſe populum ſibi eligere regem aliquando ſi liber ſit & nemini ſubditus, & poſſe ſe ſubiicere regi: at negamus omnem contra voluntatem populi imperantem, eſſe tyrannum.

Concedimus item omnem qui fraudibus, dolis, nullo iure belli, obtruncat per rebellionem vel aliis fraudibus, aut vi regem legitimum, & eius iuſtos ſucceſſores, eſſe dignos iniqui tyranni nomine: verùm ſi iure belli, vel alia ratione legitima offendentes populos, vel iniuriantes ſubiiciat, & vi ſub iugum redigat, non puto dicendum tyrannum ſed iuſtum poſſeſſorem, iuſtum dominum, iuſtum regem, quamuis inuitis ſubditis imperet. Iure enim belli fit ſpecies acquiſitionis iure gentium legitimæ, eáque lege hortatus eſt Deus, filios Iſrael, ad pugnandum aduerſus gentes: *Omnem locum quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam, ſicut locutus ſum Moyſi*[f].

f *Ioſue 1.*



vt liquet ex deditionibus populorum, quarum duos referam, quæ apud Liuium recenſentur: prioris formula eſt libro 1, qua Sabini ſuperati prelio à Tarquinio rege Romanorum, ſic ſe dediderunt. *Rex interrogauit: Eſtis-ne vos legati oratoréſque miſſi à populo Collatino, vt vos populúmque Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditis-ne vos populum Collatinū, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia diuina humanáque omnia, in meam populíque Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.* Altera ex eodem Liuio lib. 7. in qua Campanus populus deditionem ſic fecit. *Populum Campanum vrbémque Capuam, agros, delubra Deûm diuina humanáque omnia in veſtram patres conſcripti populíque Romani ditionem dedimus. quidquid deinceps patiemur, dediti veſtri paſſuri.*

17 Petebant aquam & terram dari ab inimicis, vel aliis quos ſibi obſequi volebant reges, vt oſtenderent quid contineretur ſub ditione conceſſa nempe, dominationem in omnia bona quæ penes ſubditos eſſent.

Symbolū & fuiſſe dominationis, terram, docet quod narrat Plutarchus in quæſt. Græcis. narrat enim in migratione Aeneanum, cùm in regionem Inacho adiectā oraculo Apollinis deſcendiſſent, quam habebant Inachienſes & Achæi. Fuit enim oraculum Inachienſibus editum, ſi impertiti fuiſſent regionē, amiſſuros vniuerſa: illis ſi à volētibus accepiſſent, ſeruaturos. Quod intelligēs Temon cordatus vir inter Athenienſes veſte ſumpta pānoſa & pera, mēdici ſpecie ad Inachēſes ſe contulit, qui cùm ad contumeliā & ludibrium ei glebā rex dediſſet, acceptam pera condidit, & confeſtim digreſſus eſt nihil amplius petens, quod maiores natu ſtupentes, in memoriā oraculi redierūt, regémq. adeuntes, ne rē vilipenderet monuerunt, nec hominem miſſum faceret, ſed ſerò: nā is effugerat, factúſq. locus oraculo. Nam inuaſus rex Aenienſuum Phemius à rege Hyperocho, vbi eum necauit, & potitus eſt regione, Inachenſibus & Achæis pulſis. Eſtq. etiam modus transferendi dominij per glebæ traditionē quæ dicitur alicubi ſcotatio. Sícque ſcribit Innocentius 3. Archiepiſcopo & capitulo Lugdunenſi[a]. *Hanc cōferendi formam,* inquit, *eſſe proponitis, quod in huiuſmodi donationibus modicū terræ conſueuit in manu nēpe donās accipere, vel in extremitate pallij quod manu prælati eccleſiæ ſuſtinetur, aut ſuper altare ponendum ſub teſtimonio videntiū & audientium ſub dicta forma quæ ſcotatio vulgariter appellatur,* &c. Vt apprehēſione particulę alicuius fundi, cenſetur poſſeſſio totius apprehēſa, vt ait Paul. iuriſconſ.[b]

a *In c.2. de cōſuetudine lib. 41. decreta titu 4.*

b *in c.3. de acquirē. poſſeſsio. lib. 41 P. tit. 2.*

18 Pari modò ſeueritas principis, ſi modò non aduerſetur legibus diuinis, & naturę, non vituperanda, ſed laudanda ſæpius eſt, propter peruicaciam populi & periculū rebellionū quæ vnà populū & principem ſubuertunt: vt contrà ſæpius indulgentia nimia principis, conſenſum dat delinquēdi. Sícq. penè lapſa erat monarchia Romana per nimiam Pertinacis humanitatē, & per Helliogabali ſtultā voluptatē, niſi ei ſubueniſſet ſeueritate Alexāder Seuerus. Os durum ferocis equi, freno lupato non molli indiget. & princeps habita ratione morū aut docilium aut difficilium, gubernandi modum prouidè & conſultò debet ſuam adminiſtrationem inſtituere, vt populum conſeruet & diutius ipſe atque felicius regnet aut imperet.

a *in libro ciuili, vel de regno.*

19 Tyrãnum rurſum dixit Plato [a], qui nõ ex lege & moribus gubernat. Et proinde dupliciter poteſt accipi tyrannus, & pro eo qui ſibi vſurpauit principatum vi, contra legem inſtitutionis principatus aut regni, & pro eo qui legitimus quidem eſt princeps ratione ſucceſſionis, vel ex lege, ſeu electione, ſed qui vi & imperio contra rationem abutitur, & ipſam dignitatem in ſuam conuertit prædam, & quæſtum facit ex populo indebitè, quem ab oppreſſione, ratione poteſtatis ſibi conceſſæ, protegere & tueri debet. Et qui hoſtili modo vel ferino, in eum quem fouere debebat paterno animo, crudeliter ſæuit, vt aliàs docuimus [b]. Quibus addam quæ cecinit de deſcriptione tyranni Claudian. de bello Gildon.

b *lib. 6 Syntagma iur. ca. 20.*

*Inſtat terribilis viuis, morientibus hæres,*
*Virginibus raptor, thalamis obſcœnus adulter.*
*Nulla quies, oritur præda ceſſante libido,*
*Diuitibúſque dies, & nox metuenda maritis.*
*Quiſque vel locuples, pulchra vel coniuge notus*
*Crimine pulſatus falſò: ſi crimina deſunt,*
*Accitus conuiua perit, mors nulla refugit*
*Artificem, vario ſuccos, ſpumáſque requirit*
*Serpentum virides, & adhuc ignota nouercis*
*Grammina. Si quiſquam vultu præſentia damnet*
*Liberiúſque gemat, dapibus crudelis in ipſis*
*Emicat ad nutum ſtricto mucrone miniſter.*
*Fixus quiſque toro tacita formidine libat*
*Carnificis epulas, incertáque pocula pallens*
*Haurit, & intentos capiti circumſpicit enſes:*
*Splendet Tartareo furialis menſa paratu,*
*Cæde madens, atrox gladio, ſuſpecta veneno, &c.*

Bartholus quoque, tractatu de tyrãno, duas ſpecies tyranni conſtituit: vnam in titulo, aliam in exercitio: In titulo is eſt, qui ſine legitimo titulo vllo ſibi vſurpauit dominationẽ, aut imperium, ſeu principatũ. Exercitio, is qui cùm habeat legitimum Titulũ principatus, tamen non rectè dominatur, vt oportet bonum principem. Et ita non tantùm dicti olim tyranni qui crudeliter & malè regerent ſibi ſubditos, qualis Nero & Caligula: ſed & ij qui benignè eos habebant, ſi vſurpaſſent ſine titulo in aliquos principatum, qualis Iulius Cæſar, Hieron Syracuſanus, Lacedemoniorum adminiſtratores, & alij.

20 Inter differentias quibus tyrannus ſeu iniquus princeps, à legitimo & bono diſtinguitur ratione morum peruerſorum, vel bonorum, adferri iſtæ ſolent etiam vltra prædicta, in ſumma princeps bonus ſatagit viuere & populum ſibi regere, iuxta leges diuinas & naturæ ſeu rationis, quæ omnibus viris probis dominari debent, in iuſtitia, & æquitate & religione.

Tyrannus verò Deum ipſum, & conſequẽter leges eius, pietatem & religionem, iuſtitiam, & æquitatem contemnit, conculcat: humanitatem & eius rationem, ſtudioſè peruertit, vt affectibus propriis & irre-



irregularibus ſatiſfacere quocunque modo poſſit.

2 Princeps bonus nihil omittit eorum quæ arbitratur prodeſſe publico bono, tuitioni & conſeruationi vtilitati & defenſioni populi ſibi commiſſi: atque ideo propria bona, imò verò propriam ſalutem & vitam, periculis exponit lubentiſſimè; onera, quantum licet, releuat.

Tyrannus, nihil aliud meditatur, nihilque agit, quàm quod poſſit in vtilitatem conuerti propriã; ideo nõ parcit populo, vitæ aut facultatibus & honori eius; tondet ad viuum, imò verò excoriat, premit, necat gregem, donec ſibi ſatis ſit, illud autem ſatis nunquam accidit.

3 Princeps vindicat iniurias publicas, pudicitiam ſubditarum defendit, proprias contumelias diſſimulat, delinquentibus in eo parcit [a].

a *vt aiil. vni ſiquis imperatori maledixerit lib. 9. C.*

Tyrannus proprias acerrimè vindicat, pudicitiam ſuarum opprimit, & violat iuris naturæ leges, iniuriatum populum ridet.

4 Princeps bonos diligi, iuſtos ad commitenda munera deligit, populi amicitiam ſibi conſiliat, illi fidit, & ab illo amatur.

Tyrannus odit bonos, peſſimos diligit, illis ad publica munera tãtùm vtitur, populum odit, nunquam illi fidit, quia & meritò illũ odit.

5 Princeps vt pater inter domeſticos & ſuos dominatur pacificè, quos corrigit amat, & quos diligit emendat vt meliores ſint, ſecurus viuit, viuus, & mortuus laudatur & lugetur.

Tyrannus dominatur vt crudelis herus inter mancipia & bruta, ſemper turbulentus, bonos non malos opprimit, omnibus inuidet, vitam agit inquietiſſimam, viuis & mortuis deteſtabilis.

In ſumma decem ſunt actiones, quę dicuntur conuenire tyrannis.

1 Quando iubet optimates & præcipuos ſui principatus, necari; metu ne in eum inſurgant aut rebellent: cùm tamen nec ipſi ſignum aut coniurationis indicium, aut inter bonos ſuſpicionem dederint ea de re.

2 Quando opprimit & affligit bonos & ſapientes, metu ne eius vitia redarguant.

3 Quando abolere ſtudia bonarum artium & ſciẽtiarum nititur, ne ſapientia diſcatur.

4 Quando prohibet congregationes licitas & honeſtas, metu coniurationis aut rebellionis; ſine alia tamẽ præcedente ſuſpicione.

5 Cùm ſubmittit vbique auſcultatores clancularios, & delatores ſeu ſpeculatores, ad colligendum quæ de ſe dicuntur.

6 Dum diuiſiones ſeu ſchiſmata inter ſubditos fouet, vt altera pars factionis alterã metuat, & neutra in illam rebellet aut inſurgat.

7 Dum in paupertate vult viuere ſubditos, vt interim intenti labori ad vitam ſuſtentandam, in eum non inſurgant.

8 Dum nititur bella nutrire, vt inde eneruet vires ſubditorum.

9 Dum plus extraneis quàm ſuis fidit, & ideò ſtipatores habet extraneos non aliam ob cauſam.

10 Cùm factione exiſtente inter ſubditos; vni parti plus quàm alteri fauet, cùm poſſit ſuo imperio vtrique parti iubere conuenire.

*De miſeria & periculis eorum qui per tyrannidem dominantur, & qui tyrannidem occuparunt.*

## CAPVT XIX.

QVam periculoſum ſit inter inimicos & inſidiantes conuerſari, omnes, quibus cura viuendi eſt, ſciunt, & cum ſciant, vel ſi inciderint in illos, tunc vel maximè ſibi proſpiciunt, vel quantum conceditur & aſſequi poſſunt, citius ex illorum ſocietate ſeu conſortio eximunt, ſi modicum ſapiant.

Tyranni, quo pluribus imperant, eo plures habent hoſtes & inſidiatores, vt & ipſi omnibus ſuis aduerſantur, & mutuo ſibi diffidũt. Vnde vtrinque naſcitur miſeriarum, cladium, & calamitatum, vt ita loquar infinitus chorus, vt non immeritò expertus Phalaris Agrigentinorum tyrannus [a], dixerit, *Neque homo ſi fieri poſſet vt antequam naſceretur, quænam mala paſſurus eſſet audiret, naſci vnquam voluiſſet: neque priuatus qui tyrannidi ſtuderet ſi illius intelligeret calamitates, tyrannus potius quàm priuatus eſſe vellet: ſicque Demotheles non naſci, & priuatum quàm tyrãnum eſſe vtilius intelligo.* Quid enim putamus homini illi eſſe iucundum, & quando dicemus eum ſine ærumna viuere, qui omni momento mortem ſibi impendere ab inſidiis inopinatam meditatur? & quum ſciat perſuaſum fuiſſe, ſaltem antiquitus, proculdubio non ſe obſtringere ſcelere qui tyrannum occiderit, quantumuis familiarem, vt dicebat Cicero [b], neque eſſe contra naturam ſpoliare, quem honeſtum eſt necare [c]: quod docuit Dionyſius tyrannus Damocli aſſentatori, cùm eum nimium fœlicem diceret ob copias, opes, maieſtatẽ, dominatum, rerũ abundantiam, & ſimilia regia. Etenim Damoclem experiri deſiderantẽ hanc beatitudinem, iuſſit collocari in aureo lecto ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, magnificis operibus picto, atque appoſuit abacos complures ornatos argento auróque celato, forma eximia pueros circa menſam delectos, qui ad nutum eius miniſtrarent, adiunctis coronis, vnguentis, odoribus, menſis exquiſitiſſimis epulis inſtructis, quibus iam ſibi Democles fortunatus videbatur. verùm in hoc medio apparatu, fulgentem gladium è lacunari ſeta equina aptatum demitti iuſſit, qui impenderet beati illius ceruicibus. Quem intutus Damocles, nec pulchros illos miniſtros aſpiciebat amplius, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam, iam & ipſæ defluebant coronę: denique & exorauit tyrannum, vt abire liceret, quòd iam beatus nollet eſſe. [d]

a *Epiſtola* 34. *Demotheli ſcribens.*

b 3. *offic.*

c 5. *Tuſcula.*

d *vt eodem loco narrat Cicero & alij alibi.*

2 Regnum malis artibus comparatum, & vi retentum, non poteſt. durare Demoſth. 2. Olynthiaca. non enim manent in officio illi qui vi continentur, ſed ad primam occaſionem & leuem offenſionem, diſſoluuntur talia fœdera, dum ſpes eſt in armis, ipſum quidẽ floret, & vi effici poſſunt res, ſed tempore collabitur: & vt ædificiorum fundamenta oportet firma eſſe, ita & cauſas negotiorum oportet iuſtas eſſe.

3 Accidit plerunque magnis tyrannis, quíve crudeliter, ſuperbè etiam diu regnauerint; hoſtes, regna, regiones, imperia diruerint,



rint, vt tandem à ſuis ipſis, à familiaribus, domeſticis; imò à propriis amicis interimantur, vel dolis tollantur. Darius quem non ceperat Alexander magnus, vinctus à propriis fuit cognatis cathenis aureis, & confoſſus [a].

Alexander quoque primus & nouiſſimus monarcha quæſitorum fuit, & regnauit tantũ per duodecim annos veneno, vt firmior eſt ſententia, à ſuis ſublatus [b].

Iulius Cæſar, qui tot hoſtes fuderat; ab amicis, & quos magis diligebat proditoriè necatus [c].

Domitianus terribilis cunctis & inuiſus, tandem oppreſſus eſt amicorum libertorúmque conſpiratione, ſimul & vxoris.

Pertinacem milites prętoriani quibus ipſe corpus ſuum cuſtodiẽdum contra inimicos commiſerat, obtruncatus eſt [d].

a *Iuſtinus* li. 11.

b *Q. Curtius lib.* 10.

c *Sueton. in Iulio c.* 82.

d *Herodian. li.* 2.

4 Raro contigit, vt qui per tyrannidem & vim illatam, regnantibus ademerunt principatus, diu gaudeant & vtantur præda, ſed vel talione ipſi, vel poſteri plectantur, quod cecinit Iuuenalis [e]:

*Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci*
*Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.*

e *Satyra* 10.

Cratenas Amaſius Archelai Macedoniæ tyranni, illum vt regnaret necauit, at cùm vix tres vel quatuor dies imperium tenuiſſet, ipſe rurſus ab aliis per inſidias circumuentus, necatus eſt [f].

f *Aelian. lib.* 8. *de varia hiſtoria.*

Aliquando autem non ſtatim ipſi tolluntur qui alios interemerũt duplici ratione. vt potiſſimum, vel quia iuxta voluntatem Dei fecerunt, vel quia parcit Dominus populo, ne mutationibus tyrannorum opprimatur. Diu autem impios ſuſtinere nequit, neque progeniem viperarum: & proinde tandem tarditatem, ſupplicij grauitate compenſat. vtitur vt ſępe dixi, Deus, tyrannis vel vt tortoribus, vel vt carnificibus, vt & ipſis dæmonibus ad exercendum iuſtæ iræ iudicium: vt flagellet & diruat per inimicos etiam ſuos impios, & vlciſcatur ſe de inimicis ſuis per inimicos etiam eorum. Et quia nullum bonũ eſt irremuneratum, neque vllum malum impunitum; Deus vt plerunque permittit in hoc ſeculo, vt ij quę tyrannos & delinquentes principes ſuſtulerunt ex eius permiſſione, & aliquãdo aliquos ex poſteris illorum, temporalem in hoc mundo retributionem recipere: at quia & ipſi mali, & ambitione regnandi non vlciſcendi iram Dei, id peregerunt ſcelus, eadem pœna vel poſteri eraduntur de terra.

5 Poſtquam occupauit regnum Iſrael Ieroboam, propter delictũ Salomonis vindicatum per eum in perſona Roboam filij eius, tranſlatis decem tribubus in Ieroboam [g], regnauit & filius eius in Iſrael: Vindicta in perſona filij ſucceſſit, & ipſe cum omni ſemine & domo Achab, eraſi per nouum Baaſa [h]. Baſæ tyranni finita poteſtas in filio Ela, qui necatus cum omni ſemine per Zambri eius ſeruum, qui tantùm per ſeptem dies regnauit, & coactus obſeſſus ab Ambri ſe in palatio comburere [i]. Suſtulit regiam progeniem Ambri & Achab, Iehu ſeruus Ioram regis ex progenie Achab [k].

g 3. *Regum* 12.

h 3. *Regum c.* 15.

i 3. *Regum* 16.

k 4 *Regum c.* 9. 10. 11.

Aduenit autẽ in quarta generatione vindicta ſuper progeniẽ Iehu, iuxta verbum Domini [l], & ideo Zacharias qui ex Iehu deſcenderat obtruncatus eſt, qui ratione ſerui ſui nomine Sellũ Iabes, qui tan-

l 4. *Regum ca.* 9. *ver.* 36. & 4. *Regũ.* 15. *verſ.* 12.

tum regnauit pro eo in Iſrael per vnum menſem, occiſus poſtea iterum per Manahen filium Gadi de Therſa; & regnauit pro eo decem annis in Iſrael. & poſt eum Phaceia filius eius biennio tantùm; nam eum occidit Phaceas filius Romeliæ, dux eius. Sed & hunc occidit Oſeas filius Ela[a]. hic autem tranſlatus cum populo in Aſſyrios[b].

a 4. *Regum c.* 15.

6 Saladinus domito oriente, tandem mortuus, & omnes eius filij à patruo eorum necati vno euadente tantùm è manibus Sephadmi patrui[c].

b 4. *Reg. c.* 17.

c *Aemilius li.* 6.

7 Vetus eſt dictum, tyrannos principes quàm rariſſimè ſeneſcere, propter varia pericula quibus inuoluuntur: & quàm ægerrimè commune liuoris & periculi ſortem poſſunt æuadere, & pauciſſimi omnino fuerunt qui ſuo fato ſeu morte naturali perierint. Quare & Saturninus apud Flauium Vopiſcum, quum à ſuis purpura eſſet indutus, *Neſcitis*, inquit, *amici, quid mali ſit imperare. Nã & gladij & tela ceruicibus noſtris impendent: imminent haſtæ, vndique ſpicula, ipſi cuſtodes timentur ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro authoritate, non bella pro iudicio non arma pro ſtudio. Adde quòd omnis ætas in imperio reprehenditur, ſenex eſt quiſpiam, inhabilis videtur: ſi iuuenis, ineſt furor. Nam quòd imperatorem me cupitis, in mortis neceſſitatem me trahitis: ſed habeo ſolatium hoc mortis, ſolus perire non potero.*

8 Subit mentem quod Aclianus[d], lepidè refert de Tyrannis ex Æſopi ſcriptis. Si quis ſuem comprehendat, eam vociferari, ídque nõ temere. Etenim cùm nec lanam portet, neque quicquam aliud eius generis, ſtatim coniectura mortem augurari, ſcientem ſeipſam vſus eſſe capientibus. Similes autem videri ſuibus tyrannos, qui ſemper in ſuſpicionibus & metu verſantur, cùm ſciant, ſicut ſues, ſuam vitam ſolùm omnibus deberi.

d *lib. 9. de varia hiſtoria.*

9 Quod fœlix auguſtúmve ac pulchrum videtur, deſiderabile eſt: & quo pulchrius & magis ab omnibus deſideratur. quò fit vt difficilius cuſtodiatur quod à pluribus appetitur. Principatus autẽ ab omnibus ambitur, ab omnib. autẽ obtineri & poſſideri nequit. proinde qui in eo gradu iã eſt, vt principatu fruatur, tot ſibi habet inimicos & inuidos, quot habet cupidos & ambitioſos inhiãtes: quãdo maximè tyrãnis & regnum trãsfertur nõ habita ratione ſucceſſionis: qui vt corui cadauer, ita iſti dignitatem expectant intenti, & ita & apertè, & clam per factiones & venena inſidiantur. Atque ideo ipſi principes cõtra vim apertã ſatellitibus ſe præmuniunt: & aduerſus veneficia in more habent, vt ait Herodian. in 1. antequam cibum capiant, medicamẽto vti, quo venena prohibeantur, coguntúrque per alios prægustare edenda & bibenda.

10 Quàm miſerum eſt quod ſcribit Æſchylus[e],

Ἔνεστι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι
Νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι. id eſt,
*Ineſt enim hic quodammodo tyranni*
*Morbus, vt non fidant tyranni amicis.* Et Claudianus[f],
*Qui terret, plus iſte timet, ſors iſta tyrannis*
*Conuenit inuideant claris, fortéſque trucident.*
*Munitique gladijs viuant, ſeptique venenis*
*Ancipites habeant artes, trepidique minentur.*

e *in Prometheo ligato.*

f *de 4. Honorij conſulatu.*

Quin



Quin & illud dictum de aliquibus tyrannis quod dũ vellent ſponte mori, & ab aliquo interimi: nec amicos qui iuuarent, nec inimicos qui mortem accelerarent inueniſſe[a].

a *hoc refert dẽ Nerone. Sueto. in eo c. 47.*

11 Familiare eſt omnibus tyrannis, vt ait Cicero[b], vt propter iniuſtam dominatus cupiditatem, in carcerem quodãmodo ipſi ſe includant, nulli fidant, non liberis, non vxoribus. Narrat exemplum prædicto loco Tullius, quod imaginem veram omnium tyrannorum refert & miſeriam, Dionyſij Tyranni Syracuſiorũ qui cùm eſſet bonis parentibus atque honeſto loco natus, abundarétque & æqualium familiaritatibus, & conſuetudine propinquorum, & amicis, credebat ſe eorum nemini: ſed ſeruis manumiſſis, & quibuſdam conuenis; & feris barbaris cuſtodiam corporis ſui committebat. quinetiã ne tonſori collum ſuum committeret, docuit tõdere filias ſuas: & tamen ab his cũ eſſent adultæ ferrum remouit inſtituítque, vt candentibns iuglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Cúmque duas vxores haberet Ariſtomachen ciuem ſuam, Doridẽ autem Locrenſem, ſic noctu ad eas ventitabat, vt omnia ſpecularetur & præſcrutaretur antè. Et cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet, eiúſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet: eũ ipſum, cùm fores cubiculi clauſerat, detorquebat idémque, cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat. In ſumma, omni cultu & vita humana carebat: viuebat cum fugitiuis, cum facinoroſis, cũ barbaris: neminẽ qui aut libertate dignus eſſet aut vellet omnino liber eſſe; ſibi amicum arbitrabatur. quod tamen nec prohibuit quin tandem ſede pelleretur.

b 5. *Tuſcula. & Plato 8. de republica.*

12 Tryzus inſignis tyrannus, adeò vexauit ſuos ſibíque metuit, vt legem ferret vt nemo cum altero, neque priuatim neq; publicè ſermones miſceret, volens omnes coniurationum & inſidiarũ contra ſe vias intercludere. quod tamẽ fuit grauiſſimũ minimẽq; ferendũ, atq; ideo mãdata tyranni eluſerunt, & oculorũ manuúmq; geſtibus, & nutu, animi ſenſa mutuò ſignificabãt & accipiebãt, quæ etiã lege iuſſa, ſuſtulit. Et cùm quidã deſolationẽ illam ægrè moleſtéq; patiẽs & cupiditate diſſoluendæ tyrannidis permotus in forum progreſſus eſſet, & ibi ſtans multitudinẽ circumfluentẽ ad lachrymas prouocaſſet, audiens hæc tyrannus, feſtinauit in forum vt & illud prohiberet, neq; ſolùm linguam, nutúſque, ſeruitute conſtringeret, ſed etiam oculis tributã à natura libertatẽ eriperet, quãta potuit celeritate, pedes cum ſtipatoribus & ſatellitibus accurrit, vt lachrymas ſedaret. At illi, cum à lõge vix eũ vidiſſent eripiẽtes arma ſatellitibus, tyrãnũ occiderũt[c].

c *Aelian. lib.* 14. *de var. hiſt.*

13 Ariſtippus Cæſo Ariſtomacho, Tyrannidẽ Argis occupans, ſocius Antigono regi, viuũ in vrbe ex inimicis neminẽ reliquit. Satellites eius foris in periſtylio excubabãt, ipſe ſeruos cũ cœnaſſet omnes exigebat, & interiorẽ domũ occludẽs cũ amica in paruũ ſe abdebat cubiculũ editũ, quod cataracta claudebatur, ſcalas amicę mater auferebat, eáſq; aliò in cõclaui recludebat, rurſúſq; orta luce euocabat tyrãnũ, ſerpẽtis modo ex luſtro irrepẽtẽ. Verùm hũc eruptione Cleonis facta Aratus Sicyonius fudit, Tragiſcus Cretẽſis trucidauit, tyrãnidẽ Argiuorũ Agias & Ariſtodemus occupauerũt, Antigoni ſubſidio[d].

d *Plutarch. in Arato.*

### *De varijs ritibus & formulis creandi, vel inueſtiendi principes de regno, imperio, vel principatu.*

## CAP. XX.

CVM natura omnes videantur pares eiuſdémq. materię terreſtres homines, adeſſe quoddam ſignũ apparens neceſſarium eſt, vel diuinum, vel humanum, per quod appareat, quis aliis præeſſe, & cui obtemperare æquum iuſtúmque ſit. Naturali quidem ordine geniturę, apparet ex nota antiquitatis, iuniores, ſenioribus: filios, parentibus: vxores, viris ſubiici debere: at in multitudine, in ciuitate, in prouincia, in populo, nõ ita facile eſt iudicare: neque facilè alij aliis ſubiiciuntur. Et proinde vel ex conſenſu gentium oportuit electiones, comprobationes præpoſitorum & principum fieri; vel ex ſubditorum authoritate qui omnem poteſtatem ſuam in certos tranſtulerunt, certa lege, vel abſolutè: vel vi ſuperiore & Dei arbitrio, cui lubentius, qui de numine probè ſentiunt, obtemperare debent. Et quia homines corpore & ſenſibus conſtãt, & vt plerunque anima per externas ſenſuum delationes cognoſcit & iudicat, ideo neceſſarium fuit. Quemadmodum in aliis quæ via humana percipiuntur, adeſſe & conſtitui quædam extera ſigna, ſeu inſignia, per quæ princeps electus, vel conſtitutus cognoſceretur, vnde non liceret impunè eius detrectare imperium. ea autem fuerunt pro diuerſitate regionum diuerſa. ſufficit enim talia eſſe, cuiuſcunque ſint ſpecici, quæ idonea ſint & cognita inter populum, cui apparent, ad oſtendendum eum cui ea inſunt, principem eſſe.

2 Quia verò princeps eſt velut caput populi cui præficitur, ideo ſæpius principis perſona in parte capitis præcipua inſignia, vel ſymbola ſui principatus, recipit & geſtat. vt coronam, diadema, faſciam, pileum, ducalem, & id genus ſimilia: aliquando nihilominus in alio ornatu reliqui corporis, propria & principalia quoq. gerit inſignia, vt globum, ſceptrum, purpuram, ſandalia, & alia ſi quæ recepta ſint more nationum.

3 Quum Deus populo ſuo Moyſem principem conſtituit, & ducem, dedit illi virgam, ſignorum & prodigiorum inſtrumentum, pro ſceptro & poteſtatis ſymbolo, Exodi c.4. in poteſtatis autem ſacerdotis magni ſymbolum, alia conſtituit inſignia & ritus conſecrationis, veſtimentum lineum, tunicam, ſuperhumerale, rationale, baltheum, tiaram, in capite, cum lamina ſancta ſuper tiaram, cum ritu vnctionis capitis [a], & dedit filiis Aaron ſacerdotium in perpetuum & conſecrauit filios eius aliis ſymbolis & ritibus, tunicis lineis, & balthei, mitris; initiauítque manus eorum.

a *Exodi c.28. & c.29.*

4 Atque deinceps morituro Moyſi, iuſſit Deus vt conſtitueret in locum ſuum Ioſue filium Nun, virum in quo eſſet ſpiritus Dei, & poneret manum ſuam ſuper eum, & ſtaret coram Eleazaro ſacerdote & omni multitudine, & daret ei præcepta cunctis vidẽtibus, & partem gloriæ ſuæ: vt audiret eum omnis ſynagoga filiorum Iſrael. Fe-





citque Moyſes vt præceperat ei Dominus; cúmque tuliſſet Ioſue ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote & omni frequentia populi, & impoſitis capiti eius manibus cuncta replicauit quę mandauerat ei Dominus [a].

a *vt ſcriptũ eſt Numerorum c. 27.*

5 Refert Herodianus [b], in thronizandorum vel inſigniendorum imperatorum Romanorum antiquos quoſdam ritus & mores, de Macrino loquens, *Talia*, inquit, *loquentem, exercitus omnis cæterúmque vulgus imperatorem atque Auguſtum conſalutauit, tum amictum purpura, reliquóque ornatu atque apparatu ibidem ex tempore conquiſito, præcedente etiam igne, in Antiochia primum templa, mox ad ſuas ædes deduxerunt.* ex quibus notantur inſignia, nomen & ſalutatio imperatoris & auguſti, amictus purpuræ, deductio in templum, & ignis prælatio: meminit idem author de ignis prælatione in Pertinace lib.2. & in lib.1. in Commodo, vbi & de aliis inſignibus.

b *in 2.*

Salutatio nomine imperatoris teſtimonium habet pectoris & animi ſubditorum, qui alio modo quàm externa & prodeunte imagine mentis nempe voce, non poteſt apparere. nemo enim aliquid dixiſſe præſumitur quin antè mente agitauerit [c].

c *l. Labeo 7. §. 1. de ſupellect. lega. li. 33. P. ti. 10.*

Sic milites prætoriani Romani ſub præſide Pilato, per contumeliam exuentes Dominum IESVM propriis veſtibus, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem pro ſceptro in dextera eius. Et genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes, aue rex Iudæorum [d], ita imitati inſignia data aliis regibus, in Chriſto per irriſionem, dantes ei purpuram, coronam, & ſalutationem regiam.

d *Diui Matt. c.27. verſ. 27. & ſequentibus.*

Herodianus rurſum [e], dum de filiis Seueri, qui imperium inter ſe diuiſerant agit, refert eos dum in vrbem venerunt, à populo & ſenatu imperatores conſalutatos: eos autem prӕiſſe cum purpura imperatoria, idipſum factum in electione Gordiani [f], additæque, inquit, virgæ laureatæ, quo inſigni principes à priuatis dignoſcuntur.

e *in principio libri 4.*

f *lib.7.*

6 Imperatorum ſalutationes primæ erant etiam cum adoratione: ſicuti Herodianus innuere videtur [g] dum de Plautiano agit, quem cùm mandata ab eo de necando Seuero cum filio Antonino, Saturnino dediſſet, vt ſibi imperium vſurparet, is Saturninus, vt ait, pro imperatore adorauit. Inter ſalutandum regem ab initio in Iſrael, dum apparebat, erat illa vox vſurpata, *Viuat rex.* vt dum Saul primum electus & exhibitus populo per Samuelem [h]. Pari modo, poſtquam Sadoc ſacerdos vnxit Salomonem in regem iuſſu & loco patris ſenis, Dauid, cecinerũt buccina, & dixit omnis populus, *Viuat rex Salomon* [i]. Cùm etiam Ioiadas ſacerdos Dei, conſtituit Ioas regem filium Ochoziæ, produxit eum, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium, fecerúntque eum regem & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt, *Viuat rex* [k].

g *in 3.*

h *1. Reg. c. 10. verſ. 24.*

i *3. reg. c. 1. verſ 39.*

k *4. regum 11. verſ. 12. & 2. paralip. c. 23. verſ. 11.*

Sic etiam ſalutaſſe reges Iudæos & ſapientes, conſtat, vt Danielis 2. c. Sapientes, qui adierunt vocati Nabuchodonoſor, ad explicandum ſomnium, *Rex*, inquiunt, *in ſempiternum viue.* Sic regem Babylonis alium ſalutauit Neemias, *Viuat rex c.2.*

7 Purpura & Punica veſtis, primùm fertur delata à rege, cum eius

tincturam inueniſſet Hercules Tyrius fortè fortuna, edoctus à cane ſuo, qui cùm conchylia comediſſet, ad illum acceſſit cruentatis maxillis tempore Minoidis. & proinde is primum tingere conchylio cœpit, & obtulit regi, qui primus eam, vt dixi, geſtauit teſte Suida, in Hercule Tyrio.

Fertur Romulus primus, trabea regia, quæ ex purpura immixto albo erat, vſus[a].

Apud Romanos tamen, purpuram quinque generibus hominum, exactis regibus fuiſſe conceſſam legimus apud Liuium[b], primum magiſtratibus, dein pueris prætextatis, ſenatoribus, ſacerdotibus in ſacrificiis peragendis, poſtremò triumphantibus, imò & viris clariſſimis nobilibus & rerum geſtis inſignibus, qui etiam cum veſtibus purpuratis ad ſepulturam deferebantur quæ cum corporibus cremabantur. ſed hoc non omni tempore licuit, & niſi ex conceſſione principis: poſtea pro beneficio, & in quantum poteſtatem in parte reipublicæ regēda ſibi commiſſa gerebant: imò nec in ſpeciem ſacri muricis ideo dicti, priuatis tingere pannos licuit[c]: vt interdictum veſtes vſui regio deputatas, à priuatis fieri aut vſurpari[d], vt nec etiam impunè licuerit ante tēpus Leonis imperatoris, ( cùm ipſi toti purpura induerentur, cæſares) ſegmenta purpuræ vel particulas vendere, aut emere, aut ferre[e], & à Cæſare, purpuræ vſus interdictus, exceptis ſenatoribus qui in magiſtratu eſſent[f].

Cùm rebellarunt Afri contra Maximinum, circumfuſi Gordianū ſenem, proconſulem tunc Africæ, purpura induerunt atque auguſtalibus honoribus conſalutarunt[g].

8 Conſtantinopolitani imperatores, puniceis vſi ſunt calceis, pro inſignibus, vt ait Luithprand[h]. dum ſcribit, moris fuiſſe, vt imperator rubicatarum pellium caligis vteretur. & Zonaras indicat, dū tradit, Baſilium patriarcham noluiſſe in gratiā recipere Phocam Bardani niſi puniceis calceis exutis, in habitu priuati veniret.

Refert Vaſæus de regibus Hiſpaniȩ ex Iſidoro, Luca Tudenſi, Leouigildum regem Hiſpaniæ factum, eiectis reliquiis Sueuorum, & eorum rege Andrea ſuperato, primum ſolio ac purpura regali vſum, cùm antea Gothorum reges, & conſeſſum & veſtitum haberent cum aliis nobilibus communem.

Meminit Iuſtinus[i] Antiochum qui Philippi pupilli ſui regnum occupauerat Macedonicum, cùm ſeditione minaci Macedonū clauſus in regia teneretur, in publicum ſine ſatellitibus proceſſiſſe, proiectóque in vulgus diademate & purpura, dare hæc eos alteri iuſſiſſe: qui aut imperare illis ſciret, aut cui parere illi ſcirent.

a *Alexa. ab Alex li. 5 c. 18.*
b *lib. 34. & alios.*
c *l. 1. quæ res ven. neque lib. 4. C. ti. l. vellera 3. & fi. de veſtib. holober. li. 11. C. ti. 8.*
d *in l. 1. nulli licere in frenis & equeſt ſellis & in baltheis, margaritas & ſmaragdos &c. aptare li. 11. C. ti. 11.*
e *conſtitutio nouella Leonis 80. tit. vt purpuræ ſegmenta & particulæ, in publicis mercimonijs ſint.*
f *Dion. Caſſius lib. 4.*
g *Herodian. in 7.*
h *lib. 3. c. 9.*
i *lib. 28.*

9 Deductionē factā in templū in inauguratione imperatorū, dicit Herodian. quod duplici cauſa potuit cōtingere, vel quod honores viderētur illis dari diuini, vel quod imperatores initiarētur etiā ſacris, vt omnia etiā ſacra in ſua diſpoſitione habentes, liberè tractarent.

Morem fuiſſe in Græcia in augurationibus regum, in templū ducendi, argumentum facit Dictys Cretenſis, qui libro 1. de bello Troiano in principio; dum refert poſt mortem Atrei nepotes eius iuxta eius teſtamētum ad diuidendū imperiū & regna, Cretam conueniſſe, & tranſacta diuiſione, eáque cognita, omnes ex origine Europæ, quæ



in ea inſula ſumma religione colebatur, ad eos cōfluiſſe benigneq. ſalutatos in tēplū deduxiſſe, & ibi multarū hoſtiarū more patrio immolatione celebrata, exhibitíſq. epulis, largè magnificéq. eos habuiſſe.

10 Fuerunt & reges Perſarū inaugurati, & religionibus ſuis conſecrati à Paſſagardis, à gentis ſuæ ſacerdotibus in Bellonæ cuiuſdam deæ templo: quo loci, regi nouo induebatur Cyri veſtis quam primitius gerebat, & comedebat offam ſeu maſſam ficuum aliquidque Therebinthi rodebatur & edebatur[a].

11 Quod autem ignis præferretur imperatoribus, hoc acceptum fuit à Perſis, apud quos ſicut in more poſitum erat, ignem diuinis honoribus honorare, & adorare, & inextinctum conſeruare, ſic & regi ſuo quem vt Deum adorabant, præferre[b].

Legimus & Iudith. 3. verſ. 8. quod principes & honorati, ſimul cum populis exibant obuiam Nabuchodonoſor regi venienti, eum excipientes cum coronis & lampadibus, ducentes choros in tympanis & tibiis. Et proinde etiam ignis mortuo rege per totam Perſiam extinguebatur in domibus priuatorum, quem quiſque pro lare familiari adorabat, vt ait Diodor Siculus[c] dum de Epheſtionis morte & luctu agit. Strabo in 15.

a *Plutarch. in Artoxerxe & Strabo in 15*
b *Vt habetur apud Strabonē lib. 17 & in eccleſiaſtica hiſtoria lib. 7. c. 8. & apud Agathiam. in 2. Herodot. in 8.*
c *Lib. 17.*

Tranſlatum, vel vſurpatum hunc morem à Romanis principibus indicauit Herodianus in Commodo, dum ait Commodum Cæſarem ſorori ſuæ Lucillæ honores ſeruaſſe. *nam*, inquit, *& in theatris ſella imperatoria ſedebat*, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς i. *& ignis eam præcedebat.* Item de Marcia Commodi concubina, addit, ei omnia vt Auguſtæ fuiſſe, πλὴν τοῦ πυρός. i. *præter ignem.* meminit & dum de Pertinace agit. Atque in Marci Antonini vita.

Lucernas quoq. in ſolemnitatib. fuiſſe Cæſarū, monet Tertullian.[d] *Grande videlicet*, inquit, *officiū focos & choros in publicum educere.* Iuſtinianus in edicto 8. de Pontici tractus vicario, circa finem, hunc honorem vicariis imperatoriis communicauit. *Vtetur*, inquit, *vicarius, præconis voce & lampadibus quatuor, cùm in hanc rem ſumptus à nobis conſtitutus ſit.*

d *In c. 34. Apologetici.*

12 Diuinitatis ſymbolum lumen & ignis eſt: & ita ſol imago Dei, réxque tanquam ſol lucere debet inter homines. Deus verè lux mundi externa, indeficiens, lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Diui Iohan. c. 1. Ignis æternus, ſeu continuatus, & nocte & die conſeruatus. Cuius ſymbolum habebat ignis qui ardere debebat perpetuo in altari, ex iuſſu Dei[e]. *Ignis in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto, deſuper adolebit adipes pacificorū. 13. Ignis eſt iſte perpetuus qui nunquā deficiet in altari.* Quod imitati quidem ſunt quidam populi, & ignem apud ſe ſacrum fouere conati, verùm idolis non Deo vero hoc ipſum ſe facere profeſſi ſunt. Sic Romani perpetuò curarunt foueri ignem per veſtales ex inſtituto Numæ Pompilij, qui aliunde traduxit & ex Alba Sacerdotiam aduxit, eo conceſſo virginibus[f]. At primum ad Troianos ex Iudæis & Perſis. Dehinc vt ait Plutarchus in Numa, ex Troianis ad Lauinos primùm deinde Albanos, poſtremò ad Romanos

e *Leuit. 6. cap. verſ 12.*
f *Vt ait Dionyſ. Hal. in 2. in 2. Plut. in Romuli & Numa vita.*

a 3. *Aeneid.*

commigraſſe morem conſtat, vt Virgilius innuit [a],

*Sic ait, & manibus vittas, Veſtámque potentem*
*Æternumque aditis effert penetralibus ignem.*

Vbi Veſtam etiam dicit ignem, quod & nomen remanſit, & ſacerdotes eius curam habentes veſtales dictæ fuerunt: & electæ virgines. quibus colligimus ab Hebræis mutuatum hunc fuiſſe morem conſeruandi ignem, quamuis per abuſum, vt alia pleraque, ex malitia dæmonis in idololatriam ſacrilegè fuerint conuerſum, & ſuperſtitione vel impietate contaminatum, vt nomen ipſum Dei & cultus eius. Dicunt Hæbræi quippe ignem א ש *eſch*. vnde Eſta: & addita littera v. Veſta Latinis & ἑστία Grecis conſentit Ouidius [b].

b 6. *Faſtorum.*

*Nec tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam.*
*Natáque de flamma corpora nulla vides.*
*Iure igitur virgo eſt, quæ ſemina nulla remittet.*

13 Conſeruarunt ignem ſacrum etiam perpetuum magi Perſarum, ſed illum adorabant: & quod erat tantum ſymbolum repręſentatióque in aliqua parte diuinitatis, & creatura, finxerunt eſſe Deum & creatorem, donec Abdas illorum epiſcopus, ipſum ſuſtulit, & quia non paſſus eſt dehinc reſtitui, ſub Varanne rege Perſarum martyrio coronatus eſt, vt refert Nicephor. Calix [c].

c *Lib.* 14. c 9

Lituani quoque, antequam ad fidem vocarentur, ignem pro Deo colebant, & eum in celebrioribus locis atque oppidis, perpetuum aſſeruabant [d].

d *Vt ait Martinus Chromerus li.* 15. *in principio de rebus Polonorum.*

14 Inualuit mos alicubi etiam inter ethnicos, vt diis ſuis incenderent cereos, & lumina in venerationibus celebrioribus feſtorum accenderent, vt fiebat Saturnalibus [e].

e *Macrob. li.* 1. *Saturnalior. c.* 11.

Imitati veram religionē, in qua coram ardebant lucernę & cādelabrum die & nocte ex Dei præcepto: non ad illuminandum ſolem, ſed ad Symbolum [f].

f *exod.* 25. & 27. & 37. 40. *numeror. c.* 8. 1. *reg.* 3. 1. *Machabeorum c.* 4 *verſ.* 50.

Tertulianus [g], & hunc morem in ſolemnibus lætandi diebus cum lampadibus teſtatur. *Cur*, inquit, *die læto non laurzos poſtes obumbremus, nec lucernis diem infringimus.* Et rurſum [h], *procedit de ianua laureata & lucernata*. eo pertinere videtur parabola de virginibus quæ obuiam ierunt ſponſo, cum lampadibus [i]. Hinc & ſymbolum ignis. Sibi prælucere principes didicere, vtpote qui imaginem Dei præferunt, ſicut his verbis Ecphantes philoſophus Pythagoricus libro de regno ſcribit, ὁ βασιλεὺς ἓν κῃ μόνον τῷ ἀνωτέρω βασιλέως, τῷ αὐτῷ τεποιηκότι γνώειμον ἀεὶ, τοῖς δ' ἀρχομένοις, ὡς ἐν φωτὶ τᾷ βασιλείᾳ βλεπόμενον. i. *Rex vnicum & excellens quoddam opus eſt, imago ſuperni illius regis creatori ſuo ſemper familiaris, à ſubditis verò regno tanquam lumine conſpicua*

g *In apologetico c.* 34
h 2. *ad vxorē.*
i *Mathæi* 1. *c.* 25.

16 Sed videamus quæ ſit repræſentatio in ignis corpore, vt inde colligere valeamus, quare & in ſacrificiis, & in venerationibus diuinis Dei & hominum, vſi fuerint, vel abuſi antiqui, ignis prælatione & vſu.

k *In Pſalmū* 28.

Baſilius itaque magnus [k], duo in igne notat eſſe potiſſima: vim vrendi, & vim illuminandi: in altero, illorum ponitur pœna, qui ob peccata cremari igne digni ſunt. Alterum verò ſplendoris eius & lucis:



lucis: hi planè ſortiuntur, qui diuinæ obtemperant voluntati. Vox itaque Domini intercidentis flammam ignis, ac diuidentis, ita vt obſcurus quidem ſit ignis ſupplicij: vi verò comburendi careat lux illa refocillationis. & iterum [a], *Eſt quædā natura corporis quam defæcatam vocant, quæ in flammam conſtituta in carbonem conuerti videtur, inde verò erepta quaſi per aquam abluta & purgata, purior redditur.*

a *Sermone* 1. *de ieiunio.*

Si de natura & proprietate ignis dicere vellemus, inſtituendus eſſet liber integer iſq. valde magnus: interim ex phyſicis, illa erit annotanda ad ſymbolum accommoda, quod igne excepto, omnia putreſcunt [b]. Ignis ſegregat ea quæ non ſunt eiuſdem generis; & congregat ea quæ ſunt eiuſdem generis: & congregatio eſt per ſe, diſgregatio per accidens [c]. Talis & debet eſſe princeps qui in vitiis putreſcere non debet, ſubiectos in pace congregare, diſcolos per accidens ſeparare.

b *Ariſtot. meteorolog. c.* 2
c *Ariſtot.* 3. *de cœlo, textu* 74.

Ignis in tenebris viſitur, non quia ignis neque calor, ſed vt participat quodammodo naturam quinti elementi ſeu ætheris incorrupti, vt ait Themiſtius [d]. Talis princeps eſſe debet, & lucere, & regere non ex calore iracundiæ, aut crudelitate quæ in igne eſt dominari, ſed vt particeps poteſtatis quinti & ſupremi ætheris, nempe Dei.

d 2. *de animai c.* 24.

Ignis habet lucem in ſua natura, ſed eius lux non apparet nobiſcum, niſi in materia aliena, niſi propter ſubtilitatem: talis poteſtas Dei in principe.

Dicit Albertus magnus, ignem noſtrum viſibilem, non eſſe ſpeciem ſpecialiſſimam, ſed diuidi in carbonem, in flammam, & lucem. Quare putare debet princeps in ſe habere carbonem, terreum quodpiam vas aliis hominum corporibus ſimile, obnoxium terrenis infirmitatibus, humanum, quantumuis conſpicuum, à quo ſi lux quæ aliis prælucere debet adimatur, ſimile vel inferius aliis eſſe poteſt.

Igneum in ſpiritualibus angelis, & in viſionibus, ſignificare ſentit Diuus Dionyſius Areopagita cœleſtium animorum Deiformiſſimum; *Ipſe enim*, inquit, *Theologi ſancti, ſuper eſſentialem & informem eſſentiam, in igne ſæpe deſcribunt, tanquam habentem diuinæ (ſi fas eſt dicere) proprietatis quantum inuiſibilis, imagines, Ignis ſenſibilis eſt quidem, ſic dicēdum in omnibus, & per omnia clarè venit, & remouetur omnibus, & lucidus eſt ſimul, & quaſi occultus: incognitus ipſe per ſe ipſum non occumbente materia in qua propriam manifeſtat actionem: immenſurabilis & inuiſibilis per ſe ipſum: potens ſimul omnium, & quæcunque in eis fiunt, ad actionem propriam mobilis, tradens ſe ipſum omnibus quoquomodo proximātibus, renouatiuus naturæ cuſtodia, illuminatiuus circumuallatis ſplendoribus, incomprehenſibilis, clarus, diſcretus, reſiliens, ſurſum ferens, acutè means, excelſus non recepturus contumeliam minorationis, ſemper motus per ſeipſum motus, mouens alterum, comprehendens, incomprehenſus, non indigens alterius, latenter creſcens, &c. & incomprehenſibilier impalpabilis, & alias huiuſmodi proprietates habens: quod ſcientes theoſophi cœleſtes eſſentias ex igne conformant, ſignificantes deiforme earum, &*

a *Dionyſius Areopagita li. de cœleſti hierarchia.*
b *c.13.*

conſules, inquit Dio Caſſius lib. quinquageſimo primo hiſtoriarũ, *quantum poſſibile, Dei immutabile*[a].

Et rurſũ[b], *Eſt ſimul cũctis illuminatis principiũ illuminãdi, Deus quidẽ natura & verè & propriè, vt luminis eſſentia, & ipſius eſſe & videre cauſalis, diſtribuitur autẽ illa illuminatio, per ſacras intellectuales eſſentias poſtea. quapropter omnẽ ſacrã & Deo ſimilẽ operationẽ, in Deum quidam quaſi cauſalem referunt theologi, deinde in primos deformes intellectus tanquam primos operatores diuinorum & magiſtros.* Fœdus inuiolabile exiſtimarunt iuraſſe apud Syracuſas expoſitis ignitis cereis & tactis, qua forma iurauit Agathocles Amilcari in obſequia Pœnorum [c].

c *apud Iuſtinũ lib 22.*

Dominus Deus præcedebat filios Irael in deſerto, oſtẽdens viam per diem in columna nubis; & per noctem, in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore [d] & ſpecies gloriæ Dei quaſi ignis ardens [e]. eo referenda viſio Throni Dei, ignis, nubis, & animalium. Ezechiel c.1. & quod item c.43. eodem, ſplendebat terra à maieſtate eius & hinc ſplendores ſanctorum.

d *Exod. c 13.*
e *Exod. 24. numero c.9.*

Sic verbum Dei lex & eius, debent ſemper adeſſe principi, vt ſecundum ea iudicet [f], & hoc eſt quod Dauid dixit rex optimus [g], *Lucerna pedibus meis verbum tuum (Domine) & lumen ſemitis meis.*

f *Deuter c.17.*
g *Pſalmo. 19*

16 Hinc & vita noſtra, eſt veluti lucerna, ex ſplendore vitæ æternæ procedens, habens immortalitatem, vel mens & diuina cegnitio, lucerna Domini, ſpiraculum hominis, qui inueſtigat omnia ſecreta ventris [h], & ibidem pro vita & bona forma. verſ.20. *Qui maledicit, patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris.* & c.13. verſ. 9. *Lux iuſtorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur.*

h *Prou. 20. 27.*

Sic lucerna dicitur data domo Dauidis & filiis eius, nec diſperſum ſemen eius[i]. & pſalmo 17. *Tu illuminas lucernam meam.* ita Plato[k] ſcribit, ciues. oportere liberis generandis atque educãdis operam dare, vt vitam, quam ipſi à maioribus accepiſſent, viciſſim quaſi tedam ardentem poſteris tradãt. & Lucretius etiam ait, *& quaſi curſores vitai lampada tradunt.* pro bonis operibus quæ illuminant & inſtituũt ceteros, lucerna etiam ponitur [l].

i *2. paralipo. c.21.*
k *de leg. 6.*
l *diui Mathei c.5.*

Quæ omnia etiam admonere poſſunt; principes abundare debere & prælucere ſubditis, bonis operibus in vita & diſciplina: quia regis ad exemplum totius componitur orbis. neque præterire debet princeps, quod Alexandrum Ariſtoteles in principio rhetoricorum ad eum, admonet conſiderare, quod hominum plurimis quidem aliis, lux ipſa, aliis verò, principis tum vita tum oratio, exemplo datur.

18 Maculæ & ſordes, vitia, reliquáque omnia quæ in aliis nulla, vel mediocriter reprehenduntur, grauiſſima cenſentur in principibus, propterea ꝙ lumina cenſentur, quæ ſi extinguantur, vel nubem concipiant, multis damno eſſe ſoleant, quod maximè in ſacratis principibus ſeu eccleſiaſticis obſeruatur. Quibus à Chriſto dictum eſt, *Vos æſtis lux mundi, non poteſt ciuitas abſcondi ſuprà montem poſita: neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt*

*luceat*



*vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* canone ſeptimo, Sacerdotes, 93. diſtinctione. Diui Matthæi capite quinto verſ.14.

Honorificatur Deus in donis ſuis, quorũ ex numero eſt lux illa, qua ſignauit ſuper nos lumen vultus ſui.[a] eſt quippe ille lux mundi, vnde omnia verè lucida & bona, lumen accipiunt [b].

a *pſal. 4. verſ. 7*

*Eratis,* inquit Diuus Paulus, [c], *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. fructus enim lucis eſt in bonitate & iuſtitia & veritate. Probaut es quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebroſis, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt dicere: omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur: omne autem quod manifeſtatur lumẽ eſt. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. Videte igitur quomodo &c.*

b *Diui Iohan. c.8. & c.12.*
c *ad Epheſ. c. 5 verſ. 8.*

19 Fuerunt antiquitus & ſigna imperij legitimi & iuſti, faſces & ſecures quibus virgæ colligatæ erant, quas ferunt primum Ianum inſtituiſſe, ad terrendum noxios, ad tutandum aureum ſeculum, & dediſſe duodecim coloniis ad continendum rudes: vt ſcribunt Cato de originibus, & Fabius Pictor, de aureo ſeculo: conſtituta regia in Vetulania Italiæ, ex qua proceſſerunt vt innuit Sillius Italicus[d].

*Bis ſenos prima illa dedit præcedere faſces,*
*Et iunxit totidem tacito terrore ſecures.*

d *in 8 dum ait de ea*
e *vt ait Dionyſius Halicar. in c.7.*

Fuerunt duodecim Lucumones ſeu reges, quorum vnũquemque antecedebat vnus lictor ferens faſcem virgarum, & ſecurim [e], vnicuique lictori ſuberant 24. adoleſcẽtes iuuenes armati, vt Cato enarrat in fragmentis de originibus.

Liuius de Romuli principatus inſtitutione agẽs notat, in primo, eum ab initio ſacra diis poſuiſſe, atque rebus diuinis ritè perpetratis vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi vnius corpus, nulla re præterquam legibus poterat, iura dediſſe, quæ ita ſancta generi hominum fore ratus, ſi ſe ipſe venerabilem inſignibus imperij feciſſet cum cetero habitu auguſtiorem, tum maximè lictoribus duodecim ſumptis, feciſſe: *Octauianus Cæſar,* inquit Dio Caſſius,[f] *Conſul creatus cum collega Agrippa faſces diuiſit, quæ ſunt ſignum imperij.*

f *lib. 53. hiſtor Roma.*

Et proinde ad ſucceſſores officiorum more poſcente ſolebant tranſire lictores & faſces [g].

g *vt ait Amm. Marcellinus lib. 15 hiſtoria.*

Communicata poſtea ſunt Romanis magiſtratibus maioribus, faſcium inſignia vt lictores, & imperium, in ſibi cõmiſſis, & purpura. Sic notat Vlpianus pro conſules, non amplius quàm ſex faſcibus vti, id eſt ſex lictoribus ſeu viatoribus, qui ſex faſces præferebant, non duodecim, vt recordaretur pro conſul iuſtum conſulem ſe non eſſe. conſul enim duodecim habebat: hincque obſeruatum, eos dici faſces ſubmittere, qui de iure ſuo concedunt: ac legitimam poteſtatem, vltro ad priuatam mediocritatem demittunt [h]. Proprætores & pro-

h *vt de his videndus Budæus, ad l procõſules, de offi. procõſul P. Aciat ad rubricam de conſulibus & non ſpargendis pecuniis lib. 12. C.*

*Qui prouincias regebant, ſex faſcibus vtebantur: inde dicti* ἑξαπελεκεῖς. *Vtrique tamen imperij inſignia ſtatim vt venerint in prouinciam ipſis deſtinatam, accipiunt: perfunctique eo, ſtatim deponunt.* Quod de prætoribus prouincialibus dictum non vrbani tantũ faſces binos præferebant, vt liquet ex plebiſcito apud Cenſorinum. *Mar. Platorius*, inquit, *tribunus pleb. Scitum tulit, in quo ſcriptum eſt, prætor vrbanus qui nunc eſt, quiue poſthac erit, duos lictores apud ſe habeto.*

20 Accedit faſcibus ſceptrum quo inſigniti erant reges. Nam vt ait Iuſtinus [a], antiquis temporibus, reges haſtas pro diademate habebant, quas Greci ſceptra dixere. Nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus, inquit, veteres haſtas coluere: ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum ſimulachris haſtæ adduntur.

a *Lib.*43.

Explicatur ſymbolum ſceptri: itaque pro diſciplina Dei qua reges debent vti imperando, vt & Heſiodus intellexit, dum de Minoe agens, ait:

*Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον τῷ καὶ πόλεων βασίλευεν.*

*Sceptrum Iouis tenens, quo vrbibus imperitabat.*

Accedit huic ſententiæ & Plato in Minoe, ſeu de Lege.

oui quoque tribuitur ſceptrum regiæ maieſtatis ſignum, quo in concionibus vtebatur, ſi quando conſilium vocaſſet, & ad cælicolas verba facturus eſſet. vt apud Ouidium [b], diis falſis conuocatis.

b *libro metamorph.*

*Celſior ipſe loco, ſceptróque innixus eburno ora indignantia ſoluit.*

Et apud Pauſaniam [c] Iouis ſimulachrũ, σκῆπτρον καὶ νίκην ἔχει, vocatur inter Græcè loquẽtes, σκῆπτρον *Sceptrũ*, Scipio ſeu baculus, quo fulcimur, vel cui innitimur inter eundum, ne labamur: vt facile eſt colligere ex Homeri Odyſſea ξ & ρ & aliis. & proinde methaphoricè & ſignificatiuè Deo ſceptrum propriè conuenit, tanquam ipſe ſit baculus & columna qua ſuſtineamur, & qua omnia fulciantur, eáque poteſtate directoria & gubernatoria communicata cùm fuerit à Deo in populo commiſſo regibus; rectè, qui poteſtatem hanc habent, ſceptrum, à Deo accepiſſe, dicuntur & pro inſigni poteſtatis illud gerere. vt apud Homerum Iliad. β. εἷς κοίρανος ἔστω

c *in Atticis,*

εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε, Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω

σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

Quare reges renunciati, ſceptrum capiunt. vt eſt apud Atheneũ [d], imò & ſceptri nomen pro regno, quod per ſceptrum indicatur, accipitur, vt apud Ouidium, perenni ſceptro potiri.

d *libro* 2.

Ita apud Homerum in citato loco, filius Saturni, nempe, iupiter, dicitur dediſſe ſceptrũ, id eſt, regnum, & Euripidis ſcholiaſtes in Oreſte verba illa ἐπὶ σκήπτροις ἔχων τινά. ἐλπίδα exponit ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ, hoc eſt, *ſperans ſe regno potiturum.*

21 Exornata fuerunt regum aliquorum ſceptra in ſummo imagine ciconiæ, in imo, hippopotami: illa ſymbolum pietatis, hoc violentiæ, Lydorum regum pro ſceptro erat ſecuris: vt labra deo Ioui, pro ſceptro & fulmine ſecuris, Romanis regibus, lituus incuruus eſt, ille baculus augurum [c].

d *Alexan. ab Alexan. lib.*1. *cap.*28.

Baculus, virga manu regia geſtata, pro inſigni poteſtatis regis. ferebant



rebant illam auream reges Aſſyriorum, vt Aſſuerus [b], qua quem volebat ad ſe accedere veluti ad diſpenſatum, porrigebat oſculandum.

b *Eſter c.*5.

Hinc factum apud Germanos, vt qui poteſtatem iudicij acceperunt mortis, baculum teneãt, quem ſententia lata confringant, vtpote ceſſante poteſtate.

22 Atque princeps Moſcouiæ, cùm aliquem nobilium officio alicui præponit, baculum dare ſolet: quo ſignificatur ei in omnibus veluti principi obtẽperandum, & magiſtratu abiens baculum illum in manu principis vel eius vices gerentis, reddere ſolet, vt ſcribit Alexan. Guagninus [c].

c *de nece Roſlouienſis ducis*

Forſan in Gallia mos ille vt magiſter domus regis, baculum gerat, pro inſignibus poteſtatis, quem aliorum principum præpoſiti ſibi vſurparunt, quam benè autem ipſi viderint, ſi abſolutè ſceptrum gerere principes eorum domini non poſſint.

Scribit Plutarchus in Dione ex Theopompo, quo tempore Dionyſius Syracuſanus exutus eſt tyrannidem à Dione, aquilam, raptam ſatellitis lanceam in ſublime tuliſſe, & inde demiſiſſe in profundum: vatem autem reſpõdiſſe, miniſtrum eſſe aquilam Iouis, lãceam principatus inſigne. Igitur euerſionem tyrannidis moliri Deorum principem.

22 Armeniæ reges, diadema, regni teſtimonium, ſibi imponebant, vt ait Appianus Alexan. [d] dum de Tigrane agit: Dauid etiam dicitur ſibi feciſſe diadema ex auro coronæ Melchon [e], diadema & Cydaris, etiam regibus Perſarum imponebatur [f].

d *de bellis Mitridatis.*
e *Paralip. c.* 20. *verſ.*2.

Refert Sextus Aurelius Victor in Epitome Cæſarũ Aurelianum imperatorem, primum capiti apud Romanos Diadema innexuiſſe: gemmíſque & aurata veſte, quod adhuc Romanis moribus fuerat incognitum, vſum.

f *Cteſias in Perſicis, Plu. in Craſſo. Ioſeph. lib* 20 *antiquita. c.*2.

Erant Surenæ regiæ dignitatis poſt regem Perſarum ſecundi magiſtratus, qui noui regis frontem diademate reuincerent [g], Tacitus lib.4. annal. Ammian. Marcel. lib.24.

g *de quibus Plutarch. in Craſſo Strabo lib.*16.

Meminit, & de diadematis inſigni regali in Lucullo Plutar. & in Eroti. διαδήμασι βασιλέων ἐπέβησαν. Et Herodian. lib.1. χιτῶν μὲν περιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ.

Regum inſigne, diadema, candida faſcia, qua regum frons circumcingebatur [h].

Cidaris tamen Perſarum regum inſigne capitis, faſcia cerulea albo diſtincta, fronti impoſita, ſeu purpureũ diadema, diſtinctũ albo [i].

h *tradit Lucian in nauigio & in Diogenis dialogo.*

Vocat nobilem pannum diadema, Valerius [k] Cyrbaſiam vel Tiaram geſtaſſe tãtum reges in capite, tradit quoque Maximus Tyrius [l], porro diadema διάδημα geſtamen capitis, regiũ inſigne ἀπὸ τοῦ διαδεῖν. à circumligando: erat enim faſcia quædam, qua caput circumligabatur: faſcia enim eſt id quo quid circumligatur, quæ in capite redimiculum faciebat: principatus inſigne, vt apud Orientales principes Cydaris cauſia, & apud aliquos pileũ ducale. Quemadmodum legitur apud Philonem Iudæum [h] κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι.

i *vt ſcribit Curtius Rufus lib.* 3. *&* 6.
k *lib.*5. *cap.*2.
l *Sermone* 10.
h *lib.*3. *de vita M.*

Diadema inſigne à Libero patre inuentum Plinius ait. erat autem & candida illa faſcia quæ capiti circumligabatur. ídque colligitur ex eo quod memoratur, Alexandrum Magnum, cùm equo deſiliens caſu Lyſimachum vulneraſſet, medendi vulneris cauſa diadema ſibi detraxiſſe (nam candida erat faſcia) illóque Lyſimachi vultus alligaſſe: quod omini fuit Lyſimacho futurum eum regem poſtea ſicuti accidit. vt ſcribit Q. Curtius.

a *Lib. 11. c. 16.* Innuit & Plinius [a], dum de regibus apum ſcribit. *Omnibus*, inquit, *forma ſemper egregia, & duplo quàm cæteris maior, pennæ breuiores crura recta, ingreſſus celſior in fronte macula quadam diademate candicans.*

Perſis & Armenis regibus, Cidaris cum cerulea faſcia albo diſtincta, vel tiara, amictúſque purpureus quadrangulari figura.

23 Interdum Perſarum Lydorúmque regum inſigne Candys, pro diademate tiara pileum erat, ex quo redimicula quibus maxillę velantur, deffluebant [b].

b 1. *Alexan. ab Alexãdro c. 28*

Apud Heſychium κίτλαεις dicitur diadema, quod ferunt Cyprij, vel per vnum τ. κίταεις, vel κίδαεις. de qua Plutarchus 2, lib. de fortuna Alexan. περιέθετο τὴν βασιλικὴν καὶ ὀρθοπαγῆ κίταειν. *Cidarin*, inquit Curtius [c], *Perſæ capitis vocabant inſigne: hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat.* Eſt hoc ſimile mitræ epiſcoporum; & recta cidaris regibus Perſicis, vt innuit Plutarchus in Artoxerxe, dicens, *Dario autem fuiſſe* τὴν καλουμένην κίταειν ὀρθὴν φέρειν. Sic etiam Seneca [d], refert ſolùm datum Regibus Perſarum iure vti recta tiara: aliquibus aliis ex priuilegio.

c *Lib 3*

d *6. De beneſi. c. 31.*

Tiara ſeu τιάρα penè quòd Cidaris, nam & Tiara erat capitis tegumẽtum Perſarum ferè omnium, vt eſt apud Herodotum in Thralia, dum loquitur quare Perſæ minus capita firma habeant. Ferebat & rex quoque. Sed hoc intererat, vt dixi, quòd rex geſtabat tiaram rectam ſolus: cono in ſublime erecto, vt ait Xenophon [e]. Reliquorum verò Tiara, deorſum vergebat, & in frontem deducebatur, vt notat Græcus ſcholiaſtes ad Ariſtophanis Aues, Suidas, in verbo Tiara, & in verbo κύρβασις. Heſychius in τιάρα, & quia recta erat regum Tiara, dicta quoque eſt, κυρβασία & κύρβασις apud Suidam, vbi enim dixit κυρβασίαν eſſe κεφαλὴν ἀλέκτορος, caput galli, nempe criſtatum caput, dixit & inde Tiaram rectam in conum more criſtæ cyrbaſin dici.

e *Lib. 2. exped. Cyri.*

24 Ægyptiis regibus, nunc leonis, nunc tauri aut draconis effictí imaginem, aut ignem, arborémve effictam ſupra caput ferre, principatus & regij dominatus inſignia fieri [f].

f *Diodor. Sicu. lib. 2.*

25 Apud Perſas erat bellicæ Deæ ſacellum, quam cõiectura fuiſſe quis Mineruam auguretur, eo ingreſſum nouum electum qui myſteriis parabatur, oportebat propriã veſtem deponere, & quam Cyrus priſcus induerat antequã regno potiretur aſſumere: ex caricis preterea veſci, & therebinthũ ꝓ bellariis deguſtare, & poculum lactis ebibere, erant & alia myſteria, quæ ſunt incognita poſt quæ conſecrabatur à ſacerdotibus apud Paſagardas [g], Cõmodus filius Marci in noua inauguratione, antequam concionem haberet ad milites, rem diui-

g *Plutarch. in Artoxerxe.*



diuinam fecit [a].

26 Antiquus Francorum creandi nouum regem, mos erat, eleuari eum in clypeo, à militibus vt ſcribit [b]

a *Herod. in 1.*

Sed hic modus poſtea abiit in diſſuetudinem, maximè quando per legem Salicam tranſlatio facta eſt in proximos regni.

b *Aymonius lib. 3. de geſtis Franc. c. 61.*

Sed & quando reges fidem adepti ſunt Chriſtianam à tempore Clodouei, vncti ſunt per archiepiſcopum Rhemenſem vel alium.

Retinent tamen adhuc in inauguratione, vt veſte in veterem Germanicum ritum formata amiciantur, quæ in hunc modum religioſè ſeruatur cum aliis inſignibus & ornatu.

Solebant etiam Batauí & Germani, regem quem delegiſſent attollere humeris & ſcuto exceptum, ſuccollare per vices pro regio faſtigio [c]. Sic quoque Iulianus apoſtata, à militibus Lutetiæ per vim ſcuto impoſitus, & Auguſtus acclamatus eſt, teſte Ammiano Marcellino.

c *Alexan. ab Alex. li. 1. c. 28*

Similiter & Valentinianus à militibus Niceæ Bythiniæ [d].

d *Sigon. lib 7 hiſtor. imperã. occid.*

27 Principem apud Vtopienſes, non veſtis aut diadema, ſed geſtatus manipulus frumenti, diſcernit; vt pontificis inſigne eſt, prælatus cereus [e].

28 Inaugurantur duces magni Ruſciæ ſeu Moſcouię, in ecleſia à metropolitano, cõuenientibus epiſcopis, & in Barnię, hoc eſt ducali ornamenti conceſſione canentibus choris, multos annos vitæ duci magno. poſt quæ benedictus & inſtallatus in ſede à ſingulis ſalutatur [f].

e *vt ſcribit Thomas Morus lib. 2. de Vtopia.*

29 Solemnia conceſſionis principatus regni Boemiæ, fiebat per vexillorum traditionem, vt ſcribit Dubrauius [g], dum agit de Elizabethæ regni hærede, diſpenſatione cum Iohanne Luxemburgio Henrici 7. Cæſaris filio.

f *Vt ſcribit Sigiſmũdus Liber Baro libro 1. rerum Moſcouitarum.*

30 Scribit Fulgoſ. [h] in Pannonia, diademate quod ſancti Stephani regis fuiſſe arbitrantur, nec alio creatum regem inſignire fas eſſe putant, quod declaratum fuit, in Vladiſlao, qui etiam Poloniæ regnũ habuit. Nam cùm hoc Diadema penes Fridericum 3. imperatorem eſſet, diu coronationem diſtulit. id quod egit per ſex annos Mathias Coruinus.

g *lib. 19.*

h *lib. 2. c. 1.*

31 Quidam confundunt coronam cum diademate, ſed perperam, vt liquet ex iam dictis, collatis cum his quæ mox dicam de corona. vtrumque tamẽ inſigne fuit argumentum regiæ maieſtatis; vt etiam prodigia, ex corona & caſus regni collegerint aliqui coniecturarum vel diuinationum, ſeu præſagiorum obſeruatores, ex rerum euentu approbati, ſicut Polydorus Virgil. [i] refert Henrico 2. Anglorum regi, paulo antequam ab Edoardo Eboracenſi regno deiectus eſſet, non in ſenatu ornatus regio habitu conſediſſet, ſubitò è capite coronam in terram decidiſſe.

i *lib. 23. hiſtoriæ.*

32 Corona, ſignũ quoque adepti principatus vel regni nunc eſt pręcipuè, quãuis coronę vel corollę ad alia ſignificanda tranſlatę aliquãdo ſint: verũ illud obſeruatũ sẽper, alicuius rei præcipuę vel facti ſtrenui, vel inſignis imperij, virtutis aut victorię fuiſſe teſtimonium,

aut ſalutis conſeruatæ. Nec tantum Olympicæ victoriæ compotes, coronis aureis, reuerſi in ſuas ciuitates, à ciuibus ſuis donabantur; ſed & reipublicæ moderatores qui bene rempublicam adminiſtrabãt, & de republica bene meriti erant. vt intelligi poteſt ex orationibus Æſchinis & Demoſthenis περὶ παραπρεσβείας, & κατὰ Κτησιφ. Et στεφανος Coronatus coronis, rediens Alcibiades ex victoriis, Athenis à frequente populo, quas & aureas fuiſſe dicit Æmilius Probus in eius vita; etſi Plutarchus ſimpliciter loquitur ἐστεφάνουν *Coronas ei imponebant*. neque etiam tam in materia coronæ, quàm in ipſa coronatione honor conſtituebatur, cùm coronæ etiam aureæ non ſemper nec ſtatim fuerint, ſed multo poſt coronarum inuentionem. & notat Plinius lib. 33.c.2. primùm Romanorum A. Poſthumium dictatorem, apud lacum Rhegillum caſtris Latinorum expugnatis, & cuius opera maximè capta eſſent, coronam auream ex præda dediſſe, item L.Lentulum conſulem, Sergio Cornelio Merendæ, Samnitum oppido capto corona forſan primitus dicta eſt à *corio*, quaſi *coriona*, corio nexa, cui alia nectebãtur colorũ genera, ſiue priuatis generum funiculis, in orbem, in obliquum, in ambitum, vt per coronas coronæ currerent. vt ait Plinius lib. 21.c.1. vnde & corrollæ mulierum, ea quæ capitibus ſuperponũt mulieres capitibus, vt impoſita onera facilius ſine læſione deferant, quia autem vtrinque capiti eas inhærere expedit ad onus æqualiter excipiendum, rotundas eſſe coronas & ambientes vtrinque ſinciput & occiput, & templa ſeu ſummitates malarum, neceſſarium eſt. Athenæus[a], *Quod corona*, inquit, *nuncupatur apud nonnullos ſtemma vocatum fuit: & dicta corona, à cingẽdo*. Eadem ferè ratione corona apud Hebręos כתר *chether*. Eſter.c.2. verſ.17. à verbo כתר cittar. circumdedit, circuiuit. Item & צניף *tzaniph*. & מצנפת *mitznepheth*. Exod.c.28.ver.4.& Zachariæ c.3.v.5. à verbo צנף *tzanaph. circumdedit*, circuiuit.

a lib.15. dipnoſop.c.7.

Sic apud Gręcos στέφος corona, ſeu corolla, ſertum, quaſi cingulum, redimiculum capitis. à στέφω, ψω, corono, redimio, cingo. idem & στέμμα, ατος, quod στέφος ſertum corona vocat. & Æſchines στέμματα, τὰ ἔρια *Stemmata lanas*: ἀπὸ τοῦ στέφειν τὰς ἠλακάτας, i. *eo quòd colus cingant vel coronent* ἐξ ὧν γίνονται, inquit, οἱ στέφανοι τῶν βασιλέων. *ex quibus ſcilicet* ex lanis, *fuerunt coronæ regum, vt ita* στέμματα *&* διαδήματα, idem propemodum fuerint atque ſcholiaſtes ad Sophoclem[b], adfert Euripidis locum ex initio Oreſtis, vt probet στέμματα idem quod ἔρια ſignificare, id eſt Lanas & regiam coronam. ſic enim ait Euripides ὦ στέμματα ξήνασ᾽ ἐπέκλωσεν θεά & ibi ſcholiaſtes exponit τῆς ἀρχῆς τὸν στέφανον, *coronam regiam imperij ſignum*.

b pag. 287.

33 Hinc metaphoricè coronæ nomine dicuntur, quæ in circulum ſunt & ducuntur vt corona hominum pro cœtu circunfuſo; ea omnia quæ capiti in modum circuli nectuntur; vt ſerta per circulũ compoſita. ex quibus omnibus modis, certa ſpecies coronæ tantùm regibus, deſtinata, vel ex conſenſu populi, vel ex caſu, aut alia conſtitutione. non enim omnes coronæ ſunt regem indicantes; neque omnes aliæ, vt militares, pacis, victoriarum, certaminum Olympicorum, ſimile quid ſignificarunt in coronatis; ſed diuerſa vt & diuerſæ fuerunt



fuerunt coronarum materiæ, & diuerſæ eis annexæ figuræ, & diuerſæ notæ additæ, vt liquet ex verbis Gellij lib.5.c.6.[a] *Militares coronæ*, inquit, *multifariæ ſunt: quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has fermè fuiſſe accepimus, triumphalem, ciuicam, muralem, caſtrenſem, naualem: eſt ea quoque corona quæ oualis dicitur, & item poſtrema quæ oleaginea qua uti ſolent, qui in prælio non fuerunt, ſed triumphum procurant. Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur: id vulgo dicitur aurum coronarium: hæ antiquitus è lauro erant, poſt fieri ex auro cæptæ. Obſidionalis eſt quam ij qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci qui liberauit: ea corona graminea eſt: obſeruaríque ſolitum vt fieret ex gramine quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant qui obſidebantur &c. Ciuica corona appellata eſt quàm ciuis ciui à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtem vitæ ſalutíſque perceptæ dat. Ea fit è fronde quernea, quoniam cibus victúſque antiquiſſimus, querceus capi ſolitus ſit. Fit etiã ex Ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt &c. Muralis corona quæ donatur ab imperatore, qui primus murum ſubijt, ínque oppidum hoſtium primus aſcendit, idcirco quaſi muri pinnis decorata eſt. Caſtrenſis eſt corona, qua donat eum imperator qui primus hoſtium caſtra introiuit: ea corona inſigne valli habet. Naualis eſt qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliuit: & ea quaſi roſtris nauium inſignita eſt. Et muralis, caſtrenſis & naualis ex auro fieri ſolent. Oualis mirthea eſt qua vtebantur imperatores qui ouantes introibant. Ouandi autem ac non triumphandi cauſa eſt, cùm aut bella non ritè indicta, neque cum iuſto hoſte geſta ſunt: aut hoſtium nomen humile, & non idoneum eſt, vt ſeruorum aut pyratarum: aut deditione repente facta, ſine puluere, vt dici ſolet incruẽtáque victoria obuenit*[b].

a quæ mutuatus eſt ex Plinio lib. 22. c.3. 4 5 6. & aliũde, paſſim ex li.16.c.4. l.1.21 c.23. &c.

b Compendiũ coronarum, cõprehendit Claudian. in panegyrico Olybrij & Probini Vuolphangus Laſius, lib.9. cõmmẽtariorũ reipublicæ Romanæ.

34 Docet Plinius[c], coronas aliquando in ludis donatas, additos & lemniſcos, honorem coronarum, maximè aureos, coronas auro argentóque foliatas, poſtea celatas, datus & in certaminibus equis & hominibus victoribus.

Alias ait in vſu promiſcuo, ne ludicras quidem fuiſſe. Roſaceas veras non omnibus conceſſas primùm: eas coronas deorum honorem fuiſſe tunc, & larium publicorum priuatorúmque ac ſepulcrorum, & manium: ſummámque authoritatem fuiſſe pactili coronæ, poſtea in luxum communem veniſſe. & rurſum[d], *Tenuioribus*, inquit, *antiqui vtebantur coronis, ſtrophia appellantes: vnde nata ſtrophiola. Quin & vocabulum ipſum tardè communicatum eſt, inter ſacra tantùm & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicantibus*. & paulo pòſt, *Arborum ramis coronari in ſacris certaminibus mos erat primùm, poſtea variari cœptum mixtura verſicolori florum*. Et paulo pòſt, *Sic coronis è floribus receptis, paulo mox ſubiere quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde Hibernæ, cùm terra flores negat, ramento è cornibus tincto. Paulatímque & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracillitatem nominatis: mox & corollarijs poſtquam è lamina aurea tenui inaurata aut inargentata dabantur*.

c lib.21.c.3.

d Plinius lib. 21.c.2.

35 Receptas autem, vel exiſtimarim cum Plinio[e], florum à poſteris coronas, magna vt palam eſt cum admonitione hominum, quę ſpectatiſſimę floreant, celerrimè verò marceſcant, vt ſuæ ſortis & cõditionis homines & mulieres mortales memores ſint. Duo genera coronarũ florum, quarũ aliæ folio conſtant, alię flore[f]. Meminit idem[g],

e prædicto lib. 21.c.1.

f Plinius lib. 21.c.9.

g lib.18.c.2.

Romulum aruorum ſacerdotes inſtituiſſe primum,ſéque duodecimũ fratrem appellaſſe inter illos; & ab Acca Laurentia nutrice ſua, ſpiceam coronam,quæ vitta alba colligaretur,in ſacerdotio ei pro religioſiſſimo inſigni datam, & hanc fuiſſe primam apud Romanos coronam, eúmque honorem nonniſi cum vita finiri, & exules etiam captóſque comitari.

Materia coronarum diuerſa & forma & in ſacris & in militaribus negotiis,ſuas habet cauſas,in conuiuiis & florum coronamẽtis alias, aliquando,de quibus abundè tractat Athenæus[a]. refert autem in 4. lib.c.17.ex Ariſtotele &Ariſtone peripatetico quod antiqui ob dolores capitis,quibus propter vinũ vexabantur,vinciendorũ tẽporum gratia,vincula quæcunque contingerent inuenerunt: quæ res ipſos iuuare viſa eſt.Poſteriores autem ornamentum etiam quoddam peruenuſtum addere voluiſſe tempori, atque in cõgreſſibus per vinum, coronas fuiſſe machinatos.Eſſe autem rationi magis conſentaneum, cùm omnes ſenſus in capite reperiantur,illud idcirco præcipuè coronari,vel quia tegi caput conferat,ſicut etiam frontem atque vinciri, idcirco tempora coronabantur,coronabant verò &tempora inDionyſiacis,eáque vnguento perungebant; quia ibi eſt cor,vocarunt & collares coronas quibus collum vinciebant.

a lib.17.dipnoſophiſton c.5.6. 7. & ſequenti. vſque ad 15.

36 Aliam rationem & adfert, cur coronati olim diis ſacrificarent,ex Ariſtotele,quod nihil mutilatum diis offerre, ſed omnia integra & perfecta donare conſueuimus: plenum verò & perfectum videatur eſſe corona,& coronare etiam implere ſignificat,quodammodo vt apud Homerum,

*Cratêras pueri ſtatuunt,& vina coronant.* & iterum,
*Sed verbis formam Deus ipſe coronat.*

Plato[b],coronari ſolitum eum, qui boni aliquid cõſuluiſſet innuit, & peritum,& inuentorem alicuius artis.

b in fine dialogi 6. Alcibiadis 2.

37 Aliam cauſam adfert fuiſſe coronarum apud Allobroges Polybius[c],de Annibale enim loquens. *Aduenienti igitur*,inquit, *Annibali obuiam procedunt, florentes capitibus corollas geſtantes, quod ferè apud barbaros,(ita Gallos vocant,)pacis atque amicitiæ ſignum eſt, quemadmodum apud Græcos caduceus.* Eadem etiam ratione inuenio nihilominus honore coronæ donatum apud Gręcos Thraſibulum apud Æmilium Probum[d]. *Cum Thraſibulus*,inquit, *pepuliſſet & occidiſſet triginta Tyrannos à Lacedæmonijs, & legem obliuionis iniuriarum inter ciues ſanciuiſſet, & cuſtodiri feciſſet: huic pro tantis meritis honoris corona à populo data eſt,facta ex duabus virgulis oleagineis,quæ quod amor ciuium, non vis expreſſerat,nullam habuit inuidiam,magnæque fuit gloriæ.* Atque Athenienſes,vt ſcribit Suidas[e], læta nunciantibus, & aduocatis ſuis, coronas honoris gratia,decernebant.

c libro 3.
d in eius vita.
e in verbo στεφανοῦν.

38 In ſacra pagina etiam,tot inueniuntur ſpecies myſticè ferè coronarum,quot in prædictis retulimus.& ſunt coronæ militares nẽpe ſpiritualium certaminum, quæ pro præmio ſtrenuè in hac vita certantibus pro fide & obſeruatione mandatorum Dei, reſeruantur in cœlo,quæ nihil aliud quàm remunerationes ſunt paratæ à Deo.& ita coronæ ſunt immarceſſibiles & coronæ vitæ æternæ[f],ea corona non coronabitur niſi qui legitimæ certauerit[g].Eſt alia corona quæ intel-

f 4.Eſdræ,c.2. verſ. 43. & 2. ad Timo.ca.4. verſ.8.1.ad Corinth. 9. verſ. 25. & 1. Petri c.6.verſ.4.Iacob.c.1.verſ.12 Apocal.2.ver. 10.& c.4.ver. 4. Pſal. 20. verſ.4.
g 2.ad Tim.c. 2.verſ.5.



ligitur gloriæ,& honoris ſeu dignitatis teſtimoniũ.de qua illud, *Gloria & honore coronaſti eũ Domine*[a]. ita corona dignitatis ſenectus dicitur[b].Fuerunt & ad ornatũ etiã in populo Dei coronæ, vel aureæ,vel floridæ,vel alterius generis, etiam in tabernaculo Dei poſitæ[c].

a Pſal.8.verſ. 6.& ad Hebræos c.2.verſ.7
b Prouerbior. c.16.verſ30.

Teſtatur & c.3.verſ.10.Iudith. modum excipiendi principes cum coronis ab occurrentibus. Ad gloriam & ornatum aliorum quàm regum, fuiſſe etiam coronas,maximè à regibus quibuſdam honoris cauſa conceſſas, teſtimonium conſtat ex c.8. Eſter verſ.15.dum Mardochæus Iudæus donatus à rege honore quem habuerat antea Aman, ornatus iacynthinis veſtibus, amictus ſerico pallio, & purpureo, ferens coronam auream in capite,quæ inſignia dabant participationem ei honoris regij. Quemadmodum colligitur ex epiſtola Alexandri regis,ſcripta Ionathæ[d]. *Rex Alexander, fratri Ionathæ ſalutem. Audiuimus de te quòd vir potens ſis viribus,& aptus es vt ſis amicus noſter: & nunc conſtituimus te hodie ſacerdotem gentis tuæ, vt amicus voceris regis (& miſit ei purpuram & coronam auream) & quæ noſtra ſint ſentias nobiſcum & conſerues amicitias ad nos.*

c Vt liquet ex c.25.Exo.verſ. 11. & 25.& c. 30. verſ.3.& ſeq.& c.37
d 1. Machabeorum cap.10 verſ.18. & ſequentibus.

39 Hebræis נזר *Nezer*,corona eſt; quam explicant ſacri interpretes in vulgari verſione *tiaram*, quam iuſſit apponi Aaronis ſummi ſacerdotis capiti in lamina aurea[e]. item diadema quod detraxiſſe ſe dicebat à capite mortui Saulis,Amalechites[f]. dicitur & hæc corona quam ex capite Malcom ſumptam ſibi impoſuit Dauid, עטרה *gnatarah*[g], item כתר *Cheter*: vt Eſter c.2.verſ.17.à verbo כתר *cittar*, circundare circuire in forma coronæ,vt antea monui.

e Exodi c.29 verſ.6.
f Lib. 2.regum c.1.verſ.10
g Paralipom. c.20.verſ.2

40 Coronam ſignum eſſe eorum qui præſint nunc, & regunt,& ſe & alios, videtur docere Hieronymus ad quendam ſuum Leuitam ſcribens,relatus à Gratiano[h]. *Inde*,inquit, *clerici hoc eſt ſorte electi vocantur à κλῆρος quod Latinè ſors, omnes enim Deus in ſuos elegit: hi námque ſunt reges, id eſt ſe & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent, & hoc deſignat corona in capite: hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignum regni,quod in Chriſto expectatur: Raſio verò capitis eſt temporalium omnium depoſitio.* Conſentit confirmationi Diuus Iohãnes[i].Dũ ait Chriſtũ,nos feciſſe Deo patri regnum & ſacerdotes. &D.Petrus[k], *Vos autẽ genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta*,&c.

h In c.7. Duo ſunt genera 12. q.1.
i Apocalypſ. c.1.verſ.5.& 6
k 1. epiſto.c.2. verſ.9

41 Rex Romanorum electus inungitur, conſecratur,& coronatur à ſummo pontifice[l]. Triplici corona Cæſarem,vel imperatorem hodie coronari dicunt iuris pontificij enarratores, & prima ferrea inſigniri Aquiſgrani, per quam Germanorum rex deſignatur. Deinde Medocij oppido Langobardorum in æde Diui Iohãnis alia ferrea coronatur: vel vt Merula &Volaterranus tradũt,palea cõtexta, qua rex Langobardorum quos Lumbardos vocant,declaratus. Tertia & poſtrema ei Romæ à pontifice maximo, aurea inſignitur, per quam imperator, Auguſtus, & Romanorum princeps pronunciatur, de corona aurea petenda à ſummo pontifice per imperatorem meminit Platina in Gregorio 10. Mediolani autem datam ex more ferream,tradit in Clemente 5.vt in Iohann.23. vbi & à cardinalibus ſede vacante,coronatum aurea fuiſſe imperatorem meminit.

l In c.venerabilem 34. de electio lib.decreta.tit.6.

Notat gloſſ.ad c.fin.de reg.Iur.in ſex ad verbũ põtificatus,impera-

torem non dici niſi ſuſcepta corona, quamuis electus ſit. Gloſſa autem ad clementinam vnicam, ad verbum veſtigiis titu. de iureiuran. tradit electum Romanorum regem & imperatorem, iuramentum tum præſtare fidelitatis eccleſiæ Romanæ: in ingreſſu eccleſiæ, primam coronam acccipere ferream Aquiſgranis ab Archiepiſcopo Colonienſi, qua fortitudo & robur ad debellandos infideles deſignatur & rebelles. Dehinc accipere ſecundam argenteam ingreſſum Italiam, ab Archiepiſcopo Mediolanenſi in villa Modicenſi eiuſdem diœceſis, quamuis Henricus eam acceperit Mediolani, argentum autem deſignare munditiam & claritatem, quæ requiruntur in principe. Tertiam verò auri puri dari à ſummo pontifice in eccleſia ſancti Petri, ad altare ſancti Mauritij. Hoc autem metallo ſignificari imperatorem cæteris regibus & principibus in potentatu & iuſtitia præcellere.

42 In bulla aurea Caroli 4. c. 24. traditur antiquum morem fuiſſe, & conſeruatum, vt regis Romanorum futuri imperatores, in ciuitate Frantcofordenſi celebretur electio & prima coronatio Aquiſgrani & in oppido Nurembergẽſi, vbi & prima ſua regalis curia haberetur. & in c. 22. traduntur inſignia imperatoris quæ præferuntur & in proceſſione ſolemni per electores, primùm ponitur enſis regalis, vel imperialis, quem defert dux Saxoniæ proximè & immediatè antè imperatorem, & inter illum & Archiepiſcopum Treuerenſem medius. A latere dextro ducis Saxoniæ eſt comes Palatinus, pomũ imperiale portans: à ſiniſtro Marchio Brãdeburgenſis, ſceptrum deferens, ponè verò imperatorem immediatè Rex Boemiæ ſequitur.

43 Narrat Paulus Iouius [a], Sultanos Ægyptios olim equum ad potandam Euphratis aquam ducere ſolitos, & hoc ſigno imperij latitudinem oſtendere. Proximum hunc eſt quod narrat Plutarch. in Alexandro ex Dinone, Regibus Perſarum ex Nilo & Iſtro hauſtum, ſolemne fuiſſe, afferri, atque in theſaurum Suſi recondi, tanquam in pignus imperij, & rerum ſe dominos eſſe.

44 Ordines Populi, electuri Sueti regem, poſtquam conuenere in ciuitatem Vpſalenſem regni metropolim, hinc confluunt ad Saxum campeſtre oppido proximum, Moraſtem ab incolis appellatum: vbi omnium ſuffragantium votis ſuperior allegitur ad regiam dignitatem [b].

45 Fit electio Archiducis Carinthiorum etiam ad Saxum ſeu lapidem marmoreum cui inſidet ruſticus [c], ad quem princeps delectus adducitur & redimit ius poteſtatis ſexaginta denariis, boue & equa, vt plenius infrà [d] in electione principum, tradimus hiſtoriam.

46 Electuri regem veteres Dani affixis humo ſaxis inſiſtere, ſuffragiáq. promere conſueuerant; ſubiectorum lapidum firmitate facti conſtantiam ominaturi: quo ritu Humblus decedente patre, nouo patriæ beneficio rex creatus eſt [e].

a *Lib. 35 hiſtoriæ.*

b *Olaus Magnus lib. 8. de gentibus ſeptẽtrionalibus.*

c *Aeneas Pius pontifex in Europæ deſcriptione.*

d *Infra li. 7. c. 15. numero 16*

e *Saxo Gramma. lib. 1 hiſtoriæ Daniæ.*





# DE REPVBLICA LIBER SEPTIMVS,

## Siue

## De principatuum diſtinctione.

### *De diſtinctione in genere principatuum.*

### CAPVT I.

DEI principatus ſupra cœlũ in cœlo & in terra, & ſub terra, & vbique diuina, & vna poteſtas, abſoluta, quæ omnium excedit principatum, omníq. modo dum vult imponit neceſſitatem obediendi. Atque ſi Deus aliquid contra receptum morem, aut pactum quorũlibet iubet, & ſi nunquam factum fuerit faciendum ſit: & ſi omiſſum, inſtaurandum veniat, & ſi inſtitutum non erat inſtituendum eſt, iuxta Diuum Auguſtinum [a], *Semel locutus eſt Deus*, inquit Dauid [b], *duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine, miſericordia. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.* Et ſapientiæ [c], *Tu es Domine qui vitæ & necis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis, & tuam manum effugere impoſſibile eſt.*

2 In cœlo & in terra diſtincta diuerſis poteſtas à Deo, ita cœleſtis principatus, dominationes, poteſtates, throni [d].

Dæmon dictus aliquando princeps poteſtatis aeris huius, qui operatur in filios diffidentiæ [e]. Dicti, & mundi rectores tenebrarum harum ſpiritus nequam [f], quos Dominus Chriſtus ſibi ſubiecit [g]. Alioquin poteſtas Dæmonis talis ex ſentẽtia Iob [h], eſt vt ſuper terram non ſit poteſtas alia ſimilis ei qui factus eſt vt nullum timeret, omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

3 Non eſt poteſtas niſi à Deo, vel iubente, vel ſinente [i]. Nec princeps niſi à Deo, vel iubente, vel ſinente [k], *Non ſemper princeps populi & eccleſiæ iudex per Dei arbitrium datur, ſed vt merita noſtra depoſcunt, ſi mali ſint actus noſtri, & operamur malignum in conſpectu Domini, dantur nobis principes ſecundum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis probabo, audi namque quod Dominus dixit: fecerunt ſibi regem, & non per me: principem, & non per conſiliũ meum: Oſeæ 8. & hoc dictum videtur de Saul illo, quem vtique Deus elegerat, & regem fieri iuſſerat: ſed quia non ſecundũ voluntatem Dei, ſed ſecundum peccatoris populi debitum fuerat electus, negat cum cum ſua voluntate & conſilio conſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus*

a *Lib. 3. confeſſio c. 8. & in c. quæ contra. ſub 8. diſtinctio.*

b *Pſal. 61. verſ. 11.*

c *c. 16. verſ. 12.*

d *Ad Coloſſ. c. 1.*

e *Ad Epheſ. c. 2. verſ. 2.*

f *In c. 6. eiuſdẽ epiſtolæ.*

g *1. Petri 3. verſ. 22.*

h *c. 41. verſ. 24*

i *Ad Rom. c. 13 ca. quid culpatur 23. q. 1. D. Auguſt. contra Fauſtum Manichæum li. 22. c. 75.*

k *Quod explicatur ab Origine homilia 4. in lib. iudicum & in c. audacter. 18. verſ nõ ſemper. 8. q. 1.*

*etiam in eccleſiis fieri, quod pro meritis populi, aut in verbo & opere potens Deo tribuitur rector eccleſiæ: aut ſi malignũ faciat populus in cõſpectu Domini, talis eccleſiæ iudex datur, ſub quo famẽ & ſitim populus patiatur non famẽ panis, neq. ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbũ Domini. Nec approbat Deus omnẽ poteſtatem malam, inquam, ſed permittit; ſic permittit & facit regnare hypocritam ſuper populum, propter proteruitatem eius puniendam, vel vindicandam* [a].

a Iob c.34.

Et Chriſtus dixit Pilato, eum non habere poteſtatẽ in eum, niſi ſibi datum fuiſſet de ſuper [b].

b D. Ioan. c.19

4 Itaque hinc colligimus generaliter, duplicẽ eſſe principatum bonorum, ex voluntate Dei & malorum ex eius permiſſione. Deinde colligimus principatus & poteſtates inter homines eſſe duas in genere, ſpiritualem, ſeu pontificalem, & temporalem quę & principalis & regia dicitur. In ſpirituale grauius onus & maior dignitas, vt anima præſtãtior corpore [c]. In Hieroſolymorum ciuitate vt ait D. Chriſoſt. [d] duplex erat principatus, ſacerdotum & regũ, vno vinculo coniuncta cùm veluti quadam duplici corona & diademate coronaretur ciuitas, per hæc omnia, illic iudices ad quos, quæ multorum captum ſuperabant, referebantur. ſi qua enim lata fuiſſet ſententia in aliis ciuitatibus, de qua dubitarentur, vt euenit in appellationibus, ad iudicũ qui erãt Hieroſolymis cognitionem & ſententiam referebant, illic autem accipiebatur ſolutio [e]. Nonne inquit Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus [f], habet eccleſia vitulũ & taurum cum leone ſimul paſcentes? Si cut ad hodiernum diem cernimus, mundanos principes regi & inſtrui ab eccleſiaſticis. Iuſtin. verò [g], maxima ait in hominibus eſſe dona Dei à ſuperna collata clementia, ſacerdotiũ & imperiũ: & illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens ac diligentiam exhibens, quæ ex vno eodémque principio vtraque præcedentia humanam vitam exornant. In homine anima & corpus, duo principatus animæ & corporis, duo fines ille vtriuſque regiminis, ita ſecundum Thalmudiſtas vt refert Reuclinus lib. 1. de arte Caballi, id eſt, כובת כלל התורה שני דברים והם תקון הנפש ותקון הגוף Intentiones vniuerſales legis duæ ſunt res, bona diſpoſitio animę, & corporis. In eccleſia principatus diuerſi ſubordinati, vt in ſeculo: pontifex ſummus princeps ſacerdotum omnium eccleſiarum princeps, patriarcha, patrum princeps: archiepiſcopus, princeps epiſcoporum [h]. In cælo duo luminaria, maius & minus: illud Sol, hoc luna, in mundo duæ poteſtates, maior ſpiritualis, minor temporalis. Et vt dicebat Alexander magnus Dario, vt mundus non poteſt duobus ſolibus regi, ſic nec orbis ſumma duo regna ſaluo terrarũ ſtatu habere [i]. Et quia principatuũ pluralitas non eſt bona, vnus debet eſſe princeps, iuxta Ariſt. [k] Et Homerum [l].

c c. duo ſunt quippe, 10. & ſequẽt. 96. diſt. c. principes, 23. q. 5. c. ſuſcipitis 10. diſtinct.
d In Pſal. 121.
e Deuter. 17.
f Catacheſi 17. & 18. illuminatorum.
g In principio nouellæ 6.
h c. cleros, § patriarcha, & § pontifex, 21. di.
i Sicut ſcribit Iuſt. ex Trogo, lib. 11.
k Lib. 12. metaph. ca. 1.
l Lib. 46.

5 Regia poteſtas ſeparata fuit plenè à ſacerdotali ſub Samuele, & antea etiã cõcordia religionis & adminiſtrationis politicæ nobilem fecit Iudæorũ principatum, cuius teſtimoniũ his verbis fert Iuſt. ex Trogo [l]. *Poſt Moſem*, inquit, *eius filius Aruab ſacerdos ſacris Ægyptiis mox rex creatur: ſempérque exinde hic mos apud Iudæos fuit, vt eoſdem & ſacerdotes haberent, quorũ iuſtitia religione permixta, incredibile quantum coaluere, quamuis non verè & ex fide Iuſtinus hiſtoriam recenſeat.*



6 Poteſtas vtraque & principatus ſpiritualis & temporalis ſeu ſecularis ad vtilitatem corporis vniuerſæ reipublicæ hominum, concurrere debet, ad Dei laudem & honorem, vt explicat Nicolaus papa 1. in epiſtola 7. ad Michaelem imperatorem [a], & ita mutuò ſe iuuant, vt quod non poteſt eccleſiaſtica diſplina perficere, principum ſecularium poteſtas exequatur [b].

a & in ca. quoniam idem mediator. 10. diſtinct. & ca. cũ ad verũ, 96. d. ca. quæſitũ eſt, 45. 23. q. 4.
b ca. principes ſeculi, 20. cũ 4. ſequẽtibus 23. q. 5.

7 Regnum duplex eſt; cœleſte & terreſtre. regnum Dei aduenire petimus, inquit D. Cyprianius [c], cùm orationẽ à Chriſto mandatã dicimus: ſed regnum cœleſte, cum & terreſtre ſit: ſed qui renũciauit iam ſeculo nempe Chriſtianus, maior eſt & honoribus eius & regno; & ideo qui ſe Deo dedicat nõ terreſtria ſed cœleſtia regna deſiderat. Præferendum eſſe principatum ſpiritualem ſeculari, & dignitatibus principum ſecularium, pluribus docetur in c. omnes, ſolitæ, de maiorita. & obedient. apud Gregor. & per Bonifacium in c. vnam ſanctam de maior. & obdient. in extrauagante communi quòd iuſſum ſit à Deo, obedire ſacerdotibus; quòd Samuel vnxerit Saulẽ primum regem; quòd duos eſſe gladios in eccleſia Chriſtus ſufficere dixerit: quòd decimas principes ſeculi ſoluant leuitis, benedicantur ab illis, anima ſit pretioſior & præſtantior corpore, ſpiritualia corporalibus, vna ſit eccleſia, in qua & principes ſeculares ſint: vnũ caput ſũmus pontifex, vna arca, quòd omnia ad vnum principium coordinentur. Lex Chriſti ſacerdotali poteſtati tribunalia ſubiecit principum, & dedit principatum eccleſiæ multo perfectiorem principatibus ſecularibus, nec cedit ſpiritus carni ne à terreſtribus cœleſtia ſuperentur, & diuina ab humanis [d], imperator, reges, principes, filij sũt ſacerdotũ Chriſti, vnde illis obedire nõ dominari debere colligitur [e].

c Sermone de oratione dominica.
d ca. ſuſcipitis, 10. diſtinct.
e ca. quis dubitet 9. c. duo sũt, 10. ca. ſi imperator 11. ca. ſicut 96.

8 Quæ omnia intelligenda ſunt in ſpiritalibus, in quib. potior eſt authoritas ſacerdotũ, & dominatur in poteſtatẽ ſecularẽ, digniórque pontificalis ſeculari. At in aliis diſtinctæ ſunt poteſtates ſacerdotalis & ſecularis ſeu principalis authoritas: & duæ ſunt, & vtraque à Deo diſtincta [f], *Quòd neuter pendet ex reliquo ex principibus*: Id eſt, non imperator à ſummo pontifice: vt nec ſummus pontifex ab imperatore. habet enim quilibet priuilegia ſuæ poteſtatis quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus cõſequutus eſt, vt eius beneficiis non ingratus contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nihil vſurpet [g], vt cõtentum eſſe imperium ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debeat ſine vſurpatione eorũ quę ſolis ſacerdotibus Domini conueniunt [h], & in ca. quoniam idem mediator, 8. eadem 10. diſtinct. & ca. cum ad verum 96. d. dicitur, quod Deus actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque principis & ſpiritualis & ſecularis, diſtribuit. atque in ſeipſo Chriſtum vtrãque poteſtatẽ geſſiſſe, vt oſtenderet vtrãque immediatè ab eo pẽdere, tãquã imperator enim ementes & vendentes de tẽplo flagellis eiecit emẽtes & vendẽtes [i], tanquã ſacerdos verò ſeipſum obtulit hoſtiã diſcipulis ſuis, dicens, *Hoc eſt corpus meũ* [k], atque gloſſ. ad dictũ c. quoniã, ad verbũ *diſcreuit* 10. diſtinct. notat in hæc verba, *& ego credo poteſtates has eſſe diſtinctas, licet papa quandoq; poteſtatẽ ſibi aſſumat, vt ad petitionẽ regis, legitimãdo in tẽporalib. & in ſpiritualib. in c. per venerabilẽ, qui filij ſint legit. & poteſt appellari ad papã ob defectũ iudicis ſecularis, vel ad petitionẽ*

f ca. duo ſunt, 10. 96. d. & ibi gloſſa, ad verbũ authoritas.
g in cano. ſi imperator, 11. eadẽ 96. diſtinct.
h ca. 5. imperiũ 10. diſtinct.
i ca. ex multis, c. vẽdẽtes, 1. q. 3.
k ca. ſacerdos, de conſecr. diſtinct. 2.

*regis, non aliter licet, de foro compet. vt etiam ibidem, vacante imperio ſupplet defectum imperatoris.*

9 Et quemadmodum ratione ſpiritualium tenentur principes ſeculares obedire epiſcopis in quos nullum ius habent[a], ſic etiam ratione temporalium, veluti prædiorum, tenentur perſonæ eccleſiaſticæ perſonis principum ſecularium obedire [a], exemplo [b] Chriſti qui dixit, *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari: quæ ſunt Dei, Deo* [c]. Et de feudo imperatoris vel principis ſecularis, perſona eccleſiaſtica inueſtita tenetur coram domino feudi reſpondere, & pro illo ei obſequi [d], & pro eo fidelitatem præbere, vt liquet ex feudis comitatus, ducatus, & principatus, quæ tenentur hodiè in Germania & alibi à principibus ſecularibus, & imperatore, pro quibus tenentur agnoſcere temporales dominos, & appellationes à iudiciis eorum feudorum deuoluuntur ad cameram imperialem, non ad archiepiſcopalem vel pontificalem. Quare cùm videretur Bonifacius 8. in d. extrauagante, vnam ſanctã, de maiorit. & obed. imminuiſſe poteſtatem tẽporalem & priuilegia regni & regis Francorum, declarauit expreſſe Clemens quintus, in extraua. meruit 2. de priuileg. in extra. communibus integra & imminuta remanere eius iura & priuilegia, & eximi à poteſtate ſummi pontificis vt antea, quia in temporalibus non recognoſcit ſummum pontificem, nec alium imperatorem [e], quod & de aliis regnis & poteſtatibus dicendum eſt, ſi non pendeat à fidelitate & feudo eccleſiæ; quia in eo tunc, ratione proprietatis & pro temporalibus ob feudum, non autem ob poteſtatem ſolam eccleſiaſticam, obſequium & fides debetur. ſunt enim diuerſa, dicere, pro religione & actibus quæ ad ſanctiones ſpiritualium pertinent, omnes principes ſummo pontifici ſubiici, quod verum eſt: aliud pro temporali poteſtate quæ politiam & reipublicæ adminiſtrationem à Deo illis conceſſã reſpicit, non ſubiici: quemadmodum palam eſt, corpus & animam hominem vnum quidem conſtituere, & eum regi ab anima: alias tamen functiones eſſe ſeparatas animæ, vt intellectus rationis; alias functiones ſeparatas corporis naturales, alias communes vtriſque.

a ca. tributum 23. q. 8. c. f. de reb. eccleſ. non alien.
b cano. conuenior. & ca. tributum, 23. q. 8.
c d. Mathei c. 22. verſ. 20. D. Lucæ c. 20. verſ. 21.
d cap. ex tranſmiſſa, 6. & c. verùm 7. de foro competente,
e c. per venerabilem, qui filij ſunt legi.

*De Summi pontificis principatu.*

## CAPVT II.

IOHANNES Gerſon, egregius & pius vir, in ſacris literis optimè inſtructus, in eo libro quẽ edidit de poteſtate eccleſiaſtica, de principatu & poteſtate ſummi pontificis colligit in 8. conſideratione ſummũ põtificẽ inſtituendũ, exemplo conſilij dati à Iethro Moſi [f]. ibi enim Iethro, *Stulto labore,* inquit, *conſumeris, tu & populus tuus qui tecum eſt. vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud ſuſtinere non poteris. ſed audi verba mea & conſilia mea, erit Dominus tecum. Eſto tu in populo in his quæ ad Deũ pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum. oſtendáſque populo ceremonias & ritum colendi, viámque per quam ingredi debeant: Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas & qui oderint auaritiam: & conſtitues ex eis tribunos, & centuriones, quinquagenarios & decanos,*

f c. 18. Exodi.

nos,



*nos, qui iudicent populum in omni tempore.* Ex quibus verbis colligit pontificatum nunc, vt politiam illam tunc inſtitutam, regendum eſſe. Dicit enim compoſitam fuiſſe ex regia monarchia quę erat in Moyſe, ex ariſtocratia quæ erat in ſeptuaginta duobus ſenioribus: & democratia, dum de ſingulis tribubus ex populo ſumpti ſunt iudices & tribuni.

2 Principatus vnus & vnius vniuerſaliter in Eccleſia eſſe debet in conſeruationem vnitatis fidei: vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, vnus & eius debet eſſe vicarius, per quem poſtea poteſtas diffuſa in plures, Dei poteſtate, exerceatur. vt ſol vnus per quem alij planetæ illuminantur, & illi alias ſtellas, ſtellæ inferiora. Tres ſacri angelorum ordines in cœlo, à quorum ſuperioribus purgationes, illuminationes, & perfectiones ad nos deferuntur.

3 Poteſtas Eccleſiaſtica in ſua plenitudine, eſt formaliter & ſubiectiuè in ſolo Romano Pontifice: proinde in Eccleſia Dei, nullus debet ſuſcipere, vel dare gradus Hierarchicos exemplo ſuperioris ſacræ Hierarchiæ, qui ſunt, purgare, illuminare & perficere, ſi non interueniat verè vel interpretatiuè, authoritas ſupremi Hierarchiæ vel Monarchiæ in Eccleſia ſancta Dei, vt euitetur in ea confuſio.

Quare in hac plenitudine poteſtatis ſummi Pontificis, & poteſtas ordinis & Iuriſdictionis, quæ collata eſt, primitus à Chriſto Petro vicario ſuo, vſque in finem ſeculi, ad ędificationẽ Eccleſię militantis, pro conſequutione ſalutis æternæ.

Hæc plenitudo poteſtatis, non quidem in ſe, quia ſemper eadem eſt, ſed in vſu moderationem & regulam accipit.

Præter hanc originariam poteſtatem conceſſam ſupernaturaliter à Deo Petro, & eius ſucceſſoribus, alia eſt poteſtatis ſpecies, quæ non ex eadem prima inſtitutione proceſſit, ſed aliundè, quæ non eſt confundenda cum illa: illáque eſt poteſtas & iuriſdictio, quæ ſucceſſoribus Petri potuerunt conuenire, ſecùndum leges humanas ciuiles & politicas, vel dictamen iuris naturæ, quod vult, vt ſupremus in aliqua politia, gaudeat multis honoribus & priuilegiis ſuper alios: vel ex dotatione ſeu donatione ſingulari principum ſeu ſecularium, ex conſiliorum generalium ſingulari conceſſione.

4 Ex his prędictus Gerſon dicto tractatu de poteſtate Eccleſiaſtica, dicit peccari in ſententia poteſtatis ſummi Pontificis, in detractione, & nimia conceſſione.

Qui detrahunt, quippe dicunt, omninò reuocandum eſſe ſummum Pontificem, & clerum ad paupertatem Apoſtolicam: abutũtur enim ſacræ ſcripturę teſtimonio, vt Iulianus Apoſtata, dum priuauit Chriſtianos bonis ſuis, dicens, quòd Chriſtus dixerat, *Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poßidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus* [a].

*Et nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus* [b].

*Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus* [c].

Addunt iuriſdictionum feudorum, poſſeſſionum, & aliarum dotationum, & pomparum ſecularium, incapaces eos eſſe, ideo non debere eorum eſſe participes. Qui tamen maximè aberrant confundentes poteſtatem acceptam immediatè à Deo, cum poteſtate &

a Lucæ c. 14. verſ. 33.
b 2. ad Timotheum 2.
c 1. ad Timoth. cap. 6. v. 8.

facultate data ab hominibus principibus,regibus,& imperatoribus; in honorem,laudem Dei, & ad gratiarum actionem, & ad augendũ cultum diuinum, & ad diſtributionem faciendam in pauperes per illos,ad remedium animarum donantium eccleſiis.

5 Peius tamen dicit errare eos, qui adulationibus fraudulentis, eccleſiaſticorum maximè ſummi pontificis inſuſurrant auribus:tantam eſſe ſublimitatem eccleſiaſticæ poteſtatis,vt Chriſtus qui habet poteſtatem in cœlo & in terra, tantũ Petro contulerit, quod omnis poteſtas etiam temporalis eſt à papa: etiam,ſicut ſibi aliquando perſuaſit Bonifacius 8.in quadã decretali,vt anima dominatur in corpus addunt poſſe ideo transferre ſummos pontifices regna,imperia,exẽplum adferẽtes de Zacharia quem dicunt depoſuiſſe regem Franciæ, omnia inſuper in ſumma adulantes eius poteſtati volunt eſſe ſubdita,& ipſum ſymbolum fidei,ſacra conſilia, & ſimilia quæ tamen excepit conſilium Cõſtantienſe,& qua perſuaſione turbantur ſæpe regna,prouinciæ, & clerus ipſe (ſic Gerſon loquitur;) Quod accidit ex ignorantia diſtinctionis poteſtatis, quæ eſt in ſummo pontifice & quæ à Deo & ab hominibus cõceſſa eſt, & addita.ſuis enim terminis ita poteſtas eccleſiaſtica coercere ſe debet, vt meminerit poteſtatẽ ſecularẽ apud etiã infideles, ſua propria habere iura,ſuas dignitates, ſuas leges,ſua iudicia, de quibus, ſe occupare eccleſiaſtica poteſtas non præſumat, vel vſurpet (ſunt verba Gerſonis) niſi dum redundat abuſus poteſtatis ſecularis,in impugnationem fidei & blaſphemiam creatoris,& in manifeſtam poteſtatis eccleſiaſticę iniuriã.tunc enim in his eccleſiaſtica poteſtas habet dominum regitiuum,directiuum, regulatiuum,& ordinatiuum. Summus pontifex in terris non Deus, ſed vicarius Chriſti Dei dicitur;& non eius ſucceſſor. Quia Chriſtus manet in æternum pontifex maximus[a], vicarius autem Chriſti D. Petrus habuit vſque in præſens tempus ſucceſſores.

a ad Hebræos c.7.

6 Poteſtas definitur eccleſiaſtica à prædicto authore vt ſit poteſtas quæ à Chriſto ſupernaturaliter & ſpecialiter collata eſt ſuis apoſtolis & diſcipulis ac eorum ſucceſſoribus legitimis vſque in finem ſeculi ad ædificationem eccleſiæ militantis ſecundum leges euangelicas,pro conſequutione fœlicitatis æternæ.

7 Diſtribuitur hæc poteſtas generaliter,in poteſtatem ordinis, & poteſtatem iuriſdictionis ordinis rurſum poteſtas, duplicem habet reſpectum,vnus eſt ſuper corpus verum Chriſti, quod ad conſecrationem eius. Alius ſuper corpus Chriſti myſticum ſeu membra eius: Et hoc dupliciter,vel quoad adminiſtrationẽ corporis Chriſti veri:vel quo ad adminiſtrationem vel exhibitionem alterius ſacramenti,ſicut eſt ordo, vel confirmatio, vel pœnitentialis abſolutio, conſecratio virginum &c.quæ certis dantur.

8 Poteſtas iuriſdictionis duplex, vna in foro exteriori : alia, in foro conſcientiæ interiori: Rurſum poteſtas in foro exteriori iuriſdictionis dupliciter conſideratur,vno modo prout immediatè tradita eſt à Chriſto ſecundum legem Euãgelicam: Alio modo,prout ſuperaddita eſt ex humana conſtitutione,vel dono per principes ſeculares,vel aliter.

Poteſtas



Poteſtas item in foro interiori iuriſdictionis, conſurgit ex duplici radice, vno modo ex parte hominis ſe ſubiicientis tali iuriſdictioni: ſicut cum ſponte, confitens ſe ſubiicit presbytero, & ordinandus Epiſcopo. Alius ſubiectionis modus oritur ex authoritate ſuperioris, hunc vel illum, tali vel tali ſubiicientis, quod fieri poteſt præter arbitrium eius qui ſubiicitur.

Iuriſdictionis poteſtas eſt facultas cognoſcendi & ſententiam ferendi in ſibi ſubditos etiam inuitos, quia ius in inuitum redditur.

Et hæc iuriſdictionis poteſtas Eccleſiaſtica,vicina eſt iuriſdictioni ſeculari & politicæ.

9 Poteſtas item Eccleſiaſtica conſiderari poteſt tripliciter: primùm formaliter in ſe, & abſolutè ſine reſpectu. 2. materialiter ſeu reſpectiuè, prout applicatur ad hanc vel illam perſonam iure legitimo,quòd communiter fit per electionem & conſecrationem.3.quo ad exercitium, vel executionem, quia fruſtrà eſt potentia, ſi non habeat actum.

Vſus huius poteſtatis, interdum licitus & ratus, vt cùm Sacerdos conſecrat vel abſoluit cum circumſtantiis omnibus, ad hoc requiſitis de neceſſitate,vel ſacramenti,vel præcepti.

Interdum vſus illicitus,& ratus:vt dum ſacerdos conſecrat in peccato mortali,vel cum tranſgreſſione præcepti.

Interdum eſt licitus, & non ratus, vt dum ſacerdos quantum in ſe eſt, bona fide & intentione credit abſoluere confitentem ſibi, vtens benè in hoc clauibus:ſed confitens,quia mentitur in confeſſione ſua, vel obicem ſecretò ponit,nequaquam abſoluitur.

Interdum eſt vſus illicitus & irritus, vt ſi ſacerdos quærit vti clauibus,ſciẽter erga aliquem,cuius fictionem agnouerit, & qui nequaquam ſibi ſubiectus eſt.

Poteſtas Eccleſiaſtica conſiderata formaliter,in ſe,& abſolutè,velut in abſtracto eſt inuariabilis, & comprehendit ſummum Pontificem,Cardinales,Patriarchas,Archiepiſcopos,Epiſcopos,& minores prælatos, ſeu curiones, & quamuis aliquis illorum moriatur, tamen eadem poteſtas eſt in Eccleſia.

Poteſtas conſiderata materialiter, & habito reſpectu eorum cui diſtribuitur, poteſt dici variabilis, & quæ auferri poſſit in caſibus multis, ſic per electionem, conſecrationem, & inſtitutionem nouorum miniſtrorum, mutatio oſtenditur:vt per mortem naturalem vel ciuilem, vt per depoſitionem,renuntiationem, plenitudo poteſtatis etiam ſummo Pontifici adimitur.

Poteſtas Eccleſiaſtica conſiderata, quo ad vſum, & exercitium, mutabilis eſt, & multùm variabilis, & ita miniſtris conceſſa fuit poteſtas limitata ad vſum, & ad euitandum ſchiſma,quod ex æqualitate oriri poſſet.

Poteſtas formaliter Eccleſiæ, data eſt à ſolo Deo, Dominóque noſtro IESV CHRISTO: neque ab alio potuit inſtitui,vel concedi, quàm Deo,qui habeat imperium in vniuerſa : diſtributa autem fuit poſtea per eos quibus data eſt facultas.

Cum his conſideranda eſt perſonarum ſubditarum iuriſdictioni & poteſtati qualitas, & cauſæ ob quas ſubiiciuntur, vel eximuntur.

nam niſi hæc coniungãtur, neque legitima poteſtas, neque vſus permiſſus, vel illicitus, poterit diſtingui.

10 Nec ideo minus dicuntur liberi populi, & reges, & principes quòd ſummi pontificis dignitatem & eccleſiaſticorũ obſeruẽt & venerentur, vt de aliis liberis ciuitatibus dictum [a].

11 Sicut & contrà, Pelagius Papa in c. ſatagendum eſt, 10. 25. qu. 1. ſubiectionẽ regibus debitã teſtatur. *Satagendum*, inquit, *eſt, vt pro auferendo ſuſpicionis ſcandalo, obſequium confeſſionis noſtræ legibus, vel regibus miniſtremus, quibus, etiam non eſſe ſubditos ſacræ ſcripturæ præcipiunt.* & ibi gloſſa ad verbũ *Subditos*, argumento, inquit, quod Papa ſubeſt imperatori: intelligo quo ad hoc quod ſua eccleſia dat tributa fore imperatori, vt extra, de cenſibus omnis anima, & c. magnum 11. qu. 1. c. tributum 23. qu. 8. Nã alias omnes principes ſubſunt epiſcopis [b]. Quanquam in dicto c. ſatagendum, textus loquatur de fide catholica, non de fide ſubiectionis terrarum. ait enim Pelagius primus, ſe confeſſionem & profeſſionem fidei quam teneret Rufino delegato à ſe, ſubſcriptã dediſſe & miſiſſe Childeberto dubitanti de eius fide: quod mirum eſt, vt fidem ſuam pontifex ad requiſitionẽ regis profiteatur: niſi intelligas hoc 5. Pelagium feciſſe ſponte, ad ſubmouendum ſcandalum & malam de ſe conceptam apud Childebertum ſuſpicionem, cùm tamen non teneretur. Dicebat Iuſtin. [c] Non multum differre ab alterutro, ſacerdotium & imperium: vt nec ſacra à cõmunibus & publicis, & ſi conſideremus initium, populi principes aliquando fuerũt poteſtate põtificali exornati, vnde & Rom. imper. pontif. dicebãtur [d].

12 Et inſignia regũ adhuc ipſum teſtantur, quæ communicãt cum inſignib. pontificalib. gerunt enim clamydem quam vulgo vocant, *le manteau royal.* per clamydem regni poteſtas intelligitur [e], & ibidẽ ſciſſio veſtis ſciſſionem ſignificat ſacerdotij, eſt & colobiũ veſtis, qua vtebãtur olim diaconi, veſtis protenſa vſque ad talos, & vtuntur hodie Dalmatica quæ eſt ſignum ſacerdotij. Ferũt & reges, & principes diadema coronæ, quę habet ſimilitudinẽ mithræ regni inſigne [f], corona mitra ſacerdotij [g]. vt & baculus paſtoralis ſacerdotij, parũ differt à ſceptro regali [h], baculus paſtoralis epiſcopi eſt inſigne [i], baculus incuruus pedum, ne lædere poſſit corpus: at ſceptrum baculus rectus qui ferit & virgã habet diſciplinæ & vltionis corporalis [k]. Principes populi ſeculares, gladium à Deo ſibi delegatum ſingulari mandato habent [l], & proinde in quo delegati ſunt, poſt principem Deum maiores habent poteſtatem cæteris, quia vicẽ Dei gerunt, vt de aliis delegatis dicitur [m]. Si abutantur principes in eo quod pertinet ad ſalutem animæ, ſummus põtifex vt in cauſa peccati poteſt cognoſcere [n].

13 Fuit aliquãdo vtraq. poteſtas, vt dixi, & ſpiritualis ſeu ſacerdot. cõiuncta, vt tẽpore Samuel. [o] *Regi Syriæ & Palæſtinæ*, inquit Dio Caſſius [p], *nomen eſt ſummi pontificis, ideo propter pontificatum Dei qui eam regebãt tempore Põpeij, Hircanus & Ariſtobulus diſſidentes, vrbes ſeditionib. implerant.* Apud Ægyptios non licuit abſq. ſacerdotio imperare quin imo ſi ex alio genere quiſpiã regnũ vſurpaſſet, cogebatur poſt regni aſſũptionẽ ſacris initiari, vt rex deniq. eſſet & ſacerdos, & apud Græcos in plurib. ciuitatib. præcipua ſacra à magiſt. ſũmis erãt inſtituta [q].

Ari-

a *In l. non dubito 7. §. liber autem, captiu. & poſtlim. reuer. l. poſtlim. 19. eo.*

b *Vt extra c. omnes principes, de maior. & obed.*

c *In nouella 7. ca. 2. verſ ſinimus, de non alien. reb. eccleſiaſt.*

d *c. cleros 1. §. pontif. 21. diſt.*

e *c. plerunq. 27 §. item per Saulem 2. q. 7.*

f *In c. duo ſunt 12. qu. 1.*

g *In c. inter dilectos 6. §. 3. falſum de fide inſtrument.*

h *In di. §. 3 falſum.*

i *c. epiſt. 65. 11. qu. 3.*

k *c. diſciplinã 45. diſt.*

l *Ad Rom. 13.*

m *In c. ſanè quia nos 11. de offic. & poteſt. iudi. delega. nc. nouel. de iudic. At videnda quæ tradidimus lib. 15 ſyntag. c. 1. de præſtantia poteſtatis eccleſiaſticæ in laicam.*

o *1. reg. c. 8.*

p *lib. 37. hiſtor. Romanæ.*

q *Plato lib. 16 ſiue in libro ciuili, vel de regno.*



Ariſtoteles quoque [a] ſcribit, in poteſtate regia fuiſſe tempore Heroum, vt rex dux belli, & iudex controuerſiarum eſſet: & dominus ceremoniarum, erga Deos.

*De diſtinctione principatuum Temporalium.*

## CAP. III.

PRINCIPATVS non vnius ſunt generis, ſed plurium, alij, antiqui, alij noui, alij pauperes, alij opulenti; alij ſunt ſuæ poteſtatis ab alio non pendentes; alij ſine ſuperioritate: alij naturales, alij acquiſiti. Naturales dicuntur, quibus ſubditi obtemperãt ſpontanea voluntate, aut expreſſa, vt per electionem principem ſibi eligentes: aut per tacitam, cum per ſucceſſionẽ principatuum nãciſcuntur. Acquiruntur verò variis modis veluti pecunia, vi, armis, conuentionibus. Sũt & alij principatus magni, alij parui, alij mediocres, qui ſe poſſunt à vicinis per ſe defendere. Quæ omnes differentiæ ſunt diligenter perpendendæ ab eo qui rempublicam, vel regere, vel etiam inuadere decreuit.

Digna eſt & quæ recenſeatur diſtinctio principatuũ & poteſtatũ, quæ faciebat & facit quoſdam principes cum poteſtate perpetua ſeu continuata, quamdiu vixerint: quoſdam vero tales tantum ſecundum definitum tempus: alij quoſdam vſque in poſteritatem & genus. Apud Thebanos, duces creati à populo erant cum certo tempore, quo poterant tantum gerere imperium & poteſtatem: erátque lex apud eos, quæ morte multabat, ſiquis imperium diutius retinuiſſet, quàm lege præfinitum eſſet, vt ſcribit Aemilius Probus in Epaminunda. vbi & eadem Epaminundas in iudicium fuit vocatus capitis, ex agro Laconico reuerſus, quamuis tunc funditus viciſſet Lacedæmonios, quòd *Bœotarchia* i. imperio, contra legem imperio quatuor menſes addidiſſet [b].

2 Carthagine quotannis bini reges creabantur. Æmilius Probus in vita Hannibalis.

3 Apud Romanos conſules habebant poteſtatẽ & imperium tantum annuum, vt ex Liuio, Dionyſ. Halicar. & aliis vulgare eſt, & de quibus nos abundè alibi [c].

4 Dictator habebat ſemeſtre quod ſupra conſules etiam erat, imperium [d]. Decernebantur & poteſtates prouinciarum, & maiorum magiſtratuum, authoritates, ad tempus apud Romanos: ſicut facilè colligitur ex l. vnic. vt omnes iudices tam ciuiles quàm militares, poſt adminiſtrationem depoſitam, quinquaginta dies in ciuitatibus, vel certis locis permaneant lib. 1. C. tit. 49.

5 Et apud eoſdem quoque Romanos, maieſtatis crimen erat poſt datum ſibi ſucceſſorem, remanſiſſe in poteſtate [e]. *Tigranem*, inquit Dio Caſſius [f], *Lucullus non inſequebatur, ſed ei euadendi omnino otium concedebat: ſed à ſuis quoque reprehenſus eſt, quod debellare noluiſſet, quo diutius in imperio eſſet.*

a *Lib. 3. polit. c. 10. & 11*

b *Quod & recẽſet Aelianus lib. 13. de varia hiſtoria, & Plut. i. apophthegma. regum. in politicis & Pelopida.*

c *Lib. 18. Synta. c. 2. & li. 47 cap. 15*

d *Vt liquet ex Liuio in 2. Dionyſ. Hal. in 5. Plutarcho in Camillo & in Fab. Max. & alijs De quo nos li. 47. Syntagma. c. 17. copioſè & Pompon. iuriſ. in l. 2. §. populo ve. ſic. hunc magiſtratum de origine Iur. P*

e *L. 2 & 3. ad leg. Iul. Maieſta. li. 48. Pti. 4.*

f *Lib 35.*

a 1 politico.c.1.

Generaliter & Ariſtoteles[a] poteſtates dicit alias eſſe determinatas ſecundũ tempus, ita vt non liceat interdum, nec ſemel eandem habere, aut per alia tẽporum ſpatia: alias eſſe indeterminatas ceu illius qui in concione deliberat, & qui iudicat.

6 Mortuo Romulo cùm populus regem ſibi præponi & præeſſe deſideraret, & tamẽ propter diuerſas factiones de certo non conueniret, interim metu vicinorum hoſtium centum patres rem inter ſe decem decuriis factis, ſingulíſque in decem decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent conſociarunt: vt quandiu vacaret ſedes decem imperarent, vnus cum inſignibus imperij & lictoribus eſſet: quinque dierum ſpatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat, & ita regnatum per annum poſt quem Numa electus fuit: vnde & obſeruatum vt illud temporis ſpatium interregnum dictum fuerit, quo à rege defuncto vſque ad creationem ſequentis quis regnaret cum regia poteſtate & inſignibus, & interrex eſſet[b].

b Liuius in 1 Feneſtella c.4. Blondus lib.3. Romæ triumphantis Alexan. ab Alexandro lib.6. c.5.

Succedẽtibus etiam in locum regum cõſulibus, quo tempore non erant propter diſcordias vel alio modo conſules, interregnum erat inter illas moras: & nomine & poteſtate conſulum interrex regebat rempublicam, his autem creatis, deſinebat eius imperium, quorum interregnorum mentio apud Liuium lib.3.6.& alibi.

## *De Principatibus perpetuis, delatis per generis ſucceſſionem.*

## CAP. IIII.

a in Iugurtha & Tacitus li.2 hiſtoriæ

NATVRA mortalium auida imperij eſt, vt dicebat Saluſtius[a], quare multi illud appetunt nec boni ipſi, nec etiam ad bonum finem. Quos turbare rempublicam certiſſimum eſſe poſſe, niſi iure gentium fuiſſent obiecta duo potiſſimum remedia præſtantiſſima & præcipua, vnum ſucceſſionis, aliud electionis ſucceſſionis: quando ex principe princeps naſcitur, vt ex arbore annoſa & trunco noua, quæ antequã antiqua decidat, iam radices & vires accepit, & ita minori diſcrimine ſumitur prĩceps, quã quęratur[b]

b vt ait Cornel. Tacit.2. hiſtor.

1 Quidam populi habuerunt reges perpetuò ex eodem genere, quandiu eſſent ex progenie proximi vt Lacedemonij aliquando duos habebant reges, nomine tandem magis quàm imperio, ex duabus familiis, Proclis & Euriſthenis: qui principes ex progenie Herculis Sparthę fuerint. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat: itaque vterque ſuum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur qui maximus natu eſſet ex liberis eius qui regnans deceſſiſſet. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet, tum deligebatur qui proximus eſſet propinquitate: & ita ſexus filiarum & mulierum excludebatur, vt refert Æmilius Probus, in vita Ageſilai.

c.3.regum c.1.

2 Orta lite inter filios Dauid[c], quis in regno pręcederet, Dauid edicto ſtatuit à iunioribus inchoari, & vt alteri ſuccederẽt vbi poſteritas naturalis deficeret. Ita à Salomone ſucceſſio cœpit, alij dicti fratres principis, ei donato tempore ad ſumendum. Hincque vſque ad Ioſaphat & Ochoſiam reges, poſteritas Salomonis & vſque ad Ioada: tunc enim deficiente recta linea Dauidis per Salomonem, Ioas fuit ex collateralibus, qui ex filiis Nathã filio Dauidis alio; ex cuius



cuius genere regnarunt vſque ad deſolationẽ templi reges & principes; poſtea à Ioakimo de carcere educto vſque ad tempora Aſmonai ſeu Machabeorum, nempe ad Iudam Aſmonai. Sequuti enim tunc Aſmonaim, qui ſimul cum pontificatu etiam ducatum à domo Dauid ſubripuerunt populi Iuda, vnde orta inimicitia & ſimultas, vt hæc omnia recenſet Philo Iudæus in libello de temporibus. Rabini etiam conſentiunt Aſmonaim, id eſt Machabeos, non fuiſſe de tribu Iuda & ſemine regio, ſed vi ſibi vſurpaſſe ſceptrum, vt & refert Mũſterus[a] & perſeuerauit regnum Aſmonaim in ſucceſſione proximorum ex domo & gente, per centum & tres annos vſque ad tyrannicum principatum Herodis, qui poſt Ariſtobulum iubente ſenatu Romano inuitis Hebræis regnum tyrannicum iniuit, iuncta ſibi vxore Hircani capti à Parthis, vt idem Philo ait, Ioſephus & Thalmudiſtæ in libro Aabòdazara. in diſtinctione quæ incipit, *Liphne idiem.* regnauítque hic primus Herodes Scalonita alienigena, regnauit tyannico principatu, annis vno & triginta, & legitimo, ſex, poſtquam Hebræi feſſi, vltro ei & eius poſteris regnum obtulerunt; iurantes, in fide ipſius ac poſterorum ſeſe permanſuros. vt refert idem Philo eodem libro. Regnum verò ſucceſſorum Herodis, vt ait Rabi Ioſeph, durauit ſtante tẽplo annis centũ tribus atq. anno vltimo regni Agrippæ cępit regnare Barcozbã, cũ quo rebellauit Romanis & hoſtis ab illis iudicatus eſt. vocat hunc Agrippam Philo Iudæus Agrippinum.

a in annotationibus ad c. 1. aggei. & ad c.49. geneſios.

3 Secundũ genus quoq; fuiſſe regnum Macedonũ vt Lacedemoniorum, dixit Diogenes Laertius[b], & Iuſtinus ex Trogo[c], dũ loquitur de diuiſione imperij Alexandri magni inter Antigonũ, Demetriũ Lyſimachũ & crudelẽ Caſſãdrũ tãtãq; in illis verecũdiã fuiſſe etiã notat, vt cũ opes regias haberent, regũ tamẽ nominibus ęquo animo caruerint, quoad Alexandro iuſtus hæres fuit: ideo & ante Caſſandrũ curaſſe occidi Alexandri filios, vxores & matrem: ne fauore paterni nominis in regnũ vocarẽtur Macedonię. Refert Thucydides, tẽporibus hroicis, antequã ambitio ad mutandã rẽpublicã Gręcos impuliſſet, eoſdẽ ſexcẽtis antè annis, rectos fuiſſe regibus per ſucceſſionẽ legitimã vocatis, vt Athenienſes, Spartianos, Sicionitas, Corinthios, Thebanos, Epirotas, Macedonas. contendit quoque Piſiſtratus, cùm occupaſſet tyrannidẽ Athenienſium, regnũ ſibi debitũ & nihil alienũ ſibi vſurpaſſe, quippe, inquit, genus à Cecrope duco. id enim meo iure vendico, quod Athenienſes olim cum iureiurando firmaſſent, Codro illiuſq. genti præbituros regnũ ꝙ poſt modũ abſtulerant. Sicut refert Diog. Laert. in 1. & in Solone in epi. Piſiſtrati ad Solonem.

b in 3. in Platone.
c lib.18.

5 Imperaſſe apud Perſas ex genere reges, ſcribit etiam Strabo lib. 15. id eſt morte parentũ regnũ perueniebat ad liberos; & his deficientibus ad proximos de cognatione, vt ait Conſtantinus Manaſſes in Annalib. Procopius lib.1. de bello Perſico: idémque ſeruatum tranſlato imperio ad Parthos, tradit Ioſeph.[d] Poſt mortẽ autẽ Ochi regis Perſarũ, & filij eius Arſis, cędẽ, cũ nemo ex Ochi liberis ad quẽ regnũ lege rediret, ſupereſſet ἐρήμου vt Diodorus Siculus lib.27. loquitur, ὄντος τοῦ βασιλέως οἴκου, καὶ μηδένος ὄντος τοῦ κατὰ γένος διαδεξομένου τὴν ἀρχήν.

d lib.18. antiq. c.3.

6 Obſeruatũ inter ferociores alias nationes, inſtitutis regnis, poſt

primum electum, ad filios eorum qui primo electi ſunt; tranſlatum ſeu ad vnum illorum cōtinuatum ſine controuerſia fuiſſe imperium.

Sic poſtquam Choſroës Perſa, Ciliciam, Perſiam, Mediam, Armeniam, à Romanorum ditione ſibi vſurpauit, cœpítque anno 5. imperij Iuſtiniani regnare, imperatorem Aſiæ ſe appellauit, regnum Perſicum inter eius ſucceſſores per trecentos annos tranſmiſit quouſque Sarraceni vel Agareni, eis ademerunt imperium, vt ſcribunt Haytonus Armenius[a] & Procopius[b].

a parte 2. hiſtoriæ orientis c.1.

b lib. 2. de bello Perſico.

7 Cùm etiam anno Domini 1956. Turcomani, qui & Turcæ, inſtituiſſent regnum aduerſus Agarenos, in quorum auxilium tamen vocati erant, cōtra Perſas, & Sadonem ſeu Saliothem primum regem coronaſſent, & curaſſent conſecrari à Calipha Baldacenſi, qui inter Agarenos habetur pro ſummo illorum ſuperſtitionis pontifice; eo mortuo, peruenit regnum ad Doloriſſam filium Sadonis, & poſtea in progenitos ex eo[c]. Verùm exiguo tēpore durauit eius monarchia. Nam Choſroe cum filio maiori interfecto ab Heraclio, filius eius Syroes, in Perſide relictus, ab eodem Heraclio imperatore baptiſatus eſt, rurſúmque crudeliter interfectus, & ita tyrannis illa non eſt progreſſa vltra filium tyranni, vt ſcribit Ammonius[d].

c vt ait Haytonus prædicta 2. parte hiſtoriæ orientis c. 6. & ſeri.

d lib. 4. de geſtis Frãcorum c.21.

8 Controuerſum aliquando etiam prælio inſtructo, inter Bulgaros & Auaros cognomēto Hunnos, cui deberetur regni ſucceſſio, an orto ex Auaribus an ex Bulgaris; in quo Bulgari victi fuerunt & relictis terris propriis exularunt[e].

e Ammon. lib. 4. de geſtis Fran. c.24.

9 Ægyptij à tempore primi regis vſque ad Sethonem vltimum regem & ſacerdotem, commemorabãt trecentos quadraginta quinque per ſucceſſionem continuatam ex genere[f].

f Herodot. li. 2.

Ita fuerunt ex genere reges, Indis, Afris, Turcis, Tartaris; & pluribus ſeculis Latinis, Romanis, Etruſcis, Gallis, Hiſpanis.

10 Nulli ſunt bene nati principes, qui hanc ſucceſſionem ex genere in regnis deferendis potius non probent, quàm ambitioſorum electionis prætextum. Quin & ipſi ambitioſi, poſtquam detonſerint proximos legitimos regni ſucceſſores, ſummopere deſiderant, vt ad ſuos potius transferre poſſint, quod tamen illegitimè conſecuti ſunt imperium.

Ita capta Tyro vrbe per Alexandrum magnum, & Stratone rege ob Darij amicitiam de principatu deiecto; cùm Hepheſtio cui delegauerat Alexander curam præficiendi regem, vellet diademate aliquem ex Tyriis ſuum hoſpitem honorare, recuſauit is oblatum beneficium, cùm nullo vt dicebat cognationis gradu regium genus cōtingeret. Quare & inquiſitione facta, quiſnam regiæ ſtirpis extaret, indicatus eſt Ballonymus quidam è regibus genus ducens, prudens atque optimus, ſed paupertatis extremæ homo. Ad quem nihilominus regni tradendi cauſa protinus Epheſtio cum regali amictu contendit, inuenítque in horto mercede aquam de puteo trahentem craſſiſſimo indutum panno, cúmque regia veſte aliíſque decentibus ornamentis produxit in forum, & Tyriis regem eſſe iuſſit. aſſentiente ſummo cum applauſu populo[g].

g Vt ſcribit Diodor. Siculus lib. 17.

Quamuis etiam Omphis rex vnus ex Indicis, cum regno ſe dediſſet Alexandro, Alexander tamē ex more gentis eum in locum patris permiſit regnare[a]. & rurſum, Abiaſaris regis alterius Indiæ regnum, filio eius attribuit[b]. Et vt ait Anaſtaſius Bibliothecarius Adriani 2. ſiue Landulphus Sagax hiſtor. Miſcell. Genti Francorum moris eſt, Domnum, id eſt regem ſecundum genus principari.

a Q. Curtius l. 8.

b vt idem autor tra in lib. 10.



11 Hanc ſucceſſionem principum ex genere gratiſſimam populus quoque habet, & ideo inter diſputantes ſentētia probabilior viſa eſt, eſſe vtilius reges fieri & principes per ſucceſſionem, quàm per electionem. quia populus lubentius conſueto domino, quàm nouo obtemperat. In obedientia autem, totum dominationis bonum conſiſtit. Filij principum & proximi iam ſunt eiuſdem gentis, nobiſcum nutriti ſunt, mores populi norunt & vires, quatenus & quando, & de quibus ſit interpellandus: populus viciſſim lubentius vt aſſueti principis mores tolerat, iámque proximos viuentis veluti alumnos & cōſortes habet, & illi populo conuictu communi facti quodammodo amici. Erubeſcunt filij & proximi ſuccedentes maioribus, eiuſdem generis leges maiorum, vt à ſuis factas conuertere in tyrannidem.

12 Probauit hanc ſucceſſionem ius diuinum & à Deo ſtabilita lex in regno populi ſui, Deutero. c.17. verſ. 20. ibi, *Vt longo tempore regnet, ipſe rex & filius eius.* & Geneſ. c.49. verſ. 10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.*

Probarunt hanc ſucceſſionē per genus principatuum iura, eámque nec ex delicto quo priuari digni ſunt poſſeſſores, priuandos ſucceſſores non delinquentes, ſtatuerunt[c].

c vt in c. licet, de voto & voti redemp. in c. 2. de ſupplenda negligētia prælatorum lib. 1. ſexti ti. 8. in c. ad apoſtolicæ 2. de ſentent. & re indica. in ſexto.

13 Rurſum ad ſubditorum vtilitatem maximè conducit, non habere nouos aut habere ſui generis principes ob plura. primùm quia fieri poteſt, vt per diuerſas mutationes, mores certi non ſint. aliter enim honeſtum habetur propter certas rationes in aliqua prouincia, quod non itidem erit honeſtum in natione eius qui imperium accipiet. variant enim loca in moribus, non magis quàm in rerum proprietatibus. vt exemplis cōfirmauit Æmilius Probus, qui & aliis Cornelius, in principio de vita imperatorū Græcorum, collatione facta morū Græcorum & Romanorū, & eius quod honeſtū vel inhoneſtū videtur inter vtroſque. Quare cùm nouus princeps alienigena, iuxta id quod honeſtum videtur & erit apud ſuos, voluerit mores ciuium nouorum aptare, nō emēdabit ſed perdet rempub. atque ſtatim peccatum orietur immedicabile, & quod ipſam legem reprobabit, non enim lex meretur nominari, ſi non ponatur pro locorum moribus, apta[d]. nam quamuis ius omnia recta inflexáque exigat, tamen non debet eſſe abſimilis regulæ Lesbiæ quæ ad negotia inclinatur, vt ait Ariſtoteles[e]. Demoſtenes de hoc latam eſſe ſanctionen à Solone, meminit in oratione πρὸς Λεπτίνην, & eum iuſſiſſe νόμον καθ᾽ ἀν ζόκον θέσθαι. Et Ariſtoteles[f], ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα. *Omnes populi*, inquit Caius[g], *qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium iure vtuntur.* Irridetur Plato ab Athenæo libro 12. Dipnoſophiſton. c.22. quòd videatur nō exiſtentibus viris leges ſcripſiſſe, ſed hominibus à ſe fictis, ita vt qui his vtãtur, poſtea inquirere oporteat.

d ca. erit autem lex 4. diſtinct.

e 3. politicor.

f 3. politi.

g in l. omnes populi 9. de iuſtit. & iur. P.

Eſt autem, lex vt ait Ariſtoteles, determinata ratio iuxta ciuitatis cõſenſum, quæ ſingula quo pacto facienda ſunt declarat. reprehendit & Seneca [a], Marcum Brutum pro interitu Iulij Cæſaris, quòd eo modo putauerit mutandam ſpeciem reipublicæ Romanæ tollendo tyrannum & acquirendo libertatem: cùm tamen mores non eſſent tũc populi, qui poſſent illa libertate vti, vnde & deterius potius erat futurũ, cùm pro vno ſublato alius regnaturus eſſet. Difficile autem eſt perſuadere nouo principi, & moribus non aſſueto populi, aliud iuſtum videri quàm ſibi videatur: & proinde Deus etiã iuſſit, vt ſuæ leges conſeruarentur, & modus viuendi per illũ ſanctiſſimè præſcriptus. Deutero. 17. verſ. 5. *Non poteris alterius gẽtis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.* Præuidit Deus per extranei imperium, non tantùm leges ciuiles mutari, ſed etiam & religionem in ſubditis, quo nullum peius malũ accidit. cùm mutatione etenim religionis, Deus fit arbitrarius, & incerta lex eius, moréque belluarum & ethnicorum cum incertitudine ſalutis æternæ, viuitur. norunt quidam idipſum in Germania, & qui imperio Turcarum ſubiiciuntur.

a *lib. 2. de beneſic. c. 20.*

14 Nec ſolùm alienigenas imperantes ôderunt nationes; & ęgrè extraneis ſubiiciuntur. Sed etiam ſeditionum occaſio & rebellandi ſumpta atrociter fuerit aliquando. Si qui à principibus legitimis extranei præponãtur qui eorum nomine vel iubeant, vel magiſtratum gerant, vix eis obtemperant.

Ferunt Annales Franciæ, anno Domini 1168. à tempore regis Siciliæ Guillelmi, qui Gallus erat, Sicilienſes, Apulos, & Calabros conſpiraſſe in Gallos apud illos exiſtentes, eóſq; necaſſe, prætextu quòd rex illis præfeciſſet cancellarium Gallum, alioquin tamen præſtãtem & huic muneri idoneum, ægrè ferentes quòd ſummus magiſtratus alienigenæ & non ex patria datus eſſet.

Hoc accidit ex diuerſitate morum qui diſſoluunt amicitiam contractam: vt ſi conueniant, perficiunt. Quare & in omnibus ferè antiquis rebuſpublicis, & ciuitatibus liberis olim, & nunc alicubi. In quibuſdam regnis; tantum abeſt vt principes alienigenę eligerentur, vel nunc eligantur quin quod minus eſt, nec patiuntur peregrinos ſeu alienigenas, niſi ex meritis illíſque probatiſſimis, annumerari inter ciues vel regnicolas, ex prudenti nomothetarum conſilio. ſolẽt enim ciues ex peregrinis, dolos & verſutias addiſcere, tẽporíſque progreſſu malis & diſſimilibus moribus imbui, necnon in alienas leges ritúſque peregrinos tranſire, vt ſcribit Ariſtotel [b].

b *7. politic. c. 6.*

15 Lycurgus apud Lacedæmonas, omnibus viribus & legibus contendit, ne peregrini & extranei in vrbem admitterentur, vt ſcribit Plutarchus in illo.

Aliquando Romæ lege Petronia & Papia, allophyli ſeu alienigenæ omnino fuerunt ciuitate pulſi.

Athenienſes, ſeorſum à ciuibus peregrinos commorari iubebant, impoſito illis vectigali annuo. Scythæ Gamphaſantes, Scythotauri, Seres & Indi, aduenas & peregrinos in ſuas ciuitates nõ admiſerunt.

Scribit Diogenes Laertius lib. 1. de vita philoſophorum, in Anacharſide, Anacharſim filiũ regis Scytharum, à fratre necatum, cùm

regreſſus



regreſſus à Græcia voluiſſet patrias leges vt ei videbatur, in melius immutare. addit Herodotus lib. 4. à tempore quo Anacharſis occiſus eſt, ſi quis interrogaret de Anacharſide, Scythas negaſſe ſe neſcire hominem, ob id quod in Græciam peregrinatus fuiſſet, & externos mores ſectatus.

16 Secundò accedit commodum ſubditis in continuatione principatus per ſucceſſiones, *Quod nouis exactionibus* & tributis non affligantur. Dato enim & conceſſo quòd patres, vel proximi mortui, reges, vexauerint populum indebitis exactionibus; iam domus, vel regiæ illorum, remanent illis quodammodo ſatiatæ, & iſti pleni ſunt iam pecuniis collectis. Quòd ſi ſubmoueantur illorum ſucceſſores à potentatu, ſubeunt in locum eorum alij famelici, mordaciores & magis pecuniarum auidi.

Satius autem eſt & vtilius vlceroſæ cani iam plenas muſcas ſanguine & veluti ſaturas ſuſtinere, quàm illis excuſſis, alias famelicas admittere, qui exſugant reſtantem ſanguinem. Quanto enim ſæpius mutantur principes, tanto magis grauiori & noua impenſa premitur populus. rarum enim eſt nouos principes, maximè aliunde euocatos aliquid addere de ſuo; cùm contra, & munera noua & militum ſtipendia, aliáque noua hoſpitia prouincialibus exoriri neceſſe ſit.

17 Tertiò, vbi incertum eſt quis lege ſucceſſionis peruenturus ſit ad principatum; etiam viuente principe, de eius ſucceſſione conſultatur, inſtruuntur illi inſidiæ, vt occupandi detur locus, factiones, coniurationes oriuntur, calumniæ texuntur, aliæque occaſiones quæruntur deſtitutionis eius. Quod autem mali adferant factiones pro gubernaculo ambiendo reipublicæ, indicant miſerrima bella Romanorum ciuilia, Marij, Syllæ, Lepidi; Cæſaris, & Pompeij, Antonij & Auguſti [a]. Hinc factiones, ærarij expilationes ortæ, diuiſiones reipublicæ, odia, inimicitiæ, inter regnicolas ciues, & prouinciales. Quæ omnia quieſcunt, quando certus eſt ſucceſſor ex genere.

a *de quibus Florus in 4. hiſtor. Roma. & alij claßici hiſtoriographi.*

18 Roma ſæpe experta huiuſmodi tumultus, & monarchia imperatoris ſtabilita expoſita prædę & ambitioni ſingulorum. Et proinde mos fuit Romanis conſecrare imperatores & referre inter diuos, qui ſuperſtitibus filiis vel ſucceſſoribus morerentur [b].

b *Vt ſcribit Herod. lib. 4*

Inter nobiles magna dominandi ambitio, quilibet ſe dignum arbitratur, ægrè alteri cedit, vnus acta propria heroica & merita prędicat, alius ſua eadem, alius generis antiquitatem, auos numerat, alius diuitiis fauorem electorum aucupatur, alius eligendi proximè famam calumniatur, egeſtatem. quid plura? quiſque pro ſe aut pro ſuis certat, & electio vix aut nunquam ſine inimicitiis, cædibus, corruptionibus, finem ſuum debitum aut concordiam ſortitur.

19 Quartò, qui pendet ex poteſtate ſeu fauore eligentium, quia ſibi eos pro parte antea deuinxit vt eò perueniret, alios autem qui non conſenſerant forſan exoſos fecit, & habet, liberè, ita imperare non poteſt, perinde ac is qui à nemine electorum pendet. ſicque nec ad emendationem eligentium, vel ad plenam rei publicæ

adminiſtrationem accedit. neque etiam omnibus fidit quibus inuitis præeſt. Illi minantur illum tanquam indignum vel inutilem depoſiturum, iſtis quibus inuitis præeſt facilè conſentient, & captabũt occaſiones vt citius fiat. Impatientes ſunt probitatis noui principis, aulici milites, qui antea ſub alio electo licẽtia tyrãnica, rapinis & vitiis aſſueti fuerũt. Ideo & ſæpe bonos principes quos fouere & defendere debebant, vt ſibi aduerſarios, aut dolis aut venenis, aut apertè obtruncant. quemadmodum & prętoriani milites, non aliam ob cauſam optimum imperatorem Pertinacem necarunt.

Idipſum expreſſit verbis dilucidis Arrius Antonius, vir acer amiciſſimúſque Cocceio Neruæ. cùm enim Nerua in curia à Senatu[a], gratanter exceptus fuiſſet, is Antonius ſolus ex omnibus conditionem imperantium exprimens, prudenter gratulari ſe ait ſenatui & populo, prouinciiſque, ipſi autem nequaquam cui ſatius fuerat malos principes ſemper eludere, quàm tanti oneris vim ſuſtinentem non moleſtiis modò & periculis ſubiici, ſed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum, qui cùm ſe mereri omnia præſumunt, ſi quicquam non extorſerint, atrociores ſunt ipſis quoque hoſtibus. Illiciuntur ad necem regnantium, pollicitis ambientium dignitatem crudeles & auari: qui eos à quibus magis ſperant, potius ſequuntur. quod non audetur vbi ſublato imperante, ſucceſſor ex genere certo futurus eſt, qui defuncti iniuriam vindicare debeat.

*a vt ſcribit Aurelius Victor in Epitome Cæſarum.*

20 Quintò hoc valde damnoſum reipublicæ, in principatu electiuo, quòd mortuo principe in interregno reſpublica fluctuat ſine rectore, vt nauis in medio mari ſine nauarcho, obnoxia ſubuerſioni ad primum tempeſtatis ſubortæ impetum: repletur homicidiis, vindictis, ſceleribúſque aliis, legibus ſilentibus, & ſpe concepta impunitatis. quemadmodum accidit ferè ſemper Romæ ſummo pontifice mortuo, quandiu per cardinales de electione ſucceſſoris tractatur: & plerunque in electione imperatoris, & ſimilium principum: & poſt mortem Romuli Romæ. Neque ſoluitur hoc periculum, ſi dicatur interim gubernatorem, rectorem, defenſorem, ſeu procuratorem in interregno creari poſſe. nam nec minor eſt quæſtio de interrege quàm de ipſo rege eligendo. & ſæpe accidit, vt, qui procurator & rector conſtituitur, dum de rege & principe conſultatur, ſibi principatum vſurpet, poteſtatem conceſſam ad tempus in propriam & perpetuam conuertendo.

21 Sextò, ex mutatione principum, alterius generis, efficitur vt facilè reſpublicæ regnáve extingantur, & tranſeát in aliud nomen, & aliam ditionem: & pro eo quod ante dominatio. Illis adſcribebatur, aliorum dominationi ſubiici incipiant, nullo exiſtente ex genere regum qui tranſlationem impedire poſſit, vel factam ad proprium ius reuocare iure poſſit.

Sic Arbactus ſeu Arbaces, Sardanapalo rege & monarcha Aſſyriorum ſublato, qui imperabat & Medis & aliis titulo Monarchiæ Aſſyriorum, tranſtulit Monarchiam in Medos ex Aſſyriis, quia ipſe erat tunc præfectus Medorum[b].

*b Iuſti. in 1.*

Cyrus rurſum rex Perſarum, ſubacta Aſia & vniuerſo oriente in poteſtatem



poteſtatem redacto, à Medis ad Perſas, cuius rex erat, monarchiæ nomen tranſtulit[a].

Alexander dictus magnus Macedonũ rex, rurſum dominatus Perſis & aliis, tranſtulit monarchiæ nomen in Macedones[b].

*a Iuſti. in 1. Herodo. in 1. Xenophon. in Cyripædia.*

*b Q. Curtius per totum opus. Iuſtinus lib. 11. & 12.*

Romani regna ſubacta, nominibus propriis vt plerunque priuarunt, & dignitate regia, in prouincias conuertentes, vel alterius generis principatus ſub nomine Romano. Idipſum fecerunt alię nationes, dum aliis potuerunt dominari. Sícque per mutationem illam, ſplendor regnorum periit, & degenerauit in alterius ſubiectionem.

22 Septimò ex mutatione regum & principum per electionem, detrimentum hoc reipublicæ etiam accedit, vt ærarium eius & iura imminuãtur. Dum enim præuident electi, imperium & principatum non continuandum iri in familiam ſuam, patrimonium reipublicæ exhauriunt, vt proprium & familiæ in poſterum augeant. Sciunt Romani quoties eccleſię theſaurus exhauritur per nouos põtifices, quorum aliqui ſtatim vbi ſedem adepti ſunt, agnatos proximos, filios aliquando antè mendicos, nobilitant, ditant, & ex dominio ſancti Petri replent. Contigit id aliquando in electionibus imperatorum, qui aliquando vt ad optatum peruenirent imperium, electoribus munera vel promiſſiones vſque adeò effuſas fecerunt, vt poſtea in imperio ſedentes coacti fuerint aquilam ſuis pennis deplumare, & plura alienare, vltra ea quæ in ſuas transfuderunt domos proprias, quod non feciſſent ſi ad ſucceſſores peruenturum fuiſſet imperium integrum.

23 Neque illud minus periculoſum, octauo loco, quòd vbi dulcedo dignitatis principatus priuatos electos infecerit, ſoleant omni ſtudio, technis, dolis, fraudibus, corruptionibus, iam imperantes, maximè ſi filios habent, coronari vt principatus in illos vel ſuos poſteros transferatur, omnémque ea de cauſa lapidem omnem mouent, & potius cœlum terræ miſcere tentarent, quàm ea intentione priuari ſe patiantur. ſic repugnantes, hoſtili animo proſequuntur, tollunt, & in eorum locum alios ſubrogant: fauentes, beneficiis ipſius principatus donant, & ex alieno corio ludunt, vt ſibi eos conſilient. Sic antiqui Cæſares etiam electiui, vel filiis naturalibus & legitimis reliquerunt imperium, vel adoptiuis, reuera etiam republica ſibi proſpiciente, ne tot mutationibus per contrarias armorum & ſenatus ſententias, & ambitioſorum factiones diſcerperetur. eáq; ratione tulit conſortes imperij factos, vt altero moriente, quieta in altero viueret reſpublica.

24 Sic & imperio nunc modus nominandi regem Romanorum, viuente imperatore, obtinuit, veluti deſignatione facta futuri imperatoris, ad euitandas factiones & bella ciuilia pro deligendo alio, mortuo viuente.

Vt Henricus 3. Conradi Franci filius, dictus Niger, Capua regreſſus in Germaniam filium Henricum 4. quinque annos natum, Cæſarem eligi, & Aquiſgrani coronari curauit, & hic quoque filium ſuum Henricum 5. Et Carolus 4. Venſeſlaum filium cui ſucceſſit Sigiſmundus eius frater.

Viuente quoque imperatore Friderico 3. Maximilianus Romanorum rex creatus.

Neque officit, quòd plerunque relinquuntur à regibus filij poſthumi, impuberes, & quod peius eſt ſtulti, inſani, muti, ſurdi, qui neq; ſe neque populum regere poſſe commodè videntur. Siquidem nemo ignorat, nihil tam ſanctè, vel ordinatè eſſe in hoc mundo conſtitutum, quod cum commodis incōmodum aliquod non admittat. Et poteſt his caſibus facilius ſubueniri, quàm ſtatus regni mutari. Etenim cum cōſilio delecto regi interim poteſt regnum, ſub vnius tamen imperio, rectiúſque cum eo conſilio ſæpe negotia geruntur publica, quàm ſub vno antiquo & audaci principe, qui ex arbitrio, temerè ſine conſilio gubernabit. Quemadmodum ſub Ioſia rege qui coronatus fuit anno ſuæ ætatis ſeptimo, rectè Dei populus rectus eſt, & poſtea vſque ad quadraginta annos quibus imperauit. Eſt quoddā numen in maieſtate regia. Reges imbecillis ingenij, nō minus quàm mali electiui à Deo permittuntur & mittuntur propter peccata populi. Seditiones non minus ſub principibus prudentibus, quàm iuuenibus & ſtultis ſubortæ fuerunt, & dare inconueniens non conſtituit regulam. Sunt bona regna electiua, ſunt bona ſucceſſiua, in ſingulis ſecundum mores vtilitas maior videtur. Sed qualiacunque ſint, perpetuò adhærent quædam non ſemper probanda in vtriſque: poſſuntque rationes vtrinque adferri ad laudanda vel improbanda vtraque vt arbitror conſtitutis legibus regnorum vel electiuorum vel ſucceſſiuorum, eas conſeruandas eſſe, ne mutatio præter mores ad internitionem populi conuertatur. Diſputatum autem eſt, non de conſtituto recepto regno, ſed de conſtituēdo, quale eſſe melius poſſit, & ſucceſſiuum magis probauimus.

*In ſucceſſione regnorum & principatuum, ex pluribus liberis ſuccedere primogenitum.*

## CAPVT V.

QVIA eo peruentum eſt, vt de principatu ſucceſſiuo per generis proximitatem, dictum vtcunque abundè fuerit: conſequenter viſum fuit neceſſarium huic tractationi addere, de modo ſuccedendi: propter graues & quotidianas quæſtiones quæ non minus videntur interdum turbare rempublicam, quàm ſi per electionem procedendum eſſet.

Quarum prior illa ſe offert, num ſi imperanti ſeu principi plures aut duo ſunt filij, omnes in principatu ſuccedant ſimul, an verò vnus ſolus, & quis ex illis. In qua pro vno eóque primogenito in vniuerſum concludendum exiſtimamus, niſi mos contrarius receptus aut lex alia regni ſit quam infringere non minus impium quàm portentoſum videretur, ſi ſecundùm eam hactenus vixerint pacificè ſubditi. Quanquam enim plures imperaſſe in imperio conſtet aliquando, & quibuſdam in regnis: tamen experientia comprobauit, nec tutam nec longam fuiſſe ſocietatem in regno, & non poſſe in vno mundo duos ſoles inueniri; cùm duo domini eiuſdem rei in ſolidum eſſe non poſſint [a]. Et communitas proculdubio mater diſcordia-

cordia-

a *vt dictum in l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum commoda P.*



proculdubio mater diſcordiarū ſit, l. cum pater, §. dulciſſimus de le. 2. & quod communiter poſſidetur contemnitur [a]. Nec poteſt ſummus pontificatus duos admittere vllo modo. Sícque nec poteſtas ſumma quæ vnius tantum eſſe poteſt, vt dominium, admittit communionem hanc: nec vtilitas populi ex diſcordiis communitatis, vel ex contemptu plurium dominorum, pati poteſt concurſum duorum, vel plurium imperātium: proinde nec ſucceſſionem. vtilē reip.

2 Quocirca ex cōſuetudine ferè iuriſgentium, vniuerſa imperia, regna, principatus, ad vnū deuoluūtur: quia & ita experientia docuit magis reipublicæ paci, & tranquillitati ſubditorū expedire, & cōprobauit primogenitū. & eo deficiente, ſequētem, ſi primus decedat ſine liberis [b]. Et regulariter vnus rex admittitur vel exēplo politię apū [c], & cōſuetudo iā regulariter obſeruat, vt non tantū regna, ſed etiā ducatus, marchionatus, comitatus, ſimiléſque dignitates nō diuidantur, ſed primogenito, vel proximiori deferātur [d]. Quamuis alicubi ex alia cōſuetudine diuidantur feuda cum dignitate, ſed nō ſecundū ius quod defert primogenito [e]. Apud Luſitanos autē ſtrictius hoc ſeruatur, non ſolùm in maioribus dignitatibus, ſed etiam in quacūque donatione quæ à rege fit de terra coronę regiæ: ſolus enim legitimus deſcendens primogenitus, vel proximior ſuccedit, nec vlla diuiſio admittitur, vt patet ex lib. 2. ordinationum eius regni tit. 17. §. 3. Sícque conſeruatur & dignitas, & ſplendor familiarum, cùm contrà diuiſio tituli, vilem reddat dignitatem inter plures, & diuiſio ſæpe facta familiæ eam ad nihilum reducat.

3 Plus enim eſt totum ſuis diuiſis partibus. Conſeruata tamen integritate & tituli & præcipuorum bonorū primogenito, cauendū erit ne alij ad ſtipē redigantur, & cogantur mendicare: & illis vel penſiones, vel bona ad vſum eorū & ſuorum concedi debebunt, quādiu vixerint fouēda, reuerſura proprietate ad principatum deſinente prole, vt ſeruatur in Gallia & alibi. vbi in appariagium, vel ſimile nomen concedūtur bona aliis filiis, quod & fieri debere notat Panor [f].

4 Pro tyranno habitus Amulius, qui fratrē Numitorē ſtirpis maximū Procæ patris à regno vetuſto Syluiæ gētis deturbauerat, & proinde poſtea à nepotibus ex filia Rhea Syluia, Romulo & Remo necatus, qui anum in regnum reſtituerunt [g].

5 Atque poſt mortē Anaxandridæ regis Sparthanorum [h], Lacedęmonij Cleomenem eius filiū, etiam non mētis cōpotē, ſed inopē pręculerūt aliis filiis & Cleomenis fratribus mente compotibus, Dorio Leonidi, & Cleōbroto. idq. inquit ex lege, ꝙ maximus natu eſſet.

6 Apud veteres, inquit D. Chryſoſtomus [i], ſummus honori erat primogeniturę, quod collige primū. Quia Deus, vt eximiè affligeret Ægyptios, primogenita occidit, vnde & impleta Ægyptus luctu [k]. & vt erga Iſraelitas oſtenderet ſingularem beneuolentiam, primigenij non fuerunt occiſi, ſed iuſſit ſibi in poſterum offerri. Item tribus Leui, ideo in ſanctū miniſteriū ſegregata eſt: atque non tantum primogenita, ſunt oblata Deo ex eo populo, hominum, ſed etiam pecorū, brutorū, & vniuerſorum omnium, vel pretiū pro redēptione eorū [l].



a *L. 2. quando & quibus quarta pars ab ea C.*

b *Licet de voto exemplo ibi propoſito de regno Vngariæ.*

c *Cap. in apibus 7. q. 1*

d *Cap. 1. §. præterea ducatus, de prohibita feudi aliena. per Frederichū vbi latè & per Bald. de Affli ctis & alios.*

e *Vt notat Alexan. cōſilio 25 incipien. attentis narratis, nu. 9. & ſeq. volu. 5. vbi alios interpretes citat.*

f *Ad cap licet. num. 10. de voto, poſt Ioannē Andream Cardin. conſil. 137. inci. ad quedā P. de Anchar. conſil. 239. incipient. pro maiori intelligētia.*

g *Liuius in 1. Florus in 1. Epitome hiſtoriæ Dionyſ. Hal. & alij.*

h *vt ſcribit Herod. in 5.*

i *Tomo 1. Homilia 51. in geneſim.*

k *Exod. 12.*

l *Exod. c. 13 & 22. Leuit. 27. numerorum c. 3 & 8.*

&ante legẽ primogenituræ dignitas erat in Eſau natura, quam prodidit, & propter intemperantiam ſuam in fratrem Iacobum transtulit, qui quod natura non habebat, accepit[a]. Honoratiores & chariores eſſe etiam dixit primogenitos, Philo Iudæus in Agrippæ oratione ad Caium, & Plutarch. in vita decem Rhetorum.

a Geneſ. c. 27.

Dei legem his adiungamus, quæ pro regula debet eſſe his qui Deũ & ſapientiorem & prudentiorem omnibus mortalibus credere & confiteri tenentur. is autem ſic ſtatuit Deuteronomi c. 21. verſ. 15. & ſeq. *Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam & alteram odioſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus is, volueritque ſubſtantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ.*

17 *Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia, iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* Cùm etiam Iacob moriturus congregatis filiis benedicere inſtituiſſet, exprobrando filio ſuo primigenio Ruben, priuilegia eius enarrauit, & poſtea ex cauſa maledixit[b]. *Ruben*, inquit, *primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua; non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.*

b Geneſ. c. 49. verſ. 3. & ſeq.

6 Communis itaque lex fertur, ſiquid aliud expreſſè cautum non ſit, regnum & principatum indiuiduum, qui per ſucceſſionem defertur, pertinere ad primogenitum ex filiis mortui: vel ad primogenitũ ex agnatis antiquiorem, in eodem gradu pluribus inuentis.

c lib. 41.

Inter Parthos receptus ille mos, ſicut conſtat ex Iuſtino[c], dum ait poſt mortem Arſacis regis Parthorum, qui reliquerat duos filios Mithridatem & Pharnacem, maiorem natu Pharnacem, more gentis fuiſſe hæredem regni. vbi tamen poſtea mutatum morem reipſa ſubiunxit, & regnum rediſſe ad Mithridatem. Et Pharnacem poſtquam regnaſſet annis aliquot poſt ſubactos Mardos, morientem multis filiis relictis eos præteriſſe, & fratri potiſſimùm Mithridati inſignis virtutis viro, reliquiſſe imperium plus regno quàm patrio deberi nomini ratus: potiúſque patriæ quàm liberis conſulendum. is tamen filio ſuo regnum reliquit Phraarti. Sed eo mortuo rurſum ad Artabanum patruum eius rediit. vt ſcribit idem Iuſtinus lib. 42. quo loci annotare licet interruptam filiorum ſucceſſionẽ ex voluntate Pharnacis, non multo pòſt ad priſtinum ſtatum vnde deſciuerat, rediiſſe.

7 Sic etiam in Macedonia ius ſucceſſionis regni deferebatur primogenito ex liberis, decedẽtis regis, vt notat dũ de Alexãdro Magno agit Diod. Sicul. li. 16. Liuius explicat latius. Perſeus, inquit, natu maior Demetrij regis filius, cùm Demetrium fratrem accuſaret apud patrem tãquam vitæ inſidiantem vt ſuccederet regno, *Frater*, inquit, *non commeſſantium more inuicem iamdiu viuimus inter nos. Regnare vtique vis: huic ſpei tuæ obſtat ætas mea: obſtat gentium ius, obſtat vetuſtus Macedoniæ mos, obſtat etiam patris iudicium: huc tranſcendere niſi per meum ſanguinem non potes*[d].

d Liuius libro 40.

7 Quo tẽpore Darius Hiſtaſpis filius rex Perſarũ profecturus erat in bellum contra Græciam ingens inter eius liberos de principatu

orta



orta eſt contentio, quoniam ex inſtituto Perſarum oportebat ita demum ire in expeditionem, cùm regni ſucceſſorem rex declaraſſet. Artabazanes maximus natu: diſceptabat, quòd apud vniuerſos homines ſit inſtitutum, vt maximus natu liberorum optineat principatum[a].

a Vt notat Herodot. in 7.

9 Abraham plures habens liberos ex diuerſis coniugibus, dedit cuncta quæ poſſidebat Iſaaco, primogenito, aliis autem largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaace filio ſuo, dum adhuc viueret[b].

b Geneſ. c. 25.

10 Ioſaphat rex Iuda plures habens filios, dedit eis multa munera auri & argenti, & penſitationes cum ciuitatibus munitiſſimis in Iuda, Regnum autẽ tradidit Ioram eo quòd eſſet primogenitus, qui tamen aliis melior non erat. Siquidem ſurrexit Ioram ſuper regnum patris ſui, cúmque ſe confirmaſſet, occidit omnes fratres ſuos gladio[c].

c 2. Paralip. c. 21. verſ. 1. 2. 3. 4

Apud Lacedæmonios & ius, vt mortuo rege maior ex liberis eius imperaret[d].

d Plut. in Ageſilao.

Sic & ſeruatum in regno Vngariæ, vt ordine genituræ primus primùm ſuccederet in eo[e].

e cap. licet lex voto 6. de voto lib. 3. tit. 34.

11 Cyrus rex moriturus duobus filiis exiſtentibus Cambyze & Tanaozare: cõſentaneum dixit ſibi viſum eſſe, regnum & ducatum ei relinquere qui prior natus eſſet, nempe Cambyſi, & rerum plurium conſentaneè peritus eſſet[f].

f Vt refert Xenophon li. 8. Cyri pædiæ.

12 Oizericus ſenex decedens teſtamentum condidit, in quo mandauit Vandalis, vt per manus regni eſſent ſucceſſores eius, & illi propinquiori ex genere virilis prolis, qui ætate præcederet[g]. Cabadem natu maiorem ætatis gratia lex vocabat.

g Procop. 3. de bello Vandalico & idem 1 de bello Perſico.

13 Mortuo Antiocho rege Syriæ, relicto paruulo admodum filio, Demetrius obſes Rómæ ſe dimitti ad regnum petendum æquum eſſe dicebat, quod ſicuti iure gentium maiori frater ceſſiſſet, ita ſibi tunc qui ætate pupillum antecedebat deberi: in eo verè faſſus, quòd iure gentium in regno minor frater debet cedere maiori, ſed in reliquo iniuſtè concludens, quòd deberet præferri filio fratris cui ius competebat ex perſona patris, tanquam proximiori, vnde etiam ſenatus id non conceſſit[h].

h Iuſtinus lib. 34.

14 Scribit & Iuſtinus[i], Quod Ptolomæus Ægypti rex, Lagi filius, contra ius gentium minimo natu ex filiis, ante infirmitatem ex qua mortuus eſt, regnum tradiderit: verùm & illud ſuo iure videtur feciſſe, quod non debet trahi in exemplum ab his qui ex ſucceſſione regnum tenent maiorum. Siquidem Ptolomæus filius Lagi cognomento ſoter, primus ex ſuo genere regnauit, & legem ita teſtamento regno acquiſito dare poterat, vt in reliqua priuata hæreditate. Siquidem fuit quæſitor & dominus regni, non ſucceſſor. Lagus enim pater gregarius miles fuit non rex, & mortuo Alexandro Magno & eius filiis, Satrapæ ſibi vſurparunt ditiones & ſe tyrannicè reges fecerũt, quo tempore etiam regem Ptolomæum ſuus vocabit exercitus, vt ſcribit Appianus Alexandrinus[k]. ita Dauid primus rex quæſitor regni, Salomonem iuniorem filium, non adſtrictus, adhuc vlla ſucceſſionis lege, præpoſuit aliis. Sic ex prophetico ſermone,

i lib. 16.

k Lib. de bellis Syriacis.

Iacob patriarcha moriturus, poſtquam ademit benedictionem filio primogenito Ruben ob inceſtum, & Simeoni & Leui propter iram illorum pertinacem; Regiam poteſtatem reliquit ſequenti Iudæ, & proli eius, *Iuda*, inquit, *te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi læena, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mitendus eſt, & ipſe eſt expectatio gentium.* Et quamuis Iacob valde Ioſeph, filium diligeret, & Beniamin filios nouiſſimos; tamen principatum non illis reliquit, ſed Iudæ, qui ſublatis anterioribus fratribus de medio, propter crimina, & veluti redditis incapacibus ad imperandum legitimè, primum locum tenebat [a].

a *Geneſ. 49. & 1. paralipomen c.5. verſ. 1. & 2.*

15 Apud Barbaram Gothorum nationem, & illud ius obtinuiſſe facilè colligi poteſt ex Iohanne Magno [b], dum ſcribit, Siſenandum poſt mortem patris Cintillæ Veſtgothorum regis, in Hiſpania, per tyrãnidem inuaſiſſe regnum excluſo & occiſo primogenito Cintilla ad quem regnum pertinebat: eadem lex apud Polonos; vnde & Craci principis Polonorum filius, natu minor Lechus, cùm maiorem cui Craco nomen erat, per ſpeciem venationis in Syluas eductum, incautum occidiſſet, & mentitus cum ſimulatis lachrymis caſu eum periiſſe, honorificè ſepeliſſet, & ita obtinuiſſet principatũ qui maiori natu debetur; aliquãto poſt detecto ſcelere deiectus fuit principatu, & in exilium actus [c].

b *lib. 16 c.17*

c *Cromerus lib.2.*

16 Sed quid dicendum erit, ſi gemini nati ſunt, quis eorũ primogenitus dicetur, vt ſuccedat? Reſpondetur eũ qui primo fuerit in lucẽ editus pro primogenito habẽdum, quemadmodũ in Iacob & Eſau natiuitate. quamuis enim Iacob teneret plantam pedis prænaſcentis Eſau, tamen Eſau quia prior editus, primogenia habebat donec remiſit [d]. *Neque enim*, inquit Tryphonius iuriſconſultus, *natura promittit ſimul vno impetu, duos infantes de vtero matris excedere, vt de ordine naſcentium non appareat* [e].

d *Geneſ. c.25*

e *l. Areſcuſa, 15. de ſtatu hominum lib. 1. P.ti.5.*

Et quamuis videantur gemini eſſe eiuſdem temporis ratione conceptionis, & quandiu fuerunt in vtero matris: tamen quia agitur de ſucceſſione natorum, ordo natiuitatis per quam emiſſi in lucem, magis conſideratur. nam quandiu in vtero ſunt matris pars viſcerum illius dicuntur [f], atque partus nondum editus non rectè homo fuiſſe dicetur [g].

f *l. 1. §. ex hoc edicto. de ventre inſpicien. P*

g *l. in lege Falcidia placuit ad leg. Falcid. P.*

17 Quòd ſi non appareat manifeſtè quis prior ex geminis editus fuerit, & feudum ſit indiuiſibile, Vlpiani reſponſum videtur admonere quid ſtatuendum ſit, in l. ſi fuerit legatum, 10. §. f. de rebus dubiis lib. 34. P.ti.5. *Planè*, inquit, *ſi ita libertatem acceperit ancillã, ſi primum marem pepererit, libera eſto. & hæc vno vtero, marem & fœminam peperiſſet: ſiquidem certum eſt quid prius peperiſſet non debet de eius ſtatu ambigi, vtrum libera eſſet nec ne: nec filiæ, nam ſi poſtea edita eſt erit ingenua. Sin autem hoc incertum eſt, nec poteſt nec per ſubtilitatem iudicialem manifeſtari: in ambiguis rebus humaniorem ſententiam ſequi oportet: vt tam ipſa libertatem conſequatur quàm filia eius ingenuitatem: quaſi per præſumptionem priore maſculo edito.*



18 Poſſet & ambiguitas maior oriri, ſi exſecto vtero matris in orbem venerint, & non nati ſint, de quo & Barthol. in d. l. Areſcuſa. de ſtat. hominum, in quibus quæſtionibus dubitatis & aliquãdo conſultum eſt oraculum Delphicum, à Lacedemoniis. Recenſet autem hiſtoriam Herodo. in 6. dum ait Ariſtodemi regis Spartiatarũ vxorem Æginam, peperiſſe geminos, eiſque natis Ariſtodemum morbo deceſſiſſe. Lacedęmonios autem qui tum erant inito conſilio creaſſe regem è pueris eum qui eſſet primogenius, vt lex iubebat. Sed neſcientes vtrum puerornm eligerent cùm eſſent ſimiles ac pares: idque quum nequirent ipſi diſcernere, prius fuiſſe percũctatos genitricem, eáque negante ſe dignoſcere, ſed diſſimulante, quod videlicet vt credibile eſt magnopere cuperet ambos effici reges: ita de hoc dubitantes Lacedæmonios miſiſſe Delphos ſciſcitatum, quid in ea re agerent: & his Pythiam reſpondiſſe, & vtrumque puerorum regem ducerent, ſed primogenitum magis honorarent: hócque reſponſo à Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos, quo pacto primigenium reperirent admonitos fuiſſe à quodam Meſſenio nomine Panite, vt obſeruarent vtrum puerorum mater priorem lauaret cibarétque, quam ſi deprehenderent eodem ſemper modo factitare, habituros id omne quod quærerent, & inuenturos quod vellent: ſin illa alternando erraret, palam fore ne ipſam quidem quippiam magis noſſe, & vt iſti aliam rationem inirent. Ibíque Spartiatas ex admonitu Meſſenij obſeruantes matrem puerorum, ignaram cur obſeruaretur, animaduertentes illam præferentem alteri primigenium, tum cibando tum lauãdo, accepiſſe puerum qui magis honorabatur à matre tanquam primigenium, publicéque alendum curaſſe, impoſito & ei nomine Euryſthene: iuniori Proclis. vnde regum duorum origo apud Spartiathas ex duabus familiis. Videtur & eſſe ſententia Iohannis Andreæ [a] quòd ſi neſciatur quis primo natus ſit, diuidantur inter illos bona & ſi res indiuiſibilis ſit, vt regnum hîc, ſorti res committatur: vel ad dominum feudi, ſi de feudo agatur recurrendum, vt alteri honeſtiori & prudentiori aſſignet [b]. Et ſi pares ſint, locũ eſſe gratificationi [c].

Reperitur apud Liuium in 1. & alios, qui Romuli & Rhemi narrant hiſtoriam, eos natos geminos ex Rhea Sylua filia Amulij regis, & cùm diſputarẽt de principatu condendo ad proſequendum & augendum auitinum, primigenij iudicium Deo commiſiſſe, cùm neſcirent vter illorum prior eſſet editus, & auguriorum ſorte exitum inde habuiſſe, vt qui plures vultures pro augurio habuiſſet, is ius poteſtatis haberet, contigiſſe autem plures Romulo, & proinde de ſuo nomine oppidum inauguraſſe.

a *In addition. ad Speculator. lib. 4 part 3. ſ. de feudis.*

b *ca. ſi. 97. diſtinct.*

c *l. ſi quis ſeruum, § ſi inter de lega. 2. c pe. ver. quid ſi forſan, de reſcr. in ſexto.*

*Num filius mutus vel ſurdus, aut aliter inhabilis ad gubernandum, poſſet ſuccedere in principatu.*

## CAPVT VI.

SOLET moueri hîc queſtio, quid ſtatuendum ſit, ſi filius primogenitus ſit, mutus, ſurdus, aut mente captus, aut alio quoquo modo inhabilis ad regendum viſus, num excludi

debeat à iure primogenituræ,& regnum deferendum ſit aut principatus ſequenti. Ex iure feudorum quid ſtatutum ſit alibi docuimus.

Quid verò videatur in principatibus ſtatuendum qui non pendet à ſuperiore,ſed qui exſucceſſione ſãguinis debetur ſatis mihi probatum exemplis videtur,non ideo primogenitum priuandum quòd videatur natura inhabilis, vel caſu in inhabilitatem incidiſſe, ratione propriæ adminiſtrationis.

2 Quemadmodum poſt mortem Anaxandridæ regis Spartiatarum,Cleomenes etiamſi non videretur mentis compos,prælatus eſt tanquam maior natu,fratribus. vt ait Herodot.[a] Apud Lacedæmonios Ageſilaus,etſi claudus, tanquam proximor ad regnum vocatus. Ozias quamuis ob lepram , qua percuſſus fuit; factus fuiſſet inutilis regno,nempe quòd à communione hominum ſcorſum habitans,nõ adminiſtraret regnum,tamẽ regno priuatus non eſt,ſed pro eo filius eius quãdiu vixit nominéque eius palatũ & regnum adminiſtrauit [b].

a *in 5.*

b *4.reg.15. & 2.Paralipo.c.26.verſ.21.*

3 Comitia Vngariæ,primogenitum Colomanũ prætulerũt,Alino fratri ſecundogenito quamuis gibboſum, claudũ,luſcũ, & balbum[c].

c *Michael Ritius.*

Neque Lyſander inuenit ſuffragatores,decernere deſiderans vt in poſterum non proximior ſuccederet in regno, ſed magis idoneus [d].

d *Plutarch. in Lyſandro.*

Sequeretur & ex hac regula ſi idoneus tantùm ſuccederet,infantes regum & principũ,item filias in locis in quibus ſuccedunt fœminæ, reiici à principatu, quod tamen non fieri & ſatis conſtat, & æquum & iuſtum eſſe iudicia plura, & rationes cumulatiſſimè docere poſſunt.de quibus poſtea.

4 Neque ſubmota regina Ethiopum Candace à ſede,quòd eſſet capta altero oculo [e].fuit Philippus,rex Macedoniæ dextro oculo priuatus [f]: monoculus & Antigonus rex Macedoniæ [g] & Lycurgus,Lacædemoniorum legiſlator [h].

Ægypti rex Seſoris,quamuis cæcus, tamen regnauit [i], & poſt eum ſucceſſor eius filius etiam cæcus Pheron [k].item alij,Phineus,Paphlagoniæ rex [l] Iohannes Ziſca,Bohemiæ reges cæci [m].

Ingo Haraldi Hibernienſis, regis Noruegiorum filius, quamuis gibboſus, tamen ſtrenuè regnũ tutatus eſt contra Magnum illud repetentem [n]. Carolo 8.Gallorum regi corporis totius effigies deformis ſi credamus Pontano [o].Claudius imperator Druſi filius,nõ ideo minus imperator,quòd vecors fuerit,& ſtultus,vt eſt apud Suetoniũ, & Sextum Aurelium.

Neque Carolus 6. Gallorũ rex, ideo priuatus regno quòd amens effectus fuerit,ſed eo regnante patruis commiſſa fuit regni adminiſtratio [p].

5 Poſſunt tamen multa adferri aduerſus eos qui non poſſunt negotia reipublicæ per ſe expedire, quæ certe in deligendis rectoribus,quorũ opera egemus,locum habere poſſunt. Sicuti apud Platonem [q] Socrates ex Æſculapij inſtituto, eos qui natura ſunt valetudinarij,& propterea reipublicæ inutiles,è medio excedere & locũ dare ſanis iubet,in quam ſententiam citatur Euripides à Plutarcho [r].

*Exoſus eſt mihi quiſquis producere*
*Vitam cupit dapibus,ſimúlque poculis,*
*Magorum & artibus deflectens,riuulum.*

e *Volaterr. li. 18. Anthropol.*

f *Iuſtinus.*

g *Plutarchus in Sympoſiacis. Macrob.lib.7 c.3.Plutar.lib. 2.conui.quæſt.1*

h *Plutarch.in Laconi.*

i *Diodorus Siculus.*

k *Herod.in 2*

l *Apollonius Rhodius lib.2 Argonautic.*

m *Fulgo.lib.3. c.2.*

n *Saxo lib.14 & Crantzius lib.5. Noruagiæ c.9*

o *Lib.2.c.34*

p *Paul.Æmilius lib.10. hiſtor.Fran.*

q *lib.de republic.*

r *Conſolatione ad Apollonium*



*Deuitet vt fati: Quem,cum proſit nihil*
*Orbi decebat emori,& faceſſere:*
*Dantem locum ſtatim eſfloreſcenti pubi.*

Sed quando de principatibus ſucceſſiuis agimus, videntur illi facti patrimoniales,& iam quæſiti iure proximitatis, vt non minus his ob morbos, vel caſus aduerſos mentis, vel corporis illorum domini quàm patrimoniorum paternorum efficiantur: & ſi per ſe non poſſunt adminiſtrare, non tamen ideo illis priuentur,ſed per curatores, aut vicarios non ſecus quàm perſonæ propriæ ac bona patrimonialia,adminiſtrentur. Retinentur namque ex ſucceſſione principes, non quòd omnes qui ex bonis principibus primis naſcuntur, ſint futuri ſimiles,ſed vel in memoriam priorum,vel ex lege, vel quia etiam talis per ſe non valentes imperare, ſint vtiliores reipublicæ, quàm ſi noua electione commouendo eſſent cardines totius pacis reipublicæ [a].melius enim eſt ſub mente capto aut gibboſo eſſe principe,cui conſilium probum & electum illúdque mutabile adiungi poteſt:quàm ſub bono principe,cui malum conſilium eſſet.

a *Vide quæ ſuprà dicta ſunt c.4.num.23.24 25.*

*Quædam mala quæ contigerunt alicubi ex immutatione ſucceſſionis regni primogenituræ.*

## CAP VII.

VIOLATIO huius iuris ſuccedendi, & dum voluit minor ex filiis præripere regnũ maiori,peperit ingentes clades: tãdem ſuccedentibus in irritum vt plerunque conatibus. neque prætextus quod maior eſſet minùs imperandi idoneus potuit tueri etiam electionem contra ius hoc naturæ. Quod liquet ex duobus filiis Alexãdri regis Iudæorum, vt refert Ioſephus [b]. Eo enim mortuo vxor eius Alexandra, quæ duos illos ex Alexandro genuerat filios,natu maximum Hyrcanum,& propter ætatem declarauit pontificem, & quòd præterea ſegnior eſſet quàm vt poteſtate regia moleſtus cuiquam videretur, regem conſtituit, minorem autem Ariſtobulum, priuatum viuere maluit; quòd feruentioris eſſet ingenij. Attamen mortua Alexandra, Ariſtobulus regnum ſibi vſurpauit, donec poſt ingentes clades & prælia à Pompeio victus & captus,regnum Hyrcano reſtitutum eſt.

b *Lib 1.de bello Iudaico c.4. & 5*

2 Narrat Pauſanias [c],tragediam ob eandem cauſam, his verbis, *Ptolomeus qui Philometor eſt dictus, octauus eſt rex* (Ægypti ſcilicet) *à Ptolomæo Lagi filio. id autem cognominis per illuſionem nactus eſt: neque enim regum quiſquam fuit vnquam ex omnibus,quem maiori mater odio proſequuta fuerit. Hunc enim maiorem quamuis natu,regem ſalutari non eſt paſſa, & vt in Cyprum viuente patre ablegaretur, effecit. Cuius in filium acerbitatis, cum alias fuiſſe cauſas, Cleopatræ commemorant, tum quòd Alexandrum natu minorem, ſibi obſequentiorem fore ſperabat: ob eámque rem primum, vt eum Ægypti regem crearent, ſuadebat: deinde cum repugnante plebe id aſſequi nequiſſet, in Cyprum Alexandrum miſit,*

c *In Atticis.*

*imperatoris quidem*(patris)*nomine, re vera, vt per eum Ptolemæo formidoloſior eſſet ipſa. Postremò ex omni eunuchorum numero quos amantiſſimos eſſe ſui putabat, ſaucios in concionem produxit, Ptolomæum inſimulans, & inſidias ſibi feciſſe & eunuchos vulneribus fœdaſſe. Qua re Alexandrini commoti, non multum abfuit, quin Ptolomæum impetu facto opprimerent: ſed cùm ipſe naui ſe periculo eripuiſſet, haud ita multo pòſt, è Cypro reuerſum Alexandrum, regem appellarunt. Digna autem facinore pœna Cleopatram conſecuta eſt: eã enim filius quem ſuis ipſa conſiliis ad regnum euexerat, peremit: Quo ſcelere detecto, cùm ciuium metu aufugiſſet Alexander Ptolomæus in Ægyptum rediÿt, at iterum regno potitus eſt.*

a *Circa finem libri* 34

3 Scribit Iuſtinus [a]. De Pruſia rege Bithyniæ, quod cœperit conſilium interficiendi Nicomedis filij, dum conſulere ſtuderet minoribus filiis, quos nouerca eius ſuſceperat, & Romæ habebat, & re manifeſtata adoleſcenti ab his qui facinus ſuſceperãt, accitum in patris regnum veniſſe, ſtatímque regem appellatum, Pruſiam regno ſpoliatum à filio, priuatúmque redditum etiam à ſeruis derelictum, & cùm in latebris degeret, non minori ſcelere, quàm filium occidi iuſſerat, à filio interfectum.

Prætulit aliquando in ſucceſſione regni Pharnaces, filiis ſuis Mithridatem fratrem tanquam magis vtilem Parthorum regno contra morem gentis: ſed non diu apud eius ſtirpem directam remanſit, ſed à filio eius in patruum translatum fuit imperium [b].

b *Vt liquet ex lib.* 41. *&* 42. *Iuſtini.*

c *Lib* 9. *c.* 11.

Narrat Valerius Maximus [c], Scipione Africano patris & patrui memoriam gladiatorio munere Carthagine noua celebrante, duos regios filios nuper patre mortuo in arenam proceſſiſſe: pollicitóſque ſe ibi de regno præliaturos, quo ſpectaculũ illud illuſtrius pugna ſua facerent Eos Scipionem monuiſſe, vt verbis quàm ferro diiudicare mallent, vter regnare deberet, ac iam maior natu, conſilio eius obtemperaret, minorem corporibus fretum, in amentia perſtitiſſe. initóque certamine, pertinaciorem impietatem fortunæ iudicio morte multatam. Sicque narrat Valerius cui conſentire videtur Liuius [d]. Tamen hos fratres patrueles dixit Corbim & Orſuam, de principatu ciuitatis quam ibidem dicebant diſputãtes, vel etiam illi cum aliis in gladiatorum munus etiam pro regno deſcenderunt. Duello terminantes ſucceſſionis euentum.

d *Lib.* 28.

*Spurÿ num in principatu ſuccedere poſſint.*

## CAP. VIII.

d *Iudic.* 11.
e *Vt ait Plut. in Themiſt. Athen. li.* 13. *c.* 13.
f *Ath. li.* 13. *c.* 3.

SED rurſum quæritur, num ſpurij ſuccedãt in regno, vel ſoli ſi ſoli ſint: vel prælati aliis legitimis & naturalibus, poſtea ex legitimo matrimonio principis mortui ſuſceptis. Pro nothis poſſent adferri hiſtoriæ eorum, qui, quamuis ſpurij & illegitimi fuerint, tamen imperarunt honeſtè & ſtrenuè, vt de Iephthe fertur Galadita iudice Iſraelis, fortiſſimo [e]. Ferunt Themiſtoclem principem, fuiſſe ſpurium [f]. Timotheus ſcorti filius & Cononis, fuit Athenienſium dux [g]. Fuerunt proculdubio nothi & ſpurij Remus, & frater Romulus, qui principatum Romanum inſtituit, vt notant omnes hiſtoriographi Liuius, Dion. Hal. Flor. Plut. & alij. Arnulphus nothus



Carolomãni regis Bauariæ, fratris Caroli Craſſi imperatoris, à proceribus imperij Craſſo ſubſtitutus fuit, vt ſcribit Cuſpinianus, ſed & Theodericus Oſtrogothorum rex, qui Italiæ regnum pulſis Herulis occupauit, Valamiri regis ex concubina Aurilena, filius fuit. Ioha. Magnus lib. 9. c. 9. Suenoni 2. Danorum regi ſpurij multi fuere, qui ſucceſſere eidem, Haraldus primùm, poſtea Canutus, & alij ordine [a].

a *Saxo lib.* 11. *c.* 12.

Scribit & Damaſus papa in pontificali ſummum pontificatum etiam tenuiſſe natos habitos vt ſpurios Oſium, Felicem, Bonifacium, Agapitum, Theodorum, Gelaſium, & alios [b]. refertur & à Gratiano [c] ex diuo Hieronymo, quod Dominus noſter IESVS CHRISTVS voluit non ſolùm de alienigenis ſed etiam de adulterinis commiſtionibus naſci, nobis fiduciam, inquit, præſtans vt qualicunque modo naſcamur, dum tamen eius veſtigia imitemur, ab eius corporis non ſeparemur.

b *refertur in ca. Oſius* 56. *d.*
c *In ca.* 8. *Dominus noſter* 56. *d.*

2 In contrarium poſſunt adferri & exempla, & rationes, quibus meritò nothi reiiciuntur à ſucceſſione regnorum & principatuum.

Quod impulit Ariſtonem Demarathum, reiicere. nam cùm Demarathi natiuitas Ariſtoni patri regi Sparthanorum renunciata eſſet: ſubducta ratione quod à nuptiis nondum elapſi decem menſes, negauit hunc ſuum eſſe filium, atque vt nothum abdicauit, vt ait Suidas. Sicut & negauit ex ſe editum Agis Leotychidem. & proinde & regno priuatus, quamuis ex vxore Timea natus eſſet.

Margaritę Flãdrię Comitiſſę ſpurii, Iohannes & Balduinus, ex Guilelmo præceptore furtiuo concubitu nati, à reliquis fratribus naturalibus & legimis fuerunt à ſucceſſione reiecti [d]. idémque comprobat & rationem adfert lex, Si qua illuſtris. ad ſenatuſc. Orphicianum.

d *Paul. Æmilius lib.* 7.

Fuerunt in regno Sueuorũ, Gothorum, Noruegianorũ ita neglectui habiti ſpurij, vt viles fuerint habiti: neque etiam filij nothi regum auderent inter honeſtos vix comparere, & proinde etiam Aimundus in concubinatu genitus ab Aimundo Aimoſo Gothorum & Sueuorũ rege, etiam legitimatus per ſubſequens matrimonium, ducta concubina ſub mortem, & hæres inſtitutus regni à patre, probus alioquin, nunquam potuerit à ſubditis populis plenam obedientiã conſequi, vt ſcribit Iohannes Magnus [e],

e *lib.* 18. *c.* 6.

3 Periculoſæ ſunt iſtæ ſucceſſiones, in quibus participant nothi, etenim vtplerunque ſunt audaces, & ad vitia paterna & maiora procliuiores: ſi ſint filij naturales & legitimi, ſępe prolem legitimam tollere ſatagunt, vt ſibi principatum aſſerant, vt exemplo ſunt Iſmael ex ancilla natus, qui perſequebatur filium legitimum Iſaacum filium liberæ, vt meritò iuſſum ſit Abrahamo patri, Eiice ancillam & filium eius [f].

f *Geneſ.* 16.

Nec idem admiſit filios concubinarum ad ſubſtantiam hereditariam quam dedit Iſaaco, ſed tantùm, munera illis ſeorſum diſtribuit.

4 Abimelec filius ſpurius Ierobaal, ſeu Gedeonis, vt regnaret poſt mortem patris occidit ſeptuaginta fratres filios patris naturales & legitimos ſuper lapidem vnum excepto minimo Ioathano [g].

g *Iudicum c.* 9.

5 Phraatates Phraatis Parthorũ regis ex Tharmuſa Italica fœmina natus nothus, conſilio matris, patre occultè interfecto, regnũ occupauit, & ademit trib. filiis legitimis & naturalib. qui erant obſides,

Romæ;illúdque tenuit donec Parthi quia inceſto matris ſe polluerat concubitu,regno deturbarunt,& expulſus b cui p:r:it[a].

6 Sic Iugurtha nothus ex Manaſtabile filio Maſſaniſſæ regis Numidarũ,adoptatus à Micipſa fratre Manaſtabilis, & factus particeps regni cum duobus filiis Micipſæ,Hiempſale & Adherbale;Hiempſale necato,expulſo Adherbale,totum regnum ſibi vindicauit[b].

7 Manfredus Fiderici 2.imperatoris ſpurius, ex cõcubina Blanca Marchioniſſa Montisferrati genitus, princeps Tarentinus & rex Siciliæ deſignatus, fertur patrem in Apuliam mouentem, ex graui morbo conualeſcentem,ſuffocaſſe,cùm Conradum ex Iole genitum hæredem à patre inſtitutum accepiſſet,& Conradum fratrem veneno ſuſtuliſſet,& duos filios Henrici fratris, vt narrat Cuſpinianus, quanquam paulò aliter ſcribat Crantzius[c].

8 Ita cùm Philippus Demetrij filius,duos haberet liberos, vnum ex iuſto matrimonio Demetrium etiam nomine minorem natu,cui ex lege regnum debebatur; & Perſeum maiorem natu ex pellice vulgato corpore editum, effecit calumniis apud patrem Perſeus vt Demetrius tolleretur, vt ipſe ſuccederet, quod obtinuit mortuo patre: verùm cùm bellum mouiſſet in Romanos à L.Paulo Æmilio captus, regnum,& in carcere vitam amiſit;dignas parricidio pœnas luens[d].

9 Iacobus nothus Iohannis Cypri regis,vi & auxilio Soldani ademit regnum Carlotę filię legitimæ Iohannis, & tandem factum eſt eius morte, vt regnum ad Venetos perueniret iure hæreditario[e]. Poſſent propemodum infinita alia addi exempla ſpuriorum qui ambitione regnandi legitimos principatuum ſucceſſores deturbarunt.

10 Et ſiquid vel virtutis cõueniẽtia,vel meũ valeat iudicium,tutiorem arbitrari poſſumus in republica partem & ſententiam, quæ explodat ab imperij ſucceſſione illegitimos, ſeu extra matrimonium ex venere damnata procreatos. Quamuis enim inueniantur,vt olim inuenti ſint ſpurij, qui & armis & ingenio facilè legitimo matrimonio productos,ſuperarint,& digni habiti ſint imperio,& quibus reipublicę gubernacula committerentur,taléſque etiam inueniri poſſe non dubitemus; eo quòd virtus non generatione, ſed ex propria actione fiat, & non naſcatur : Attamen quia & in lumine diuino degentes, & ſub principatu & legibus Dei & gentium, quibus matrimonium meritò introductum & conſeruari debet impolutum, & præferri vago & ferino concubitu,malè ſuccederet rectæ inſtituendæ ſocietati humanæ, ſi huiuſmodi partus preter matrimonium editi pro filiis haberentur legitimis, & natis ex legitima,honeſta, & à Deo inſtituta, in populóque Chriſtiano approbata coniunctione, præponerentur.Nulla eſſet etiam certa nobilitas,nullæ familiæ certæ,ſi promiſcuis concubitibus omnia miſcerentur:nulla regia ſtirps, aut ſucceſſio certa,ſi partus iſti illegitimi ex ſola opinione & fide ſeu aſſertione parentis admiterentur hæredes. cùm filij tantùm certi ſint, quem nuptiæ demonſtrant[f], & vulgò concepti ex meretrice, ſiue eam concubinam dicas,ſiuè alio nomine, incertum habent patrem[g]. vt contrà,certam habent matrem,& ſæpe vſque adeò vilem, vt vel eam cognoſcere aut nominari pudeat, quod neque conuenit maieſtati

a *Sabell.lib.1. Enne.7.*

b *vt narrat Saluſtius in bello Iugurthino.*

c *Lib.8.Saxoniæ c.18.*

d *Plutarch.In Æmilio.*

e *Bonfin.lib.8. deca.3.*

f *L. filium 6. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. R.li.1.ti.6 l.quia ſemper: de in ius voca. li.2. R. ti. 4. cum ſimili.*

g *L. vulgo cõcepti de ſta ho. R. §. ſi aduerſus de nuptijs.*



maieſtati regni aut dignitati principatus,nec populorum exẽplo ad bene viuendum idoneo,contemnerẽt ipſi reges matrimonium, vt in libera venere diſſolutè viuerent,opprimerentur ex arbitrio ſubditæ virgines & matronæ:& illæ rurſus facilè ſcortationi ſe principib. offerrent, ſpe allectæ vt filij ex huiuſmodi alioquin complexibus editi,ad principatum promoueri poſſent:breuique tempore religione, quæ ſcortationem prohibet conculcata, proculdubio in rempublicam confuſionem, Dei contemptum, & iram inuehi videremus, & inde interitum.

11 Neque poſſet haberi maieſtatis diſcretio in imperio,vbi imperaret turpitudinis perpetuum exemplum, & in ſpurio regnante, impudicitiæ regis perpetua & continuata memoria. qua ratione & Deus ab eccleſiæ adminiſtratione eiecit ex ſcorto natos[a]. Et deinceps iura pontificia[b],vt & ciuilia à dignitatibus niſi ex magna neceſſitate electionis,non ſucceſſionis in aliquibus iure[c]. Atque ob illicitos concubitus,concitari iram Dei[d],& iuſtis rationibus ſpuriorum generationem abominabilem in republica docuimus alibi[e], vt repetitione vti ſuperfluum videatur.

12 Sed conſideremus vltra nothorum admiſſionem repugnare ſucceſſioni regnorum quæ deferuntur exiſtentibus ex ſtirpe regia proximiori:nemo autem dixerit ſpurios ex concubinis genitos, eſſe ex ſtirpe regia,aut ex genere regio, & niſi ſint ex legitimis vxoribus nati,vt dicebat Dares Phrygius in exordio libri de bello Troiano.

Neque aſſertio paterna facere poteſt quod non eſt: & facit quidem,vt aſſertus ſpurius dicatur alicuius[f], ſed non facit vt aſſertio ſpurij ſit filiatio legitima,vnde & aſſerti dicuntur,non legitimi ſed legitimati.neque princeps poteſt mutare quæ ſunt iuris gentium[g],aut iuris diuini[h],& proinde facere non poteſt,vt coniunctio illegitima cõtra rationabilem hominum coniunctionem, quam nos matrimonium, inquit Vlpianus, appellamus[i], legitima dicatur. nam hoc non pendet à lege humana poſitiua; quam mutare poteſt princeps: ſed à Dei & naturæ præceptis.dixit enim Deus, *Non mœchaberis*[k], *non erit ſcortator de filijs Iſrael, nec meretrix*[l]. neque inter Chriſtianos concubinatus,aut naturales liberi diſtingũtur à vetita venere. omnis enim coniunctio extra matrimonij fœdus, damnata à Deo in Euangelio eſt,& cõtinetur ſub illa prohibitione, *Non mœchaberis.* Neque in poteſtate principum eſſe ea non dicuntur, quibus boni mores & quod æquum & iuſtum eſt,repugnant[m].

13 Nulla etiam coniectura eſt,ex qua poſſimus colligere mentem fuiſſe inſtituentium principatum,vt nothi qui opprobrio eſſe ſolent omnibus aliis,imperarent.iure agnationis, quæ nulla eſt ſpuriis cum cognatis patris[n]: vtque inſertione viliſſimorum hominum per concubinatum ſuſceptorum, ſplendidiſſimæ familiæ conſpurcarentur:vt ſuppoſititij filij pro veris & legitimis honorarentur,vitij notę authoritati virtutis, inſererentur, & gloria pudicitiæ nobilitatis illegitima prole pollueretur. Et quamuis aliquando tantùm valuerit principum exæcatio,vt etiam inter legitimos filios, & in honore & regni partitione ſpurios coæquarent legitimis & naturalibus filiis:

a *Deutero. 23.*

b *c.cum in cũctis,7. & c.innotuit P. de electio. c.filij. c. penult. de filijs presby.*

c *l.3§.ſpurios,l. ſpurij. 6.de decurio.lib.50.P. ti.2.*

d *c.ſi gens Anglorũ,56.diſt.*

e *vide dicto c. ſi gens Anglorũ 56. diſtinct. ea quæ nos tractauimus fusè lib. 10.ſyntag. iuris c.3. & li. 45.c.6.*

f *l.eas,de capit. diminutio. § f. de iure natur.*

g *c. cum inferior, de maior. & obedient.*

h *l.1.§. penult. de iuſtit. & iur. P. c.7. ius naturale,1.diſt.*

i *Exod. 20. Mar. 10. ad Heb.c.13.1.ad Corinth.c.6.ad Eph.5.*

k *Deuter.c.23.*

l *ca. nemo ſibi blandiatur,32. q.4.ca.de conſãguinitate,35. q 3.c.ex parte, de reſtitutio.ſpolia.gloſſ. ad c. illud de præſumptio. ca.1. 30.q 5.*

m *l.fil.*

n *in §. vulgo conceptus de ſucceſſio. cognator. l. ſi ſpurius 4.vnde cogna. li.38.P.ti.8.*

tamen experientia comprobauit exitum partitionis & ſucceſſionis fuiſſe infœlicem, & populo & ipſis legitimis & naturalibus, qui diu non potuerunt cum illis conuenire.

14 Hócque etiam ſub primis duabus ſtirpibus regum Merouæorũ, Caroli Magni locum habuiſſe dicitur, dehinc ſumma cũ vtilitate reipublicæ Gallicanæ reformatum ſub Capetorum progenie: ſub qua tres maximè imperio Gallico vtiles leges latæ feruntur, quæ pacatum reddiderunt regnum, & à periculis quibus irretitum fuit antea, exemerunt. Prior, ne in poſterum regnum regníque titulus, inter plures etiam liberos diuideretur, ſed antiquior ex genere ſolus titulum regis gereret, alij autem fratres præmortui regis filij partes acciperent, ſine regis titulo nomine appanagij, & filiæ quoque certam dotis nomine ſummam.

Alia, ne in poſterum ſpurij regum etiam agniti à patre, ſuccederent. Tertia, ne in poſterum eſſent maiores domus regis, à quibus & eorum nimia vſurpata authoritate, Merouingorum & Caroli Magni ſublatum fuit genus[a].

*a diximus copioſius de ſucceſſione ſpuriorum, li. 45. ſyntagmatis cc. 2. 6. & 11.*

15 Rurſum cùm promptum dicatur ingenium horum filiorum, ſiquidem filij nomen merentur, ad audendum contra ipſos legitimos vt dictum, ſublata erit delinquendi occaſio ſi principatum eis ſubire ſciant prohibitum. Atque magis ad eos deligendos incitabuntur à quibus bona ex liberalitate ſperent.

Exemplum fuit in Gallia miſeriarum, poſt mortem Ludouici Balbi: nam relicta vxore prægnante ex qua poſtea natus Carolus cognomine Simplex, duo ſpurij eius Ludouici Balbi, nempe Ludouicus & Carlomanus, vſurparunt regnum, qui breui tempore regnarunt, verùm illud effecerunt, vt illorum exemplo viuente Carolo Simplici, adhuc puero, Carolus Craſſus illis mortuis, voluerit quoque vſurpare imperium, & poſt illum Odo comes Pariſiorum regens Franciæ pendente minoritate Caroli Simplicis. vnde & via & gradus facti ad inuadendum regnum & audendum in poſterum contra regiam Caroli Magni ſtirpem, factionibus ad eam rem ortis & ſæuientibus, vt ferè Galliæ totius mutuis bellis extinctus fuerit ſplendor[b].

*b vt narrant Aemilius in 2. Sigebertus & Luithprãdus.*

16 Et Henricus 2. Alphonſi XI. Hiſpaniarum regis filius nothus, Petrum fratrem ſuum legitimum, qui poſt parentem Alfonſum imperij habenas ſuſceperat, ſtricto gladio confodit, eóque interempto, regno potitus eſt, vt ait Ritius Neapolitanus lib. 3. regum Hiſpaniæ.





*De quæſtione, ſi rex aut princeps ante adeptionem principatus, filium genuerit primogenitum, & poſt adeptionem alium, quis præferatur in principatus ſucceſſione poſt mortem patris, an ille qui ante, an qui poſt editus eſt.*

## CAP. IX.

AGITATA aliquando quæſtio, Si quando pater filiorum ſuſceptorum ante adeptum regnum & pòſt, decederet, ad quem primogenitum diceretur pertinere. num ad eum qui genitus primus ab eo natura eſt antiquior: an verò ad eum qui primo natus eſt poſt adeptum imperium. Magna fuit hæc contentio ſub Dario rege Perſarum. Cauſæ controuerſiæ hæ. Darius rex Perſarum antequam fuiſſet adeptus imperium, genuerat ex vna vxore Artabazanem. Poſtquam verò rex fuit electus genuit ex alia Xerxem. Cùm autem profecturus eſſet in bellum, & de ſucceſſore in regno relinquendo cogitaret controuerſum eſt coram eo, quis illorum potior eſſet.

Artabazanes ad ſe imperij ſpem pertinere dicebat, iure primogenituræ, & tanquam omnium fratrum maiorem, atque iure gentium ad regnum vocari. Xerxes è contrario, dicebat, conueniens eſſe, vt qui patre imperãte natus eſſet, regno ſuccederet tanquã ſtirps regia, quæ tum demum orta videtur poſtquam pater regnare cœperit, referã circunſtantias & iudicũ controuerſias, ex Herodoti verbis, qui[a] ſic ſcribit: *Darius expeditionẽ ſumere properabat in Ægyptios, atque Athenienſes. Dum autem hæc comparat, interea ingens inter eius liberos de principatu exorta diſſenſio eſt. Quoniam ex inſtituto Perſarum oportebat ita demum ire in expeditionem, cùm regni ſucceſſorem declaraſſet. Erant autem Dario iam antequam regnaret, liberi tres è priore vxore Gobriæ filia ſuſcepti: & poſt partum regnum alij quatuor ex Atoſſa filia Cyri: ſuperiorum maximus natu erat Artabazanes, poſteriorum Xerxes, qui cùm ex eadem mater non eſſent, diſceptabant. Artabazanes quidem, quòd omnis paternæ ſobolis, ipſe maximus natu foret: quum apud vniuerſos homines ſit inſtitutum, vt maximus natu liberorum obtineat principatum.*

*a in principio li. 7. ſeu in Polymnia.*

*Xerxes verò, quòd ipſe Atoſſa genitus eſſet, filia Cyri, qui Perſis libertatem acquiſiuiſſet. Dario autẽ nondũ ferente ſententiã aderat fortè Demaratus Ariſtonis filius, qui per id tempus altercationis, Spartano regno exutus, ac Lacedæmone profugus Suſa, aſcenderat. Hic vir audita liberorum Darij controuerſia adijt (vt fama fertur) Xerxem admonuítque vt ad cætera quæ pro ſe dicebat, hoc adderet, ſe quidem genitum è Dario iam rege & Perſarum imperium obtinẽte: Artabazanum verò è Dario dum eſſet priuatus: proinde, neque æquum, neque iuſtum eſſe alium quempiam potiùs illam dignationem adipiſci, quoniam Spartæ quoque ſic vſurparetur, vt ſi cui antequam regnet filij naſcantur, deinde regnanti alius naſcatur, huius poſtea nati ſucceſſio regni ſit. Hæc à Demarato ſuggeſta, ratione vtentem Xerxẽ tanquam iuſtè dicentem, Darius regẽ declarauit, quanquã etiã citra admonitionẽ Demarati, Xerxes, vt mea fert opinio, regnauiſſet, quippe cùm penes Atoſſam omnis potentia eſſet.* Meminit eiuſdẽ iudicij Iuſtinus[b]. ſed non aperit circunſtãtias omnes ad eum quo Herodotus modũ, & proinde ex

*b Lib. 2*

Herodoto non ex Iuſtino rationes ſunt in ſimili negotio iudicandę. Alioquin reſpondere abſolutè filiũ genitum poſt adeptum nouum imperium, vel principatum, excludere primogenitum cæteris paribus, eſſet iniquiſſimum, & contra diuini & humani iuris regulas. Et proinde placet hanc quæſtionem cum diſtinctione reſoluere.

2 Vtrum pater peruenerit ad principatum ex priuato, prima electione, ſeu propria acquiſitione: puta quòd, vel contractu, vel armis parauit ſibi imperium: an verò ad illud peruenerit tanquam proximus ex lege, vel conſuetudine regni: an tanquam coniunctus matrimonio ei ad quam iure ſucceſſionis & proximitatis, vel alio modo regnum aut principatus peruenerit. Nam ex diuerſa harum trium quæſtionum hypotheſi diuerſa mihi apparet facienda reſolutio.

3 In primo caſu ſi pater primùm delectus fuerit, vel armis, vel alio modo quæſierit regnum, nec ei lex impoſita eſt in conceſſione, & hæreditarium ſit regnum hoc eſt de quo poſſit teſtari, dicemus eum inter liberos viuentem ex arbitrio poſſe diſponere, vt & teſtari etiam in fauorem alterius extranei excludendo proximos, vt diximus in regnis deuolutis iure hæreditariæ ſucceſſionis teſtamentariæ: quia diſponendi de rebus ſuis, data eſt iure gentium libera facultas, poſtquam & dominia rerum diſtincta ſunt, & adminiſtrationi cuiuſque conceſſa arbitraria [a].

Et quemadmodum armorum vi factus dominus perſonarum & rerũ, iuxta legem diuinam & humanã, de quæſitis diſponere poteſt, ſic & legem eiſdem imponere tanquam dominus.

4 Cæterùm eodem iure gentium & humano, æquum eſt & receptum, vt qui habet liberos hos extraneis præponat, quibus ex voto naturali communi omnibus gentibus, bona paterna debentur. *Si ſemen Abrahæ*, inquit Diuus Paul.[b] *eſtis, ſecundum promiſſionem, & hæredes.*[d] &, *quòd ſi filius, & hæres per Deum.*

Sicque Paulus Iuriſconſultus[e], *Cùm ratio naturalis quaſi quædam lex tacita, liberis parentum hæreditatem adijceret, velut ad debitam ſucceſſionem vocando, propter quòd & in iure ciuili, ſuorum eis hæredum nomen indictum eſt, ac ne iudicio quidem parentis, niſi meritis de cauſis ſubmoueri ab ea ſucceſſione poſſunt: æquiſſimum exiſtimatum eſt; eo quoque caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum: ne grauiore admiſſo alienam pœnam lueret.* Et Papinianus [c], *Non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentium debetur hæreditas: parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit: liberos naturæ ſimul & parentum commune votum.* Et Tryphonius Iuriſc.[f] *Omnia*, inquit, *quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paramus.* Cui ſubſcribitur ab aliis [g]. Et ſui & neceſſarij hæredes, filij in poteſtate patris conſtituti erant, ſui quidem hæredes ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, & viuo quoque patre domini quodammodò exiſtimantur.

Iura porro gentium, diuina, & naturæ, non admittunt diferentiam ratione occidẽtalis dignitatis, vt liceat principibus illa violare, cùm & illis obnoxij pariter ac priuati ſint, laqueiſque illorum teneantur, niſi

a *Lex hoc iure de Iuſtit. & iure* P.
b *Ad Galat. c.3. verſ. fin.*
c *c.4. verſ.7.*
d *L.7. de bonis damnatorũ li.48. tit.20.*
e *In l. ſcripto 7 §. fin. vnde liberi, lib.38.* P. *ti.6*
f *In l. nihil intereſt.50. §. ſed nunquid prætor, de bonis libertor. lib.38.* P *tit.2*
g *In l.15. de inoficioſo. teſta.* P. *l.13. §.2 verſ. eum enim*, C. *de legitimis hæred. tit.26. ſi quis omiſſa cauſa teſta.* P
h *L. in ſuis. 11. de liberis & poſthum.* P. *l. in ſuis, de ſuis & legi. hær.* P



niſi malint potius in feras & animalia bruta, occaſione accidentalis dignitatis degenerare, quàm cum cæteris hominibus ratione & Deo vtentibus, vt oportet, viuere. Quocirca etiam arguuntur teſtamenta eorum qui in illis vel liberos præterierunt, vel iniuſtum iudiciũ exhæredationis, contra proprium ferentes ſanguinem, potiùs alienos inſtituerunt hæredes, ac ſi à mente captis & contra officium paternum facta eſſent[a].

Neque etiam lex ciuilis auſa priuare ſucceſſione filios, decedentibus inteſtatis parentibus, ſed ſine controuerſia ratione ſanguinis & proximitatis, voluit pleno iure primum filios & ex his deſcendentes ad ſucceſſionem vocari[b].

5 Quibus in primis adducor, vt exiſtimem in delatione noua liberi regni, cæteris paribus, non habendam rationem temporis adeptionis dignitatis, num ante aut poſt adeptam regiã poteſtatem aut principatum aditi ſint filij; quum non ratione dignitatis ſed naturæ, ad ſucceſſionem parentum filij vocentur: neque vnquã ſit mota controuerſia, fuerintne bona acquiſita ante aut poſt ſuſceptionem liberorum. ſiquidem ſuccedunt eo ſolo titulo, quia filij ſunt. & ita bona patris bona liberorum ſunt: neque habetur ratio temporis acquiſitionis, ſed mortis parentis: vt quæ tunc eius inueniuntur, diuidenda veniant, iuxta vel voluntatem, vel leges naturę & ciuiles, filiis qui ſuperſunt, vel nepotibus referentibus præmortuos patres & filios. Atque meritò Antoninus imperator ad id tempus refert conſiderationem officioſi vel inofficioſi teſtamenti paterni. *Cùm quæritur*, inquit, *an filij de inofficioſo patris teſtamento, poſſint dicere, ſi quartam bonorum partem, mortis tempore teſtator reliquit*, inſpicitur[c].

6 2. Dehinc filij nati ante dignitatem paternam, non ideo minus eius dignitatis titulis gaudent. Quod ſi negetur, prouoco ad Vlpianum conſultiſſimum iuris, qui ſenatoris filium diffiniuit, natum ex ſenatore: *Neque intereſt*[d], inquit, *iam in ſenatoria cõſtitutus eum ſuſceperit an ante dignitatem ſenatoriam*[e]. Sic allectus in numerum aduocatorum fiſci, eximitur à cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum filiis quandocunque genitis per cõſtitutionem Theodoſij & Valentinia. Cæſarum [f].

7 Sunt tamen quæ obiiciuntur leges, vt Valẽtis, Gratiani, & Valentiniani CCC. l. ſi ſenator xi. de dignitatibus lib.12. C. ti.1. dum dicitur, *Si ſenator vel alius clariſſimus, priuatos habeat filios, editos quippe antequam ſuſciperet dignitatem quod non ſolùm circa maſculum dignoſcitur conſtitutum, verùm etiam circa filias ſimili conditione ſeruandum. Cùm autem paternos honores inuidere filijs non oporteat: à ſenatore vel ſolo clariſſimo ſuſceptum, in clariſſimatus ſciendum eſt dignitate manſurum.* ex qua liquet genitum & editum ante dignitatem, plebeios eſſe, poſtea clariſſimos. 2. adfertur l. fin. de decurionib. lib.10. C. ti.31. vbi Iuſtinianus tradit, ex curialibus conſortiis peruenientem ad patritiatus honorem vel præfecturæ, liberari à conditione curiali cum ſuis bonis & poſteritate quam poſtquam meruerit dignitatem, vel actum geſſerit, ediderit: anterioribus filiis in conditione priſtina remanſuris.

8 Quæ leges, non mihi videntur aduerſari, imò potius firmare



a *in l.4. de inoficio. teſta. li.5.* P. *ti.2.*
b *l.1. & 7. vnde liberi tit.38.* P. *ti.6. l.1. quis ordo in bono. poſſ. ſeruetur* P. *l.1. de liberis & poſthu.* P. *nouella Iuſtinia.118. c.1. §.2. §.1. de hæred. qualita. & differ. apud Iuſtinia.*
c *l. cum quæritur 6. de inoficio. teſta. li.3.* C. *ti.28.*
d *vide de hac cõtrouerſia tracta. Hottom. illuſtriũ quæſt. 2. Duarem lib. 2. diſputa. c.29. Cuiac. ad l. ſi ſenator, 11. de dignita.*
e *l. ſenatoris filius 5. de ſenatorib. li.1.* P *tit. 9.*
f *in l. cum aduocatio de officio diuerſor. iudiciorum li.2.* C. *ti.8.*

ſententiam. ſiquidem ſi bene perpendatur l. ſi ſenator: inueniemus priuatos quidem habere filios patrem antequam ſit ſenatoriam dignitatem adeptus, verùm poſt adeptam communicari ex filiis ſuſceptis. quod ego colligo ex finalibus verbis legis, *Patrem inuidere non debere filijs honores*, ideoque, *ſuſceptum filium*, intelligo antè, manſurum in clariſſimatus dignitate, hoc eſt, id omne quod ſuſceptum eſt ex prole ſeu maſcula ſeu fœmina, manſurum ſub nomine clariſſimatus: quod intelligitur de editis ante ſuſceptam dignitatem, alioquin illa verba non habent quò dirigantur, *Cum paternos honores inuidere filijs non oporteat*, niſi intelligantur, vt ante priuati editi filij participent in honoribus patris.

9 Minus etiam mihi aduerſari videtur l. f. de decurio. C. Nam vltra id quod neque contextus illius legis, vt nec l. ſi ſenator, ſatis ſibi conſtat, dico ibi agi de curialibus qui ante dignitatẽ habebant filios obligatos curiæ iam editos, ideo non cenſetur dignitas illos eximere à curialibus muneribus, quibus iam addicti erant. de poſtea editis non ita dicimus. beneficia quippe principum & dignitatum conceſſarum reſcripta, debent intelligi ſine præiudicio iuris quęſiti cuiquã[a]. liquet autẽ obligationem perſonalem, in curiali conditione sfieri filiorum, alioquin non obligari ex obligatione patris[b].

a l.1.§. ſi quid à principe, ne quid in loc. pu.
b per l.f. de his qui ſponte munera publica ſubeunt lib.10. ti.43.

10 At quum dicimus filium editum ante principatus obuentionem ſeu acquiſitionem, patris honore fulgere: nihil impedit quominus priuatim editus, eiuſdem dignitatis honore ſit particeps duabus aliis rationibus, dũ agitur de ſucceſſione permiſſa in principatu. Primùm quòd leges quæ diſponũt, de filio curialis ante dignitatẽ patris edito non eximendo, iuris poſitiui ſunt, quæ impoſitæ ſunt ſubditis patri & filiis. at dum priuatus principatum nanciſcitur, aliis legibus non tenetur quàm principatus, ſi vocatus à populo cũ ſuis ſit: vel nullius, ſi propria virtute aut armis ſibi comparauerit principatum, qui ſupremam habeat poteſtatem & annulo pendeat. Deinceps quòd leges quæ loquũtur de dignitatis honore nõ concedẽdo ante adeptionẽ genitis, loquuntur de dignitate quæ non pendet à poteſtate eorũ qui eã nacti ſunt. Sed nos agimus, de principatu qui in vim & naturã proprij patrimonij transfertur in acquirentem, & efficitur ex bonis eius: & proinde quẽadmodũ bonorum patris ſucceſſio metienda eſt ex tempore mortis, nempe habita ratione eius quod eſt penes ipſum tempore mortis in filios tranſmiſſibile, non aſcendimus ad diſtinctionem alterius præcedentis temporis.

11 Tertio loco pro filiis ante dignitatẽ editis facit hoc dilẽma, quòd dignitas ſeu imperium patri quæſitũ ſit, vel ratione virtutis & proprij meriti, vel ratione proximitatis defuncti. vtroque autem modo par ius eſt ratione acquiſitionis filiis prioribus ſaltem cum ſequentibus, quanquam & potiùs verè ſit illis, vt dicemus poſtea.

Siquidem & ante & poſt dignitatem editi, ſunt eiuſdem patris: nec alius pater ſubſtantia aut virtute ante dignitatem, quàm poſtea: neq; ideo minus pater aut minus filius qui ante genitus, quia ergo patris principatus factus eſt, & filiorum etiam prius genitorum.

12 Quarto pro filiis præmortui concludit etiam Panorm. ad c. licet num. 11. de voto.



13 Quinto facit quod tradit Vlpia. in l. moris, 9. §. liberos, de pœnis, lib. 48. P. tit. 19. vbi. *Liberos*, inquit, *non tantùm filios accipere debemus ſcilicet, vt propter priuilegium conceſſum patri decurioni non ſubijciantur pœnis vulgaribus, verùm omnes liberos*. Sed vtrum hi ſoli, *qui poſt decurionatum ſuſcepti ſunt, his pœnis non adficiantur, an verò omnes omnino liberi etiam in plebeia familia ſuſcepti, videndum eſt. & magis puto omnibus prodeſſe debere.* Quanquam vt ibi ſubiicitur, ſi decurionatu adempto, poſtea filij naſcantur, non ſint eo beneficio donandi. quod & de ſenatoris filiis, poſt adẽptam dignitatem editis & conceptis, tradidit Vlpianus[a]. Sic enim noua dignitas pertinet ad natos iam, quamuis, adẽpta dignitate naſcituri non participẽt de ea, niſi ea depẽdeat ab auis.

a In l. emancipatum, ſed de ſenatorib. P. li. 1. tit. 9

14 Extat & iudicium à Dario ipſo pronunciatum inter duos filio de regno contendentes. Darius quippe ex Paryſatide duos reliquit filios, Artoxerxem, qui & Arſicas ante dictus eſt, & Cyrum natu minorem. Mater magis fauebat Cyro, vnde vbi patre iam ægro accitus eſt, profectus ad aulam eſt à mari maxima ſpe, vt ſucceſſor regni declararetur. Etenim ratione nitebatur Paryſatis ſpecioſa, qua Xerxes vetus vſus erat, ſuggerente Demarato, Arſicam ſe priuato, regnanti Cyrum Dario peperiſſe: non adduxit tamen in ſententiam ſuam, ſed ætate prior eſt deſignatus rex, & nominatus Artoxerxes: Cyrus verò Lydiæ ſatrapa, & oræ maritimæ dux. Confirmauit hoc iudicium exitus belli. Cùm enim Cyrus animo feroci & bellorum cupidus eſſet, & imperium ſibi deberi putaret, fratri inſidias primùm inſtruxit: mox his detectis, clàm ingenti conſcripto exercitu, potiſſimùm verò tredecim milliũ Græcorum, duce Clearcho Spartano, ad Cunaxam, qui locus quingentis ſtadiis Babylonem diſtat, cum fratre ſignis collatis, Græcorum quidem virtute hoſtes in fugam vertit: verùm à Mithridate Perſa, iaculo ſecundum tempora vulneratus, vitam ſimul cum imperio amiſit[b].

15 Neque aduerſatur iudiciũ pro Xerxe cõtra Artabazanẽ olĩ factũ. nã ibi circunſtantiæ relatæ nõ pertinent ad purã noſtram quæſtionẽ. Quandoquidẽ in hypotheſi illa perpẽdendũ eſt agi de regno Perſarũ, quod occupauerat tyrãnicè Darius Hiſtaſpis filius, ideo illegitimè quod per ſucceſſionẽ ad proximos ex genere regio deuolui debebat, donec ſibi copulauit matrimonio eas ad quas imperiũ iure proximitatis pertinere poterat, nẽpe duas filias Cyri Atoſſã, quę Cãbyſi fratri poſtremo regi, & rurſus Mago pſeudo regi nupſerat: & Artyſtonam, virginẽ: præterea alterã Smerdis necati filij Cyri filiã nomine Parmyn: & proinde tũc factus ex perſonis illarũ legitimus regni adminiſtrator ex tyrãno: nõ tã ſuo nomine poſſidere quã alieno regnũ viſus eſt, & rectius ad Xerxẽ qui ex Atoſſa natus erat, quàm ad Artabazanẽ qui ex alia vxore ante adeptum imperium fuerat genitus. Quocirca Xerxes nõ tã ad bona & regnũ patris quã matris venire iudicatus, prępoſitus Artabazani, qui nullũ ius in bonis nouercę habebat matrimonio copulato regnũ in dotẽ retẽtũ, ad filios eius matrimonij nõ prioris pertinet, vt vulgare & tritum eſt, neque priuigni exiſtẽtibus filiis ſecundi matrimonij, ſuccedunt. bona enim paterna non ſunt, ſed materna quę à matribus relinquuntur.

b Plut. in Artoxerxe, Trogus, Diodorus Sicul. lib. 14.

16 Eadem ratione mortuo Ænea, relicta poſthuma prole Syluio inquam ex Lauinia Latini regis filia, vxore ſecunda, & ſuperſtite quoque Aſcanio ex prima vxore Creuſa ante adeptum Albanũ regnum, peruenit imperium ad Syluium ex Latina matre natum, cuius fuerat regnum ratione ſucceſſionis paternæ. vt ſcribit Dionyſius Halycarnaſſęus, quanquam nonnihil variauerit ab eo Liuius in primo qui tamen meritò reprehenditur, errore duplici, & quòd Syluium Aſcanij filium putauerit, cùm eſſet Aeneę poſthuma proles ex Lauinia, vt Virgilius ſcribit etiam lib 6. & quòd eundem Aſcanium & Iulium crediderit cùm Iulus fuerit Aſcanij filius, vt communis eſt ſententia hiſtoriographorum.

*De iure ſucceſſionis principatus, Quando ad proximos nuper defuncti pertinet, num ſi defunctus relinquat ex filio primogenito præmortuo nepotem, & alium filium ſuperſtitem, præferendus ſit nepos patruo.*

## CAPVT X.

IN hac quæſtione ſucceſſionis principatus, primùm præſupponi par eſt, nos non agere de regnis aut principatib. ſeu poteſtate per electionem delatis: ſed tantum de his quæ per ius ſucceſſionis à maioribus deuoluuntur ad poſteros. item & de his quæ diuidi non ſolent nec debent. Nec pariter de his principatibus qui iam certam habent legem ſuccedendi, vel ſeruatam conſuetudinem, nam vbi leges regnorum ſunt fundamentales & certæ, & conſuetudines antiquæ, crimen maieſtatis eſſe opinor contra illas diſputare. Sunt autem duæ ſententiæ, vna quæ nepotem ex primo genito pręfert patruo: alia quæ patruum filium defuncti, quam ſecutus Oldrad. conſi. 263. & 94. incip. *Eleganter circa negotium*. Panor. ad c. licet de voto. num. 8.

2 Pro nepote itaque referam quæ alij tradunt & firmant exemplis ſeu iudicatis. In primis enim Bald. in l. cum antiquioribus, de iure deliberan. C. refert ita iudicatum in Anglia & Gallia.

Fuit quippe Henricus 2. rex Angliæ, cui fuerunt tres filij Richardus cognomento cor leonis primogenitus, Gothofredus ſecundus, qui dixerat Conſtantiam hæredem Britanniæ, & tertius Iohannes cognominatus ſine terra. Ex quibus viuente patre Henrico 2. mortuus eſt Gothofredus relicta vxore prægnante Conſtantia, quæ peperit Arturum. Mortuo Henrico 2. ſucceſſit in Regnum Richardus. Mortuo deinde Richardo ſine liberis, cõtentio nata inter Arturum nepotem ex Gothofredo 2. filio Henrici, & dictum Iohannem de regno. Philippus porro Auguſtus rex Galliarum, qui imperauit circa annum 1141. tanquam iudex legitimus pro ducatu Normaniæ, cum adiudicauit Arturo, & alia quæ Richardus poſſederat in Gallia, ſed dum Arturus proſequeretur cauſam tandem occiſus eſt per Iohannem patruum. Qua ratione etiam rex Galliarum propter feloniam & delictum adiunxit fiſco ſuo prędicta bona, vt narrat Polydorus Virgi-



Virgilius in hiſtoria Anglicana. itémque Paulus Æmilius in Carolo Pulchro.

3 Rurſum poſt mortem Edoardi 3. regis Anglorum anno 1378. Richardus 2. Edoardi ex Edoardo filio nepos, princeps vualliæ, fuit coronatus rex & prȩlatus auunculis, ſeu patruis ducibus Leucaſtrȩ, Clarranciæ, Glocestriæ & Yorkæ. vt idem refert in hiſtoria Anglicana Polydor.}

4 In Luſitania, ſeu Portugallia rex Alphonſus 5. habuit Fernandum & Henricum primogenitum, qui prædeceſſit patri relicto ſuperſtite filio nomine Iohanne. & hic mortuo auo Alphonſo, prælatus eſt patruo Fernando, atque coronatus, dictus fuit Iohannes 2. & pacificè regnum poſſedit ab anno Domini 1482. vſque ad annum 1595. cui mortuo ſine liberis ſucceſſit Emanuel conſobrinus, vt referunt Philippus Decius conſilio 443. in 2. parte 3. volu. Nicolaus de Vbaldis, in tracta. de ſucceſſio. ab inteſtato num. 62.

5 Scribit Iuſtinus lib. 23. Agatoclem regem Siciliæ, in morbum incidiſſe, & in deſperatione ſalutis bellum inter filium nepotémque ortum, eius regnum ſibi tanquam iam mortui vindicantibus, & bello commiſſo, filio occiſo, nepotem regnum occupaſſe.

6 Cleomenes rex Spartanorũ, filios duos Acrotatum & Cleonymum ſuſcepit, quorum Acrotatus mortuus eſt patre ſuperſtite, & relicto Areo filio. Cùm autem Cleomenes è vita deceſſiſſet, inter Cleonymum & Areum Acrotati filium de regno coorta lite ſenatus paternum regnum Areo adiudicauit, vt ait Pauſanias [a].

a *In Laconicis ſeu lib. 3*

7 In aliis principatibus, principes ſupremi iudices, vel arbitri delecti, idipſum etiam iudicarunt & Paulus Caſtrenſis meminit legis Hiſpaniæ pro hac parte ſolemniter iuratæ per ſtatus regni in conſilio 164. in 2. part. conſe. extat porro illa lex libro ſecundo legum regiarum Tauri tit. 15.

8 Circa annum Domini 1110. Imperante Ludouico Craſſo, vniuerſi proceres, ſeu nobiles Galliæ in controuerſia ſucceſſionis domus Borboniæ, idipſum iudicarunt contra Hannonem qui expulerat à ſucceſſione eius domnũ Archambruidum nepotem iuuenem, filium primogeniti, cùm diceret ad ſe dominium eius ditionis veniſſe tanquam qui per mortem primogeniti fratris quæ contigerat viuo patre, ad ius primogenituræ perueniſſet. Sed tamen non obtinuit, vt Paulus Æmilius in Ludouico Craſſo tradit, reſeruata tamen illi portio in bonis patris tanquam vni ex liberis.

9 Tempore quoque Caroli Pulchri regis Galliarum, anno 1331. per comites regni & proceres, ſimili iudicio, comes Niuernẽſis fuit declaratus comes Flandriæ, & prælatus patruo poſt mortem comitis Roberti: eo quòd eſſet filius primogeniti qui mortuus erat ante patrem. Idem Paulus Æmilius [b].

b *In Carolo Pulchro.*

10 Et paulò antea ſub Philippo Valeſio qui regnauit circa annum 1328. Solemne latum fuit iudicium in quæſtione ducatus Britanniæ, poſt mortem Iohannis ducis, mortui abſque liberis ſuperſtitibus & Iohanne comite Montforti tertio eius fratre, & filia Guidonis vicecomitis Lemouicenſis fratris ſecundi eiuſdem, tunc

vxoris Caroli comitis Bleſenſis : cui per ſenatus Pariſienſis maturè conſultum iudicium, tandem anno Domini 1331. fuit adiudicatus ducatus, maximè quòd dictus Carolus comes Bleſenſis defendiſſet ex conſuetudine Britanniæ, ſucceſſionem pertinere ad primogeniti, ſeu ſeniorem, & poſt illum ad ſecundum, & dehinc ad tertiũ iis deficientibus, & proinde docebat vxorem ſuam iure repræſentationis tenere locum ſecundi. Etſi poſt prædictum placitum comes Montfortij tenuerit & poſſederit prædictum ducatum Britanniæ, nempe ex cauſa tranſlationis initæ tempore coronationis Caroli. 5. anno 1364.

11 Sub Franciſco quoque eius nominis primo, regis Galliarum, anno 1517. Summũ iudicium latum pro comitatu Fuxenſium, & aliis ditionibus dictæ domus, controuerſia mota inter Odetum Fuxenſem dominum de Lautrech, & de Villemuro, ex vna parte, & Henricum de Albreto regem Nauarræ ex altera, auum Henrici 3. Eo quòd Gaſtonus Fuxenſis, & Eleonora de Nauarra matrimonio iuncti, ſuſcepiſſent duos filios ex ea coniunctione: nempe Gaſtonem primogenitum, & Ioannem vicecomitem Narbonæ: quorum Gaſto prædeceſſerat matri & patri, ſuperſtitibus ſibi & relictis Franciſco, Phœbo & Catherina filiis ex ſe & Magdalena vxore filia Caroli 7. regis: contra quos mortuo auo, Iohannes vicecomes Narbonenſis, qui duxerat vxorem Ludouici 12. mouerat quæſtionem, præſupponens ſe factum fuiſſe primogenitum patri, mortuo Gaſtone viuente patre: Sed contra eum in ſenatu Pariſienſi pro filia Gaſtonis iudicatum, dicto anno 1517.

12 Sed ſub iiſdem temporibus, ante anno 1310. In controuerſia mota de comitatu ſancti Seuerini, inter Thomam filium primogeniti, & Iacobum ſecundo natum fratrem Thomæ Robertus 2. rex Siciliæ filius Caroli 2. coegit conſilium Auinioni omnium doctorum, quod pro nepote iudicauit [a].

13 In Alemania pro ſimili controuerſia ſub Henrico I. & deinceps ſub Othone Magno, fuerunt comitia, quæ vocant Status, coacta, & ſtatutum vt ea duello terminaretur, fuerúntque qui pro nepotibus pugnarunt ſuperiores & victores, vt narrat Vuitichindus libro ſecundo. Sigiſmundus in Chronicis circa annum 942.

a Oldrad. cõſi 224. Bald. in l. liberti C de oper. liber. Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorẽ tit. de feudis.

14 Ius repræſentationis in nepotibus, locum habet in feudis, eo modo quo filij ſuccedere poterant, ſi vixiſſent, vnde quando ad primogenitum tantum feudum integrum peruenire debet, nepotes ex filio, vel antiquior in hoc ius ſuccedet. vt in legibus feudorum à nobilibus approbatis receptum, quod filij patri ſuccedunt in feudo, vel nepotes ex filio loco patris. nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente §. 1. de ſucceſſione feudi, lib. 1. feudor. tit. 8. Idipſum traditum in §. ſi capitanei, de feudo Marchiæ, vel ducatus eod. li. 1. tit. 14. & primum filij nepotes, quàm fratres vocantur §. 1. de ſucceſſione fratrum li. 2. tit. 11. & §. de natura ſucceſſio. feudi, li. 2. tit. 50. Pater & filius tantã etiã habent in ſe naturæ affinitatem & ſubſtãtiæ vnius participationẽ, vt pro eadem ferè perſona habeantur [b], pro eadẽ voce [c]

b Vulgatis iuribus l. in ſuis. de liberis & poſth. P. l. fin. de impuber. & aliis ſubſti. C. ca. contradicimus, §. hac authoritate 25 q 3.

c §. ei verò, de inutili ſtipula.

Et-



Et ita vtetur patris priuilegio [a], atque eadem iura quæ pater habet filius [b]. Planum quoque eſt, nepotes habere in bonis aui eandẽ portionem, quam habiturus eſſet pater eorum ſi viueret [c]. Sic ſi vnus ex liberis relictis filiis moriatur antequam pater vel mater conuolauerint ad ſecunda vota, lucrum quod acquiritur ex illis ſecundis nuptiis liberos prioris matrimonij, non datur tantùm filiis ſuperſtitibus, ſed & nepotibus ex filio præmortuo, pro ea parte, quam ſi is viueret erat conſequuturus, vt ſtatuit Zeno [d]. Et Iuſtinianus [e].

Neque etiam operę promiſſæ à liberto duobus patronis, vno mortuo cum liberis, debentur per ius accreſcendi alteri ſuperſtiti, ſed liberis [f]. In filio pater relucet, & renouatur imago cadentis genitoris in genito, veluti per ſubrogationẽ: & idcirco vt dicebat inſignis Calliſtratus iuriſconſultus, *Filios & filias concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earúmve diuturnitatis memoriã in æuum relinquamus* [g]

Sic Panor. [h] filius primogeniti poteſt dici primogenitus, & non ex toto fictè, ſed in parte verè, cùm in eo ſit ſubſtãtia & caro & pars primogeniti: & ſic ceſſat quod opponitur d. 3. l. §. hæc autem verba de negotiis geſt. P. & ſimilia quæ probant verba cum effectu & propriè eſſe accipienda.

15 Iuri diuino & hoc conſonum docetur, quia quod eſt alienabile, eſt traſmiſſibile in filios. alienari autẽ poſſe hoc ius primogenitureę docet exemplum Eſau qui ius hoc vendidit fratri ſuo Iacobo, de quo mox dicemus in tertia ratione contrariæ ſententiæ. Explicat latius Iohannes Andreas in additionibus ad Speculatorem ad Rub. de feudis lib. 4. particula 3. cùm iure diuino, inquit, pateat, poſſe tranſmitti hoc ius primogeniture ad ſingularem perſonã & ſingularẽ ſucceſſorẽ (nempe in fratrem Iacobũ per Eſau) fortius ergo in hæredem & maximè filium facit l. quædam, de acquiren. rerum domi P. Cùm perſona patris dicatur per filium repræſentari, vt ibi, & eſſe & ſtare dicatur [i]. & filij vox dicatur vox patris [k], imò pro eadem perſona habeantur [l], & vna caro [m]. vnde Phyſici reddunt rationem cur pater diligere plus filium dicatur, quàm filius patrem, quod pars patris remanet in filio, non contrà pars filij in patre. Quocirca mortuo patre, nõ omnino totus mortuus videtur ſuperſtiti filio. proinde filius primogeniti, & primogẽiti dici poterit, quia perſonã eius repræſentat [n].

16 In contrariam ſententiam filios præferendos nepotibus ex filio primogenito præmortuo patri poſſunt plura adduci, quæ videntur præcedentia impugnare, verùm mihi videntur infirma ad ea cõuellenda. Et proinde eo ordine quę proferemus, conabimur refellere, ne poſtea his ſolis propoſitis, compellamur vti repetitione, ídque ſine præiudicio melioris ſententiæ, ſi ea contraria melioribus poſſit doceri rationibus. non enim hîc ſentimus tanquam iudices à quibus prouocari non liceat. Itaque primum adferri poteſt iudicium ſenatus Lacedæmoniorum, quo Ageſilaus prælatus eſt Leotychidi nepoti, filio Agidis fratris, vt refert Pauſanias in 3.

Ceterùm illud exemplum propriam habet hypotheſim, &

a l. etiã, ſoluto matrim.

b l. vt inteſtato. C. de ſuis & legitimis hæred. l. ſiquis C. de inofficio. teſta.

c c. 1. § ſiquis igitur, nouellæ 118. de hæredibus ab inteſtato venientibus § cum filius, de hæreditat. quæ ab inteſt. defer. cap. Iuſtinia.

d in l. ex quib. cauſis. 7.

e in l. ſi quis prioris matrimonij, 8. de ſecũd. nuptiis li. 5. C. ti. 9.

f l. ſi operarum & l. à duobus, de operis libertor. P.

g l. liberorum, 220. de verborum ſignifica.

h conſi. 85. incip. in preſenti quæſtione, nu. 6 volu. 1.

i l. cum ſcimus, in fine C. de agricol. & cõſi. lib. 11.

k §. ei vero, de inutilib. ſtipula.

l l. f de impub. & aliis ſubſtitut.

m ca. contra dicimus §. hac authoritate 35. q. 3.

n facit l. ſicut vſufructus inſulæ de vſufru. P. l. domum §. ſi verò quantumcunque, de contrahen. emptio.

o vt in l. ſi nepotes, & l. dotem l. 1. §. f. de collatio. bonorum l. ſed & ſi in conditione §. 1. de hæred. inſtituen.

ratione diſtinctā, quia Leotychides habebatur pro alieno, tanquā ex adulterio Timeæ vxoris Agidis & ex Alcibiade, & ita ſæpe ante mortem Agis profeſſus erat, donec æger Hæream delatus, moriturus, ab amicis obſecrantibus inductus eſt, vt filium agnoſceret Leotychidem. Sed neque impunè geſſit Spartha, quod Ageſilaum claudum recto Leotychidi prætuliſſent contra oraculum. Nam poſt Leutricam cladem, cùm victor Epaminundas & ſucceſſu ſublatus inuaſurus expectabatur Peloponneſum, oracula recurrerunt in mentem de clauditate Ageſilai, atque ingens perculit Sparthanos mæſtitia religióque, quaſi res publica ideo afflicta eſſet, quòd rectum regno deieciſſent, claudum verò & luxatum, elegiſſent: quod Deus eos in primis erudierat perpendere, & euitare vt ſcribit Plutarchus [a].

17 2 Adfertur exemplum Guntrani regis Aureliæ, qui vnus ex filiis Clotarij primi, prælatus fuit Childeberto filio Sigiberti fratris regis Metenſium, in ſucceſſione Chereberti regis Pariſiorum [b]: verùm id vi factum potiùs quàm iure [c], & proinde Guntrannus facti pænitens, reſtituit vniuerſa nepoti Childeberto, & regni etiam ſui ſucceſſorem, cùm liberos ipſe non haberet per haſtæ traditionẽ coram omnibus proceribus declarauit [d]. quemadmodum etiam Sanctius 4. Hiſpaniȩ rex patre Alphonſo 10. regno priuato, quatuor hominum millia trucidari iuſſit: quòd in tumultu quodam Alphonſum fratris ſui filium regem appellaſſent [e].

18 3 Ludouicus Pius cognomento, prȩlatus fuit in imperio, Bernardo filio Pipini primogeniti Caroli magni, vt ſcribit Turpinus in vita Caroli magni, & Paulus Diaconus. Sed illud factum eſt, quòd imperium non deferretur, vt nec nunc iure ſucceſſionis, & iam diuiſerat viuente Pipino portiones inter filios, Carolus, quibus cōtenti fuerant. & ipſe Pipinus qui receperat pro portione Italiam, & ita videbatur ſua parte contentus pro ſe & ſuis, renunciaſſe futuræ aliæ ſucceſſioni & iuri primogenituræ. Neque reuocatur in dubium quin primogenitus poſſit renunciare iuri ex primogenituræ debito, & futuræ ſucceſſioni accepta portione adhibito iureiurando, iure id approbante pontificio [f]. Sic Eſau primogenitus Iſaac, vẽdidit primogenita ſua Iſaaco fratri minori, iuramento adhibito accepto pane & lentis edulio, neque vltra ad eadem redire potuit [g]. & ea comprobatione vtitur D. Cypriannus epiſtola ad Iubaianum [h], *Quàm periculoſum*, in quit, *ſit in diuinis rebus, vt quis cedat iure ſuo & poteſtate: Scriptura ſancta declarat, cùm in Geneſi Eſau primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit.*

Regula generalis renunciantibus actiones ſuas, non dari ad eas regreſſum [i]. Ius ſuum remiſſum, non poteſt repeti, vt communi conſenſu iura ciuilia & pontificia comprobarunt [k]. Et proinde renunciante patre primogenito, filius eius nepos aui excluditur, qui ex perſona patris & iure repræſentationis illud ius haberet, & excluſo patre excluditur pacti exceptione filius, vt in ſimili expreſſo de hoc textu in l. 1. de pactis C. Et effectus paterni pacti tranſit ad ſucceſſores ſicut & aliorũ pactorũ vires actiuè & paſſiuè quod & legẽ vocātẽ primogenitũ facere poſſe nō dubitatur, vt pactũ [l] Maximè cùm nemo plus iuris in filiũ vel aliũ trāsferre poſſit, quàm ipſe habeat. vulgatis

a *In Lyſandro & Ageſilao.*

b *vt ſcribit Aimonius l. 3. de geſtis Frãcorum c. 62.*

c *liquet ex eodem author.*

d *Sicut idem author ſcribit eodem lib. 3. c. 68.*

e *Ritius li. 3. regum Hiſpaniæ.*

f *c. quamuis pactum, de pact. in ſex. c. cum contingat, de iureiura. o. licet eo. titu. in ſex*

g *Gen. ca. 25.*

h *& Gratianus refert in c. 8. quàm periculoſum 7. q. 1.*

i *quæritur, d. ſi venditor de ædilitio edicto*

k *l. 2. poſtquam liti, C. de pact. l. 1. §. qui ſemel. ca. ſi illi c. 23. 94. ca. hoc nequaquam, ca. eos, 7. q. 1. ca. ſi quis epiſcopus, 92. diſt. cum ſimil.*

l *l. nemo plus iuris, 55. de regul. iur. P. c. nemo poteſt, eo. ti. in ſy.*



& ſimile dicitur de eo cui aſſignatus libertus qui præmortuus liberto, trāſmittit ius hȩreditatis liberti in filios & nepotes, niſi ipſe viuus noluerit hæreditatem ad ſe pertinere [a].

Et prudentiſſimus imperator Alexander, qui nonniſi cum conſilio plurium adhibitorum iuriſconſultorum leges & edita condebat. *Parentibus*, inquit, *arbitrium diuidendæ hæreditatis adimendum non eſt, dummodò non minus is qui pietatis ſibi conſcius eſt, partis quæ inteſtato defuncto potuit ad eum pertinere quartam ex iudicio parentis obtineat. Qui autem cognouit iudicium defuncti, eo quòd debitum paternum pro hæreditaria parte perſoluit, vel alio legitimo modo ſatisfecit, etiamſi minus quàm ei ex lex relictũ eſt, ſi is maior viginti quinq. annis eſt, accuſare vt inofficioſam voluntem patris quam probauit, non poteſt.* Quæ lex extat in l. parentibus, 8. de inofficio. teſtam. lib. 3. C. tit. 28. Quod & intelligitur adhuc quando propter ſolam reprȩſentationem patris nepos ſuccederet auo. alioquin enim ſi ex proprio capite ei ſucceſſurus eſſet; non noceret renunciatio patris filio, niſi & is renunciaſſet quoque [b].

Quartò adfertur exemplum de Honorico filio ſecundo Giezerici regis Vandalorum qui fuit prælatus Gondabundo filio Genſonis primogeniti dicti Giezerici, vt refert Procopius lib. 3. Sed ibi conſideratur teſtamentum patris, qui ita ſtatuerat, forſan iuxta mores Nomadum; quibus talis eſt cōſuetudo, vt antiquiores ſuperſtites ſuccedant in regno, vt tradit Strabo [c].

20 5 Poſſunt & alia plura exempla adferri, in quibus prælati patrui nepotibus ex primogenito, verùm illa pari modo habẽt, vtplerunq. diſpoſitionẽ paternā in principatu libero, qui non habet legẽ, vt deferatur primogenito, vel quādo ex primogenito inuenitur tantũ filius, aut filia ad ſuccedẽdũ inhabiles, puta quia forſan iā filius primogeniti ingreſſus eſt religionẽ eiurato ſeculo, & conſequenter dignitatibus ſecularibus repudiatis, vel quia principatus nō admittit fœminas, qua etiam ratione pares Frāciæ, ſeu proceres regni, anno Domini 1216. adiudicarunt comitatum Campaniȩ patruo Henrico, prelato nepti ſuæ ex primogenito comitis Campaniæ, eo quòd pater ipſe Tibauldus, proficiſcens in terram ſanctam ita diſpoſuerat teſtamento, vt ſi contingeret eum decedere ſine maſculis liberis, frater ei ſuccederet, certa quantitate ſummæ relicta marito filiæ ſuæ, vt refert Geophridus Ardoinus [d].

21 Philippus etiam Pulcher rex Gallorum, adiudicauit comitatum Atrebatenſem Matildæ vxori Othonis comitis Burgundiæ, excluſo nepote adhuc infante, nato ex primogenito, vt ſcribit Paulus Æmilius: non quidem ex lege, ſed abſoluta voluntate & poteſtate, quia dominus eſſet feudi, & egebat tunc Othone quem opponeret audaciæ & rebellioni Flamingorum. Poſſunt enim principes etiam ob cauſam publicam, dominos rerum rebus propriis exuere, vel nullo, vel aliquo dicis gratia, dato pretio, vt conſentiunt iuriſconſulti [e].

22 Sed neque hîc poterunt adferri exempla ex quibus factum recenſetur non ius, quod patrui, nepotes iuuenes ex primogenito ſucceſſores legitimos, vi præocuparunt, & per tyrannidem eos non ſo-

a *l. 3. 28. fin. & l. 4. de aſſignan. libertis lib. 38. P. tit. 4.*

b *l. eum qui ciuitatem de interdic. & relega. P. l. emancipatum 7. §. 1. de ſenatorio. P.*

c *Lib. 16.*

d *Lib. de expeditione in terram ſanctam, Gallicè compoſito.*

e *l. Lucius, 11. de euictis P. Vlpian. in l. itẽ ſi verberatum, 15. §. item ſi fortè de rei vindica. lib. 6. P. tit. I.*

lùm deturbauerint regno aut principatu, ſed etiam ſuſtulerint & necarint, vt tradit Guichardinus libro 1. hiſt. Italicæ. eo modo Ludouicum Sfortiam ſe prætuliſſe filio Iohannis Galeatij, in ducatu Mediolanenſi, nempe vi & per tyrannidem, prætextu tutelæ eius inuadendo dominationem: nam is iam ſucceſſor factus è medio per illum ſublatus eſt.

23 Septimò tamen videtur admittendos vt potiores filios ſuperſtites defuncti, quàm nepotem ex primogenito mortuo ante patrem: ex eo, quòd cenſeri poſſint proximiores defuncto: nam filius eſt in primo gradu; nepos verò ex filio defuncti, in vlteriore: ſemper autẽ vocãtur proximiores etiam in ſucceſſione regni, vt notat Iacob. Butrigarius [a] & in aliorũ ſucceſſione proximior ſuccedit in gradu [b]. atque imperator Decius in l. cõſanguinitatis iure 3. de legitimis hæredib. lib. 6. C. tit. 57. fratrem & ſororem ſecundo eſſe gradu, nepotem verò ex fratre in tertio reſcripſit, & ideo fratrem tanquam proximiorem præferendum eſſe nepoti.

Cæterùm Iuris eiuſdem regulis, placet quoque iure repræſentationis, nepotem tenere in ſucceſſione locum patris, cùm & natura pater & filius eadem eſſe perſona penè intelligatur [c]. atque emendata eſt l. conſanguinitatis, tanquam iniuſtè & ſtatutum iure repræſentationis nepotem in ſucceſſione, iure ſui patris & gradu vti [d] hæredi. & repręſentari patrem per filium etiam docet l. 1. §. f. de colla. bonorum P. & l. ſi nepotes eo. tit. l. 1. §. ſi filius, de coniungen. cum emanc. libro P. l. dotem, eo. tit. de hæredibus inſtituen. P. in leg. ſed ſi in conditione. §. 1

24 Octauò autem magis aduerſari videretur, quod natus ex patre facto incapaci, & incapax ſucceſſionis quę debebatur patri vt primo genito dici poſſit, ſicuti in l. 2. de libertis, & eorum liberis lib. 6. C. ti. 7. natus ex liberto, poſtquam in ſeruitutem fuit ob ingratitudinem reuocatus non dicitur liber, ſed ſeruus, quia libertas patri adempta fuit. facit l. diuo Marco 11. de quęſtion. C. quo loci, non tranſeunt priuilegia maiorum ad pronepotes, ſi intermedij filij aut nepotes facti fuerint illis indigni. Pater verò dum moritur, factus, cenſetur incapax, quia quo tempore ſuccedendum eſt auo, filius non eſt; & non entis, nullæ ſunt qualitates. l. eius qui in prouincia, de reb. cre. P. Et proinde videntur excludendi filij ex perſona patris quæ non extat.

Sed certè aliter eſt reſpondendum, in his quæ à natura vel genere deferuntur deſcendentibus: nam etiã ſublato de medio patre, vel eo incapace, non cenſentur filij ideo incapaces, niſi quatenus conſtitutiones & ipſos filios delinquentium expreſsè ſubmouent, cuius rei duo ſunt iuriſconſultorum inſignia ſuffragia: primũ eſt Vlpiani [e] *Si quis*, inquit, *& auum & patrem habuerit ſenatorem: & quaſi filius, & quaſi nepos ſenatoris intelligitur: ſed ſi pater amiſerit dignitatem ante conceptionem huius: Quæri poteſt an quamuis quaſi ſenatoris filius non intelligatur, quaſi nepos tamen intelligi debeat, & magis eſt vt debeat, vt aui potius dignitas ei proſit, quàm obſit caſus patris.* Alius locus eſt Alpheni iuriſconſul. [f] *Eum qui ciuitatem*, inquit, *amitteret, nihil aliud iuris adimere*

a *in ſua practica titulo de ſucceſſione feudi numero* 63.
b *l. iuriſconſultus de gradib. & affin.* P. *l.* 1 *§. ſiquis igitur, vnde cogna. li.* 38. P *ti.* 8.
c *l. fin. de impub. & al. ſubſtitut. lib.* 6. C. *l.* 26. *l.* 22. *de agricol. & cenſit. l.* C.
d *nouella* 118. *c.* 2. *& nouella* 127. *c.* 1. *auth. in ceſſante de legitimis hæredi l.* 2. *& auth. in ſucceſſione* C. *de ſuis & legitimis.*
e *in l. emancipatum.* 7. *§. final de ſenator. lib.* 1. P. *ti.* 89
f *in l eum qui ciuitatem* 3. *de interdictis & relegatis lib.* 48. P. *tit.* 22.



*adimere liberis, niſi quòd ab ipſo peruenturum eſſet ad eos, ſi inteſtatus in ciuitate moreretur, hoc eſt hæreditatem eius, & libertos, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt. Quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribueretur, ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros. non enim hæc patrem, ſed maiores eius dediſſe.*

25 Nonò adferri poteſt ratio non tranſlatum ius filij in nepotes ſuccedendi auo, quia priuilegium dicitur perſonale primogenituræ, ideo ad hęredem trãſmitti non poteſt l. quia tale ſoluto matrimonio, P. priuilegium de regul. iur. in ſex. l. in omnibus cauſis 69. eo. tit. P. item quia ius quod nondum competit non tranſmittatur, per Iura vulgaria [a]: mortuo autem patri, relinquẽti filios non competere ſucceſſionem defuncti patris aui nepotum conſtare videtur ex eo quòd hæreditas non dicitur viuentis, ſed mortui [b].

Et proinde nec adiri nec repudiari hæreditas viuentis poteſt [c].

Quare neque nepos accipiet regnum vel principatum ex perſona patris, qui mortuus eſt antequàm pater eius nẽpe auus nepotis contendentis, moreretur: neque potuit primogenitus moriens ante patrem quod non habebat, nempe ſucceſſionem patris in filium tranſferre, nemóve plus iuris in aliũ trãsferre poteſt quàm ipſe habeat [d]. addi poteſt quod ius primogenituræ eſt perſonale, & ideo non poſſit tranſmitti ad hæredes, quia cum perſona extinguitur [e].

Cæterùm hæc ratio non poteſt conuenire primogenito: quia minor, non eſt vera, ſcilicet non quęſitum fuiſſe ius primogenito ante mortem patris: certũ quippe eſt, ſtatim nato filio primogenito iuxta præſcriptum à lege modum, primogenituræ ius quæſitum: & ideo eadem natura, in filium ſuum trãsferre, vt & docet Tiraquell. tract. de primogenitura [f] éſtque ita priuilegium hoc in perſona primogeniti primum, dehinc fit tranſmiſſibile quæſitum ius ex ea perſona. Et quamuis ante mortem nempe primogenito non competeret ius viuente patre actu, cõpetebat tamen habitu exemplum ſimile in querela inofficioſi, quæ competit ex perſona præmortui patris, nepoti, contra teſtamẽtum aui etiamſi pater eam non præparaſſet, ídque iure tranſmiſſionis [g]. Sic arrogatus cui competit ius legitimæ in bonis arrogantis [h], ſi præmoriatur patri, trãſmittit petitionem eius ad hæredes, qui petẽt mortuo deinceps patre [h]. Et reſolutum eſt, vt quando ius aliquod competit alicui non ex perſona teſtatoris vel alterius à quo accipitur, ſed ex beneficio iuris communis, aut legis ſpecialis, quale ius primogenituræ, & tolli non poteſt à dante ſeu à quo capitur, hoc ius transferri ad hæredes & peti à debitore non ex eius voluntate, ſed tanquam æs alienum eius [i].

26 Decimò contra nepotes poteſt adferri tutelæ ius & ſucceſſionis, metiendum eodem modo [k]: at quando concurrunt ad tutelam patruus & nepos, præfertur patruus apud Vlpianum in l. 3. §. ſi duo, de legitimis tutor. lib. 26. tit. 14. ergo & ſucceſſione.

a *l. vni. §. pro ſecundo, de cadu. toll.* C. *l. emancipata, qui admitti ad bonor. poſſ. poſſ. c. de iure delibera. cũ ſimilib.*
b *L.* 1. *de hæred. vel actio. ven. lib.* 18. P. *ti.* 4. *l. qui hæreditatem.* 19. *& l. neminem* 27. *de acquir. hæredita. lib.* 29. *ti.* 2.
c *l. qui ſuperſtitis.* 94. *eo. ti. de acqu. her.* P.
d *l. nemo.* 54. *de reg. iur.* P. *c. nemo, eo. ti. in ſex. l. traditio, de acq. rer. do.* P. *c. nuper,* 5. *de do. inter vi. & vxo. nemo cum effectu dare poteſt quod non habet, l. ſi vniuerſæ,* C. *de leg. cã. D. aibertum.* 1. *q.* 7. *l.* 2. *c. de pœnis cũ ſimil.*
e *c. priuileg. de reg. iur. in ſex. l. quia tale. ſol. matr.* P.
f *num.* 109.
g *in. l. ſiquis filium exhereda tum.* 34. *de inofficioſ. teſt. lib* 3. C. *tit* 38.
h *l. ſi arrogator, de adop.* P.
i *vt notat gloſſa ad leg.* 1. *§. ſi impubere, ad verbum, debetur, de collatio. bon.* P. *Iohannes Andreas Rubr. de feudis, in hac hypotheſi primogenituræ, in c. licet, de voto, & in additionibus ad Speculatorem lib.* 4. *ad dis, vbi de hac quæſtione diſputat.*
k *§. ſi. de legit. patr. tut.* P. *l. quo tutela.* 37. *de reg. iur.* P.

Verùm nec hæc ratio obeſſe cenſetur, duplici ratione: quòd regula illa, vt qui ad tutelam vocetur, prior ad hæreditatem, perpetuò & ſimpliciter vera non eſt, ſed vtplerunque, vt nominatim in illis iuribus: alioquin minores proximiores, & fœminæ quę repelluntur à tutelæ munere, repellerentur à ſucceſſione, quod falſum in prædictis iuribus docetur. Dehinc 2. dictus §. ſi duo, habet locũ in tutela & ſucceſſione libertorum, in quibus patruus prefertur nepoti ex altero filio, & ſic quoque ſingulare eſſe in illis notauit expreſſè iuriſconſultus, & in aliis ſucceſſionibus quæ deferũtur iure ſanguinis, aliter reſpondendum, & nepotem non excludi à patruo tanquam remotiorem, quod & Caius reſpondit[a]. item & aliter dicendum in hæreditatibus delatis agnationis iure docet l. 1. §. liberos autem, de coniungend. Cum emancipat. liber.

*a in l. libertinus 5. §. fi. l. ſi. libertus præterito 23. §. 1. de bonis libertor. li. 38. ti. 2.*

27 Vndecimò, Quod ſiquod etiam ex aliis nationibus contrarium aliud adiiciatur exemplum, leges principatus poterunt addere diuerſitatis cauſam. quemadmodum etiam dici poteſt, & referri ad voluntatem patris, populíque aſſenſum, nulla conſuetudine exiſtente, imò verò conſuetudine pro ſecundo genito faciente, quod accidit ſub Alfonſo rege Caſtillonenſi cuius filius ſaucius natu minor commendatus à patre, poſt mortem prælatus eſt filiis Ferrandi maioris filij, & Blancæ Ludouici regis Francorum filiæ; mortuo Ferrando ante patrem; cur autem inducar ad dicendum conſuetudinem, & legem illam regni fuiſſe, vt filius ſuperſtes preferretur præmortui filij filiis ſeu nepotibus; ratio peti poteſt ex conuentionibus matrimonialibus, quibus pactum erat, vt ſi Ferrãdus primogenitus moreretur ſuperſtite etiamnum minore fratre, ſoboles tamen Ferrandi, auo poſtea decedẽti, in regnum ſuccederet, vt ſcribit Æmilius[b]: pactũ verò ita nominatim non fuiſſe factũ, niſi dubitatum fuiſſet ex lege regni aut conſuetudine in contrarium: derogari autem non potuit Alphonſus legi regni, tabulis matrimonialibus pro nepotibus compoſitis.

*b Lib. 7.*

28 12 Cynus in l. ſi viua, 3. de bonis maternis lib. 6. C. ti. 59. ait per illam legem, Richardum Malumb. tenuiſſe, patruum præferendum nepoti. & ſic fuiſſe in rege Roberto ſeruatum. lex enim ait de fauore nepotum, *Nam licet hoc nouum præſens lex conſtituat in nepotes: non tamen abs re eſt, vt in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus, filij non ſinantur.* Cui legi ſimiles l. fin. c. de verb. ſigni. ibi, *Nullo enim modo filijs viuentibus &c.* l. 2. quãdo dies legati cedit. c. ibi, *Quicunque fuerit is qui ſuperuixerit ſic &c.* facit l. cũ ita §. fina & l. hæredes mei §. f. de leg. 2. ad ſenatuſ. Tebellia P. Sed verum dicemus, filios deterioris conditionis eſſe non debere nepotibus, quando paria iura ſunt, & concurrunt. At quando in iure primogenituræ, nepotibus pares non poſſunt eſſe filij aut patrui, minimè. quia primogenitura non communicatur aliis filiis, & à primogenito tranſit tantùm in eius filium.

29 13. Pro patruo, contra nepotem facit, quòd nepos non poteſt dici primogenitus aui de cuius bonis agitur. ſiquidem nepos poſt patrem natus auo; quare cùm non conueniant ei verba legis quæ de primogenito loquitur: neque conuenit diſpoſitio[c].

*c c. cũ ceſſante, de appella. l. adigere, §. quãuis, de iure patro. P. c. poſt tranſlationem, §. cæterum, de renuntiatio.*

Reſpondetur autem, hîc, nepotem non venire ex propria perſona



tanquam nepotem, ſed iure repręſentationis, patris cui ius iam quæſitum fuit, ſtatim vbi natus eſt, vt dictum eſt.

30 14. Contra nepotem facit, quòd filius poſt mortem patris nõ repręſentet patrem, in iure quod dum mortuus eſt pater, non ei competebat, vt in l. ſi quis filio exhæredato, 6. de iniuſto rupto. &c. lib. 28. P. ti. vbi nepos præteritus, ita demum rumpit teſtamẽtum, ſi tempore mortis aui, eum filius non præcedit verè vel fictè.

Sed iam dictum eſt hic viuenti filio primogenito iam competere ius & ideo illud transferre.

31 15. Lex vel mos quibus vocatur primogenitus, non exprimũt, vt filio primogenito mortuo viuo patre, ius transferatur in eius ſucceſſores. Igitur caſus omiſſus, habebitur pro omiſſo, & ſuppleri nõ poterit[a], nec à forma verborum ſine certa ſcientia, eſt recedendum[b].

Sed non opus fuit exprimi ita, quia eo ipſo quòd per natiuitatem ius quæritur primogenito, ſatis apparet quòd is poteſt tranſmittere: aliud autem diceremus, ſi non quæreretur ei ius. Qua ratione ſubſtitutionis ſpes, mortuo ſubſtituto ante inſtitutum, euaneſcit, nec trãſfertur ad filios[c], quia ante conditionis euentum moritur ſubſtitutus, & deficit conditio atque ſubſtitutio quæ nondum cõpetit, non tranſmittitur[d] quia nec antè euentum conditionis in bonis noſtris eſt[e].

32 16. Citatur ratio, quòd paria ſunt non extare, & inutiliter eſſe, ſeu inhabilem eſſe[f], at, ſi filius primogenitus tempore mortis patris viueret, & eſſet inhabilis ad ſuccedendum, non vteretur ipſo iure primogenituræ nec eius filius, vt citãt ad illud l. diuo Marco, de quęſtio. C. vt quando fœmina non poteſt ſuccedere feudo, excluditur & eius filius. Ergo quando nõ extat pater primogenitus, filius eius nepos non ſuccedet auo, quia non ſuccederet ſi pater eſſet inhabilis, & hæc paria ſint.

Reſpondetur autem per Iohannem Andream, in additionibus ad 4. librum Speculatoris ad rubricam, de feudis: maiorem non eſſe veram perpetuò, maximè quod veriſſimum eſt, quando fuit ius quæſitũ non extanti, quo tempore extabat & erat idoneus ad quærendum nec illud ius recuſauit. Sic etiam in d. l. diuo Marco, filius reiicitur ex perſona patris non extantis & inhabilis, quia poſt inhabilitatem natus eſt.

*a l. ſi verò, §. de viro ſolut. matrimon. P. c. ad audiẽtiam, 12. de decimis.*
*b ca. omnino, 31. diſtinct. l. nõ aliter de lega. 3. cum ſimilib.*
*c l. hæredes mei §. cum ita, ad ſenatuſconſ. Trebell. P. l. iubemus, §. ſin autem de fideicom. C.*
*d l. toties, de acquiren. hæred. P.*
*e l. ſubſtitutio, de acquirẽ. rerum domi. P. l. 4. de alimẽ. & cibar. lega. P.*
*f c. 2. de tranſ. epiſcop. l. 1. §. penul. quod cuiuſque vniuer. nõ. P. l quoties, qui ſatiſd. coga. P.*

*De principatu & imperio fœminarum, & num ex genere ſuccedant tanquam proximiores.*

## CAPVT XI.

Scio quæſitum & controuerſum aliquando fuiſſe de dominatione & principatu fœminarum, num earum iuſtum dicatur imperium, legitimúſque principatus: quibuſdam negantibus: quibuſdam comprobantibus. Vtrinque rationes, vtrinque exempla bonæ & malæ adminiſtrationis earum, vtrinque & regnorum diuerſæ leges in medium proferri & adduci

poſſunt, vt difficilis nobis videatur ſolutio. nec noſtrum ſit tantas cum præiudicio tot diuerſarúmque rationum, tantas componere lites & iudicium interponere: conabimur tamen lucem obſcurioribus adferre.

2 Itaque pro eorum ſententia qui negant principari non conuenire huic ſexui, quaſdam adferam rationes, argumenta, & coniecturas ſeu exempla: deinde & contrarium Deo fauente, fundamentis aliis comprobabo & fulciam.

1. huic rationi reſpondetur infrà nũ. 64. & 65.

In primis 1 lex ſexui poſita prima poſt peccatum & lapſum à voluntate & mandato Dei, erit digna conſideratione: in qua mulier eſt ſubdita viro, & non vir mulieri[a]: ideo de Germanorũ moribus Cornel. Tacit. agens, *Fœmina*, inquit, *dominatur, in tantùm non modò à libertate, ſed à ſeruitute degenerant.*

a Geneſ. c. 3.

Atque mulierem ita cõſtat ſubiectam dominio viri eſſe, vt nullam authoritatem habeat, nec docere, nec teſtis eſſe, neque fidem dare, neque iudicare poſſit, multò magis nec imperare. ſic diuus Auguſtinus[b], atque [c] datur ratio diuinæ ſubiectionis. *Adam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam quem vocauit ad culpam mulier, iuſtum eſt, vt eum gubernatorem aſſumat, ne iterum fœminea facilitate labatur.* Et rurſum[d], *Mulier debet velare caput, quia non eſt imago Dei ſed vt oſtendatur ſubiecta, & quia præuaricatio per illam inchoata eſt &c.*

b *in libro quæſtionum veteris teſtamẽti q. 45. relatus in c. mulierem, 17. ſub. 33. q. 5.*
c *in ca. Adã, ſeq. ex diuo Ambroſio in examero tractatu diei quartæ.*
d *in ca. mulier debet, 19. eadẽ, 33. q. 5. ex D. Ambro. in c. 2. prioris ad Corinth.*

Et primùm à Deo vir creatus, dehinc à viro & viri coſta mulier facta [e].

e *Geneſ. c. 2.*

3 Prior ita authoritas 2 viri tanquam antiquioris & perfectioris, ipſa muliere. Imago Dei in homine, hoc eſt, quod ad ſimilitudinem Dei ſit, vt vnus factus ſit quaſi dominus, ex quo cæteri orirentur, habens imperium Dei, quaſi vicarius eius: quia omnis rex Dei habet imaginem: ideóque mulier non eſt facta ad imaginem Dei. Sic enim dicit Scriptura, Geneſ. c. 1. Sapi. 2. *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum.* Hinc eſt, quod Apoſtolus D. Paulus 1. ad Corinth. xi. *Vir quidem*, inquit, *non debet velare caput ſuum, quia imago & gloria Dei eſt. Mulier autem ideo velat, quia non eſt gloria aut imago Dei.* quæ ita connectit Diuus Auguſtinus libro de quæſtionibus mixtim noui & veteris teſtamẽti quęſt. 106. refértq; Gratianus ca. hęc imago, 13. eadem 33. q. 5.

2 ſoluitur hęc ratio infrà num. 66.

4 2. Quemadmodum autem lex Dei videtur remouiſſe à principatu mulierem, ſic etiam lex naturę ab eodem, ſexui impoſita 3. Et eſt ordo naturalis in hominibus, vt ſeruiant fœminæ viris: filij, parentibus; quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat minori [f]: & maior dignitas eſt in ſexu virili & cuiuſque plebeij, quàm in nobiliore muliere ſecundùm Vlpian[g].

3 hoc argumentum explicatur inferius numero 67. & ſequẽt.
f *D. Auguſt. q. 153. in geneſin. gloſſa ordinaria ad ca. 46. Geneſ. vnde ſumptus ca. 12. eſt ordo 33. q. 5.*
g *in l. 1. de ſen. li. 1. P. ti. 9.*

Et Menander, γυναικὶ δ᾽ ἄρχειν οὐ δίδωσι ἡ φύσις. i. fœminæ non dedit natura imperium. Ariſtoteles etiam[h], τό τε γὰρ ἄρρεν, φύσει θήλεως ἡγεμονικώτερον. id eſt, *Nam quicquid maſculum, naturâ magis factum ad imperandum fœmineo.*

h *Politic. lib. 1. c. 4.*

Celebre exẽplũ quod refert Dictys Cretenſis[i], Pentheſilleã reginã Amazonũ, quę in auxiliũ Troianorũ cum Amazonib. venerat, ex decreto

i *lib. 4. de bello Troiano.*



creto exercitus Achiuorum, ſeu Græcorũ, ſeminecẽ & ex equo ab Achille deturbatam, pedibus attractam, in Scammandrum fluuium pręcipitatam, quoniam naturæ ſexúſq. conditionẽ ſuperare fuiſſet auſa.

5 Pro iudicio futuræ ſubuerſionis extremę ſeculi adfertur à Sibylla inuerſio naturalis imperandi: vt pro monarchia hominis, tunc ſit vnius viduæ regnum omni orbi imperans. Sic enim ſcribit de Antichriſti natiuitate, lib. 3, Oraculorum inter cætera ſigna.

καὶ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ ταῖς παλάμῃσι γυναικὸς,
ἔσσεται ἀρχόμενος, καὶ πειθόμενος περὶ παντὸς
ἦν δ᾽ ὁπόταν κόσμου παντὸς, χήρη, βασιλεύσῃ,
καὶ ῥίψῃ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον εἰς ἅλα δῖαν
καὶ χάλκον τε σίδηρον ἐπημερίων τ᾽ ἀνθρώπων
εἰς πόντον ῥίψει, τότε δὴ στοιχεῖα τὰ πάντα
χηρεύσει κόσμῳ. id eſt,

*Et tunc certè mundus ſub manibus mulieris*
*Erit gubernatus, & creditus omnino.*
*Et quando vidua dominata erit totius mundi*
*Et proiecerit aurum & argentum in mare diuinum,*
*Et æs & ferrum vnius diei hominum in Pontum*
*Proijciet, tunc ſanè elementa omnia viduabuntur mundo.*

Quæ indicant tantam corruptionem tunc adfuturam ſeculo, vt neque legitimus & robuſtus inueniatur principatus, quod & ſignum iræ Dei eſt, & quod populus meruerit à Deo contemni. Quo etiam pertinet prophetia Eſaiæ cap. 3. quæ ſigna iræ Dei ſic expreſſit. *Ecce enim Dominator, Dominus exercituum, auferet à Ieruſalem, ab Iuda validum & fortem, & omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorem, & iudicem, & prophetam, & ariolum, & ſenem, & principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis, & corruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſque ad proximum ſuum, tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem*, &c. Et paulo poſt, quod dixerat de effœminatis, explicatur. *Populum meum, inquit Deus, exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis.* Nos quoque alibi [a], de his diximus quædam cũ iſtis, vt periculoſum reipublicæ imperiũ fœminarũ oſtẽderemus.

a *Lib. 47. ſyntag. c. 11. nu. 11.*

6 Natura molles mulieres 4 edidit imbecillioris animi & virium, & ad bella non idoneas minúſque animoſas, vt ſcribit Ariſtotel.[b], vtpote quas ad edendos pueros, & fouendos magis accommodas fecerit, vt paruulorum natorúmque imbecillitati compati facilius poſſent. Pars autem imperatoriæ artis eáq. præcipua, in gerendis bellis & ſanguine noxio fundendo, & in repellendis violentiis conſiſtere videtur: vt naturaliter mollities mulierum cũ robore militari, & vt dicam ſignificantius, cum ferocia, aduerſari videatur. Vnde Ennius cùm notare vellet, mollitiem & ſegnitiem militum, muliebria dixit eorum ingenia *O Iuuenes iuuenes, animos geritis muliebres.*

4 Hæc ratio explicatur inferius nu. 76.
b *Lib. 9. de hiſtor. anim. c. 1.*

Seſoſtris rex Ægyptiorum, victoriarũ cumulo celeberrimus [c], apud gẽtes quas vi ſubegiſſet, ſi feroces & libertatis ſtudioſos ſeſe ſtrenuè defendentes viciſſet, cippos inſcriptos literis ſui nominis & patrię,

c *Apud Herodot. lib. 2.*

& qui referrent ipſum illos vi ſubegiſſe, erigebat: ſiquando verò aliquorum vrbes, nullo negotio & incruento certamine cœpiſſet, apud hos itidem vt apud illos qui ſtrenuitatis certamen ediderant, cippos quoque ſtatuebat: ſed amplius muliebria genitalia adſculpebat, ſignificare volens, eos ignauos eſſe.

a in 1.
b lib. 7. Strategema. in 4. exemplo.

Referunt Iuſtinus ex Trogo[a], & Polyænus[b], Cyrum Lydis poſt Crœſi captiuitatē, iterum deficientibus, per Mazanem ſubactis, arma & equos ademiſſe, veſtitúmque muliebrē geſtare coegiſſe, & omnes texere, aut pſallere, atque per muliebria illa effeciſſe, vt Lydi, qui antea erant ferociſſimi & bellatores ſtrenui, redderentur animo molles & effœminati, atque ita euaſiſſe omnium barbarorum ad bellum inutiliſſimos.

Senarius apud Græcos prouerbialis eſt,

*Γυνὴ ϛρατηγεῖ καὶ γυνὴ ϛρατεύεται*. id eſt, *Mulier dux eſt, fœmina æquè miles.* quoties totum negotium ignauis commiſſum eſt, quoties ij qui imperant & ij qui parent æquè ſunt formidoloſi. de quo & meminit Athenæus[c].

c 3. Dipnoſoph.

d 8. Aeneidon.

7 Officia mulierum eo pertinent, quæ nihil magni pollicentur in gerenda republica, expreſſa à Virgilio[d], – *ceu fœmina primum,*

*Cui tolerare colo vitam, tenuíque minerua*
*Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,*
*Noctem addens operi, famuláſque ad lumina longo*
*Exercet penſo, caſtum vt ſeruare cubile*
*Coniugis, & poſſit paruos educere natos.* vt officium mulierum dicatur, educatio liberorum, & colo & penſo intentam eſſe.

e Prouerb. c. 31.

Alia enumerantur & illa[e], dum ſapiens propoſitionem præfatus, *Mulierem fortem quis inueniet?* poſtea inter fortia eius addit, *Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ſui apprehenderunt fuſum:* fuſum ait nō haſtā.

f lib. 2. de genera. anim. c. 3.
g li. 4. de gen. anim. c. 2.

Quartò ab imperfectione muliebri ſumi poteſt argumentum, quo reiiciantur mulieres à principatu. Fœminam quaſi marem læſum, dixit Ariſtoteles[f], veluti imperfectum mare: quòd fiat fœmina ex inconcoctione & ex frigiditate ſanguinei alimenti, vt explicat Iohannes grammaticus[g].

h in poſter. ca. 213.
i in 2. Phyſic. tract. 1. c. 5.

Dixit & Albertus Magnus, fœminam generari propter materiæ inæqualitatem[h]. Et rurſum[i], fœminam facere, inquit, nunquam intēdit natura particularis: ſed procedit ex corruptione alicuius principij naturalis, quia intēdit natura particularis ſemper opus perfectū, i. marē facere, tamen fœmina nō eſt extra curſum naturalē vniuerſalis naturæ, quæ ordinis eſt cauſa inferioris. Docet imperfectionē & vitæ muliebris Alcinous[k]. *Verùm*, inquit, *quum quamlibet animam cognato aſtro tanquam vehiculo impoſuiſſet pater omnium Deus inſtar conditoris legum fatales illis leges explicauit, vt ipſe extra culpam delictorum exiſteret. Docuit igitur perturbationes à corpore mortales exorituras: primò quidem ſenſum, poſtea dolorem ac voluptatem, metúmque ac iram, quas quæ ſuperarent, neque ſe trahi permitterent iuſtè victuras, & in cognatum aſtrum deniq; redituras: quæ verò ab iniuſtitia ſuperarentur, ſecunda gubernatione in vitam fœminæ migraturas: & quæ nondum ab improbitate ceſſaſſent, in brutorū denique naturam degeneraturas.*

k lib. de doct. Plat. c. 15.

9 Quintò



9 Quintò, Pudor, qui mulieribus proprius videtur 5 inhibet eas cōſortiis virorū intereſſe[a], maximè iuuenū turmis militū, quibus efferata mens, licentiam ad audendum promouet. & vt ait Euripides[b], *γυναικί τοι αἰσχρὸν μετ᾽ ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν*. id eſt, *turpe eſt mulieri ſtare cum iuuenibus.* Conſenſerunt ferè in hoc gentes omnes, vt honeſtum non videretur prodire mulieres in publicum, aut intereſſe conſortiis hominum. Talíſque etiam apud Ruthenos memoratur à Sigiſmundo Libero Barone[c], conditio earum, vt nulla honeſta putetur, niſi domo concluſa viuat: & quicquid mulierum manibus ſuffocatur, ſiue gallina, ſiue aliud aliquod animalium, id abhorreant tanquam impurum: atque cùm viris abſentibus & ſeruis, fortè gallinas iugulare volunt, ſtant præ foribus tenentes gallinas aut aliud animal & cultrum, prætereuntéſque viros vt ipſi interficiant, rogant.

5 hæc explicantur inferius numero 78. & ſeq. & de velamēto 81.
a c. mulieres de iudiciis in ſexto.
b in Electra, actu 2.
c in commentariis rerū Moſcouitarum.

10 Apud Iudæos tam ſolemne erat fœminis eorum velamen capitis, vt inde noſcerētur, ídque ſine lege, vt ſcribit Tertullianus[d]. Sic Rebeca conſpecto à longè ſponſo, velauit faciem[e]. Suſanna in iudicium tracta, velata[f], ne adhuc pulchritudine placeret iudicib. impiis.

d de corona militis.
e Geneſ. 24. verſ. 64.
f Daniel c. 13. verſ. 32.
g eodem.
h de velandis virginibus.

Velabantur & virgines apud Corinthios ſuo tempore, inquit Tertullianus[g]. Et rurſum[h], *Nō permittitur mulieri in eccleſia loqui, ſed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vllius virilis muneris, nedum ſacerdotalis officij, miniſterium vindicare.* Et poſtea, *Iudicabūt vos, Arabicæ fœminæ quæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato contentæ ſint, dimidiam frui lucem, quàm faciem totam proſtituere.*

Atque virgines fuiſſe concluſas, nec ſolitas egredi oſtenditur ex 2. Machabeo. c. 3. verſ. 19. Et Æmilius Probus in principio de vitis imperatorum, de matre familias apud Romanos agens, mulieres ſecretas à viris, vixiſſe docet. *Neque*, inquit, *in conuiuium adhibetur, niſi propinquorum, nec ſedet niſi in interiore parte ædium quæ gynæconitis appellatur.* Et Conſtantinus imperator[i], *Fœminas propter pudorem & verecundiam earum, cœtui publico demonſtrari non cogimus.*

i in l. 2. de his qui veniam ætatis impetrant li. 2. C. tit. 46.

11 Difficile etiam arrogatio fiebat olim fœminarum, quia arrogationes non temerè aut inexploratè committebantur, & non fiebāt niſi per comitia curiata, arbitris etiam pontificibus, & quod fœminis nulla comitiorum communio eſſet[k].

k Gell. li. 5. c. 19.

12 Sextò probatio ducitur, 6 quod habitus muliebris nō ſit expeditus ad bellum, nec eum mutare liceat & ad vitandam etiam hanc ſexuum mixtionē, lex diuina Deutero. c. 22. verſ. 5. ſtatuit, *Mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea: abominabilis enim apud Deū eſt qui facit hæc.* Citat & ex conſilio Gangrenſi c. 13. Burchardus lib. 8. decretorum c. 60. de fœminis quæ propter continentiam muliebrem mutant habitum, canonem in hæc verba, *Si qua mulier propter continentiā quæ putatur, habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit, anathema ſit.* refert & Gratianus in c. 6. ſi qua mulier 30. diſtinct.

6 explicatur hæc ſententia infer. num. 82.

13 Septimò, Qui cōceſſerunt rempublicam poſſe curare mulieres, ea quæ committerentur non maiora ſed leuiora eſſe debere, definierunt. 7 Sic Plato[l], ſeu de iuſto, agens de inſtitutione mulierum, mandat omnia priuata publicáque tum pacis tum belli ſtudia, mulieribus cum viris communia fieri, ne mancum ſit genus humanum,

7 hoc explicatur infrà numero 85. & 86.
l lib. 3. ſeu dialogo 5. de rep.

eo tamen pacto, vt in ſingulis, grauiora viris, leuiora mulieribus committantur.

Ariſtoteles 1.politic.dixit, conſilium mulieris eſſe inualidum, & lib.2.non bene à mulieribus regi ciuitatem. atque Bologninus[a] in condendis ſtatutis, vult non adhibendum conſilium mulierum quòd in illis non reſideat prudentia, ita inconſtantia, mutabilitas, & ad omnia ferè momenta verſatilis mens, notatur in illis[b]. [8]

14 Sic mulier in eccleſia non poteſt habere curam animarum, quo ad exercitium actuale, quanquam ius beneficij habentis curam, & ipſum ius curæ, poſſit pertinere monaſterio monialium. Felinus ad c. dilecta, num.2.de maior.& obedien.& ibidem docetur, mulierem non poſſe exercere ea quæ ſunt ordinis eccleſiaſtici:& ſi ordinaretur, non recipere caractherem.

In principio 15.q.3.apud Gratianum & in c. noua quædam, de pœniten.& remiſſio[c].prohibetur mulierib.& abbatiſſis moniales benedicere proprias etiam, ipſarum confeſſiones in criminalibus audire, legere Euãgelium, publicè prædicare, vt abſonum & abſurdum.item &ſacra vaſa contingere[d] aut excommunicare, quamuis prelaturam & iuriſdictionem habeant[e].

15 Iura ciuilia etiam [9], mulieribus officia quæ ſunt authoritate & vtilitate publica, interdixerunt mulieribus, in l.2.de regul. iur. P. l. penul.de eden.P.l.imperialis, circa medium, C.de nuptiis non poteſt iudicare mulier[f], non poſtulare in iudicio[g], non teſtimonium dicere in cauſis criminalibus[h], nec in teſtamento[i], non accuſare, niſi ſua interſit, vel ſuorum[k], non pro aliis inuenire, ſeu fide iubere[l], nec ea habet filios ſuos in poteſtate[m].

Ideo & Paulus Iuriſconſultus ait, *Suos hæredes illos non habere*[n], & inæqualis ita in liberos, matris & patris poteſtas, licet æqualis à filiis illis debeatur pietas[o].

16 Octauò, Exiſtimarũt & antiqui prudentes, mulieres non cõtinuare familiam [10] illuſtrium virorum, vel regum, ex quibus oriri poſſunt;& ſuæ familiæ, finem eſſe & caput[p]. Ita vt ait Iuſtinian. *Qui ex filia tua naſcuntur, non ſunt in poteſtate tua, ſed patris eorum*[q], & patris non matris familiam ſequuntur[r]. Et vxor ſequitur forum viri iure ciuili, non patris[ſ], eius domicilium[t], ciuitatem & familiam[u]. Labeo Antiſtius, iuris valde peritus, lib. 4.ad edictum prætoris. *Soror*, inquit, *appellata eſt, quòd quaſi ſeorſum naſcitur, ſeparatúrque ab illa domo in qua nata eſt, & in aliam familiam tranſgreditur.* Cum contrà, fratris vocabulum Publius Nigidius homo impenſè doctus ſubtili ἐτύμῳ interpretur, vt ſit quaſi ferè alter[x].

Obſeruauit Heraclides Ponticus in allegoricis homericis, Homerum ſolitum vti epithetis patronymicis à patre, ex materno autem genere ducta, nuſquam planè apud ipſum reperiri.

Conſtat ex iure Romanorum, mulieres ſequi conditionem & for-

a *in repetitio. authen. habita, ne filius pro patre C.*
b *in c.forus, de verb.ſigni.*
8 explicatur hoc infrà nũ. 87.
c *lib.5.ti.38.*
d *ca.ſacratas, ca. mulier. 23. diſtinct.*
e *c. dilecta in Chriſto, 12. de maiorita. & obedient.li.1.ti. 33. & c.de monialibus, de ſẽtentia excom.*
9 explicatur hoc infrà nũ. 88.& 89.
f *in l.cum prætor.de iudic.P.*
g *l.1. §.ſexum de poſtula.P.*
h *ca.mulierem 33.q. 5. c.forus de verb.ſig.*
i *l.in teſt.§.mulier.qui teſt.facer. poſ. l. qui teſta.eo.ti.*
k *l.1.2.8.11.de accuſatio. lib. 48.P. ti.2.l.5. & 12.c.qui accuſa.non poſ.li. 9.ti.1.cum ſim.*
l *l.1. ad ſenatuſc.Vellia.P.*
m *l. fœminæ, de adop.§. cæteri, de hæred. quali. & diff.*
n *l.illud, §. ad teſtamenta, de bonorum poſſ. contra tab.P.*
o *l.furioſæ, de curator. furioſ. P.*
10 hoc explicatur infrà numero 90.

p *vt ait Vlpian.in l.pronunciatio, 195.§.f.de verb.ſig.* q *§.f.de patria poteſt.apud Iuſtin.* r *d.l. pronunciatio, in principio.* ſ *l.cum quidam, de iuriſ.omnium iud.P.* t *l.exigere, de iudiciis P.* u *l.f.§.item reſcripſerunt, ad municipales P.l.mulierem, de ritu nup.P.* x *vtrumque refert Aulus Gell.lib.13.c.10.*

tunam



tunam virorum quibus coniunguntur, & propriam quam habent ante nuptias ex patre, immutare, vel in deterius vel in melius ex qualitate maritorum & familiæ illorum. Quod Vlpianus his verbis[a] explicat: *Fœminæ nuptæ clariſſimis perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur. Clariſſimarum perſonarum nomine, ſenatorum filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt non habentur. fœminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: parentes verò, donec plebeij nuptijs fuerint copulatæ. Tandiu igitur clariſſima fœmina erit quandiu ſenatori nupta eſt vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.* Conſentit imperator Alexander[b]. *Si vt proponitis*, inquit, *& auum conſularem & patrem prætorium virum habuiſtis, & non priuatæ conditionis hominibus ſed clariſſimis nupſeritis, claritatem generis retinetis.* Rurſus ccc. Valentinianus, Theodoſius & Archadius[c]. *Mulieres*, inquiunt, *honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus. Sin autem minoris ordinis virum poſtea ſortitæ fuerint, priore dignitate priuatæ, poſterioris viri ſequentur conditionem*[d].

Et mortuo marito vidua, eius qualitatis cenſetur, aut plebeia, aut nobilis, cuiuſmodi fuit vir cuius vidua eſt, nempe vltimus, ſi plures habuerit.

Ex quibus abſurdum videri poteſt filias regum vel principum ſuccedere: cum conſeruatio familiarum, non poſſit inde conſequi, ſed potius regna ad extraneas familias per nuptias tranſeant, & ita extinguatur ſplendorum antiquus familiæ & maiorum qui regnauerint antea vel dominati fuerint. Quod odioſum eſt principibus, & valde acerbum quibuſcunque, non videre imagines maiorum in regiis & domibus fixas, vel videre reuulſas: vt dicebat imperator in l.lex quæ tutores, de adminiſtra.tutor.C.

17 Nonò, Ex legibus humanis inueniemus, vt partim probatum iam, mulieres habitas deterioris conditionis [11] ipſis viris, & à negotiis grauioribus vbi plus virtutis, fidei, & prudentiæ requiritur, eſſe ſubmotas, de quibus iuriſconſulti agunt[e], & ab omnibus officiis publicis, quale eſt principis, & iudicis, remotas Vlpianus retulit in l.fœminæ 2.de regul.iur.lib.56.P.ti.17.& maximè virilibus l.1.§.6. de poſtula.P.l.18.C.de procuratori.cum ſimilibus.

Athanaſius oratione contra Idola reprehendit Gentiles, quod deas fœminas fecerint, quas nec eorum teſtimonio eſt ad conſilium reipublicæ admittere tutum.

Annotatum in Annalibus pro monſtro, quòd ſub ſolo primum Antonino Heliogaballo, dicto ante nomine Vari, mulier in ſenatum admiſſa eſt, nempe eius mater Semiamurica, quam, & ſententiam in ſenatu admiſſam, rogari iuſſit, permiſítque primus eam habere ſenaculum mulierum: in quo antea fuerat conuentus matronalis ſolemnibus duntaxat diebus, vnde & prodierunt ſenatuſconſulta ridicula de legibus matronalibus, quæ & quo veſtitu incederent: quæ & ad cuius oſculum veniret, & de ſimilibus eiuſdem farinæ[f]: ſed poſt mortem Heliogabali eo cum matre necato, cautum ne vnquam ſenatum mulier ingrederetur: vtque inferis caput eius

a *in l. fœminæ 8.de ſenatorib. lib.1.P.ti.9.*
b *l.1. dignitatis lib.12.C.ti.1.*
c *in l. 13. eiuſdem tituli.*
d *idem in c.36. §. non tamen, nouell.22.titulo de nuptijs.*
11 hoc explicatur infrà num.92.
e *in l.in multis, 9. de ſtatu hominum li.1. P. ti.5.*
f *de quibus ſcribit Lamprid. in Heliogab.*

deuoueretur dicaretúrque per quem id eſſet factum, vt idem Lampridius ſcribit, ſublato & abolito ſenaculo, quod conatus reſtituere Aurelianus, ſed fruſtra: vt ſcribit Flauius Vopiſcus in eo.

18 Maiores noſtri dicebat M. Porcius Cato [a], nullam ne priuatam quidem rem agere fœminæ, ſine authore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum: multo magis & prohibuerunt rẽpublicam capeſcere, foro quoque & concionibus immiſceri, leges rogare aut diſſuadere: vbi patiuntur eſſe æquales viris, extemplo ſimul ſuperiores eſſe contendunt. abſurdum autem videtur habere alios in ſua poteſtate eas quæ non ſunt ſuæ poteſtatis [b].

19 Nec tantùm in rebus prophanis, ſed & in rebus ſacris exiſtimantur deterioris conditionis mulieres 12.

Et prohibetur in illis ingredi certas capellas cõſecratas Deo, & quibuſdã ſanctis, vt in eccleſia S. Iohãnis in Burgo Papiæ prohibentur, niſi velint affici pœna mortis furentis, vt tradit Iacobus Gaula, in ſanctuario Papiæ. Idem refertur de eccleſia S. Iohannis Baptiſtæ Ianuæ: idem in eccleſia ſancti Fiacri Scoti, vt & illæ quæ tentauerint ingredi in rabiem verſæ ſint, vt notat Guaguinus in vita Clotarij.

In quibuſdam etiam ſacris Ethnicorum, mulieres arcebantur, nec licebat illis intereſſe: nonnulla abſque fœminis ſacra fiunt, vt ait Minutius Fœlix, in Octauio. abſtinuerunt à ſacrificio Herculis mulieres [c]. De ſacrificio Syluano faciendo à ruſtico, Cato lib. de re ruſtica c. 83. *Mulier ad eam rem non adſit, néue videat quomodo fiat.* Ita in quibuſdam ſacris à lictore clamabatur, vt ſcribit Sextus Pompeius Feſtus. *Hoſtis, vinctus, mulier, virgo, ex eſto. i. extra eſto. Mulieres,* inquit, D. Paulus. [d], *in eccleſiis taceant, non eis permittitur loqui, ſed ſubditas eſſe.* & rurſum [e]. *Mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Et in Eccleſiaſtico cap. 25. verſ. 29. *Mulier ſi primatum habeat contraria eſt viro ſuo.* Ad Coloſſenſ. cap. 3. verſ. 18. *Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino.*

20 Atq. decimo loco ne lõgius abeamus ab inſtituto de principatu ſermone, militaria feuda non fuerunt regulariter conceſſa mulieribus, quæ à ſucceſſione etiam eorum excluſæ ſunt [f]. Imò & nepos ex filia excluditur [g], etſi feudũ etiã datũ ſit expreſſè, pro accipiẽte & deſcẽdẽtib. maſculis & fœminis. Maſculi præferuntur quãdiu extant, c. 1 §. etiã, epiſcopum, vel abbatem, &c. in feud. de cuius intellectu agit Alexander conſilio 9. *incip. Ponderatis his.* vol. 5. & conſilio 29. incip. *Quoniam abundè,* lib. 1. Decius conſilio 139. & 193. [h] Dant rationes Baldus [h], & alij. Primùm ratione inquiunt, naturali, ſunt incapaces, quia fœmina non poteſt portare arma, nec leuare faydam contra hoſtes [i].

2 Propter iuſtitiam honeſtatis: quia non debent ſe immiſcere cœtibus virorum, maximè ſi ſit illuſtris [k].

3 Propter fragilitatem ſexus.

4 Propter lubricitatem voti, quia ter mutatur in hora.

5 Propter periculum euitandæ euulgationis ſecreti. Quæ omnia dicunt

a *Apud Liuiũ li. 34. defendẽs legem oppiam.*
b *Vt ait l. ſic eueniet, ad leg. Iul. de adul.* P
12 Hoc explicatur infra num. 93
c *Gellius li. 11. c. 6. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 12. vbi ratio & Sextus Aurelius Victor, de originis gentis Romanæ.*
d *1. ad Corint. c. 14.*
e *1. ad Timoth. c. 2. verſ. 11.*
13 Hoc explicatur infrà numero 94.
f *c. 1. de beneficio fœmineo cap. 1. §. hoc autẽ notandum tit. qui feudum dare poſſint c. 1 §. ad filias, de ſucceſſio. feud. c. vni. an mutus & c. c. 1. de alie. feu. pater.*
g *c. 1 §. hoc autem notãdũ qui feudum dare poſſunt.*
h *Ad l. quoties de ſuis & legit. Iacobinus de ſancto Geor. tracta. de feudis, ad verba Marchio in Italia, num. 4.*
i *Gloſſ ad c. 1. § hoc autẽ, qui feudum dare poſſunt.*
k *Per l. ſi qua illuſtris, ad ſenatuſ. Orphicia. C.*



dicunt diſcrepantia à natura feudi [a].

Potiſſima autem ratio illorum eſt, quòd qui non poteſt ſeruitium exhibere propter quod datum eſt feudum, eo priuari debeat [b]. Ea ratione mutus & aliàs imperfectus, non idonei armis & ſacramento fidelitatis, priuantur feudo: ſicuti & vaſſalli qui clerici fiunt, vel monachi, iuxta feudorum vſum, amittunt feudum tanquam armis militaribus non idonei [c].

21 Vndecimò, Superioribus adiungi poſſunt exempla, 14 quibus malè & perniciosè reſpublica ſe habuit, cùm mulieres, vel mulieribus addicti rempublicam geſſerunt, vel gerere tentarunt. quemadmodũ multa narrãtur de regina Ægypti Cleopatra à Dione Caſſio [d] qui & deinde libro 50. addit, *Propter hanc Cleopatrã declaratus,* inquit, *hoſtis Romanis Antonius, quare & Octauius contra eum excitans milites dicebat eum mutatum fuiſſe per illam à priori virtute. Quod fieri non poſſet, vt qui regio luxui mollitiaque muliebri indulgent, viro aliquid dignum vel conſulant vel agãt. eſt enim neceſſe omnino vt quibus vnuſquiſque vitæ rationibus vtitur, earum ſimilis reddatur.*

Liuia mater Tiberij Cæſaris, longè alias fœminas ſuperbia ſuperauit [e], vt & imperium viuente filio ſe poſſe adminiſtrare putauerit donec is, publicis omnib. actionib. ei remotis, familiaris rei curã gerere mandauit. Propter quod & illa illi vſque moleſta fuit, vt peregrinationes ideo inſtituerit.

Iterum Dio ait [f] maximum fuiſſe ſpectaculũ, nouum videlicet & reprehenſum quòd Agrippina, ſecũda vxor Cæſaris, Claudio publicè quoque de republica reſpondenti, aut legatos audienti, ei adfuerit in proprio tribunali locata.

Ariſtoteles [g] Lacedæmoniorũ rempublicam reprobãdam cenſet, quód magna ex parte muliebri imperio gereretur. *Imperioſum enim,* inquit, *genus muliebre, & quod animi mores hominum ſubigere ſibi valde deſideret.* Quod & Iuuenalis deſcripſit [h],

*Hoc volo ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas,*
*Et clames licet, & mare cœlo confundas, homo ſum, &*
*Nil vnquam inuita donabis coniuge, vendes.*
*Hac obſtante nihil hæc ſi volet emetur:*
*Hæc dabit affectus, ille excludetur amicus*
*Iam ſenior &c.*

22 Poſtremò addi poteſt 15 regnum Iſrael & Iuda, non admiſiſſe fœminas, & vnam tantum Athaliam inueniri quæ tyrannicè aliquot annis, occiſa omni regia ſtirpe, vno dempto, imperauit.

Eſt & exemplum in Gallia & Francorum regno, in quo iure legis Salicę excludũtur à ſucceſſione eius & dignitate, & ignobiles & mulieres: Quorum exemplo alia regna & principatus componi debere videtur.

23 Et hæc videntur excludere à ſucceſſione principatuum regnorum & imperiorum mulieres, ſiue illæ tanquam proximiores filię: ſiue vt remotiores, ius ſuccedendi præſuponant ſibi deberi.

Cæterùm in contrariam ſententiam multa quædam alia videntur mentem & iudicium trahere.

a *iuxta c. 1. de forma fidelitatis in vſ. feud.*
b *§. f. an mutus vel alias imperfect. feudum retineat. lib. 2. tit. 36. & §. mutus, epiſcopũ vel abbatem feudũ dare non poſſe.*
c *c. 1. de eo qui arma bellica depoſuit, &c. qui clericus, ſi de feudo controuerſ. fuerit in libr. feudorum.*
14 Explicatur hoc paucis infrà nu. 95.
d *lib. 42. & 48.*
e *vt idem Dio refert lib. 57.*
f *libro 60.*
g *lib. 2. politicorum.*
h *Saty. 6. vbi ſtatum illum turbulentum depingit.*
15 hoc explicatur infrà nu. 96.

Primùm itaque ex lege diuina, non ita habendas deſpectui mulieres, vt à reipublicæ adminiſtratione & principatu, omnino & ſemper remoueantur, liquere etiam poſſe oſtendemus.

Siquidem Deus ab initio, ſi opus ſit rem ab exordiis repetere, & ita Dei voluntatem in vtroque ſexu authorando, promere, hominem creauit, maſculum & fœminam creauit illum, benedicítque illis, & ait communi benedictione, *Creſcite & multiplicamini & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram*. Geneſ. capite 1. verſ. 27. & 28. Matthæi capite 19. verſ. 4. Marc. 10. verſ. 10.

Quòd ſi quis contendat, ibi quidem vtrique ſexui dominationem datã in animalia, ſed non datam mulieri dominationem in homines, reſpondebo neque quoque, ibidem eandem dominationem in homines maſculis datam eſſe.

Etſi inſtet alibi datam homini poteſtatem ſeu viro, & ſi admittamus adhuc vrget cap. 2. Geneſ. v. 18. Vbi dixit Deus, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimilem ſibi.* Quare & fecit mulierem ex ipſius hominis non alterius rei ſubſtantia, non ex pedibus vt inferior eſſet, aut ex capite, vt præſtantior, ſed ex latere, vt æqualis in facultatibus hominis eſſet, vnde & appellatione hominis, vt etiam norunt iuriſconſulti, contineri mulierem vt virum [a].

a *l. hominis appellatione* 152. *de verbo. ſig. l.* 1 *§.* 1. *de libero homin. exhibẽ.*

Deus non excluſit in creatione naturam mulieris à principatu legitimo: neque ſolùm hominis ſexum voluit principatum in homines expreſſè habere. Neque obeſt quòd poſt peccatum dictum ſit mulieri, *Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui* [b]. quia ibi agitur non de poteſtate legali, qua etiam præſtantiores ſubiiciuntur non mulieribus: ſed agitur de poteſtate naturali, in qua eſt ordo, vt inferiores ſubiiciantur melioribus qui eos antecedunt, vt eſt ordo naturalis ille, vt marito vxor obtemperet in his quæ matrimonij iuris ſunt, & filius patri, in his quæ gubernationis naturalis ſunt [c].

b *Gen* 3. *verſ.* 16.

c *cap. eſt ordo* 33. *quæſt.* 5

24 Docet pluribus Ariſtoteles lib. 1. politicor. cap. 3. & 4. & lib. 3. cap. 4. & alibi. Item Cicero in paradoxis. Quibus & reliqui conſentire videntur authores.

Non idem eſſe dominationem, illam domini in ſeruos, mariti in vxorem, parentum in liberos, præſtantioris naturæ in infirmiores, & gubernationem reipublicæ, vt neque ſimiles ſunt inter ſe omnium principatuum gubernationes. Nam aliud liberorum ſecundum naturam, aliud ſeruorum eſt imperium. Et imperium in re familiari eſt vnius: nam ab vno regitur omnis domus. In republica verò liberorum & æqualium eſt gubernatio, & alia ſcientia regendi ſeruos, alia regendi vxorem, alia regendi filios, alia regendi rempublicam.

Habere poteſtatem regendi rempublicam & ſibi æquales homines, & facultatem imperandi & cogendi, hoc ex natura non eſt datum



datum homini: quia ex natura par in parem non habet imperium; fratres ſunt homines & mulieres, ab vno parente orti; difficiléque eſt inter homines vnum imperare poſſe, niſi adſit ſuperior & diuina authoritas, vt & nouit Plato.

Ordinatio Dei eſt, poteſtas in homines; vt ait diuus Paulus [a]. Ratio tamen naturalis & ſocietatis neceſſitas, exigit, vt docuimus ab initio aliquem conſtitui principem, ei obtemperari, & poteſtatem ei concedere liberam [b].

a *ad Rom. c.* 13

b *L. ex hoc iure de Iuſtit. & iur.* P.

Sed num potius viro quàm mulieri deferenda ſit poteſtas; hic non habere expreſſam eam deciſionem, vt nunquam mulieri deferatur, & Deus ipſe hoc non conſtituit in origine creationis: neque ex gentium iure ita ſeruatum vt nunquam imperare poſſit; quin contrà vt docebitur, & mulierum imperia admiſſa, nec à Deo reprobata fuerunt, alioquin legitimè data vel relicta.

25 2 Hominis & mulieris mens, ratio, actiones, & ſimilia ab anima pendent: in mulieribus autem & viris non datur diſtinctio ſexus earum animarum, vt vna in muliere dicatur fœmina, alia in homine maſcula: ſpiritus ſexu carent, ſexus quippe generationis eſt inſtrumentum, anima verò non generat animam; ſed ipſa indiuidua permanet. Quamobrem ſi anima mulieris capax ſit, vel ſuperiori donata extraordinaria virtute, vel aliter gubernationi reipublicæ, idonea: vel ſi ei gubernatio, dominatio, principatus, iuriſdictio, facultas, à Deo, populo, lege, moribus, differatur modis licitis & non reprobatis, cur obiiciatur ei ſexus non eſt facile obiicere, cùm ſexus generationi inſeruiat, hîc autem non agatur de ea facultate, ſed de alia quæ aliunde quàm ex ea parte pendeat. Ita apud Deum non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina. omnes enim ſunt vnum in CHRISTO IESV, ad Galatas c. 3. verſ. 28.

Nulli præcluſa eſt virtus, ait Seneca, ea omnes admittit, nec cenſum nec ſexum eligit, multæ auditæ & viſæ reginæ fortes, cautæ, caſtæ, quæ virilibus curis fœminarum vitia exuerant, vt refert Tacitus 6. Annalium.

26 Tertiò conati ſunt & Iuriſconſulti & Cæſares docere, lege naturali nullam conſtituendam eſſe differẽtiam quod pertinet ad prærogatiuas humanæ dignitatis, inter ſexum maſculorum, & fœminarum, aut in ſucceſſione bonorum.

c *in l.* 4. *de lib. præterit. lib.* 6. *c. tit.* 28.

Iuſtinianus ita [c], *Maximum vitiũ*, inquit, *antiquæ ſubtilitatis, præſenti lege corrigimus, quæ putauit alia eſſe iura ſeruanda in ſucceſſione parentum ſi ex teſtamento veniant in maſculis, & alia in fœminis* &c. *Qui enim tales differentias inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt, cur non totos maſculos generauit, vt vnde generentur non fiant.* &c. Et rurſum [d], probat legem 12. tabularum, perquam *bene humano generi proſpectum eſſet, quæ vnam conſonantiam, tam in maribus quàm in fœminis legitimis & in eorum ſucceſſionibus, necnon & in liberis, obſeruandã eſſe exiſtimabat nullo diſcrimine in ſucceſſionibus habito: cùm natura vtrunque corpus*

d *in l. lege duodecim tabularum,* 14. *de legitimis hæredi. eo. lib. c. ti.* 58.

*ediderit & maneat ſuis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat & vno ſemoto & alterum corrumpatur.* Vnde & axioma videtur colligere, vt quæ paria ſunt naturę iura eadem videantur & paria exigere. Plato [a] ſic etiam eleganter ait, *Nullum eſt inter eos qui ciuitatem adminiſtrant officium mulieris proprium: quà parte eſt, mulier eſt, aut viri propriũ quà vir: ſed æquè diſperſa in animãtibus vtriſque naturæ, & omnium quidem munerum natura particeps eſt fœmina, omnium & vir, quamuis in omnibus imbecillior viro eſt fœmina, & ita genus à genere ſuperatur. Mulieres autem multæ multis viris ad multa præſtantiores.*

a lib. 31 dialogo 5. de repub. ſeu de iuſto.

Iuſtinianus [b] in ſucceſſionis iure æquauit nepotes ex filia deſcẽdentes, nepotibus natis ex filio, non ferens fœminam à maſculo in talibus minui. *Neque enim,* inquit, *maſculus ipſe in ſe, neque fœmina ſolùm ad natiuitatis propagationem ſufficiens eſt. Sed ſicut vtrumque eorum coaptauit Deus, ad generationis opus, ita etiam nos eandem vtriſque ſeruamus æqualitatem.*

b in nouella 18 c. 4. §. neque ille de cætero, ti. de triente & ſemiſſe.

Idem rurſum imperator [c], improbat & emendat Armeniorum vt barbarum & naturæ aduerſam conſuetudinem, & ad Romanarum legum reducit obſeruantiam, cùm quod ad dotes, tùm quod ad ſucceſſionem qua excludebãtur apud illos mulieres. *Exiſtimauimus,* inquit, *expreſſa lege illud corrigere, quod malè apud illos Arabes delinquebatur, & non ſecundum barbaricam gentem, virorum quidem eſſe ſucceſſiones tam parẽtum quàm fratrum & alterius generis, mulierum verò nequaquam, neque ſine dote eas ad viros venire, nec enim à maritis futuris, quod barbaricè hactenus apud eos ſeruabatur, non ipſis ſolummodò hæc ferociùs ſentientibus, ſed etiam gentibus ita exhonorantibus naturam, & fœmineum iniuriantibus genus, tanquam non à Deo ſit factum, nec ſeruiat natiuitati, ſed tanquam vile & exhonorandum, & extra omnem competentem honorem.*

c nouella 21. de Armeniis.

Et generaliter idem, cognationis & agnationis diſcrimen maximè in ſucceſſionibus in fauorem filiarum & mulierum ſuſtulit [d].

d in nouella 118 c. 4. §. nullam verò de hæredib. ab inteſtat. venien.

27 Quartò, Leges inueniuntur quoque gentium, quæ admittunt fœminas æquè ac mares ad reipublicæ adminiſtrationem, & ad rem militarem exercendam, vt ſcribit Ariſtoteles [e] Socratem ſtatuiſſe in ſua republica, mulieres vnà pugnare debere, & eandem diſciplinam habere quã cuſtodes. Latius explicat Plato [f], *Eadem quoque de fœminis quæ & de maſculis lex mea ſanciet: eadem enim volumus ab vtriſque exerceri. Neque verebor dicere equeſtrem diſciplinam atque gymnaſticam ita mulieribus vt viris honeſtam eſſe. Hoc enim ex veteribus audiui fabulis fidémque adhibeo: Noſtris etiam temporibus non ignoro eſſe circa Pontum innumera mulierum millia Sauromantidáſque vocari, quibus non equorum modò, verumetiam arcuum cæterorúmque armorum æqualis cura cum viris & exercitatio ſit inſtituta. Sed rationem quoque ad hanc rem habeo. Aio equidem ſi hæc ita fieri poſſunt, ſtultiſſimum hoc in noſtris regionibus eſſe, vt non iiſdem ſtudiis mulieres ac viri, omni conatu conſenſúque dent operam: fermè enim ciuitas omnis hoc modo pro dupla dimidia fit ex eiſdem laboribus atque tributis, qui ſanè legiſlatoris error eſt mirus.* Et paulo pòſt, *Et puellæ quidem, ſaltare pugnaréque cum armis conſueſcant: mulieres autem caſtra mouere, ordines ſtruere, & arma ſumere atque deponere ſi nullius alterius rei gratia, attamen ſi res cogat, vt in militiam viri omnes proficiſcantur, poſ-*

e lib. 2. politic. cap. 4.

f dialogo 7. de legibus vel de legumlatore libro 34.

*ſint.*



*ſi quid aduerſi acciderit, ciuitatem defendere: vel ſi tanta hoſtium ſiue Græcorum, ſiue barbarorũ multitudo agros inuaſerit, vt neceſſe ſit mulieres quoque pro ciuitate arma capere quorum nihil eſt quod non facilè euenire poſſit. Magno certè reipublicæ vitio dandum eſt, ita ignauè mulieres educari, vt nec veluti aues quidem pro filiolis contra feroces audeant beſtias pugnare: moríque potius velint, cunctáque ſubire pericula, quàm ſtatim ad aras templáque confugere, opinionémque de genere hominum dare, omnium ignauiſſimum animalium eſſe.* Clinias, *Per Iouem, hoſpes, & dedecori hos, & detrimento eſt ciuitati.* Ath. *Legem igitur hanc ſanciamus, vt rem bellicam mulieres non negligant. Sed ciues omnes tam mulieres quàm viri, illi dent operam.* Clinias, *Sanciamus.*

28 Quintò leges à mulieribus latas quoque narrare poſſumus, quę & à poſteris ſeruatæ ſunt.

Vt refert Herodotus [a], aliquos ex Athenienſium Prytanneo progreſſos Caricas habuiſſe mulieres, quarum iam ante parentes interemerant, vt propter illam cædem mulieres Caricas, legem tuliſſe, quam iureiurando inter ſe firmauerant, & tradiderunt deinceps ſuis filiabus, quòd cum maritis nunquam cibum ſumerẽt, neque propriis nominibus compellarent, propterea quòd eorum patres maritos atque filios trucidaſſent, & cùm hæc patraſſent ſimul orbas ad concubitum rapuiſſent.

a Lib. 1.

29 Sextò Conſilium mulierum vtile aliquando fuiſſe gubernationi reipublicæ, exempla quoque fidem faciunt.

Celtæ authore Plutarcho [b], cùm ſuperatis Alpibus Italiam adirent, bellúmque inteſtinum inter ſe pararent, interuentu & precibus mulierum ad concordiam reuocati ſunt: ex quo nata apud eos conſuetudo quæ poſteris nepotibus hæſit, vt quoties de bello aut pace ſit eis conſultandum, & ſi controuerſia aduerſus ſocios inciderit, mulieres quoque in conſilium adhibeantur. Idipſum narrat Polyænus [c] atque addit, in fœderibus cum Annibale factis contineri: ſi de Carthaginenſibus Galli conquerantur, equitum præfectos & duces litem diremputuros: ſin de Celtis Carthaginenſes, iudicaturas Celtorum vel Gallorum mulieres.

b De claris mulieribus.

c Lib. 7. Strategematon in finali exemplo περὶ κελτῶν.

Iuſtinianus profeſſus etiam, ſe conſilium in lege condenda ſumpſiſſe à reuerendiſſima coniuge ſua [d]. Recenſet Liuius [e]. bono publico mulieres Romanas prodiiſſe in publicum, iam à principio regnãte Romulo cùm Capitolio à Sabinis capto, medio in foro collatis ſignis dimicaretur, & quòd intercurſu matronarum inter acies duas, prælium ſedatum eſt.

d In Nouella 8 c. 1. §. hæc omnia, titulo vt iudices ſine quoquo ſuffragio.

e Liuis lib. 34.

30 Nero Claudius initio ſui principatus & imperij, quod laudabile primum fuit, quanquam poſtea in tyrannidem declinauerit, matri Agrippinæ ſummam rerum publicarum & priuatarum permiſit: primo etiam imperij die, ſignum excubanti tribuno dedit, optimam matrem [f].

f Suet. in Nerone Claudio, cap. 9.

31 Quantũ profuerit Iſraeli ad victoriam admonitio Deborę, conſtat ex c. 4. Iudicũ. quam fœlix factum & conſilium Heſter ad ſalutem eiuſdem populi, de qua omnino deſperatum erat propter inſidias Aman, conſtat ex c. 6. Heſter. Validum & mirandum fœminæ Iudith

Nonne & Sapientia conſilij Abigailis laudatur, quo liberauit maritum à periculo mortis coniuratæ per Dauidem regem. 1. reg. cap. 25.

Saluberrimum reipublicæ conſilium vxoris Pythis, apud Polyænum [a].

[a] Lib. 8. Strategema.

Cùm enim Pythes, aureis metallis inuentis iuberet omnes ciues aurum inquirere, fodere, purgare, nullúmque aliud opus facere, neque in terra, neque in mari, & eam rem omnes moleſtè ferrent, quòd neque fructus haberent, nec quicquam aliud ad vitæ cultum facere poſſent, & conquererentur apud vxorem Pythis: illa iuſſit æquo animo eos eſſe, & conuocatis aurifabris præcepit eis, vt aureos piſces facerent, bellaria matura, obſonia, cibos, omnia ex auro. Cùm autem Pythes reuerſus à peregrinatione cœnam peteret, vxor auream ei menſam appoſuit, in qua nihil eduliorum erat, ſed omnia facta ex auro eduliis ſimilia. Cùmque Pythes collaudata artis efficione, poſtularet quod ederet, illa aliud quoddam aureum edulium ei adfert, & hoc iterum indignanti marito, ac fame ſe teneri dicenti, reſpondit, at tu omnem agricolationem & artificium ſuſtuliſti, & aurum inutile fodere iuſſiſti: quod nemini hominum vſui eſt, niſi fructus etiam ſeminatos & plantatos habeant, & hac prudentia vxoris Pythes edoctus metallorum omnium opera reliquit, & ciues ad agriculturam aliáſque artes vt antea dimiſit.

32 Plutarchus in vita Pyrrhi, recenſet Archidamiæ mulieris Spartiatæ in ſenatum cum gladio procedentis ſalubrem virorum obiurgationem & conſilium, & quomodo virili animo vnà cum mulieribus & virginibus operam in defendenda ciuitate Lacedæmona aduerſus impreſſiones exercitus Pyrrhi, ſumma cum eius laude nauarit.

33 Virilis narratur fortitudo à Xiphilino ex Dione in Nerone, mulieris Britannicæ regis proſapiæ, quæ dicta erat Bunduica, quæ rebellionem Britannorum contra Neronis exercitum in Britannia exiſtentem concitauit, & expugnauit duas ciuitates, in quibus occiſa octoginta millia ciuium cum ſociis, & inſula abalienata à Neronis imperio. Rurſúmque eadem pugnauit: contra Paulinum ducem Romanorum, cum exercitu ducentorum triginta millium militum.

34 Ochus qui & Darius nominabatur, rex Perſarum, vxorem potiſſimùm in conſilium adhibebat, Ctheſias Cnidius lib. 12. de reb. Perſicis teſte Plocio.

35 Herſilæ conſilio quæ Romulo nupſit, vel vt alij aiunt, Hoſtilio, Sabinæ bellum diremerunt, & patres maritis conſiliarunt, eiúſque conſilio inter Sabinas agitatum ferunt virorum permiſſu, ad Tatium regem & parentes aliquot fœminas ex ſuis popularibus mitterent, quę ſuppliciter de pacè cum his agerent: miſſáſque ita triginta numero matronas, à quorum nominibus ſunt totidem curiæ no-

minatæ



minatæ in vrbe [a], quemadmodum ſcribit Sabellicus libro tertio Enneadis 2.

36 Cùm M. Coriolanus, infeſtis Volſcorum ſignis, Romam properaret, & legatos omnes etiam pontifices pacem petentes, auerſaretur; Valerię Publicolę ſororis cōſilium ſalubre apparuit, quę hortata cæteras matronas vt Veturiam Coriolani matrem & Volumniā vxorem, vnà omnes adirent, eáſque precibus compellerent vt in caſtra ad Martium contenderent, vrbis excidium deprecaturæ. Quod fecerunt; & ita animus in patriam armatus, & implacabilis victus eſt, noctéque elapſa Volſcos reduxit. Liuius libro ſecundo. Plutarchus in Coriolano. Valer. Maximus libro quinto cap. 6. Polyænus lib. 8. ſtratagemat.

37 Sed ſubit antiquum Noachi ſapientiſſimi hominis & diuini factum, quem Deus in diluuio & eius familiam conſeruauit ex innumerabili mortalium multitudine, velut inuentum iuſtum in generatione ſua [b]. Geneſ. cap. 5. v. 5. Eccleſiaſtici cap. 44. verſu 17. Is autem cùm vidiſſet in Italia Comaros corruptos à ſceleſtiſſimo filio Chamo, iuſſit eos montana trans Ianiculum amnem colere, iuſſo Chameſe Italia excedere; atque illis filiam ſuam Cranam Helernam, id eſt ſuffragio ab his electam & exaltatam reginam, cum ſceptro Albam dedit, vt ſcribit Beroſus de regibus Babylonis, in Nino filio Beli Alba, ſunt faſces imperij cum virgarum faſcibus & ſecuri, & hęc certè fœmina & cui prudentiſſimus pater commiſit poteſtatem emendandi quæ filius infamis preſtigiis ſuis & ſceleribus corruperat, de qua meminit & Ouidius, ſed mendaciter dicit amatam à Noacho ſeu Iano & conſtupratam, ignarus hiſtoriæ Beroſianæ, quæ aſſerit illam fuiſſe non amaſiam, ſed filiam vltimo genitam cum Crano alio filio. Sic autem conſentire hiſtoriæ principatus Cranię Helernæ his verbis Ouidius, 6. faſtorum.

*Adiacet antiquus Tyberino lucus Helerno,*
*Pontifices illuc nunc quoque ſacra ferunt.*
*Inde ſata eſt Nympha, Cranam dixere priores,*
*Nequicquam multis ſæpe petita procis.*
Et paulo poſt,
*Viderat hanc Ianus, viſæque cupidine captus,*
*Ad duram verbis mollibus vſus erat.*
*Ius pro concubitu noſtro tibi cardinis eſto*
*Hoc pretium poſita virginitatis habe.*
*Sic fatus virgam, qua ſtriges pellere poſſet*
*A foribus noxas (hæc erat Alba) dedit.*

Ita dedit ei ius vertendi cardines coloniarum, principatuum, & caſtigandi ſtriges ac magos, à Cameſe factos.

38 Septimò inueniūtur mulieres quę in armis tractandis, & ad impellendos ad eadem animos præſtantiſſimæ fuerunt, nec viris inferiores, quemadmodum proditum eſt.

Fertur de Gambara, quæ mater Iboris & Agionis ducum Vnimillorum, qui poſtea Langobardi dicti ſunt, mulier fuit inter

barbaros & ingenio acris, & conſiliis prouida; cuius conſilio hi comitati pluribus, ad inquirendas nouas ſedes ex Scãdauia Balthei vel Baltici maris inſula exierunt, & bella multa geſſerunt vicerúntque, vt ſcribit Paulus Diaconus [a].

a lib. 4 de origine & geſtis Longobardorũ c. 2 & 7.

39 Celebre factum & virilis animi Perſarum mulierum, apud Iuſtinum [b]. Pulſa enim cùm Perſarum acies tempore Cyri & Aſtiagis paulatim cederet, matres & vxores eorum obuiam cucurrerunt, orantes in prælium reuerterentur, & cunctantibus ſublata veſte obſcæna corporis oſtenderunt, rogantes num in vteros matrum vel vxorum vellent refugere: qua repreſſi caſtigatione, in prælium redierunt, & facta impreſſione quos fugiebant, fugere compulerunt.

b Libro 1.

40 Sed fortius ingenium, mulieribus à Teleſilla Maſica muliere armatis. cùm enim Cleomenes Spartarum rex interfectis in prælio Argiuis viris vſque ad ſeptem millia ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem, iter Argos direxiſſet, vt per vim vrbem caperet, Teleſilla Argiuas armatas mulieres ad pugnam eduxit, quæ armatæ in propugnaculis ſtantes circumcirca muros tuentes, Cleomenem repulerũt. Demaratum verò alterum regem etiam expulerunt, & vrbem à periculo vindicarunt. Cuius memoriam inquit, Polyænus [c], in hodiernum vſque diem Argiui celebrant, & in νουμηνίᾳ μηνὸς ἑρμαίου, & in numenia cuiuſque menſis, mulieres virilibus tunicis & Chlamydibus, viros autem peplis muliebribus amiciunt.

c lib. 8. ſtrategem.

41 Meminit Appianus Alexandrinus [d], Bracarorum populos qui ad Nibenem amnem habitant, cum mulieribus armatis ex more proficiſci, & alacres nec ſibi parcentes in mortem ire, in pugna nunquam terga vertere, nec morientes lamentari.

d lib. de bello Hiſpanienſe.

42 Celebris illa libro Iudicum c. 4. Debora, ſine qua noluit mouere exercitum Barac filius Abinos contra Siſaram principem exercitus Iabin, quæque liberauit Iſraelem de manu Iabin regis Chanaan. Hæc erat Deo grata prophetiſſa, vxor Lapidoth quę iudicabat populum in illo tempore, atque in eodem capite celebratur fortitudo alterius mulieris Iahel, quæ inimicum Iſraelis fugientem Siſaram, clauo tabernaculi apprehenſo malleo, necauit.

Cтheſias & [e] poſt eum in eius excerptis Photius Græcus, tradunt, Cyrum cum Sacis bellum geſſiſſe, & Amorgem Sacarum regem Sparethræ maritum cępiſſe: eam autem Sparethram, capto marito, exercitum coegiſſe, bellúmque Cyro intuliſſe, & virorũ quidem trecenta millia, mulierum verò, ducenta in aciem eduxiſſe, Cyrum ſuperaſſe, viuúmque eum cum aliis multis cępiſſe. Simile factum propemodum ſtrenuum, narratur à Sigiſmundo Barone [f], de Olha: ea enim vxor Igoris principis Moſcouitarum, cum à Malditto Dreuulianorũ principe quodã in loco maritus fuiſſet necatus, íſque Maledittus miſiſſe ad eam 20. internuntios vt ſibi nuberet; eos viuos obrui iuſſit; ſuóſque poſtea miſit legatos ad Dreuulianos nimirum vt ſi ſe dominam & principem expeterẽt, plures ac prẽſtantiores proceres mitterent: & mox alios quinquaginta viros ad ſe miſſos in balneo cõbuſſit, alióſque legatos miſit qui aduentum ſuum nuntiarent, iuberéntque apparare aquam mulſam, aliáque ex more ad parentandum marito

e libro 7. rerũ Perſicarum.

f libro 1. rerum Moſcouiticarum.



rito neceſſaria. Porro ad Dreuulianos cùm veniſſet, maritum planxit, Dreuulianos inebriauit, & quinque millia occidit. Mox Chioniã rediens, vicit Dreuulianos: fugientes in caſtrum proſequuta obſidione ad integrum annum preſſit. Poſtea interpoſitis cõditionibus, tributum illis de qualibet domo, tres videlicet columbas, tótque paſſeres imperat, acceptáſque in tributum aues, continuò alligatis ſub alas igneis quibuſdam inſtrumentis, dimiſit. Columbæ autem reuolantes ad ædes conſuetas, caſtrum incenderunt, quo inflammato, diffugientes, aut occiſi, aut capti venditi fuerunt: & ſic occupatis omnibus Dreuulianorum, mariti mortem vlta eſt.

43 Imperarunt aliæ æquè fœliciter, & exteras nationes ſubegerunt: imò ſuperarunt armis & victoriis quædam mulieres, reges anteceſſores & ſucceſſores. Mirabile ſpectaculum illud in Semiramide vxore Nini, poſt cuius obitum mentita ſexum & puer credita ab initio, magnas res geſſit: quarum amplitudine ſuperata inuidia, quæ eſſet faſſa eſt, quémve ſimulaſſet. *Nec hoc*, inquit, Iuſtinus [a], *regni dignitatem ei ademit, ſed admirationem auxit, quod mulier non fœminas modò virtute, ſed etiam viros anteiret. hæc Æthiopiam regno ſuo Aſſyrio adiecit, Indiæ bellum intulit, quò præter illam & Alexandrum Magnum nemo intrauit, regno 42. annis potita.* Columnæ facta eius hæc egregia & alia multa, ſcripta fuiſſe, refert Polyænus [b].

a in 1.

b lib. 8. Stratagem.

44 Qualis fuerit illa Maſſagetarum regina Tomyris, quæ mortuo marito, Medorum regem Cyrum cum exercitu Perſarum innumero fudit, nemo eſt qui ignoret, qui legerit Herodotum [c]. Et Iuſtinum [d].

c in 1.

d in 1.

45 Strenua regina Cariæ Artemiſia, quæ cum Xerxe rege aduerſus Græcos militauit, cui primam etiam palmam naualis pugnæ ad Salaminem factæ, rex detulit, & in ipſo tempore dum prælium committeretur, rex videns eam ſtrenuè pugnare, viros autem timidius, exclamauit, ô Iupiter, ex viris mulieres feciſti, & ex mulieribus viros! Polyænus [e].

e lib. 8. Stratagemat.

46 Refértque ſtatim idem author, Taniam Zenidis Dardaniarum vrbium principis vxorem, defuncto marito, regnum Parnabazis auxilio gubernaſſe, ipſam ad pugnas curru vectam præcepta pugnantibus dediſſe, ordines inſtruxiſſe, victoriæ præmia pro dignitate militibus diſtribuiſſe, nullum ex hoſtibus vnquam eam ſuperaſſe.

47 Iuſtinus ex Trogo, cum de Scythis agit [f], tradit non minùs illuſtria initia quàm imperium habuiſſe Scythas, nec virorum imperio magis quàm fœminarum virtutibus claruiſſe. quippe cùm ipſi Parthos Bactrianóſque, fœminæ autem eorum Amazonum regna condiderint, prorſus vt res geſtas virorum mulierúmque conſiderantibus, incertum ſit vter apud eos ſexus fuerit illuſtrior. Multa de Amazonibus, imperio & armis tradit Diodor. Sicul. lib. 3. c. 4. eadem tribuuntur arma & imperia mulieribus iuxta Mœotim in Europa degentibus, Sauromatis, ab Hippocrate lib. de aere aquis & locis.

f lib. 2. in principio.

48 Meminit Pauſanias [g], Archidami regis Lacedæmoniorum

g lib. 3. in Laconicis.

habuiſſe filiam Cyniſcam nomine, quæ ad Olympicas victorias virili animo aſpirauit, & primam fœminarum inter illos equos aluiſſe, & olympicam palmam tuliſſe. Poſt eam & alias, in primis verò è Macedonia nonnullas fuiſſe victrices in Olympicis renunciatas: quanquam ſciam Eteos mulieribus in hac parte inuidiſſe, & lege cauiſſe fœminas de ſaxo Tipœo deiici, quæ ad Olympicos ludos penetraſſe deprehenſæ fuiſſent, vt idem Pauſanias ſcribit lib. 5. in Eliacis.

49 Recenſet & deinde lib. 8. in Arcadicis, Laconico bello, cùm primus Charillus Lacedæmoniorum rex cum exercitu in Arcadum fines inuaſiſſet, fœminas arreptis armis ſub collem ſubſediſſe, quem ætate noſtra inquit, Phylactridem, id eſt, præſidiarium vocant: congreſſis verò ad pugnam exercitibus cùm viri vtrinque præclara, & memoratu digniſſima ederent facinora, poſtremò fœminas ſubita eruptione ex inſidiis facta, in fugam Lacedemonios ipſę vertiſſe: virtute quidem fœminas anteiſſe cæteras, prædicant Marpeſſam, cui viduæ cognomen fuit, & captum in pugna ipſum Charillum tradunt.

50 Inter Indos gens Pandæ habuit regna fœminarum: primam autẽ fuiſſe reginam Pandarum; Plinius lib. 6. c. 20. tradit filiam Herculis, ob ídque gratiorem præcipuo regno donatam, & ab ea ducentes originem imperitaſſe trecentis oppidis, & centum quinquaginta millibus peditum, & quingentis elephantis.

51 Idem Plinius lib. 6. c. 29. In Ægypto & Meroe regnaſſe fœminas à tempore Candacis, cuius nomen in poſteras tranſiuit. & [a] tradit inſulam in Nilo Semberritarum reginæ parere.

*a in c. 30. eiuſdem libri.*

Meminit ſacra pagina de regina ſapientiſſima Saba, quæ venit audire ſapientiam Salomonis [b], quam obiicit incredulitati Iudæorum Dominus, eámque in iudicium aduerſus eos futuram, & nominant reginam Auſtri [c]. meminit & de regina Candace Aethiopum c. 8. actuum Apoſtolorum verſu 27.

*b 3. Regum c. 10. & c. 11. & 2. paralipomenon c. 9.*
*c D. Matt. c. 12. verſ. 42. & Lucæ c. 11. verſ. 31.*

52 Scribit Arianus [d], in Aſia receptum fuiſſe à Semiramidis tempore, vt & vxores regum poſt mortem illorum regnent. Et hoc ferè in omnium regnorum conſenſu receptum eſt, in quibus principatus ex ſucceſſionis probata à populo lege, primùm, vel expreſſè, vel tacito diutino conſenſu, ad proximos defertur vt fœminæ etiam ſuccedant, in illis potiſſimùm deficientibus filiis, vt in Scotia, Anglia, Hiſpania, Amorica, & alibi, vbi lex regni vel principatus non eſt expreſſa excludens fœminas, qualis eſt in Gallia, vt dixi de omnibus alibi [e]. Extat & teſtimonium Orſinis Paſargadarum Perſicorum Satrapæ, dum calumniis Bagoæ ſpadonis ab Alexandro, cuius erat ſcortum, occumberet. *Audieram*, inquit, *in Aſia olim regnaſſe fœminas: hoc verò nouum eſt, regnare caſtratum* [f].

*d lib. 1. de geſt. Alexan.*
*e lib. 6. ſyntag. iur. c. 12.*
*f Q. Curtius li. 10. de geſt. Alex.*

53 Zenobia Odenati regis vxor, occiſo marito & cùm paruuli eius filij eſſent Hernianus aut Herennianus & Timolaus, ipſa ſuſcepit imperium, diúque rexit, non muliebriter neque more fœmineo, ſed non ſolùm Galieno qui erat imperator, melius imperare

potuiſſet.



potuiſſet, verùm etiam multis imperatoribus fortiùs atque ſolertiùs [a]. Hæc Zenobia Palmyreorum regina ſecundùm Trebellium Pollionem, Græci Ægyptiíque ſermonis fuit peritiſſima, Latini non ignara, quæ ſcripſerit epitomen in orientalem Alexandrinámque hiſtoriam, & elegantiſſimas ad milites ſuos plerunque habuit, quas galeata recitabat.

*b Iulius Capitolinus in Galienis.*

54 Scribit Herodotus [b], in pugna nauali ad Salaminem contra Perſam, Artemiſiam quoque Cariæ reginam à partibus regis ſtetiſſe, & Triearchis Athenienſium præceptum fuiſſe vt eam caperent, propoſitúmque premium decem millium drachmarum ei, qui viuam cœpiſſet, indignè ferentes mulierem aduerſus Athenas militare, verùm illam aſtu aufugiſſe, irritáque vota illorum ſua virtute effeciſſe.

*b lib. 8.*

55 Tirgatao mulier bellicoſa Heccatæi regis Indorum vxor, quæ cùm à marito, Satyri Boſphori tyranni iuſſu occidi deberet, quò is Satyri, qui eum regno eiectum reſtituerat, filiam duceret, & Hæcateus præ amore non poſſet, in cuſtodia tamen eam iuſſiſſet vitam agere: clam cuſtodibus aufugit, perueniénſque ad Ixomatas cognatos: bellicis incurſionibus Heccatæi regionem infeſtauit, Satyríque regnum vaſtauit, vt pacem vtrique petere coacti fuerint, & obſidem Satyri filium Metrodorum dare [c].

*c Polyænus li. 8.*

56 Sed & Phedalia, Byzantis Thracis vxor, Stroebum viri ſui fratrem, cùm ciues abeſſent, vrbi inſtruentem inſidias, coacta fœminarum manu, ad portum vſque, qui inde mulierum dictus eſt, ad Leoſthenem ſinum, inſectata fudit [d].

*d Cælius li. 14. antiquarum lectio. c. 1.*

57 Refert Polyænus libro 8. de Cyane Philippi filia, ſorore Alexandri Magni, quàm fœliciter & cum laude arma tractauerit.

58 Mauuia Sarracenorum regina bellicoſiſſima, ruptis poſt mariti obitum cum Valente imperatore Romano ictis fœderibus, cum Palęſtinis & Syris bellum ſtrenuè geſſit, Romanos duces ſæpius fudit, neque pacem facere voluit, niſi Moſes Sarracenicus heremita, qui ab Arrianis proſcriptus circa Alexandriam & Paleſtinam ſolitarius degebat, gentis ſuæ epiſcopus crearetur [e].

*d Rufinus lib. 2. ca. 6. Socra. li. 4. c. 36. Theodoretus li. 4. c. 23. Sozom. li. 6. c. 38.*

59 Hetha bellicoſa mulier, à Ringone rege Sueonum Danis præfecta, vt aiunt Saxo Grammaticus [f], & Crantzius [g].

*f lib. 8.*
*g lib. 1. Vandaliæ c. 12.*

60 Valaſca, quæ ſucceſſit Lybuſſæ filiæ Crocci Boemorum duci, ad fortitudinem virgines & matresfamilias cohortata vna eadémque nocte maritos occiderunt, dehinc cum exercitu fœminarum aliorum victrix virorum, & ſeptem annos Boemiam imperio & dominio muliebri ſubiecit [h].

*h Aeneas Syluius in hiſtor. Boemica, Dubrauius lib. 2.*

61 Marguerita Valdemari III. Danorum regis vnica filia, Aquino Noruagiæ rege, ex qua paruulum ſuſceperat Olauum, mortuo pariter, duo regna rexit, animo & conſilio pluſquàm muliebri. Atque cùm anno Domini 1389. Albertus Dux Magnopolenſis, rex Sueciæ munitionem exercuiſſet oportuno loco, vnde poſſet Danorum in ſua tranſitum arcere, regina aduerſus nouam arcem regis, in ſuo ſolo erexit pariter aliam, vnde commeatus poſſent intercipi, bellóque indicto in tranſeunda palude

cœpit regem cum filio, & in arctiſſimam recluſit per ſeptem annos cuſtodiam, donec liberatus tandem dimiſſionem regni pactus, cuius maiorem iam partem regina occupauerat: vt vna fœmina tribus imperitaret regnis.

62 Bello Venetis à Mahomete Turcarum rege moto, cùm claſſis ingens Mithylenas adorta eſſet, Coccinúmque oppidum oppugnare cœpiſſet, anno Domini 1474. Virgo Marulla, vt patrem inter pugnantes occubuiſſe conſpexit, ciuiúmque aciem ad fugam ſpectare: paterno clypeo gladióq. correpto, hoſtes iãiam irrupturos à muris repulit: ob quæ ab Antonio Lauretano Venetæ claſſis imperatore, maiore pecunia, à legatis verò, ſingulíſque nauium præfectis, aureo numo donata eſt, cum optione, vt ex fortibus viris ſumeret eum, quem vellet in maritum, pollicente Lauretano fore, vt mox dotem ex publico acciperet, nec minùs etiam hæc fortis & ſtrenua quàm ſapiens & prudens apparuit, cùm reſpondit: habere oportere ſe rationem, non ſolùm fortitudinis, ſed etiam probitatis: neque vlli ſe prius nupturam, quàm planè exploratum haberet, qualis ille quem optaret futurus maritus eſſet [a].

[a] *Vt tradunt Sabellicus lib. 19. decadis 3. & lib. 7. emēd. 10. Æneas Syluius c. 74. Aſia. Cælius Rhodig. lib. 13. c. 33.*

63 Sunt alia plura mulierum ſtrenuè acta militaria, quæ ſi referre cogerer, librum potius quàm breuem narrationem inſtitutam conderem, idcirco prætermiſſa facio: & vnum exemplum noſtræ Galliæ referre ſufficiet. Quo tempore enim Anglus rex, Philippi Burgũdiorum regis auxilio, Lutetiam, Carnutes, Tricaſſes, Normaniam totam, ſub Carolo 6. Francorum rege occuparet, & eo mortuo, cum Carolo 7. eius filio, debellare conatus ad Ligerim vſque imperium protendiſſet, & Aurelianum graui obſidione premeret, Carolum Byturigum regem per ludibrium vocans, Iohanna puella, Iacobo Arco patre orta, inope paſtore, in pago, in finibus Lotaringorum qui Dampremum dicitur, cùm nondum quindecimum annum ſuperaſſet, propter admirandas viſiones fatidica putabatur. Quare à Carolo tunc Lotharingorum principe ad Robertum Baudiri curtum in Vallicore Gallorum ducem: ab ipſo ad Carolum regem miſſa fuit, cui victoriam cùm polliceretur, non à principio fides ei adhibita, donec in multis quæ futura prædicebat verax inuenta, & ita fidem adepta, tandem Gallici exercitus imperium ſuſcepit ingenti equo inſidens, voce geſtúque à vero duce non differēs, Aurelianum ab arcta obſidione liberauit, vulnus in humero accepit: Trecios contra omnium ſententiam adorta cœpit, Carolúmq. diademate vt moris eſt Rhemis inſigniri iuſſit. Salutíſque anno 1429. Pariſiorum vrbem oppugnans, prima muros conſcendit, ſed crure ſagitta traiecto, ab incepto deſtitit, & poſt multa præclara edita facinora in poteſtatem hoſtium venit, qui eam Rotomagum ducentes inuidi tantæ virtutis eam tanquam ſuperſtitionis magicæ inſimularunt, & quòd induta eſſet virilibus veſtimentis, & vt ſe liberarent tam potente & ſtrenua aduerſaria, igni eam cremarunt. quam tamen vt diuina ope fultam & rectam admirantur Pius Pontifex maximus, Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, Paulus Æmilius libro 10.

Bon-



Bonfinius lib. 8. decad. 3. Polydor. Virgil. lib. 23. hiſtor. Angliæ. Iohannes Gerſon, proprio opuſculo contra Anglos de ea edito, multíque alij, quos vel non vidit vnus qui ſe hiſtoriographum Galliæ audet dicere, qui fabulam exiſtimat impudenter Iohannæ hiſtoriam, nec eam fuiſſe arbitratur: homo peior Anglis ipſis, qui idipſum fatentur, & vidi ego in Lotharingia eius familiæ proximos, habe óque penes me proceſſum iudicialem ab Anglis contra illam factum, ſententiámque authenticè deſcriptam quæ certè me mouent, cur exiſtimem in huiuſmodi mendaces hiſtoriographos eſſe inuehendum iuſtiſſimè, niſi ignorantiæ aut malitiæ alterius, ad cuius nutum voluerunt falſò illa perſuadere tribuamus. Sicuti dum alio loco idem hiſtoriographus ſcilicet, impudentius negauit vllam eſſe aut fuiſſe legem Salicam Francorum, vt alibi docebo.

64 Et hæc aliáque plura adferuntur, quibus quæſtio illa, an ſexus mulierum idoneus ſit ad imperandum & gerendam rempublicam, controuertitur. Expectat autem lector, vt nos qui de ea concludamus, nunc poſt controuerſa exponamus. Quare ne deeſſe illi videamur: & in hoc, quid ſentiamus proferre, (ſuum tamen cuique liberum relinquentes iudicium) non recuſabo, ídque paucis cum ad alia, inſtitutus de principe ſermo, tranſire impellat.

Videtur itaque quæſtio hæc eſſe de adiaphoris, quæ per ſe conſideratis perſonis maris & fœminæ, poſſit aſſerere & mulierem eſſe idoneam & non idoneam dominationi, non minus quàm hominem poſſe & non poſſe eſſe idoneum. vitioſi, tyranni, feroces, crudeles, auari, indigni ſunt qui imperent: mulieres tales quoque. At vt boni & electi, & ſecundum leges vocati, iuſtè imperant: de mulieribus nihil eſt quod idem dici prohibeat. Hominis appellatio ad vtrumque ſexum pertinet: mulier ex homine; & rurſum homo ex muliere; vt homo ad generationem neceſſarius eſt, ſic & mulier cùm ſine ea non fiat generatio: mulieres proinde ac viri, ex commixtione maſculi & fœminæ oriuntur. vtriſque & viris & fœminis Deus dedit animas ſine ſexu, vt dictum; & omnes vult ad agnitionem veritatis venire: non diſtinxit mandata Decalogi alia pro viris, alia pro mulieribus, quia & commune regnum, æternámque ſalutem vtrique ſexui præparauit, vtrumque ſexum redemit.

Omnium regum reginarum, virorum & mulierum, eiuſdem generis conceptio, natiuitas, vita communis, communia omnibus quatuor elementa, terræ poſſeſſio, habitatio, forma conſeruandi vitam per eſcam, potum, omnibus etiam communes morbi, corruptio, mors, vermes, putrefactio, & tandem in puluerem reductio.

Deus dixit non eſſe bonum hominem eſſe ſolum, & mulierem eſſe illi adiutorium ſimile, os ex oſſibus, carnem de carne [a]. Quamobrem cùm hęc ex Dei lege & natura communia ſunt, viro & mulieri, neque ex Lege Dei & inditæ naturæ, auſim in minoribus ſeparare

[a] *Geneſ. c. 3.*

ſexum,vt potiùs viro quàm mulieri eáque repulſa in genere, imperium & poteſtas concedi debeat, exceptis iis quæ ſpeciali lege prohibentur mulieribus. Quemadmodum neque abſque blaſphemia, quis pronunciaret, viris permittenda eſſe quæ tantùm ex lege diuina vel naturæ, mulieribus propria conſtituta ſint. Et proinde non hîc ſunt confundenda quæ viris propriè Deus vel natura conceſſit: aut ſolis mulieribus, cum communibus, & quæ communia eſſe poſſunt, éſtque cardo diſputationis, num lex diuina repugnet, aut naturæ mulierum imperio politico. Nõ enim agimus hîc de alio imperio quod ſeparari debet ab hac quæſtione.

65 Conſtat itaque ſi agamus de matrimonio, iam legem Dei admittendam, vt mulier ſit ſubdicta viro, in lege ſcilicet coniugij, propter rationes quæ pro contraria ſententia adductæ ſunt[a].

*a ſuprà numero 1.2. & 3.*

Sed non repugnat mulierem eſſe viro ſubditam, & ita regnum eius moderari per conſilium viri; & mulierem quæ virum non habet imperare aliis quàm viris, & gerere rempublicam eo modo quo cæteri viri ſolent regere, & per ſe, & per alios viros cum conſilio. lex diuina hoc non prohibet, lex naturæ non reddidit mulieres ſine mente, non produxit ſine anima, aut incapaces rationis, aut prudentiæ, ſine libero arbitrio, loquor in genere de ſexu. nam ſi ad indiuidua perueniendum eſt, tunc vt plures inuenies mulieres minúſque idoneas, ita & plures viros.

*b ſuprà num.3.*

66 Dum dicitur verò[b], hominem non mulierem factam eſſe ad imaginem Dei, & ideo imperare virum, in ca. hæc imago, 33. q. 5. & ſimilibus, illud dictum à diuo Auguſtino ad confirmationem ſubiectionis vxoris, vt ſit ſubdita viro.

Neque enim D. Paulus 1. ad Corinth. c. 11. ait, mulierem non eſſe imaginem Dei. ſic enim verba eius ſe habent verſ. 7. *Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro, etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Verumtamen neque vir ſine muliere, neque mulier ſine viro in Domino.*

In aliis ad imaginem Dei quoque, vt hominem fecit Deus mulierem. ſic enim dictum eſt Geneſ. c. 1. verſ. 26. *Et ait Deus, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram &c. & verſ. 27. Et creauit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos.*

Vir Dei gloria, & gloria viri mulier, quia Deus non gloriatur per mulierem ſicut per virum. nam per mulierem prima præuaricatio eſt inducta. ſic explicat gloſſa final. ad d. ca. hæc imago, & ita diuus Ambroſ. in epiſtolam 1. ad Corinthios ait. propter reatus originem, mulierem in eccleſia velare debere caput coram epiſcopo, qui eſt vicarius Dei. relatus in ca. penul. 33. q. 5.

Cæterùm & ea quæ faciunt hominem dici ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei, creatum, habent locũ in muliere, vt liquet ex his quę tradit Magiſter ſententiarum[c]. *Factus eſt ergo*, inquit, *homo ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſecũdum mentẽ, qua irrationabilibus antecellit. Sed ad imaginẽ ſecundum memoriam, intelligentiã, & dilectionẽ ad ſimilitudinem ſecundum*

*c li. 2. diſtinct. 16. artic. d.*





*innocentiam & iuſtitiam quæ in mente rationali naturaliter inſunt, vel imago conſideratur in cognitione veritatis: ſimilitudo, in amore virtutis, vel imago in alijs omnibus, ſimilitudo in eſſentia, quia & immortalis & indiuiſibilis eſt.* Et Auguſtinus lib. de quantitate animæ, *Anima facta eſt ſimilis Deo, quia immortalem & indiſſolubilem fecit eam Deus.* Eo pertinent quæ tradit D. Auguſtinus lib. de ſpiritu & anima c. 10. & li. 2. de verb. Domini, ſermo. 63. Origenes lib. 3. περὶ ἀρχῶν, cap. 6.

Idem autem Magiſter ſententiarum ſacrorum Patrum, diſt. 18. dum de formatione mulieris diſputat, art. 6. ait, imaginem Dei in homine apparuiſſe, quia quemadmodum ab vno Deo homo vnus creatus principium generationis: ita ab homine mulier: & ideo etiam ab vno homine, omnes voluit eſſe Deus, vt dum cognoſcerent ſe ab vno eſſe omnes, ita ſe quaſi vnum amarent. Iuxta Auguſt. lib. 12. de ciuita. Dei c. 26. & li. 9. de Geneſi ad literam cap. 13. Origenes etiam[a] ſic explicat. *Finis omnium*, inquit, *à quamplurimis etiam philoſophis hoc modo terminatur, quia ſummum bonum ſit, prout poſſibile eſt ſimilem fieri Deo. Sed hoc non tam illorum inuentum, quàm ex diuinis libris ab eis ſumptum puto. Hoc námque indicat Moyſes ante omnes, cùm primam conditionem hominis enarrat dicens, Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Tunc deinde addit, Et fecit Deus hominem ad Dei imaginem, fecit eum, maſculum, & fœminam fecit eos. Et benedixit eos. Hoc ergo quod dixit ad imaginem Dei fecit eum, & de ſimilitudine ſiluit: non aliud indicat, niſi quòd imaginis dignitatem in prima conditione perceperit: ſimilitudinis verò perfectio in conſummatione ſeruata eſt, ſcilicet, vt ipſe ſibi eam propriæ induſtriæ ſtudijs ex Dei imitatione conſciſceret: quum poſſibilitatem ſibi perfectionis diuinitus datam per imaginis dignitatem, in finem demum per operum expletionem perfectam, ſibi ipſe ſimilitudinem conſummaret.*

*a Li. 3 de principiis ſeu περὶ ἀρχῶν, cap 6.*

67 Secundum verò fundamentum quod aduerſarium ducitur. ſuprà numero 4. à natura, quòd ſexus muliebris tanquam infirmior natura ſeruiat, & non imperet, & maiorem oſtendit eſſe dignitatem in ſexu virili, indéque & ruinam minari imperia imò & ſeculum, cùm mulieres dominantur, vel virilia officia peragunt, videtur equidem primo congreſſu deturbare fœminas à poteſtate imperandi, vt & mollities earum, ex qua & effœminati, impares dicebantur imperio.

Cæterùm, ſi hæc acutè & non ex vulgi ſententia, aut perſuaſione anticipata perpendantur, leui manu reiicientur: & ſi repetamus animo quę paulo antè diximus, nos non agere de imperio, vel poteſtate naturali qua debilius ſeruit & fortius imperat. Nam ſæpe ſubditi, vel quidam illorum ſunt, prudentiores ipſis imperantibus, & conſiliarij principum cautiores & ſapientiores principe ipſo, & duces exercitus quæ mouent arma ſub principum iuſſu ipſis principibus etiam viris ſunt fortiores & peritiores: & tamen nemo dixerit principatum ideo adimendum principibus, quòd inferiores in his ſint ſubditis.

68 Obiiciunt mulieroſos & effœminatos non eſſe idoneos regno

& principatui. Certè ſatius eſt mulierem imperare, quàm virum effœminatum. nam videre virum effœminatum, nihil aliud eſt quàm videre corruptam naturam hominis in homine, & viro: at videre mulierem imperantem, nihil ineſt corruptionis, ſed potiùs perfectionis, & maximè ſi benè imperet.

Dehinc 2. quid intereſt, mulierem per ſe imperare, aut imperare viros qui mulieribus obtemperent, & eis obnoxij ſint? certè nihil, aut propemodum nihil: vt ait Ariſtotel.[a]

a *Lib.1.politic.*

At accidit ferè omnibus viris militaribus bellicoſiſque gentibus, præterquam illis qui turpiſſimè coitum maſculorum palam admiſerunt, vt mulieribus obnoxij eſſent: vnde videtur, qui primus fabulatus eſt, non irrationabiliter venerem Marti coniunxiſſe, quoniam huiuſmodi homines proni ſunt ad venerea, aut maſculorum aut mulierum. vt ait idem Ariſtotel.[b]

b *Lib.2.politicor.cap.7*

69 Nec eſt argumentũ validum ab his quæ permittuntur mulieribus & quæ nunc agunt, & aſſuetæ ſunt agere, ad prohibenda ea quæ etiam agere poſſunt. Nam quæ mulieres ſedentariæ, agunt nunc ex conſuetudine & ex more locorum, nec ex ſola natura agunt; ſed quia in his ſe exercuerunt, & alia non didicerunt: nec ſequitur quod ad alia diſcenda & tractanda non habeant ingenium. nam vt antè docuimus alibi, mulieres arma tractare diſcunt, & viris in hoc æquantur, quia in illis aſſueſcunt cum diſciplina. neque matronæ ſemper aut omnes fœminę ſolùm tractare colum, aut fuſum, aut penſum, aut acum, conſuetæ fuerunt: ſed & bonis diſciplinis, vnde conſulere poſſent & ſibi & rei publicæ fuerũt eruditę, & venationi, & agriculturæ, & laboribus ingenij, & corporis: quæ ſi fuiſſent contra naturam ſexus, nunquam vel non tam frequenter aut non niſi pro monſtro, & aliquando, contigiſſent. Iam de armis ſuperius tractatis à fœminis exempla propoſuimus, de diſciplinis & literarum artiúmve peritia, plura in medium adferre poſſumus, pauca tamen producam.

70 Theano Metapontina, vel Thuria Pythagorica, filia Leophronis fuit philoſopha eximia, quæ & plura ſcripſit, vt refert Suidas, ibique alias duas Theano nomine, & philoſophiæ Pythagoricę peritiſſimas, & poematon artifices.

71 Et Corinna, vt idẽ in ea Suidas meminit, Archelodori & Procatiæ filia, Thebana ſiue Tanagræa, diſcipula Myrtidis, cognomento muſa Lyrica, ita perita, vt quinquies feratur certamine carminum Pindarum viciſſe, quæ & 5. libros epigrammaton edidit, & leges Lyricas.

72 Didimus libro de philoſophia Pythagorica, refert Theano Crotoniatidem primam ex mulieribus eſſe philoſophatam, nempe apud Græcos, & edidiſſe poemata, vt & ſcribit Clemens Alexandrinus[c].

c *Li.1.ſtromaton.*

73 Fuit Aſpaſia, mulier doctrinæ fama clara in ſtudiis philoſophicis abundè, vt & Rhetoricis inſtructa, Periclis magiſtra & vxor[d]. Fuit Diotima, quam magiſtram Socrates appellauit, vt Aſpaſiæ lectio-

d *Vt ſcribit Plut. in Pericle.*

e *In Sympo. & Menex.*



ctionibus ſæpe interfuit. vt Plato teſtis in Sympo. & Menex. omitto alias ſimiles, & vates, & præclaris titulis ob virtutes exornatas, quia iam de illis ſcripſit Textor in officina, Bocacius & alij.

74 Solebant veteres puellas erudire liberalibus diſciplinis, vt ſcribit Liuius[a]. Galieni Imperatoris temporibus, puellæ & viduæ Plotini philoſophi ſcholam diſciplinæ cauſa frequentabant.

Meminit huius inſtituti, Iulianus Iuriſconſultus[b], & Gordian. imperator[c]. Caſſiodor.[d]

75 Alexandria in ciuitate, quædam fuit fæmina Hipatia nomine, patrem habens Theonem philoſophum, à quo inſtituta, tantum diſciplina excelluit, vt non ſolùm temporis ſui, verùm etiam eorum qui antea extitiſſent philoſophos ſuperarit, vt in Platonica ſchola, à Plotino deducta ſucceſſerit[e]. Hæc vt ingenio prudens, ita & caſta, nec mollis: quin & ſollicitata ſtupri à venuſto iuuene, cùm non poſſet iuuenem diſſuaſionibus auertere à ſui concupiſcentia, pannum menſium ſuorum protuliſſe, & fœditate inconceſſi libidinoſi coitus commonſtrata, illum abſoluiſſe ait Suidas.

a *Lib.3.de virginia Plin.li.1.epiſt.17. Athenæus lib.13. Lucianus libro περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Plutarchus περὶ παιδῶν ἀγωγῆς.*

b *in l. qui filiis hæredem 4. vbi pupill.educa.debeat, lib.27. P. tit.2.*

c *In lib. ſi paterno 15. de negot.geſt.C.li.2. tit.19.*

d *Lib.4.variarum epiſt.1.*

e *Nicephor. Callix. lib.14. hiſtoria ca.16. Socrates lib.11 hiſtoriæ tripartitæ cap.12.*

76 Athenais Leontij philoſophi Athenienſis filia, apprimè in omnibus diſciplinis, & philoſophia omni actiua & contemplatiua, item mathematicis, geometria, arithmetica, aſtrologia & aliis erudita, & quæ à patre Leontio exhæredata eſt, inſtitutis duobus filiis Ælio & Valerio, dicente, fortunam filiæ & gratiam quam ex doctrinæ conſecuta eſſet ei ſufficere, quod & contigit. Nam cùm ea ad Pulcheriam ſororem Theodoſij imperatoris, de fratrum iniuria conqueſtura veniſſet.

Pulcheria eius ingenij dexteritatem admirata, perſuaſit ei vt Chriſtianiſmum coleret, & per Atticum epiſcopum baptizari curauit, & impoſito nomine Eudociæ, & in filiam adoptauit, & poſtea fratri ſuo Theodoſio in vxorem dedit. Quamobrem deinceps Eudocia vouit, vbi nuptiæ filiæ ſuæ Eudoxiæ cum Valeriano Placidæ filio imperatore Romano factæ ſunt, ſe Hieroſolymam adituram, vt ſimul & loca ſancta veneraretur, & debitas Seruatori ob innumerabilia ab eo accepta dona, ageret: quod & fecit, & ibi multa egregia opera edidit, vt tradit Nicephor Calix. libro 14. hiſtoriæ capite 23.

76 Qui dicunt mulieres molles eſſe, eò recidunt quò præcedentes, qui eas non idoneas laboribus dixerunt & armis, eadémque reſponſione illis ſatisfieri poteſt. Sed vltra, non omnes mulieres tales eſſe maximè laboribus aſſuetas ex exemplis recitatis conſtat. Et ſi tales nunc ſint, non à natura, ſed à conſuetudine viuendi magis id aſſequantur. Atque eadem accidere viris nemo eſt qui auſit negare quod fœminis. quot enim, quæſo inertes ſunt, quot ab armis alieni tractandis, vt vix milleſima pars hominum & amplius ab his abhorreat, quos tamen non ideo effœminatos dixerimus, vel ipſi Lydi in exẽplum contra fœminas producti probare poſſunt. vt enim Lydi, dum cœperunt quæ mulieres tractabant, & artes voluptarias tractare, tunc deſierunt

eſſe bellicoſi. Sic mulieres relinquentes quæ mulieres communiter tractant, & ſtudentes his quæ viri ſolent tractare, efficiuntur virilis animi. Si conſideremus itaque mulieres in eo modo & ritu viuendi, quo hodiè ſolent contineri; certè verum eſſe poſſet quod colus & penſum, magis conueniant: ſed ſi conſideres alios mores, & in quibus ſe exerceant, hoc eſt falſum, quare cùm hoc ſic accidens in exertio illarum pro diuerſitate morum, locorum, quod adeſſe & abeſſe poteſt, non immeritò dicemus argumentum non pertinere ad ſubſtantialem naturam mulierum. Quæ vtriuſque capax eſt, vt natura viri.

Illud porro quod ex Ariſtotele & aliis philoſophis colligere quidam nituntur, mulieres comparatione facta ad viros, eſſe imperfectionem naturæ, & mares quaſi lęſos, illud omnino verum non eſt, nec pertinet ad incapacitatem principatus. Siquidem Deus fecit fœminam adiutorium ſimile homini, os ex oſſibus eius, & carnem de carne eius Geneſ. 2.

Deinceps & reſpublica vel principatus, non tam corpore quàm mente geritur & prudentia, ſeu conſilio: vt dicemus ſuo loco in conſeruatione rerum publicarum; nec vaſta corpora aut robuſtiora, ſunt ſapientiora, imò ſæpius ſtolidiora. Neque qui robore præualent, ideo præſtantiores; vt nec leo præponitur homini quòd robuſtior ſit. Anima eſt quæ imperat & ſtatuit, & prouidet non corpus; anima non eſt ex traduce corporis, nec maſculus nec fœmina creata à Deo in ſua ſubſtantia nobilis, rationalis, idonea ad ſe & ad alios ſibi commiſſos regendos: eget tamen Dei authoritate, gratia, directione, & diſciplina, & inſtitutione. Sed hiſdem eget anima hominis vt ſuo benè fungatur principatu: vel ſi lege deferatur regnum, imperium, principatus, ex ſtirpe aliqua tantùm natis; nòn tam conſideratur in decernendo vel obeundo delato principatu, ſexus; niſi & diſtinctus lege ſit, quàm ordo ſucceſſionis. Defertur eadem lege prioris maſculis, ac viris grandioribus & ſapientioribus: non quia ſapientes pueri, & quod poſſunt per ſe gerere principatum: ſed quia placuit in ea ſtirpe remanere debere principatum, & proinde quantum velis ſexus mollis & non idoneus imperare, dicatur fœmina, non tamen minor eſt puero, imò maior vel æqualis in infantia eidem. Nec per conſequens ratio dari poteſt, ex ea qualitate quòd mollis & infirma ſit, cur indigna ſit ſucceſſione principatus, imò & cur indigna electione, ſi tanta in illa præſtantia, vel affectio talis in eam populi ſit, qui eam præeligat & ſibi imperare deſideret.

77 Sicuti nec iuregentium ſaluo aut integro, quis ſeruum etſi prudentiorem domino exiſtente infante, vel ob ſexum a dominio dominæ, eximet, aut ab eius poteſtate. Aliud enim eſt natura imperare præſtantiorem, aliud ex lege dominari: quod qui confundunt vniuerſum orbis ſtatum furioſè & cum quadam rabie inuertere & conturbare nituntur: & ſi hoc exemplo non



non reſipiſcant, relegabo eos ad domeſticum proprium, num admittant, repudiãdum eſſe conſilium vxoris vel filiarum, ſi recta ſuadeant, ex eo quòd ſexus fœminei ſint: an etiam ſuarũ vxorum ſucceſſionem repudient & concedãt fratribus illarum, quòd iſtæ ſint mulieres, fratres verò maſculi vel quòd prudentiores ſint fratres illis: ſucceſſio in publicis, eiuſdem debet eſſe firmitatis ac in priuatis iuxta leges vtriſque ſancitas, aut omnino concedendum neceſſe erit homines ſine lege & inſtitutis, more belluarum pro arbitrio viuere ſatius eſſe, quod nullus qui ratione vtatur, quantumuis ruſticus, aſſerere audebit.

78 Nec immorabor in eo quòd vitia fuiſſe ſubiiciunt mulieribus, vel ſaltem non habitum honeſtum, eas prodire in publicum, aut publicis muneribus ſe immiſcere, aut ſine velamine incedere. Nam hæ[a] ſunt cõſtitutiones vel ex moribus vtentium receptæ, vel propter mores eius temporis & locorum receptos, ſtabilitæ: at non ita vbique: neque ex quorundam iure ciuili, ius gentium, vel naturale conſtituendum: quod exemplis illuſtrat Æmilius Probus, in principio libri de vita imperatorum Græcorum, non tantùm de moribus circa mulieres, verùm de diuerſis & contrarium obſeruationibus virorum. *Qui didicerunt*, inquit, *non eadem omnibus eſſe honeſta atque turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari, non admirabuntur nos in Græcorum virtutibus exponendis mores eorum ſequutos. Neque enim Cimoni fuit turpe Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio, quippe cùm ciues eius eodem vterentur inſtituto. At id quidem noſtris moribus nefas habetur, laude in Græcia ducitur adoleſcentulis, quamplurimos habere amatores. Nulla Lacedæmoni tam eſt nobilis vidua, quæ non ad cœnam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit Græcia victorem Olympiæ citari, in ſcenam verò prodire & populo eſſe ſpectaculo, nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honeſtate remota ponuntur. Contrà, ea pleraque noſtris moribus ſunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? aut cuius non materfamilias primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? quod multò fit aliter in Græcia: nam neque in conuiuium adhibetur niſi propinquorum: neque ſedet niſi interiore parte ædiũ quæ Gyneconitis appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione coniunctus. Atque mores hos dicit Græcorum, de mulieribus contrarios Romanorum, vt alij aliis non derogent. Omnes quippe populi, vt ait Caius in l. omnes populi 9. de iuſtitia & iure P. qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur, vocatúrque ius gentium: quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.*

Et Vlpianus iuriſconſultus in leg. 6. eodem titulo, *Ius ciuile eſt, quod neque in totum à naturali vel gentium recedit, neque per omnia ei ſeruit. Non prodierunt dices alicubi mulieres in publicum: ſed alibi prodierunt,*

& militarunt, vt dixi, imò & Romæ cauſas publicè egerunt apud iudices. neque pudicitia illarum ideo ſuſpecta erat, nec mores erant vt repudiarent agentes pro aliis mulieres. Nam nouum eſt inſtitutum quod reiiciantur à foro, quod & fatetur eo prætextu conſeruandæ pudicitiæ, Vlpian. In l. 1. §. ſexum, de poſtulãdo lib. 3. P. tit. 1. *Sexũ*, inquit, ſcilicet cõſiderat prætor *dũ prohibet fœminas pro aliјs poſtulare & ratio quidem prohibendi: ne contra pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceãt.* Hæc prima ratio: *ne virilibus officiјs fungantur mulieres.* Hæc
2. Origo verò introducta eſt à C. Afrania improbiſſima fœmina, quæ inuerecundè poſtulans, & magiſtratũ inquietãs, cauſam dedit edicto. Quæ certè non concludunt mulieres omnes ideo reiici debere à poſtulando. primum, quia ante hoc non videbatur repugnare pudicitiæ: ſecundo; quòd nunquam hoc probatur natura, officium tantum eſſe virile loqui, & bene loqui pro ſe & pro aliis, nec in publico nec priuato loco, niſi quatenus in loco vel à legiſlatore propter aliam cauſam ſtatutum aliter ſit.

At propter Afraniam facta eſt prohibitio Licinij ſenatoris vxorem, quæ erat prompta ad lites contrahendas, & pro ſe ſemper apud prætorem verba fecit; non quòd aduocatis deficiebatur, ſed quòd impudicitia abundabat. Vnde calumniæ muliebris notiſſimum euaſit exemplum, inquit Valer. Max lib. 8. c. 3.

Quid tum? numquid ob vnam mulierẽ debuit totus ſexus damnari, & expelli ab hoc officio? Certè non æquum arbitror. vna hirundo non facit ver non minus quàm ſi propter rabulas clamoſos, & propter vnum loquacem Neuolum iudex vellet omnibus viris & patronis foro interdicere. fuit enim impudentiſſimus clamoſus cauſidicus, ad quem Martialis [a], ſic ſcribit,

a *lib. 1. ep. 65.*

*Cùm clamant omnes loqueris tu, Næuole, ſemper,*
*Et te patronum cauſidicúmve putas*
*Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.*
*Ecce tacent omnes, Næuole, dic aliquid.*

Sed nec prætor in edicto de poſtulando, prohibet viris omnibus in poſtremũ poſtulare, eo prætextu quòd quidam impudentes inueniantur, ſed illis tantùm: nec perſonale vitium in ſexum generaliter retorquetur.

Sed neque mulieribus prohibet pro ſe poſtulare, vel intereſſe iudicio: vel pro ſuis officium illud gerere, vt Paulus [b], ſicut & Pomponius [c] in publico iudicio, permittit mulieri reum facere & accuſare; ſi parẽtum, liberorũ, & patroni & patronæ, & eorum filij, filiæ, nepotis, neptis, mortem exequantur. item alibi [d], pro ſe & in aliis iudicio intereſſe poſſunt & agere [e] quæ ſi eſſent contra honeſtatem naturalem ſexus, & contra naturam ſexus fœminarum, non vtique permitti poſſent honeſtè, etiam in illis caſibus & ſimilibus. quod enim naturalis iuris eſt, nulla ratione ciuili tolli poteſt. leg. eas, de capitis diminutio. lib. 4. P. tit. 5.

b *in l. fœminas pro parẽtibus,* 41. *de procurator.* P.
c *In lib. 1. de accuſatio: lib.* 48. P. *ti.* 2.
d *in l. mulierem eo tit. cum ſimilibus,*
e *& in ca.* 1. 2. 3. *ſub* 15. *q.* 3.

Et proinde inducor, dicere hãc prohibitionem iuris poſitiui eſſe Romani, quia ex placito nunc permittit, nunc vetat, ſecundum placita



placita Nomothelarum. ſicque intelligendi C C. in l. alienam, C. de procurat. Dum aiunt conſtare alienam ſubire defenſionem, eſſe munus virile: nempe conſtare ſecundum reſolutiones iuris ciuilis Romani, vt nihil prohibeat legiſlatori, eaſdem contraria lege admittere, prout & ante admittebantur ſine ſexus pudicitiæve ignominia, ſummáque cum laude potius.

80 Vt Hortenſia Q. Hortenſij filia, cùm ordo matronarum graui tributo à triumuiris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum eis patrocinium accõmdare auderet, cauſam fœminarum apud triumuiros & conſtanter & fœliciter egit, vt narrat Valerius Maximus dicto lib. 8. c. 3. Appianus libro quarto bello ciuilium. Quintilian. lib. 1. capite 2. inſtitution.

Et Amęſia Sentia rea, cauſam ſuam, Lucio Titio pretore iudicium cogente maximo populi conſenſu peregit, partéſque omnes ac numeros defenſionis non ſolùm diligenter ſed etiam fortiter executa, prima actione, cunctis pænè ſententiis liberata eſt.

81 Sed velantur, inquies, hoc & ex inſtituto alicubi, non vbique: neque etiam tam ob ſuam imperfectionem velantur, aut ob ſuam impudicitiam, quantum propter hominum ſeu virorum fragiliorem naturam, qui accenduntur alicubi ex conſpectu mulierum ad libidinem velut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Cognoſcunt homines ſeu viri inde ſuam potius imbecillitatem, mollitiem, quàm mulierum argui, qui paſſionibus illis mouentur more brutorum: quando peccatum non erat, nullum erat velamen corporis, nuda erant corpora in paradiſo in ſtatu innocentiæ; poſt lapſum verò cognouerunt ſe eſſe nudos primi parentes [a]. cõſtitue pueros & puellas nudos, inter ſe non erubeſcunt: quòd vſum membrorum ad peccandum non intelligunt adhuc in ea ætate.

a *Geneſ. c.* 3. *verſ.* 10. *& ſequentibus.*

Quid ergo meruit in hoc fœmina argui, ſi ſuo aſpectu, cõſortium hominum iudicatur ad cogitationes venereas, potius arguendi viri quòd non poſſunt in hoc ſibi imperare. Neque eſſet quis mentis compos, qui vſum vini aut panis interdicere & abolere vellet, quòd plures inebrientur, aut ſaturitate aut crapula lædantur.

Si mollities, voluptas, luxuria, commotio ad venerem, maior eſſet in ſexu fœmineo quàm in virili, expediret potiùs velare viros ne conſpicerentur à mulieribus quia obiectum mouet potentiam.

82 Quod de veſtitu virili non confundendo cum fœmineo, dicitur, Deutero. c. 22. admittimus, certè; eo tempore inter pręcepta moralia fuiſſe illud præceptum, & finem eius, ne commixto & indeterminato ornatu, daretur ſcortandi occaſio. Alioquin ex opinione pendere videtur, quo genere veſtimentorum induantur mulieres & viri. Nã & Turcę Poloníque & alię gentes, induũtur veſtib. talaribusquibus apud nos mulieres, quia ita placuit: alij ſtolis, vt mulieres.

At tolle illum malum finem in mutatione veſtis; ita ipſa mutatio, vt neque veſtimentum per ſe, malum habet; & eſt inter adiaphora quo veſtimento veſtiaris, at non illud adiophorum ad quem vſum vſurpes.

Eccleſia, non ideo minus inter ſanctas & Deo acceptas laudéque

dignas & veneratione, habuit Theodoram Alexandrinam, quæ diu in monaſterio ſub monachi nomine & veſtitu, latuit pœnitentiã agens, & Deo ſeruiens, vt ait Marcus Marullus libro 5. de religioſè viuendi inſtitutione.

Scribit Volaterranus Marinam virginem natione Græcam, ſexum quoque diſſimulaſſe honeſta de cauſa, vt admitteretur in cœnobium quoddam, quo ſoli viri recipiebantur vbi ad mortem vſque ſanctiſſimo vixit nomine Marini. Idipſum narratur de Euphroſina virgine Alexandrina, de Pelagia Antiochena, & aliis.

83 Fuit nutu diuino Iohanna, vt dictum virgo: quæ auxilio fuit regi Carolo 7. Gallorum, & depulit Anglorum exercitus, ſtrenuè militans veſte virili & armis, dum in expeditionem iret induta. Sed non ideo minus Deo grata quanquam inuiderint ei Angli. hanc in fine ſecundæ partis operum expreſſo opuſculo defendit à calumniis Anglorum Iohannes Gerſon, Cancellarius academiæ Pariſienſis, vir ſummæ literaturæ, & in ſcripturis ſacris exercitatiſſimus. Et reſpondit ad c. 22. Deteronomij verſ. 5. triplici medio, & vt ipſe loquitur, triplici veritate. prima, *Lex, inquit, vetus prohibens mulierem vti veſte virili, & virum veſte muliebri, pro quanto eſt purè iudicialis, non obligat in noua lege. Quia ſecundum veritatem tenendam de neceſſitate ſalutis iudicialia antiquæ legis ablata ſunt, nec obligant in noua, vt talia ſunt: niſi nouiter per ſuperiores ea inſtitui, vel confirmari contingat.* Secunda veritas, *Lex huiuſmodi continebat, aliquid morale quod ſtabile eſt in omni lege: & illud poſſumus exprimere prohibitionem indecentis habitus tam in viro quàm in muliere, contra medium virtutis quod obſeruare debet circumſtantias omnes. vt quando oportet, cur oportet, qualiter oportet, & ita de reliquis, vt ſapiens iudicabit.* Tertia veritas, *Lex huiuſmodi, nec vt iudicialis eſt, nec vt moralis damnat vſum veſtis virilis aut militaris, in puella noſtra virili & militari, quã ex certis ſignis eligit rex cœleſtis, omnium tanquam vexilliferã, & ad conterendos hoſtes iuſtitiæ, & amicos ſubleuandos. & vt in manu fœminæ puellari & virginis confundat fortia iniquitatis arma, auxilantibus angelis, quibus virginitas proxima eſt & cognata, ſecundum Hieronymum: rurſum per hoc ſaluatur atonſio crinium quod Apoſtolus prohibere videtur in fœmina. Obſtruatur igitur & obſtruatur os loquentium iniqua. Quia vbi diuina virtus operatur, media ſecundum finis exigentiã diſponuntur: ita vt non iam ſit ſecurum detrahere, vel culpare auſu temerario. Ea quæ à Deo ſunt, ſecundum Apoſtolum, ordinata ſunt. Denique poſſent particularitates addi multæ, & exempla de hiſtoriis ſacris & gentilibus. Sicut de Camilla & Amazonibus. Sicut præterea, vel in caſibus neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, vel approbatæ conſuetudinis, vel ex authoritate & diſpenſatione ſuperiorum.* Hæc Gerſon.

Sed audiamus Lyranũ nũc explicantẽ c. 22. Deut. *Mulier non induetur veſte virili, &c. Hoc exponũt doctores aliqui, & bene vt credo quod hoc intelligitur de armis quib. viri vtũtur. Sic enim habet Hebraica lectio.* לא יהיה גבר כלי על־אשה *lo yheie celi gebre, gnal iſſa.* id eſt, *nõ erit vas celi, viri ſuper mulierẽ.* Ibi enĩ è כלי *celi, & vas & arma ſignificat ſeu armaturã. vnde primo regum c. 20. dicitur de Ionatha, quod tradidit puero arma ſua, & in Hebræo habetur vaſa ſua. Prohibetur autem hîc, quod mulier non portet arma viri, tum quia indecens mulieri & præſumptuoſum: tum quòd pro tunc erat ſuperſtitioſum. Quia gẽtes mulieres in ſacris Martis portabãt arma viri: & in ſacris Veneris viri portabant ornamenta mulierum, & inſtrumenta eorum vtpote colum, fuſum, & ſimilia. ideo ſubditur, abominabilis eſt apud Deum, qui hoc facit. abominatio enim in ſacra Scriptura communiter capitur pro idololatria, ſeu pro aliquo ad idololatriam pertinente. Si autem litera prædicta intelligatur de veſte communi, prohibetur hic talis vſus vel potius abuſus. Quia eſt occaſio libidinis, quia mulier in veſte virili poſſet licentius cum hominibus luxuriam exercere: & ſimiliter vir in veſte mulieris, quia liberius poſſet ſecreta mulierũ ingredi.* hæc hactenus. Iiſdem verbis tradit Nicolaus de Lyra ad dictũ c. 22. Deuter. quæ oſtendunt cum his quę citauimus ex Gerſonis, latere aliud in illa prohibitione quàm generaliter poſſit omnibus mulieribus interdici cum abominatione geſtare arma: & abominationem conſiſtere in his quæ inter idololatras in mutatione illa veſtiũ in ceremoniis impietatum idolorum fiebant, non autem, ſi ex conſuetudine, vtilitate & cauſa alia honeſta, ſalubri corpori vel animæ, vel reipublicæ, vel ſubditorum, fiat mutatio.



84 Nec obeſt quod adducitur ex can. ſi qua mulier, 6. 30. diſtinct. nec mulieribus licere cauſa pietatis virilem veſtem induere. Nam verba illa, aliter explicantur quàm ſi mulier pietatis cauſa habitum virilem acceperit, nempe, ſi luxuriæ cauſa. *Si qua mulier ſuo propoſito,* inquit, *vtile iudicans vt virili veſte vtatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema ſit.* Ibi gloſa, *propoſitum ſuum,* ſcilicet *mulieris* explicat, *quia magis eſt habilis & magis eſt parata in ſciſſa veſte quam in clauſa, ad meretricandum.* Ideóque ob intentionem malam, mutatio in virilẽ habitũ, reprobatur; non ipſa ſola mutatio, maximè ſi conſuetudo ſit, vt mulier certo habitu virili vti poſſit. Quemadmodum in c. 2. de teſtamentis[a] refertur de abbatiſſis, quæ habentur pro monialibus, quæ tamen non induerant habitum monachalem, ſed in veſtibus quibus vtebantur loci illius prebyteri, permãſerant. Sic etiã Vlpian. iuriſconſultus[b] conſtituit alia eſſe veſtimenta virilia, muliebria, puerilia, alia his cõmunia quibus promiſcuè vtitur mulier cũ viro, veluti ſi eiuſmodi penula palliúmq; eſt & reliqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel vxor, ſeu mulier vtatur. reprehenſionem ibi definit ex vſu non recepto. quare vſus ipſe, vel honeſta vel inhoneſta facit veſtimenta. Quod ex opinione conſtat, réſque ex ſe ipſa indicat. turpe enim duceremus nunc ornari & veſtiri eo modo quo iam ipſi nos ante ab hinc annis forſan decem ornari honeſtiſſimum ducebamus, quod & in ſexus diſtinctione & eius veſtimento facile eſt obſeruare. Quocirca dixerim armorũ veſtiúmque conſiderationem diuerſam, non eſſe hodie ſufficiens argumentum ad reiiciendas fœminas à principatu vel republica regenda. hoc enim eſſet propter accidentia, quæ variari poſſunt, improbare rei ſubſtantiam.

Sunt & imperatores aut duces exercitus, plerunque ita ſenes, vt neque arma militaria ferre poſſint, & qui duplicibus pelliſíſque veſtibus & togis tegũtur vel inter armatos rheda, curru, togati ferũtur; neque ideo, minus idoneos ad imperandum ex eo, quis ſapienter aut cum ratione diceret.

a *Lib. 3. tit. 26.*

b *in l. veſtis 23. §. veſtimẽta omnia, de auro & argento legato, lib. 34. P. tit. 2.*

85 Quòd dicunt rurſum, eos qui tractarunt de republica, & ad eam gerendam admittunt mulieres, nec eis magna ſed leuia negotia committenda eſſe opinatos, non valde expugnat mulierum poteſtatem, nam aliqui quidem id dixerũt, vt Socrates & Ariſtoteles. Sed illi non ſunt teſtes idonei vt ſua ſentẽtia poſſint ſubuertere gentium ius, quo & imperia per ſucceſſionem & per electionem cõmiſſa, fuerunt mulieribus alicubi, quamuis & alibi non fuerint ad imperandum admiſſæ, vel in leuioribus tantum authoratæ.

86 Obiicere porro mulierũ gubernationi, inconſtantiam, mutabilitatem, cõſilium debile, & ſimilia vitia: nec ipſum poteſt à dignitate eas excludere: ridiculum enim mihi videtur, velle principem vt in idea & phantaſia ſuis partibus omnibus abſolutum, in ipſa qualibet adminiſtratione tantum pręponere: quaſi verò hominem, principem, quamuis talibus muneris integrum tãtum admittere debeamus. Sunt iſta reipublicæ Platonicæ in abſtracto ſomniatæ, pro quarum ſocietate & regimine creandi eſſent noui homines, iuxta ideas qui illis poſſent & ſcirent vti, ſine vitiis, quibus ſublatis nulla opus eſſet iuſtitia. nam ſi eadem conſideremus in concreto & in præſenti genere vitæ, dicendum erit eo nomine infinitos principes, reges, imperatores de iure ſuo depellẽdos, quia nec benè à viris qui vitiis vtplerunque obnoxij ſunt, poteſtates reguntur. Quòd ſi exemplis contendunt docere quarundam mulierum in ſingulari, vitia: pro vna muliere, occurrunt propemodum infinitæ virorum turbæ iiſdem & maioribus infectorum, vt tandem cogamur fateri non exemplis ſingularibus eſſe regulam generalem ſtatuendam, quin etſi malarum mulierum exemplis permittant conferri bonarum præclara, bonæ malas ſuperabunt forſan.

Vtque ex multis pauca conferam. Narratur quòd Eua Adamum deceperit [a]. Thamar vt meretrix in biuio Iudam ad concubitum allexit [b]. Samſon deceptus ſit à muliere Dalila [c]. Salomon deceptus à mulieribus ad idolatriã vſque [d]. Quid tum poſtea? num ideo ad Saxũ culpam referas? cùm neque Deus admiſerit illam defenſionem Adami, quòd vxor eum decepiſſet [e]. Nonne & Iacob Thamar priùs deceperat, nolens ei dare filium in virum, vt tenebatur? Nonne & dignus potiùs reprehenſione Iacob, qui incognitam in biuio vt meretricem auſus eſt de fornicatione ſolicitare. Quis magis rurſum peccauit in caſu Sampſonis, an is qui confidit meretriculæ, an ſcortum? nonne magis & Salomon peccauit qui ob imperium mulieres cogere poterat ex arbitrio, quàm mulieres quæ obedire tenebantur? Sed adde acumen in his exemplis ingenii mulierum præſtare fortitudini & ſapientiæ virorum, & eodem modo ſi in bonum conuertatur, poſſe præſtare aliis viris imperantibus. Quot quæſo, poſſumus conferre raptores, deceptores fœminarum, cum vna fœmina quæ calumniata eſt Ioſeph, pro negata fornicatione quot poſſumus viros, qui regnandi cauſa contra principes & eorum progeniẽ inſurrexerunt, pro vna Athalia qui ea cauſa voluit ſemen omne regium tollere: certè innumerabiles: vt liquet de aliquibus enumeratis dum agimus de ambitione regnandi, & inſigne exemplum crudelitatis Abimelech, qui

a *Geneſ.3.*
b *Geneſ.38.*
c *Iud.16.*
d *3.regum 13.*
e *Geneſ.3.*

regnandi



regnandi cauſa quinquaginta fratres ſub vno lapide necauit [a], ad ſcortationem mulierem ſi dixeris procliuem, conſidera ſtatim meretricem vnam dici: at non niſi plures meretricem facere, cum quibus illa palàm peccat: meretricem enim dicimus; quæ multorum libidini patet, ca. vidua 16.34. diſtinct. id eſt, inquit, ibi gloſſa ad verbum, *multorum*, quæ admiſerit plures quàm 23. millia hominum. vel quæ admiſit ſexaginta.

a *Iudicum 9.*

87 Mulieres dicunt [b] inſuper lege diuina ſilere debere in eccleſia, non loqui, non populum regere Chriſtianum. In his quæ pertinent ad curam animarum certè admittemus, quia ita ſancitum eſt in eccleſia: myſteria & cauſas nunc conueniens ſufficit reſpondiſſe mnlieres in hoc diſtingui, quia Deus in eccleſia per ſpiritum ſanctum voluit: quemadmodum quoque & idipſum laicis viris & imperatoribus & regibus & principibus interdictum, quibus tamen non ideo prohibitum eſt à Deo imperare, dominari, & regere rempublicam. Separata enim ſunt ſancta à prophanis, ſpiritualia à temporalibus, & ea quæ ſunt animæ à principatu laicorum. Quod ſi Deus quoque prohibuiſſet ne mulieres gererent rempublicam, vel dominarentur, eodem modo diceremus & proculdubio excludendas: Dei enim lex nulla cenſura hominum poteſt conuelli.

b *hic explicatur propoſitum ſuprà num.14.*

88 Obiicere inſuper [c], iura ciuilia, à publicis muneribus, teſtimonio, fideiuſſione, & iudicandi officio eas remouiſſe, iam teſtatus ſum, & alia iura ciuilia ſed non Romana pertinere alibi: & Romana quoque in aliquibus: & ex moribus ita receptum aliter atque aliter: aliquando in fauorem mulierum, vt fideiuſſio adempta, aliquando in odium, prout impetus animi & cauſa morum præſentium, potuit mouere legiſlatorem. Dicũtque interpretes ſubmoueri ab his & ſimilibus mulieres, non quòd iudicio careant aut incapaces talium natura ſint: ſed quia ita honeſtum ex moribus viſum eſt [d]: honeſta autem non eodem modo apud omnes viſa ſunt eadem nec tempore diuerſo. Et proinde contrariis moribus, contrario ſtatuto & lege, admitti poſſunt. Ciuilis ratio ciuilia iura abolere poteſt, naturalia non vtique. & conſuetudo, conſuetudine contraria & lege tollitur [e]. Neque omnes qui turpes infaméſve aut reiecti habentur iure ciuili, ſunt infames iure canonico, ca. Euphemium 7. §. hinc colligitur, 2.q.3.

c *explicatur quod ſuprà propoſitum num. 15.*
d *l. cum præt. de iudic.* P.
e *l. de quibus, de legib.25.*

Ita receptum, vt ex conſuetudine iudicare poſſit etiam viros ſibi ſubditos, mulieres præcellentes, ordinariam iuriſdictionem habentes, vt in Gallia ex conſuetudine approbata, quæ pro lege habetur, vt ſcripſit Innocentius 3. cancellario & canonico Pariſienſi [f], quia conſuetudo etiam ſecundum iura ciuilia, dat iuriſdictionem, l.1. & fi. c. de emancipa. liberorum & l.2. quæ ſit longa conſuetud. ca. in his, 11. diſt. c. ex literis, de conſuetu.

Iudicauit mulier Debora populum Dei [g].

Et Gregorius 1. [h] relatus in cano. 7. Mennam. 2.q.7. purgationem & iudicium Mennæ epiſcopi, commiſit Brunichildi reginæ Francorum, quamuis fœminæ, & quamuis Menna eſſet epiſcopus & perſona eccleſiaſtica, ex numero earum quæ non dicam mulierum, ſed nec

f *in c. dilecti, 4. de arbitris lib. 2. decretal. tit. 43.*
g *Iudic. ca. 4. verſ.4.*
h *lib. 11. epiſto. 8.*

laicorum aliorum imperatorum iuriſdictioni de iure communi ſubiiciuntur.

Rurſum idem Gregorius [a], ſcribit Conſtantiæ reginæ Galliæ, vt cum epiſcopis ad iudicium congregatis, pro cauſa Iuliani epiſcopi petitoris, aduerſus eos qui villas eccleſiæ ſpoliaſſent &, deprędati erant, regia poteſtate decerneret & iudicaret.

Atque iterum idem Gregorius [b], Brunichildi reginæ Francorum ſcribit; ſi quos violentes, ſi quos adulteros, ſi quos fures vel aliis prauis actibus ſtudere cognoſcitis, Deum de eorum correctione placare feſtinate vt per vos flagellum perfidarum gentium nō inducat &c [c].

89 Dicere porrò ideo mulieres eſſe incapaces gubernationis, quòd nec teſtimonium perhibere in quibuſdam, nec fideiubere poſſint [d], hoc certè iuris poſitiui & ciuilis eſt: & ideo, vt ait Gratianus [e], *Nulla ſerie diuinarū ſcripturarū ab accuſatione, aut teſtimonio prohibentur.*

Simile dictum eſſe putandum, de poteſtate in liberos, de ſuitate, de ſuis hæredibus quòd ue non continuent familiam paternam. Quid enim aliud hęc ſunt quàm iura merè ciuilia, recepta moribus quorundam populorum, quibus & contraria conſtitui poſſe contrario iure ciuili, nemo vt dixi dubitat.

a *lib. 4. epiſto. 33. ſeu c. 77. relatus à Gratiano in cano. cum deuotiſſimam, 8. & ſeq. 12. q. 2.*
b *lib. 7. indict. 1. epiſt. 5.*
c *vt refert etiā Gratianus in can. 47 ſi quos 23. q. 4.*
d *vt dictum ſuprà num. 15.*
e *in principio 15. q. 3.*

90 Et nec per ſingula diutius retinear illud poſtremum [f], quod familiæ & nomina familiarum retineantur alibi per mulieres perinde ac maſculos, & quod nobilitas materna in filios & deſcendentes transfundatur, doceri poterit vel Vlpiano Iuriſconſ. teſte, qui [g] ſic reſpondit, *Qui ex duobus Campanis parentibus natus eſt, Campanus eſt. Sed ſi ex parte Campano matre Puteolana, æquè municeps Campanus eſt. Niſi fortè priuilegio aliquo materna origo cenſeatur: tunc enim maternæ originis erit municeps. vt puta Ilienſibus conceſſum eſt, vt qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps. Etiam Delphis hoc idem tributum & conſeruatum eſt. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere, vt qui Pontica matre natus eſſet, Ponticus eſſet &c.*

In Galliæ nonnullis etiam locis receptum eſt, vt venter nobilitet partum: hoc eſt, vt filius ſequatur nobilitatem matris, vt eſt in conſuetudinibus Campanię & aliorum, Trecenſium articulo 8. Senonēſi, articulo 149. Caluimontanorum, articulo 5. & xi. Cuius rei originem tribuunt hiſtoriæ, quòd deleta bello Campanorum nobilitate, viduę maluerint ex priuilegio magis plebeiis nubere, aut in perpetua nobilitate conſeneſcere, quàm ignotos & extraneos procos ſequi. Idipſum receptum apud Lycios ſcribit Herodo [h]. *Hoc*, inquit, *Lycij præter cæteros habent peculiare pro lege, quòd à matribus nomina ſibi ipſis indunt, & ſi quis obuium percontetur quiſnam ſit, quáve familia ortus à matribus auiſque, protinus genus ſuum repetet.* Hoc ipſum apud Xanthios obtinuiſſe tradit Plutarch [i]. Sed & hodie video principes, magnates, & heroes nobiles, & reges, & ſuis inſignibus miſcere inſignia familiæ matrum, perinde ac patrum. hinc enim oriuntur in Germania tantæ mixtiones inſignium, quibus ad pompam vtuntur, ad teſtandam nobilitatem tam ex parte matris quàm patris.

f *hæc explicatur dictum ſuprà num. 16.*
g *in l. 1. ad municipales. l. 50. P. ti. 1.*
h *in 1.*
i *lib. de claris mulieribus.*

91 Docuimus & antea vitium hoc fuiſſe contra naturam habitum à Iuſtiniano, vt filiæ excluderētur à familia, & in bonorum ſucceſſione ſexus conſtitueretur differentia [a], atque ideo ſublatam cognationis & agnationis, in iure ſucceſſionis, diferentiam [b].



92 Minus expugnare videtur, mulierum in dominio poteſtatem, reſolutio quædam generalis facta in iure, deterioris conditionis in plurib. eſſe mulieres viris. Nā & ex illa ſequi poteſt, ergo non in omnibus, imò verò contrà dicemus, in multis quoque melioris cōditionis eſſe mulieres viris. *Permulti*, inquit Plutarchus in Romulo, *Mulieribus honores ſunt habiti à Romanis: vt his tranſeuntibus de via cedere, præſente muliere nihil obſcœnum loqui, nec nudum aſpici*, &c.

Colligit plures caſus Philippus Decius, ad l. fœminæ 2, de regul. iur. P. numero 70. & ſequentib. quibus viri ſunt deterioris conditionis. vt quia citius mulier pubeſcit, nēpe 12. anno: vir, 14. §. 1. quib. mod. tutela finitur. li. 1. Inſt. tit. 22. l. 1. quando tutor. vel cura. eſſe deſināt C. Puberes, de diſpenſa. impu. vbi ideo matrimoniū citius contrahere poſſunt fœminæ quàm maſculi, & propter ingenij præcocem naturā, in minori annorum numero poſſunt veniam ætatis quàm viri poſtulare l. 2. de his qui veniam æta. impetra. C. Quemadmodū & citius teſtari de rebus ſuis [c]. Non poteſt mulier incarcerari, vir poteſt l. 1. C. de officio diuerſorū iudic. anth. nouo iure, de cuſtod. rerum C. In crimine læſæ maieſtatis per patrem cōmiſſo, melioris conditionis filię quàm filij l. quiſquis §. filij §. ad filias ad leg. Iuliam maieſt. C. facit ca. quicūq. de pœnis in ſex. Et in ſimili: ſi filij Bānitorū expellūtur de ciuitate, nō intelligitur de filiabus, vt notat Baldus [d]. Neq. cogitur mulier pro abſolutione excōmunicationis petenda, ire Romā vt vir [e], ponit ſpeculator vndecim etiā caſus, in quib. melioris ſunt conditionis mulieres. tit. de probationibus, verſ. & contrà. Quare nec obſunt quod mulieres dicātur fuiſſe ſemper ſub poteſtate alicuius Romæ & alibi. nam hæc iura ſunt ciuilia & iuris poſitiui, & ſecundū mores recepta, non propter incapacitatem naturę earum.

a *Ex l. maximum vitium, de liber præter. C.*
b *Quod & firmatur l. lege 12 tabularum, de legitimis hæredib. C. §. noſtra conſtitutio de exhæredatio. liberor. authenti defuncto, ad S. Tertilia l. mulier an maſculus, ad S. Trebellia. P. auth. in ſucceſſione. de ſuis & legitimis C. §. conſideremus, de trien. & ſemiſſe in nouellis.*
c *l. Qua ætate, de teſtament. P*
d *A d l. quicūq. de ſeruis fugitiuis.*
e *In c. mulieres de ſentent. ex com.*

93 In ſacris mulieres pariter ac viri in ſancta ſanctorum orationis cauſa ingredi poſſunt [f]. Quod autem alicubi non ingrediantur mulieres ſacella quædam, hoc ad priuilegium pertinet, cuius ratio relinquitur Deo. quod autē non ingrediantur quædam monaſteria virorum, hoc cōmune illis, vt nec viri ingrediātur monaſteria mulierum. vtrunque ad euitandam occaſionē delinquendi rectè ſtatutum, non tam propter fragilitatem ſolarum mulierum, quantum propter malitiā & puram fragilitatē virorum. Quemadmodum etiam apud Ethnicos ab illorū ſacris, in quibuſdā mulieres arcebantur. Sic etiam apud eoſdē fuerunt quædā ſacrificia & templa, in quib. non admittebantur viri. vt Bonæ deæ ſeu Medeæ templum, viris inacceſſum fuiſſe tradit Macrobius lib. 1. cap. 12.

f *In c. 1. de vita & honeſtate clericorum.*

94 Porro quod dicitur [g], mulieres feudorum eſſe incapaces co quòd faidā, nec arma mouere poſſunt. Id certè abſolutè verū nō eſt, neque etiam ideo incapacem omnem dicendum eum feudi tenendi, qui ea præſtare non poſſit per ſe, ſi per alium poſſit, cōſentiūt iura. Eſtque feudum quoddam maſculinum, & quoddam fœmineum, maſculinum dicitur, quod tranſit ad maſculos, non autem ad fœminas [h].

g *Nēpe ſupra numero 20.*
h *cap. 1. §. hoc autem notādū, qui feudum dare poſſunt in feu.*

Imò &ſi in eius ratione facta fuerit mentio de fœminis, tamen fœminæ non ſuccedunt, niſi deficientibus maſculis[a].

Fœmineum, dicitur quod tranſit ad fœminas, ita & feudum maternum quod fuit acquiſitum à fœmina ſuperiore, quæ eſt communis agnationis, vel cognationis[b]. Notat & Iacobinus de Sancto Georgio, in tractatu de feudis[c], plures caſus in quibus regula illa quòd fœminæ ad feuda non admittantur, recipit reſtrictiones & cauſas ob quas admittantur. Idipſum & exequitur pluribus Franciſcus Curtius, tractatu de feudis[d]. Quæ vera non eſſent, ſi naturæ ſexui tribueretur incapacitas, quæ certè aliunde nunc non pendet quàm ex moribus & iure conſuetudinis diuerſo regionum. Conueniúntque omnes, quod pactó in inueſtituta caueri poteſt, vt fœmina ſuccedat: ſi filia redimat feudum à domino, ſi dominus propter ſeruitium patris, dedit feudum filiæ, vt notat Gloſſa ad §. cum verò, Conradus, qui feudum dare poſſ. in feud.

Si conſuetudo diſponat, vt fœmina feudo ſuccedat, vt in regno Siciliæ. Iacobus de ſancto Georgio tracta. de feudis ad verba, & fœminis, numero 9. & talis conſuetudo eſt ſeruanda. Vt in §. 1. de feudi cognitio. in feudis. Vt & in Gallia, feuda tranſeunt in fœminis: niſi lex domus contrarium ſtatuat. quia feuda ibi redacta ſunt in formam patrimonij, vt &alibi, & tranſeunt in ſucceſſores, & ſubiiciuntur diſpoſitioni patrimonalium. Notat & Iohannes de Iſconia[e]. Quod quando fœmina eſſet aſueta armis, & conſueta pugnare, eſſet ſucceſſibilis in feudo, etiam maſculino. Ego tamen, nec armorum vſum neceſſariò in muliere deſidero, in ſucceſſione feudi, eo quòd & alij qui ſuccedunt feudis fœmineis, armorum tractandorum impotes tamen feudum quod per ſucceſſionem ad illos deuoluitur, retinẽt, &per alios idoneos ſeruitia militaria, &alia iura dominicalia, exequi poſſunt. quod ſi faciant non priuantur, quamuis ſi non facerent priuarentur[f]. vltra hoc non proſequar, cùm feudorum iura à conſuetudine pendeant, nec legem imponant aliis nationibus qui ſua iura propria ſequuntur.

Rurſum non omnis principatus feudum eſt, neque dominatio reipublicæ eſt iuribus feudalibus obnoxia: ſed poteſtates deferuntur, vel lege regni, vel iure ſucceſſionis & patrimonij, vel electionis, vt ſuo loco docemus, vt fruſtra hîc de lege feudorum Longobardorum ſeu Mediolanenſium diſputetur.

Concluditur & in cauſa feudorum fœminas excludi à feudis, quando conceſſio rei facta eſt in feudum, propriè: non ſi iure donationis: quia tunc fœmina admittitur, vt tradit Angelus[g], & Calderius[h], Decius[i].

Sed &, ſi propter imperitiam tractandorum armorum, quis incapaces dicat feudorum poſſeſſores, maiorem partem poſſeſſorum excutiet. Sunt enim plures, ſua ſententia nobiles & genere tumeſcentes, qui norunt potiùs pacem quàm arma, ne quid peius dicam, quod multis conuenit, qui mallent tractare penſum & colum cum Sardanapalo, quàm haſtam cum Alexandro magno.

95 Illud vero quod additum eſt[k]. In contraria ſententia multas mulie-

a cap. 1 § quin etiam epiſcopi vel abbates, & c. in feud.
b Eo pertinet c. 6. cum titulo, de beneficio fœminæ c. 1. quẽadmodum feudum ad filiam pertineat, ca. 1. an maritus ſuccedat vxori in vſibus feudorum.
c ad verba & fœminis.
d 3. parte qu. 1.
e ad c. 1. §. hoc autem notandum, qui feudũ dare poſſunt.
f ca. vni. iuncta gloſſa, ad verba non valet ti. an mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. lib. 3. tit. 36.
g Cõſil. 142. incip. ſuper puncto in fine.
h Conſil. 63. incip. quod domina mea.
i Conſilio 32. & ad l. fœminæ, nu. 50. de regul. Iur. P.
k Explicatur allata ſuprà num. 21.



mulieres malè rempublicam rexiſſe, & imperio mulierum quoque addictos, verum eſt. ſed & verum docuimus &alias bene rexiſſe, illuſtres, & vtiles fuiſſe reipublicæ. Sicuti & numerare licet principes peſſimos & principes bonos. Vtrorumque & magna eſt copia, ſed & ſtultorum infinitus eſt numerus.

96 Quod verò pertinet ad exempla regnorum[a] Iuda & Francorum, & ſimilium, certè exempla non conſtituunt regulam, quando illa habent quandam rationem particularem ex qua aliter ac communiter ita ſtatui placuit. Sunt enim inſtitutiones & leges regnorum, non minus ſeruandæ in cauſis publicis, quàm leges & diſpoſitiones dominorum circa res proprias. & vt nemo eſt qui rei propriæ non velit ſibi dari liberum arbitrium: ſic nulla vniuerſitas vel ſocietas hominum ſeu reguum, aut qui regno ſubiiciuntur, inueniri facilè poſſint qui præſcriptas viuendi, imperandi, & obediendi leges, æquo animo ſubuerti patiantur & quin pro illis pugnent, velut pro aris & focis. Diuerſæ ſunt regionum conſtitutiones: alia orientis, alia occidentis, alia ſeptentrionis, alia meridionalis plaga: diuerſi fructus, diuerſæ commoditates, & incommoditates, diuerſi mores, propter diuerſam viuendi & operandi neceſſitatem, & ſiquis vellet omnes ad vnum morem viuendi contrahere, nihil proculdubio moliretur quàm impoſſibile tentare, & cœlum terræ miſcere. Quocirca à ſeparatis cauſis concluſionem vnam ſimilem velle inferre, hoc certè eſt velle opera Dei vnius naturæ efficere, & improbare illam admirabilem & incomprehenſibilem Dei ſapientiam & omnipotentiam, quæ maximè elucet in tam varia rerum diuerſarum conſtanti ordinatione & eſſentiarum varietate.

Fuit regnum Iuda à Deo electum in virili Iudæ ſemine, iuxta prophetiam, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus eſt Meſſiah*[b]. Fuit Dauid &ſemini eius, regnũ promiſſum, & quòd Meſſias deberet oriri ex ſemine eius. vnde &Chriſtus filius Dauid dicitur[c]. Hoc nullomodo potuit fieri, ſi cõfuſum fuiſſet ſemen regium in mulieribus, quæ tranſeunt ex more in alias familias, nubendo: & proinde & diuina authoritas effecit, ne commiſcerentur tribus populi ſui, néve ſceptrum ex fœmina ſuccedente ad extraneum transferretur.

97 Placuit & in Francia ſeu Gallia, aut Francogallia ex lege Salica, hoc eſt quæ erat etiam ſeruata inter Salios, vnde nomen habuit, ne terra imperij, ſicut nec terra Saliorum, à lancea tranſiret in colum. pro qua & facit illud quod protulit Chriſtus D. Lucæ c. 12. verſ. 27. *Cõſiderate lilia quomodo creſcũt, non laborãt neque nent.* Quibus verbis quo tẽpore Philippus Valeſius regnum adeptus eſt, ferũt contra impugnantes legem Salicam concluſum lilia Gallorum non deberi, niſi nobilibus qui non laborant: non niſi maribus, qui non nent.

Conati ſunt Angli impugnare legem illam regni Salicam, vt & nouiſſimis temporibus quidam ſub pelle hiſtoriographi Galliæ, in gratiam aliquorum, vel certè ob ignorantiam craſſiſſimam, vel malitioſè, negarunt vllam vnquam fuiſſe in Gallia ſeu Francia in regni

a hîc explicatur dictum ſuprà num. 22.
b Geneſ. c. 49. verſ. 10.
c Diui Matt. c. 15. verſ. 22. & c. 22. verſ. 42. Diui Marci c. 12. verſ. 35. Actorum 2. verſ. 29. & 2. ad Timo. ca. 2. verſ. 8. Apoca. 5. verſ. 5.

iure legem Salicam.& tam audacter ita adſirmarunt, vt mihi videre videar cœlum inter videntes aſſerere nec vnquam fuiſſe, nec nunc eſſe lucem aut ſolem.

Sunt & regna iam indicata in quibus ſuccedunt fœminæ iure proximitatis, vt in regno Nauarræ, Hiſpaniæ, & in regno Hieroſolymorum recuperato ab infidelibus & Mahumetanis: vt mater Balduini 3. vt refert Tyrius de bello ſacro; atque Iſabella Sibyllæ ſoror, apud Ritium, de regibus Hieroſolymorum. Non negandum tamen exiſtentibus maſculis & fœminis ſuperſtitibus & in illis, vt plerunque præferendos eſſe maſculum fœminæ, quæ eo deficiente ſuccedit.

Sed hæc hactenus de imperio & principatu fœminarum: receptui cano vt alia proſequar.

*De principatibus delatis iure hæreditario.*

## CAPVT XII.

ADFERVNT lucem diſtinctioni principatuum, quod pertinet ad ſucceſſionem, ea quæ tradũtur de feudorum qualitate. Nam quædam dicuntur antiqua, in quibus deſcendentes & collaterales ſuccedunt. alia paterna, in quibus ſuccedunt deſcendentes tantùm etiamſi hæredes aliorum bonorum mortui vltimi poſſeſſoris non ſint; quædam noua & hæreditaria, in quibus tantùm ſuccedunt qui hæreditatem nanciſcuntur præmortui, non autem qui eius non ſunt hæredes. vt in feudis docemus. Quamobrem aliud eſt in regno ſuccedere in locum demortui, iure hæreditario, aliud iure legis & proximitatis ſeu primogenituræ in regno antiquo generis. Nam quando regnum defertur iure hæreditatis & nouum ſiue quæſitum eſt, quod fuerit in libera morientis diſpoſitione, nec electionis alia lege obſtrictum, ex voluntate defuncti ſucceditur vel expreſſa per teſtamentum, vel tacita ab inteſtato, iure proximitatis per concurſum etiam vt qui proximiores ſunt in eodem gradu ſimul ab inteſtato admittantur, nec licet repudiare hæreditatem defuncti reliquam, retento principatu: neque repudiare principatum retenta hæreditate, ſed bonis aliis defunctis. natura enim hæreditariæ ſucceſſionis eſt, vt pro parte nemo poſſit agnoſcere iudicium defuncti. Et qui totam hæreditatem acquirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo adire non poteſt: & ſi quis ex pluribus partibus in eiuſdem hæreditate inſtitutus ſit, non poteſt quaſdam repudiare, & quaſdã agnoſcere. vt reſponderunt Paulus & Vlpianus Iuriſconſulti[a].

At quãdo principatus antiqui per legem regni deferuntur proximiori & antiquiori, vel alio modo, licet retinere principatũ ei qui in gradu vel qualitate requiſita idoneus inuenitur, reiecta hæreditate, & reiecto impoſito grauamine, niſi ipſe ei ſe obligauerit [b], & debetur principatus filio aut proximiori etiam non hæredi[c].

Retinemus autem ſimilitudinem feudi & principatus: excepto quòd principatus, regnum, non pendẽt ab alterius poteſtate: cùm tamen feudum ab alterius poteſtate oriatur & pendeat.

2 Permiſit populus & ratum habuit teſtamentum & inſtitutionem hæredum in regno, ſibi charorũ principũ, à quibus vel reſpub.

multis

a in l. 1. & 2. de acquiren. hæred. lib. 29. P. ti. 2.
b c. licet 6. de voto.
c Iohãnes Andreas notat in additio ad ſpeculatorẽ lib. 4. partic. 3. ad rubricam de feudis. & facit inquit l. vni. §. ſed etſi. de latina liberta. tol len. C. & l. ſi quis in ſacris, de proximis ſacro. ſcrinior. li. 12. C.



multis illorum vigiliis & periculis vitæ, fuerat iuuata, aucta, & conſeruata: arbitratus eum quem viuentem coluerant tanquam patrem, & à quo viuente patris officia accepiſſent, non niſi vtilem ſibi electurum & nominaturum eſſe, & ad gubernacula idoneum. Vtque pluribus ſeditionibus obuiam iretur & ciuilibus diſcordiis, quę ſolent inter contendentes de principatu & ambitioſos oriri, à quibus ſæpe ad interitum redacta ſunt imperia. Atque vt priuati bona ſua, ſic & imperatores aliquando inter liberos ſuos teſtamento imperium diuiſerunt, & ita Conſtantinus magnus tres filios hæredes imperij reliquit [a], nulla adhuc lex dicta de ſucceſſione, vel electione imperatoris, & Conſtantinus multa nouè acquiſierat, quæ adiecerat imperio: & viuens aliis quoque ante communicauerat imperium quos poſtea debellauit.

3 Attalus Philometor, Pergami rex, pecunia ditiſſimus, cùm liberis careret, populum Romanum teſtamento ſuo hæredem inſtituit [b].

4 Atreus ex Minoe, poſtrema ſua ordinans, quicquid auri atque argenti pecorum etiam ei fuit, nepotibus quos filiæ genuerant, ex æquo diuidendum reliquit, excepto ciuitatum terrarúmque imperio, hæc quippe Idomeneus cum Merione Deucalionis, & Idomeneus alter Molius, iuſſu eius ſeorſum habuere, vt ait Dictys Cretenſis lib. 1. de bello Troiano in principio.

5 Diſputatum multum fuit poſt mortem Auguſti, de teſtamento eius quo reliquerat hæredem imperij Tiberium: tandem autem obtinuit vt Tiberius tanquam ab illo approbatus, qui tamen videbatur gubernacula reiicere, imperaret [c].

6 Alexander magnus ab initio, moriturus, cùm deficeret & inquiſitus ab amicis quem imperij faceret hæredem reſpondiſſet, digniſſimum, & voce hac inter amicos bellicum ceciniſſet, iam omnes in ęmulationem conſurgebant, & ambitione iam militum & vulgi fauorem quærebãt, niſi ſexta die à decubitu præcluſa voce exemptum digito anulum, Perdicæ tradidiſſet, quæ res gliſſentem amicorum diſſentionem ſedauit. Nam &ſi non voce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus eſſe videbatur [d].

7 Dagobertus rex Francorum, ſuggerentibus iis qui vtilitatibus regni conſulere videbantur, ęqua lance inter duos filios ſuos regnum diuiſit moriturus, & Sigibertum ex liberis ſeniorem, Auſtriæ regem inſtituit: Clodoneum verò minorem natu, Neuſtriæ & Burgundiæ, pari dignitate præfecit [e].

8 Poſtquam inſtituit regnum Parthicum Arſaces, habuit filium ſucceſſorem. Tertius ſecutus rex Pampacius, qui cùm 12. annos imperaſſet, deceſſit duobus filiis, Mithridate & Pharnace relictis, quorum maior Pharnaces, more gentis, hæres regni factus, non multo pòſt deceſſit multis filiis relictis, quibus præteritis, fratri potiſſimùm Mithridati inſigni virtutis viro reliquit imperium, plus regno quàm patrio deberi nomini ratus, potiúſque patriæ quàm liberis conſulendum. Iuſtinus ex Trogo libro 41. & ibi ratum habuit populus teſtamentum, quia alioquin contra morem regni factum erat.

a Vt ait Theodoretus lib. 11. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. ſi. Rufinus lib. 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 11.
b Appianus li. de bellis Mithridatis. Iuſtinus lib. 36.
c Quemadmodũ narrat Cornelius Tacitus li. 1. Annaliũ, & Suetonius Tranquillus in Tiberio c. 24. & 25. & in Auguſto cap. 101.
d Iuſtinus ex Trogo lib. 12.
e Annonius lib. 4. de geſtis Francor.

9 Meminit Hirtius 1. libro de bello Alexandrino, Cæſarem Ægypto & Alexandrina potitum, reges conſtituiſſe, quos Ptolomæus teſtamento ſcripſerat, atque obteſtatus erat, populum Romanum, ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pueris rege amiſſo minori tradidit regnum. Narrant etiam Ptolomæum Alexandrum Ægyptum populo Romano teſtamento reliquiſſe. Cicero de lege agraria contra Rullum & in 1. agraria. Liuius & Iuſt. lib. 38.

a *Lib. 70. epitom. Liuij.*

Narrat & Lucius Florus [a], Ptolomæum Cyrenearũ regem cui cognomentum Apionis fuit, mortuum, hæredem populum Romanum reliquiſſe, & eius regni ciuitates, Senatum Romanum liberas eſſe iuſſiſſe.

Sic Eumenes, rex Pergamæ, Romanis regnum & bona ſua reliquit teſtamento: & Nicomedes rex Bythiniæ, Coctius rex Alpium, Polemon rex Ponti.

Martinus rex Aragonum 15. moriens ſine liberis, Aragoniæ regnum ſubditorum iudicio reliquit, vt ſcilicet propinquiorem ac meliorem virum & cui iuſtius regnum deberi videretur, ac tutius committi poſſet, eligerẽt. Quare & illi Ferdinandum Ioannis Caſtellæ regis filium ex Leonora Martini ſorore, multis aliis ſpretis competitoribus, elegerunt [b].

b *Vt ait Marineus li. 11. rerũ Hiſpanorum.*

Herodes magnus, de regno Heroſolymorum quòd primatus ſibi quæſierat, vt ait Ioſephus, teſtamẽto regem filium ſuum Archelaum ſcripſerat, eidémque annulum ad Cæſarem ferre mandauerat, ad ſignatámque regni adminiſtrati notitiam [c], fuiſſétque à Cæſare confirmatus rex, niſi ipſe antè conſultum Cæſarem, ſe in illud intruſiſſet [d]. Salome etiam filia Herodis moriens, Iuliæ Augusti coniugi Toparchiam quam rexerat & Iamniam, & in Phaſelide Palimeta, teſtamento reliquit [e].

c *Ioſeph. li. 1. de bello Iudaico c. 1. & lib. 17. antiqui. c. 11.*

d *Vide 2. librũ Ioſeph. de bello Iudaic.*

e *Idẽ Ioſephus libro 2. de bello Iudaic. c. 8.*

*De venali principatu, & de quibuſdam qui primum per pecuniam, aut opum potentiam obtinuerunt principatum.*

## CAP. XIII.

INTER plebeios, & populos rudes & auaros, procul dubio plus poſſunt plúſve illis imperant diuitiæ quæ præſentem habere videntur vtilitatem, quàm iuſtum & conueniens, & ſalubre. & proinde ineſcationibus diuitiarum, largitionibus & popularitate, decipiuntur maximè ſubditorum animi, & in eam partem facilè conuertuntur, qua ditari, vel lautius ſe habere ſperant. Omnis enim res, vt ait Horatius [f],

f *Lib. 2. Satyr. 3.*

*Virtus, fama, decus, diuina, humanáque, pulchris*
*Diuitijs parent, quas qui conſtruxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens etiam rex,*
*Et quicquid volet, hæc, veluti virtute paratum*
*Sperauit magnæ laudi fore.*

Et vt Plautus in Sticho,

*Nam hoc tu facito cogites: vt cuique homini res parata eſt,*

Firmi



*Firmi amici ſunt: ſi res laſſæ labant: itidem amici collabaſcunt.*
*Res amicos inuenit.* Et poſtquam Petronius Arbiter in Satyricis, multa de diuitiarum vi, locutus eſt, concludit,

*Multa loquor, quiduis nummis præſentibus opta,*
*Et veniet. clauſum poſſidet arca Iouem.*

Philippus nullam ciuitatem dixit eſſe inexpugnabilem, in quam aſellus auro onuſtus ingredi poſſet.

Atque verè in Phœnicis Euripides, τὰ χρήματα ἀνθρώποισιν τιμιώτατα, δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. id eſt, nihil honorabilius inter homines pecunia, quæ magnam vim inter mortales habent.

2 Fecerunt quibuſdam ad principatum diuitiæ gradus, híſque ad regiam peruenit dignitatem Romanorum Tarquinius Priſcus poſt mortem Anci, etenim fecerunt populo acceptabiliorem filiis ipſis Anci, quibus tutor datus erat. Nam cùm haberet ampliſſimas ex hæreditate paterna diuitias, in cõmune deponere voluit. Et Anco Marcio regi, ampliſſimas pro neceſſitate pecunias dono dedit, in vſúſque bellicos exhibuit: patritiorum multos beneficiis ſibi deuinxit, & popularem multitudinem argento ſibi conciliauit, à quibus poſt mortẽ Anci in regem iuxta votum & petitionem ſuam electus eſt, vt ait Liuius [a]. Amiſerunt ita reſpublicæ ſplendorem ſuum, populo pecunia & donis prius corrupto: imò & ipſa Roma, de qua Iugurtha Italia excedere iuſſus, vrbe egreſſus fertur, eã ſæpe reſpiciẽs tacitus, poſtremo dixiſſe: vrbem venalẽ & maturè perituram, ſi emptorem inuenerit [b].

a *in 1. lib.*

b *vt ait Saluſtius lib. de bello Iugurthino.*

3 Pelops cùm magna vi pecuniarum ex Aſia peregrinus veniens inter inopes, primùm & cognomen regioni dedit, & principatum ſuis parauit [c].

c *Thucydides in 1.*

4 Refert Iulius Cæſar [d], quo tempore in Germanos ex Gallia tranſire volebat, plures mobilitate animi & leuitate nouis imperiis ſtuduiſſe, ab nonnullis etiam, quòd in Gallia à potentioribus, atque his qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occupabantur, qui minus facilem eam rem in imperio Cæſaris conſequi poterant.

d *lib. 2. de bello Gallico c. 1.*

5 Obtruncato Pertinace imperatore, milites qui eum necauerãt, imperium edixerunt venale, traditurósque ſe ei qui plurimum pecuniæ polliceretur. Mercatus autem eſt Didius Iulianus quidã vir conſularis, quem declararunt principẽ, & nomen Commodi impoſuerũt: ſed non diu imperauit, & à militibus ipſis, qui ipſi vendiderant imperium, ſublatus eſt [e].

e *Herodian. lib. 2. & Zozimus in 1. Dio. & Xiphilinus.*

*De electione regum per ſortem.*

## CAPVT XIIII.

FERT traditio Hebræorum, Noachum miſſis ſortibus nepotibus orbem diſtribuiſſe, & cuiq; certam terræ partem aſſignaſſe. Quia verò tres erant eius liberi, tres etiam præcipuè orbis partes eſſe cœperunt.

2 Inter modos eligendi regem etiam inuenio vſos aliquando ſorte antiquos, vt Myrſilius Lesbius libro de bello Pelaſgico agens, refert Atium regem Mæonũ, genitis Lydo & Turrheno filiis, cùm regnum

neque duos caperet, neque terræ ſterilitas ingentem multitudinem patretur, ſorte iacta, Lydum ſucceſſorem deſignaſſe, Turrhenũ verò cum maiore parte populi, ad quærendas nouas ſedes foras abire iuſſiſſe.

a *Libro* 1.
b *In* 3.

3 Sortis modus apud Iuſtinum [a], & Herodotum [b], eligendi regem inter ſeptemuiros Magicidas, dum contenderent quis illorum rex eſſet: conuenerunt enim, vt ſub ortum ſolis, conſcenſis equis, dũ in ſuburbanis vectarẽtur, cuius equus vocem primus edidiſſet, is regnum Cambyſis obtineret. cecidit autẽ ſors ſuper Darium Hiſtaſpidis filium, auxilio vel arte Oebaris ſui equiſonis, qui vbi nox aduenit, vnam equarum quam equus Darij maximè adamabat, in ſuburbana adduxit, ibíque alligauit, tum equum Darij eo adductum eum circumactum equæ admouit, & admiſit. Sícque poſtero die, vbi dies illuxit ſex Perſæ ex conuento adfuerunt equo inſidentes. Et cùm in ſuburbanis vltro citróque vectarentur, vbi ad locum peruenerunt, vbi ſuperiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darij equus accurrens hinnitum edidit & hinnitu edito, protinus fulgur ſereno cælo tonitrúque extitit, & cæteri ex equis deſilientes vt regem Darium adorarunt.

c *In* 11.

4 Memoratur alia ſortis ratio in primo eligendo rege Phrygum, Gordio ſiquidem, vt obiter refert Iuſtinus [c]. Poſt nuptias, inter Phrygas orta ſeditio eſt. conſulentibus verò de fine diſcordiarum oracula reſponderunt, rege diſcordiis opus eſſe: iterato quærentibus de perſona regis, iubentur regem eum obſeruare, quem reuerſi primum in templum Iouis euntem plauſtro reperiſſent. Obuius autem illis Gordius fuit, quem ſtatim regem conſalutarunt. ille verò plauſtrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Iouis poſitum maieſtati conſecrauit regiæ: erat in iugo plauſtri nodus, cuius nexum ſi quis ſoluiſſet, eum tota Aſia regnaturũ cecinerant oracula. quæ etiam cupidinem Alexandro magno iniecerunt aduerſus Darium proficiſcenti ſortis implendæ, vt ait Quintus Curtius de geſtis eius [d], & Iuſtinus eodem. quare is ſoluere agreſſus, necquicquam diu luctatus cum latentibus nodis, Nihil, inquit, intereſt quomodo ſoluantur: gladíque ruptis omnibus locis, oraculi ſortem, vel eluſit, vel impleuit. Fuit ille Gordius pater Mydæ, qui poſt illum regnauit: qui ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus, Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni vita quàm armis fuit.

d *Lib.* 3.

e *In principio 4. libri qui inſcribitur Melpomene.*

5 Narrat Herodot. [e] Scytharum primo regi nomine Targitao, tres liberos fuiſſe, Lipoxain, Arpoxain, & iuniorem Colaxain, quibus regnantibus demiſſa in Scythicam regionem fuerunt aratrum, ſecuris, iugum, phiala, omnia ex auro facta, in quibus ſortem monarchiæ verſari exitus oſtendit. ſiquidem cùm illa primus omnium inſpexiſſet natu maximus, & vellet illa auferre, arſiſſe ferunt, id ipſum & ſecundo accidiſſe: quare ambobus ab ardenti auro ſubmotis, cùm tertius natu minimus acceſſiſſet, aurum fuiſſe extinctum, & ab illo exportatum. eáque re maiores fratres animaduerſa totum regnum



regnum ad minimum detuliſſe.

6 Propinqua ſors electionis in regem Boemiæ Priſlai: de qua ſcribit Albertus Kranzius [a] in hunc modum, *Libuſſa regina Boemiæ coacta à proceribus eligere ſibi maritum, reſpondit, eum ſe electuram: neſcitur autem an oraculo admonita, an vt talem ruſticum ſibi eligeret cui imperare poſſet, iuſſit ornari equum gradarium cui proficiſcens inſedebat: illum ſequi præcedentem proceres iubet, apud quem ille conſiſteret quieſcens, ſi ferrea de menſa illum refici conſpicerent, regem ſuum conſalutarent: equus ornatus palans per cãpos abibat ſolus inſequente turba, donec in meridie deprehenderet hominem ex labore feſſum, ſic ad refectionem in agro quem arabat reponentem, qui verterat aratrum & ferrum ſplendens ex ſulco atrito in planitiem poſitum, pro menſa habebat, quem cùm cerneret iumentũ, ſtetit immobile. Tunc verò proceres coegerunt equum aſcendere & duxerunt ad reginãm qui eum accepit in maritum, & hic dictus Priſlaus.*

a *Libro* 1. *Vandaliæ c.* 17.

7 Celebris electio regis Iſrael per ſortẽ diuinã antequã cõfirmatum eſſet regnum Iſrael, quòd poſt confirmationem iure ſucceſſionis deuolutum eſt ad proximos morientis. Ab initio quippe cùm petiiſſet ſibi dari regem populus, Samuel vſus ſorte eſt diuina, & vt legitur 1. regum c. 10. verſ. 20. & ſequentibus. *Applicuit omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors ſuper tribum Beniamin, congregato populo per tribus & familias, & rurſum applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit ſors ſuper cognationẽ Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis.* Háncque electionem ſortis tribuit Deo Samuel, dum in eodem c. 10. verſ. 24. ait, *Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* Et antea Dei iuſſu Samuel elegerat Saulem c. 9. primi regum. Sed voluit populo electionem ſortibus probare; vt hîc verum ſit quod ſcribitur Prouerbiorum c. 16. verſu. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.*

8 Conuenire videtur hæc forma electionis initiis regnorum, cùm pares certant de regno vt præcludatur contemptus ſuſpicio, cùm iudicium Deo cõmittitur, per medium ſortium in paribus: vt in iudiciis quæ ambiguam cauſam habet ob paritatem contendentium vel nominatorum, vt plenè alibi docuimus, in tractatu de electione c. 3. numero 10. & libro 34. Syntagma. c. 5.

9 Defecit quondam apud Argiuos, Heraclidarum gens, ex qua de more regem habebant. Requirentibus verò his regem, conſulentibúſque oraculum ſortes dedit, monſtraturam aquilam. Atque paucis poſt diebus aquila quæ ſuperuolitabat, demitens ſe, ſuper Ægonis ædes conſedit ibi, & ita Ægon rex deſignatus. Plutarchus oratio. 2. de fortitudine Alexandri.

10 Sors alia commiſſa curſui, in electione regis Elidis. Endymion quippe Elidis ſecundus rex, cùm tres haberet filios; Peonem, Epeum, Ætolum; propoſuit filiis curſus certamen in Olympia. & cùm victor ex eo diſceſſiſſet Epeus, rex fuit, & ab eo populi Epei primum dicti. Pauſan. lib. 5.

*De creatione principum per electionem conſideratam, & non fortuitam.*

## CAPVT XV.

QVIA electio inter meliora eſſe dicitur, & de melioribus, conſideratè & conſultatione præcedente fit, aliquibus nationibus viſa vtilior, vt quibuſdam etiam, filij adoptiui præponendi viſi fuerint naturalibus ex generatione. Quia quęcunque & cuiuſcunque conditionis ſeu ingenij nobis naſci contigerit, talis admittendus ſit. quia ſine noſtro conſilio talis nobis naſcitur: at filius delectus non niſi ex quadam certa excellentia vel cauſa ſingulari, admittitur. Sicque plures putant inter modos creandi principes hunc meliorem, qui per conſideratam electionem fit, dici debere. & vt ait Plinius in Panegyri. Traianũ imperaturũ omnib. eligi debere de omnibus. Quod verum eſt, ſi factiones, diſcordię, inuidiæ, & cędes, aut corruptiones, & ambitiones poſſint cohiberi, ambitiones inquam optimatium & potẽtiorum, à populi corruptiones eligentium. Eſt autem hæc electio, vel omnino libera de quocunque libuerit: vel reſtricta ad certũ genus perſonarũ ex quo debeat fieri.

2 Ad primam ſpeciem electionis pertinet quod mortuo Romulo ſine hæredib. iacuit diu interregno regnũ gubernatũ propter factiones, poſt quas tandẽ creatus eſt Numa [a]. fuerunt & alij reges electiui vſq; ad poſtremũ ex ſeptẽ Tarquiniũ Superbũ. hic. n. regnũ auitũ qđ à Seruio tenebatur, rapere maluit, quã expectare: immiſſiſq; in eum percuſſorib. ſcelere partã poteſtatẽ, nõ melius egit, quã acquiſierat [b]. Notat & Liuius in 1. poſt mortẽ Romuli & aliorũ regnũ veniſſe ad interregnũ, & reges iuſſu populi, authore ſenatu electos aliquãdo, cùm tamẽ ex lege Romuli electio regũ, ad populũ pertineat, vt ibidẽ docetur exẽplis. dicitur autẽ Seruium Tullium mortuo Tarquinio Priſco primùm præſidio firmo munitum, iniuſſu populi voluntate patrum regnaſſe, id eſt ſine nominatione populi.

a *Liuius in 1. Diony. Hal. Plutarchus, & reliqui hiſtoriographi Romanæ hiſtoriæ.*
b *Florus li. 1. rerum Romanarum.*

3 Lydij cùm graui dominatu premerentur, & audiſſent Cymmæ quendam eſſe prę̄ſtantem, miſſa legatione in regnum accerſiuerunt, & in officina fabri plauſtrarij ſeruum inuentum cum ſeruitute, pretio ſoluto, aſſumpſerunt [c].

c *vt ſcribit Heraclides in libello de politijs in Cymenſum politia.*

4 Poſtquam Ptolomæus rex Macedonum, poſt Alexandrum magnũ cæſus cũ ſuo exercitu fuit à Gallis, deſperantib. omnib. Macędonibus, Soſthenes vnus de Macedonũ principib. contracta iuuẽtute & Gallos exultãtes victoria, cõpeſcuit, & Macedones ab hoſtili depopulatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia multis nobilib. regnũ Macedonię affectãtib. ignobilis ipſe prępoſitus eſt: quamuis, cùm rex ab exercitu appellatus eſſet, ipſe non in regis ſed in ducis nomen iurare milites coegit [d].

d *Iuſtinus ex Trogo li. 24.*

5 Apud Romanos per ſuffragia præcipui magiſtratus, & qui curam reipublicæ ſuſciperent, deligebantur à populo: ſed & maiores aliquando per conſilium ſenatus, non habita ratione nobilitatis tantùm generis, ſed pręcipuè virtutis. Quemadmodum cùm Cincinnatus, teſte Liuio in 3. abſens in maximo reipublicæ diſcrimine, Dictator creatus eſt, de ea dignitate nihil cogitans,

Spes



*Spes,* inquit, *vnica populi imperij Romani, Lucius Quintius tran Tiberim quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur, ibi à legatis foſſam faciens bipalio innixus, ceu cùm araret, operi certè id quod conſtat agreſti intentus, ſalute data inuicémque reddita, rogatus (quod benè verteret ipſi reíque publicæ) togatus mandata ſenatus audiret, admiratus, rogitánſque ſatin' ſalua omnia, togam properè è tugurio proferre vxorem Raciliam iubet, qua ſimul abſterſo ſudore ac puluere velatus proceſſit: dictatorem eum legati ſalutant* &c.[a]

a *Quæ & firmat Dionyſ. Halicar. in 10.*

6 Dauid prętulit Salomonem filium in regno Adoniæ antiquiori, quia Dominus elegerat Salomonẽ, vt ſederet ſuper ſoliũ Dauid [b].

b *1. Paralip. c. 27. 3. reg. c. 10.*

7 Nerua Coccius imperator, Traianum principem fecit, eundémque poſtea Cæſarem in ſenatu deſignauit: neque verò coniunctionem ſanguinis cùm propinqui non deeſſent antepoſuit publicæ vtilitati: neque deteruit, quòd Traianus Hiſpanus erat, quódque ante eum nemo alterius nationis imperium Romanum obtinuerat. Conſtabat enim, vt vir erat bonus, atque iuſtitiæ amantiſſimus, virtutem cuiuſque non patriam ponderari, in eiuſmodi rebus oportere, vt ſcribit Dio Caſſius.

8 Vt Moyſes amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus eſt [c], potuit ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem: ſed extraneus de alia tribu electus eſt Ieſus Num. 23. vt ſciremus principatum in populos, nõ ſanguini [d] deferendum eſſe, ſed vitæ [d].

c *Exod. 33*
d *D. Hieron. in epiſtolam ad Titum cap. 1. relatus in c. 6. Moyſes, 8. q. 1.*

9 Phrynicum belli ducem, Athenienſes creauerunt, neque propter facta, neque propter generis claritudinem, neque quòd diues locupléſq. eſſet, ad quæ tamen ſępe Athenienſes animos oculóſq. retulerant, & eos aliis in eligendo prætulerunt: ſed cùm Pyrrhiciſtis in quadam tragœdia conuenientes, & bellicos modulos feciſſet, adeo tenuit vniuerſum theatrũ, & prę̄ſentium animos cœpit, vt confeſtim eum ducem eligerent, arbitrantes eum bellicis rebus cum vtilitate profuturum eſſe, qui ab hominibus armatis non abhorrentia carmina poematáque in dramate confeciſſet [e].

e *Aelianus l. 3. de va. ia hiſtoria.*

10 Bamba ab aratro ad principatum, Leonis ſummi pontificis beneficio euectus, electus in Hiſpanorum regem, qui Mauros Hiſpaniæ litora cum claſſe ducentarum nauium ingreſſos, ingenti prælio fudit, claſſémque igni ſuccendit [f].

f *Vt ſcribit Ritius lib. 2. regũ Hiſpaniæ.*

11 Conſtat ex libro Ioſũe & Iudicum, duces per electionem diuinam ante Saulis regnum populo Iſraelitico fuiſſe; nec obſcura eſt ratio, quia gens & populus erat peculiaris Deo, ideo Deus ipſe rex, alij autem duces & præpoſiti erant pro neceſſitatis occaſione, donec Deus ad petitionem populi regem illis dedit: & dixit Samueli, *Non te, ſed me abiecerunt, ne regnem ſuper eos.* 1. Regum capite 8. verſ. 7.

12 Peruenitur & ad electionem, quando in principatu qui iure ſanguinis defertur defuit genus ex quo ordinari poſſit, vt factitatum morientibus imperatoribus ſine filiis, & apud Argiuos deficiente ſtirpe regia Heraclidum, & apud alios quoſdam. Langobardorum reges comitiis creabantur: tantum tamen valuit ſanctitas Theodo-

lindæ reginæ viduæ Authari regis, vt ei populus conceſſerit electionem mariti,& vt vnà regem ita deligeret; delegit autem Agilulphũ ducem Taurinorum [a].

13 Deuorato à muribus Popiello iuniore Polonorum principe, cùm proceres in arte Cruſuicia cõueniſſent, &ſtudia circa principis noui electionem variarent: Cruſuiciæ oppidanum, Piaſtum nomine, Coſſiſconis filiũ,agello colẽdo &mellificio vitã ſuſtentantẽ,hominẽ ſimplicẽ & iuſtũ,&beneficũ in egenũ atque hoſpitalẽ,regẽ dixerũt [b].

14 Alynomus inops & obſcurus homo,in horto quodam viuens, atque ex eo ſe alens, à militibus ad Alexandrũ Magnum in obſoleta plagula adductus,rex eſt Paphi deſignatus,ac purpuram induit; fuítque in numero eorum qui regis amici dicebantur [c].

15 Mileſij domeſtica ſeditione rebus planè concuſſis,multa perpeſſi & ſacietate capti, contentionum ſuarum arbitros fecerunt Parios. Hi cùm Miletum veniſſent, omniáque ruinis oppleta cernerent,campeſtrem regionem perluſtrare ſe velle dixerunt; ibi ſi qua prædia nitidiore cultu oculis occurrebant, eorum qui poſſiderent nomina perſcripſere. mox in vrbem reuerſi, populóque ad concionem vocato, vrbem his adminiſtrandam commiſere, quorum fundos optimè cultos inueniſſent; præfati videri ſibi eos ita publica, vt ſua curaturos: cæteri quorum res incultæ repertæ ſunt, quia ſeditionum propria neglexiſſent melioribus parerent:& ſic Mileſiorum ciuitatem ad ciuilem vitam compoſuerunt [d].

16 Aliud genus electionis principum,non omnino liberum:ſed ad certam ſpeciem hominum relatum,poteſt doceri exemplis. Quãdo vel lege, vel moribus receptum eſt, vt ex certis fiat tantum electio,& iuxta formam conſuetã. Veſtigia huius remanent in electione Archiducis Carinthiorũ, nõ niſi agricolã fuiſſe principẽ olim electũ. Siquidẽ quoties nouus princeps init gubernacula, & cooptandus eſt [e], Ruſticus quidã,marmoreũ conſcendit lapidẽ, non longè ab oppido S. Viti,erectũ in pratis latè patentibus;ad ruſtici dexterã bos mater nigri coloris extat; ad læuam Paramatiæ deformis equa, frequenti populo & omni ruſtica turma. Tum princeps ex aduerſa pratorũ parte procedit,purpurati circum proceres ambiunt:vexilla ante ipſum & inſignia principatus. Comes Goritię qui Palatinę aulę præfectus eſt, inter duodecim ſigna militaria præcurit,ſequuntur reliqui magiſtratus. Nemo in eo eſt comitatu quem non honore afficiant. excepto principe,præ ſe ſpeciem ruſtici ferente, agreſtis ei veſtis,agreſtis pileus,calceúſque & baculus in manu geſtantis paſtorem oſtendit, quem vbi primùm ruſticus de ſaxo,venientem eſt conſpicatus,quis hic eſt, inclamat, cuius tam ſuperbum inceſſum video? Reſpondet circunſtantium corona, Terræ principẽ aduentare. Ille dehinc, Iuſtúſne iudex eſt, ſalutis patriæ ſtudioſus,liberæ conditionis, dignus honore? an ne etiam Chriſtianus, fidei cultor,defenſor, propagator? Eſt & erit, aiunt omnes: Rurſum ille, Quo me igitur, inquit,iure his ſedibus dimoueat? Reſpõdet Goritiæ comes, ſexagenis denariis abs te hic locus emitur,iumenta hæc tua erunt,bouem & equam digito indicans, item veſtimenta principis, quæ paulo antè exuit

a *Vt ſcripſit Æmilius in* 1.

b *Vt ait Cromerus libro* 2.

c *Vt ait Plutarch. oratio.* 2. *de Alexandri fortuna.*

d *Herod. in* 5

e *Æneas Syluius ſiue Pius pa. lib. in deſcriptione Europæ.*



exuit,tecum auferes:tua in poſterum familia, omni tributo immuni futura. Quibus dictis ruſticus leui colapho principi dato, iubet legitimè ſuis ius dicere,princeps demum conſcenſo lapide, nudum gladium manu vibrans,æqua rerum iudicia ſubditis pollicetur.

17 Statuerat Deus lege regia ne populus Iſrael poſſet aliunde regem ſibi eligere, quàm ex fratribus ſuis, id eſt ex gente Hebręa [a].

18 Communis etiam eſt opinio imperatorem Romanorum non poſſe eligi, niſi Germanum & ex Germanis ortum: nec ab aliis eligendum quam à Germanis. dicunt enim actiuè & paſſiuè in Germanis imperium Romanum tranſlatum [b] exceptis Francigenis regibus,qui poſſunt eligi,vt ait Bald [c]. quia aliquo modo ex origine Caroli Magni deſcẽdentes, Germani in hoc iure cenſentur. Sicuti conclufum fuit per Henningum à Goden [d] Carolum regem Hiſpaniæ & Ferdinandum ducem Burgundiæ fratres, nepotes ex filio Philippo ſuper illuſtriſſimi principis Maximiliani regis Romanorum, & duces Auſtrię, ratione aui dici Germanos [e] etiam alibi natos & eſſe eligibiles ad imperium. Quemadmodũm, & quo tempore imperium fuit trãſlatum in Carolum Magnum, is erat rex Galliarum, & per vires & ſumptus Galliæ liberauit ſedem Apoſtolicam ab aduerſariis, & vti rerum Galliarum accepit omnia priuilegia & imperium à ſummo Pontifice & Synodo Lateranenſi, vt non debeant ægrè ferre Germani, ſi Galli principes dicantur eligibiles ad imperium. Cùm neque poſſint inficias ire etiam, Archiepiſcopum Treuerenſem vnum ex electoribus,ſe dicere cancellarium nomine Gallorum,vt remaneat iudicium imò probatio, ius quoddam eſſe eligendi Gallis quorum nomine ſe dicit eligere, quamuis ab illis nunquam habuerit quod legerim mandatum eligendi.

19 Sic iure pręſcriptum eſt pontificio vt pręlatus eligatur ex collegio Eccleſiæ vacantis & ex clericis eius [f] & Summus Pontifex princeps eccleſiaſticus ex collegio fratrum Cardinalium [g] ſi ibi idoneus inueniatur,ſin minus aliundè [h].

*De Principatibus delatis per contractus.*

## CAPVT XVI.

INVENIVNTVR imperia,regna,& principatus,ad inſtar patrimonalium conceſſa aliquando quemadmodum nomine dotis cũ Fauſtina vxore habuiſſe M. Antoninum colligitur ex Iulio Capitolino in eius vita. cùm enim ei diceretur, vt Fauſtinam vxorem tanquam adulteram repudiaret, vel occideret:dixit, Si vxorem dimittamus,reddamus ei dotem.

2 In capitulis pactionis & concordiæ inter Guntrãdum & Childebertum reges,& Brunechildã reginam viduam, ad Andelaum habitæ,inter cætera circa dominia & principatus ciuitatum quarũdam ſic pactum, *De ciuitatibus verò Burdegala, Lemouica, Cadurco, Beuarno & Bigorra, quas Gaileſuindam germanam dominæ Brunechildis tam in dote quàm in Morgaueciba, id eſt matutinali dono, in Franciam venientem certum eſt acquiſiuiſſe, ita conuenit, vt Cadurcum ciuitatem cum terminis & cuncto populo ſuo, domina Brunichildis de præſenti,*

a *Deutero. c.* 17

b *c. venerabilem verum de electio. & ibi Panor. Iohannes Andreas in additio. ad ſpeculatorẽ de reſc. præſenta. §. f. verſ quare dignum & in verbo electione Hẽningus à Goden in principio conſilior.*

c *Bald. ad dictum c. venerabilem.*

d *in d. Conſil.*

e *per l.* 1. *ad municipal. P. & l. aſſumptio, § fili us eo. tit & ibi per gloſſ. Bartho. & Bald. & ad l. penul. de ſenatori. P.*

f *c. abbate ſancti ſyluani* 25. *de verborum ſig. c. cum dilectus* 8. *de conſuetud. ca.* 4. *ab batem* 18. *q.* 2.

g *ca. in nomine domi.* 23 *diſt.*

h *cap. nullus, ca. obitum* 61. *diſtinct. ca. quãſit* 18. *q.* 2. *ca. licet* 8. *q.* 1.

*in ſua proprietate percipiat, reliquas ciuitates dominus Guntrandus quoad viuat poſſideat, ita tamen vt poſt mortem eius in dominium dominæ Brunchildis & eius hæredum reuertatur*[a].

a vt refert Gregorius Turonenſ. ep. lib. 9. hiſtoriæ Frãciſcæ c.20.

3 Poſtquam Sanctius rex Portugalliæ, iuſſu Innocentii 4. Alphonſo fratri regno ceſſit quòd ineptus eſſet ad eius adminiſtrationem, Alphonſus ducta vxore Beatrice filia Alphonſi decimi Caſtilię regis, regnum Algarbiorum in dotem accepit, vnde reges Portugaliæ deinceps ſe ita inſcripſerunt[b].

b *Vaſæus in Chronic. Hiſpaniæ circa annum* 1260.

4 Eodem etiam ferè tempore cùm Edoardus filius Henrici 3. regis Anglorum duxiſſet in vxorem Aleonoram Alphõſi Caſtiliæ regis ſororem, pater ei donauit principatum Vualliæ: hìncque fit vt filius natu maior regis Anglię, dicatur princips Vualliæ[c].

c *vt tradit Polydor. Virg. lib.16. hiſtoriæ Angl.*

5 Celeſtinus 3. Sum. pontifex mortuo Tancredo qui occupauerat regnum Sicilię, eduxit ex cœnobio monialium Panormo, Cõſtãtiã iam monialẽ, filiã Rogerij regis Sicilię, & eam nuptui dedit Hẽrico 6. Friderici Ænobarbi filio, & vnà in dotem regnum Sicilię[d].

d *Platina in Celeſtino* 3.

6 Syloſon munificentia Darij, mortuo Polycrate, Samiorum tyranno adeptus eſt tyrannidem[e].

e *Strabo li.*14.

7 Tiberius Conſtantinus, poſtquam imperium ſeptem rexit annis, ſentiens ſibi vltimum diem imminere, ex conſilio Sophiæ Auguſtæ, Mauricium genere Cappadocem, virum ſtrenuum legit ad imperium, ſuámque filiam regalibus ornamentis ornata ei tradidit, dicens: Sit tibi imperium cum hac puella cõceſſum, vtere eo fœliciter, in mente habens æquitatem ac iuſtitiam, præcipua optimi imperatoris eſſe inſignia[f].

f *Annonius de geſtis. Francorum. lib.3.c.35.*

8 Voluit anno Domini 1504. potẽtiſſimus rex Hungariæ Vladiſlaus, cùm inutilis redditus fuiſſet ex morbo apoplexiæ, filiam vnicam tradendo nepoti regis Romanorum Maximiliani in vxorem; regnum Hungariæ regi Romanorum reſignare; verùm impeditus fuit per magnates Hungariæ, qui tantum ei dederunt coadiutorem filium comitis Stephani magni, vt ſcribit Linturius in appẽdice ad faſciculum temporum, in anno 1504. Siquidem, quando leges fundamentales regnorum aduerſantur contractibus ineundis, tunc contractus de illis, & alienationes, interdicuntur principibus, non minùs quàm poſſeſſoribus aliis priuatis, rerum ſubditarum reſtitutioni, vel alienarum. Sic enim principes quidam in aliquibus cenſentur tanquam fructuarij, quandiu vixerint, vt obnoxia bona ſint reſtitutioni, & ita reſoluto iure eorum reſoluatur ius ab illis habentium, vt ratio etiam ſtatuendi in iuſtitia diſtribuenda principibus[g], quando videlicet ex lege principes ſucceſſerũt; vel quãdo ex lege regni creati ſunt, & ita ipſi acceptando vel ſubeũdo principatũ, ſponte vidẽtur oneribus & conditionibus regni ſe obligaſſe, vt non poſſint iuſtè ſine cauſa eas contemnere, vt qui ſponte adiit hæreditatem ſibi delatam, vel ex voluntate teſtamentaria defuncti, vel ex lege ab inteſtato, cenſetur ſe obſtringere oneribus & legibus hæreditati & ſucceſſioni impoſitis, tanquam ex contractu facto cum mortuo, vel lege quæ defert ſucceſſionem quòd ſi princeps præter illas leges quippiã fecerit, certè tuti non ſunt qui cum illis contrahũt, & proinde à ſucceſſore

g *In l. lex vectigali, de pignoribus. P. authen. res quæ, & l. fin. §. fin. autem, C. communia de lega.*



ceſſore in principatu, vel ab ipſa republica geſta tanquam nulla reuocantur & retractantur.

9 Quamobrẽ iudicatum in ſenatu Pariſienſi per Pares Franciæ, & executioni demandatum pro Carolo 7. contra pacta inita apud Tricaſſes (*vulgo Troye en Champaigne*) per Carolum 6. anno 1420. quibus pactum erat in cõuentionibus matrimonialibus inter Catherinã eius filiam, & Henricum 5. regem Angliæ eius ſponſum, vt Anglus rex & eius ſucceſſores maſculi, vocarentur ad regnum Galliæ, excluſo Carolo 7. Nempe quod hoc peractum eſſet contra legem Salicam fundamentalem regni, & quæ inter alios etiam Francos viguit ne bona de terra Salica, tranſeant à lancea in colum, & filiæ non ſuccedant, nec eorum filij in regno, quia mulier caput & finis ſuæ familiæ eſt.

Quo loci admonebo lectores phantaſticæ & ſtultiſſimæ ignorantię, ni velis eam dici ſacrilegam alicuius ſecretarij ęrarij, vocat ſe *Secretaire des finances & hiſtoriographe du Roy* qui lib. 4. voluminis quod inſcribit *des affaires de France*, negat impudenter legem Salicam regni, quam non dicit eſſe vnam, ſed Salicas plures. quamuis, inquit, per manus de ea fides à maioribus ad nos peruenerit. Se ipſum enim mendacij conuincit aſſerens per manus legem Salicam perueniſſe ad reges & ea vſos. Et vltra vt video parum erat ille hiſtoriographus verſatus in hiſtoria, nec legerat leges Salicas quæ tamen excuſſæ ab antiquo ſunt, inter quas eſt illa qua reges noſtri Gallorum vtuntur, ſicut & vtebantur alij qui habebant terras liberas. Nec conſequentia valet. Erant, inquit, plures leges Salicæ, & non vna, ergo hæc non eſt Salica: non enim dicimus vnam tantùm fuiſſe, ſed hanc de ſucceſſione vnam eſſe ex pluribus.

Et nimium impudenter auſus homuncio impugnare ſua mente legis Salicæ in regno vſum, quam tot prælia, tot pactiones, tot ſenatuſconſulta, & iudicia probarunt, de quibus nos egimus alibi[a]; ídque pluribus & iudiciis & controuerſiis relatis. Oportuerat hunc nouum hiſtoriographum, ſaltem vel vnum ſuæ & Anglicæ opinionis teſtem hiſtoriographum citaſſe, & miror cur ſe auſus fuerit inſcribere hiſtoriographum Franciæ, contra legem regni ſcribendo, quemadmodum & impudentius aſſerit barbaram fuiſſe legem, qua excludantur fœminę à ſucceſſione regnorum. Nam non legit, ſaltem non reminiſcebatur, quòd in regno Iudæ aut Iſrael nulla fœmina imperauit, excepta Athalia quæ tyrannicè per ſeptem annos, occiſo ſemine regio, occupauerat regnum Iſrael. certè vel ignorauit vel omnino impius dicendus, qui legem Dei vocat barbaram. nec inuenimus vnquam in libris Iudicum & Regum, & Paralipomenon, aliquam mulierem Dei iuſſu vel alio modo imperaſſe. Et iudicauit quidem prophetiſſa Debora filios Iſrael, ſed nec illa dux fuit contra Siſaram: ſed ex iuſſu Dei electus Barac in ducem[b]. Iſte legem barbaram dixit quam iuſtis rationibus populi prudentiores, ſanctiſſimam duxerunt, vt alibi doceo de principatu fœminarum: conſtat etiam hoc ius eſſe priſcum & iuſtis rationibus ſancitum feudorum[c].

a *lib.* 45. *ſyntagmatis c.4. numero 8. & ſeq.*

b *Iudic. c.4.*

c *de quibus nos lib.6. ſyntagm. c.12.*

Siquid hîc pſeudohiſtoriographus de ſuis temporibus ſcripſiſſet,

& ſe vidiſſe teſtaretur, quippiam forſan ei fidem quidam adhibere poſſent qui eum non cognouiſſent: ſed quia innititur propriæ opinioni ſine authore, & contra authoritatem eorum qui antiquiſſimi ſunt, & proximiores fuerunt temporibus inſtitutionis regni, certè ridiculus eſt omnino his qui in hiſtoriis antiquis verſati ſunt, & qui norunt Francorum leges & inſtituta apud quos hæc lex priuatim & publicè ſeruata fuit, ne filiæ ſuccedant in terra Salica[a]. extant & leges excuſſæ eius nominis Salicæ ex quibus illa poterat à noſtro condito hiſtoriographo ſaltem legi[b], nec ille putare debebat, illas ſuppoſitas fuiſſe, cùm principes præſtantiſſimi Carolus Magnus, Ludouicus, & alij eaſdem emendauerint & confirmauerint. Sunt & teſtes de hac lege Salica non Galli vt confingere eam arbitremur, ſed Germani qui proximi fuerunt Francis orientalibus quibus ſubacta Gallia, vt Sigibertus Gemblacenſis, in Chronico anni 422. Otto Friſingenſis, Iohannes Tritemmius Abbas, Conradus Peutingerus, Paulus Volzius, quorum verba refert Iacobus Spiegel Saleſtadienſis, in lexico iuris in dictione *Salicam*.

a *& de hac nos quædam tradidimus li.1. præludior. optimi iuriſcon. ca.10. & 11.*
b *de qua & nos prædict. li. 45. Syntag. ca. 4. num. 7.*

*De inuaſis principatibus per vim illegitimè, Et de ambitione regnandi eiuſque malis.*

## CAPVT XVII.

MAGNANIMITAS magnos honores, ſed ſicut oportet, expetere ſuadet: at ambitioſus in appetitione hac excedit, plus nec eo modo quod oportet expetens, vt ait Ariſtotel[c]. affinéſque videri magnanimis ambitioſos rurſus idem[d] apertè docet, ſed nihilominus in eo maximè differre, quòd magnanimi, ſine vitio ſint, & ratione gradus & poteſtatis in quibus conſtituti ſunt, excellunt bono aliquo, cùm re vera ſolus bonus honorandus ſit, & multo magis ſi illi diuitiæ, aut dignitas, aut poteſtas detur. Qui autem ſine virtute huiuſmodi bona poſſident: neque meritò magnis honoribus dignos ſe eſſe arbitrantur, neque rectè magnanimi dicuntur: quippe cùm hæc abſque integra atque abſoluta virtute eſſe non poſſint: ſed contemptores contumelioſi, atque huiuſmodi vitiis præditi efficiuntur. Non facilè enim fit vt ſine virtute, conſonè ac moderatè, rerum ſucceſſus proſperos quiſpiam ferat. Dum igitur hi ferre proſperam fortunam nequeunt, putántque ſe alios excellere, omnes alios deſpiciunt: ipſi verò agunt quodcunque fortè inciderit: imitantur enim magnanimum, licet tales minimè ſint, atque id faciunt in quibus poſſunt. Quæ enim ex virtute ſunt, ea non agunt, ſed contemnunt alios.

c *lib.2. magn. mora. ad Nico. c.7.*
d *lib.4. c.3.*

2 Vana illa honorum cupditas quæ immeritam ſibi adiici deſiderat gloriam, tam potens eſt, támque ferox, vt reddat hominem ſæpe ſuæ ſalutis immemorem ad tentandum quæ ferè impoſſibilia facta habentur, nec pareat religionibus proximitatis, aut iuri diuino aut humano: & vt dicebat Euripides in Phœniſſis, & Iulius Cæſar, teſte Suetonio in Iulio c.30. & Cicero 3. officio.

εἴπερ



εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ᾽ἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

Quos verſus ſic ipſe Iulius conuertit.

*Nam ſi violandum eſt ius imperij gratia*
*Violandum eſt: alijs rebus pietatem colas.*

Refert Plutarchus in Demetrio, ſucceſſores regnorum poſt mortem Alexandri magni omnes parricidas, & inceſtis libidinibus infames fuiſſe: & inter illos axiomatis loco habitum, *Fratrum cædes ad ſecuritatem regni eſſe.* Extra vnam Antigoni domum, in qua, nullus præter Philippum Macedoniæ regem, qui Demetrium filium ſuſtulit, cognato ſanguine manus polluit.

3 Certè vox verè ferina, ſi ius violandum ſit imperij cauſa, vel regnandi, violandum. vox rurſum inimica humanæ ſocietati, qua vtebatur Lyſander, pueros, taxillis, homines iureiurando fallendos: & vbi leonina pellis non ſufficit, ibi eſſe aſſuendam vulpinam[a]. Cupiditate honorum temere rapti, nec humanis, nec diuinis parcunt legibus, imò, nec ſibi, nec filiis, nec proximis, multo minus extraneis ſiue iure, ſiue iniuria, ſiue ex ſuſpicione, quos ſibi obſtaturos implende ambitioni exiſtimauerint, eos tollere omni ſtudio ſatagunt, viam ſibi per ſcelera deteſtabilia, ad ſtatum nihilominus innocentiſſimum principatus, ferro, igne & immanitate facientes.

a *Vt referunt Plutarch. & Aemil. Prob. in eius vita.*

4 Sic meminit Herod. lib.1, Aſtyagem auum Cyri regis Perſarum, voluiſſe & iuſſiſſe necari hunc Cyrum nepotem ex filia Mandane, metuens ne poſt illum ſuccederet iuxta vaticinia ſuorum ſomniorum.

5 Voluit idipſum agere Amulius, oppreſſo fratre Numitore, & filios filiæ Numitoris tradidit exponendos & trucidandos, ne in eos paternum Numitoris reſcideret imperium[b].

b *Liuius in 1. Iuſtinus 43.*

6 Herodes alienigena à gente Iudæorum, ideo regni incapax: vt tutius in tyrannide vſurpata imperaret, ſocrum, ſocerũ, atque filiam, vxorem ſuam, & duos ex ea ſuſceptos liberos & Ariſtobulum interemit: Zanedrim ex domo Dauid deleuit. Tum & Salomen ſororem ſuam, & virum eius, de tribu Iuda, itémque proprium filium quem ex vxore eiuſdem tribus ſuſceperat, interfecit, quòd diceretur iam in lege promiſſus Chriſtus natus. Philo Iudæus in Breuiario De temporibus.

Quamobrem Auguſtus, ſicut ſcribit Macrob. 2. ſaturnaliorũ, cùm audiſſet inter pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorum intra bimatum iuſſit[c] interfici, filium quoque eius occiſum, ait, *Melius eſſe porcum Herodis quàm filium.* Abſtinebant enim à porcis Iudæi, & ita non occidebant.

c *Matthei c. 2.*

7 Quemadmodum & Domitianus, longo poſt tempore, veritus regnũ Chriſti terrenum, eos qui de genere eſſent Dauidis, iuſſit cõquiri & necari. Euſeb. lib.3. c.19. valde enim erat regnandi cupidus, ex quo non ceſſauit fratri Tito Veſpaſiano clam inſidias ſtruere palámque, quoad correptũ graui valetudine, prius quàm planè efflaret animam, pro mortuo deſeri & ſepeliri iuſſit. Suetonius in Domitiano cap.2.

8 Artabanus præfectus Xerxis regis Perſarum, in ſpem regni adductus, Xerxem agreſſus, ad quem iure amicitiæ ſemper ei patebat aditus, domi trucidauit, & poſtea vt filios eius tolleret, finxit apud Artoxerxem filium Xerxis, à Dario fratre & filio quoque Xerxis, quò maturius regno potiretur, fuiſſe necatum, & impulit vt fratrem trucidaret, ſed cùm adhuc decreuiſſet & Artoxerxem tollere, is detecto conſilio & proditione, collecto exercitu, Artabanum meritò cum filiis trucidauit, & ita crudelitatis & perfidiæ pœnas luit, & regni quod ambiebat ſpe priuatus vnà eſt[a].

a *Iuſtinus li 3.*

9 Otho Syluius, nullum officij aut ambitionis genus in quenquam omiſit vt fauorem ſibi demereretur, & ſolicitaret etiam custodias excubantes principis viuentis Galbæ. & cùm dolo non potuiſſet peruenire ad imperium, per apertas inſidias Galbam necari & trucidari fecit. Sed non diu imperio potitus, neque pluſquam nonaginta quinque diebus à Vitellianis oppreſſus, ſe ipſum interimens, vt ſcribit Suetonius Tranquillus in Othone c.4.5.6.& 11.

10 Agathocles qui prioris Dionyſij magnitudine ſucceſſit ad regni maieſtatem, ex humili & ſordido genere peruenit, infamis ex pueritia & ſtupris, patre figulo natus, Siciliæ tyrannidem occupauit dolis, crudeliſſimis proditionibus, de quibus ſcribit Iuſtinus libro 22.

11 Extincto in Sicilia Dionyſio tyranno ſeniore, filium maximum natu eius Dionyſium in locum eius milites poſuerunt maturam ætatem eius ſequuti, & quod firmius regnum futurum eſſet, ſi penes vnum remanſiſſet, quàm ſi portionibus inter plures filios diuideretur, ſed ipſe Dionyſius, fauore prius popularium ſibi conciliato, & cognatos & fratres ſuſtulit, ne conſortium regni aliquando haberent, & in ſuos prius tyrannidem quàm in extraneos auſpicatus eſt. ſed ille tandem & regno pulſus, & in priuatam vitam Corinthi redactus[b].

b *Iuſtin. li.21.*

12 Poſtremus omnium regum Romanorum Tarquinius fuit, cui cognomen ſuperbi ex moribus datum. hic regnum auitum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit quàm expectare: immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem, non melius egit quàm acquiſierat: nec filij eius meliores. proinde ex libidine eorum, & ſceleribus eius, iuſtè ei & poſteris regnum abrogatum eſt. Lu. Florus lib.1. rerum Romanarum.

13 Demetrius Soter contra ius gentium mortuo Antiocho fratre, primogenito relicto filio pupillo, curauit filium necari vt regnaret[c]. verùm ab alio tyranno paulo pòſt, qui ſe filium Antiochi diceret, nomine Alexandro ex conſenſu populi ſuppoſito, victus & necatus eſt[d].

c *Iuſtin. lib.34.*
d *idem lib. 35.*

14 Ptolemæus *κέραυνος* cùm totum Macedoniæ regnum occupaſſet, pulſo Antigono; vt Arſinoen ſororem ſuam deciperet & filios eius vita priuaret, & Caſſandriæ vrbis poſſeſſione, & ſibi regnum illorum firmaret quod occupauerat: finxit ſe amore eius detineri, & ducere in matrimonium velle: atque eo prætextu, in eo nuptiarum conuiuio filios eius trucidari iuſſit, verùm non multo pòſt à Gallis

in præ-



in prælio cum ſuis victus, ei caput amputatum eſt[a].

a *Iuſtin. li. 24.*

15 Sed quid omittimus Alexandrum eius anteceſſorem cognomine magnum, qui ambitione ſupra omnes reges excelluit, & paucis annis inani illa mundi gloriola potitus eſt, & qui poſt eius mortem, quæ multis cladibus comparauerat, multis tyrannibus deuoranda & diſſipanda reliquit? Is enim proficiſcens ad bellum Perſicum, vt ſcribit[b], omnes nouercæ ſuæ cognatos, quos Philippus pater in excelſiorem dignitatem prouehens, imperiis præfecerat, interfecit: neque ſuis, qui apti regno videbantur, pepercit; ne qua materia ſeditionis procul ſe agente, in Macedonia remaneret: & reges ſtipendiarios cõſpectioris ingenij, ad cõmilitium ſecum traxit, ſeniores ad tutelam regni reliquit.

b *idem Iuſtin. lib. 11.*

16 Scribit Luc. Florus[c], motum concitatũ in Syria, quòd Cleopatra Demetrium virum ſuum, & Seleucum filium interemiſſet, multum indignata, quòd occiſo patre eius à ſe, iniuſſu ſuo diadema ſumpſiſſet.

c *lib. 60. epito. Liuij.*

17 Non omittam quę narrat Plato[d], de Archelao Perdiccę filio, qui imperauit Macedonibus. Is.n. ex ancilla Alcetæ Perdiccæ fratris natus eſt, & ideo regnum occupauit quod ad eum non pertinebat, ſed ipſo iure Alcetæ ſeruus erat: occupauit autem iniuriis commiſſis & cædibus primum in ipſum Alcetam. Nam primo hunc ipſum dominum patruúmque ſuum Alcetam accerſitum ad ſe, quaſi regnum quod Perdiccas abſtulerat redditurus, conuiuio vinóque grauatum, ipſúmque & ipſius filium Alexandrum Patruelem æqualémque ſuum, coniectos in plauſtrum, noctéque aſportatos trucidauit atque deleuit, & paulo pòſt fratrem ſuum legitimum Perdiccæ filium puerum annorum ſeptem, ad quem regnum pertinebat, in puteum præcipitem dedit, & ſuffocauit.

d *in Gorgia.*

18 Polycrates, Aeacis filius, Samum inſulam armis occupatam, cum Pantagnoto & Siloſontæ fratribus primò tenuit: mox vno interfecto, altero in exilium acto, ſolus tyrannidem tenuit. verùm non multo priùs quàm Cambyſes Perſarum rex periit, ab Orœote Lydiæ præfecto fraude captus, & cruci affixus eſt[e].

e *Herodo. li. 3.*

19 C. Marij & L. Syllæ Triumuirorum; poſtea Auguſti, Lepidi, & M. Antonij diſſenſiones regnandi cauſa, in horrendam carnificinam optimorum vtriuſque factionis ciuium eruperunt, vt notãt Appian. Cicero, & Florus.

20 Ardyæus, Pamphyliæ tyrannùs verſutiſſimus, patrem ſenio confectum, & fratrem natu maiorem, interfecit. Plato libro 10. de republica.

Eucratides Bactrianorum rex potentiſſimus, cùm filium ſuum ſocium regno aſciuiſſet, ab eodem ex inſidiis miſerè, dum poſt Demetrium fugatum Indiámque ſubactam, domum rediret, trucidatus eſt: nec vllam aliam ob cauſam, quàm vt poſt interfectum patrem ſolus imperaret[f].

f *Alexa. ab Alex. li. 2. c. 6.*

21 Victericus Hiſpaniæ rex, Luybam anteceſſorẽ in regno inſidiis interemit, vt regnum obtineret. Sed eo ſeptem potitus annis,

eodem mortis genere periit. Ritius Neapolita. lib.1. regum Hiſpaniæ.

22 Refert & eodem libro, Theodoricum 2. Viſigothorum regem in Hiſpania, vnà cum fratre Friderico, Toriſmundum fratrem iugulaſſe, vt regnum acciperet: tandem & illum, à ſuis fratribus iugulatum.

23 Cùm omnia Craſſus permiſiſſet apud Parthos Andromacho Carpeno, mox à Parthis fuit proditus & interfectus: verùm neque Andromachus ipſe, impunitatem poſtea à ſuo dæmone eſt conſecutus; nam cùm eius proditionis præmium accepiſſet, vt patriæ ſuæ eſſet tyrannus, ob ebrietatem crudelitatémque qua in omnes vtebatur, vnà cum ipſa domo à Carpenis fuit combuſtus[a].

a vt narrat Athenæus lib. 6. dipnoſophiſtis c.6.

23 Irrepſit & imperandi libido cum pari, imò maiori interdum crudelitate in mulierum corda. referam quædam exempla prout ſubibunt memoriam.

Fuit ſumma Laodices in ea re ambitio & impietas, quæ ex ſex filiis quos ex rege Ariarathe ſuſceperat, timens ne non diuturna regni adminiſtratione adultis quibuſdam potiretur, quinque parricidiali veneno ſuſtulit: vnum tantùm paruulum ſceleri matris, cognatorum cuſtodia eripuit, qui poſt necem Laodices ſolus regno potitus eſt. & ipſa propter eius crudelitatem iuſtas penas pependit, & à populo necata eſt, vt teſtatur Iuſtinus ex Trogo lib. 37.

24 Athalia mater Ochoziæ regis Iuda, videns mortuum filium ſuum, occidit omne ſemen regium, vt ipſa regnaret, excepto Ioa qui abſconſus fuit clàm à ſorore, atque ita regnauit ſeptem annis, ſed poſtea ipſa necata, & regnum reſtitutum Ioæ[b].

b 4. Regum c. 11.

25 Decreuerat Euridices vxor Amynthæ regis Macedonum, occidendum virum, regnúmque adultero tradendum. occidit & poſtea Alexandrum filium, ſed filia pellicatum matris & adulterium & conſilium in perniciem generis conceptum, detexit[c].

c Iuſtinus li. 7.

26 Brunechildis vxor Sigeberthi regis, vt poſt mortem mariti regeret regnum Galliarum, decem reges Galliarum, partim conſilio, partim manu aut veneficio extinxit: verùm tandem meritas ſcelerum & parricidiorum luit pœnas, & indomiti equi caudæ per crines & brachia alligata, per aſpera, ſentes, rupéſve ab equo concitato tracta, calcibus cerebro diſperſo, per membra quoque diſſipata eſt ex ſententia comitiorum Francorum communi ſub Clotario rege[d].

d Aymo. lib. 4. de geſtis Francorum c. 1.

27 Refert Aeneas Syluius[e], mulieres Boemicas principatum Boemiæ more Amazonum non diu erat obtinuiſſe potenter per ſeptem annos, multos interim viros iuuenéſque aggreſſas, paſſim trucidaſſe, nec aliter pugnaſſe quàm ſi mulieres viri animos; viri verò muliebres, induiſſent.

e lib. hiſtoriæ Boemicæ c. 7.

28 Tullia Serui Tullij filia, impiiſſima fœmina: vt Tarquinio Superbo nuberet & regnum ſibi pararet Romanorum; maritum Tarquinij fratrem, & ſororem ſuam eiuſdem vxorem, necari curauit. Et poſtea Seruium Tullium patrem fugientem, ſupra cuius iacentis vulneribus ſauciati cadauer præteruehens carpento, infeſtis fu-

riis



riis agitata, & muliebri ſpiritu inflata, incedere non dubitauit[a].

a vt ſcribunt Liuius in 1. & Florus.

29 Cleopatra, ex his quæ in Ægypto vetuſtiore memoriæ reginæ nomen tulerunt, matrem thoro expulit, filias viduas fecit, fratrem cui debebatur regni ſucceſſio veneno ſuſtulit, agẽtem quindecimum annum, deinde ſororem ſuam Arſinoen Epheſi in templo ſupplicem, per Antonium interfecit. alterno fratrum matrimonio virilis ſtirpis vnum in exilium egit, alterum interficere conata eſt, cui tamen poſtea ſuorum ſcelerum debitas exoluit pœnas, poſt mala propemodum infinita[b].

b Ioſephus 15. antiquita. c. 4.

30 Scribit Dubrauius[c] Drahomiram Lucenſem, quæ Vratiſlao Boemorum principi nupſerat, poſt mortem mariti imperium vſurpaſſe, quamuis ex eo matrimonio haberet duos filios, Venceſlaum & Boleſlaum: & cùm Boemi principatum propter eius tyrannidem detuliſſent Venceſlao, eam Ludmillam ſanctiſſimam fœminam auiam Venceſlai per ſicarios in templo ſtrangulaſſe, & Venceſlaum trucidaſſe in templo, & ſacerdotes extra Pragam occidiſſe. Cæterùm biennio pòſt, eò loci quo adhuc inſepulta iacebant oſſa ſacerdotum, terram ſua ſponte dehiſcentem, Drahomiram vnà cum curru, & qui ſimul vehebantur, abſorbuiſſe.

c libro 5.

31 Ambitio illa regnandi & plures nationes immeritas vaſtauit & perdidit ipſóſque tandem ambitioſos periculo vitæ inuoluit.

Neque enim belli poteſtas principibus à Deo conceſſa eſt, ad implendam ambitionem aut ſaturandam inſatiabilem habendi libidinem, ſed ad defendendum populum ſibi commiſſum, ad propellendas ab eius finibus iniurias, ad vindicandas illatas, non propagandi illicitis artibus, ſed conſeruandi principatus data iis qui præſunt facultas. In quo miror Africani ſapientiam quæ Chriſtiana videtur propemodum. Is enim, refert Valerius Maximus[d], cenſor exiſtens, cùm luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolemne ei præfationis carmen præiret, quò dij immortales, vt populi Romani res meliores amplioréſque facerent, rogabantur. Satis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt, itaque precor vt eas perpetuò incolumes ſeruent, ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari iuſſit. Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano imperio petendum fuiſſe, cùm intra ſeptimum lapidem triumphi quærebantur: maiorem autem totius terrarum orbis partem poſſidenti, vt auidum eſſet vltra quicquam petere: ita abundè fœlix ſi nihil ex eo quod haberet amitteret.

d libro 4. c. 1.

32 Inter laudes Ageſilai & regni Lacedæmoniorum, Plutarchus in eius vita cauſam cur diu regnauerint reges in Spartha, contemptũ ambitionis ponit. Illud quoque, inquit, haud eſt ſilentio prætereundum, quod ad communem & patriæ & ſui generis laudẽ pertinet: nempe quòd nunquam ciuilis eorũ prædeceſſorũ Archeſilai regnum excidere cõata ſit, ideo quod ipſos honore anteferri cæteris inuidia torqueretur: nec ipſi reges maiora vnquã affectauerunt, quàm ab initio regni ſui poſſediſſent. Quocirca cùm nullam adhuc gubernãdi rationẽ cognouerimus, neq; popularẽ, neq; paucorum poteſtatem,

neque tyrannidem, neque regiam dignitatem, quæ ſtabilis & abſque vlla interruptione perſeuerauerat: hoc tamen ſolum regnum aſſiduè ſucceſſiuéque durare cernimus.

33 Qui ambitione regnandi vicinos inuadunt, nec vlla iuſta cauſa bellum mouent, ſæpe dum aliena ſectantur propria amittunt, vt accidit Vladiſlao Polonorum regi, qui ab vxore impulſus ad priuandos regno Bleſlaum Criſpum, Meciſlaum & Henricum, fratres, regno proprio exutus, victus, & in Germania exul contabuit. Vt ſcribit Cromerus lib.6.

34 Tyranni ſæpe excitantur, qui orbem excurrant, vaſtent, & omnia ſacra & prophana conculcent, Dei occulto iudicio: vel eo vindicante humana prætermodum excreſcentia flagitia, ſunt iſti flagella, fulgura, peſtes ſocietatis humanæ, carnifices ſceleratorum, caſtigationes delinquentium. Et ab iſtis ſi exquiras quid rei ſit, cur ita populentur, ſæuiant, vrbes inuadant, diruant, regna quærant: nihil aliud inuenies in cordibus illorum ſculptum, præter inflatam imperandi & regnandi cupiditatem & ambitionem. laceſſunt enim non repugnantes, non iniuriantes alienos, pacificos, vt poſſint dicere ſe imperare, cùm verius mereantur carnificum tyrannorum & peſtium, vt dixi, humanæ ſocietatis titulos.

*De occupata tyrannide per Dolum.*

## CAP. XVIII.

DOLO & fraude plures ad dignitatem principatus peruenerunt, ad quam legitimè peruenire non potuiſſent: & quibuſdam aliquandiu fortuna arriſit, aliquibus detrimento ſummo fuit, vt detectis etiam dolis vnà cum principatu vitam depoſuerunt. Adferam primo loco eorum exempla qui ſe aliorum nomine & ſuppoſitione perſonæ eo peruenerunt, vt tales quales ſe dicerent crederentur, & illorum nomine principatum acceperunt. Initium exemplis antiquiſſima erit Semiramis, quæ poſt mortem Nini mariti relicto filio: nondum ad imperandum ætatis maturæ, non eſt auſa filio imperium tradere puero adhuc, nec ipſa palam imperium tractare, tot & tantis gentibus vix patienter vni viro nedum fœminæ parituris. Quamobrem ſimulauit ſe pro vxore Nini filium: pro fœmina, puerum. Nam & ſtatura vtrique mediocris, & vox pariter gracilis, ſigna formæ, lineamentorum æqualitas matris ac filio ſimilis. Ita mentita veſtitu ſumpto, virum, per quadraginta duos annos imperauit ſub nomine Nini Aethiopiam regno adiecit Aſſyriorum, Indiæ bellum intulit, multáque alia præſtantiſſima geſſit, donec poſtremo loco concubitum filij petens, ab eo interfecta eſt [a].

2 Poſtquam Cyrus filius Cambyſes rex Perſarum, iuſſiſſet necari fratrem ſuum Smerdin ſeu Mergidem, veritus ne ſibi ſuccederet, & Cambyſe etiam diuino iudicio mortuo, Magus quidam

a Iuſtinus ex Trogo lib.1.

dam



dam fratrem ſuum & nomine & ſimilitudine corporis ferè per omnia ſimilem Mergido necato, pro Mergide Cyri filio & fratre Cambyſis ſubiicit: íſque receptus tanquam verus Smerdis, regno potitus eſt, & rex à populo ſalutatus. Verùm octauo menſe poſtea, quis nam eſſet detectus, obtruncatus eſt. Herodotus in 3. Iuſtinus ex Trogo in 1.

3 Archelaus ſe finxit filium regis Mithridatis, ídque perſuaſit Ptolomęo regi Ægypti vt etiam ei dederit in vxorem filiam, & deinde effecit illum ſuum ſucceſſorem in regno Ægypti. Diu tamen hoc regno potitus non eſt malis artibus quæſito; nam prælio à Gabinio ſuperatus & occiſus fuit, vt refert Baptiſta Fulgoſius lib.9. dictorum & factorum memorabilium.

4 Refert Suetonius[a] ſuo tempore poſt mortem Neronis extitiſſe cõditionis incertæ hominem qui ſe Neronẽ eſſe iactaret, támque fauorabile fuiſſe eius nomen apud Parthos vt vehementer fuerit adiutus, & vix Romanis redditus: tandem tamen à Othone ſupplicio affectus, vt ait Xiphylinus ex Dione in Othone.

a in Nerone c.f.

5 Apud Francos fuit quidam ſuppoſititius pſeudofrater Guntranni regis vel Clotarij regis filius dictus Gũdoaldus, qui & pro vero fratre in regem receptus à militibus, vt ait Aymonius [b], tandem tamen derelictus à ſuis, in manus Guntrandi incidit, & ſublatus eſt, vt idem refert [c].

b lib. 3. de geſtis Francorũ c 61.
c eo. lib.3 c.70

6 Fuit alius qui ſe Druſum diceret, ab vrbibus per Ioniam & Gręciam acceptus; & in Syriam pergens, captus Tyberio plectendus miſſus eſt [d].

d Dio Caßius lib.58. hiſto.

7 Sub eodem Tyberio Clemens quidam Agrippam interfectum ſe ſimulauit, cùm ei forma accederet, atque multas ſeditiones excitauit quaſi imperium aui recuperaturus: tandem tamen captus & punitus [e].

e Dio Caßius lib.57

8 Meminit Iuſtinus[f] in odiũ Demetrij Sotheris dicti, qui vſurpauerat regnũ Antiochenſes, qui primi defecerãt, adiuuãtib. & Ptolomęo regi Ægypti & Attalo rege Aſię, & Ariarethe rege Cappadocię, bello à Demetrio laceſſitis, ſubornaſſe Prompalum quẽdã, ſortis extremæ iuuenem, qui regnum velut paternum armis repeterent. & ne quid contumeliæ deeſſet, nomen ei Alexandri indidiſſe, & genitum ab Antiocho rege dictum. Et Alexandrum, admirabili varietate rerũ priſtinarum ſordium oblitũ, totius fermè orientis viribus ſuccinctũ, bellum Demetrio intuliſſe, viciſſe & regno ſpoliaſſe & vita. verùm paulo pòſt, cùm Alexandro inter greges ſcortorum deſidia & luxuria, abuteretur poteſtate, oblitus ſuæ fortunæ, cùm in regia auxiliantibus Cretenſibus ſecurum ſe viuere putaret, A Demetrij filio puberi facto, nomine quoque Demetrio, adiuuantibus rurſum Antiochenſibus prælio inuaditur, & non minori impetu fortunæ deſertus quàm elatus interfectus eſt, victus prælio, ſicque pœnas dedit Demetrio quem occiderat & Antiocho, cuius mentitus erat originem.

f lib. 35.

9 Plures vſi hac impoſtura & ſimulato nomine è genere, proximáque exiſtente vel decipiente ſimilitudine, niſi ſunt, non tantùm

in priuatis, ſed etiam in publicis rebus genus proprium mentiri: ſed cum ſuo ipſorum tandem damno, vt liquet ex Valerio Maximo lib.9.cap.1.

Ita extitit Sidonius quidam patria, ſimilis facie, ſtatura & voce, Alexandro filio Herodis Antipæ, qui cum necatus erat, qui ſe pro eo inſinuauit, dicens euaſiſſe è manibus eorum qui eum occidendi mandata habuerant. Tantúmque valuit accommodata fictio, vt inter Iudæos iam tanquam verus Alexander filius Herodis Antipæ, pro rege haberetur: vtque illum non puduerit venire Romam, petiturus ab Auguſto partem regni paterni, ibique exceptus fuit à Iudæis qui Romæ erant cum apparatu Regio. Cæterùm Auguſtus ſuſpicatus dolum ineſſe, tandem ab eo extorſit ſuppoſitionem & veritatem rei, quam ipſe ei confeſſus eſt, & proinde regno hoc exutus in triremes damnatus, & qui eius fraudis architector fuerat, morti addictus fuit. Vt recenſet Ioſephus libro 17. antiquitatum Iudaicarum cap.18.

10 Cùm Andronicus Iunior Græcorum imperator, moriturus circa annum 1344. reliquiſſet filio ſuo Caloiohanni Palæologo nato 12. annorum tutorem Iohannem Cantacuzenum: is omiſſo tutoris nomine, non pro tutore ſed pro vero imperatore geſſit: at poſt ibi annũ, inde armis à Palæologo deiectus, vt ſcribunt Laonicus Ghalcondylas lib.1. de reb. Turci. & Nicephorus Gregoras lib.11. Antea etiam Alexius Iunior Manuelis Cõneni filius, imperator, tutore ſibi dato teſtamẽto patris Andronico Cõneno cognato, libidine regnãdi necatus, cũ proceribus multis. Sic à Theodoſio relictis duob. adhuc pueris filiis, Archadio & Honorio, Stilico cui mandata erat occidentalis imperij cura & tutela, pẽdente minori ętate filiorũ, oblitus affinitatis (quia erat ſocer Honorij) & immemor collatorũ à Theodoſio ſibi beneficiorum, regnum filio Eucherio affectãs, ingẽtia reipublicę attulit mala: & ſæpe cùm delere poſſet barbaros, fauit eos [a]: tandẽ tamen cũ Eucherio & ſuis cõiurationibus, trucidatus fuit iuſſu Honorij. Sic mortuo Edoardo 4. Anglorũ rege, relicto filio Edoardo: Richardus frater Edoardi 4. Glocestrienſis dux, filio Edoardi datus à patre tutor, interfectis optimis quibuſcunque, cum Rodolpho Shao Theologo egit, vt is in concione populum doceret, Edoardum non fuiſſe ex Richardo Eboracenſi duce natum, ſed ex quodam alio, qui matris Cęciliæ ante nuptias, notitiam furtim habuiſſet. At neminem poſſe dubitare quin Richardus foret verus ducis filius iſq; primogenitus, qui iure regnum patri debitum poſſidere deberet. Quare illa falſa perſuaſione ſtipatus iam armata multa manu inaugurari ſe fecit, tyrãnicè regem, Londini anno 1484. & poſtea Eboracum profectus, nepotes in carcere necari curauit: verùm poſtquam biennio obtinuiſſet tyrannidem, omnibus inuiſus ab Henrico 7. vita pariter & regno exutus eſt [b].

Sic Gelon antea Satelles Hippocratis Gelorum in Sicilia tyranni, poſt mortem eius datus tutor Euclidi & Cleandro eius filiis, illis eiectis imperium occupauit [c].

a *Vt ſcribit Paulus Diaconus li.13. de geſtis Romanorũ.*

b *Polyd. Virgilius lib.25. hiſtoriæ Anglicæ.*

c *Herod. in 7.*

11 Eue-



11 Euectus Hyperbolus Athenienſis poſt Cleonis potentiam ad principatum ſua verſutia, cùm prius æreas lucernas factitaret: ſed è republica eiectus propter improbitatem, Samúmque profectus, culeo inſutus in mare deiectus eſt inimicorũ inſidiis. Gyrald. Dialogo 5. hiſtoriæ poeticæ.

12 Guilimerus, Genſerici quondam regis nepos, cùm regni hæreditatem viuente Hilderico rege, immatura ac inſana cupidine deuoraſſet, Hildericũ accuſauit apud Vandalos, quòd proditione Vandalos Iuſtiniano ſubiicere conaretur, & excitata ſeditione comprehendi illum carceréque concludi & ſe ſubſtitui vt gradu proximum curauit. Sed hoc ipſum illi vitam, & mox Vandalis imperium, in Affrica abſtulit. Siquidem Iuſtinianus ea de re commotus, ruptis fœderibus cum Genſerico antea initis, per Beliſſariũ Vandalos vicit & captum Guilimerum habuit [a].

Admiranda aſtutia mulieris Semiramidis ad vſurpandum regnũ, ſi quidem vera ſunt quæ M. Antonius Muretus ſe teſtatur in Græcorum commentariis cuius verba hæc ſunt [b], aiunt, inquit, eam initio vernæ cuiuſdam regij ancillam ac concubinam fuiſſe. In quam cùm aliquando incidiſſet Ninus, forma ipſius & lepore captus, amare cœpit. Obſecuta regi mulier, ita eum ſibi paulatim ſtupri conſuetudine aſtrinxit, vt nihil eſſet tantum, quod aut à rege petere non auderet Semiramis, aut petenti rex auderet negare. Ergo cùm aliquando inieciſſet in ſermone, teneri ſe magno cuiuſdã rei deſiderio: rexque eam, quicquid tandem illud eſſet apertè ac liberè proferri iuſſiſſet: cuperem, inquit, hoc mihi à te tribui, vt vnũ modò diem ſedere mihi liceret in ſolio tuo, & ius dicere: vt quæ omnes toto illo die quẽadmodum tibi faciunt, ita mihi obtemperarent: Riſit rex & quod petebatur conceſſit. Nec mora, edicitur vt certo quodam die omnes Semiramidis dicto audientes ſint; ita regi placere eam illo die, regio imperio ac poteſtate præeſſe omnibus. vbi ille aduenit dies, mulier regio cultu in ſolio aſſedit: fit concurſus maximus. Illa de principio expernendi cauſa, quædam haud magni momenti imperat, vbi ſeriò omnes ſibi omnibus in rebus parere vidit, iubet Satellitibus ac ſtipatoribus corporis regij, vt regem ipſum comprehendant, comprehenditur. vt vinciant, vincitur. vt interficiant, interficitur. Ita imperium ex diurno diuturnum efficitur. hæc eſt quæ Babylonem muris lateritiis cinxit, cuius horti illi penſiles tantam admirationem habuerunt: quæ cum equo concubuiſſe dicitur: quæ poſtremo cùm filij ſui concubitum petiiſſet, ab eo trucidata memoratur. Hæc Muretus. addit Sabellicus [c], alios ſcripſiſſe quinque dies eam imperaſſe, adeóque ſe obſequio & munificentia Aſſyriorum primoribus inſinuaſſe, vt viro in cuſtodiam coniecto bona omnium venia in regno preſeuerarit. A qua tamen hiſtoria Iuſtinus & alij Latini abſtinent, non ita regnum vſurpaſſe, ſed mentita habitu virili eam primùm pro filio cui ſimilis erat, regnaſſe tradunt, poſtea verò palam. verùm fides ſit penes authores, recenſuiſſe nobis vtramque ſententiam ſufficit.

a *Sigonius lib. 17. imperio occidenta.*

b *in lib. 6. variarum lectionum c.17.*

c *lib. Enneadis 1.*

*a ex Cromero lib. 2. & Gaguino in vitis Polonorum.*

13 Dolo occupauerat regnũ Poloniæ quidam Leſcus nomine, nõ minus cõpoſito, quàm eo quo Darius regnũ Perſarũ inuaſerat. verùm dolo detecto, hic Leſcus pro regno mortem ſibi comparauit, eius rei narratio digna quæ recenſeatur [a]: Leſco enim primo eius nominis rege Polonorum ſine liberis mortuo, & multis procerum principatum ambientibus, placuit indicto ad certam diem maſculorum equorum curſu, qui primus ad metam perueniſſet, princeps & dominus eſſet totius Poloniæ: fixáque eſt meta apud Prandiuicum amnem in aperta planitie ad Septentrionalem plagam Cracouiæ. Inter proceres competitores, fuit vnus Leſcus nomine, cùm ſtadium vafro conſilio ſtratis clàm ferreis in ſabulo exagonis ſiue ſtylis cæcis, quibus currentium equorum pedes læderentur, impediuiſſet, ipſe obliquo & minimo impedito tramite primus ad metam peruenit. Munierat etiam ipſe equi ſui calces ſoleis ferreis, ne offenderet in ſtylis, ſi fortè currens impetu in eos incideret: cũ omnes omnium aliorum equi de more illius temporis, ſoleas ferreas nullas haberent. Atque rei prorſus ignaris & miraculo attonitis omnibus, Leſco oblatus eſt principatus verùm techna & dolo aperientibus ſtatim conſcerptus & necatus fuit.

14 Fuit quidam Iohannes Vicẽtinus monachus Bononiæ, qui de ſe opinionem in animis hominum confirmauerat, vt cum Deo colloqui crederetur, & ſuſcitare mortuos, vnde principatum & tyrannidem Bononienſis ciuitatis per annum tenuit. Fulgoſus libro primo cap. I. vt & Iacobus Buſſularius monachus alius, concionibus Ticinienſem populum circumducens, miſeræ vrbis tandem tyrannus crudelis euaſit: donec Galeacius 2. Vicecomes, vrbe domita cum cœpit [b].

*b vt ait Paulus Iouius in Galeacis.*

Narrat Ioſephus de crudelitate Alexandræ viduæ Ariſtobuli cui regnum à marito relictum eſt, quomodo Phariſeorum religione nimium decepta, ad nutum eorum ſe tantum miniſtram voluntatis eorum in regno præbuerit vt tyrannide illorum tacita, perderentur & honorarentur quos ipſi ſtatuiſſent.

Teſtantur Germanorum tumultus, & noſtræ Galliæ ſediones & bella pluſquam ciuilia, quot infinita propemodum, & quæ deſcribi non poſſint ſine lacrymis mala acciderint, ob quorundam concionatorum rabioſas & turbulentas declamationes, quorum alij ſe miniſtros dixerunt Euangelicos, alii verò Catholicę religionis zelatores, & ſynceros prædicatores: vtrique enim mentes hominum ita concitarunt, & perturbarunt, vt ad arma crudeliſſima concurſus factus, nec etiam poſt longum tempus quieſcere aut pacem impetrare potuerit. abuſi ſunt quidam his, veluti antiqui oratoribus & Rhetoribus & doloſè prætextu religionis, vt alibi docemus, ſusdeorſúmque omnia confundentes, vt interim turbatis populis, vt in turbato lacu anguilla ſibi prædam parare poſſent. doli enim ſunt per ſe valde odioſi inter probos: ſed eò etiam magis, quò exitum habent crudeliorem, & quo magis Dei abutuntur nomine, vt nihil aliud certiùs ſperandum illis quàm æterna condemnatio, & in hoc ſeculo: in ſe



in ſe vel ſuis poſteris, exemplaris diuina vindicta. Scriptum enim eſt, *Non accipies nomen Dei tui in vanum* [a]. *Virum ſanguinum & doloſum abominatur Dominus* [b], *& viri ſanguinum & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos,* vt idem Dauid cecinit [c]. *Et filio doloſo, vel doloſi, nihil erit boni.* Vt ait Salomon [d].

*a Exodi. c. 20.*
*b Pſal. 5. verſ. 7.*
*c Pſal. 54. verſ 27.*
*d Prouerbio. c. 14. verſ. 15.*

15 Sunt ambitioſi quidam, qui euperent quidem ſine ſanguine potiri dignitate, aut imperio deſiderato, verùm cùm plura obſtent, & poſt cœptam rem, reſiliendi honeſtè non detur facultas, delectis clandeſtinis factionibus, quas per dolos perfici putauerunt: neceſſarium habent, vel occumbere, vel auxilio crudelitatis & impietatis cœpta perſequi. Et proinde ambitio regnandi, quantumuis doloſè ſe inſinuet: aut ab initio tyrannicam auſpicatur crudeliter adminiſtrationem, aut per crudelia, ſimulata amici prius, poſſeſſionem poſtea tuetur: aut nondum aſſequutam, perſequitur cum pernicie ſemper reipublicæ cuius deſideratur principatum.

16 Clearchus Heracleota, cùm tyrannidem decreuiſſet vſurpare Heracleotarum, nec tamen tutum haberet locum quo ſe defenderet, conſtituit vt mercenarij clam exirent, raperent, iniuriam inferrent, vulnerarent, quod ciues ægrè ferentes Clearchi auxilium implorauerunt, qui reſpondit cohiberi non poſſe, niſi ij mœnibus circundati eſſent. Permitentibus autem Heracleotis, locum ciuitatis muniuit, arce facta, qua poſtea, non ad iniuriam compeſcendam, ſed ad inferendam vſus eſt. & rurſum, vt caperet potentiores quos ſibi obſtituros putabat, rumores ſparſit ſe dimiſſurum ſatellites quibus ſtipabatur, & conſilio trecentorum rempublicam traditurum. Qui conuenerunt in curiam ad afficiendum laudibus Clearchum, & libertatem recipiendam. At ille poſitis ad curiam militibus, trecentos per præconem euocauit, & ſingulatim comprehenſos, iuſſit in arcem deducere. Dehinc multos ciues de medio tollere volens, cùm occaſionem & cauſam non haberet, delegit eos qui eſſent ab anno decimoſexto vſque ad duodecim ad expeditionem in caniculæ æſtu, quaſi vrbem Aſtacum oppugnaturus: poſtquam autem appropinquauit Aſtaco, ciues quidem in paluſtri loco quieto, & pleno ſtantium aquarum, iuſſit caſtra ponere, ipſe quaſi ſummam moleſtiam oppugnationis toleraturus, excelſa loca & vmbroſa, aquis affluentia cœpit, & in his caſtra metatus eſt: & eo vſque oppugnationem extendit, donec ſuos ciues perdidiſſet ibi ob paluſtria & morboſa caſtra, quibus extinctis caſtra cum mercenariis mouit, cauſatus peſtem fuiſſe cauſam interitus ciuium. Polyænus li. 2. ſtratagema. Potuit autem hoc modo ille tyrannus ciuibus iugum imponere fraude occulta, ſed non euaſit hic iudicium Dei: namque tandem à Chione familiari & auditore Platonis interemptus eſt, vt ſcribit Suidas.

17 Agathocles ex figulina opera ad tyrannidem Syracuſanorum peruenit primùm ſub ſpecie conſeruandæ libertatis, & Soſiſtrato vnà cum ſuis vrbe exacto, reuocatus ab exilio, cœpit criminari de inſidiis ſibi factis, ſexcentos qui poſt paucorum dominationem vrbi

præfuerant, eo quòd partes populi tuerentur. Sicque mouit ſeditionem contra ſexcentos: eáque ratione direptæ eorum & opulẽtorum facultates, & id cùm obtinuiſſet tanquam liberata republica, finxit ſe velle etiam ſe magiſtratu abdicare, quod cùm perſuaderet populus ne fieret, finxit non alio modo ſe in eo remanſurum, quàm ſi ſolus eſſet, & ſine collega imperaret: quo impetrato, ſtatim cœpit crudeliter ſæuire, bonos tollere, & ſibi aduerſantes: & ad omnia crudelitatis exempla pro ſuę poteſtatis conſeruatione confugere: verùm diuina vindicta non diu paſſus eſt hanc feram immanẽ, & necatis eius filiis Archagatho & Heraclide à militibus, ipſe carbonibus exuſtus candentibus extinctus eſt, vt ſcribit Diod. Sicul. lib. 19. & 20.

17 Poſt mortem Saladini Sultani Ægypti, qui Chriſtianorum terror dicebatur, tótq. regna inuaſerat viuẽs, & domuerat oriẽtẽ, occupauit frater eius Saphadinus, qui vt tutiùs regnaret necauit octo filios, nepotes, filios Saladini [a], omnes tyranni orbis ferè filios tollens, vt nullum ſucceſſorem de ſuis habuerit in imperio Saladinus qui multis ſceptrum ademerat: vt accidit alteri domitori, vel tyranno Alexandro magno.

[a] *Aemilius li. 6.*

18 Nicocles Eunuchus, Euagoram regem Cypri dolo malo occidit, & Salaminiorum regnum ſibi ſubegit [b].

[b] *Diod. lib.* 11.

*De nouo principatu.*

## CAP. XIX.

NOvvs principatus naſcitur, vel cùm fit vbi antè non erat, vel cùm immutantur leges & formulæ prioris, vel in ſucceſſione, vel in electione, vel in dignitate. cúmque corruptio vnius eſt generatio alterius. Vt autem cometes nouus apparens, aut magnum bonum, aut ingens malum portendit mortalibus: ita nouus princeps ſalutem adfert rebus humanis ſi bonus eſt: aut maximam peſtem, ſi malus. Sed vt plures apparere ſoles prodigium eſt, ita plures eſſe monarchas aut imperatores, vbi vnus dominari ſolebat: mutatio principatus eſſe non poteſt ſine damno reipublicæ aliquo, imò magno. Et in eo maximè cæcutit beſtia multorum capitum populus, qui faſtidit iugum conſueti principis: nec recordatur, quod melius ſit ſemper iumentis collum iam trito iugo, & polito labore, ſupponere: quàm nouo, quod quia adhuc impolitum, & iubar, & collum equi vſque ad ſanguinem excoriat. melius enim eſt aſello ex vno latere ſella premi, quàm excuſſo ſeſſore: clitellis impoſitis vtroque comprimi. Satiùs eſt populo, quibuſdam exactionibus imò grauioribus iam eſſe à principibus præſentibus oneratum, quàm repulſis illis, alios vacuos & inhiantes admittere, qui reliquum abſumant. Sicque ſapientior vulpes, quæ à ſentibus vulnerata, nolebat muſcas ſanguine & cruore ſuo ſaturatas, à vulneribus abigi: videlicet, quia illæ iam ſaturæ erant: & ſi eas abegiſſet (quod verum eſt) arbitrabatur,





alias famelicas ſuperuenturas, quæ reliquum ſanguinis exſugerent, & ad interitum omnino euacuarent. famelicę quippe & mordaciores & acriores.

2 Rarum eſt quod noui principes de ſuo quippiam adferãt; ſed ex ſubditorum fortunis ditari, quicquid in contrarium ſimulent, reipſa deſiderant. maximè vbi armis res geritur, quo caſu qui innouatum cupiunt principatum, à limine hoſpitia, ſalaria, ſtipendia, munera, rapinas, prædas, ignes militum & ſuorum & alienorum experiuntur.

3 Deinde, vt experientia docuit, ſemper cum nouo rege, noua lex ſequitur, noui magiſtratus, noui amici, noua conſilia, noui inimici, noua veſtimenta, nouus modus viuendi: in ſumma omnia innouantur nec alia interdum de cauſa, quàm vt ſui memoriam ex innouatione relinquant: quod non ſolùm ſingulis, ſed etiam corpori reipublicæ maximè damnoſum eſt. Nam fœdera ceſſant, armantur vicini confœderati, inuadunt, prædantur fortiores eos qui debiliores ſunt, factiones in interregno ſæuiunt, pluribus ad electionem aſpirantibus, & ciuilibus armis ſe mutuò cupiditati aliorum inſeruientes interimunt ciues.

Similis eſt populus qui vult regis vel principis ſui legitimi imperium & obedientiam inuertere, intercipere, transferre, adſcitis extraneis auxiliis; equo qui fertur olim habuiſſe litem & ſimultates geſſiſſe cum ceruo: quem cùm non poſſet, propter ſuæ naturæ ſuperbiam ferre, vt de ipſo ſe vindicaret, in auxilium euocauit hominem; qui & opem promptiſſimè pollicitus eſt, ſed ea lege vt pateretur ſibi frenum imponi quo regeretur dum contra ceruum in pugnam perueniretur: Quod paſſus eſt primùm equus, & eius ope ſuperauit ceruum; verùm cùm victoria obtenta, gratias agendo auxiliatori, putaret ſe liberum relinquendum; cognouit ſe propter vindictam alterius, ſibi ipſi libertatem primam ſponte eripuiſſe. nunquam enim poſtmodum ab hominis auxiliaris ſeruitio ſe redimere potuit. Facilis eſt deiectio ædificij maximè annoſi, & breui tempore fit ruina & caſus ex vi ventorum, impetu irruentium; at quod vna hora vel momento corruit, non niſi ſummis ſumptibus & longo tempore reſtaurari, vel reædificari poteſt.

4 Hæc ſola cauſa defectionis ciuitatum Medorum quæ tributariæ erant Cyro, refertur à Iuſtino, quòd Perſis Cyrus præpoſuiſſet Sibarem, & illæ exiſtimarent mutato imperio conditionem ſuam mutandam iri, quæ res multorum bellorum origo etiam fuit.

5 Memorant annales, Vngariam, poſt mortem Iohannis regis, metu ne Ferdinandus regnum peteret ad protectionem Turcę confugiſſe: ſed breui in eius ditionem ex protectione ceſſiſſe, relicta aliqua parte regni imperatori cum penſione.

6 Initium motús & bellorũ orientis fuit à Parthis, qui Vononem filium Phraatis obſidem tunc Romæ, petitum Roma ab Auguſto, acceptúmque regem quamuis gentis Arſacidarum, vt externum aſpernabantur, acceperunt enim eum ab initio Barbari lætantes vt ferè ad noua imperia, mox autem ſubit pudor degeneraſſe Parthos,

petitum alio ex orbe regem, hoſtium artibus infectum, iam inter prouincias Romanas ſolium Arſacidarum, haberi daríque. viſæque ſunt virtutes Parthis, quia ſecundum mores illorum non erant noua vitia. & proinde eum ſolio deturbarunt [a].

*a Cornel. Tacitus lib. 2. Annalium.*

Populus facilè commouetur ad noua, verùm vbi aliquantum reſederit & aliam adminiſtrationem quam antiquam expertus fuerit, facilè relabitur ad priſtina, ob minimas enim occaſiones recurrit ad cõſueta: quare mutata democratia in principatum neceſſe eſt regi nouo vel ſumma prudentia & bonitate valere erga populum, vel militaribus copiis abundare, aut fauore principum & imperatorum adiuuari, donec populus nouam per omnia aſſueſcat gubernationem; cuius facilè pœnitet ſiue ſit noua ratione mutati ſtatus, ſiue ratione mutationis ſtirpium imperantium, memoria namque bonorum anteceſſorum principũ & beneficia delicta nuperrimè eiectorum abolet, & excitat deſiderium habendi vel deiectum vel ex genere deiecti. neque virtutes noui principis tam validæ, vt ſi quæ vitia cum illis vt natura humana accidit coniungantur, ſtatim faſtidium, noui principis non ingeneret. Docuerunt reipſa Franci, qui cùm regno Childericum decedere coegiſſent ob ſtupra commiſſa per illum, & elegiſſent in locum eius inque regem Egidium patritium, qui à Romanis tuendæ Galliæ curam ſuſceperat, tandem eius pertęſi Chidericum reuocarunt, qui eorum ope Egidium expulit [b].

*b Aimonius li. 1. de geſtis Francor. c. 7.*

7 In nouo principatu, vel populus legem principi dat; vel princeps populo, vel alius nomine vtriuſque principis & populi, & ita modus imperãdi his extremis perpendendus eſt, nempe ex lege, aut conſuetudine & pręſcriptione, vel ex patientia, vel tyrannide.

Populus legem regiam aliquando poſuit, ex cuius præſcripto ſibi imperarent principes, vt apud Athenienſes Thucydides ait [c], inter cæteras leges hanc regni primam fuiſſe, πρότερον, inquit, ἦσαν δὲ ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι.

*c Lib. 1.*

Legem etiam regiam à populo factam, liquet Romano, quę de imperio principis lata eſt, per quã populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem tranſtulit, vt reſponſis & conſtitutionibus iuriſconſultorum & Cæſarum teſtatum habemus [d]. Et Strabo [e] ait, patriam commiſiſſe totius imperij adminiſtrationem Auguſto, atque conſtituiſſe, eum & pacis & belli dominum, ad vitæ tempus. Poſt cuius mortem, & alij Cæſares eandem poteſtatem retinuerunt, non repugnante populo, qui & in aliis expreſſè confirmauit. Sicuti vt ſcribit Suetonius Tranquillus [f], *Caligula vrbem ingreſſo, conſenſu Senatus, & irrumpẽtis in curiã turbæ, ius arbitriúmque omniũ rerũ permiſſum eſt.*

*d in l. 1. de conſtitutio. princi. P. lib. 1. ti. 3. §. ſed & quod principi placuit. de iure naturali, gentium & ciuili, in l. 1. §. cùm enim, de veteri iure enuclean. l. 2. § nouiſſimè, de origine iur.*
*e Lib. 17.*
*f Sueton. in Caligula c. 14*

Et quamuis verius videatur, quod Dion ait, Iulio Cæſari & Auguſto poſt bellorum ciuilium victoriam, à ſenatu populóque Romano omnem poteſtatem atque imperium conceſſum per vim ac metum, tamen certum eſt legem fuiſſe latam, qua imperium omnimodum Veſpaſiano delatum eſt; cuius legis fragmenta & capita quædam refert Antonius Auguſtinus [g].

*g Libro de legibus & ſenatuſconſultis, in regia lege.*

Meminit Xenophon [h] Lacedæmone reges & Ephoros ſingulis menſibus mutuò iurare conſueuiſſe: Ephoros pro ciuitate, reges pro ſe ipſis.

*h In politia Lacedæmoniorum.*



ſe ipſis. Regum iuſiurandum, ſe ex legum ſcripturarum præſcripto regnaturos: Ephororum autem, & ciuitatis, ſe regnum firmum & ſtabile reddituros, ſi rex iuſiurandum ſeruaret.

Æthiopes etiam ſacerdotes, optimos, vt ſcribit Diodorus Siculus [a], ex ſe ipſos eligebãt: quem verò ex eis Deus, more quodam bacchantium circumcirca delatus, capiebat; hunc regem populus creabat, ſtatímque flexis genibus, quoniam eſſet diuina prouidentia datus, vt Deum honorabat. Aſſumptus in regem vitam ducebat ſtatutam legibus, omniáque agebat ſecundùm patrios mores, neque pœna neque premio afficiens quenquam præter traditam à ſuperioribus legem.

*a lib. 3. bibliotheca c. 1.*

8 A regibus populo dantur leges aliquando & regni, & ſtatus reipublicæ, vel ex voluntate populi regi conſentientis: vel præter voluntatem dum armis & vi princeps occupauit imperium, & ex arbitrio imperat.

Romulus initio regni, vt populũ ſibi deuinciret, & vt cũ eius ſpõtanea voluntate facilius imperaret, monarchię legem conſtituit, cum qua admiſcuit etiam democratiæ & ariſtocratiæ partes aliquas: atque vt ait Dionyſ. Halicarnaſſ [b]. tria conceſſit plebi, magiſtratus creare, leges ſancire, de bello referente rege decernere, quæ multis poſt Romulum annis, fuerunt relicta conſeruatáque populo, vt etiam teſtatur Polybius cùm deſcribit quæ ſuo tempore eſſet populi Romani poteſtas.

*b in 2.*

Iulius Cæſar cœpit hoc ius illi eripere, aut ſaltem comitia cum populo partitus eſt, vt ſcribit Suetonius Tranquillus [c]. Succeſſit Auguſtus quem Mæcenas apud Dionem Caſſ. hortatur, vt quicquid illud eſt totum populo planè adimat: quòd certè paulo pòſt fecit Tyberius, quo imperante primùm è campo comitia ad patres tranſlata fuiſſe ſcribit Cornelius Tacitus [d]: tandémque reuocata eſt poteſtas magiſtratus creandi ad principem apud quem lex Iulia de ambitu ceſſat [e]. Vt autem comitiorum ius, ita paulatim legum ſciſcendarum populo poteſtas adempta eſt, ſed non tam citò: quia & Auguſtus non tulit leges ſine populi conſenſu, vt ait Dion. Eodem tamen imperante Auguſto, belli decernendi pacíſque ineundæ poteſtas, primum adempta videtur. Nam Strabo teſtatur [f] populi conſenſu tranſlatum ius omne belli & pacis fuiſſe. Et Martianus Iuriſconſ [g]. teneri maieſtatis lege, eum qui iniuſſu principis bellum geſſerit, delectum habuerit, exercitúmve compararit, & rurſum conuentionem pacis initam per principem ratam eſſe ait [h], quod tamen ante ſine populi iuſſu non erat, vt legimus apud Liuium libro 9. dum agit de Sp. Poſthumio conſule, qui turpe illud fœdus cum Samnitibus ad furcas Caudinas pepigerat. quemadmodum & erat lex Platonis, ſi quis authoritate propria cum quopiam vel pacem inierit, vel bellum gerendum ſuſceperit morte multator [i].

*c in eius vita c. 41.*
*d Corn. Tacit. 1. annalium.*
*e l. 1. ad legem Iul. de ambi. P.*
*f lib. 15.*
*g reſpondit in l. 3 § 1. ad leg. Iul. maieſta. li. 48. P. ti. 4.*
*h l. 5. de pactis. P.*
*i 12. de legib. Plato.*

Prouocationem eam apud Romanos à Regibus fuiſſe ad populum ex lege refert Seneca epiſtola 108. ex libris Ciceronis de republica & ex Feneſtella qui id eſſe in pontificalibus libris putat. Et hac de re Marcus Fabius apud Liuium lib 8. ait, videro, ceſſurus ne prouoca-

tioni ſis,cui rex Romanus Tullius Hoſtilius ceſſit.

9 Quando rex vel princeps populum reluctantem vi ſubegit, bello potiſſimum iuſto ſeu indicto, tunc & ipſe legem ſubditis obtemperandi imponere iure poteſt,& conſtituere dominicam in inuitos adminiſtrationem & monarchiam: cùm iure gentium quæcunque ab hoſtibus capiuntur & ipſimet hoſtes, ſint in plena poteſtate victoris, vt de his tanquam dominus ſeu herus de ſeruis diſponere poſſit. ex bellis enim captiuitates iure gentium eóque humaniſſimo ſecutæ,ſeruitutes induxerunt, cùm magis humanum ſit captiuorum potius vitam conſeruare, quàm occidere vt licet[a]. Et Iuſtinian. *Item ea quæ ex hoſtibus capimus,iure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeò quidem,vt liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur: qui tamen ſi euaſerint noſtram poteſtatem,& ad ſuos reuerſi fuerint priſtinum,ſtatum recipiunt.* Quod & antea reſponſum erat[b].

Sic reſpõdit oraculum Dei Rebeccæ conſulenti de geminis quos in vtero gerebat. *Duæ gentes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex ventre tuo diuidentur;populúſque populum ſuperabit,& maior ſeruiet minori*[c]. Et[d], *A quo quis ſuperatus eſt,eius & ſeruus eſt.*

Eo pertinet lex belli à Deo præſcripta[e]. *Si quando*, inquit Dominus, *acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Si receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum,oppugnabis eam, cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua,percuties omne quod in ea generis maſculi eſt,in ore gladij,abſque mulieribus & infantibus,iumentis & cæteris quæ in ciuitate ſunt, & omnem prædam exercitui diuides.* Subiecerunt eo modo ſibi regna & nationes terræ pomiſſionis filij Iſrael,& leges populo dederunt, iuxta voluntatem ſuam non ſubditorum, qui amplius ſui iuris non erant bello ſubacti:& in hiſdem,colonias & diuiſiones agrorum prout victoribus placuit conſtituerunt.

a in l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. § penul. & f. de iure perſona. apud Iuſtin. cum ſimilib. expreſſus in §. item ea quæ, de rerũ diuiſio.
b in l. naturalẽ 5. §. f. & l. adeo quidem, 7. de acquiren. rerũ domi. P.
c Geneſ. ca. 25. verſ. 23.
d 2. D. Petri c. 2. verſ. 19.
e Deutero. ca. 20. verſ. 10. & ſeq.

Forſan hoc videtur quibuſdam durum,potiſſimùm iis qui palpãt populum,& perſuadent in piiſſimè & veriùs, vt ſibi non populo vel proſpiciant,vel poteſtatem quærant principi eripientes,aliorum miniſterio,prætextu pietatis & politiæ fanaticæ,vel cenſuræ regum,populum non ſubiici voluntati principum abſolutæ, ſed dum hoc perſuadere ſatagunt,non animaduertunt eos perfringere his perſuaſionibus repagula totius iuris diuini & humani & gentium, quibus & poteſtates iſtæ,& regnandi leges conceduntur;& quod plus eſt,vt dixi,victoribus datur necis authoritas. Ex quibus populus honeſtius & ſecurius continetur intra propriam,vt ita loquar cuticulam,& metuit rebellandi & ſeditiones commouendi periculum imminens, quas quotidie & ad omnia ferè momenta commoueret, niſi ſupremam illam metuerit legitimam vim cogente.

Deſiperent, & necarent potius quàm curarent medici ægros ſibi commiſſos,qui ex arbitrio tantùm eorum pharmaca modúmque viuendi vellent adhibere,qui furioſis ex eorum arbitrio libertatem agendi quæ vellent concederent. Egent equi feroces frenis loríſque; & ſæpe ſi ferociores,cathenis firmiſſimis,quæ non ex eorum ferocitate,ſed



tate,ſed arbitrio ſeſeſſoris temperari debent. Eget nauis quantumuis inſtructa noua aut pulchra,aut vectoribus bonis onuſta & inſtructa, vno eóque ſolo qui clauum contra ventorum impetum,contráve vicinos ſcopulos & cautes moderetur,dirigat,vertat,& regat.

10 Fuerunt leges ſalubres in regnorum conſtitutione vel poſt adiectæ,de non alienandis bonis principatus,de non admittendis ad ſucceſſionem dignitatis fœminis,quantumuis proximis, de nõ diuidendo inter filios regno,ſed vni tantùm eóve primogenito & antiquiori ordine ætatis deferendo. de non admittendis in regni ſucceſſione ſpuriis, etiam agnitis quales conſtitutæ ſunt in regno Galliarum. quas nemo qui ſaluam quietámve deſiderabit rem publicam non admittet. Solent diuturniores regni leges eſſe quæ à principibus poſitæ fuerint, quàm quæ ab ipſo populo fuerint principibus perſcriptæ.

11 Atque hîc monebo leges nouas à populo regi dictas,non valde tutas eſſe,quando poſt fundatum & ſtabilitum regnum, nempe ſi antiquum ſit,innouantur, etiamſi in eas ab initio nuper in locum demortui ſubrogatum regem iurare cogant duplici ratione, tum quia ſtatus monarchiæ repugnet,quæ non patitur ſibi leges dari, alioquin enim ſumma ei non eſt poteſtas. Tum etiam quod illud ſit axioma regnantium,quod apud eos poteſtas eſt penes quos eſt armorum ius.

12 Subit hac de re exemplum Margaritæ Danorum & Noruegiorum reginæ, quæ capto Alberto Sueonum rege ſeptimo, dehinc anno à Suecis quoque & Gothis in regnum recepta eſt anno Domini 1395. his conditionibus,ne publica regni officia,ſiue arces vel caſtella,aliis quàm in regno natis committerentur. neque Danos in cauſis Sueonum iudicandis preficere vellet:ſed Sueonum cõtrouerſias Sueticorum procerum iudicio examinandas & terminandas eſſe. Præterea nulla inſolita tributa aut onera incolis non imponenda,niſi regni Sueciæ ſenatu conſentiente. Margarita verò ſe talem Sueonibus exhibuit, vt putent eam apud inferos ſempiterno ſupplicio excruciari. Dani econtrà, ipſam in numerum deorum efferunt. Tributis autem ſubditos exhauſit, Sueonum cauſas neglexit. Proceribus autem iuſiurandũ illi obiicientibus, haberéntne diplomata cõuentionum,interrogauit:illis autem ſe habere reſpondentibus, & quidem probè ſeruare;ait,Suadeo ego vobis,vt literas datas,diligenti cuſtodia obſeruetis:nos autem caſtra, ciuitates, & omnes regnorum noſtrorum partes,diligentius obſeruari faciemus[a].

13 Oizericus, rex Vandalorum ſenex, decedens teſtamentum condidit,legémque regni ſucceſſoribus dedit, & mandauit Vandalis, vt ſucceſſor proximior in regno eſſet ex virili ſexu qui maior natu eſſet. vt ait Procop[b]. & rurſum[c] meminit eius legis. *Cabadem*,inquit, *natu maiorem ætatis gratia lex vocabat.*

a vt ſcribit Ioannes Magnus lib. 21.
b li. 3. de bello Vandalico.
c lib. 1. de bello Perſico.

Sed dicet aliquis,poſſúntne leges dari ſucceſſoribus à principibus qui æqualis ſunt poteſtatis cum anteceſſoribus? Reſpondebo breuiter, poſſe his qui ſuccedunt ex lege eorum. Quemadmodum in ſucceſſionibus bonorũ priuatorũ, leges à dominis rerum impoſitæ, ſeruari debẽt ab his qui ex eorum diſpoſitione volunt aſſequi bona

tranſeunt enim cũ ſuo onere. Atque iure gentium dominis conceſſa eſt rerum ſuarum diſpenſatio & moderatio:& quod in bonis priuatorum admittitur, neceſſarium eſt in principatibus concedi, quando is qui eos quæſiuit, de illis poteſt, vt de ſuis diſponere. Alioquin ſi de electiuis agamus,& de [illegible]elatis, electus noue & ſubrogatus, cùm non dicatur habere à defuncto titulum, non tenetur eius etiam ſeruare mandata, ſi aliter ei videatur expedire, & forſan latius de his alibi.

14 Nomine vtriuſque principis & populi, leges datæ ſunt tam principibus quàm ſubditis, in primis à Deo, à quo omnis poteſtas data eſt,& à quo conſeruantur, & deſtruuntur reſpublicæ prout iuſtum ei videtur, dedit autem ipſe leges vel per ſe ipſum, vel per amiſſos ad id miniſterium, vt non immeritò qui de republica voluerunt leges ſancire, aliquando finxerunt, ſe à Deo vel aliquo numine eas accepiſſe, vt conſueſcendi in legibus tædium, metus religionis euinceret. vt ſcribit Iuſtinus ex Trogo[a], dum de Lycurgi legibus agit, qui earum authorem Apollinem finxerat, quoniam ſolutis moribus antea, dura videbantur eſſe quę ſanxerat, quæ ideo ex præcepto numinis ſe detuliſſe finxit, vt alij.

a Li.3. Hiſtoriæ.

15 Deus verus, creato homine legem regni & imperij hominis in bruta & alia in conceſſione noui principatus hominis poſuit, ſuíque principatus obedientiam cum pœna mortis homini ſanciuit[b],& hominem ſeu adorationem vel recognitionẽ ſuæ poteſtatis, in feudi, ſeu poteſtatis conceſſione, ſibi vt domino retinuit. Cùm regem etiam permiſit hominem in populo ſuo, regni legem iuſtam ſtatim promulgauit[c].

b Geneſ.c.1.

c Deut.cap 17. verſ 14. & ſequentibus.

Verſ.14. *Cùm ingreſſus*, inquit, *fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris, conſtituam ſuper me regem ſicut habent omnes per circuitum nationes:*

15 *Eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum, Non poteris alterius gentis hominem regem facere qui non ſit frater tuus.*

16 *Cúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero ſubleuatus, præſertim cùm Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.*

17 *Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius: neque argenti & auri immenſa pondera.*

18 *Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomiũ legis huius in volumine, accipiens exẽplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus*

19 *Et habebit ſecum legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt.*

20 *Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram, vel ſiniſtram, vt regni tempore regnet ipſe, & filius eius ſuper Iſrael.*

Quæ lex regni docet, primùm verſu 15. prædicto, regis petitionem non electionem fieri debere ab initio, per populum: electionẽ verò



verò ex Dei præſcripto, ibi conſtitues quem Dominus tuus elegerit: dehinc autem in verſ.20. docetur, legem regni Iſraelitici eſſe, vt trãſeat ad filios, ibi, *Vt regnet ipſe & filius eius.* reliqua verò pertinent ad mores principis boni: & ſic lex ipſa proſpexit regno, & regi, & lex regni dicitur.

16 Cùm verò petiiſſent à Samuele regem ſibi dari Iſraelitæ, qui more gentium & nationum ſibi imperaret: rurſum lex horum regum & regni & iuris illorum, iubente Deo per Samuelem promulgata, quam ipſi acceptarunt. 1. Regum c.8. vbi verſ.10. *Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe regem, & ait,*

11 *Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis: filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciétque ſibi equites, & præcurſores quadrigarũ ſuarũ.*

12 *Et conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorũ & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum.*

13 *Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias & focarias, & panificas.*

14 *Agros quoque veſtros, & vineas, & olineta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.*

15 *Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus, addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis.*

16 *Seruos etiam veſtros & ancillas & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo.*

17 *Greges quoque veſtros addecimabit, vóſque eritis ei ſerui.*

18 *Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem.*

19 *Noluit autem populus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, nequaquam. rex enim erit ſuper nos.*

20 *Et erimus nos ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.* (*Domini.*

11 *Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus eſt ea in auribus*

22 *Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi vocem eorum & conſtitues ſuper eos regem.*

17 Lycurgus in inſtitutione nouæ reipublicæ, apud Iuſtinium ex Trogo[a], quæ regum, quæ populi, quæ magiſtratus, quæve communia his eſſent, ſtatuit lege, quæ regia eſt. *Et populum*, inquit Iuſtinus, *in obſequia principum, principes ad iuſtitiam imperiorum firmauit, parſimoniam omnibus ſuaſit, exiſtimans laborem militiæ, aſſidua frugalitatis conſuetudine faciliorem fore. Emi ſingula, non pecunia, ſed compenſatione mercium, iuſſit: auri argentíque vſum, velut omnium ſcelerum materiam, ſuſtulit: adminiſtrationem reipublicæ per ordines diuiſit, regibus poteſtatem bellorum, magiſtratibus iudicia, & annuas ſucceſſiones, ſenatui cuſtodiam legum, populo ſublegendo ſenatum vel creãdi quos vellet magiſtratus poteſtatẽ permiſit &c.*

a lib. 3.

Datæ etiam leges imperij & electionis imperatoris à ſummo pontifice Gregorio eius nominis V. Saxone, qui nactus ſedem eſt pontificalem anno Domini 995. Is enim impoſuit coronã imperij Otthoni 3.& imperium Germanis penitus conceſſit: quòd extincta Caroli Magni ſobole, Italia perpetuis ſeditionibus conflictaretur, vt eam maieſtatẽ, vel ad ſuos, vel ad alienos ſuo arbitrio trãsferret. Quare conſentiente Otthone ſeptemuiros electores imperatoris inſtituit Mo-

guntinum, Colonienſem Agrippinæ, & Treuirẽſem archiepiſcopos: ducem Saxoniæ, comitẽ Palatinum, Marchionem Brandeburgẽſem. & vt eorum arbitrum, ducem Bohemiæ, qui poſtea dictus eſt rex. Et decreuit vt ab his Germanicis proceribus electus diceretur Cæſar: poſt confirmationem autem ab epiſcopo Romano ſuſceptam, vocaretur Auguſtus. Ita vt ſcribit Geruaſius libro ad Otthonem 4. Imperatorem ex eo tẽpore à Romana ſede pendet Germanorũ imperiũ [a].

> a ſcribũt de his Platina, Krãtius lib. 4. c. 25. Irenicus lib. 3. & Blondius deca 2. lib. 3.

Notat tamen Genebrardus Onuphrium in ſuo Chronico, docere hoc ἀκέφαλον & incertum & in libro de comitiis imperatoriis: ac, quæ de ſeptem electoribus traduntur ſub Gregorio 10. non 5. inſtituta oſtendere. Nam de tanta re, inter tot hiſtoricos qui in eo tempore in Germania floruerunt, nulla eſt mentio. Silet Sigebertus, Ottho Friſingẽſis, Schanaburgẽſis, Vitichindus, Luithprandus, & Annonij cõtinuator. Sabellicus dubitat [b]. Auentinus etiã aliter ſentire videtur.

> b Enneade 9. lib. 2.

Extat autem Innocentij 3. decretalis, venerabilem c. 34. de electione [c], per quam vbi ad ducem Caringiæ vel Laringiæ. *Verum*, inquit, *principibus ius & poteſtatem eligendi regem, in imperatorẽ poſt modum promouendum, recognoſcimus, vt debemus ad quos de iure ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere. Præſertim cùm ad eos ius ac poteſtas huiuſmodi, ab apoſtolica ſede peruenerit, quæ Romanorum imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & principes recognoſcere debent, & vtique recognoſcunt, ſicut ijdem in noſtra recognouere præſentia, quòd ius & authoritas examinandi perſonam electam in regem, & promouendam ad imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus & coronamus.*

> c lib. 1. tit. 6.

Extat & Caroli 4. imperatoris de electione regis Romanorum per prædictos electores, & de ordine eius Bulla aurea, edita anno 1356. 4. Id. Ianuarij.

Conuenit etiam authoritate ſummi pontificis tranſlatum fuiſſe regnum Romanorum ſeu imperium à Græcis in Germanos tam actiuè quàm paſſiuè, id eſt, vt Germani eligerent imperatorem futurum, & non eligere debeant niſi Germanum, vt arbitrantur Germani ex d. c. venerabilem, §. verbum, de electio. & ibi gloſſ. Clem. 1. de iureiuran. c. ad apoſtolicæ, de re iudica. in ſexto. & ita tranſlationem hanc actiuè & paſſiuè intelligi debere reſponderunt Panor. Iohannes ab Imola. Iohannes Andreas, in additioni. ad ſpeculatorem, titu. de reſcripti præſentatione, §. f. verſ. penul. & ad dict. c. venerabilem, & ibi Hoſtienſ. Quanquam Bald. & Zaburellus, dixerint ad d. c. venerabilem, poſſe eligi regem Romanorum ex Gallis ſeu Francigenis quia & illi ex genere Francorum orti ſunt. Quemadmodum Carolus rex Hiſpaniæ & Ferdinandus fratres, reputati ſunt pro Germanis, alibi nati quàm in Germania, tamẽ ab auo Germano oriũdi: & Carolus ita 5. rex Romanorum & imperator electus dicitur anno 1519. 28. Iunij. Nepos Maximiliani Cæſaris ex filio Philippo. vt notat Henningus Goden, conſiliorum prima parte, in principio.

Poſſumus dicere hanc legem electionis imperatoris aut regis Romanorum, nunc eſſe fundamentalem, vt ab ea temerè non ſit recedendum, quicquid prætendere poſſint innouatores & turbatores



turbatores pacis reipublicæ: qui forſan leui prætextu perſuadere conarentur, & hanc legem vſurpatam, & non poſſe videri æquam. Quorum ſententia ſtatim à limine dum proponeretur, eſt omnino omnibus modis & remediis explodenda, tanquam ad perniciem reipublicæ pacatæ perducens. Neque poſſunt leges illæ fundamentales regnorum quæ iam coaluerunt, & radices cum longa temporis comprobatione egerunt, ſine ſubuerſione & clade populorum conuelli, & facile quidem eſt, in omnibus non dico ſolùm regnis: ſed etiam quibuſcunque rebus, aliquem defectum & vitium, aut abuſum, aut incommoditatem, annotare: verùm non facile eſt meliorem ſtatum illo ſubuerſo replantare. Seneſcunt regna legúmque imperia, & maieſtas & virilitas, ſed ſatius eſt cum aliqua conſueta iam incommoditate & carie, colere & conſeruare annoſam arborem, quàm ea eradicata, noua plantata, nouos ex illa, aut nullos ſpectare, aut percipere fructus, facilius eſt corpori viuenti pati capitis dolorem, aut hemicraneam temporalem, quàm capite adempto, vnà cum illo omnino repentè concidere. Fuerunt leges regnorum non ſine magnis præcedentium ætatum experimentis, non ſine tumultibus ſtabilitæ, vt etiam poſt multa obſeruata neceſſum fuerit ad certam quandam regulam eámque magis conducentem deſcendere, neque arbitrandum eſt nomothetas quo tempore illas fixerũt, pleraque in illis quæ poſſent obeſſe populo ignoraſſe, verùm ex potioribus malis maiora obuiaſſe, & conducibilia magis probaſſe.

Fidem faciet lex quæ electioni ſummi pontificis formam dedit, quę multis antea formulis variata, per multa experimenta tandem eo peruenit, vt ad collegium cardinalium eam ſolummodo deferret & modum figeret [a].

> a In Geneſi c. coram dilecto, de electio. Clem. ne Romani eo. tit. multa alia & addita ſunt de quibus nos tractatu de electiõn. ca. 14. nu. 9. & ſequẽtibus.

Qui voluerit eam ſubuertere, quid quęſo molitur, quàm totam pacem reipublicæ Chriſtianæ innouatione ſua prodere?

*De legis principatu.*

## CAP. XX.

INTER principes humanos, omnibus tanquam regina præponitur Lex: ὁ νόμος πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων ὥς φησι Πίνδαρος. *Lex regina*, inquit Plutarchus [b], *hominum & immortalium regina atque imperat imperantibus, vt ait Pindarus.*

> b De regno.

Refert Martianus Iuriſconſ. [c] ſimilia ex antiquis aliis authoribus, & ex Chryſippi philoſophi li. de legib. ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον, i. *Lex eſt omniũ diuinarũ & humanarũ rerum regina. oportet enim eã eſſe præſidem & bonis & malis & principem & ducem: & ſecũdum hoc regulam eſſe iuſtorum & iniuſtorum, & eorum animãtium quæ natura ciuilia ſunt, præceptricẽ quidem faciendorũ, prohibitorẽ verò nõ faciendorũ.* Et Dem. cõtra Ariſtogiton.

> c In l. 2. de legibus P

idipſum ait, cum ratione, quem & refert prædicto loco, Martianus Iuriſcon. Τοῦτό ἐστιν νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστιν νόμος εὕρημα καὶ δῶρον θεοῦ. δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων. πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ᾽ ἣν ἅπασι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. id eſt, *Lex eſt, cui omnes obtẽperare cõuenit: tum ob alia multa, tum vel maximè, eo quòd omnis lex inuentum ac munus Dei eſt.* Ecce primam rationem, quod à Deo pendeat: *Decretum prudentium hominum.* Ecce ſecundam rationem, à prudentia ſtatuentium: *Coercitio eorum quæ ſponte, vel ignorantia committuntur.* Ecce tertiam à vindicta & compreſſione malorum: *Communis ſponſio ciuitatis.* Ecce quartam, ab obligatione quod ſe ſuppoſuerint legi: *Ad cuius præſcriptum omnes vitam inſtituere debent.*

a *Libro 10. Ethic. cap. 4.* Lex, inquit Ariſtoteles[a], vim habet cogentem, quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia, atque mente.

2 Qui legem præeſſe iubent, videntur iubere Deum præeſſe, & leges: qui autem hominem, iubent præeſſe & beſtiam, libido quippe talis eſt, atque obliquos viros agit etiam optimos, qui ſunt in poteſtate, quo mens abſque appetitu, lex eſt. Iuxta Ariſtot.[a] lib. 3. politicor. capite 11. Plato ei conſentit libro 34. ſiue Dialogo 4. de legib. *Interitum paratum illi ciuitati video,* inquit, *in qua non lex magiſtratibus, ſed legi magiſtratus præſunt.*

b *Diuus Auguſti. 4. de ciuitate.* Et Plato in Politicis, ἄνομος μοναρχία, χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη ξυνοικῆσαι. id eſt, principatus ſine lege, grauis & moleſtus ſubiectis. Remota iuſtitia, nihil aliud regna ſunt quàm magna latrocinia, & in legibus ſalus ciuitatis ſita[c]. c *Cicero 1. Rhetor. cap. 3.*

3 Cęterùm quod dicimus legẽ imperare debere principib. intelligitur, non de qualibet lege ſcripta, ſed de vera ratione legis, vt explicat Plutarchus[d], vt ſit illa lex, οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένος, οὐδὲ ξύλοις, ἀλλ᾽ ἔμψυχος ὢν ἑαυτῷ λόγος, ἀεὶ συνοικῶν, καὶ παραφυλάττων. καὶ μηδέποτε τὴν ψυχὴν ἐῶν ἔρημον ἡγεμονίας. i. *Lex principi imperatrix erit: nõ illa quidem, aut liberis extrinſecus ſcripta, aut in tabulis, ſed animata intus in ipſo ratio, ſemper cum eo conuerſans, eiuſdémque obſeruatrix: quaque eius animam nunquam ſinit ſine tutela ſui eſſe viuendum.* Conſentit Cicero[e], qui hanc legem inſitam nobis quadam propenſione aſſerit, non ſcriptam, ſed natam: quam non accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa corripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, &c.

d *In lib. de regno.*

e *Pro Milone.*

Loquens & Demaratus Græcus, iuſſus dicere ſententiam de Græcis à Xerxe rege, apud Herodotum.[f] *Lacedæmonij,* inquit, *cunctorum virorum ſunt in bello excellentiſſimi: nam licet ſint liberi, non tamen ſunt vſquequaque liberi: quippe quibus præeſt domina lex, quam multo magis metuunt quàm tui te,* &c. f *Libro 7.*

4 Omnis reſolutio, vt quæſtio, de conſeruatione legum, oritur ex diſtinctione earum. nam quædam eſt lex Dei, quædam naturæ, quædam gentium: quędam ciuilis & politica cuiuſque regni, aut nationis, aut ciuitatis, aut oppidi, omnes Dei legibus debent obedire, naturæ lex tolli conſtitutione humana nequit: quia lege & conſtitutione diuina facta immutabilis. Gentium leges, ratione communi hominis conſtant,



conſtant, vt ab hominis natura videãtur recedere qui eas contẽnũt, & cũ brutis magis cõſentire. Ciuiles leges, iuris poſitiui ſunt, pro neceſſitate ex cauſis reip. vtilibus mutabiles: atq. illę ſecũdũ publicã vtilitatẽ non priuatã cuiuſq. conſtituuntur generales, & ab omnib. quãdiu vtilitas illa conſeruatur, ſeruari debent: dum autem nocere incipiunt ex nouis cauſis, debent emendari aut tolli, prout expedire videbitur, ſed tantùm ab his quibus data poteſtas eſt, & quando oportet, & propter vtilitatem publicam, & non ex ſolo arbitrio: quia tunc, & qui tolleret ſine cauſa, principatum & poteſtatem quam pro vtilitate reipublicæ accepit, violaret, & degeneraret ab ſtatu principis in tyrannidem.

5 Quamobrem ſic in quæſtione an princeps ſubiiciatur legibus, diſtinguendum erit, an agatur de lege ſuperioris, an de lege paris, an de lege inferioris. In lege ſuperioris, inferior tenetur & obedire proculdubio[a]. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*[b]. Proinde princeps obtemperare & ſubiici debet legibus diuinis, quia Deus ſuperior & pręcipuus in imperio eſt[c]. *Iulianus,* inquit Ambroſius, *imperator, quamuis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites, quibus cùm dicebat, Producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebãt ei. Cùm autem diceret, Producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant imperatorem cæli.* Obedire magis oportet Deo quàm hominibus[d]. Diuus Auguſtinus ſermone 6. de verbis Domini idipſum conuincit dilucida deductione[e]. *Qui reſiſtit,* inquit, *poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit. ad Roma. 13. ſed quid ſi illud iubeas quod non debeas facere? Hic ſanè contemne poteſtatem timendo poteſtatem. Ipſos humanarum legum gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator, nónne faciendum eſt? tamen ſi contra proconſul iubeat, non vtique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec huic debet minor iraſci ſi maior prælatus eſt. Rurſum, ſi aliquid ipſe procõſul iubeat, & aliud iubeat imperator, nũquid dubitatur illo contẽpto, illi eſſe ſeruiendũ? ergo ſi aliud imperator, aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributũ, eſto mihi inobſequiũ, rectè: ſed non Idolio. In Idolio prohibet. Quis prohibet? maior poteſtas. Da veniã, tu carcerem, ille gehennã minatur,* &c. Accedit c. 101. ſi is qui pręeſt, c. 11. qu. 3. *Si is qui præeſt,* inquit Iſidorus, *fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitum eſt facere iuſſerit, vel quod præceptum eſt, præterierit, aut præterire mandauerit, ſancti Pauli eſt ei ingerenda ſententia dicentis, ad Galat. 1. etiam ſi nos, aut Angelus de cœlo euangelizauerit vobis præterquam quod vobis euangelizauimus, anathema ſit,* &c.

a *cap. cùm inferior, de maior. & obedientia.*
b *Ad Roma. c. 13. c. 2. de conſibus.*
c *Can. Iulianus, 94. c. imperatores. 98. §. Iulianus. 11. q. 3.*
d *cap. ſi Dominus, 93. eadẽ 11. qu. 3. Act. c. 5. verſ. 29.*
e *Relatus, in c. 97. qui reſiſtit, 11. qu. 3.*

Lex imperatorum & principum quidem etiam de diuinis & religione ſtatuit vt in titulis de ſumma trinitate & fide catholica, de ſacroſanctis eccleſiis, de epiſcopis & clericis, & de ſimilibus aliis, verùm vt ait Ariſtot.[f] non propterea quis dixerit ciuilem legem, quòd de omnibus præcipit quæ in ciuitate ſunt, diis præeſſe & dominari. f *Li. Moraliũ Nichomachiorum c. 13.*

6 Quod & ad ſummum pontificem, aliámque etiam eccleſiaſticam poteſtatem cuiuſcunque ſit ordinis & qualitatis, pertinet: vt teneatur obedire legibus diuinis Dei, neque poſſit ex arbitrio eas contemnere. Habet vterque princeps ſecularis & ſpiritualis poteſtatem à Deo: quare & vterque ſibi commiſſam excedere non poteſt, non ſecus quàm delegatus. excederet autem, qui contra leges diui-

nas,in quibus diſpenſatio ſibicōmiſſa nō eſt,vellet quippiā ſtatuere.

Summus pontifex quamuis generaliter ab aliis iudicari nequeat niſi paucis exceptis,vt ſi à fide errauerit[a],tamē agnoſcere debet ſuperiorem ſibi eſſe poteſtatem Dei cuius iudicio reſeruatur iudicādus[b]. Et rectè Vrbanus papa[c]. *Sunt quidam*,inquit, *dicentes Romano pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges, quod & nos,non ſolùm non negamus, ſed etiam valde adfirmamus.Sciendum verò ſummopere eſt,quia inde nouas leges condere poteſt vnde euangeliſtæ aliquid & prophetæ nequaquam dixerunt:vbi verò apertè Dominus vel eius apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres aliquid definierunt,ibi nouam legem Romanus pontifex dare,ſed potius quod prædicatum eſt, vſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apoſtoli & prophetæ deſtruere, quod abſit, niteretur, non ſententiam dare,ſed magis errare conuinceretur &c.* Conſentit Zozimus[d], quæ ſententiæ intelligendæ maximè ſunt de condendis legibus generalibus,vel de iis quæ pertinent ad fidem: alioquin enim[e], gloſſas & interpretes ſummus pontifex ex cauſa per viam diſpenſationis,poteſt in his quæ extra fidem ſunt ſtatuere contra apoſtolorū & cōſiliorū decreta:verū quàm piè hoc dictū ſit,ipſe viderit,& impetrātes diſpēſationes,nū iuſta cauſa & Deo probata ſit.alioquin enim diſpenſati quāuis tuti ſint quod pertinet ad cōtrouerſiā hominū propter diſpenſationis legitimæ præſumptionē, tamē quod pertinet ad Deum qui ex veritate rem iudicat,tuti non ſunt.Leges itaque & mandata Dei,primum locum tenent in principatibus & ſuper principes.

a ca. ſi papa: 40.diſt.
b cano. aliorum,9.q.3.
c in ca.6.ſunt quidā, 25.q 1.
d in ca. contra ſtatuta 7. eadem 25 q 1.
e vt ibi notatur.

7 Atque ita diuinæ iſtę leges,vt & naturales,ex neceſſitate obligant, & ex vtilitate,vt illæ quæ inter populum feruntur ex conſenſu & ſponſione communi,& aliæ ex conſuetudine recepta[f].

Singulare quod tradit Lactantius[g]. *Eſt quidem verò*,inquit,*lex recta ratio,naturæ congruens diffuſa in omnes, conſtans,ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo: vetando à fraude deterreat,quæ tamen neque probos fruſtra iubet, aut vetat, neque improbos iubendo aut vetando monet:huic legi nec obrogari fas eſt,nec derogari ex hac aliquid licet,neque tota abrogari poteſt:nec verò aut per ſenatū, aut per populū ſolui hac lege poſſumus.neq; quærendus eſt explanator aut interpres eius alius:neque erit alia lex Romæ,alia Athenis:alia nunc,alia poſthac: ſed & omnes gentes & omni tempore vna lex & ſempiterna, & immortalis continebit, vnúſque erit communis quaſi magiſter & imperator omnium Deus ille legis huius inuentor, diſceptator, lator:cui qui non parebit,ipſe ſe fugiet, & naturam hominis aſpernabitur,atque hoc ipſo luet maximas pœnas,etiam ſi cetera ſupplicia,quæ putantur,effugerit.* Quæ verba Lactātius fert accepta Ciceroni ex libro 4.eius de republica, vt & idē Cicero 1.de legi. *Lex*,inquit,*eſt ratio ſumma inſita in natura,quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibétque contraria.* Eadē ratio cùm eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. itaque putamus prudentiam eſſe legem, cuius ea vis ſit, vt rectè facere iubeat vetet delinquere, eámque rem Græco nomine νόμον dixerunt Græci,à ſuum cuique tribuendo appellatā.Ea eſt naturæ vis,ea mens ratióque prudentis, iuris atque iniuriæ regula:illa lex omnibus ante ſeculis antè nata, quàm ſcripta lex vlla, aut quàm omnino ciuitas conſtituta.ab hac leges omnes proceſſerunt. Eo pertinet axioma Demo-

f l.1.& penul. de leg.P.
g libro 6.c.8.



Demoſtenis, *Legem eſſe cui omnes obtemperare debeant*, cùm ob plura, tum quòd ſit munus Dei:& quod Chryſippus libro de lege, *Legem eſſe diuinarum & humanarum rerum reginam*,quæ refert Martianus[a].

a in d.l.2.de legib.li.1.P.ti.3.

8 Inter leges ſuperiores quoque principibus omnibus eſt *ratio naturalis* quæ omnibus hominibus imperare debet, vt ius naturale inditum pro regula,& veluti pro duce omnibus hominibus, ex quorum numero ſunt principes cuiuſcumque ſint dignitatis vel principatus, à quo declinantes belluinam & brutam vitam potius quàm humanam, non dicam principum,degere dicuntur:& quamuis aliorum legibus parium non teneantur, eo nomine quòd iuris poſitiui eorum ſunt, tamen rationem illarum admittere debēt, & eadem per eandem rationem & ſentire,& ſtatuere, ſiue à ſe ſiue ab aliis fuerint, rationis leges traditæ.

In hoc ſenſu dicebat Apollonius Tyaneus Domitiano, apud Philoſtratum[b], *Hæc mihi dicta ſint de legibus,quas ſi tibi imperare non putaueris, ipſe non imperabis.* hoc modo etiam intelligi par eſt, quod dixerunt Theodoſius & Valentinia[c]. *Digna vox eſt maieſtate regnantis legibus alligatum ſe principem profiteri: adeò de authoritate iuris noſtra pendet authoritas, & re vera maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum*: ſimile quod dicitur in l.3. C. de teſtam. & quod Paulus tradit in l. ex imperfecto 23.de lega.3. *Ex imperfecto teſtamento imperatorem legata vel fideicommiſſa vindicare,inuerecūdum eſt:decet enim tantæ maieſtati eas ſeruare leges quibus ſolutus ipſe videtur.*

b lib.8.
c in l.digna. 4.C. de legib.

Sic apud Plutarchum & apud Agapetum ad Iuſtinianum, *Non eſt princeps ſupra leges, ſed leges ſuprà principem, optimíque principis nota illa ex legum bonarum præſcripto velle viuere:* vt laudatur à Plinio in Panegyrico Traianus, *In roſtris ſimili te religione ipſe te legibus ſubiecisti,Cæſar, quas nemo principi ſcripſit: ſed tu nihil ampliùs vis tibi licere quàm nobis.*

Phalaris κλεωνύτῃ & Θεανοῖ ſcribens, ὄνομα, inquit, μοῦ δι' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐμμελὲς, ἢ ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δὲ εἰμι τοῖς ἐπηκόοις. id eſt, *Neque alia de cauſa eſt nomen meum graue, quàm quòd non obtempero legibus: ego enim ſum lex ſubditis.*

d epiſtola 63.

Eo pertinet quod dixit Demoſtenes populari auræ cōdeſcendens oratio 2.contra Philippum, *Rex & tyrannus omnis eſt libertatis inimicus, & legibus infeſtus.*

Summus Pōtifex quoque in c.f.de reſcrip.in ſex. *Quod licere*,inquit, *nobis non patimur,noſtris ſubditis indicamus.*

Sed rurſum Ariſtoteles[d] poſtquam dixit in confeſſo eſſe, regiam legitimam eſſe ſpeciem gubernandi, proponit circa illam poteſtatem dubitationis plures eſſe & caput quæſtionis eſſe,vtrum expediat magis ab optimo homine regi,an ab optimis legibus gubernari,reſpondétque in vtramque partem, verùm reſoluere tandem videtur neceſſum eſſe, ipſum legis conditorem eſſe, ac leges quidem poni debere manifeſtum eſſe, ſed non inuiolabiles ipſi, quatenus ipſas transgrediatur in cæteris, inuiolabiles fieri oportere. Neque etiā lex de quibuſdā prouidere poteſt,vel nō ſēper bene:ideo legis dāda eſt alicui poteſtas. Et quamuis legi magis deferendum videatur, quia ea turbatione non caret, mens verò humana non careat, tamen maius.

e li.3.polit.

incommodum accedet reipublicæ, ſi lex ita ſit inflexibis, vt nulla neceſſaria ſuborta noua cauſa, prçteriri ab eo qui poteſt legem condere, non poſſit, hoc eſſet viuere ſub tyrannide legis & peius quàm ſub tyrãnide hominis, qui propter humanam naturam & obſequiis, poteſt ſemper in meliorem ſtatum gubernationis potentiam cõuertere, & ita poſſet retorqueri in volentes, regnare legem inemendabilem, quòd diceret velle regnare beſtiam: vt enim dicunt optimè, qui volẽtes abſolutè regnare hominem nullis rationis frenis moderantem rempublicam, ita regnare beſtiam: Sic qui abſolutè volũt legem reginam eſſe debere poſitiui iuris, beſtiam atrociorẽ inducunt, quæ nulla rationis occaſione miteſcere poſſit, aliud tamen, ſi intelligamus, vt prędixi, hanc legem non de iure poſitiuo, ſed de iure rationis, quo & homo & leges regi debent.

10 Subiicitur & princeps legibus alterius principis ſuperioris, in eo in quo ſuperior illi eſt, tanquam ſubditus; & communi regula tenetur, qua omnis anima poteſtatib. ſublimiorib. ſubdita eſſe debet[a].

Fieri poteſt ita vt quis tanquam princeps, & tanquam ſubditus habeatur princeps erga eos qui ſubiiciuntur illi, ſubditus verò tãquam alteri in alio addictus. & ſic[b], *Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum, non debet moleſtè ferre aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed obedientiam quã ipſe exigit ipſe debet dependere*[c]. Et inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcere debet, & ita ſuperior ſuum exercere, vt ſciat quid inferiori impartiẽdum[d], lib.1.C.ti.28. *Potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuenda*[e]. Quod & de aliis dicitur[f]. Quare quæ de legibus ſeruandis ab omnibus & obligatione earum dicuntur in genere, eadem, & de principum ſubditorum obedientia circa eaſdem, dicendũ eſt, vt in l. leges vt generales 3. & l. leges ſacratiſſimę, 9. C. de legib. l. cõſtitutiones C. de iur. & fact. ignorã. quæ de iure poſitiuo principis ſuperioris intelliguntur proculdubio, ad hanc ſubordinatam ſubiectionẽ principatuum, & ſubditorum exemplo ſubordinatarum ſubiectionum, pertinet. quod breuiter ſcribit Statius[g],

*— quid enim terriſque, poloque*
*Parendi ſine lege manet? vice cuncta geruntur.*
*Alterniſque premunt proprijs ſub regibus omnis*
*Terra, premit fœlix regum diademmata Roma.*
*Hanc ducibus frenare datum, mox creſcit in illos*
*Imperium ſuperis.*

11 Scribit Ariſtoteles, magiſtratum ineuntes, Ephoros præcipere ſolitos, κείρεϑαι τὸν μύϛακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις, ne cogerẽtur ſæuire. de barba verò fit mentio vt in minimis inſueſcerent πειϑαρχεῖν, vt refert Cælius Rhodiginus[h], inter leges quæ ridiculæ videntur, ponit illam Lacedæmoniorũ Plutarchus[i], per quã κηρύττουσιν οἱ ἔφοροι παριόντες εἰς τὴν ἀρχὴν μὴ τρέφειν μύϛακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις. vt & in Agide dicit, Lacedęmoniorũ legibus ſancitũ fuiſſe κείρεσϑαι τὸν μύϛακα: verũmſi inſpiciamus quod & in minimis legibus obtemperandũ ſit ſuperiorib. non ridicula ſed probationis ſubiectionis iudicium ſufficiens apparebit. tanta enim authoritas legũ apud Lacedæmonios, vt omnes illarũ poteſtati ſubiicerentur, vt Pauſanias Pliſtonactis filius vt ait Plutar.[k] interroganti, cur nullam ex priſcis legibus apud Spartianos tollere

a ad Roma c. 13. c. de cenſibus.
b vt habetur in conſilio Toletano 11. c. 10. delato à Gratiano in c. 6. quãquã 23. di.
c quod ex Leonis Papæ epiſtol 84. ad Anaſtaſ. Theſſalonicen. epiſcopum ſumptum eſt, & repetitur in ca. 14. qui ſcit, 2. q. 6.
d l. 1. de officio præfecti vrbi.
e l. potioribus 5 de officio rector. prouin. C.
f in l. 2 & 3. de offic. diuerſo. iudic. lib. 2. C. tit. 48.
g lib. 3. Syluarum.
h lib. 3. antiquarum lecti. c. 25.
i de ſera numinis vindicta.
k in Apophteg.



ſapientiam Dei conſiderantibus, leuis lex & præceptum datum primo homini in paradiſo à Deo, ne ex ligno arboris vitæ guſtaret[a], verũm qui poteſtatem & authoritatem legiſlatoris conſiderant, & obedientiam quam ei homo debet in omnibus, non immeritò, tranſgreſſionis pœnam iuſtiſſimam indicant.

12 Quare ſi agatur de ſacris canonibus & conſtitutionibus apoſtolicis, vel eccleſiæ legibus generalib. principes ſeculares, & omnes cuiuſcunque ſint ſexus & ætatis, illis tanquam ſuperioribus ſubiiciãtur omnes principes terræ & cæteros homines, epiſcopis obedire beatus Petrus præcipiebat[b]. *Canonum ſtatuta ſeruetur ab omnibus*[c].

Ligãtur itaque principes & alij laici quoque, duplici modo à lege eccleſiaſtica primũ omnino, ſi ſint de iuriſdictione omminoda ipſius ſtatuentis pontificis, vt in terris ſedis apoſtolicæ, in quibus vtrãque poteſtatem exercent pontifices, per ſe vel per delegatos ſeu vicarios idoneos ſeculares.

Quod ſi extra temporalem iuriſdictionem ſint principes ſummi pontificis, tamen eius & eccleſiæ ſtatutis in quibuſdam obligantur, & ſubditi dicuntur, & obedientiam debent primũm in omnibus quę concernunt animam eiuſque ſalutem[d], & rurſum generaliter in omnibus ſpiritualib. & illis admixtis[e]. In Sacramẽtis vt matrimonij[f].

Item in aliis negotiis, rebus & perſonis eccleſiaſticis inter quæ ponuntur[g], electiones, poſtulationes, prouiſiones dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, prebendarum, vel aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, decimæ, matrimonia, vſuræ.

Item hæreſis ſimoniæ, & ſimilia crimina maximè clericorum, iura patronatus eccleſiaſtici.

Quamobrem & in illis quæ animæ & rerum & perſonarum eccleſiaſticarũ adminiſtrationẽ pertinẽt, principes obtemperare debẽt eccleſiæ, proinde etiam non dedignẽtur illorum canones imitari & cõfirmare[h]. nec Imperiali iudicio poſsũt eccleſiaſtica iura diſſolui, nec eius conſtitutionibus violari[i], Et regia voluntas, cùm de cauſis Dei agitur, debet ſubiici ſacerdotibus[k].

13 In temporibus verò, deferunt leges canonicæ legibus ciuilibus authoritatem, ſi contrariæ non ſunt legibus diuinis[l]. Imò Onias ſacerdos prudentiſſimus, cognouit ſine prouidentia regali, impoſſibile eſſe pacem rebus dare, tumultuante Simone ob ſacerdotium[m].

Canonicis ſcripturis infideles quidam non conſtringuntur, quia extra eccleſiam ſunt. & quid enim mihi, inquit diuus Paul.[n] de his qui foris ſunt iudicare? Nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis? Nã eos qui foris ſunt, Deus iudicabit[o]. Si tamen aliquid in contemptum earum, & per contumelia agerent muniẽntur[p].

15 Legibus porrò alterius principis vel iure poſitiuo alieni regni cui non ſubiicitur princeps, non tenetur nec ligatur nam par in parem nõ habet imperium[q], ſicut vt de aliis paribus dicitur, vt mutuò ſibi iure imperare non poſſint, nec poſſint ſe compellere[r] hácque

a Geneſ. 3.
b 1. Petri 2. c. omnes principes 4. de maior. & obediẽ. & in cõſilio Meldenſi c. 11.
c c. 1. de conſtitutio.
d vt in c. nouit 13. de iudic. c. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſ. & ibi Panor. & alij.
e c. tuam, de ordine cognitio.
f c. penult. & fin. de ſecund. nup.
g in clem. diſpendioſam 2. de iudicijs.
h l. omni innouatione, de Sacroſanct. eccleſ.
i ca. 1. & 2. 4. & ſequẽtibus 10. diſt.
k ca. 3. 4. 5. 6. & tota 10. diſt. c. ſolitæ de maior. & ob.
l in c. 1. & 2. de oper. no. nunciat. ca. quoniã idem mediator. 8 & ſeq. 10 diſt.
m 2. Mach. 4. verſ. 6.
n 1. ad Corint. 5. verſ. 12.
o Quod explicatur in c gaudemus 8. de diuortijs, ca. multi, 2. 9. 1. l. nemo externus 8. l. die ſabbathi c. de Iudæis.
p vt dicitur per interpretes ad c. 1. de conſtitution ca. poſt miſerabilem, c. quanto de vſur. c. etſi Iudæos, de Iudæis l eodem de Iudæis.
q c. per venerabilem qui filij ſunt legit.
r l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ad ſenatuſ. Trebellia. P. l. nam magiſtratus, de recep. arb.

ratione, Summus Pontifex concludit[a], non ſubiici in ſucceſſorem, in pontificatu qui habet poteſtatem æqualem, anteceſſoris legibus. Sic principes qui habent abſolutam & ſupremã poteſtatem, leges & ſuas anteceſſorum principum, prout illis expedire reipublicæ & ſubditis videtur, emendant, innouant, aut tollunt [b]. Idque & neceſſariò, vt mox dicam latius.

a. *in c. innotuit 20. de electione*

b *l. 1. & f. c. de legibus.*

16 Sed ſingulare eſt quod Iuo Carnotenſis percurrit epiſtola 195. Damiberto Senonenſium Archiepiſcopo ſcribens, de impœnitente, quem timor regis coegit abſoluere. Eccleſiaſticos ſæpe obtemperare legibus principum ſecularium, diſpenſatiuè contra rigorem eccleſiæ, cùm vident ex hoc rigore graue periculum imminere maximè ſchiſmatis & offenſionis regis. *Quia diſpenſationes*, inquit, *rerum temporalium, regibus attributæ ſunt, & baſilei, id eſt fundamentum populi & caput exiſtunt, ſi aliquando poteſtate ſibi conceſſa abutuntur, non ſunt à nobis grauiter exaſperandi: ſed vbi ſacerdotum admonitionibus non acquieuerunt, diuino iudicio ſunt reſeruandi: vbi tanto diſtrictius ſunt puniendi, quanto minus fuerunt diuinis admonitionib. obnoxij.* Vnde habetur in li. capitulorũ regalium, authoritate epiſcoporum conſtitutorum. *Si quos culpatorum regia poteſtas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut menſæ ſuæ participes effecerit, hoc & ſacerdotũ, & populorũ conuentus ſuſcipere eccleſiaſtica cõmunione debebit, vt quod principatus pietas recipit, nec à ſacerdotibus Dei extraneũ videatur.* Eadẽ lege Iuo epiſcopus Carnotenſis ſe defendit, & vtitur, pro reconciliato excommunicato ob eandem regiam reconciliationem, epiſtola 124.

17 Sic ergo quod pertinet ad leges per principem, vel per ſucceſſores in principatu, latas: reſponſum optimè eſt, principẽ ſolutum eſſe legibus: nec ſuis, nec prędeceſſoris ſui æqualis in principatu, obligari [c]. Teſtatur Deum ſubieciſſe imperatoris fortunę ipſas leges, legem animatam eum mittens hominibus. Et Ariſtot. [d] Docet legumlationem ad dignitatem regiam pertinere, & optimũ eſſe, non leges quidem valere, ſed optimum quendam & regium virum, qui leges pro humanarum rerum varietate conſtituat, vt nauta bonus non ad ſcripta, ſed ad ſalutem nauigantium ſpectat. atque in hoc magiſtratus à principe differt, quòd magiſtratus cùm habeat poteſtatem ab eo à quo pręficitur, vt à populo, vel à principe, leges eorum tanquam miniſter ad id datus, exequi tenetur.

c *l. princeps de legibus P. Dio Caſſ. lib. 53. Iuſtinia. in c. 2. §. ſubiaceat igitur, nouell. 105. de conſulibus.*

d *Lib. 3 polit. cap. 12.*

18 Omnia ab initio manu & poteſtate, ſeu arbitrio principum in populo agebantur, vt ait Iuſtinus ex Trogo in 1. & Pomponius [e], & cùm in populum tranſlata eſſet legis condendę poteſtas ſublato principatu, rurſum reſtituto eodem, lege regia legis condendæ & abrogandę ius in principẽ rediit [f]. Et hoc eſt quod dixit Alexan. Cęſar, [g] *Quod lex imperij ſolemnibus iuris imperatorem ſoluerit.*

e *In l. 2. in initio, de origine Iur.*

f *l. 1. de cõſtitut. princ. P. §. ſed & quod principi placuit, de iure natura. §. 7. de conſectio. digeſt. l. 1. & f. C. de legibus.*

g *In l. ex imperfecto, 3 C. de teſtam.*

19 Abſoluto, ſeu ſupremo principi & legiſlatori, inquit Philo Iudæus, de vita Moſis, adeſſe debent quatuor res, regnum, legum ferendarum facultas, ſacerdotium, prophetia. Vt tanquam legiſlator vetet ac iubeat: tanquam ſacerdos non tantum humana, ſed & diuina adminiſtret negotia: tanquam propheta quicquid intellectu non percipit diſcat ex oraculis, fecit eadem neceſſitas quæ ſuaſit reges



reges creare, vt iiſdem legum poteſtas deferretur, ſiue de ferendis, ſiue de interpretandis ageretur. quia facilius aditur rex cum curia ſua & ſummus põtifex pro eo quod neceſſariò ſtatuendum eſt, quàm cogatur vel cõuocetur populus aut cõſilium generale & comitia. difficile enim & ſerò conuenire poſſent.

20 Quamobrem princeps poteſt ſuas leges corrigere, tollere, & emendare: nec obligatur ad eas ſeruandas, pluribus rationibus. Et primùm, quia ita reipublicæ, fieri expedit, vt mutatis moribus, & pro opportunitate locorum, temporum, & neceſſitatum, leges accomodæ ferantur. id enim eſt legi bonæ neceſſarium [a], non ſecus quàm medici pro morborum varietate, incremento & decremento, & ſymptomatum variatione, pharmaca adhibent diuerſa & conuenientia.

a *ca. erit autem lex, 4. diſtinctio.*

22 3. Inſpicitur intentio ponentium legem, quæ non eſt vt ſe ipſos ſubiiciant legi; ideo non operatur actus vltra intentionem [b], quia voluntas & propoſitũ, limitant ſeu diſtingũt actiones ex parte agẽtis [c].

23 4. Quia debet eſſe differentia, inter dantem & accipientem [d], ita inter eum qui iubet & eum qui obtemperat; vt inter agentem & patientem, dominum & ſubditum. nec conſtitutio epiſcopi ipſum etiam ligat [e]. Conſiderandum inſuper, principẽ eſſe imaginẽ & opus Dei, ad iuſtitiam reddendã & iuſtitiam eſſe finẽ legis; opus autẽ principis eſſe legẽ, & proinde decipi qui legem poſitiuam dicunt ſupra principẽ eius artificẽ: non aliter quã ſi dicerent artificẽ pendere ab opere ſuo, & non opus ab artifice: ita princeps, eſt magiſtratus, cum ſuprema & abſoluta poteſtate & authoritate, in eos quorum ſolicitudinem & curam gerit.

b *l. non omnis numeratio, de reb. cred. P.*

c *l. qui iniuriæ & l. verum, de furt P. c. cũ voluntate, de ſenten. excommuni.*

d *c. f. de inſtitutio. c. debitũ de baptiſmo c. per veſtras de iure patrona. ca. didicimus 24. q. 1. l. 1. de authorita. tutor. P. cum ſimilibus.*

Sed & leges quæ ſtabilierunt principatum, vt de ſucceſſione primogeniti, de prohibita dominiorum alienatione, de excluſione fœminarum à ſucceſſione regni, & de aliis, non poſſunt à principibus per legem ad principatum peruenientibus, rumpi & infringi; niſi & regni & principatus qualitas & ſtatus peruertatur, nec qui principatum obtinere voluerit mutata lege regni, poteſt euadere titulum tyranni, quia præter legem vſurpabit principatum. quare cùm Samuel primùm regem iuſſu Dei elegit in Iſrael Saulem, locutus eſt ad populum pręſente rege, legem regni, & ſcripſit in libro & repoſuit coram Domino [f]. atque Plato [g], *Probabile*, inquit, *eſt regum maximè hunc morbum eſſe qui ſuperbè propter delicias viuunt: quod plus quàm leges contenderent poſſe, voluerunt, nec in eo concorditer permanſerunt, quod verbis & iureiurãdo laudauerant, vnde ſeditiones ortæ ſunt.* Sic per Pares Frãcię declarata ſunt irrita apud Tricaſſes ſeu *Troye en Chãpaigne*, pacta inita inter regẽ Carolũ 6. & Henricũ 5. regẽ Angliæ, quibus placuerat natos ex Magareta filia Caroli 6. & rege Henrico, ſucceſſores in regno Gallię, excluſo Carolo 7. quia eſſent facta cõtra legẽ Salicã quæ fundamentalis regni eſt Galliæ. Exẽplũ & erit in lege electionis imperatoris, quã peruertere nõ licet, ei qui dici voluerit legitimus imperator [h]. Et hanc ſiquis velit ſua temeritate & virib. inuertere atque electorũ & ſũmi põtificis in ea authoritatẽ cõuellere, vel parũ proficiet, vel ſtrages propemodũ innumerabiles excitabit: Itẽ ſiquis electionis ſũmi põtificis leges cõtẽnẽs, ad electionẽ properet; totã reip. Chriſtianę quietẽ ſchiſmatib. cõturbabit. in ſũma de aliis idipſum

e *Bald. ad authent. quicunque, de ſacroſant. eccleſ. Iohannes Andreas ad c. 1. cõſtitut. in ſex.*

f *1. regum c. 10. verſ. 24.*

g *dial. 3. de legibus.*

h *per c. venerabilem 34. de electio.*

colligę principatibus, in quibus ſi quis pro arbitrio leges voluerit ſucceſſionis vel electionis confringere, futurum eſt nullam rēpublicam fore firmam, tutam, aut probis legibus aut moribus conſeruandam: neque aliud vniuerſus erit orbis in quo talia innouabuntur, quàm ſpelunca latronum, & lerna malorum, & omnia vi potiùs quàm iuſtitia agentur.

Poſuit Deus [a] legem regni verſ.15. *Conſtitues regem quem Dominus elegerit de numero fratrum tuorum: nō poteris alterius gentis hominē regem facere, qui non ſit frater tuus: cùmque fuerit conſtitutus nō multiplicabit ſibi equos &c.* ita & princeps, & populus quoque, ſubiiciuntur legi regni, quam priùs acceptarunt: & proinde Deus, petente populo regem, Samueli dixit [b], *Nunc vocē eorum audi: verūtamen conteſtare eos, & prædic eis ius Regis qui regnaturus eſt ſuper eos &c.*

Poſſunt etiam & ſolent boni principes leges latas à prædeceſſoribus bonas & vtiles reipublicæ, confirmare, retinere, & reſtituere collapſas, nam per approbationem, proprias efficiūt, non ſecùs quàm nouè per ſe editas [c]. Sic [d] Antoninus imperator, ſecundum leges Rhodias ſuis non contrarias, nautica iudicari voluit.

26 Quandò etiam lex & conſtitutio principis tranſit in contractum, reuocari non poteſt in præiudicium eorum quibus ius ex eadem quæſitum eſt [e]. ſic priuilegia quæ conceduntur à principe per viam pacti, non poſſunt reuocari [f]. priuilegium principis debet eſſe manſurum [g]: vt quando priuilegium cōceditur foraneis, qui venerint ad habitandum quod tranſit in contractum, quando venerint ad habitādum [h]. Princeps item ligatur lege cōuentionis vel contractus [i]. & ita Decius prędicto loco, princeps ex contractu obligatur, vt nec plenitudo poteſtatis nec vlla vrgens clauſula, eum eximat: & omnes contractus qui cum principe fiunt, habeant naturam bonæ fidei [k]. inde refert Suetonius [l] cùm populus Romanus liberalitatem promiſſam cōgiarij repoſceret, Auguſtum reſpōdiſſe, ſe bonæ fidei eſſe.

27 Poſſunt leges ſibi pręſcribere principes paciſcendo, nam per ſe pactiones inter contrahentes, ſi legibus non aduerſentur, vim legis habent [m].

Et cōtractus per ſe ab initio liberi ſunt, num quis velit contrahere [n]: poſtea habent neceſſitatem in ſeruando quod placuerit.

28 Item nominatim notatur in l. Cæſar, de publicanis, contractus cum principe initos habere vim legis [o].

Nec licet regi vel principi, venire contra proprium contractum in præiudicium tertii. Panor. & alij ad c.1. de probatio. per illum textum vbi & Panorm. notat in eo caſu poſſe ſubditum conuenire ſuum ſuperiorem qui non recognoſcit alium ſuperiorem, coram ſummo pontifice, vt in c. nouit, de iud. & in d.c.1. numero 4. ait vltra, quod vbi datur defectus iudicis, ad Papā, poteſt perueniri, licet aliud teneat gloſ. ad ca. quoniam, 10. diſt. addit & num. 5. *per hoc limita notata per legiſtas, ne quis in ſua cauſa iudicet, & quod dixi in c. cùm veniſſent de*

a Deuter. c. 17. b 1. Regū c. 8. c l. 2. §. omnia de veteri iure enuclea. C. c. ſi Apoſtolicæ de præbēd. in ſex. d in l. ἀξίωσις deprecatio ad leg. Rhodiā. de iact. li. 14. P. ti. 2. e innocēt. ad c. nouit. de iudic. Iohannes Andreas in additionib⁹ ad ſpeculatorē in tit. de cenſib. §. nūc dicēdum verſi. quid ſi vniuerſitas Bartho. ad l. hi qui, de excuſat. mune. li. 10. C. Ludo. Roma. cōſ. 235. incip. queritur. Rebuff. in rub. de coll. in concordatis. f Anchara. ad c. 1. de cōſtit. in ſex. & cōſil. 2. Bartho. ad l. omnes populi de iuſt. & iur. Anto. ad c. quæ in eccleſi c. cum Martinus de conſtitutio. g c. priuile. de regul. iur. in ſex. h Iohā. de Fānia ad c. 1. de cōſt. in ſex. Alex. cōſi. 135 nu. 20. volum. 4. i Bald. l. 2. C. de ſerui. Iaſon ad l. ciui. nu. 5. de reb. cre. Alex. cōſi 135. & quidē viſo. nu. 20. & ſeq. 4. votū quod & cōſilium tribuit Barbatiæ, Decius conſi. 151. nu. 11. inci. maximi ponderis. Zazius cōſil. 10. nu. 4. incip. in cauſa executionis. k Bald. ad c. 1. §. ſi quis, nu. 1. de pace Conſtan. Decius cōſil. 287. nu. 6. & 7. l in vita Auguſt. c. 42. m l. legē quā dixiſti, de pactis C. l. 1. C. de pact. conuent. n l. in commodato §. ſicut. C. de actio l. velles necne, C. de reuoca. donationi. o Barth. Bald. & alii, ad l. 1. C. de don. inter vir & vx. & in l. ciuitas ſi certū peta. P. M de Affl. de. 299. nu. 15.



*iudic. vt non recognoſcens ſuperiorem, poſſit eſſe iudex in cauſa ſua: pro quo facit l. proximè, de his qui in teſtam. delent: l. & hoc Tyberius, de hæred. inſti. gloſſa iuncto textu c. Guiliſſarius, 23. q. 4. & hæc procedunt quando ſuperior agit contra ſubditū: ſed ſi ſubiectus agit contra Dominum, poteſt eum conuenire coram ſummo pontifice, per ſupradicta.* Hæc Panor.

Quia obligatio eſt de iure naturali [a], cui etiam princeps ſubiicitur, cùm non poſſit tollere ea quæ ſunt iuris naturalis, vel diuini [b], & licet princeps ſit ſolutus legibus, non tamen dictamine rationis naturalis & lege naturæ, quia & princeps eſt animal politicum & rationis particeps [c]. neque quicquam conuenit magis naturali & æquali, quàm ea quæ inter aliquos placuerint ſeruare [d], quia alioquin & graue eſt fidem fallere [e].

Et cùm fidem fallere & mentiri reprehenſibile omnibus ſit, & vitium exprobrandum, & ſocietati humanæ valde pernitioſum, multò magis in principe habetur abominabile [f].

Atque contrà nihil eſt quod lumine clariore magis præfulgeat, quàm fides in principe [g], quòd quamuis de fide Chriſtiana ibi intelligatur, etiam intelligitur in fide conuentorum. mentiri & fidem fallere in contractu, eſt dolus [h]. Os quod mentitur occidit animam: quia ſcriptum eſt, Teſtis fidelis non mentietur. ca. iuramenti. 22. q. 5.

29 Tertiò probat principem etiam eccleſiaſticum, contractum ſeruare debere [i].

5. Facit & fauor principis, quia ſi in eius arbitrio eſſet pacta quæ ipſe iniit reſcindere, omnium commercio careret, & nemo cum eo paciſci vellet: magnáque pœna afficeretur qua maior vix inuenitur, quàm inter homines conuerſari, & hominum carere commercio [k].

6. Non debet iniuriarum inde oriri occaſio, vnde iura oriri ſolēt [l].

7. Nemo decipi debet ſub authoritate principali [m], nec calumniādi occaſionem ex maieſtate principali capi oportet [n].

8. Contractus ſunt ex genere correlatiuorum; neque ex vna parte contrahentium claudicare poſſunt, vt vnum ex contrahentibus obligent, alium contrahentium non vtique [o]. proinde ſi velit contrahentem ſecum obligare ſibi princeps, debet & ipſe illi ex eodem contractu obligari. Correlatiuorum eadē eſt diſciplina [p], atque principi obiici meritò poteſt, *Patere legem quam tu ipſe tuleris* [q], & quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur [r].

30 9. Contractus ſeruari debent proculdubio inter vaſſallos & principes. Et dominus vicem promiſſorum à vaſſallo fideli ſuo reddere debet: quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur maledicus. ſicut ille qui in promiſſorum præuaricatione, vel faciendo vel cōſentiendo, deprehenſus fuerit perfidus & periurus [ſ].

31 Nonò fiſcus, publicam rem & principis refert [t]. at cōtrahentes cum fiſco bona fide, à nemine moleſtari oportet, ſed tutiſſimi eſſe debent [u].

a ex hoc iure, de iuſti. & iur. b l. eas de cap. dimin. Innocē. ad c. quæ in eccleſiarū de cōſtitutio. c Bald. ad l. 2. nū. 40. de ſeruit. & aqua. C. Decius cōſi. 48 d l. 1. de pact. P. ca. 1. eo. apud Gregorium. e l. 1. de conſtituta pecunia. P f Bald. cōſi. 24. incip. ius abbatialis vol. 2. g l. inter claras, de ſumma trini. C. h l. dolus C. manda. i ca. 21. poſteaquam, 25 q. 2. 4 c. 1 de natura feudi. k l. hi qui ſanctam, de apoſt. C. l l. meminerint, vnde vi. l. 2. de indict. viduita. tollen. C. m l. 1. de his qui veniā æta. impetra. li. 2. C. ti. 45. n l. penul. 91. de heredi. inſti. P. o l. Labeo, de verbor. ſignifica. p l. 1. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. P. l. fi. C. de indicta viduita. tollen. q l. f. de acceptilationib. P. q c. cùm omnes, de conſtitutio.

r iuxta l. 1. quod quiſque iur. P. ſ §. f. de forma fidelita. lib. 1. feud. t vt notat gloſ. in rubricam de iure fiſci. li. 10. C. tex l. bene à Zenone, de quadrien præſcrip. C. u d. l. bene à Zenone, de quadrien. præſcrip. l 1. ne fiſcus rē quam vēdidit euincat. li. 10. C. Barthol. ad l. fin. nū. 7. C. de ſentē. paſſ & ad l. Gallus §. & quid ſi tantùm. numero 10. & ibid. Iaſon, nū. 70. de liber & poſth. P. Felinus ad c. inter quatuor, nū. 4. & ibi Panor. num. 5. de maior. & obed. Alex. cōſ. 101. incip. viſo proceſſu, nū. 6. vol. 2. & cōſil. 190. incip. maturè digeſt. num. 4. eo. volum.

32 10. Verba ſola principis, legis & contractus inſtar habere debent, multo magis prolata obſignatis ab eo tabellis[a], imaginem Dei repræſentant veraces reges & principes. Deus autem inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, non facit differentiam, vtrumque punit Deus, & mendacium & periurium[b].

Verbum principis debet eſſe firmiſſimum[c], potiſſimùm in his in quibus poteſt diſponere, vt in exemptione vectigalium ſeu munerum[d], vt 1. Regum c. 17. dum Saul promiſit his qui percuſſiſſent Goliam, quòd faceret domum eorum abſque tributo, vt & hodie principes rectè promittunt eandem immunitatem his qui percutiunt hoſtes, ſcilicet militibus. Tantum etiam operatur fidei principis interpoſitio, quantum in aliis iuramentum corporale conceptis verbis præſtitutum, & eoſdem producit effectus. doctores ad auth. ſacramẽta puberum, ſi aduerſ. vendition. C. & ad c. cùm contingat, de iureiura. gloſſ. ad c. peruenit de fideiuſſor. Alexa. ad l. ſiquis maior de tranſact. nu. 16. Iaſon. ad l. ait prætor, §. iurari, num. 3. de iureiura. P. Gaill. li. 2. practicarum obſeruatio. 59.

Quare contractus cum imperatore vel principe initi, vicem legis obtinent, neque opitulatione alia extrinſecus egent[e], & vt imperialis fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum[f]. Principis authoritas & præſentia ſupplet omnes alioquin requiſitas in aliquo actu ſolemnitates[g].

33 11. Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui debet[h], pactiones verò contractuum ex vtriuſque contrahẽtis cõſenſu fiunt[i]. Et proinde nõ niſi vtriuſque cõſenſu diſſolui poſſunt.

12. Licet Deus ſubiecerit imperatori leges, & papæ canones, non tamen illis ſubiecit obligationes & contractus. vnde obligatur princeps ad inſtar priuati[k].

13. Probat iterum l. bene à Zenone, de quadriennij pręſcrip. C. vbi imperator contractus per eum & prędeceſſores & cum fiſco initos & cum adminiſtrantibus bona ſua ſeu cum procuratoribus bonorũ, ratos inuiolabiléſque eſſe ſtatuit tanquam leges, & irreuocabiles vltra. Idem & in l. 2. eo. ti. Zeno. conſtituit, dummodo, inquit, d. l. bene à Zenone, cum procuratoribus contractum fuerit ex epiſtalmate principis, id eſt, ex iuſſu & mandato eius. quod idem eſt, ac quod vulgo dicitur, *ſi on ha contracté auec l'agent du prince, ayãt charge de lui ou mandement*. notatur & ibidem tã bonæ fidei eſſe cõtractũ initum cũ principe vel eius procuratore, vt nõ opus ſit euictionis clauſulã ab eo promitti. quia omnia cenſentur appoſita, propter præeminentiã principis, & firmam contractus efficaciam ſigno ſolo principis adiecto. Quæ omnia locum habent in contractu inito cum ſubdito per principẽ: & multomagis in cõtractu inito cũ non ſubdito, quia non poteſt princeps tollere priuilegium indultum non ſubdito[l], Cardin. ad c. perpẽdimus, de verb. ſig. Barth. ad l. priuilegia, C. de ſacroſ. eccleſ. Matt. de affli. deci. 361. num. 9. in quo caſu etiam ceſſaret, quod dicũt, principẽ poſſe ex cauſa tollere ius priuati, ex contractu, cum ipſo celebrato, iuxta Baldum ad l. final. de ſenatuſconſ. & in l. penultima de donatio. inter vir. & vxor. P. & cardin. conſil. 86. dum ait, quod viuerſitas

poteſt

a §. ſed & quod principi placuit, de iur. nat.
b c. iuramenti, 22 q. 5.
c Innocẽt. ad c. ad Apoſtolicæ, de ſenten. & re iudica.
d vt habetur in l. vni. de his qui à principe vacationẽ acceperunt lib. 10. & in l. immunitates, de agrico. & cẽſi. li. 11. C.
e l. donationes quas diuus imperator, 26. de dona. inter vir. & vx. li. 5. C. ti. 16.
f l. cum multa 7. de bonis quæ liberis li. 6. C. ti. 46. idẽ in l. bene à Zeno. in fi. C. de quadr. præſcr. li. 7. C. ti. 37.
g l. omniũ 19. C. de teſtamen. li. 6. C. ti. 23.
h c. 1. de regu. iur. in ſex. l. nihil tã naturalis, eo. ti. P.
i l. 1. de pact. P.
k Innocent. ad c. quæ in eccleſiarũ, de cõſtitutio. per Bald. ad c. 1 de natura feudi. & arguit ibi Celeſtinum qui manè vni conferebat gratiam, ſerò auferebat & alij conferebat.
l vt notat Innocent. & alij ad c. nouit, de iudic.



poteſt venire contra proprium cõtractum cum ſubdito celebratum ex cauſa pacis, per l. quod ſemel, de decret. ab ordin. facien. nam hæc de ſubditis ex cauſa etiam dicuntur, ſed in extraneis minimè locum habent. quia in eos non habet imperium princeps. Idipſum dicendum eſt, ſi quid etiam per epiſtolam ſimpliciter pollicetur princeps, vel admittit, quia & hoc pro lege habetur l. 1. §. 1. de conſtitutio. princip. P. Hinc etiam receptum communi eſt calculo, vt quæ princeps eccleſiaſticus, vel ſecularis, narrant in ſcriptura ſua, plenam & indubitatam fidem faciant: maximè ſi de facto ſuo ſint[a].

Sícque notat Iaſon ad l. ciuitas, num. 7. de rebus cred. P. epiſtolam eius qui condendę legis habet poteſtatem, pro lege haberi, & exemplum Venetorum adfert.

Hîc addere poterit lector, quæ diximus de fide & conſtantia principis infra, lib. 8. c. 8.

34 Verùm quæſtio eſt, an quemadmodum legibus prædeceſſoris princeps non obſtringitur, ita pactis & obligationibus eiuſdem ſit abſolutus, & an ſucceſſor reuocare poſſit contractum à ſuo prædeceſſore factum. Et videtur primò reſoluendum 1 iiſdem rationibus non teneri contractibus, quibus non tenetur legibus, & licet contractu ſuo ligetur princeps, non tamen eius ſucceſſor. nempe ſi ſucceſſor non habeat cauſam à prædeceſſore, veluti ſi adeptus ſit principatum, vel ex noua electione, vel ratione legis regni per ſucceſſionem proximitatis: morte enim regis finitur honor regis & eius poteſtas[b]. & reſoluto iure illius reſoluitur ius eius qui ex contractu ab eo accepit[c].

35 2 Dehinc bonum argumentum 2 à legibus ad contractus, quia & contractus leges ſunt, vt antea dictum[d]. Vt ſi liceat tollere principi leges à ſe, vel ab aliis latas, per l. 1. & fin. C. de legi. liceat & contractus.

36 Maximè, quia contractus obſeruatio pendet, ex legibus quæ legitimas faciunt conuentiones[e]. & cui licet quod plus eſt, debet licere quod minus eſt[f]. & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis[g].

Licet autem principi tollere legem, quod plus eſt quàm pactum prædeceſſoris: licèt & principale ipſam legem ex qua legitima conuentio dicitur, abolere: ergo & ipſum pactum vt videtur, rectè abrogabit.

37 3 Tenet & Bald.[h] contractum 3 & pacta principis non ligare ſucceſſorem. quia, inquit, ius non tranſit eius in ſucceſſorem, ſed de nouo creatur per electionem, c. dilecto, de præben. quod & ad eandem legem num. 13. repetit Iaſon, eadem ratione quia ſucceſſor ab eo non habet cauſam[i].

Niſi pacta eſſent de natura & conſuetudine ſuæ dignitatis, vt eſt in feudare[k]. Iaſon tamen[l]. exiſtimat Baldi dictum intelligi in imperatore vel Papa. quia tales dignitates non deferuntur ſucceſſione, ſed p electionẽ.[m] At inquit in aliis principatib. monarchiatu, ducatu, regno, comitatu in quib. ſucceditur per primogenitũ. & habet locũ ſucceſſio.[n] puto, ſaltẽ attenta generali cõſuetudine ꝙ ſucceſſor teneatur

a Clem. 1. vnic. de probatio.
1 Explicatur hęc prior ratio infrà nu. 48.
b Vt ait Bald. in l. ſi pater, ſi pendente appellatione mors interuenerit. C.
c l. lex vectigali, de pignori. P.
2 Hæc 2. ratio explicatur infrà nu. 49.
d Ex l 1. C. de pact. conuentis ex l legem C. de pact.
e l. legitima, de pact.
f ca. cui licet de regu. iur in ſex.
g ca. acceſſoriũ eo. tit. in ſex.
h Ad l 1. de cõſtitutio. princip.
3 Hęc 3. ratio explicatur infrà nu. 50.
i Per l ſi quis domum loca. P.
l2 §. & hæc verò iubemus, in nouel. vt nulli iudic. liceat hab loc. ſeruator § illud, in nouell. conſtitutio quæ de dignita. &c.
l prædicto loco num 14.
m ca. venerabilem, de electio.
n Vt c. licet de voto.

ſeruare omnem contractum, & quamcumque conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati[a].

4 Notat 4. Alexand.[b] quod ſuperior cõdens ſtatutum, appoſito etiam iuramento non reuocando, poteſt illud impunè reuocare ex cauſa[c]. Et ſimiliter etiam ex cauſa poſſit diſcedere ab obligatione facta per proprium contractũ, & reuocare ſtatutũ, quod tranſmitit[d].

5 Facit l. quod ſemel 5. de decretis ab ordine faciend. 5 lib.50.P.ti. 9. *Quod ſemel ordo decreuit non oportere id reſcindi; Diuus Adrianus Nicomedienſibus reſcripſit: niſi ex cauſa*, id eſt, *ſi ad vtilitatem reipub. reſpiciat reſciſſio prioris decreti:* Tracto argumẽto à reipublicæ facto, ad factum principis qui rempublicam repręſentat.

Quemadmodum ſalarium conſtitutum alicui, ob liberalem artem: vt puta pro medicina à decurionibus, nonnunquam nullius eſt momenti[e], vt & poteſt reprobari approbatus à republica[f]. Et ex cauſis inſufficientiæ poſtea emergentibus, reprobatio fieri poteſt[g].

6 Poſſet 6 addi abſoluta poteſtas principis, de qua diſputare, vel ei cõtradicere, quãdo quippiã ex certa ſciẽtia facit, inſtar eſt ſacrilegij[h].

7 Item conſtat principem 7 ſubditorũ bona accipere poſſe propria authoritate, ob cauſam publicã, nullo vel modico dato illis precio[i], facit 1.Reg.c.8. *Agros veſtros addecimabit*, &c. Facit, pleniſſima poteſtas principis, vt & licere omnia videãtur ſupra ius[k], de ſeruo poteſt facere liberum[l], ex libero ſeruum[m], de iniuſto iuſtum[n], de diuite pauperem o. de humili nobilem p. & contra q. de viuo mortum r. & contra de mortuo viuum ſ. de famoſo infamem t. & contra u. de minore maiorem x. & contra y. & multa alia, de quibus plura Pileus Modicenſis z. Sicut Papæ tanta poteſtas, & authoritas, vt poſſit alicui etiam auferre beneficium eccleſiaſticum, vel epiſcopatum[a]. errare, i. de nihilo aliquid facere[b]. nec ei quis audeat dicere, cur ita facis[c].

Tractatur ob iuſtam cauſam principem poſſe tollere ius alteri quæſitum, & auferre dominium rerum priuatarum per doctores ad c. quæ in eccleſiarũ, de conſtitutio. ad l.fin. ſi contra ius, vel vtilita. pub. ad l. quoties de precib. impera. offer. C. & ad l. bene à Zenone, de quadam præſcr. & alibi.

Iuſta autem cauſa cenſetur, niſi contrarium appareat, in facto principis[d]. & in hoc caſu dum bona priuatorum à principe accipiuntur, tradit iuſtam cauſam præſumi Alexand.[e] 1. & in principe cenſeri iuſtam cauſam ſemper, notat Felinus.[f] Iuſta & cauſa cenſetur, fauor publicæ vtilitatis.[g]

a Per regulam l. cum à matre, C. de rei vendica. l.2. C. de reb. nõ alien. de hoc tamen an contractus principis trãſeat ad eius ſucceſſorẽ, & num ei præiudicet: vide Barthol. ad l. prohibere, §. planè, quod vi aut clã. Bald. ad tit. de pace Conſtantiæ, ad verba ſucceſſorem noſtrorum. & ad l. penul. C. de bon. quæ liberis. ad ca. 1. qui ſucceſſo. teneant. & ad ca. 1. de natura feudi in vſib.

4 Explicatur 4 ratio infra num.51.

b Conſil.224. incip. in re tam graui nu.7. & 8. volu.6.

c Per gloſſam ad c. in his, 11. diſt. Panorm. & alios ad ca. pro illorum, de præben.

d per Bald. ad l. donationes quas Diuus. de donationib. inter vir. & vx.

5 Explicatur hæc ratio infrà num.52.

e l. ambitioſè, §.f. de decret. ab ord fac. f l. ſed & reprobari. de excuſa. tutor l. vt gradatim, §. reprobari, de muneri. & honoribus. P. l. grammaticos, de profeſſor. & medi. lib.12.C. g ca. Nulli, de electio. in ſex. 6 Explicatur 6. ratio infra nu. 53. h l. ſacrilegium, cap. de crimi. ſac. cap propoſuit, de conceſſ. præb. 7. explicatur hæc ratio 7. infra num.54. & ſeq. i l. item ſi verberatum, 15. §. penul. de rei vindica. lib.6. P. tit.1. l. Lucius, de euictio P. lz propoſuit, de conceſſ. præben l l. barbarius, de offic. præter. toto tit. quib. ex cauſ. ſerui pro premio libertatem accip. C. m l. 2. quib. ad liberta præclam. non licet. n l. adoptio, de adoptio P. l. ſi ſenatori. de ritu nup. P. l.3 interdict. matrim. inter pupil. C. o Tit. de bonis præſcript. p Tit. de dignitat. lib.12.C. q l.f. de loca. r l.1.§ 1 de bonorum poſſ. contra ta. ſ l.1. & f. de ſent. paſſ C. t l.1. de his qui notan infan. P. u l. imperialis C. de nuptijs. x l. de his qui ven. ætat. impetra. y § 2. qui teſtam. facere poſſunt. z In quæſtionib. iuridicis, quæſt 43 incipiente cum quæſtio verteretur. a Gloſſ. in ca. per principalem 9. quæſt.3. b Gloſſa in c. propoſuit, de conceſſio. præben. c Gloſſa in c. quanto, de tranſlatio. ep. d Gloſſ fin. in l. relegati, de pœn. P e Conſ.136. in cap. viſo. & examinato num.1. volu, f Ad cap. quæ in eccleſiarum verſ. quint. concluſio de conſtitutio. g Vt in l. barbarius, de offic. pretor.



42 Sic publica vtilitate ſuadente, poteſt iubere princeps domum ſubditi ſui demoliri, aut eius fundum propinquum vrbi vel ciuitati pro dilatandis foſſis ciuitatis, vel ad extruendum propugnaculum, aut ob aliam neceſſitatem publicam, occupari: item ſuburbia deſtrui vel incendi, ne eò hoſtis ſe recipiat[a]. aliud exemplum ex cauſa militum, & propter cauſam publicam in prædiorum captione[b].

Quia vtilitas publica eſt præferenda priuatæ[c]. Et multa vtilitatis publicæ cauſa permittuntur, quæ alioquin vetita ſunt[d].

Ratio rationis, quia quãdo agitur de vtilitate publica, agitur quoq; de vtilitate eius cuius res accipitur: & ideo & ipſe cõtribuere debet[e].

Dehinc quando plurium intereſt, & res reſpicit vniuerſos vt vniuerſos, attenditur maioris partis ſentẽtia potius quàm vnius aut paucorum. l. quod maior pars, ad municip. P.

43 Quo fit etiam vt vicini teneantur ad contributionem refectionis putei communis vel publici, etiamſi eo non vtantur, vel vti velint[f].

44 Aliud exemplum[g], cùm via publica vel inundatione fluminis vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus, viam præſtare debet.

45 Item aliud in tranſigenda pacè cum hoſte, in qua princeps poteſt remittere damna illata ſubditis tempore belli expreſſè, etiam inuitis ſubditis: maximè ſi aliter pax haberi non poſſet; & ita ſubditi ab omni actione ciuili & criminali excludunt ob huiuſmodi vtilitatem publicam ad euitanda maiora belli incommoda. quo caſu dominus negotium ſubditorum vtiliter geſſiſſe creditur, & apud principem reſidet ius belli indicendi & fœderis percutiendi. Quamobrem ex poteſtate fœdere inito iure gentium, conſequenter remittere potuit iniurias vltro citróque illatas[h]. Latè explicat Matthæus de afflict. deciſ.361. incipient. *Monaſterium ſanctæ Mariæ* numero 5. & ſequentibus, vbi & numero 6. addit, *Ad hoc accedat*, inquit, *quod communiter dicũt doctores ad l. gallus, §. & quid ſi tantùm, de liberis & poſthum. & Alexan. ad l. fin. de ſenten. paſſ. quod licet regulariter princeps non reſtituat ad bona alienata propter beneficium pacis: Nam tunc illi, quibus facta fuit alienatio, debent primis dominis reſtituere*[i].

46 8. Succeſſor in beneficio eccleſiaſtico, 8 non tenetur ſeruare pactum prædeceſſoris ſui. Neque[k] tranſactio facta de rebus eccleſiæ à beneficiato, obligat ſucceſſorem in beneficio, propter regulam, quod res inter alios acta, aliis non obeſt[l]. Idem in c.2. de precariis[m]. vbi poſſeſſor beneficij dans precariorum nomine prædia eccleſiæ etiamſi pœnam apponat, ſibi vel ſucceſſori reuocanti non poteſt efficere quominus ſi irrationabiliter precaria ſit facta à ſe vel à ſucceſſore reuocetur impunè.

Quia hæreditaria ſucceſſio, non habet locum in eccleſiaſticis beneficiis[n]. adde l. ſi tibi decem, 17. §. cùm poſſeſſor, de pact. P. *Cùm poſſeſſor*, inquit Paulus, *aliena hæreditatis pactus eſt: hæredi, ſi euicerit, neque nocere neque prodeſſe plerique putant*.

a l. ſi quando, l. ædificia, de operib. publi. C. b in d. l. item ſi verberatum, §.1. de rei vin. in l. Lucius de euict. P. c l. vnic. § f. de cadu. toll. C. l. vtilitas, de primipilo. li.12.C. l. ſi quis graui, §. vtrũ, ad ſen. Sylla. P. c. imperialẽ de prohibita feudi aliena. per Rothariũ in vſib. feudo. d l. ita vulneratus § multa, ad leg. Aquil. P. d. l. Barbarius de offic. prætor. P. e c. in noſtra, de iniurijs. f Ludoui. Roma. ſingul. 68. incip. puteus. Iaſon ad l.2. num.26. C. de iure emphyteu. Bald. ad l. cum fructuarius, num.1. de vſufruct. & quemad. quis vta. & ibi aliam adfert rationem. g in l. ſi locus 14. quẽad. ſeruit. amittant. h c. in noſtra, de iniur. & ibi doctores l. conuentionum, in fine, de pact. & ibi. interpr. & ad l. fin. ſi contra ius vel vti. pub. C. i idem in effectu dicit Bald. in tit. de pace Conſtantiæ ad verb. priuilegia, Felinus ad c. inter quatuor, de maior. & obedien. 8 Hęc ratio 8. explicatur infrà num.59. lz in c. veniens, 8. de trãſactio. l ex rub. res inter alios & c. C. m li.3. ti.14. n c. 1 de præbẽ. ca. apoſtolica 8. q.1. c. præſentium, c. conquerente, c. ex trãſmiſſa, de filijs presbyt. c.2. de teſtamen. c. ad decorem, de inſtitutio.

Atque hæ rationes videntur ſuadere, principem non teneri neceſſariò ad obſeruationem contractuum ſui prædeceſſoris.

47 Sed contraria ſententia verior videtur, vt princeps non poſſit ex parte ſua ſolus, reſcindere contractum initum per prædeceſſorem ſuum, ſed tranſeat in ſucceſſores ac eis præiudicet, & obliget[a].

Probatur & per c.1. de proba. ibi prædeceſſores tuos.

2. Ex c. licet, de voto.

3. Ex c. abbate ſanè, §. porro, & §. ſed ad hæc & §. f. de ſenten. & re iudic. in ſex. vbi donatio quæ facta erat nomine regni per auos regis Aragoniæ, non potuit per regem reuocari, aut alij concedi.

4. in contractibus princeps habetur pro priuato, ſiquidem ſe ſubmittit iuris communis diſpoſitioni, ſequendo formam à iure ciuili vel gentium præſcriptam.

At contractus de ſui natura, eſt tranſmiſſibilis ad ſucceſſores contrahentium[b], niſi pactum eſſet perſonale in perſona paciſcẽtis[c]. Succeſſor vna perſona cenſetur cum defuncto[d].

Nec mutatio perſonæ, mutaſſe cenſetur principatum: vt nec mutatio iudicis, iudicium vel tribunal[e].

5. Iuſtitiæ ac rationis ordo ſuadet, vt qui ſua à ſucceſſoribus deſiderat mandata ſeruari, deceſſoris ſui proculdubio voluntatem & ſtatuta cuſtodiat. Gregorius ad Montanum & Thomam[f].

6. Secundùm naturam eſt, vt quem ſequuntur commoda ſequantur incommoda. neque audiendus is eſt qui honorem & commodũ quidem amplectitur, ſed onus ſubire recuſat[g]. ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum tenetur probare[h]. & qui ſuccedit in honore debet ſuccedere in onere[i].

At princeps ſucceſſor in dignitate commoda dignitatis acquiſita per contractus lubens amplectitur, ergo & onus contrarium eiuſdem debet amplecti.

7. Eſt l. penul. & fin. C. de quadriennij præſcrip. vbi Zeno & Iuſtinian. firmant donationes, alienationes, contractus, tam factos per ſe quàm prædeceſſores: tam de rebus fiſcalibus quàm ex patrimonialibus principis, eiuſdémque priuilegiis ſecuritatis ſtatuunt gaudere poſſeſſores vtrorumque.

48 Nec obſunt contrariæ rationes. nã prima quæ adſtruit, quod princeps ſolutus ſit ſuis legibus; non habet conſequentiam ad contractus per principem aditos. Siquidem intentio ferendarum legum principis eſt, alij formam præſcribere, retenta ſibi poteſtate emendandi & tollendi, & iure principatus hoc agit[k].

At quando contrahit intentio illius eſt ſe obligandi; & tanquam priuatus id poteſt & quia poteſt & vult, ideo perficitur obligatio[l]. neque mutare voluntatem poteſt in alterius præiudicium[m].

49 Quod ad 2. bonum quidem eſt argumentum in eo à legibus ad pacta, quia quemadmodum leges publicæ ſubditos obligãt, ſic leges pactorũ priuatæ, priuatos qui eis ſubiiciuntur obſtringunt. Quare quoque princeps his tenetur, quia contrahendo ſe eis ſubiecit, at malè variantur poſtea termini, dum infertur: quia lex mutari poteſt à principe, ergo & pactum. nam claudicat in his ſimilitudo, ſiquidem

a vt tradit Iaſon conſil. 10. incipiente, videtur in 3. vol. Bal. in l. digna vox, C. de leg. & ad c. 1. qui ſucceſſores feudare teneant. & conſil. 271. incip. caſus Siliȷ 1. volu. & cõſi. 371. incip. verba Cyni 3. volu. Rebuffus in commen. ad rub. & collatio nib. in concordatis Gallica.

b §. ex cõditionali, & ibi Chriſtop. Porcus, de verb. oblig. Bald. cõſil. 159. inci. ſuper eo. vol. 3 l. ſi pactum. 9. de probationib. li. 22. P. ti. 3.

c vt in l. qui in futurum 57. §. 1. de pact. P. l. & hæredi 21. eo. ti.

d §. 1. de iureiuran. à mor. præſtito. in nouel. l. hæres, de vſucapio. P.

e in l. proponebatur, de iudic.

f li. 5. ep. 12. ſeu epiſt. 112. relatus in c. 11. iuſtitiæ, 25. q. 1.

g ſecũdum naturam de reg. iur. l. vni. §. pro ſecundo, de cadu. tollen. C.

h l. ex qua perſona, de re. iur. l. ſi ab eo, C. de libera cauſa.

i c. aduerſ. de immunita. eccleſia. cum ſimi lib. vulg. iur.

k l. f. & l. 1. C. de leg. & per rationes ſupra collig.

l per l. multũ intereſt, ſi quis alteri vel ſibi C.

m c. mutare, de reg. iur. in ſex.



legis publicæ poteſtas, ex ſola voluntate pendet, at lex contractus, non pendet ex vnius ſolius voluntate, ſed contrahentium, cùm contractum ſit ſynallagma[a].

Et nihil tam naturale, quàm vnũ quodq. diſſolui eorũ authoritate quorum cõtractum eſt[b]. *Prout quidquid cõtractũ eſt, ita & ſolui debet*[c].

50 Quod ad 3. pertinet, poſſet reſponderi, quòd quamuis ius non tranſeat in ſucceſſorem electum, tamen contractus incommodum & aliorum commodum tranſire poteſt, maximè ſi ab initio, ſuſcipiendo regnum non fuerit proteſtatus de ea mente.

51 Ad 4. reſpondendum, reuocationem contractus ex cauſa iuſta, non pertinere ad perſonam principis potius quàm priuati. nam & iure communi certum eſt, & inter priuatos reuocari, interdum conuentiones poſſe ex cauſa, vel per reſtitutionem in integrum.

Quod autem cenſeatur iuſta cauſa ſemper in principe, hoc ita verum eſt, niſi de cõtrario conſtet, vt hîc conſtat. nã præſumitur, apparente cauſa iniquitatis, principẽ deceptum & errare, ſi velit rectè pactum initum reſcindere, ideo mandato eius obſiſti poteſt, donec iterum moneatur, & expectetur, ſi quando, de reſcrip. §. deinde competens, de manda. princ. in nouel. Videbis autem pleniſſimam diſputationem apud Robertum Marantham in prima diſputatione, an ordinarius loci, ad mandatum delegati à principe, teneatur ſententiam ipſius delegati iniuſtã euidẽter exequi, & an poſſit ei facto reſiſtere.

52 Eodem modo reſpondetur ad 5.

53 Ad ſextũ dicimus, in his quæ pẽdẽt ex poteſtate principis ei cõtradicere eſſe inſtar ſacrilegij: ſed in his quæ agit contra naturã principatus, minimè: quia & ipſe præſumitur deceptus, & potius deſiderat in eo ſe admoneri.

54 Quod pertinet ad 7. abſolutè verum nõ eſt, licere principi bona ſubditorũ capere illis inuitis ſine cauſa, nam ll. *Itẽ ſi verberatum, & Lucius*, intelliguntur de bonis captis ab hoſtib. vel ob vtilitatẽ publicã, & nõ propriã, vt accidit in contractib. Imò nec quæ imperij ſunt, ſunt propria ipſius principis. vt rectiſſimè laudetur imperator Pertinax apud Herod. lib. 2. quòd imperatoriis poſſeſſionibus nomẽ ſuum inſcribi prohibuerit, non eſſe illas dictitans imperantiũ proprias: ſed cõmunes Romanorũ & publicas. Et ſi priuatus, coactus etiã à populo ſeruum ſuum manumiſerit, quãuis voluntatẽ accõmodauerit, tamen nõ erit liber.[d] Atque ſi reſpub. alicui neceſſitatẽ impoſuerit aliquid faciendi vel promittẽdi, etiã in opus publicũ, non eſt ei neceſſe obtẽperare[e]. Neque obeſt c. 8. lib. 1. Reg. nã & illud ius non prorſus legitimi regis dicitur à quibuſdã, ſed tyranni. ſiquidẽ in Deut. c. 17. dũ regẽ creandum admonuiſſet Deus, addidit leges eius, inter quas illa, *Ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, nec declinet in partem dextram vel ſiniſtram.*

Quod liquet ex c. 21. lib. 3. Reg. nam ſi ius fuiſſet regi tollendi propria authoritate res priuatorum, ademiſſet Nabotho Achab rex vineam. Idem in can. Conuenior 21. Nabuthem 23. q. 8. Atque Gregor. li, 10. regẽſti expo. 4. refert ius regiũ cuius mẽtio fit in libris Regum,

a l. Labeo, de verbor. ſig. P.

b l. 1. & 2. quando liceat ab emptio. recede. lib. 4. C. ti. 35. l. prout 80. de ſolutio. li. 46 P. tit. 3.

c facit ca. 1. de regul. iur. apud Greg. & l. 35. l. 100. l. 153. eo. tit. P.

d Si priuatus 16. l. ille ſeruus, 9. qui & à quibus manumiſſi liberi nõ fiunt lib. 40. P tit. 9.

e l. toties. 6. de pollicita. tit. 50 P. ti. 12.

non ad hiſtoriam præcipi, ſed oſtendere quid facturi ſint reges re- probi: quid vitaturi ſint boni.

Subinde, demus licitum eſſe principi res ſubditorum accipere, hoc intelligetur in cauſa iuſta & vrgente neceſſitatis, propter publicam vtilitatem non propriam, vt notat Alexan[a], notat & idem[b], vt quemadmodum permittitur principi, tantùm ob cauſam publicam, auferre dominium rei priuato, ſic & permittatur priuato inferiori à principe, alij auferre rem ſuam ob cauſam, & ius eſſe auferre licere alteri quæſitum[c]. quamobrem inter priuatum & imperatorem, hîc non eſt diſtinctio ſubſiſtente cauſa, quæ iuſtitiam reuocationis adfert in vtroque. eo modo ob cauſam delicti bona adimuntur delinquentibus & applicantur fiſco[d]: nã per delictum læditur reſpublica, & pœna dũ contrahitur ex delicto, debetur ei[e]. Et proinde, bona ex legibus deferantur principi qui reipublicæ curam habet & fiſci[f]: ſicuti & priuato læſo, ſatisfaciẽdum eſt per delinquẽtem[g]. Item illa diuerſa ſunt à contractus reſciſione: quia in reuocatione contractus ſui efficitur vt priuatus, & fidẽ dedit de ſeruando cõtractu: & in quo contrahit parem ſe reddidit contrahenti, admittens parem voluntatẽ & legis condendæ poteſtatem, in contractu: quia ex conuentione contractus legem accipiunt[h]: ideo tanquam par, non habet in parem imperium. vt cogat eum abire à contractu. Súntque iurati contractus, & iuramentum obligat etiam principes: quia Deo promittitur per iuramẽtum, & ideo iuramenta Deo reddenda ſunt[i].

Deus autem, vt docuimus, ſuperior omnium principum eſt, ideo eius legibus obtemperandum, nec inferior princeps poteſt tollere legem ſuperioris[k], nec princeps quicquam aduerſus legem diuinam admittit iuſtè, ca. non licet imperatori, 10. diſtinct.

55 Poteſt & alia cõſideratio adiungi, quòd quãdo ob cauſam pub. res à priuato ſubdito euincitur, tãtundẽ, vel æſtimatio eius refundi ei debet[l], ne ſubditus ſine culpa ſua re & pretio eius inuitus careat[m].

56 Sed rurſum ne relinquamus axioma illud incertum, quo aſſeritur principem qui non agnoſcit ſuperiorem, poſſe auferre dominia rerum ſubditis: dicimus abſolutè pronunciatum illud axioma verum non eſſe, & nimium adulari in perniciem eorum principibus, qui ſic malè defendunt. Nã quod ſumitur ex l. bene à Zenone, de quadriennij præſcriptio. C. malè colligitur ex l. illa, quæ loquitur tantùm de collatione priuilegiorũ dandorum rebus priuatis ſeu patrimonialibus principis, perinde ac rebus quæ princeps poſſidet iure imperij, quæ ipſa lex ibi ſimilia facit. & addit, *Quæ enim differentia introducitur, cùm omnia principis eſſe intelligantur, ſiue ex ſua ſuſtantia, ſiue ex fiſcali fuerit aliquid alienatum?* ibi nihil de rebus priuatorum quod ſint principis: ſed dicitur quòd ea quæ ſunt in patrimonio vel fiſco principis, principis cenſeantur, & eiuſdem priuilegij.

Deinde cẽſentur res ſubditorũ eſſe principis ad eas regẽdas & conſeruãdas, quoad imperiũ, nõ quod pertinet ad dominiũ earũ, vt poſſit

a *conſil.* 136. *incip. viſo. & examinato, num.* 12. *volũ.* 1.
b *conſil.* 101. *incip. viſis inſtrumentis nu.* 8. *volum.* 1.
c *vt & not. Gloſ. ad c. conſtitutus,* 6. *ad verba à quocunque de religioſ. domi. & per gloſſam in ſumma* 25. *q.* 2. *& per Barthol. in proœm. digeſtorum, & ad l. f. de fide inſtrumẽt. & iure haſtæ fiſcal. li.* 10. *C.*
d *vt in l. quiſquis, ad leg. Iul. maieſt. C. & titul. de bonis damnator.*
e *per l. ex maleſic. de actio. titu. de oblig. quæ ex delic. naſc.*
f *l. bene à Zenone, de quad. præſcr. C.*
g *c.* 1. *de crim. falſi.*
h *l.* 1. *§. ſi conueniat, de poſi. P. l.* 1. *de pact. P.*
i *c.* 1. *C. etſi Chriſtus. & toto tit. de iureiuran.*
k *c. cum inferior, de maiori. & obedien.*
l *vt notat Alexander conſ.* 151. *incip. in cauſa. Barthol. nũ.* 3. *vol.* 6. *Iohãnes Andreas in ti. de executione ſenten. ſuper rubric. in fine. & per Barthol. ad l. f. § fin. de pignora. actio. cũ concord. gloſſa ad l ſi locus, ad verb. præſtare, quemad. ſeruitu. amittan.* P.
m *per textum l. venditor, § ſi conſtat. commu. prædio.* P. l. 2. *C. quib. cauſis ſerui pro præmio liber. accip. Ludo. Roma, conſi.* 310. *Iaſon ad l. Barbarius, nu.* 36. *& ſeq. de offi. prætor. & ad leg. f. num.* 2. *C. ſi contra ius vel vti. pub.*

de illis



de illis ex arbitrio diſponere, & ſubditis adimere. aliter hoc eſſet ex paſtore facere lupum rapacem & prædonem, ex rege tyrannum, qua nulla maiori iniuria lædi poſſent reges.

Diſtributio dominiorum à iure gentium eſt[a], & modi acquirendi & conſeruandi præcipui[b].

Princeps autem, non debet adimere dominia poſſeſſoribus, contra illud ius, nempe iure regis, quia iure naturæ æquum non eſt locupletari cum alterius iactura[c].

Et ab hac ſuſpicione locupletandi cum iactura alterius, abſtinere debent omnes: ſed multo magis principes, in quibus quod caret in priuatis ſuſpicione illa, habetur prohibitum[d].

Origo iuſtitiæ in diſtributione cenſetur imperator, qui omnia iura in ſcrinio pectoris habere dicitur[e]. Vt & Papa[f]. Iuſtitiæ verò præceptum ex tribus, *Ius ſuum cuique tribuere*[g].

Et omne bonum, ſiue à Deo acquiritur hominibus, ſiue ab imperio ſequente Deum, decet eſſe manſurum, & omnis malitiæ ac diminutionis extraneum[h]. conceſſa auferre non eſt maieſtatis imperialis proprium[i].

57 Quòd ſi quis inſiſtat principem ex plenitudine poteſtatis, aliquãdo id facere ex arbitrio, & adimere bona ſubditis ſine cauſa expreſſa, & reſilire de cõtractibus & priuilegiis cõceſſis tã per ſe quàm prædeceſſores, reſpondebimus & nos id cum reipublicæ damno videre, ſed nos non diſputare de his quæ fiunt re ipſa, ſed de his quæ fieri debent à bonis & legitimis principibus, non etiam de his quæ per vim, impreſſionem & tyrannidem fiunt. neque enim quippiam tam ſanctum quin à peſſimis priuatis & publicis perſonis aliquando non lædatur. Id tamen dicimus nos poſſe, quod honeſtè poſſumus[k]. Et quæ facta lædunt pietatem, & verecundiam, & exiſtimationem noſtram, & quæ contra bonos mores fiunt, ea nos facere non poſſe exiſtimandum eſt[l].

Diximus iam de nominibus principũ, principem ob iuſtitiam dictum fuiſſe iudicem, quòd iuſtitię diſtributio ei fuerit commiſſa. quare ſi ipſe peccet contra terminos & fines iuſtitiæ, peccat contra ordinationes Dei cui ſubiicitur, & ideo principis nomine indignus eſt[m].

Neque omne quod licet honeſtum eſt[n]. Quod & admonuit Claudianus Honorium.

*Nec tibi quod liceat, ſed quid feciſſe decebit,*
*Occurrat, mentémque domet reſpectus honeſti.*

Neque princeps abſoluta debet vti poteſtate, niſi iuſta, & legitima ſuadente cauſa, & ratione, ſi velit eſſe immunis à peccato[o].

5 Principi quoque nunquam placere dicitur debere, neque cenſetur placere, niſi quod iuſtum & verum ſit[p].

Deinde nec princeps abſolutam habet in omnibus poteſtatem, ſed tantùm in his quæ ſunt iuris poſitiui, quæ contraria voluntate tolli poſſunt: & non in naturalibus, gentium, & quibuſdam aliis, de quibus in poteſtate principum dicemus, Deo fauente[q].

58 Remanere tamen adhuc videtur antinomia c. quo iure defen-

a *l. ex hoc iure de iuſt. & iur.*
b *vt ib. dicitur*
c *l. nam hoc natura, de condi. indebi. l. iure naturæ, de regul. iur. P.*
d *vt notat Gloſſa per textum l. penul. de hæredib. inſtituen. P. facit l. res quæ* 22. *§. lites de iure fiſc. P. §. f quibus mod. teſta. infirment.*
e *l. omnium, de teſtam. C.*
f *ca. de conſtitutio. in ſex.*
g *l. iuris præcepta, de iuſti. & iur. l. iuſtitia eſt* 10. *§.* 1. *eo. ti. de iuſtit. & iure in Pand.*
h *§. illud ca* 2. *nouellæ* 81. *conſtitutio. quæ de dignitat. &c.*
i *§.* 1. *nouellæ* 10. *de referendarijs palatij.*
k *c. f §. de reſcrip. in ſex. ca. faciat homo,* 22. *qu.* 2
l *l. filius qui fuit, de conditio inſtit.* P. *l. nepos Proculo, de verbor. ſign. nc. ſcelus,* 2. *q.* 1
n *l. non omne,* 108. *de regul. iur.* P
o *Vide plenè de hac poteſtate plenaria & quando cauſa præſumatur, Zaziũ conſ.* 10 *volum.* 2. *& quando de illa diſputare liceat tractat plenè Andreas Gayl. li. practica obſeruationum. obſerua.* 55. 56. 57. *&* 58.
p *c ſi quando §. f. de reſcrip. c. ſuper eo. de crimine falſi, l. fin. ſi contra ius vel vtil. pub. C.*
q *l. eas, de capit. diminutio.*

dis villas,8. diſtinctio. vbi poſſeſſiones rerum dicuntur ex iure imperatorum,& imperatores ideo poſſe adimere eaſdem dominis.nam iure naturæ omnia communia:iure diuino,Domini eſt terra & plenitudo eius.quare ex iure imperatorum hoc meum,hoc tuum,dicitur.

Dicemus autem iura imperatorum,hoc tuum,hoc meum facere, id eſt ſecũdum leges humanas quid meum,quid tuum ſit, diſtingui. ſed non ſecundum voluntatem & arbitrium ſine iuſta ratione adimi poſſe quod leges tuum meum ne dixerunt. Dehinc hoc ad poteſtatem &cauſam imperandi pertinet,prouidere ſubditis circa dominia. Sed nos agimus de contractibus & iure quęſitis,quæ non poſſunt,niſi cõtra ius ſine cauſa adimi iuſtis poſſeſſoribus.Ius enim etiam Cęſarum & regum conſiſtit in acquirendis, conſeruandis, & amittendis reb. ex iuſtis & præſcriptis rationibus,vt ait Vlpian.[a]

59 Quod pertinet ad 8. argumentum, ſumptũ à beneficio,quod ſucceſſor in beneficio Eccleſiaſtico non tenetur ſtare conuentionibus & contractibus eius cui ſuccedit, conſiderabitur factum principis,vel in iudicialibus,vel in extraiudicialibus. Et in iudicialibus facilis eſt reſolutio,num ſibi vel ſucceſſori noceat: nã ſi cum non ſubdito agat,non eſt iudex in ſua cauſa competens [b],quia iudicium conſtat diſtinctis perſonis actoris, rei, & iudicis [c]. & ideo adiri debet ſummus pontifex,vel alius ſuperior principis ſi ſit [d]. Quòd ſi lis ſit & factum cum ſubdito,cui imperare poſſit,iudex quidem eſt competens princeps,&poteſt ipſe ſi vult iudicare,vel alteri iudicium committere [e],ſiue ipſe ſit actor,ſiue reus [f]. Et in his caſibus iudiciũ cum principe actũ,prodeſt &nocet eius fiſco,ac illius ſucceſſori,ſicut cõſuluit in ſpecie Oldra.[g] vbi determinat quòd ſentẽtia lata cõtra regẽ, noceat eius filio primogenito eius ſucceſſori in regno, plura de hoc M.Anton.Peregrinus li.1.de iure fiſci ti.3.nu.7.Si agatur de facto extraiudciali,plures ſunt cõcluſiones ab eodẽ Pregrino dicto loco relatæ,& in contractu diſputatur nu.44. Deinceps ad rem proprius. diſtinguerem,& beneficij cauſam,&cauſam debiti,& contractũ ipſum & de quibus contractum eſt,non ſecus quàm in vſufructuario.

In bonis patrimonialibus,qui ſuccedit tenetur adeũdo eius bona, vel ab inteſtato,vel ex teſtamento ad debita ipſius defuncti, quia adeundo ad ea ſe obligat,ex quaſi cõtractu [h]. Et actiones pro contractibus defunctorũ ad hæredes actiuè & paſſiuè tranſeunt [i].ideo ſi eccleſia ſuccedit epiſcopo contrahenti in bonis eius patrimon.nõ põt reuocare cõtractus,quia cõfundũtur actiones aditione facta bonorũ debitoris à creditore [k],& eũ quẽ de euictione tenet actio, eundẽ agẽtẽ repellit exceptio [l]. Clericis bona patrimonialia quædã poſſunt eſſe vltra eccleſiaſtica [m].alia eccleſiæ quam poſſident, vel intuitu eius quæſita, quorũ ſunt tantũ vſuarij, vel ad ſummum vſufructuarij, non domini [n]. Nam dominium eorum eſt Chriſti, vel eccleſiæ o. Et ideo fructus reſeruantur poſt mortem beneficiati eccleſiæ

a in l. fi. de le. P.
b Felin & Panor. ad ca. cùm veniſſent, de iudicijs Alexãd. Iaſon & alij ad l. eſt receptũ de iuriſdict. omnium Iudi.
c l. Iulianus, l. inter litigantes de iudic. c. forus de verbo ſigni. cum ſimilibus.
d c. Nouit, de iudic.
e Vt in l. & hoc Tiber. de hæredib. inſtituen. P. l. proximè de his quæ in teſt delen. P. c. Guiliſſarius, 23 qu. 4.
f Decius ad c. 1. nu. 8. de proba. Panor. & Felinus ad ca. cum veniſſent, de iudiciis.
g Conſi. 94. colum 6.
h Hæres quoq. de obliga. quæ ex quaſ. contract. naſcũ. apud Iuſtin. l. more noſtræ ciuitatis 8. de acquir. hered. lib. 39. P. tit. 2.
i Tit. vt actiones ab hæredib. & contra hæredes inci. C. li. 4. tit. 11. de hæreditariis actionib. lib. 4. C. ti. 16.
k l. 3. de reb. alien. non alien. C. l. ſi ab eo C. de libera. cauſ. l. cum à matre, C. de vendica. gloſſa. ita in 11 de euictio. li. ſex. ol. iubem⁹

eccleſia etiam ſeruandũ ait in c. epiſcopus, qui filios 34. ad verba ab hæred. 12. q. 2. l l. exceptione 8. C. ti. 45. m c. 1 de pec cleri. c. cõuenior. 21. §. 1. n ca præſenti & ibi gloſſa de offi. ordin. in de ſacroſ. anct eccleſ. c. cum ex eo 34. de elect. in ſex. c. expedit, 12. q. 1. c. quoniã quicquid, 16. q. 1.

& ſuc-



& ſucceſſori [a], neque de iſtis diſponit moriens vel viuens niſi quatenus ei cõceditur in eleemoſynas, & alia quædam de patrimonialibus contra,vel acquiſitis intuitu ſuæ perſonæ,& non eccleſiæ [b].

Sic nec ipſæ res alienari ſine ſolennitate requiſita poſſunt, & niſi pro vtilitate eccleſiæ [c]. Quamobrem ſi contractus facti fuerint perſonales,vel ſuper rebus patrimonialibus,vel aliter per clericum ſine vtilitate & cauſa eccleſiæ, contractus nihil pertinent ad ſucceſſorem in beneficio,qui nullum eius à defuncto vel antecedente habet,ſed ab epiſcopo vel alio collatore.

Sic eccleſia nõ tenetur de depoſito facto clerico eius [d], ſi nihil in eccleſiæ vtilitatem conuerſum fuerit: nam tunc ſi fuerit conuerſum, vt notat ibi gloſſa,teneretur eo nomine de in rem verſo [e].

Et ſi quid cõtraxit beneficiatus ſuper reb.eccleſię extra eius neceſſitatẽ, eccleſia nihilominus res ſuas repetet, & ſucceſſor patrimonij contrahentis conueniendus erit,& is tantũ ex contractu tenebitur [f],

Quòd ſi contraxit quis de rebus eccleſiæ & in fauorẽ eius, vel ſuo nomine de reditibus eccleſiæ:ſi eccleſia velit vti pro ſe inſtrumento, debet quoque contra ſe pati inſtrumentum locum habere & obligationem ſortiri effectum [g]. Item in ſpecie ca. epiſcopus qui mancipium, 58.12.q.2.dũ licet epiſcopo manumittere ſeruos eccleſiæ irreuocabiliter,dando pro illo alios duos ſeruos eccleſiæ.Eo pertinet c. epiſcopi,4.de reb.eccleſ. non alie. vbi ſucceſſor in beneficio,reuocat manumiſſos ab epiſcopo qui nihil eccleſiæ de ſuo cõtulit.ergo ſi contuliſſet non reuocaret. Si contraxerit etiam prædeceſſor pro vtilitatibus eccleſiæ, aut pro neceſſitate alimentorum ſuorum vel infirmitate prælati defuncti,obligatur ſucceſſor in beneficio ad eius cõtractum [h], & ſucceſſor in beneficio cenſetur ſuccedere in hæreditate Chriſti,in ca.conuenior 21.15.Nabuthem,23.q.8. Iaſon cõſilio 122. in 2.contra ſi contraxerit etiam nomine eccleſiæ, & tamen conuerterit in ſuos vſus,non tenetur ſucceſſor vt nec ſucceſſor in principatu [i]. *Sic ſucceſſor tenetur ſeruare id quod ſucceſſor facere debuit*, vel quod faciundum erat:& ita ſucceſſores in ſacerdotio munificentias clericis,aut ſibi ſeruientibus,à prædeceſſoribus factas licitè de rebus eccleſiæ,in vſum eorum,reuocare non poſſunt [k]. Ita legitimè presbyter adeptus eccleſiã,non poteſt ea priuari à ſucceſſore collatoris ſine culpa ſua graui, & canonico iudicio [l], & ſtatur collationi factę per prædeceſſorẽ,qui eam ex officio facere tenebatur de vacãti eccleſia.

Sic nomine dignitatis geſta,& alienata,ſeruari debẽt à ſucceſſore in dignitate: & in cõtractu nomine dignitatis,vel eccleſ. vel beneficij facta,nõ poſſunt impugnari à ſucceſſore ſine cauſa, quę ſufficeret ad reſcindendum & impugnandum contractum etiam viuente contrahente [m], quia dignitas non moritur. vt ſi nomine ſedis apoſtolicæ quippiam fit,vel regio,perpetuum eſt,nec morte agentis reuocatur, quãuis reuocaretur ſi proprio nomine cõſtituti in dignitate fieret [n].

60 Ex quibus omnib.reſoluamus,argumẽto beneficiorũ &dignitatũ quę nõ deferũtur iure ſucceſſionis ad ſuccedẽtes, principes etiã qui nõ ſuccedũt iure hæreditario, iiſdẽ caſibus teneri vel nõ quibus

a Di. c. præſenti cum ſimilib. ibi nota.
b in c. 1c. cum in officijs, c. ad hæc c. relatum de teſtament. lib. 3. tit. 16. c. 1. de peculio cleric. eodem lib. ti. 15. c. 1. de ſucceſſio. ab inteſtat. eo. lib. 3. ti. 17.
c c. epiſcopi, c. nulli 5 c. ſi quis presbyterorũ, 6. & toto titul. de rebus eccleſ. non alien. ca. ſine exceptione 12. q. 2. c. ca enim, d. hoc ius, 10. q. 2. l. iubemus, cum authenticis ſequentib. de ſacro. eccleſ. C. cum ſimil.
d c. de depoſito, lib. 3. ti. 16.
e c. quodquibuſdã, de fideiuſſ. vt in alijs in c. ei qui quod cum eo qui in alien. poteſta. eſt. C. l. 1. §. an in pupillum, de poſ. P. ca. hoc ius. §. is creditor, 10. q. 2.
f c. 3. de pignorib. lib. 3. ti. 21. ca. epiſcopus qui filios, 34. 12. q. 2.
g vt in c. 1. 2. & 4. de pecul. clerico.
h c. 1. de ſolutio c. per tuos de donatio.
i per textum in l. ciuitas ſi certum peta. P.

k ca. fin. 16. q. 6. l ca. Inuentum. 38. 16. q. 7. ca ſatis peruerſum, 56. d. m c. quoniam abbas, de offic. delega. c. abbate, de ſententia & re iudic. in ſex. n c. ſi à ſede, de reſcrip. in ſex.

in prædictis ſucceſſores tenentur vel non.

Quamobrem erit concluſio conuentiones factas nomine dignitatis principatus, ab agente principem ratas eſſe & cuſtodiendas à ſucceſſore [a] c.quoniam abbas, de offic.deleg.c.ſi gratioſè, de reſcri p. in ſex. quod & in donationibus & aliis quæ non magnũ faciunt præiudicium regali vel principali poteſtati, locum habent [b]: quemadmodum modicæ donationes ex rebus Eccleſiaſticis factæ per epiſcopos in eccleſias, valent [c]. facit c.1. qui ſucceſſores feudum dare teneantur. lib.1. feudor. tit. 3. vbi ſi epiſcopus in feudum dare promiſerit rẽ ab alio detentã cùm feudũ apertum fuerit, & eo viuente feudũ apertum fuerit, ſucceſſor in epiſcopatu tenetur exequi voluntatem eius. Et conuentiones ita publicæ, nomine publico à principibus factæ, ratæ ſunt habendæ à ſucceſſoribus [d]. Maximũ vinculum in fide publica, qua nec maius fuit numen inter Romanos, cuique tẽplum dedicarunt, & in quo fœdera ſanciebantur, deuotis capitibus diis inferorum eorũ qui promiſſum frangerent [e]. Maximè ſi negotiũ pertinet ad ſtatũ principatus vel ad vtilitatẽ & neceſſitatẽ eius, nam & tũc de mutuo etiã accepto à predeceſſore & facto teneretur [f]. Pulcherrimũ exemplum Ioſue 9. in Gabaonitis, qui etiã fraudulenter pacẽ inierunt cum Ioſue & principibus Iſrael, pacto adhibito ne occiderẽtur. quod pactũ Saul ex poſteris rupit, & ex illis quoſdam necauit lõgo etiam poſt tempore: cuius facto Deus ad irã prouocatus fuit contra populum Iſraelẽ, & trium annorũ famem immiſit. & oraculo reſpondit expiandum hoc peccatũ per mortem ſeptem filiorum Saulis qui ex Gabaonitis quoſdã necauerat, ideo & ſuſpenſi ſunt [g].

61 Excipitur hîc caſus, quando pactũ vel conuentio fieret in præiudicium eorum quæ adhærent dignitati principali inalienabilia, quæ dicuntur iura regni, diadematis, & coronæ [h]. quæ verò ſint regalia, traditur titulo quæ ſint regaliæ li.2. feudor tit.56. poteſt tamen aliqua ex regalibus & quæ & ius & menſam imperij pertinent alienare princeps: ſi inde modica tantũ ſequatur læſio, & valebit ea alienatio etiã in præiudiciũ ſucceſſoris & regiæ coronæ [i], ſi ex iuſta aut vrgentè & rationabili cauſa fiat alienatio, aliàs alienatio reuocatur ex læſione modica etiã harum rerum [k]. Exiſtimant & vtplurimum doctores in harum rerum etiam alienatione adhibendum eſſe principi procerum conſilium, vt alioquin ſit inualida [l], quæ tamen ſententia ad honeſtatem pertinet, & ad excuſationem principis, quòd maturiora & firmiora videtur, quæ per conſiliũ expediũtur [m]: verùm non ideo ſolo putandã cenſeo nullam alienationem à principe ſuperiore abſolutè factã, cùm ex arbitrio ſine procerũ deliberatione legẽ cõdere poſſit [n], quia in eã plena tranſlata ſit poteſtas [o]. Ratio prior, quia princeps recipit bona reipublicæ tanquã dotalia: ideo & apud Venetos in ſua inauguratione, proiicit dux annulũ in mare, tãquã illud deſpõſãs & cũ eo rẽpublicã Venetã, quę maximè pollet in manu. Dos autẽ à marito nõ poteſt alienari, neq; cõſentiẽte vxore hodie [p]. Alia ratio ꝙ ſicuti princeps non poteſt iura ſubuertere principatus,

a c.abbate, de ſentent. & re iud. in ſex.
b d.c.abbate Oldra. conſil. 95. incip. ex forma.
c ca.penul. & ibi Gloſſ. 12. q.2.
d In l. conuentionũ, de pact. P.
e Liuius li.1. deca.1. & lib. 4. Decadis 3.
f ſicut concludit Purpuratus conſilio 17. & conſil. 20. argum d. l. ciuitas, de rebus credit. P.
g 2. Regum. c. 21. vide ca. inter cætera, §. ſed cum his omnibus, 22. 4.
h c.intellecto, 33. de iureiur.
i Barth. in l. prohibere §.1. quod vi aut clã per c.abbate ſane. de ſent. & re iudic. in ſex.
k Mattheus de afflictis ad rubri. quæ sũt regalia nũ.7.
l per l. humanum & ibi Bald. de legib. C.l. placet, & ibidem Bald. de ſacroſanct. eccleſ.
m l. dubiũ nõ eſt C. de diuortiis. c. nouit. de his quæ fiũt à prælatis, ſine conſen. capitul. ca. epiſcopis 15. q. 7.
n l. f. C. de legib. §. ſed & quod principi, de iure naturali. o l.2. & nouiſſimè de origine iuris P. l. 1. de conſtitut. princi. P. p l. vnica §. & cũ Lex Iulia, de rei vxo. actio. C. l. quib. alien. licet vel non. l. Lex Iulia, de fundo dotali exceptis caſibus de quibus nos agimus lib. 25. Syntagma. c. 5.



ita neque minuere, quod colligunt ex l. ſi optio, qui & à quibus manumiſſ. liberi non fiant P.

Tertiò iurant omnes principes, ſe ſeruaturos intacta iura regni ſui, & honorem coronæ conſeruaturos, quamobrem & ex iuramento obligantur, vt poſtea non poſſint reſilire.

Quartò res quæ ſubiecta eſt reſtitutioni, alienari, vel minui non poteſt, in præiudicium eius cui reſtitutio facienda eſt [a]. Tale autem eſt regnum, ſucceſſioni proximorum reſtituendum.

62 Cæterùm ſunt quædam regna quæ pertinent ad plenam diſpoſitionem poſſeſſoris, & ideo tunc poſſunt, vel per contractus, vel per vltimam voluntatem, in alium transferri, vt diximus de principatibus qui vel per hæreditatis ius, vel per contractus quæruntur, veluti ſi quis armis & vi regnum de nouo ſubegerit, poterit vel ad alium transferre iure feudi, vel venditionis, vel teſtamenti, vel donationis, quemadmodum legitur feciſſe Alexand. Magnum [b].

Sunt & quidã principatus, vt feuda patrimonalia, quæ poſſunt pro arbitrio non ſecus ac quæ patrimonij ſunt liberè in alios emancipari, ſi modò lex domus, vel inueſtituræ, non repugnet.

63 De ſummo vero principatu eccleſiaſtico, nempe ſummi pontificis dubitari poſſet, & aliàs fuit in pluribus dubitatum, an bona eccleſiæ ſeu principatus alienare poſſit, & rata ſit eius apud ſucceſſores alienatio. Videtur autẽ mihi poſſe alienare bona quaruncunq. eccleſiarum, & ratam alienationem apud ſucceſſores, quoniam dominium eorum bonorum, dicitur eſſe Chriſti [c]. Summus verò pontifex, eſt immediatum caput eccleſiæ, & vicarius Dei in terris. vt quicquid agat claue non errante, cenſeatur à Deo factum [d]. Et omnium eccleſiarum ordinatio videtur eſſe iuris poſitiui [e]. & à ſede apoſtolica, vt riuuli pendent à fonte [f]. habet autem & plenitudinẽ poteſtatis ſummus pontifex in his maximè quæ ſunt talis iuris poſitiui [g]. Docet & quod reſponſum eſt, ipſos prælatos eccleſiarum non poſſe alienare ſine permiſſione ſummi pontificis, ſeu ſedis apoſtolicę, & hac permittente, aut confirmante poſſe [h]. Et proinde qui habet poteſtatem concedendi, alienationis licentiam multomagis ipſe habebit: nemo enim poteſt concedere quod non habeat [i]. Scribit tamen P. Ancharanus [k]. Papam in indulto alienationis, debere derogare canoni non liceat Papæ 12. qu. 2. Et Paulus Caſtrẽſ. conſilio 414. incipiente, *In facto præſenti*. 1. volumine concludit Papam pro debito Romanæ eccleſiæ, potuiſſe alienare & obligare bona eccleſiæ Auenionenſis.

a l. f. §. ſed quia noſtra maieſtas communia. de lega. C. §.1. de reſtitutio. & ea quæ parit in 12 menſe in nouellis.
b Macha. 1. c.
c cap. cùm ex eo. 34. de electio. in ſex. c. expedit. q. 1 ti. 12. c. quoniã quicquid, 16. q. 1. c. cauſa, de verbor. ſignifica.
d ca. quanto. c. inter corporalia, de tranſla. prælator.
e ca.1.13. qu.1.
f c.1.22. diſtinc. c. loquitur. 24. qu. 1.
g ca. propoſuit, de conceſſio. præben.
h ca.3. quia Ioannes, 12 q.5. c. veniens 8. de tranſactio. cum ſimilib.
i l. ſi vniuerſæ: C. de leg.
k Conſil. 310. incip. tres domini columna 2. & penul.

# DE REPVBLICA LIBER OCTAVVS, SIVE DE QVAlitatibus quibuſdam pertinentibus ad principem.

*De bono & malo principe.*

## CAPVT I.

PRINCIPVM ſeu regum, quidam ab initio principatus boni ſunt & tales perſeuerant: quidam ab initio mali ſunt, poſtea verò boni efficiuntur, quidam ab initio boni poſtea mali, & quidam mali ſemper. Infœlix ea reſpublica quæ ſub malo principe ſemper degit, & veluti ſeruili ſtatui addicta, quæ vix perſeuerare poteſt. Minus infœlix ea, quæ habuit malum, ſed poſtea bonum experitur principem, vt ea quę bonum habuit & malum incipit habere: fœlix verò ea quę principe bono regitur.

2 Secundum Æſchylum [a], ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ. *Omnis qui nuper cœpit imperare, eſt rigidus.*

*a in tragœdia Promethei.*

C. Claudius Caligula imperator, qui ſucceſſit Tiberio, filius Druſi, Auguſti Cæſaris priuignus, Tiberij nepos, ab initio clemens & popularis, pius in parentes [b]. Sed mox velut facto agmine, omnia in vno vitia extiterunt; ſęuities tanta vel potius feritas, vt ex cuſtodia notaret quorum carnibus beſtiæ ad munus alerentur, multos etiam his in arena laniandos obiiceret. Syllanum ſocerum ad ſecandas nouacula fauces impulit, plures ex ſenatoribus interfecit, aliáque ſeuerio ra & crudeliora patrauit: veſtutiſſimis familiis inſignia ademit, fuit libidinis inexplebilis, luxurię in viros & mulieres portentoſæ: in ſumma, fuit portentoſa beſtia non imperator, non homo, ſecundum ea quæ referunt de eo Suetonius, [c] Dio & Suidas, tandem à Chærea, Caſſio, & Cornelio Sabino obtruncata.

*b Sueton. in eius vita c. 10 13. 14. & ſequentib.*

*c cap. 22. & ſequentibus.*

4 Domitius Nero, Domitij Ænobarbi & Agrippinæ filius, primo quinquennio optimus princeps fuit [d]: ſed eo exacto, ſibi diſſimilimus euaſit, parricidiis, cædib. ſpurcitiis omni generis maculatus, vt non ſine horrore crudelitas, aut ſine faſtidio voluptas & luxuria impiiſſima referri poſſit, de quibus Dio, & Suetonius [e], conſuli poſſunt.

*d Sueton. in Nero. c. 9. & ſequentib.*

*e Sueton. in Nero. c. 26. & ſequentib.*

5 Domitianus ab Auguſto nonus, Tito ſuccedens, moderatior primis annis habitus, mox in ingentia vitia prorupit libidinis deſidiæ,



diæ, iracundiæ, crudelitatis [a].

*a Suetonius in Domitia.*

6 Maxentius Maximiani filius, Roma occupata, Seuero Galerij Auguſti filio pulſo: ad firmandas opes ſe æquũ vniuerſis exhibuit, vt Chriſtianos etiam ſuis rectoribus commendauerit. At Italia Africáque pacata, mox ſecundis elatus, mores mutauit, cœpítque Romæ & in Africa tyrãnidem exercere, inprimiſque Chriſtianos lacerarẽ inſtituit, & prolapſus ad omnia ſcelera, nullum impietatis, nullum intemperãtiæ genus omiſit, vt latius deſcribunt Zonaras & Cedrenus.

7 Dionyſius filius Dionyſij Syracuſani tyranni, initio tyrannidis poſtquam militum fauore patri ſucceſſit, populum ſibi libertate conciliauit, tria millia nexorum ex carcere liberauit, tributa inſuper populo per triennium diuiſit, dehinc tamen ſublatis fratribus & propinquos quos metuebat, in cęteros graſſatus, & propter crudelitatem inuiſus, tandem regno pulſus, vt refert ex Trogo Iuſtinus [b].

*b lib. 21.*

8 Ferquardus 2. Scotorum rex, priuatus liberaliſſimus & religioſiſſimus extitit: at regno potitus extortor bonorum, religionis hoſtis cruentus carnifex euaſit [c].

*c vt deſcribit Hector Boetius lib. 9.*

Vt plerunque ab initio, vt ait Lucanus, *- mitiſſima ſors eſt Regnorum, ſub rege nouo.* Quia ſciunt omnes nouum imperium inchoantibus vtilem eſſe clementiæ famam [d]: vel in ſumma mutantur boni in malos indulgentia fortunæ, & prauis magiſtris diſcunt, & audent ſępe tamen ſuo maximo malo, cúmque mutatis moribus, fortuna illorum immutetur. Nam iiſdem artibus imperium facillimè retinetur, quibus initio partum eſt [e].

*d Tacit. lib. 4. hiſtoriarum.*

*e Saluſt. in Ca.*

9 Malos principes ex bonis facere conſueuerunt, ſecundum Flauium Vopiſcum Syracuſanum [f], primùm nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi ſatellites deteſtandi, Eunuchi auariſſimi, aulici vel ſtulti vel deteſtabiles, & quod negari non poteſt, rerum publicarum ignorantia, conſilium pernicioſorum hominum conſiliariorum, qui imponunt ignoranti principi: quãdo princeps iudices facit quos fieri nõ oportet, & amouet à republica quos retinere debet.

*f in Aureliā.*

Extollit animos, & ad impia allicit principes bonos antè, rerum ſucceſſus, fœlicitas & ſecuritas, quibus inebriantur & facinantur bonæ mentes.

10 Bella, negotia, animos principum reuocant à voluptatibus, ſi quid in illis ſit mentis, pax & ſecuritas reuocat ad eaſdem etiam ſæpe præſtãtiſſimos. Quemadmodum de Alcibiade Cliniæ Athenienſis filio refertur ab Æmilio & Plutarcho: nam fuit ſummus imperator, mari & terra, diſertus, laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus in vita atque victu, affabilis, blandus, temporibus callidiſſimè inſeruiens, & idem ſimul ac ſe remiſerat luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans, vt omnes mirarẽtur in vno homine tantam morum diſſimilitudinem. Scripſit & Plutarchus Syllam natura varia fuiſſe, vt ipſe ſecum ſæpe diſcrepare videretur: vt & notat Saluſtius in Catilina, ingentibus virtutibus, ingentia vitia, nexu quodam indiſſolubili copulata fuiſſe: & M. Antonius Triumuir in re bellica, abſtinẽtia, labore & fortitudine: in otio verò, luxuria, temulentia, & libidine

omnes ſuperauit,teſte Plutarcho. Eadem ferè referuntur à Niceta[a], de Manuele Comneno imperatore Gręcorum,qui cùm tempus poſtulabat,patientiſſimus erat laborum,frigoris,æſtus,cùm verò à bello vacabat, iucunditati ſe dabat,& genio indulgebat.

a *lib.7.*

De Lucullo in eius vita Plutarchus,*Sicut*,inquit,*in veteris comœdiæ, ita in L. Luculli vitæ exordio ſeſe offerũt actiones politicæ & expeditiones:in calce compotationes,cœnæ,& non tantùm comeſſationes,faces,& omne genus ludi.* Solent ſæpe principes ab initio imperare, ob quandam bonam naturam:deſinunt autem peſſimè,quia nemo illis contradicit.

11 Sunt pueri principes nati bonis parentibus, illis viuentibus bene inſtituti,vel ſaltem cum probis viris cura parentum aliti & informati;poſt mortem parentum, initio principatus boni principes. At dum excuſſerunt iugum imperantium,& incipiunt aulicorum improbitatibus & deliciis inſueſcere,peſſimi euadunt. Sicut Ioas regis Ochozię regis Iuda filius,puer ſeptem annorum cùm regnare cępiſſet,princeps optimus fuit,& religioni Dei veri addictus,quandiu Ioiadas ſacerdos qui eum admonebat vixit : at eo mortuo à pietate defecit,& occidit Zachariam prophetam filium Ioiadæ,qui ei regnum conſeruauerat[b].

b *l.4.Reg 22 & 2. Paralipo.c.24.*

12 Salomon antea iuuenis & conſilio aliorum & ſeniorum obtemperans,piiſſimus & Dei religionis obſeruantiſſimus : vbi autem amoribus & voluptatibus inſeruire cæpit,in vera pietate aberrauit, permittendo mulieribus diis & idolis phana edificare[c].

c *reg.3.c.11.*

13 Sic Honoricus,Genſerici regis Africę filius,initio regni magna animi moderatione vſus, & pietatem veræ fidei Chriſtianorum ſequutus.at quinquennio poſtea priſtina comitate depoſita, acrem ſe Catholicis hoſtem prodidit, corruptus ab aulicis qui ſub patre Chriſtianos inſequuti eſſent[d].

d *Carol. Sigo. lib.15 imperatorũ occident.*

14 Mortuo ſapientiſſimo imperatore Marco, filius eius Cõmodus iuuenis antea diligenter inſtitutus,ad imperium veniens probitatem retinebat quam à parente didicerat;at Perennius adoleſcentis ętate abutẽs, deliciis illum gane iſque corrumpi ſinebat,vt ipſe cura omni laboribúſque ſuſceptis, totum imperium ad quod vſurpandum aſpirabat,adminiſtraret:vnde perditiſſimus & crudeliſſimus euaſit Cõmodus[e]. Quid Baſſiano & qui Heliogabalus dictus eſt poſt mortem Seueri patris contigerit,nemo ignorat corruptam fuiſſe imperatoris noui iuuentutem[f].Sciunt cuncti & Alexandrum iuuenem cura & meditatione matris,& cautione, ne ab aulicis malis corrumperetur,in imperio cum probitate perſtitiſſe[g].

e *Herodian. lib.1.*

f *Herod.in 4.*

g *Herodia. in 5 & 6.*

15 inter eos verò principes qui mali ab initio, poſtea verò boni fuerũt,& cum populo ſunt reconciliati, poſſunt annumerari illi qui vi ab initio regna vel tyrãnides vſurparunt,& ab initio crudeli & barbaro more vel dominico imperarũt,quãdiu de populo & magnatib. diffiderunt, poſtea verò vbi ſenſerunt populũ ſecurũ,& à ſeditionibus & commotionibus quieſcentem, modeſtius & humanius ſeipſos geſſerunt,remittentes minas & terrorem, & beneuolentiam aucupantes,vnde ex tyrannis & facti ſunt reges.

Vt Herodes Aſcalonita regnauit ſuper Hebræum populum vno

& triginta



& triginta annis,poſteà:& legitimo,poſtea ſex[a].

a *Philo Iudæus de temporibus.*

Manaſſes rex, poſt multa commiſſa ſcelera, & poſt captiuitatem Babylonicam pœnitentiam egit, & ad meliora conuerſus eſt[b].

b *D.Hierony. ad c. 1. Sophoniæ.*

Cecrops cùm teter & efferatus ante fuiſſet,poſtea comiter & blandè imperauit[c].Megalopolitanus tyrãnus Lydiades,ita in ipſa dominatione immutatus eſt, vt violenti iuris pertæſus, reddiderit poſtea ciuibus leges ſuas: & pro patria dehinc ſtrenuè dimicans magna cum gloria cæciderit[d]. Gelon, Hieron, & Piſiſtratus Hippocratis filius, inuaſerunt quidem malis artibus principatum,verùm poſtea principes fuerunt reipublicæ ſalutares & moderati[e].

c *Plutarch. li. de ſera numinis vind.*

d *Plutar. eodẽ vbi ſuprà.*

e *Plutarch. ea*

Cenoualchius occidentalium Saxonum rex perditiſſimus & impiiſſimus ab initio regni, vnde regno pulſus tandem : tamen ad frugem reuocatus,regnum receptum optimè adminiſtrauit[f]. Scribit & Hector Bohetius[g], Octauinum Britannię regem,ex iniquo principe optimum,pacíſque ſtudioſum factum eſſe.Fertur & Bretiſlaus 2. Boemorum princeps filius Vratiſlai, ingenij prius intractabilis,tandem factum manſuetiſſimum[h].

f *Polid. Virg lib.4.*

g *Hector.Bohet. li.6.*

h *Dubrauius lib.9.*

16 Vt omnium rerum & ſatietas,ſic etiam & voluptatum & crudelitatis,neque tempus variatione ſua,eadem patitur eſſe in vno ſtatu, neque hominum quoque voluntates perpetuò pertinaces ſunt. Sicuti & Sylla ex illa crudelitate, tandem venit ad priuatam vitam, vt & Diocletianus & plures alij. Sed & reſpondit Antigonus rex cunctis mirantibus, quòd iam ſenex blandè & comiter regnaret: antè, inquit, opus habebam potentia, nunc gloria & beneuolentia[i].

i *Plutarch. in apophtegma.*

Ita plures, qui in iuuẽtute crudeliter & peſſimè imperarũt, poſtea cum ætate mores in melius mutarunt, deferueſcẽte iuuentutis ardore, & temeritate per experientiam temperata & emendata. Sicut refert Polydor. Virgilius[k], hiſtoria. Offam Merciorum regem, in primo ætatis flore laboraſſe ſiti inexhauſta diuitiarum, imperiíque amplificandi, militaris diſciplinæ ſtudioſum, virtutis contra contemptorem:in ætate autem iam matura, cùm morum probitate atq; modeſtia,tum vitæ innocentia maximè floruiſſe.

k *lib.4.*

Dio Caſſius tradit Titum Auguſto comparãdum in diuerſa ætate: húncque ſi minus vixiſſet nunquam à Romanis dilectum fuiſſe:neq; illum,ſi plus. Nam Auguſtus crudelior in principio propter hoſtes & ſeditiones:poſtea,longo tempore,multis in populum Romanum beneficiis claruit. At Titus humanè imperans, periit in robore gloriæ, fortaſſis non vacaturus culpa ſi diutiùs vixiſſet: quia fortuna maiori quàm virtute vtebatur.

Multum iuuat ad malos mores principum diuertendos vel emendandos,inſtitutio, maximè in iuuentute, in qua animi adhuc à vitiis vacui, non ſecus ac nouellæ plantæ poſſunt ad virtutem & principalem artem inſtrui,magíſque præſtat recta inſtitutio eorum quàm nobilitas, vt docuit Lycurgus aliquando, producens in concionem Athenienſium duos canes eadem matre, & eodẽ patre natos,quorum vnum venationi aſſuefecẽrat,alterum in culina nutrierat, vnde producto lepore & olla, alter leporem ex inſtitutione inſequutus, alter

in ollam & offas irruit.

*Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,*
*Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager.*

Vt contrà ſterilis, ſi diligenter colatur, fructus vberiores adferre ſolet. Feroces equi, arte periti hominis domantur & vtiles euadunt. Et cùm inſtitutio plebeios virtuoſos, timentes Deum, probos, moderatos à vitiis alienos ſoleat reddere, dubitãdum non eſt, quin & eadem, ipſa poſſit in nobilibus ad imperium natis; quia virtutibus naturalibus perſpicuitatéque ingenij excellant. Quare multum intereſt quibus doctoribus, pædagogis, moderatoribus & curatoribus filij principum committantur, eligíque debent in diſciplinis bonis periti, in militaribus quoque principis tradendis delecti, vt illi quæ ad virtutem & mores, iſti quæ ad exercitia principibus requiſita ſunt doceãt: ſuper omnia vt vtriq; ſint probi & bonis moribus, boni exẽpli, pij, religioſi, timentes Deum, alieni ab adulatione: qui laudent ſiquid illi benefecerint, vt excitẽtur ad gloriam; vituperent autẽ & reprehendant, ſi quid mali eos contigerit agere, vt pudore à ſimilibus deterreantur: arceant corruptorum iuuenum, adulatorum, meretricum, impudicarum conſortium, non patiantur vel ioco vel feriò illos mentiri vt ament perpetuò veritatem; exerceantur in iuſtitia reddenda etiam in ludicris, vt apud Xenophontem in Cyri inſtitutione.

17 Boni & omni exceptione maiores principes illi ſunt, quibus ſubditi fœlices fiunt qui magis ſubditis conſulunt quàm ſibi: qui vitam pro illis exponũt periculis & morti pro eorum ſalute. qui potiùs de illorum quàm propria ſoliciti ſunt vtilitate. Cuius præſtantiæ exemplum in Moſe duce præſtantiſſimo, qui pro populo ſuo quem Deus ob peccatum Idololatriæ delere decreuerat, ſic loquutus eſt, *Obſecro Domine, peccauit populus iſte peccatum maximum, fecerúntq; ſibi deos argenteos, aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti*[a].

a *Exodi c.32. verſ.31. & 32.*

Plus fecit Dominus noſter IESVS CHRISTVS rex regum, Dominus dominantium, qui mortuus ſponte pro peccatis populi ſui, & de quo prophetauit Caiphas Spiritu Dei impellente cùm eſſet põtifex, *Quòd expediret vnum hominem mori pro populo, ne tota gens periret.*

Bonus rex Dauid, qui cùm vidiſſet angelum Domini cædentẽ populum, *Ego ſum,* inquit, *qui peccaui: iſti oues ſunt, quid fecerũt? vertatur obſecro manus tua contra me & domum patris mei*[b].

b *2. Reg. c.24.*

Ferunt & regem Athenienſium Codrum, cùm ingenti hoſtium exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vaſtaretur. Diffidentia humani auxilij ad oraculum Apollinis confugiſſe, pérque legatos ſuſcitaſſe, quonam modo illud tam graue bellum diſcuti poſſet: & accepto reſponſo, ſi ille hoſtili manu occidiſſet. Quod quidem non ſolùm totis Athenis, ſed etiam in caſtris percrebuit: cóque factum eſt vt ediceretur ne quis Codri corpus vulneraret. At illum poſtquam illud cognouit depoſitis inſignibus imperij familiarẽ cultum induiſſe, ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obieciſſe, vnúmque falce ex his concuſſum in ſedem ſuam compuliſſe, ſuóq; interitu effeciſſe ne Athenæ occiderent. Iuſtinus in 2. Valer. Max. lib. 5. c. 6. Ad hoc



Ad hoc compulit codrum amor ſuorum, quos propria morte liberare non dubitauit: & hoc eſt verè fungi principis munere & paſtoris officio, ſuam patriam, (talis eſt enim reſpublica principi) omnibus imò & vitæ propriæ præponere. Ex quo etiam duo Decij, pater & filius immortalem, & nullo tempore violatam conſequuti ſunt apud poſteros laudem: cùm vterque pro ſalute reipublicæ deuouiſſet, vt de patre Liuius in 8. & Zonaras de filio lib. 10. Zonara & Cicero in Catone & alij meminerunt.

18 Celebre & illud quod M. Antonius imperator, cùm exercitum ex Parthorum regione magno cum periculo reduceret, manus ad cœlum tendens dicitur precatus, vt ſi qua priores fortunæ ſuæ ſerenitates diuina inuidia maneret, in ſe vt eam verteret, reliquo exercitui incolumitatem tribueret & victoriam[a].

a *Plutarch. in Antonio.*

Ingenium præclarum eorum qui cùm nouerint ſe mortales & moriendum eſſe aliquando, ſerius aut ocius, mortem ſibi pro ciuibus & ſubditis glorioſè, principe dignum cenſent. Sicut & Pelopidas Thebanus vxori, quæ ipſum ad bellum proficiſcentem rogabat muliebriter, vt ſeipſum ſeruaret, *Alij,* inquit, *vt ipſum faciant monendi ſunt. Nam princeps aut dux hortandus eſt potius, vt ſeruet ciues*[b].

b *Plutarch. in Græcor. apopht.*

19 Non prętermittam Iohannis 2. Luſitaniæ regis nobiliſſimum animum & principatu maiore dignum, qui cùm audiuiſſet, volucrem eſſe, quæ roſtro pectus dilacerat, vt pullos ſerpentum morſibus exanimatos, ſanguine ſuo profuſo, reuocet in vitam: eiuſdem volucris imaginem ſuis inſignibus adiungendam curauit, vt oſtenderet, ſe eſſe paratũ pro ſuorum ſalute ſanguinem ſuum profundere[c]. Pellicanum hanc auem dicunt.

c *Oſorius lib. 1*

20 Principis boni etiam eſt, non tantùm cuſtodire ab hoſtibus inuiolatam ſubditorum ſalutem, ſed & vti ſubditis tanquam filiis, & eis benignè quædam indulgere quæ etiam iuſtè vindicari poſſent, præferendo clementiam ſeueritati. qui enim non debent propriæ vitæ ob ſubditos parcere, multo magis debẽt eſſe procliues ad remitẽdas ſibi illatas ingratitudines, & cogitare ſe expectare retributionẽ à Deo cuius munus in principatu gerunt, multo maiorẽ quàm ab hominib: Item quod populus inſipiens regendus ſibi commiſſus eſt, qui non ſapiẽtia, ſed potius inſipiẽtia cõtra propria certãt cõmoda, & miſerendũ illius potiùs quàm ꝓpria iniuria vel contumelia ſæuiẽdũ iuxta[d]. Niſi forſan hæc iniuria in reip. conuerteretur detrimẽtũ, & dignitatẽ, potius quàm perſonam principis reſpiceret[e]. Ariſtidis nota manſuetudo, qui cũ multa ꝓ patria geſſiſſet[f], & ex ea in auxiliũ per inuidiã miſſus eſſet, precatus eſt Deos ſuos, vt Athenienſib. quęcũq. cuperẽt ſic bene fauſtéq. euenirẽt. Quinetiã cùm Xerxes numeroſa claſſe Græcos peteret, quãuis exul, cõſilio primũ deinde etiã auxilio Themiſtocli adfuit, & grande momentum ad celebrem illam victoriam Salaminiam attulit. Phocion Athenienſis Phoci filius non tantùm ſæpe multámque operam ſuam in bellis patriæ præſtitit: ſed cùm ab ingrata patria morti adiudicatus, cicutam iam biberet renunciari iuſſit, ne ob patris mortem patriam odio haberet, ſed ab omni vltione deſiſteret[g].

d *l. vni. C. ſi quis imperat. maledix.*
e *Vt in c. 1. de maledic.*
f *Vt ſcribit Plutarch. in eius vita.*
g *Aelian. li. 12 de var. hiſtor.*

21 Quàm diſſimilia ſunt non dicam malorum principum exempla, ſed prodigia, qui nihil gratius habuerunt quàm populorum ſibi commiſſorum interitum & oppreſſionem; & vt vel ſuæ tyrannidis cauſam inde ſibi firmare viderentur, vel contra propria membra, vel vt vindicarent ſe ipſos de his quos præſumebāt aduerſarios ſibi futuros; vel vt crudelem animum præter modum, ſatiarent, nimium crudeliter ſæuierunt, nihílque quàm populi ſubuerſionem procurarūt; imitati dæmones, quorum finis vnicus creaturas Dei, imò ſi poſſent ipſum Deum violare, inſidiis ſubuertere & tollere. quorum iſti peſſimi principes miniſtri & inſtrumenta proculdubio ad interitum vel caſtigationem humani generis, feris immaniores graſſantur. Quid peius voto C. Cæſaris Caligulæ, qui queri etiam ſolebat de conditione temporum ſuorum, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur, atque ideo exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat[a].

a *Suetō. in eius vita. c. 32.*

Aliud moſtrum Nero Claudius Cæſar, etiam ſolitus in communi ſermone dicere, ἐμοῦ ζῶντος γαῖα μιχθήτω πυρί. *me viuēte terra igni miſceatur:* quod & effecit: nam incendit vrbem, cædes innumeras procurās, vt ſcribit Suetonius[b]. refert &[c] multa immania deſtinaſſe, initio tumultus Gallici ſucceſſores percuſſoréſque ſubmittere exercitus & prouincias regentibus, quaſi conſpirantibus, idémque & vnum ſentientibus: quicquid vbique exulum, quicquid in vrbe hominum Gallicanorum eſſet, contrucidare illos, ne deſciſcentibus aggregarentur: hos vt conſcios popularium ſuorum & fautores. Gallias exercitibus diripiendas permittere, ſenatum vniuerſum veneno per conuiuia necare, vrbem incendere, feris in populum immiſſis quò difficilius defenderetur.

b *in eius vita, c. 36. & 37. & 38.*
c *c. 43.*

Similis illa vox tyrannidis, deſiderare populum vnam ceruicē habere, vt vno ictu adimi ei poſſet, vt optauit Caius Caligula.

Valde diſſimilis ab illa præclara & memorabili P. Scipionis Africani maioris ſententia, malle ſe vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes perdere[d]. Et quod dixit L. Lucullus imperator aduerſus Mithridatem ad direptionem captæ vrbis incitantibus, ſe malle vnum militem Romanū ex hoſtium manibus eripere, quàm vniuerſas hoſtium fortunas ſibi vendicare, Plutarch. in Lucullo.

d *Sabelli. li. 8. c. 2.*

*De religione principis.*

## CAP. II.

PEr me reges regnant, inquit diuina Sapientia[e], & principes recta decernunt. Ita fundamentū totius regni, religio eſt, metus reuerentia cultus Dei, ſeruare eius mandata, obſequi voluntati eius. In lege regni à Deo latæ per Moſem[f]. *Poſtquam,* inquit, *rex ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legétque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos,* neque

e *Prouerb. 8.*
f *Deutero. 17. verſ. 18.*



*neque declinet in partem dextram, vel ſiniſtram, vt longo tēpore regnet, ipſe, & filij eius ſuper Iſrael.* Dauid à Deo electus, auſpicatus eſt regnū ſuum à reſtitutione & reformatione cultus Domini. Non debet, inquit Ecphantes Philoſophus, qui aliis imperat, illum ignorare à quo ipſe regitur. Sic meminit Liuius[a], Romulum ſalutatum regem, primùm inſtituiſſe ſacra quædam Albano ritu, & alia Herculi, deinde politicos magiſtratus. Annotatum eſt à Plinio[b], Numam Pompilium 2. regem Romanorum, ferum populum religionis inſtitutione & vtilibus legibus domuiſſe, ſuúmque regnum ita formaſſe, vt pendente eius regno, nemo illi bellum mouerit.

a *in primo.*
b *li. de viris illuſtrib. c. 2.*

Rex Perſarū, præſentibus magis hoſtias quotidie immolabat mille boues, aſinos, ceruos, cæſos ex inſtituto Cyri regis[c]. Philoſtratus[d], nec poterat eſſe rex Perſarum niſi qui antè diſciplinam magorū ſcientiámque percepiſſet, vt ait Philo Iudeus lib. de ſpecialibus legibus, & Cicero de diuinatione.

c *Xenoph. lib. 8. Cyripædiæ.*
d *lib. 1. de vita Apollonij Athenæus lib. 3.*

2 Pietatis modus in duobus conſiſtit, vt ſcribit Cyrillus Hieroſolymitanus[e], in piorum dogmatum certitudine, & bonis operibus: ita vt neque dogmata ſine bonis operibus accepta ſint Deo, neque abſque piis dogmatibus opera perfecta ſuſcipiat Deus. Pietas, inquit Speuſippus[f], eſt iuſtitia erga Deum, affectio colens Deum, voluntaria veneratio Dei. recta honoris diuini ſcientia explicat in Enchiridio Epicteti Arrius[g]. Pietatis erga Deum id maximū eſſe ſcito, vt de ipſo bene ſentias putéſque eum & eſſe, benéque ac rectè gubernare. Tum vt ita te compares, parere ei, atque omnibus cædere quæ fiant, neque inuitum ſequi quaſi omnia ex optimo conſilio efficiantur.

e *catecheſ. 4.*
f *li. de diffinitionib. Plat.*
g *c. 36.*

Cōſiſtit & alio modo ſignificantius religio ſeu pietas[h], in duobus, vt bene de Deo ſentiamus: & rectum ei cultum exhibeamus. Nempe eum cognoſcamus, & purè & piè veneremur.

h *hoc enim eſt pietatis exord. Auguſti li. 1. de libero arbitrio.*

Princeps qui Deum cognoſcit ſciet vnum eſſe Deum eſſentiæ vnius in trinitate perſonarum, optimum, maximúmq;, ſempiternum, ſummum, æternum, regnatorem vel gubernatorem omnium[i].

i *Cornel. Tacit. lib 5. hiſtor.*

Quem nullus effugere nec mente nec facto poteſt: cui nihil ſecretum aut clauſum eſt[k] iudex viuorum & mortuorum & vindex improborum etiam regum: ſiquidem vt ait Ouid[l].

k *Senec. epi. 84.*
l *8. metamor.*

*- immenſa eſt, finémque potentia cæli*
*Non habet, & quicquid ſuperi voluere, peractum eſt.*

Is eſt, inquit Cicero[m], qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui regit & moderatur. & vt Horatius[n],

*Qui terram inertem, qui mare temperat*
*Ventoſum, & vrbes regnáque triſtia.*

m *Cicero in ſomnio Scipio.*
n *Horat. 3. odar.*

Hunc ignorare cauſa ſubuerſionis eſt bonæ adminiſtrationis. Imò, vt ait Sillius[o], *Primæ ſcelerum cauſæ mortalibus ægris, Naturam neſcire deûm.* Cultus in ſeruandis eius legibus conſiſtit, & in ritu & ceremoniis receptis àb eccleſia catholica, ſine ſcelere & macula viuere[p].

o *Sillius in 4.*
p *Lactan. Firmian. lib. 5. c. 9.*

3 Sapientia indiget princeps. initium autem ſapientiæ, timor Domini[q]. *Si timueritis Dominum,* inquit Deus per Samuelem populo, *& ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os Domini, eritis & vos & rex veſter ſequentes Dominum Deum veſtrum, ſi nō audieritis &*

q *Pſalmo 110.*

*exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini ſuper vos & ſuper patres veſtros &c*[a]. & iterum[b], *Fili honora Dominum & valebis.* Palàm eſt omnibus quot eximias victorias reportarint de inimicis Dauid, Machabæi, quandiu ſpe & fiducia Dei & veræ religionis feruore ſolidati, hoſtes aggreſſi ſunt, teſtis Gedeon, Barac, Sampſon, Iephthe, in libro Iudicum. Goliæ per Dauidem expugnatio[c]. Ionatas, qui difficile nõ eſſe Deo dixit, vincere vel in paucis, & ea ſpe plures fudit[d], & in ſumma, *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturarunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerũt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum*[e].

a *Reg.* 1. c. 12.
b *Prouer.* 7.
c 1. *Reg.* c. 17.
d 1. *Reg.* c. 14.
e *ad Hebræos* c. 11.

Per excellentiam vim & poteſtatem ſingularem religionis veræ adeptæ, Conſtantinus dictus magnus, Licinium, Maxentium, & alios immanes docuit hoſtes, & paganorum vires, templa & execrabilia ſacrificia ſubmouit. Theodoſius, Iuſtinianus aliíque religioſi & catholici Cæſares, victores & fœlices habiti ex religione euaſerunt.

Et deinceps Carolus ille magnus Francorum imperator, innumeras nationes ad fidem zelo ſuæ religionis adduxit, & truces hoſtes Alemanos, Sueuos, Saxones, Phrigas, Hunnos, Gothos, Langobardos, alióſque impietatis paganiſmi infectos, ſuperauit. Quem & ſequuti poſteri, nec alio titulo aut præſtantiori opere quàm Dei, cuius religionem verè, ſyncerè, publicè amplexi ſunt, amarunt & excoluerunt, aduerſus hoſtes præualuerunt.

4 Iulianus, qui paucos poſt annos à religione Conſtantini degenerauit, tamen Viennę agens vt omnes nullo impedimento ad ſui fauorem illiceret, adhærere ſe cultui Chriſtiano fingebat, à quo occultè iampridem deſciuerat, aruſpicinæ auguribúſque vacans vt paganus[f]. Vinculum eſt maximum ſocietate hominum, religionis potiſſimùm ſimilis: cùm enim eiuſdem ſunt religionis probatæ quæ vna eſt, & populus qui eundem Deum reueretur & princeps, legem Dei ſequentes aberrare non poſſunt à vera politia, vt Dauid dicebat, *Lucerna pedibus meis verbum tuum*[g].

f *Amm. Marcel. refert li.* 21.
g *Pſal.* 118. *verſ.* 104.

Deus remunerat ſuos cultores, quando vniuocè populus & reges cõueniunt in eundem locum & eccleſiam, & vt loquar cum Dauide[h], *In conueniendo populos in vnum & reges vt ſeruiant Domino.* & rurſum[i], *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Excitantur & reges ad hoc munus religionis[k]. *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in omni timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam nequando iraſcatur Dominus & pereatis de via iuſta.* Atque de vera religione & Chriſto prædixit Deus, futurum ita per Eſaiam[l]. *Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutritiæ tuæ: vultu in terra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.*

h *Pſal.* 101.
i *Pſalmo* 50.
k *in Pſal.* 2.
l c. 49. *verſ.* 23.

5 Sed & hoc innatum & inſculptum naturali & rationali lege videtur in hominum mentibus, vt religioni multum tribuant, & authoritati diuinæ: & quæ arbitrentur ei coniuncta eo vinculo, in maiori veneratione habeant. Omnes, inquit Cicero 5. in Verrem, religione mouentur, & deos patrios quos à maioribus acceperunt colendos ſibi diligenter, & retinendos arbitrantur. Nec vlla res, ait Q. Curtius





tius in 4. efficacius multitudinem regit quàm ſuperſtitio. Neque ethnici hoc lumine naturali caruerunt, vtpote homines habentes impreſſam in anima Dei quoque imaginem. quanquam enim aberrauerint in pluralitate deorum falſorum, tamen ſemper remanſit de diuino numine reuerentia & eius metus. Et proinde legiſlatores illuſtriores qui regio hoc munere in ferendis legibus vſi ſunt, inuentionem legum in Deum, ſed per diuerſa nomina ac media retulerunt. Zoroaſtres Bactrianis Perſiſque leges tradens, in Horomaſim: Trimegiſtus Ægyptiis, in Mercurium: Moyſes Iudæus, rectiùs in patrem totius naturæ verum Deum. Minos Cretenſibus, in Iouem: Charondas Carthaginienſibus, in Saturnum: Lycurgus Lacedæmoniis in Apollinem: Draco & Solon Athenienſibus in Mineruam: Numa Pompilius Romanis in Ægeriam Nympham: Mahometes Arabibus, in Gabrielem: Zamalxis Scytis, in Veſtam: Plato Magneſiis & Siculis, in Iouem[a]. Sacra pagina quoque indicat non eſſe poteſtatem principibus niſi à Deo, & reſiſtente poteſtati eorum, ordinationi eius reſiſtere[b]. vnde principes inuiolabiles atque ſacroſancti habentur: vtque ea poteſtas manifeſtius à Deo pendere doceretur, apud quoque ethnicos, & munera cultus diuini exequendi regibus tributa fuit.

a *refert Marſilius Ficinus in argumento ad Minoem Platonis.*
b *ad Rom.* c. 13.

6 Geſſerunt alicubi principes, religionis etiam ethnicorum põtificatum. Atque regi Syriæ & Paleſtinæ erat nomen ſummi pontificis, ideo & propter pontificatum qui eam regebant tempore Pompeij, Hircanus & Ariſtobulus diſſidentes, vrbem ſeditionibus impleuerũt[c]. Voluit gerere pontificatum Antoninus dictus Heliogabalus, Heliogabali Dei[d]. Octauius Auguſtus, pontificatum maximum geſſit mortuo Lepido[e]. Pontifex autem maximus, à Numa Pompilio ſacris omnibus pręfectus, qui ea quę ad deorũ religionem pertinerent & cultum, ſtatueret & iudicaret[f].

c *Dion Caſſ. lib.* 37. *hiſtor.*
d *Hero. in* 5.
e *Sueto. in eo. c.* 31.
f *vt ſcribit Liu. in* 1. *Plutarch. in Numa. Dionyſ. Halicar & alij.*

7 Fiebant & quædam publica ſacra per reges Romanos: vnde & exactis regibus ne etiam alicubi regum deſiderium eſſet, regem ſacrificulum crearunt[g], Plutarch[h]. ait vocatum à Romanis ῥῆγα σακρώρουμ, Dionyſius βασιλέα τῶν ἱερῶν. quemadmodum & erat ſacrificiũ quod inter paganos à regina regis vxore fiebat in regia Iunoni[i], vt & legitur Maacham matrem regis Aſa, fuiſſe reginam ſacrorum Priapi[k].

g *Liuius in* 2. *Dion. in* 5.
h *in Problem.*
i *authore Macrobio lib.* 1. *Saturnal.* c. 15.
k 3. *Reg.* 15. *verſ* 13.

8 Ante aduentum Chriſti, fuerunt aliquando reges ſimul & ſacerdotes in vero cultu Dei, vt Mathuſalem rex Sale, & ſacerdos altiſſimi[l]. Fuit Samuel ſacerdos & dux populi.

l *Geneſ.* 4.

Idque factum eſt typicè, vt rex & verus ſacerdos Dominus noſter IESVS CHRISTVS ſignificaretur venturus. Et Iſidorus[m] qui refertur à Gratiano in ca. cleros 1. §. Pontifex 21. diſtinct. *Pontifex*, inquit, *eſt princeps ſacerdotum quaſi via ſequentium ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe & pontifex maximus nuncupatur &c. antea autem qui reges erant & pontifices erant. Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt rex eſſet etiã ſacerdos & pontifex, vnde & Romani imperatores, pontifices dicebantur.*

m *li.* 7. *etymo.* c. 12.

Et voluit etiã ſatan qui ſimia eſt veritatis, & qui, quæ diuino cultui conueniunt vt ea confunderet, tyrannico ſpiritu vindicare contendit, ſuos ſeu ethnicos imperatores idololatras, ita ſacerdotis titulo inſigniri, nempe falſarum religionum vt ſcribit Nicolaus Papa[n] I.

n *ad Michaelem imperatorẽ in epiſt.* 7. *incipiente propoſuera mus.*

Spartiatæ duas dignitates ſuis regibus tribuerunt [a]. Duo ſacerdotia Iouis Lacedæmonij & Iouis cæleſtis: & ius belli in quamcumque regionem voluerint inferendi, vt id nulli Spartiarum prohibere fas eſſet, alioquin piaculari crimine teneretur. Et tempore pacis illis tributa, vt quoties aliqua publica euiſceratio fieret, primi reges in cœna diſcumberent, & his primis diſtribui incipiat, vtrique eorum, duplum omnium quàm ceteris conuiuis, & coria immolatorum pecorum, eorum eſſent, & darentur ſingulis calendis menſis ſingula pecora vtrique è publico immolanda Apollini.

*a vt ait Hero. in 6.*

10 Reges Perſarum Magorũ ſacris initiatos fuiſſe, notat Cicero [b] & regi ſacrificanti Magos adfuiſſe, & aſtitiſſe, Philoſtratus [c] tradit. Hi enim erant qui curabant apud Perſas omnia publica & priuata ſacra: neque vllum abſque eorum interuentu rite ſacrificium peragebatur [d]. erátque piaculum, vel aras adire, vel hoſtiam contrectare, antequã magus conceptis precationibus libamenta diffunderet precurſoria [e]. Erant apud Perſas Magi qui ſapientiæ ſtudiis & rerum diuinarum notitia, præluxerunt vt apud alias gentes Druidæ, Gymnoſophiſtæ, Brachmanes [f]. Diogenes Laertius in proœmio operis. Et vt Suidas loquitur, μάγοι παρὰ πέρσαις οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Fuerúntque à conſiliis regum Perſarum præcipui [g]. ſequutáque tanta authoritas Magiæ in oriẽte, vt regibus regum imperaret [h] Plurimúm q. ita magos apud reges valuiſſe & ſacra pagina, & alij interpretes admonent [i].

*b 1. de diuina.*
*c Lib. 1. de vita Apollonij,*
*d Vt teſtatur Herodot in 1.*
*e Ammian. Marcell. li. 23.*
*f Strab. in 5.*
*g Vt ait Diõ. Sophiſta.*
*h Plin. lib. 30. c. 1.*
*i D. Hier. in c. 2. Daniel. Socrates lib. 7. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 8. Agathias in 2. Euſtathius ad libros Dionyſii. de ſitu orbis.*

11 Vnguntur & conſecrantur Chriſtiani quidam principes ſeculares. neq. ſolùm eccleſiaſtici, vt in veteri teſtamento, non ſolùm vngebatur ſacerdos, ſed etiam rex, & propheta, ſicut in libro regum Deus iuſſit prophetę Heliæ vngere in regem Azaelem ſuper Syriam, Iehu filium Nãſi ſuper Iſrael. Eliſeum autem filium Saphat & Eliſæum in prophetam [k]. Vnctus in regem Saul [l]. Dauid [m]. Non tamen eodem modo poſtea reges ac ſacerdotes vncti ſunt in eccleſia Chriſtianorum: ſed adhibita eſt diſtinctio, quæ etiam & cum myſterio differentiam poteſtatis ſecularis & ſpiritualis vnctorum, oſtenderet.

*k 3. reg. c. 19.*
*l 1. reg. c. 9.*
*m 1. regum ca. 10. & 16.*

Differentiáque vnctionis habet differentem ſignificationem poteſtatis conceſſæ. vngitur in capite ſacerdos: vngitur in humero princeps, quia imperium factum eſt ſuper humerum eius & maior poteſtas ſpiritualis temporali, vt explicat Innocentius III. [n]

*n in c. 1. §. vnde & in veteri de ſacra vnctio libro 1. decretalium tit. 15.*

Vnguntur reges Francorum Rhemis ab Archiepiſcopo & patritio Rhemenſi aliqui tamen conſecrati alibi & vncti ſunt, vt D. Ludouicus ſacratus Sueſſoni, alij autem alibi vt Aureliæ.

Rex Angliæ vngebatur à primate Cãtuarienſi rem diuinã faciẽte.

Rex Pãnonię, ab Strigoniẽſi archipręſule coronã aurea redimitur.

Rex Boemiæ, ab archipræſule Moguntino [o].

Orientalis Cæſar olim ab archiepiſcopo, ſeu patriarchia Conſtantinopolitano.

*o Bruchius li. de omnib. Germaniæ Archiepiſcopatibus.*

In coronatione regis Hiſpaniæ, Epiſc. Toletanus officiũ celebrat.

In conſecratione regis Poloniæ, Archiepiſcopus Gueſnenſis.

In coronatione regis Daniæ, Archiepiſcopus Vſpaliæ.

Olim in coronatione regis Amoricarum ſeu Britanniæ vulgo, Archiepiſcopus Turonenſis.

In



In coronatione regis Nauarræ, Epiſcopus Pampelonenſis.

Archiepiſcopus Moguntinus Germanum Auguſtum inungit Aquiſgrani, Agripinenſium verò pontifex ſacra agit: ab his dehinc & Treuiorum Archiepiſcopo Cæſar imperatoriis inſignib. exornat.

Perſarum reges Paſagardas proficiſcebantur, vbi à Perſis ſacerdotibus regio more initiarentur [a].

*a Plutarch. in Artaxerxe.*

Rem diuinam prius fecit Commodus, antequam oraturus ad milites conuocatos, de initio ſui principatus & imperij ageret [b].

*b Herodian. in 1.*

12 Vulgare quod tradit Cicero libris de diuinatione, vrbis Romanæ parentem non ſolùm auſpicato vrbem condidiſſe, ſed etiam optimum fuiſſe augurem. Adhibuerunt & Athenienſes omnibus publicis conſiliis ſuos manteas. Et quod notabilius, cùm ſacris & religione ciuitatem præcipuè contineri exiſtimaret Romulus, metuens, ne, quando illorum vileſceret dignitas, aut iis neglectis populus profanus efficeretur, magnam curam eorum geſſit, legem edidit, *Sacrorum omnium poteſtas ſub regibus eſto, ſacra patres cuſtodiunto.*

Atque vt narrat Dionyſ. Halycarn. [c] Inter cætera quæ regij eſſe muneris voluit, πρῶτον μὲν, inquit, ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν καὶ πάντα δι᾽ ἐκείνου πράττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. id eſt, *Primum ſacra curare, atque ſacrificia, per eúmque geri quicquid ad placandum Deum pertineret.*

*c In 2.*

Quanquam poſtea hanc curã & poteſtatẽ Numa à regibus in pontificem maximum quem inſtituit, tranſtulerit, eíque ius ſummum in ſacris præbuerit.

13 Iuramentum quod imperatores præſtant ſummo pontifici in coronatione, in ſumma inter cętera continet, quod fidem & ſedẽ Apoſtolicam defendent, quod nunquam cum Saraceno, pagano, ſchiſmatico, ſeu cum alio præfatæ eccleſiæ inimico vel rebelli catholicæ fidei ſeu manifeſtè ſuſpecto, vel cùm alio quolibet communionem catholicæ fidei non habente, vnionem quamlibet ſeu parentelam, aut confœderationem inibit [d]. Imperator olim orientis, poſtquam fuiſſet electus, póſtque ſuſceptam fidẽ Chriſtianam ex conſuetudine rogatus iurabat & ſæpe propria manu ſubſcribebat, quòd fidem eccleſiæ catholicę ſequeretur, œcumenicorúmque cõſiliorum; nec cõcitaret tumultum in eccleſia Dei, eáque facta proteſtatione Patriarcha Conſtantinopolitanus, capiti eius præſente populo imponebat coronam, cingebat ei enſem, offerebat ei ſceptrum, & digito aureum annulum imponebat.

*d c. vnico. §. porro, de iureiura in Clemẽtinis & in cle. 1. de iureiuran.*

14 In hac parte religionis, cura principis in eo verſatur, vt cultũ diuinũ conſeruet, & emendet corruptũ exemplo vel Nabuchodonoſoris regis ethnici qui edictũ propoſuit [e], *Ne quis blaſphemiam diceret contra Deum Iſraelem*, exemplo Moſis, qui multis victoriis excelluit contra infideles, eo quòd Dei zelum & cauſam promoueret & defenderet, quemadmodũ in libris regũ Iſrael & Iuda, Dauid, Aſa, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, & alij pluribus beneficiis & victoriis à Deo donati quòd cultũ eius rectũ habuerint, & corruptũ emendauerint, reliquias idololatrarum ſubuerterint. vt cõtrà ſubuerſi & extriti, qui eum reliquerunt, vt Salomon, Achas, & alij. Ex cultu veræ religionis firmauit ſibi & ſuis imperium Conſtantinus qui promeruit nomen magni; & Carolus eodem honore cognominatus magnus. Pro-

*e Daniel 3. c. verſ. 96.*

ſtāt in C. Iuſtinianeo imperatorū Chriſtianorū leges perpulchrę, & vtiles reip. ſub ti. de ſumma trin. & fide Catholica, de ſacroſanctis eccleſiis, de epiſcopis & clericis, de epiſcopali audientia, de hæreticis & Manichæis, & Samarithis, ne ſanctum baptiſma iteretur. Nemini licere ſignum ſaluatoris humi, vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere aut pingere, de Iudæis & Cælicolis, ne Chriſtianum mancipium hæreticus vel Iudeus, vel Paganus habeat, vel poſſideat, vel circuncidat, de Paganis ſacrificiis & templis eorum, de his qui ad eccleſiam confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab eccleſia extrahatur. & alibi ſparſim in codice & nouellis.

a *Dio Caſſ. lib. 52. hiſtoriæ.*

Monebat Mæcenas Octauianum, *Diuinum illud numen*, inquit, *omni modo, omni tempore, ipſe cole iuxta leges patrias, & alij vt colant effice. Eos verò qui in diuinis aliquid innouant, odio habe & coerce: non Deorum*, (vt loquitur, nos Dei) *cauſa: quos ſanè qui contemnit, nec aliud ſanè quicquam magni fecerit, ſed quia noua quadam numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Unde coniurationes, ſeditiones, conſiliabula exiſtunt, res profectò minimè conducibiles principatui.*

b *Rhetor. ad Alexand.*
c *Oratio. de aruſpicum reſponſis.*
d *Iuſtinus lib. 8.*
e *Lactant. lib. 5. inſtitutio. ca. 20.*

Iuuat Deus eos qui magis inſeruiunt, & pro pietate maiori, maiora rependit beneficia. Quod & Ariſtoteles quoque [b] ſentiens aiebat Deos eſſe promptiores in eos qui maximè illos colũt, & ita promouere & cõſeruare eorum principatus ſatis apertũ eſſe poteſt, vt etiã Cicero [c] audacter pronunciauerit, Romanos, non calliditate aut robore, ſed pietate ac religione omnes gentes nationéſue ſuperauiſſe.

Hæc cura principe & digna quia optimum ab optimo defendi par eſt, & quia iure ille à Deo proximus habetur, per quem Dei maieſtas vindicatur [d]. Et cùm nihil ſit in humanis rebus religione præſtantius, eam ſumma vi oportet defendi [e].

f *Vt ait Diuus Paul. ad Rom. ca. 13.*
g *Deut. c. 17.*

15 Hic principes conſiderare debent ſe eſſe in populo miniſtros Dei [f], imò & cuſtodes legi diuinæ adhibitos [g]. vnde & participatione nominis dij dicti.

h *l. Pſal. 35.*

Paſtores non tantum corporum hominum & ſubditorum, ſed etiam per conſequentiam animarum pro quarum ſalute non minùs quàm corporum laborare debent, & auxilium eccleſiæ contra hæreticos & contemptores legis præbere, vt dixi in religionis libris. Sic Dauid [h], *Odi eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo, lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Societatis humanæ & principatus ſeu regiminis eius finis vltimus eſt, Deũ colere, venerari, & mandata eius ſeruare, vt ipſe honoretur, laudetur: & nos tandem eius benignitate, ad vitam æternam quę in eius fruitione nobis proponitur perueniamus.

Cauere & debent proinde principes, vtque omni ſtudio faueant veræ religioni, ne patiantur conniuentia vel alio modo, Dei honorem per hæreſes, blaſphemias, vel aliter conculcari, aut vllo modo lædi. Non enim poſſunt, duobus dominis ſeruire, Deo & dæmonibus. Sunt enim inſtituti à Deo, non à dæmone. quare ſi in partes dęmonum & miniſtrorum eorum transfugiant, produnt ſuum inſtitutorem & Dominum, & diu poſtmodum ſupereſſe nequeunt.

Neque



Neque licet claudicare in duas partes. nam ſi Baal putent Deum, eum ſequi debent; ſi Deus eſt Deus, vt verè eſt, neque alius præter illum, non debẽt deſertores eius fieri vt dicebat Elias populo [a]. in religione non datur medium, vel enim quis Chriſtianus debet eſſe: vel ſi non eſt, eſt contrarius. *Qui non colligit in eum*, inquit Chriſtus, *diſpergit: qui non eſt mecum, contra eſt* [b]. Chriſtus iſque Deus, non admittit in veneratione & cultu ſuæ maieſtatis ſocium, aut æequalem. *Honorem meum*, inquit Deus, *alteri non dabo* [c]. & ſcriptum, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies* [d]. Et, *ſoli Deo omnis honor & gloria in ſecula ſeculorum* [e]. Integrum hominem Deus requirit in ſuo cultu non partem. *Diliges enim*, inquit, *Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis* [f].

a *3. Reg. c. 18.*
b *Luca c. 11. verſ. 23. Deutero. 6.*
c *Eſaia c. 42. verſ. 8.*
d *D. Mathei. c. 4. verſ. 10.*
e *1. ad Timotheum c. 1.*
f *prouerb. 7.*

Quod fieri non ſolet, imò eſt impoſſibile, dum quis diuerſas religiones ſimul pati & fouere deſiderat. certiſſimum enim eſt, inde in neutram credere, qui leges contrarias admittit: & inde etiam facile labitur in Atheiſmum, quo nihil infœlicius reipublicæ contingere poſſet. Nam ſublata ex oculis Dei reuerentia & fide, omnia temere & impiè confunduntur. Et ſocietas hominum efficitur lerna malorum: & ſi qui ſint tam ſceleſti, qui Deum non eſſe arbitrentur, nihil eſt quòd non audeant, iam enim obſcurata mente nullum Deum putantes, neque de vita æterna aut de pœnis inferorum, aut de immortalite animæ credunt: ſed brutali more viuunt, ſæuiunt, & diuina & humana confundunt, omnem poteſtatem ſpernunt & legem.

g *libro de ira Dei c. 8. tic. c. 8*
h *libro 7. poli.*

In quam ſententiam facilè perueniunt, qui nec legem diuinam verámque religionem tanquam exoſam credunt. neque opiniones aut hæreſes quas falſas vident & contrarias, probant. Tunc enim eo perueniunt vt dicant nõ eſt Deus. Tolle hoc vinculum religionis, vt ait Lactantius Firmianus [g], vita hominum ſtultitiâ, ſcelere, immanitate complebitur. Et proinde vt dicebat Ariſtoteles [h], in omni republica πρώτη ἡ περὶ θείων ἐπιμέλεια. primùm eſt curatio rerum diuinarum. Et Cyrus rex optimè arbitrabatur, ſi omnes ſibi familiares, & ſubditi, Dei metuentes eſſent minus eos, aut inter ſe aliquid illicitum patraturos, aut in ipſum [i].

i *Xenophon libro 8. de cyripædia.*

16 Ceterùm quemadmodum laudabile, vt diximus, eſt in principem, pium eſſe & Chriſtianum, & de fide catholica quæ vera eſt, rectè & ſyncere ſentire; ſic quando excedit & deficit in impietatem & ſuperſtitionem, valde ſibi & ſubditis eſt periculoſum, imò valde dãnoſum. ſunt enim extrema illa vitioſa. Neque quod ſuperſtitionis eſt, ad religionem veram pertinet. videntur ſiquidem hęc pugnantia Cornelio Tacito, lib. 5. Annalium. *Gens*, inquit, *ſuperſtitioni obnoxia, religionibus aduerſa.* Superſtitioſi ſunt ſemper pauidi, & inquieti, Deum tanquam tyrannum metuentes: quod & notauit Cicero 1. de finibus. *Superſtitione qui eſt imbutus, quietus*, inquit, *eſſe nunquam poteſt.* Solet Deus à religioſo vereri; à ſuperſtitioſo timeri. vt refert ex Varrone Diuus Auguſtinus libro ſexto de ciuitate Dei.

Superſtitio & aniles perſuaſiunculę, vt ait Lucanus,

*Faciunt animos humiles formidine diuûm,*
*Depreſſóſque premunt ad terram.*

Superſtitio error inſanus eſt, amandos timet, quos colit, violat, Seneca epiſtola 124. Oportet principem quantum oportet & ſicut oportet, nempe tanquam principem religioſum eſſe: & cultui diuino ita inſeruire, ne quę ſacerdotij ſint vſurpet, aut voluerit videri velle vſurpare. Cura miniſterij ſacrorũ cõmiſſa eſt perſonis eccleſiaſticis & miniſterium eorum, vſus verò Chriſtianis aliis omnibus, & defenſio principibus, quæ confundi non debent. nam vtrunque munus totum hominem & integram ſolicitudinem exigit, nec ſacra prophanis miſcẽda temerè: miniſteria diuina eccleſiaſticarum perſonarum mitem hominem, abhorrentem à gladio, à fuſione ſanguinis, à negotiis ſecularibus ſecretum deſiderant: non reſiſtentem contendentibus corpore ſed ratione & lege. princeps ſi hæc velit exequi, iam videtur renunciare armis & nobilitati temporali, vt habetur titulo de milite vaſſallo, qui militaria arma depoſuit in libris feudorum. Et vt ait Nicephorus Gregoras, qui in vna Dei contemplatione mentem defigit, huic tali montes & ſpeluncæ conueniunt. At qui vnà cum virtute ciuiles etiam mores coniunxit, & notitiam ſibi parauit rerum variarum, ille populum ad optima & ſaluberrima ducere idoneus eſt. Nam dum ipſe præter vacationem ſuam, contemplationi ſeruire inſtituit, munus ſibi commiſſum derelinquit, opprimuntur ſubditi, ſeditioſi inſidiarũ occaſionem captant, principem contemnunt, quem armatum negotiis regni iuſtè & ſedulò intentum metuerent & reuererentur. Exemplum celebre apud Herodian. li. 5. in Antonino, qui dum ſuperſtitionibus addictus eſſet præter modũ, iam in contemptũ militũ venerat, & populi. Inde Męſa captauit occaſionẽ dandi ei collegam nepotem ipſius ex altera filia, nempe Alexandrum, & ad gratiã ſic ei locuta eſt, *Oportet iam ipſum ſacerdotio religioníque numinis vacantem bacchari, ac deorum celebrare orgia: ſufficiendum autem ei alterum qui res curaret humanas, quíque illi principatum vacuum ab omni moleſtia curáque præſtaret.*

Ozias, cùm iuuuante Deo corroboratus eſſet in regno Iuda, & viciſſet Philiſtæos, eleuatum eſt cor in interitũ ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſúſque templum Domini voluit vſurpare officium ſacerdotum, & adolere incẽſum Domini, cùm ad illud miniſterium conſecrati fuiſſent ſacerdotes filij Aaron. ſtatim autẽ in vltionẽ, orta eſt lepra in fronte eius: & fuit leproſus vſque in diẽ mortis ſuæ [a]. Scribit Liuius [b] Tullum Hoſtilium ferocem & præſtantẽ bello virum & regem, incidiſſe in morbum, & ei cum corpore fractos fuiſſe ſpiritus feroces, vt qui nihil antea ratus fuiſſet minus regiũ quàm ſacris dare animum, repentè omnibus magnis paruíſque ſuperſtitionibus obnoxium degiſſe, religionibúſque etiam populum impleuiſſe, & ita à cura & ſolicitudine priori regni diligenti deſtitiſſe. Traditum autem ipſum regem voluentem commentarios Numæ, quum ibi quædam ſacrificia Ioui Elicio facta inueniſſet, operatũ his ſacris ſe abdidiſſe: ſed non ritè initum aut curatum id ſacrũ eſſe, nec ſolùm nullam ei oblatam cæleſtium ſpeciem, ſed indignationẽ Iouis ſolicitati

a 2 Paralip. c. 26. 4. Reg c. 15
b in 1.



tati praua religione, fulmine ipſum cum domo conflagraſſe, cui conſentire videtur Plinius [a], Valerius Maximus [b] & alij.

Multis verò veriuſque eſt perſuaſum Hoſtilium humana fraude non regno prouidentem addictum ſuis vanis religionibus periiſſe: Ancíque Martij qui ambiebat imperium & poſt eum illud obtinuit, inſidiis, qui inde aggrediendi eum nactus eſt oportunam ſibi occaſionem, vt cùm procelloſo die rex ſacra faceret, ille ingreſſus ſit regiã, ibíque Hoſtilio cum vxore & liberis interfecto, domum incenderit, vt narrat Dionyſius Halicarnaſſeus [c].

Amiſit religionem Anglia, dum reges eius quidam voluerunt ſibi religionis omnimodam vſurpare poteſtatem, & dici caput Eccleſiæ. & rectè maluit Thomas Morus 7. Iulij 1535. Cancellarius Angliæ ſubire ſupplicium mortis quàm Palinodiam recantare, & ſubſcribere edicto regio eius rei, idipſum & Iohannes Piſcherus Roſenſis Epiſcopus fecit [d].

17 Inſigne adhuc exemplum Alexandræ reginæ Iudæorum, quæ & Salomæ, vxor vidua Ariſtobuli, & poſtea Alexandri Iannis crudelis vxor & vidua, cuius dominationi poſt mortem mariti ſe iunxit quædam Iudæorum factio, quæ Phariſei dicebantur: quæ præter alios pietatem colere putarentur, & peritiùs leges interpretari, ob quam cauſam magis eos ſuſpiciebat Alexandra, diuinæ legi ſuperſtitioſè deſeruiens. Illi autem paulatim fœminæ inſinuati, quoſque pro ſua libidine ſubmouendo, deponendo, itémque vinciendo, ac ſoluendo, iam procuratores habebantur, prorſus vt ipſi quidem regiis commodis fruerentur, expenſas autem ac difficultates Alexandra perferret. vt iiſdem verbis refert Ioſephus libro 1. de bello Iudaico. Relegandi illi erant Phariſæi ad legem diuinam tractandam, & remouendi à reipublicę adminiſtratione expreſſa, vel tacita, quæ magis nocebat, & illa peritis in re publica tractanda, vti debuerat. Sed tanta erat ſuperbia quam illis exprobrat Chriſtus, phariſæorum, vt in omnibus vellent priores eſſe, & omnia ſuo nutu & arbitrio mouere. Sic enim dementarunt per ſuperſtitionem illam reginam, & alios plures principes, vt nihil ſine ipſorum conſilio auderent, quod exemplo eſſe debet regibus, ſimiles huiuſmodi hypocritis in conſilium & vlteriorem familiaritatem non admittendi. Piè autem & Chriſtianè ipſi in lege Dei viuere debent, ſine ſuperſtitione tamen hypocritarum debent omnes ceremonias eccleſiæ catholicæ eiúſque mandata ad vnguem ſeruare, & vt ſeruentur à ſubditis omni diligentia curare, eáque de cauſa paſtores eccleſiaſticos, epiſcopos, archiepiſcopos interpellare vt ſua curent officia ab eccleſia & ſummo pontifice impoſita, debent ſecum optimum non ambitioſum aut curialem ſacerdotem confeſſorem, & eleemoſynarios habere, in officio illorum illis obtemperare vt Chriſtianum hominem decet: ſed ad alia eos peruenire quæ muneris ſui non ſunt, pati non debent, niſi in negotiis, ad quæ adhibẽtur ſint exercitati: quales ſunt plures epiſcopi: & clerici in conſilium principum meritò propter probitatem & peritiam admiſſi. Interim ipſi principes non debent obliuiſci quæ ſui muneris ſunt, magnanimitatẽ, executionem iuſti-

a lib. 2. natur. hiſtor. c. 53. & lib. 28. c. 2.
b lib. 9. c. 12.
c libro 3.
d vt ſcr. bit P. M. Gaſpar Agrip. de morte Mori.

tiæ,aut gladij in facinoroſos & rebelles, proditores, & contemptores miniſterium,adhibitis in conſilium proceribus & viris præſtantioribus peritis in tranſigendis negotiis regni, & ſi quæ ſunt quæ ad religionem pertineant,illa debent remittere tractanda & examinanda,vel ſummo pontifici, vel epiſcopis & eccleſiaſticis perſonis. ſatis enim oneris ipſi habent in exequendo munere ſecularis principatus, vt de ſpiritualibus,ad quę vocati non ſunt,ſe immiſcere aut impedire non debeant.

18 Et hoc vnum extremum religionis eſt in exceſſu quod vitare debet adminiſtrator reipublicæ ſecularis & in quo peccat, nempe ſuperſtitio,& temeritas in vſurpandis, quæ relinquere debet perſonis eccleſiaſticis. Aliud autem extremum eſt circa impietatem & hæreſin in defectu fidei. Dum ea quæ principi Chriſtiano credenda firmiter ſunt ad ſalutem neceſſaria, princeps vel non credit, vel credi à ſubditis, vt oportet & eccleſia iubet,non ſatagit.

Impietas & hæreſis, pro modulo quo regnum ingrediuntur, etiam fundamenta eius deiicere & corrodere incipiunt, potiſſimùm in regnis quæ Chriſtiana & vera religione ſunt firmati. Ioram, Ochozias, Athalia, fuerunt falſorum Deorum cultores, reges Iſraelitarum, verum Dei cultum publicè non inſectabantur, ſinentes quemque ſuo modo viuere. Ioas poſt mortem Ioiadæ pontificis, delinitus obſequiis principum Iuda, acquieuit eorum petitionibus, permiſitque vt derelinquerent templum Domini Dei patris ſui, & ſeruirent lucis & ſculptilibus [a]. Sic mali origo creuit & multo magis ſub Achaz, qui primus regum Iuda religionẽ eiurauit. In Synagogam & templum hæreſes, cultúmque peregrinorum deorum intulit, & clauſit templum Domini [b]. atque ita ad iracundiam prouocauit Dominum & infecit populum: ſuſpendit iram & vltionem Ezechias & Ioſias,filius eius,qui cultum Domini reſtituerunt. Poſt quorum mortem, non continuit ſe Dominus quin funditus populum euerteret & in captiuitatem Babylonicam adduci permitteret,punitis ducibus cum populo [c].

a 2. *Parali.ca.* 24.
b 2. *Parali.c.* 28. & 4. *Reg.* 16.
c *vt docẽtur omnia à c.*30. 2.*paralip.vſq. ad finem & 4. regum à c.*24. *vſque ad finẽ libri.*

19 Gradibus per impietatem ſuam ad necẽ properauit Iulianus apoſtata à fide qui in principio iam eiurauerat clam fidem, vt magicis vacaret, & aliquandiu bonum ſe Chriſtianum ſimulauit. dehinc cùm diſcordiæ de religione ortæ fuiſſent, Antiſtites cum plebe diſciſſa in palatium intromiſſos monebat, vt ciuilibus diſcordiis conſopitis,quiſque nullo vetante religioni ſuæ ſeruiret intrepidus [d]. deinde autem palam fidem negauit. & omnibus hoſtibus eccleſiæ fauit, vt hæreticis,Iudæis,paganis,vt referunt diuus Hiero. [e] Auguſtinus [f], ſed breui tempore ſublatus enim eſt diuino iudicio,poſtquam annũ vnum & ſex menſes imperaſſet,vt ait Põponius Lætus, cui tamẽ ſuccedens in imperio Iouinianus omnino aduerſarius fuit,& noluit inſignia imperij ſuſcipere, quin prius milites vno ore Chriſtianos ſe profiterentur negans ſe Chriſtianum imperare non poſſe [g]. Sed nõ ideo Dei ira quieuit, quia & turpem pacem cum Perſis agitare coactus eſt ob res ab apoſtata Iuliano infeliciter & Deo ſiniſtro,geſtas.

d *Ammian.li.* 21. & 22.
e *Ad Nepot.*
f 2. *lib. contra Petilianum c.* 92.
g *Nicephor. Callix.li.*10.*c.* 38. *Rufinus li.* 2.*c.*1.

20 Magnum



20 Magnum eſt inter ſubditos, & valde vtile aut damnoſum, principis exemplum,non aliter quàm inter greges & armenta,paſtoris & ductoris prudentia & inſipientia, aut conſeruare, aut perdere greges poteſt. Vtque ſequitur armentum paſtorem illi confidens,ſic vitam & iuſſa principis populus: quare videmus hodie plurimos ad religionem principis ſui, mutare aut conſeruare ſuam ſubditos. Et quamuis ſubditi non ideo à damnatione diuini iudicij immunes ſint, quòd veram Chriſti religionem & catholicam ex arbitrio principis ſui corrumpant vel mutẽt, tamen principes grauioribus tormentis obnoxij erunt ante tribunal Chriſti,reddentis rationem principatus, cùm exquirentur oues quæ perierunt eorum malo exemplo,de manu eorum: poſſunt quidem in hoc ſeculo aliquando differre pœnas, ſed proculdubio nõ effugient Dei cẽſurã & iudiciũ, bis puniendi,& duplici maioríque pœna pro ſuis admiſſis,& pro ſubditorum lapſu & erroribus quos inſeminarunt,vel cùm poſſent,non emendarunt.

21 Princeps qui ſegniter de religione eſt ſolicitus, vel omnino Atheus,vel ſuę ſalutis immemor eſt,maximéque in ſuſpicionem venit quòd ſine religione eſt,qui conſtanter vnam religionem non defendit aut ſequitur,ſequendámque inconcuſſè non ſtatuit. Qui putat poſſe contineri populum cum libertate permiſſa ſequendi quam voluerint religionẽ ſiue hæreſim. hoc enim potiſſimum accidit his qui ſemel à vera fide & religioni catholica lapſi ſunt, & ſe ſectis hæreticorum dicarũt, in quibus cùm modicè perſtiterint & falſum dogma cognouerint, erubeſcunt in viam redire; & aliquando quia odio habuerunt fidẽ catholicam,& falſam norunt ſectam qua infecti fuerũt, neutram amplectũtur,& ſunt ſine fide & ſine Deo, vt cõtigit Iuliano apoſtatæ. & ita vt ille, liberã electionẽ cuique impiiſſimè religionis concedunt, quod non facerent ſi crederent deum certa lege colendũ non arbitraria corrupta voluntate. Sic & Rhotaris Langobardorum rex,in ſectam Arrianorum prolapſus,in ſingulis ſuis ciuitatibus, Arrianum & catholicum epiſcopos haberi præcepit, quod ei malè & populo quoque ſucceſſit,vt Narrant Platina & Paulus Diaconus [a].

a *lib.*4.*c.*15.

Hanc libertatem viuendi cum diuerſitate religionũ Elias exprobrauit regi Achab & populo eius [b], *Quouſq; claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus,ſequimini eum: ſi autem Baal,ſequimini illum &c.*

b *Regum* 3. *c.* 18. *verſ.*21.

Chriſtus per diuum Iohannem [c], iubet præpoſito ſeu Angelo Pergami ſcribi, *Habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael edere & fornicari* [d]. *ita & habes tu, tenentem doctrinam Nicolaitarum.* Dehinc [e], Præpoſito Laodiceæ, *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus eſſes aut calidus: Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.*

c *Apocalyp.c.* 2. *verſ* 14.
d *vt Numer.* 24. & 25.
e & *c.*3. *verſ.* 15. *Apocalypſeos.*

22 Potuit hæc forſan numinis confuſio inter ethnicos probari, inter quos nec certus Deus, quanquam nec liceret in republica alioquin bonis legibus temperata, vt alibi docuimus, in peregrinis religionibus vagari, vt ait Liuius [f], & alij & ab initio quidem

f *lib.*5. *decadis* 3. & *l.*10. *decadis* 4.

potuit ethnicus princeps, ad vitandas ſeditiones ita pati: vt Vtopius quidam, qui de ſuo nomine Vtopiam ſubegit inſulam, cùm incolas illius propter religionis quæſtiones penè ad interitum vſque pugnaſſe cognouiſſet, ſanxit vt cuique liceret ſequi quam vellet religionem, & alios ſi poſſet adducere, benigne ad ſuam traducere, non vi nec ſeditione: alioquin pœna exilij imminente [a], Verùm non ita dicendum de vera religione vnius & veri Dei, qui alterius non patitur conſortium & qui mandauit. *Non habebis deos alienos coram me.* Et qui gloriam nominis ſui alteri non dat exemplo monarchæ, qui vnus in regno, cum quo plures non poſſunt imperare niſi ex eius poteſtate & arbitrio. nec duo ſoles poſſunt eſſe in mundo.

*a vt refert Tomas Morus li. 2. Vtopiæ. Exod. c. 20.*

Vltor ſuæ iniuriæ Deus, & vbi impij imperatores & reges ſe tutos eſſe putant ex varia hominum diſciplina, & dum illos ſibi conciliare applaudendo deſiderant, ibi aduerſariam Dei manum experiuntur interdum in hoc ſeculo, interdum in hoc & in alio: interdum in alio, proſperis quibuſdam in hoc ſiquid forſan boni geſſerint remunerati: ſcribit Aimonius [b], Mauritium imperatorem, à beato Gregorio ſæpe admonitum, vt leges ſuas contra diuinæ legis præcepta, prolatas, corrigeret, & cùm non feciſſet, fuiſſe à Deo præmonitũ, cum optione vtrum in hoc, an in alio vellet ſeculo pœnas luere; & dum elegiſſet in hoc potius, iudicium in ſomniis accepiſſe, quod à Phoca cum ſuis liberis imperio quo abuſus eſſet, & vita priuandus eſſet quod & accidit.

*b lib. 4. de geſtis Francorũ c. 2.*

23 Cauere hîc quoque debent qui zelo mouentur religionis propagandæ aut conſeruandæ, ne decipiantur ab hypochriſi eorum qui ambiunt principatus: ſiquidem plures fuerunt qui hoc prętextu vt dixi lib. de religione, liberos populos in ſeruitutem redegerunt, & eo colore incautos ſuo iugo ſubiecerunt, cùm eſſet illa ſola latens intentio, dominari, non Dei religionem verè timere, & hoc modo decepti Thebani & Theſſali à Philippo Macedonum rege, qui eum ducem elegerant vt ſacrilegium contra Phocenſes vindicaret. victis enim Phocenſibus, Philippus qui dictus erat vltor religionũ, tandem aperuit re ipſa quod meditatus erat: atque vrbes ipſas quarum antea dux fuerat, hoſtiliter occupauit, diruit, diripuit, coniuges & filios omnium ſub corona vendidit, nõ deorũ immortalium templis, inquit Iuſtinus [c], non diis penatibus, publicis, priuatíſque, ad quos antea hoſpitaliter ingreſſus erat, parcens prorſus, vt non tam ſacrilegij vltor extitiſſe, quàm ſacrilegiorum licentiam conquiſiſſe videretur.

*c lib. 8.*

*De honore & maieſtate principum & regum.*

## CAPVT III.

NVllus eſt qui ambigat, ſublimioribus poteſtatibus honorem deberi eximium, *Deum timete, regẽ,* inquit D. Petrus, *honorificate* [d].

In regibus, maieſtas dicitur excellentia dignitatis & honoris, primùm Deo attributa abſolutè & ſolummodo; dehinc & principibus, qui, vti ſcribit Plutarchus [d], in terra, ſunt Dei ſimulachra:

*d 1. Petri c. 2. verſ. 17. Paul. ad Roma c. 13 ca. Omnis anima, de cenſib.*



cuius maieſtatis impreſſio etiam inter fortunæ varietates, principum inſidet perſonis, veluti ſignaculum & carachter poteſtatis, quæ nulla eſt, niſi à Deo permittatur vel detur, ex quo vel peſſimi quandoque, imò vt plerunque, timent mittere manum in principes, vel poteſtatem publicam habentes. Sicuti legimus lictorem vel ſatellitem iuuenem armatum delegatum ad occidendum Marium conſulem proſcriptum apud Minturnẽſes in carcere decrepitum & inermem, nuſquam auſum ferire, veluti quadam occulta maieſtate Marij percuſſum & prohibitum, teſte Valer. Maximo [a].

Narrat & Tranquillus [b], cùm victoria Vitellij nunciaretur Veſpaſiano, ſubitò in Veſpaſiani vultu apparuiſſe maieſtatẽ antea inuiſam.

Atque Sillius Italicus, loquens de Scipione Africano, narrat inter arma ſolam maieſtatem ei inſediſſe præcipuam, quam veneratior habebatur, & magis timebatur.

*a lib. 2. c. 10. in Mario. Apiã. in 1. de bellis ciuil. & Plutarchus in eius vita.*

*b Sueto. Tranquil. in vita Veſpaſia. c. 7.*

2 Quid autem ſit illa maieſtas, nõ poteſt facilè exprimi proprietate rei clarè ſenſibus inſinuando. eſt enim quippiam latens, quod reddit pręter naturam propriam mirabile quippiam vnde veneratio ſingularis & honor naſcitur, nec quale illud ſit poſſunt ipſi admirantes notare apertè. Et Ouidius [c], ex honoris & reuerentiæ coniugio, natam maieſtatem voluit, dum ait, deos quondam exemiſſe à terris maieſtatem filios honoris & reuerentiæ, ideóque homines maieſtate priuatos auxilium gigantum inuocaſſe, vt illam de cælo detraherent. Certè Dei hæc virtus eſt, & radius à vera Dei maieſtate inditus vt opinor, ſeu angelus poteſtatis miniſter, vel aliud quippiam efficax ſed incognitum.

*c Faſtorum 5.*

3 Illa maieſtas apparuit in Moſe, quam ipſe acceperat ex colloquio Domini, & videbatur eius facies cornuta, ita vt duræ ceruicis populus, non poſſet in eum intueri ob gloriam & maieſtatem eius niſi ipſe velaret faciem [d], cum etiã Deus diſtribuit de ſpiritu Moyſis in ſeptuaginta ſenes, quos ei dedit in adiutorium gubernationis populi, maieſtas apparuit & inter populum iſti tali maieſtate agniti prophetæ & obſeruati fuerunt [e].

*d Exodi c. 34. ver. 29. & ſeq.*

*e Num. c. 11.*

Si poſtquam vnctus fuit Saul in regem à Samuele immutauit illi cor aliud, & qui eum inuenerunt redeuntem ad patrem, agnouerunt eam maieſtatem & muneribus donarunt, imò & cuneus prophetarũ ad eum venit & in ipſum inſiluit ſpiritus Domini [f]. rurſum, c. xi. cùm Amonitę obſiderent Iabes, maieſtas illa effecit, quæ ex ſpiritu Domini facta eſt, vt nullus auſus fuerit ex populo contradicere, ne in bellum veniret. Sic [g], illud ſingulari nota adiectum eſt, poſt vnctionem Dauid in regem, quod directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps, ſpiritúſque Domini receſſit à Saule & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino.

*f Reg. 1. c. 10.*

*g 1. Reg. c. 16.*

Quando etiam Salomon vnctus fuit rex [h], ſtatim Adoniæ factio à maieſtate regia ſola territa, dilapſa eſt, quę iam iam Adoniam regnare volebat viuo Dauide patre. Deus enim, quia poteſtatem dat, quia non eſt poteſtas niſi à Domino [i], ſua authoritate eandem conſeruat, & reuereri vult, & ita fit vt vult. quemadmodũ hominibus poteſtatem dando in animalia, dixit [k], *Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta anima-*

*h 3. Reg. c. 1.*

*i ad Rom. c. 13.*

*k Geneſ. 9.*

*lia terræ, & ſuper omnes volucres cœli &c.* tantam indidit Deus Moſi maieſtatem [a], vt rex Pharao Ægypti nunquam auſus ſit in eum manum mittere, facientem prodigia virtute Dei, etiam vſque ad primogenitorum necem. verbum Dei inuiolabiles facit ſuos legatos, ſua maieſtate non minus quàm gentes ſuis caduceis. & dixit, *Nolite tangere Chriſtos meos & in prophetis meis nolite malignari* [b]. Et poſtquam ſpiritus Domini induit Gedeon, antè priuatum & addictum etiam à patre morti propter deſtructam aram Baal, omnes reueriti ſunt eum, & iuſſu eius abſque contradictione, arma ſumpſerunt & ſequuti ſunt eum [c].

4 Dignitas per ſe venerabilis, vnde maieſtas, ſeu maior ſtatus.

Auxerunt hanc dignitatem vel terrorem erga ſubditos, leges, & poteſtatis imperantium crudelis authoritas, & ceremoniæ quæ ad honorem principum vt eſſent auguſtiores additæ ſunt.

Quemadmodum apud Perſas, vt venerabiliores reges eſſent, à vulgi conſpectu ſe remouebant, & perrarò copiam ſui populo faciebant [d]. hoc à Deioce primo rege tractum videtur notare Herodotus [e], ne familiaritate & frequentia vileſceret regia maieſtas. neque adire regem, vel alioqui ſine eius iuſſu, & niſi per internuncium licebat [f], ídque & ſeruatum poſteribus imperatoribus, tradit Ammianus Marcelli [g].

*Omnes ſerui regis, & cunctæ quæ ſub ditione eius ſunt prouinciæ norunt*, inquit Eſter, ad Mardochæum [h], *quod ſiue vir ſiue mulier, non vocatus, ſi interius atrium regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi forſan ad eum rex auream virgam ad eum intenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit viuere.*

Erant etiam viæ non faciles ad adeundos reges, nam vltra hoſtiarium palatij qui illis πυλουρὲς [i], erant Chiliarchi admiſſarij ad regem externarum gentium homines [k]. Cubicularij, quos Plutarchus vocat κατευνάστας [l]. Diodorus Siculus verò vocat [m], item Satellites, ſtipatores. hi & ὁμότιμοι ab honoris æqualitate, appellati, vt apud Xenophontem [n] Cyriped. qui Regiæ foribus adſtabant, conſiſtebántque ex Cyri præcepto, purpurati torquatíque.

5 Tanta erat & regia illa veneratio rurſum, vt regiæ ſellæ honorem deferrent: & ei inſidere quam vocabāt βασιλικὸν θρόνον [o], capitale eſſet [p].

6 Dominatio hæc Perſica barbara prorſus habita; ideo eguit & grauioribus cuſtodibus, & legibus aſperioribus quibus conſeruaretur. Tamen ſi inſpiciamus rationem, cur tanta eſſet veneratio horum regum, forſan non videbitur omnino barbara, quin & iuſta ex cauſa ſeruata. dicebant enim Perſæ, conuenire adorationem, vel tantùm honorem regi, quod ipſe eſſet imago Dei in terris: vt Artabanus reſpondit Themiſtocli detrectanti more Perſico regis adorationem, cùm eſſet Græcus [q]. Auxit & dignitatem regiam Salomon ſapientia ſua ordine diſpoſito in priuatis & publicis ſingulis iudiciis, & ædificiis [r]. Mos eſt in Sicilia, Africæ potiſſimùm in Aenearia inſula quam Iſclam vocant incolæ, tranſeuntem regem quamuis hoſtem applauſu tibiis, tubis, & huiuſmodi gratulatione venerari: quod & fecerunt Alphonſo Hiſpaniarum regi, quamuis hoſti [ſ]. Declarauit reipſa ſæpe

a *in Exodo c.* 4. 5. 6. *& ſeq.*
b *Pſal.* 104.
c *Iudicum c.* 6. *verſ.* 34. *& ſequent.*
d *Xenoph. in Ageſilai laudatione. Ariſtoteles lib. de mundo.*
e *in* 1.
f *Herod. in* 1. *&* 3. *de Siloſonte.*
g *lib.* 14.
h *Eſter ca.* 4. *verſ.* 11.
i *apud Herod. in* 3.
k *Plutarc. in Themiſt. Aelian. li.* 1. *hiſtor. c.* 21.
l *in libro περὶ ἡγεμο. ἀπαιδ. & in apophtheg.*
m *li.* 15. *κατακοιμιστάς.*
n *lib.* 1. *&* 2.
o *vt Diodor. Sic. lib.* 17.
p *Q. Curtius li.* 8. *Frontinus li.* 4. *Stratage. ca.* 6. *Valer. Max. lib.* 5. *c.* 1.
q *vt meminit Dion. li.* 57. *& Xiphilinus in Adriano, Plutarch. in Themiſtocle.*
r 3. *Regum c.* 9. *&* 10.
ſ *Antonius Panor. de dictis & factis Alphonſi, lib.* 2. *c.* 6.





ſenatus ſapientiſſimus Romanus, quantum deberetur huic nomini & poteſtati regis, etiam in perſonis eorum quos in cuſtodia & captiuos Romani habuerunt bello ſuperatos alioquin inimicos. Atque ideo Syphacem quondam opulentiſſimum Numidiæ regem, captiuū in cuſtodia Tiburi mortuum, publico funere cenſuit ſepeliendum, vt vitæ dono honorem ſepulturæ adiiceret [a]. Conſimilíque clemētia inquit [b], in Perſe vſus eſt. Nam cùm Albæ in qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat, deceſſiſſet, quæſtorem miſit, qui eum publico funere efferret: ne reliquias regias iacere inhonoratas pateretur. Hoſtibus illis & miſeris, & fato functis, officia regibus erogata. At & erga viuos illud celebre narratur. [c] à Liuio lib. 45. & Plutarcho, L. Paullum cùm Perſem parui temporis momento captiuum ex rege, ad ſe adduci audiſſet occurriſſe ei Romani imperij decoratū ornamētis, conatúmque ad genua procumbere dextra manu alleuaſſe, & Græco ſermone ad ſpem exhortatum eſſe: introductum etiam in tabernaculū, lateri ſuo proximum in conſilio ſedere iuſſiſſe, nec honore mēſæ indignum iudicaſſe. Cicero quoque oratione 32. pro Deiotaro rege, in fine, *Semper*, inquit, *regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorum verò regum & amicorum, ſanctiſſimum.*

7 Lacedæmones, nemini ſurgendi honorem habebāt, præterquàm regi & Ephoro. Cùm verò rex è vita diſceſſerat, nihil per totum triduum vēdebatur, atque forum paleis cōſpergebatur [d]. Perſæ qui circa portas regis verſabantur, ſingulis diebus cœnaturi menſam genio regis parabant [e]. & cùm ſacrificabant non pro ſe ſolis priuatímq; vota nuncupant, ſed communiter vniuerſis Perſis bene precabantur, & in primis quidem regi [f]. Narrant [g], cōſueuiſſe & Perſas in honore habere filios regum: & etiam ſi qui ab eis defecerint, tamen illorum filiis reſtituere principatum. Et eccleſia Catholica ex inſtitutione apoſtolorum, orat pro principibus tanquam à Deo miſſis; & populus Iſrael etiam admonitus eſt à propheta, orare pro Nabuchodonoſore & filiis eius.

8 Poſt Calendas Ianuarias, Romæ die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiebātur [h], nūcupabantur verò à conſulibus & reliquis magiſtratibus & ſacerdotibus, vt ſcribit Plutarchus [i], meminit & Plinius in panegyrico Traiani ita ſe feciſſe. Fiebāt & ludi pro æternitate imperij, quos Nero voluit vocari maximos [k]. Iaciebant & quot annis ſtipem pro ſalute principis in lacum Curtij Romani [l]. Exegit & votum Caligula ab eo, qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat [m]. Erant & vota anniuerſaria in die qua adeptus eſſet imperator imperium, vel in qua natus eſſet [n].

Apud Cornelium Tacitum crimini datum fuiſſe notatur [o], maieſtatis, Traſcę, & inde accuſatum quòd in principio anni ſolemne iuſiurandum vitaret, nuncupationibúſque votorum non adeſſet, quamuis quindecimuirali ſacerdotio præditus.

9 Æthiopibus morem fuiſſe, inquit Diodor. Sicul. vt ſi quando rex aliqua corporis parte ex quauis cauſa debilitaretur, domeſtici omnes ſponte ſua eandem partem debilitarent: turpe enim exiſtimabant rege claudo, non omnes amicos claudos eſſe, cùm verę ſit

a *vt ſcribit Liuius lib.* 30. *& Valer. Max. lib.* 5. *c.* 1.
b *eodem, Val. Max.*
c *à Valerio prædicto loco.*
d *Heraclides in Lacedæmoniorum repub.*
e *Athen. li.* 6. *c.* 6.
f *vt ſcribit Herod. in* 1.
g *idem libro* 3.
h *Caius in l. ſi caluitur,* 233. §. 1. *de verbor. ſignif. l. vnica de obla. voto C.*
*Dio. li.* 44. *hiſtoriæ.*
i *in Cicerone.*
k *Suetonius in Nerone c.* 11.
l *Sueto. in Auguſto c.* 57.
m *Sueton. in Calig. c.* 27.
n *l.* 7. *C. de ferijs. Plinius li.* 10 *epiſt* 9. 44. 45. 60 61 *Tertull. in Apologetico.*
o *lib.* 16.

amicitiæ ex rebus aduerſis amicorum dolere, lætari ſecundis.

10 Apud Iaponios Indos, vt ſcribit Ioannes Metellus, duo ſunt præfecti ſumma cum poteſtate: quorum alter honoribus: alter iudiciorum & cauſarum cognationi præeſt. Honoris præfectus quem *Voonem* nominant, ſtirpis ſucceſſione delectus, in deorum numero colitur. Hunc terram pede contingere, religio eſt: ſi tetigerit magiſtratu depellitur. Domeſticis finibus nunquam egreditur, nec temere in conſpectum ſe dat. Domi vel lectica vehitur, vel ligneis ſocis vbique præaltis ambulat. In ſella dum ſedet, ex altera parte pugionem, ex altera arcum & ſagittas habet. Exteriore tunica rubra, ſerico tenui vti velo, obducta: interiore autem nigra vtitur, pileum gerit in capite pendentibus vittis ad inſtar pontificalis tiaræ. Frons rubro candidóque colore depicta eſt, cibum ex fictilibus capit.

11 Certè non dubitarem aſſerere, Deum optimum maximum, nunquam dare principatum, vel ſuæ poteſtatis vicariatũ, quin eadem poteſtate non concedat vim robur & omnia quæ pro dignitate exercenda & conſeruanda requiruntur, & tutelares & directores Angelos, ordinis digniores principatuum & dominationum, concedit enim Deus, vel permittit poteſtatem.

Vt aliquando imò ſæpe, qui premuntur tyranni, vel regis poteſtate, ad euitandum maius malum maluerint illi fauere quàm eum tollere. Cuius rei exemplum & ratio extat apud Herodotum [a]. Scythæ enim, cùm Darius illorum regionem inuaſiſſet, & omni commeatu deſtitueretur, capientes eum ad internecionem cædere: cum Ionum principibus qui in Iſtro pontem cuſtodiebant, colloquuti, perſuadere illis conabantur, vt pontem ſoluerent, ne Dario fuga pateret: quod hac ratione & ipſi ſeruitutis iugum quo à Dario premebantur, excutere poſſent. De hac re conſultantibus Ionibus, Miltiadis quidem Athenienſium ducis, & Cherſoneſium qui erant in Helleſponto tyranni, ſententia erat, Scythis obtemperandum eſſe, & Ioniam ſeruitute liberandam. At Hiſtiæi Mileſij, diuerſa, quòd dicerent, nunc quidem eos ſuæ quémque vrbis tyrannos eſſe, ob Darium: potentia vero Darij ſublata, neque ſe Mileſiis, neque alium quemquam vſque præeſſe poſſe. fore enim, vt ſingulæ ciuitates, popularem ſtatum quàm tyrannicum mallent. In quam ſententiam & deinde omnes transferunt.

a *In 4.*

Regibus Spartiatum honoris gratia tribuebantur duo ſacerdotia, Iouis Lacedæmonij & Iouis cæleſtis [b].

Legem habent Perſæ quæ vna ex omnibus obſeruantiſſimè ab illis colebatur [c]. Cum rex in Perſiam equitaret, omnes ei Perſæ ſinguli pro ſuis facultatibus munera offerrent, vt qui agriculturæ dediti eſſent, & terræ colendæ operam nauarent, & qui ſua manu laborarent opifices, neque nimis attrita & praua, neque nimis pretioſa & magnifica donarent, ſed aut boues, aut oues: nonnulli etiam frumentum ſiue vinum. Exeunti autem ipſi & prætere quitanti, hæc à ſingulis apponerentur & munerum nomine vocabantur, qua appellatione etiam ipſe recipiebat. Qui verò eſſent his pauperiores, lac, palmas, & caſeum maturáque bellaria, & alias primitias de ſuis fructibus.

b *Herod. in 6.*
c *Vt ſcribit Ælian. libro 1 varia hiſtoria.*

Duo



Duo in ſumma arbitramur, quibus conſeruari poſſit reipublicæ vel principatus ſtatus inter ſubditos, vel cum ſubditis: amor & maieſtas. Sicuti enim res naturales conſeruantur iiſdem mediis quibus fuerunt generatæ; ſic reſpublica iiſdem quibus primùm cæpit conſeruari poteſt. Siquidem homines primùm putantur ſibi conſtituiſſe regem, & ſe ſubieciſſe principatui & gubernationi alterius, vel motos affectione & beneuolentia qua illos proſequebantur: aut impulſos bona opinione præſtantiæ, dignitatiſve illorum quos ſibi maximè vtiles eſſe & conuenire arbitrabantur, ob illorum virtutem, amore ita retineri facilè ſubditi poſſunt, & multo magis reuerentia & maieſtatis opinione, quæ fortior etiam eſt ipſo amore. Quia populus potius adducitur ad eligendum vel probandum principem, ádque ei committendam rempublicam ſui cauſa & boni communis ratione, quàm vt ipſi principi placere poſſit. & proinde reſpublica Romanorum, aliorúmque populorum, in tempore imminentis periculi, gubernacula & principatum conceſſit tantùm ſelectis ex virtute & peritia viris idoneis, à quibus multa ſperarent. Atque ideo ſæpe vrgentibus negotiis, eos quos antea reiecerant, ſedulò ad ſe reuocarunt vt eorum opera indigni, ita Camillus ex exule exoſo creatus dictator, & Mar. Liuius, imperator, contra Aſdrubalem. Opinio bene concepta vocauit ad principatum contra Macedones L. Paulum: Marium contra Cimbros: Pompeium contra Mithridatem, hæc eadem detulit imperium Romanum Veſpaſiano, Traiano, Theodoſio, regnum Macedonum Deioci: Galliarum, Pipino, Hugoni Capeto. aliáque aliis pluribus, electis per principatus fundamentum autem iſtius bonæ æſtimationis principum, naſcitur ex religione, iuſtitia, pietate, arte politica, militari virtute, vnde naſcitur reuerentia & maieſtas.

*De ſuperbia, nimia deiectione, & dignitate principali.*

## CAPVT IIII.

PRINCEPS omnibus rebus ſe accommodare debet, quoad dignitas & fides patitur. aliorum enim cauſa maximè præpoſitus eſt, neque ſibi ſed aliis inuigilat præcipuè: & in hoc eius dignitas, agere quæ ei commiſſa ſunt, quemadmodum oportet, & quando oportet. nec ſolitarius eſſe debet cùm curam populi gerat, & ſic veluti perſona publicè, omnibus ſubditis debitor ſui muneris. hæc dignitas in regibus qui non habent ſuperiorem, maieſtas; in aliis verò aliis nominibus appellatur, vel celſitudinis vel ſerenitatis & ſimilibus.

Ea conſeruanda, eiúſque exiſtimatio, quæ eſt dignitatis illeſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro authoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur, vt ait Calliſtratus

in l.cognitionum,5.§.1.de extraordina.cognitio.lib.50.P.ti.13.&idem Calliſtratus Iuriſconſultus alibi in l.obſeruandum 19. de offic. præſi. in P.*Obſeruandum eſt ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat,ſed contemni non patiatur.vnde mandatis adijcitur,ne præſedes prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Nam ex conuerſatione æquali, contemptio dignitatis naſcitur.* Sic prætor tueri debet dignitatem quam ſuſtinet [a].

Iubet Clemens 3.ſum.pontifex, verba dicta in depreſſionem officij vel beneficij ſummi pontificatus, puniri; vt pœna vnius aliis terrorem incutiat [b], quia nemo principi maledicere debet [c]. Quod ſi venia detur, hoc magis ad clementiam & priuilegium quàm ad ius cōmune pertinet [d]. Intereſt quippe reipublicæ, vt ordinum dignitas ſeruetur & familiarum [e]. Quando cuique verò conceſſa iuriſdictio non ſeruatur,ordo confunditur [f].

Conſeruanda in principum dignitate, imago & authoritas Dei, qui ordinationem hanc fecit:& qui poteſtati reſiſtit ordinationi Dei reſiſtit [g].

Dixit alibi Deus nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari [h].

Hoc non eſt ſuperbire,maieſtatem Dei & poteſtatem authoritatémque publicam conceſſam,conſeruare inuiolatam,imò eſt hoc ſapere.Alioquin rectè exprobratur quod homini obiicitur,qui lapſus à ſua præſtantia per peccatum eſt. *Homo cùm in honore eſſet non intellexit, & comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis* [i].

Athenienſes Timagoram,inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali iudicio affecerunt, vnius ciuis humilibus blanditiis,totius vrbis ſuæ decus Perſicę dominationi ſubmiſſum, grauiter ferentes, vt ait Valerius Max. lib.6.c.3. poſt Plutarch.in Artaxerxe.

Obſequio mitigantur imperia, dicebat Alexander Magnus,in oratione contra coniuratorem Hermolaum [k].vbi verò reuerentia exceſſit animis,& ſumma imis confundimus, vi opus eſt vt vim repellamus.

Quædam vi tractanda etiam vt cæteris quies ſit [l].

Authoritas principis nata ex admiratione & metu; nempe opinio reuerens concepta in mente ſubditorum vel extraneorum de principe eiúſque ſtatu maieſtas,ita imperij,ſalutis eſt tutela [m]. Vulgus & populus facile inſoleſcit niſi aliquo legitimo metu cohibeatur; & aſſidua leuitas,contemptum inducit:quo nulla maior peſtis in principatu, quemadmodum nec in domeſtica gubernatione,potiſſimùm in hoc ſeculo quo mores deprauati ſunt & facilè peiores efficiuntur, vt neceſſum ſit admittere dictum Saluſtij [n], *aut habendum, aut faciendum metum eſſe.* Illud potiùs ſegnities eſt in principe reprehenſione digna quàm clementia,pati hebeſcere aciem ſuæ authoritatis [o]. Nimia clementia & delictorum impunitas, addit delinquendi illecebram, & fit noxia & inanis clementia: & contra ſalutaris ſeueritas,

a *in l.1. de poſtulan.li.3.ti.1.*
b *in c.1.de maledicis li.5. decretal.ti.26.*
c *Exod.22. Actor.c.23.ca.2. paratus 23.q.1*
d *vt in l.1.C.ſi quis imperatori maledix.*
e *Vlpian.l.1. §.ſed etſi ſeruus, de ventre inſpiciendo li. 25.P.ti.4.*
f *cano.peruenit ad nos, 39. in fine 11.q.1.*
g *ad Rom.c.13.*
h *Pſal. 104. verſ 15.*
i *Pſal.48.ver. 13.*
k *apud Quint. Curtium lib.8.*
l *Cornel.Taci. lib.1.annal.*
m *Q.Cur.li.8.*
n *Salu. oratio Lepid.*
o *Cicer. 1. in Catilin.*



ſeueritas,quæ ſuo tempore exercetur, ſine qua ciuitas adminiſtrari poteſt. Ita authoritas conſeruabitur principis per legitimum modum pœnarum impoſitarū his qui leges regias & ſalubres tranſgredi conabuntur.

Si etiam id egerit princeps, vt ſumma totius vis ſeu belli,aut honoris à ſe dependere videatur,vt ſit ſolus arbiter rerum, iure ac nomine regio,a liis ſecundum leges ſuas viuere iuſſis rectè ſeruauit authoritatē.Erítque & communis cuſtodia principatus ſecundum Ariſtotelem [a]. Neminem vnum magnum facere: non etiam proximos regios honores cuipiam concedi,nec valde magnos,aut eos diuturnos. Dicebat & Liuius,libertatis,ſeu Democratiæ, aut principatus, magnam cuſtodiam eſſe,ſi magna imperia diuturna eſſe non ſinas [b]. Nam longiora & diuturniora,multos attollunt,& ad res innouandas impellunt [c]. Et ſemper periculoſum priuati hominis nomen, ſupra principis attoli, vt veriſſimè ſcripſit Cornelius Tacitus [d].

Quæ fuit quoque cauſa in Democratia, cur etiam præſtantiores in republica, vel virtute conſpectiores, vt Ariſtides, oſtraciſmo vel exilio ciuitatibus pellerentur, ne videlicet ea præſtantiori opinione populum ad ſibi parendum, ineſcarent, & mutarent ciuitatis ſtatum.

Oportet autem principem, qui ex ea parte qua quis occupat maximam dignitatem, ſibi metuit, illam minuere, ſed non omnem omnino & vnico actu tollere, id autem faciet, vel diuidendo dignitatem, vel collegas dando, vel ab ea dignitate in aliam ſuſpectum transferendo. ſic enim & euadet periculum clam, & authoritatem ſuam retinebit. Potentia tamen opus habet, vt id facilius exequatur, atque eam opibus, conſilio, armis ſtabilire poteſt.

Auctoritas in ſumma & maieſtas in principe eſt veluti anima regni, quæ efficit vt tot mortalium millibus vnus ſeu anima præſideat nonnunquam ſenis & inualidi [e], quia & vires imperij in conſenſu obedientium ſunt [f]. Imò cuiuſcunque generis ſit ſtatus reip.fundamentum principale eſt obedientia ſubditorum erga præpoſitos: obedire autem dedignatur ei quem quis contemnit, ei autem quem maieſtate,aut aliqua virtute ſibi pręire, aut ſuperiorem eſſe exiſtimauerit, facilè obtemperabit, quia ſempiterna lege natura id nobis inſculptum videtur, vt inferiores ſuperioribus pareant [g].& qui præſtant aliis ingenio & iudicio aliis præeſſe merentur.

2 Dignitatem medium, inter ſuperbiam & abiectionem, vel contemptum,ponimus, ad quæ extrema ſi peruenerint principes, abutuntur dignitate, hoc eſt ſtatu in quo poſiti ſunt, vt ſuperbia ſi dedignentur ſubditos, qui ideo non poſſunt neceſſariis muneribus vti, ſi liberè illos non poſſint adire, quod boni principes nunquam vt proprium principatus, negarunt ſubditis, vnde & laudem non exiguam conſequuti ſunt. veluti Traianus,de quo Plinius in panegyrico de eo. *Facilis*, inquit, *adiri, è proximo accipis vota hominum tuorum:vt quiſq.ille conſultor eſt,etiam ſi meruerit, quod eſt rarum repulſum,ferat tamen viſi numinis conſcientiā.* Eam ob rē & laudat Pacatus

a *Lib.5 politic. c.11.*
b *Liuius lib.4 vide Senec.lib. 7.controuer.vltima in latrone*
c *Dio Caſſ lib. 52.hiſt.*
d *In vita agricolæ.*
e *Seneca 1.de Clementia.*
f *Liuius in 9.*
g *Dion.Hal. in princip.*

Theodoſium, Mamertinus, Iulianum: Nazarius, Conſtantinum: rurſum Auſonius in Panegyrico Gratianum. *Laudabile eſt,* inquit, *imperatorem interpellantibus faciles præbere aditus, nec de occupatione cauſari. Tunc confirmas adhuc cunctantes, etiam querimonijs explicatis, ne quid adhuc ſileatur, interrogas.* Extat & Conſtantini lex, titulo de officio rectoris prouinciæ in Codice Theodoſiano, qua vetat, ne ſit venale iudicis velum, ne ingreſſus redempti, ne infame licitationibus ſecretarium, ne viſio ipſa præſidis cum pretio. Quę omnia & congruunt multomagis principibus, quorum iudicia per illos vicarios & magiſtratus exercentur, & quibus idem mandatum per l. obſeruandum, 19. de offic. præſid. P.

Aegrè ferunt valde ſubditi, dum principis ſui tutoris, defenſoris & paſtoris, ædes & colloquia ſibi inhibentur, vt ſæpe ad defectionem inde tranſeant, vel ad odium eius implacabilem prouocentur. Memorat Athenæus[a]. Euphratum fuiſſe notatum Perdicæ regis amicum, quia ita frigidè regis amicitiam coordinauerit, vt conuiuio adeſſe nulli liceret, niſi philoſophiam aut Geometriam prius ſciuiſſet. Quamobrem cùm imperium cæpiſſet Philippus illum capiens, Parmenio, in Oreo iugulauit.

a *Lib. 12. c. 23.*

Ab omnibus tributum ſubditis capit rex, omnibus æquè princeps, nec pauperes contemnere, nec diuites deteſtari, aut præferre debet.

3. Solitaria vita principis, vel arguit incapacitatem regnandi eius, quod per ſe non nouerit reſpondere, & negotia ſubditorum prouidere, quod bonis ad voluptatem ſubditorum ſine onere abutatur, vel arguit indignam paſtore & principe ſuperbiam. Vtrunque autem indignum principatu, ſolet rebellandi dare occaſionem ſubditis, & in alterius ditionem tranſeundi.

Qui non colloquũtur per ſeipſos ſubditos cõquerẽtes, fallũtur ſępe per interpretes ſeu delegatos, nec intelligunt neceſſitatem vrgentẽ, nec ambitioſorum factiones, nec oppreſſionem à magnatibus inflictam ſubdiis, nec vlla illos capit libido adhibendi remedia malis quæ ignorant. Sic ſubiecti ab obedientia, ipſi verò à regimine reuocantur, & alij interim tyrannidem aucupantur.

Nihil eſt quod magis prouocet ſubditos in contemptum principis, quàm ſi ipſi à principe eo quod oportet modo nõ honorentur, vt reſpondit Domitius orator ad Cæſarem. cur, inquit, ego te habeã vt principem, cùm tu me nõ habeas vt ſenatorem? *Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos* [b]. Ita & Diuus Hieronymus ad Nepotianum [c], *Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint non dominos: honorent clericos, vt clericos, vt & ipſis à clericis quaſi epiſcopis honor deferatur.*

Regulam conſtituunt iuris pontificij & ciuilis Nomothetæ, fruſtra petere debitum, ſi quod ipſe debet non impendat, quam ad multa iuris capita referunt [d].

4 Verum hîc mores nationum in regibus & principibus honorãdis, non aſpernabimur, ſed eos vt antiquos & iã receptos & à populis ſubditis receptos & probatos, ſeruandos eſſe dicimus, niſi velimus turbare rempublicam quod omnimodo & ſummopere cauendum

b *Martia. li. 8 c. Epiſt. 2. & in c. eſto ſubiectus 95. diſt.*
d *Vt in c. ſi infidelis, 28 q. 1. c. non mœchaberis, & c. ſi ductūri, 32. q. 5. c. neque, 9. diſt. c. placuit, 10. q. 1. c. de form. 22. q. vltima. c. ab batibus, 18. q. 2 tit. de forma fidelitatis, in feudorum lib. 1. Iulianus, §. offerri, de actio. P. & cum ſimili.*

omni



omni homini potiſſimum Chriſtiano eſt, quando illi mores maximè legi diuinæ non aduerſantur, & quamuis quibuſdam innouatoribus videatur eſſe aliquid quod innouationem, aut vt ipſi ſibi præſumunt, reformationem mereatur, fuerunt quippe nationes quædam barbaræ, quæ niſi ſeruili modo gubernentur, non poſſint tutò admittere principatum, aut vitæ honeſtatem & probitatem, vt contrà aliæ ſunt natura veluti ciuiles, quæ tantum imperium paternum non dominicum exigant. Sicuti inter priuatos quoque ſunt qui abutuntur familiaritate, & ſunt qui eadem ad maiora præſtanda obſequia illiciuntur, & proinde modi diuerſi gubernandi diuerſis congruunt.

*Nec Numidæ reges vituperandi ſunt,* inquit Valerius Maximus[a], *Qui more gentis ſuæ nulli mortalium oſculum ferebant. quicquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & tuta conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit.* In conditionibus quas cum Mithridate aduerſus Romanos Sertorius iniuit miſſo in Aſiam Mario prætore, vt ſuo & populi Romani nomine, eam prouinciam obtineret cauit, vt cum faſcibus Marius Mithridatem pręcederet, donec in ea prouincia Mithridates maneret, vt ait Plutarchus, ídque ad conſeruandam dignitatem, quam & Alexander magnus etiam puer conſeruandã reſpondit. Dum enim, inquit idem Plutarchus in apophteg. inter eiuſdem ætatis pueros conſtitutus, quidam percunctaretur lubentérne certaturus eſſet in ſtadio, pedum enim præſtabat pernicitate, atqui perlibenter, inquit, ſi certaturi ſecum reges eſſent.

a *Lib. 2. cap. 6.*

5 Romani erga impudentes & inhonorantes magiſtratus, qui cauſam publicã ſuſtinẽt, ſeueri fuerunt: legitur enim de Seruilio Iſaurico. Is enim cum ſibi pedibus vrbem ingredienti quidam ei obuiam factus fuiſſet, nec equo quo vehebatur deſiliiſſet, ſed rectà præteruectus eſſet, vbi eum fortè in iudicio vadimonium habentem cognouit, rem eam iudicibus enarrauit. ij autem tanta indignatione correpti ſunt, vt indicta cauſa hominem condemnarint [b].

6 Nimia humilitas, vel neglectus ſuæ dignitatis, & principi & ſubditis & dignitati officit, & dũ nimia ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas [c]. conſiliúmque adhibendum eſt Vlpiani, qui de authoritate conſeruanda publica erga aduocatos, prȩſidibus reſpõdit [d], *Circa aduocatos patientem proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur,* &c. Inſtituit D. Paulus epiſcopum Titum iuuenem, quomodo in prælatione modeſtè & fraternè ſe gerere debeat cũ ſubditis. & adiicit [e], *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplo eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.* de eodem admonet Titum [f]. *Hæc loquere, exhortare, argue cum imperio, nemo te contemnat.*

7 Artabano præfecto Xerxis regis Perſarum, ſpem regnandi iniecit, quod Xerxes terror antea gentium, bello in Græcia infœliciter geſto, etiã ſuis contemptui eſſe cœpit: & ita deficiente quotidie regis maieſtate, cùm robuſtiſſimus ſeptem regis filiis regiam veſperi ingreſſus, quæ amicitiæ iure ſemper ei patebat, regem trucidauit [g].

8 Cæperat, iam contemni Coccius Nerua imperium in ſene-

b *Dio Caſſius lib. 45. hiſtor.*
c *Vt ait D. Auguſtinus ſermone 3. de vita clericorũ & in c. 4. quando neceſſitas, 86. diſtinct.*
d *In l. nec quicquam, 9. circa aduocatos, officio proconſulis, lib. 1. P. tit. 16.*
e *In 1. epiſt. c. 4. verſ. 12.*
f *Epiſtolæ cap. verſ. 15.*
g *Inſt. in principio lib. 3.*

ctute adeptus poſt Domitianum:is tamẽ prudentia inſtructus,quamuis morti proximus vt proſpiceret Vlpium Traianum adoptauit, & conſortem imperij Cæſarémque appellauit: homerico etiam verſu ad imperium adhortatus, τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι, vt ſcribit poſt Dionem Baptiſta Egnatius [a].

a libro I. Romanor. principum in Nerua.

9 Audiamus & hac de re ſentẽtiam Iulij Cęſaris celeberrimi imperatoris ad milites tumultuantes,quam refert lib.41 hiſtoriæ Dio Caſſius. *Ego*,inquit, *ſanè, neque aliàs rectum eſſe arbitror vt qui principatum gerit ſubditis ſit inferior:neque ſalutare quicquam agi poſſe cenſeo, vbi hi quibus iniunctũ eſt vt dicto ſint audientes, imperare ipſi velint.intelligitis enim quàm probè ſit futura ornata illa domus in qua natu minoribus ætate grandiores deſpectui ſunt:aut ludus literarius,vbi diſcipuli magiſtros contemnũt. Quæ ſpes ſanitatis ægrotis,ſi non per omnia medicis obtẽperẽt? Quã tuta nauigatio,ſi nautæ gubernatoris iuſſu non pareant? Ita natura duas neceſſarias res eáſque ſalutares comparauit in humano genere, vt alij cum imperio eſſent,alij ſubijcerentur,nihilque eſt quod abſque his ſit, vel minimo quidem ſpatio perdurare queat.* Forſan rectè quadrabit quod ait ſapiens [b], *Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis & labores tui ſint in domo aliena.* Eccleſiaſtes [c], hoc malum contemptiùs ipſius principis errori tribuit. *Eſt malum*, inquit, *quod vidi ſub cœlo, quaſi per errorem egrediens à facie principis. Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi,& diuites ſedere deorſum, vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſuperterram quaſi ſeruos.*

b prouerbiorũ c.5. verſ.9.

c in c.10. verſu 3. & ſequentibus.

Refert Dionyſ. Halicar. in 5.antiq. Romanarum, Clœlium creatum conſulem cum.T.Largio, excellentem quidem fuiſſe ciuilibus artibus, ſed militari induſtria caruiſſe, & mitiorem quàm dictatura requirebat,& lentum ad ſupplicia, non fuiſſe viſum aptum ad dictaturam accipiendam.

10 Effecit auaritia,vt Visbur rex Gothorum, fuerit in ſummum omnium adductus odium,& habitus etiam à filiis contemptui, adeò vt etiam à duce Domaldro natu maiore, vt ait Vpſalenſis, cum tota familia combuſtus ſit:nam prætextu inopiæ regiæ coronæ,nunc mutuo,nunc dono,nunc minis,omnia ciuium bona rapuit,vtſcribit Iohannes magnus [d].

d lib.7.

e lib.5 politicorum c.10.

11 Ariſtoteles tradit etiam [e], duas eſſe cauſas propter quas maximè,contra tyrannos ſubditi conſurgunt, odium ſcilicet & contemptum.Odium quidem exiſtat oportet in tyrannos:ex contemptu autem plurimas eſſe euerſiones,huius verò ſignum eſſe, quòd plerique eorum qui dominationẽ adepti ſunt,eas vſque ad extremũ cõſeruauerunt;ſed qui ab illis ſuſceperunt,confeſtim, vt ita dixerim, perierunt omnes.in voluptatibus enim viuentes efficiuntur facilè contẽnendi,ac multas præbent occaſiones opprimendi ſui. Particulam & odij debemus iram exiſtimare, quæ interdum efficacior eſt quàm odium vehementiúſque in ea homines inſurgunt, quia perturbatio illa non vtitur ratione: maximè verò contingit,vt ira efferantur qui contumelia fuerunt affecti, quia ira cum dolore fit.quare non facilè ratione vtitur.Odium verò ſine dolore.

f libro 4. politicor.c.11.

12 Rurſum Ariſtoteles [f],in indigẽtia nimia cõſtitutos,deiecto ait eſſe



eſſe animo,viléſque exiſtere,ex quo fit vt magiſtratũ gerere neſciant, ſed ad parendum ſeruiliter ſint apti,quod & de principibus inopibus intelligi poteſt.

Inuaſit regnum Sardanapali Arſaces, quòd eum contẽnebat poſtquam vidiſſet penſa trahentem & diuidentem inter fœminas [a]. Dionyſium ſuum poſteriorem Dion inuaſit, quòd eum contemnebat cõſpiciens ipſum ſemper ebrium,& ciues Syracuſanos ita ſe habere.

a Iuſtinus in I.

Amicorum etiam quidam inſurgunt propter contemptum: ob fidem enim eis adhibitam ſpernunt, tãquam facultatem habẽtes clam moliendi,& putantes ſe dominationem obtinere poſſe,quodammodo per contemptum inuadunt. Tanquam enim potentes & contemnentes periculum, propter ſuam potentiam faciliter inſurgunt: vt duces quidam exercituum aduerſus principes ſuos. Quemadmodum Cyrus contra Aſtyagem cuius & vitam & potentiam contemnebat, cernens & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitiis vitam agere. Et Senthes Thracius cùm eſſet dux exercitus Amadoci [b].

b Ariſto.5.politic.c.10.

Nihil aliud etiam eſt contemptus,quàm vilis & abiecta opinio de rege & ſtatu eius: ſic ſi tollas è mente regis authoritatem, tollis in te ei regnum:omníſque vt ait Seneca [c], hic imperij cõtextus in multas partes diſſiliet, *ſubuerſa iacebit,Priſtina maieſtas ſoliorum,& ſceptra ſuperba*: ita regni peſtis, peior odio, quia oderint dum metuant, & metus frenum eſt ne audeant inimici, quod excutitur in contemptu.

c Senec. lib.I. de clementia

Oritur autem contemptus in principem, potiſſimùm,ſi nimis remiſſè & indulgenter imperet. ſic enim vnicuique datur occaſio faciẽdi quod velit & ſunt duo extrema mala in imperio, ſed hoc peiùs eſt malum quidem principem habere ſub quo nihil liceat:peiùs verò, eum ſub quo omnia omnibus [d]. rurſum, ſi princeps non curet regimen, aut leuiter negotia publica tractet, contẽptibilem ſe reddit, aut ſi magnos diuturnóſque honores temerè diſtribuat, quibus potius adhæreat populus: ſi liberos non habeat,aut amicos:ſi in libidinem pronus ſit:ſi ebrioſus,iocularis,nimium popularibus familiaris, ſtolidus,nimium iuuenis,aut ſenex,infirmus,debilis,valetudinarius, deformis,ridiculus : & interdũ quod magis metuẽdum eſt principibus, ſi Dei iudicio contemptui ſit expoſitus aliquo aduerſo caſu, quem fortunam dicebãt Ethnici. fiunt enim apud homines cõtemptibiles,quos Deus deſpexerit: interdum princeps contemnitur quia nimium credulus,ſimplex,omnibus temerè fidit, cùm tamen in diſcrimine Leo, in conſilio vulpes eſſe debeat,& cauere,& diffidere quibuſdam.

d Dio. Caſsius in Nerua.

*De continentia Principum erga voluptates & exempla præclara eorum.*

## CAPVT V.

INTER populares obſeruantur facta quæ maioris ſunt ponderis: at in principe obſeruantur ſingulæ actiones vel modicæ, vtpote

quia in altiori loco conſtitutus, apparentior proculdubio eſt, & quia ex quotidianis negotiis eius aula frequentatur,& ob neceſſarias eius aditiones omnia ferè adita ſubeuntur.vel ab amicis, vel ab inimicis, vel à miniſtris,qui cùm multi ſunt,ſic & facilè in vulgus interiora quæque effundunt. Atque minima aliorum errata, in illis maiora apparent, vt in ſolido ſpeculo & bene terſo, macula vel exigua citò manifeſtatur,& in pulcherrimo corpore næuus.

Admonuit aliquando Pericles Athenienſium princeps, Sophoclem quem habuit collegam in prætura,cùm publico officio vnà diſtricti eſſent,cùm is puerum tranſeuntem impenſioribus verbis laudaſſet, gubernantem rempublicam non ſolùm manum à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu, continentes habere debere, vt ſcribunt Plutarch.in eius vita, Cicero 1.officio.& Valer. Max.lib.4.c.3.

2 Contrario facto quo quidam intempeſta & illegitima venere ad defectionem principatus ſubditos allexerunt; alij, continentia à venere mulierum etiam hoſtium, hoſtes ipſos virtutis excellentia principatui conſiliarunt & adiunxerunt, cuius rei exemplum refertur de Scipionis virtute [a]. Quum enim viceſimũ annum ageret,& recepiſſet inter captiuos ex Pœnis,eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adultæ; & iuuenis & cœlebs, & victor,poſtquam comperit illuſtri loco inter Celtiberos natam, nobiliſſimóque gentis Indibili deſponſam,accerſitis parentibus & ſponſo, inuiolatam tradidit, aurum quoque quod pro redemptione puellæ allatum erat ſummę dotis adiecit.quo facto Celtiberorum animos Romanis applicuit.

a *Liuio lib. 26. & Aulo Gellio lib.6.c. 8. & Val. max.dicto lib. 4.c.3.ex.1.*

Narrat Alexandri magni continentiam Q. Curtius [b], de geſtis Alexãdri,erga vxorẽ Darij & virgines regias, quas ita ſanctè habuit vt ſi ab eodem ſuo parente fuiſſent genitæ, quod & beneuolentiam illarum,& regis in fuga exiſtentis promeruit [c].

b *idipſum ſcribit Athenæus li.13.c.27. Gellius lib. 6.c.8.*
c *Xenoph. lib.5.& 6.Cyripædiæ.*

Et Cyrus Perſarum rex Pantheam,omnium mulierum formoſiſſimam, captiuam in conſpectum ſuum adduci vetuit, ne amore illius corriperetur [c]. Quantum opprobrium principi eſt,videre eum veneri prohibitæ vacare qui exẽplo debet eſſe cæteris obſeruationis mãdatorum Dei,quorũ vno prohibetur mœchia. Quid ſordidius quàm eum ad vile ſcortum maieſtatem deiicere, cùm poſſit honeſto matrimonio cuipiam matronæ probæ coniungi? Quid deteſtabilius, quàm principem cuſtodem & patrem ſubditorum, contraria actu ſuarum ſubditarum ſtupris, adulteriis,honorem, peſſundare & conterere. Si princeps bonus fieri velit,ſemper & legem Dei ante oculos habebit,antiquorum regũ reuoluet hiſtorias qui pro huiuſmodi flagitia pulſi regno ſunt, vel miſerè à ſubditis fuerunt obtruncati, de quibus aliàs forſan in hoc quoque volumine commodius agetur. Et proinde ne in eiuſdem maleficij incidat vindictam, non ſolùm in aula ſua talia exempla videri patietur, ſed etiam omnes occaſiones, & reliqua cuncta quæ eo animum impellere poſſunt,præcindet: mimos,hiſtriones, choreas, aliáque præludia luxuriæ præcauendo.

3 Repre-



3 Reprehẽdit meritò Plato [a],& poetas & alios hiſtoriographos qui turpia de diis,vt de Ioue,amores impares,& alia de bellis inter ſe & de concordia & de voluptatibus tradiderunt, quia res mali exempli ſint,nec dignæ principibus & ſubditis,ſuadetque ideo has fabulas è republica pelli.

a *li.31.vel dialogo 2. de iuſto.*

Laudatur autem principum continentia ſub perſona Vlyſſis ab Homero [b] qui nullo veneficio aut poculo, potuit à mente ſeu propria hominis figura dimoueri, à ſortilega Circe,quæ eius ſocios veneficiis conuertit in feras,Porcos,Aſinos,Grillos,& aliorum animalium ſpecies: quod & explicat Plutarchus in Grillo. referunt autem fabellæ intellectum, ad meretricia amorem, ex quo infatuantur homines vt veneficiis, & induunt mores brutorum, vel porcorum, vel aſinorum,vel ſimilium. Sicque vera hiſtoria fert, Circem fuiſſe aſtutiſſimam meretricem,à qua ſocij Vlyſſis fuerunt decepti, & exuti ratione,quam ſtrenuè deluſam ſpreuit Vlyſſes inſigni rerum cognitione valens, vt fuſè explicat Palladas in Epigrammate [c]. Conſentit Horatius [d].

b *Odyſſ.4.*
c *lib.1.Anthologiæ epigr.*
d *1.Epiſtol.*

*Sirenum voces & Circæ pocula noſti:*
*Quæ ſi cum ſociis ſtultus cupidúſque bibiſſet,*
*Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors,*
*Vixiſſet crinis immundus,vel amica luto ſus.*

*De menſa,cibis & conuiuiis Principum,parcè factis.*

## CAPVT VI.

FRVGALITAS quemadmodum per ſe virtus eſt,effici non poteſt, quin ea per ſe inter omnes qui ratione vtuntur laudabilis in principe,qui aliis exemplo & imitandus præpoſitus eſt,laudabilior & præſtantior videatur, & eò maximè,quòd is qui pluribus opibus præeſt, quique poſſit vti facilè miniſtris voluptatum qui ſe ei vel inuito obtrudere vltrò poſſunt, eam ſpõtem conſequatur. *Beatus*, inquit Eccleſiaſticus [a], *diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit,nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt, & erit illi gloria æterna, fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui potuit trãſgredi & non eſt tranſgreſſus, & facere mala & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſinas illius enarrauit omnis Eccleſia ſanctorum.* Ea frugalitas in moderata & ſufficiente nec effluente aut materia, aut ſumptu, in ornamenta, vel eius artificio conſiſtit.

e *cap.31.& ſequentibus.*

Laudatur celeberrimus imperator exercitus Curius Dentatus, qui ſe exhibuit legatis Samnitũ aurum illi munere deferentibus, cœnantem catillo ligneo,& raparum eſcis intentum,& contempto & repudiato auro ſua frugalitate laudabilior euaſit. [f] non enim factum ratione ſuæ paupertatis ſub ratione continentiæ.

f *vt ſcribunt Cic.in Catone Plutar.in Apophtheg.*

2 Et Q. Ælius Tubero cognomine Catus, cùm Ætolorum gens, omnis vſus vaſa argentea,magno pondere,& exquiſita arte fabricata, miſiſſet per legatos,quia ſuperiori tẽpore gratulãdi cauſa ad eũ pro-

fecti retulerant, fictilia ſe in eius menſa vaſa vidiſſe, monitos ne continentiæ quaſi paupertati ſuccurrendum eſſe putarent, cum ſuis ſarcinis abire iuſſit. Plin. lib. 33. c. 11. Val. Max. lib. 4. cap. 3. exem. 7.

3 Diſſimiles iſti perditiſſimis & abominandis principibus, qui vniuerſam fiſci ſubſtantiam in conuiuia & ſumptus ſuperfluos exhauriunt. Qualis fuit Nero qui nunquam bis eandem veſtem induit, linteamen lotum nunquam attigit, vſus aurea omni tunica, & in calceamentis gemmis illiſque inſculptis, lectis ſolido argento factis, vaſis quibus ventrem exonerabat aureis, quibus mingebat, onychinis & myrrhinis, in reliquis turpiſſimus, & pecunia deficiente ad eam compilandam crudeliſſimus [a]. Vt & Antoninus Heliogabalus dictus, qui ad imitationem Apitij profuſiſſimas in conuiuia magis ſumptuoſa quam vtilia fecit impenſas ſolitus comedere calcanea camellorum, criſtas viuis gallinis ademptas, linguas pauonum, & luſcinarum, & ſimilia magni pretij, ſemper conuiuiis aſſiduus [b]. Gulæ voluptas & inanis opinio victus in hoc erat digna caſtigatione qui lucinas etiam quæ delectare diutius hominem poterant comedit & ſimilia animalia vt gulæ ſatisfaceret. Hoc non eſſet paſſus Auguſtus, cui cùm fuiſſet delatum, Erothem ſiue Erotheum Ægypti procuratorem, emiſſe cothurnicem in pugna ſuperantem omnes, ac prorſus inuictam eámque aſſam deuoraſſe, iuſſit acciri hominem, & diſcuſſa cauſa, & confeſſum malo nauis affigi iuſſit, vita iudicans indignum qui ob tantillam gulæ voluptatem, non peperciſſet aui, quæ pugnando diu multíſque potuiſſet eſſe voluptati [c].

a *Vide Suet. in eius vita.*

b *Aelius Lampridius in eod. & Herodian.*

c *Plutarchus in Roman. apoph.*

4 Cui obiici poſſet frugalitas laudata Tyberij Cæſaris, qui vt parſimoniam publicam exemplo ſuo iuuaret, ſolemnibus etiam cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia appoſuit, dimidiatúmque aprum [d].

Laudata eſt parſimonia in cibo & potu Iulij Cęſaris, etiam ab eius inimicis [e]. Aelius Pertinax, tantæ parſimoniæ, vt imperator non aliter quàm priuatus viueret, vt dimidias lactucas & carduos conuiuis apponeret [f]. Didius etiam Iulianus, imperator, eius erat parſimoniæ, vt per triduum porcellum, per triduum leporem dimidiatum diuideret, ſi quis ei forſan miſiſſet. Sæpe etiam nulla exiſtente religione, oleribus leguminibúſve contentus, ſine carne cœnauerit [g]. Fuit quoque Tacitus imperator vitæ parciſſimæ, ita vt ſextarium vini tota die nunquam potauerit, ſæpe intra eminam, conuiuium verò vnius gallinacei, ita vt ſinciput adderet, & oua, pro omnibus oleribus affatim miniſtratis lactucis impatienter indulſit [h].

d *Suet. in eius vita c. 34.*

e *Suet. in eius vita c. 53.*

f *Iulius Capitolinus in eius vita.*

g *Aelius Spartianus in Didio Iuliano.*

h *Flauius Vopiſcus in Tacito.*

5 Et, ſi nimia horũ parſimonia videatur, imitanda erit M. Antonini Pij vita cuius victus talis fuit, vt eſſet opulentia ſine reprehenſione: parſimonia ſine ſordibus, & menſa eius per proprios ſeruos, proprio aucup[illegible]s, & piſcatores & venatores inſtrueretur [i].

i *Iulius Capitolinus in eius vita.*

Certe reprehendendæ ſunt menſæ in quibus externa quærun tur magnis ſumptibus alimenta, cùm præſentis regionis ſufficere poſſint: & cùm ſumptus oſtentationis gratia fiunt, vbi ſine his honeſtè & oppipare conuiuari poteſt: dum corpora infarciuntur multis



multis noxiis, cùm paucis & ſufficientibus & ſalubribus contenta eſſe poſſint. Neque abundantia diuitiarum efficit, vt corpus diuitis cibis pluribus debeat ſuffocari. Et vt dicebat Alcmenes Telecri filius, decet eum qui multa poſſidet, pro ratione, non pro libidine viuere, ſignificans pernicioſas eſſe diuitias niſi adſit animus diuitiis ſuperior, qui poſſit earum vſum, non ex copia ſed ex neceſſitate moderari [a].

a *Plutarchus in Laconicis.*

6 At non eſt vt arbitrantur aliqui, reprehendendum, ſi menſæ principis plura apponãtur fercula, quibus ſublatis refici debeant principis officiarij, qui ab eo alendi ſunt. Quòd certè videtur tolerandum, ſi talia menſæ proponantur, quæ non excedant qualitatem eorum qui in ſecunda menſa ſedere debent. non aliter.

Sunt & quædam principibus abundantiora & ſplendidiora conuiuia interdum præter morem ſolitum paranda, vel ad pompam neceſſariam, vel ad ſignificandam legatis exteris vel principibus inuiſentibus amicitiam, vt liberius & abundantius excipiantur. honoris enim ſummi nomine habetur, menſa regia excipi, & cum regibus conuiuari, vt ait Q. Curtius [b]. Sed hæc non ſunt ad ordinarium principis victum, de quo agitur trahenda: temporum enim & rerum occaſio noua, multa permittit qui in conſuetudinem trahi non debent à principibus, qui metiri ſuas vires debent ex facultatibus & reditibus ordinariis.

b *lib. 8. & Caſiod. lib. 6. varia ep. 9.*

7 Reprehendunt plures nationes aliquarum aliarum principes, qui ex more ſuæ regionis menſæ & compotationibus diutius quàm videatur bonum principibus, vacant. Exiſtimo autem, illos ſi ita ſit, poſſe, ſi ſapiant modum imponere & ſe ab hac reprehenſione eximere. Et maximè cauere, quòd etiam popularibus reprehenſibile & multandum eſt, nempe inebriari. Nihil enim ebrio videtur miſerabilius, nã vt ait D. Chryſoſthomus [c], is, mortuus eſt animatus, ebrietas dæmon voluntarius, morbus venam non habens, ruina excuſatione carens, commune generis noſtri opprobium, nec tantũ in conuentibus inutilis ebrius, aut in priuatis aut publicis negotiis, ſed etiam ſolo aſpectu omnium grauiſſimus gubernator ebrioſus, vt ait Plato, & quiuis cuicunque rei præfectus, omnia ſubuertit, ſiue nauigium, ſiue currum, ſiue exercitum, ſiue quamcunque rem ſibi commiſſam. Ebrietas malitiæ mater, virtutis inimica, fortem virum reddit ignauum, ex temperato, laſciuum [d], iuſtitiam ignorat, prudentiam extinguit, rationem ſupprimit.

c *Diuus Chryſoſtho. tomo 15. homilia 1. ad populum Antioch. & diuus Baſil. ſermone de ebrietate.*

d *ad Epheſ.*

Nicephorus Callixtus [e], loquens de Maximino imperatore orientis & eius tyrãnide, *Vino autem multo*, inquit, *deditus, ad ſummam contumeliam, petulantiam, & crudelitatem quæ ex ebrietate proueniunt, nihil fecit reliqui.* Narrat Q. Curtius quantum nocuerit Alexandro ebrietas. quótque fecerit homicidia, quorũ valde in ſobrietate pœnituit. Holopherni niſi ſe inebriaſſet muliercula Iudith caput non amputaſſet [f], nec obtruncatus fuiſſet Simõ ſenex cum filiis, à Ptolomæo [g], aut Amnon ab Abſalone [h]. *Alexander magnus*, inquit Plutarchus [i], *à magna potatione denegare erubuit Midio inuitanti, & conijcienti ipſum denuo in vinum, vnde perijt.* Atque Hipparinus tyrannus Dionyſij filius, ob temulentiam iugulatus fuit [k]. Non potuerunt etiam

e *lib. 7. eccleſiaſt. hiſtoriæ c. 21.*

f *Iudith. c. 8. & 13.*

g *1. Machab. 16. c. 16.*

h *2. regum c. 11. verſ. 13.*

i *In præceptis ſalutaribus.*

k *Athenæus lib. 10. c. 13.*

Maſſagetæ à Cyro rege Perſarum quandiu ſobrij fuerunt vinci, cùm largius autem vinum biberunt, victi ſunt [a].

a *Herodo. li. 1.*
b *Quin. Curt. lib. 5.*

Et Macedones temulenti cum ipſo Alexãdro magno, ex ſententia vnius ebriæ meretricis [b], Thaidis, Perſepolim ad regiam Perſarum incendendam cui armati pepercerant, ex conuiuio deſcenderunt.

c *Prouerbio. c. 31. ver. 4.*
d *Leuitici c. 10. ver. 9.*

8 Salomon, *Noli* inquit, *regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum vbi regnat ebrietas* [c]. Et dixit Dominus [d] ad Aaron principem ſacerdotij, *Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui quando intrabitis tabernaculum teſtimonij ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.*

e *Euſeb. lib. 12 de præpara. euengel. c. 17.*
f *Ioel. c. 1. ver. 5*
g *eccleſiaſtici c. 19. verſ. 2.*
h *1. ad Timot. c. 5. verſ. 23. & 31. ver. 6.*
i *Iudic. c. 9. pſal. 103. ver. 15.*
k *prouerbio. 31 verſ. 34.*

Memorat Euſebius Pamphil. [e] Carthaginenſium legem, qua cautum, vt nullus militiæ tempore vinum bibat, nec in caſtris nec in ciuitate nec cõcedendum vnquam, magiſtratibus tempore, quo rem republicam gubernant, vino vti: fornicatio enim & vinum auferunt cor [f], & faciunt apoſtatare ſapientes [g]. Vinum quidem modicè ſumptum, ad ſanitatem conducit iis qui ſunt infirmiore ſtomacho [h], & lætificare dicitur (nempe in ſacrificio) Deum & homines [i], & factum ad iucunditatem ab initio, & non in ebrietatem [k], aut ad abuſum qualis ille maximus quo homines efficiuntur vtres vini, & niſi vomant, ſaturi non creduntur, compotationibus ſe mutuò adhuc irritamentis ſitis, ſale & aliis ſalitis ad bibendum amplius excitantes: imo verò & minis & vulneribus cogentes vt ex tanto ſcelere ſe palmam reportare gaudeant, non minus quàm ſi ciuitatem aut caſtrum aliquod vi cepiſſent: idcirco certamina bacchanalia inſtituunt plerunque, à quibus à menſa ad neces ſæpius proſiliunt.

l *Eſaiæ c. 5.*
m *Eſaiæ 28. ver. 7.*
n *prouerbio. c. 23. verſ. 29.*

9 Deteſtatur verbum Dei huiuſmodi mores & conſuetudinem, & per Eſaiam [l] reprehendit, *Væ*, inquit, *qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperum vt vino æſtuetis.* & poſtea, *Væ qui potentes eſtis ad bibẽdum vinum, & fortes ad miſcendam ebrietatẽ.* Et iterũ [m], *Verùm hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt: ſacerdos & propheta neſcientes præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, ignorarunt iudicium.* Et Salomon [n], *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?*

*De adulatione & quantum noceat reipublicæ & principibus.*

## CAPVT VII.

o *oratione 3. contra Philippum.*
p *c. 30. verſ. 8. & ſeq.*

ASSENTARI, & placita loqui in conſilio reipublicæ, pernitiem maximam ei adferre docet Demoſthenes [o]. Et Deus admonuit ea de re populũ Iudæorum, qui ſpretis verbis Dei & conſiliis, ſuæ prudentiæ innitebatur, & per Eſaiam [p] dixit, *Scribe ei ſuper buxum, & in libro exara diligenter, exara illud & erit in die nouiſſimo in teſtimonium in æternum. populus enim ad iracũdiam prouocans eſt, & filij mẽdaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam*



*me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Propterea hæc dicit Dominus noſter ſanctus Iſrael pro eo quòd reprobaſtis verbum hoc, & ſperaſtis in calumnia & tumultu, & innixi eſtis ſuper eo: propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubitò dum non ſperatur veniet contritio eius &c.*

2 Dulce venenum, dulcis proditio in principatu & republica adulatio, quam ideo in clericis ſacroſancta conſilia damnarunt, vt in conſilio Carthaginienſi [a], *Clericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehendetur, degradetur ab officio* [b].

a *4. c. 6.*
b *relatum à Gratiano in c. clericus qui adulationibus 46. diſtinct.*

3 Atque gloſſa ad ca. vnum orariũ ad verbum adulari, 25. diſtinct. notat, tribus modis adulari quem dici poſſe: vel attribuendo alicui bonum quod nõ habet: vel nimium extollendo bonum quod habet: & vtrumque iſtorum eſſet peccatum veniale, vel approbando malum quod habet, & iſtud eſſet mortale: *Væ enim qui dicitis bonum malum, & malum bonum* [c]. Adulationem eſſe non ingenuè agere cum proceribus, dixit Suidas [d].

c *ca. væ qui dicitis, 11 q. 3.*
d *in* [Greek, illegible]
e *lib. de diſcretione adulatoris & amici.*

4 Decipiuntur ea principes facilè, vt Plutarchus [e] notauit, vt & alij qui ſe ipſos nimium diligunt, & proinde vera de ſe ob φιλαυτίαν nõ poſſunt à falſis diſcernere, & ſibi facilè complacent in his quæ de ſe adulatoriè dicuntur. Accedit quod obſeruauit Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 9. Facilius iudicio adulatoris decipi quòd vitia, & affines quodammodo virtutes falſò. Sic enim dicet adulator crudelem & violentum, magnanimum, & generoſum, qui nihil ferre poſſit: prodigum, liberalem & magnificum, regium, & ſeruorum optimum remuneratorem: lubricum & voluptuoſum, virilem, iouialem, voracem ſubditorum & rapacem, dignum principatu, qui ſciat bene imperare, & cogere obedire. Tacent ad hæc adulatores vitia eorum quibus adulantur, ita malos principes peiores reddunt, bonos corrumpunt: vt & Caligula ex bono principe qualis erat ab initio, per adulatores redditus eſt monſtrum, vt ſcribit Sueton [f]. tantúmve adulationibus intumuit, vt Deum ſe haberi, & ſuas in templis imagines apponi voluerit, quod & factum, dempto templo Iudæorum qui ei reſtiterunt, vt eſt apud Ioſephum [g]. Sicut enim qui faſcino vtuntur laudando necant arbores, ſata, pueros: ita adulator laudando prodit.

f *in Caligula c. 22. & 51.*
g *lib. 18. antiquita. c. 15.*
h *in Phædro.*

Plato [h] appellat adulatorem, beſtiam omni humano generi peſtilentem, & ſimilem adfirmat impuro dæmoni, incautos animos ſubnoxiæ voluptatis eſca, continuè corporis ſordibus inquinanti: & in Menexemo ſeu Epitaphio, notat, adulatorem præſtigiatoribus veneficiiſque tam priuatum quàm publicum perſimilem, fure vt homicida deteriorem & iniquiorem, qui non pecunias, non ipſam corporis vitam duntaxat auferat, imò tanquam ſacrilegus, rem ſacram iudicum nempe rationis ſub boni ſpecie ſubripiat & ſubducat. peiorem & crudeliorem ipſa Circe, quantò grauiùs inferat detrimentum. Illa enim ſuis poculis, exteriora hominis fertur in beſtias transformaſſe, hîc verò lenociniis ſuis interiora transformat: proinde & Socrates deridet oratores tanquam adulatores publicos, quòd gratiam popularem omnibus machinamentis aucupentur, laudéntque alios

ſupra modũ, quo ipſi laudentur; rémque adeò leuẽ graui quodã ſtudio & diuturna præmeditatione pertractẽt. Notabile, quod ibi oratores in repub. & noxios & adulatores dicat. vt apud Lucianũ in Paraſito, numerãtur inter adulatores & paraſitos Dionyſij tyrãni Syracuſani, Æſchin. Socraticus, Neſtor vt Paraſitus regis, Ariſtides Paraſitus Armodij. Et apud Athenęũ lib. 6. c. 6. notãt hoc vitio qui populi gratiam venabantur Athenis per id tempus quo fuit bellum Chremonidum, adulantes Athenienſibus, omnia quidem alia Græcis communia eſſe dicentes, at ſolos Athenienſes inter homines viam quæ ad cælum perduceret, inueniſſe. Sed & ipſos Athenienſes ciues fuiſſe maximos adulatores idem ſcribit pernitioſos, vt & Theopõpus dixit Athenas, adulatoribus, nautis, graſſatoribus, falſis teſtibus, ſycophantis, falſis apparitoribus, aliiſque malis plenas. Athenæus autem. *Hos*, inquit, *Athenienſes arbitror quaſi inundationem, vel aliud quidpiam graue à Deo perpeſſos, omnem prædictam adulationem in vrbem induxiſſe, de qua optimè quidem ait Diogenes, multo magis ad coruos ire præſtaret, quàm ad adulatores, qui vel optimos etiam viuos quoſque ex hominibus deuorant. Et nonnulli adulatores, vt ait Anaxilas veluti tineæ diuitibus adhærent: nam ſimplices mores inuadentes iiſque inſidentes veſcuntur, donec veluti frumentum vacuum reliquerint.* Sic etiam Spadonum & aulicorum adulatorum oſor vehemens Conſtantinus Magnus, tineas ſoricéſque palatij eos appellabat, vt ſcribit Eutropius libro 10. in Conſtantino. Híncque malum reipublicæ vt principibus adulatores, qui non reiiciuntur tanquam hirudines exſugant facultates & pecunias principatus quæ impendi deberent rebus & negotiis arduis & neceſſariis vt ſæpe contingat ob penuriam pecuniæ in huiuſmodi proteos & moriones impenſæ, vtilia negotia intermitti, & noua onera, tributa, & ſuperindicta populo imponi, vt alij conducantur ad munera publica neceſſaria obeunda quibus omnino huiuſmodi muſcæ & tineę ſunt inutilẽs, & qui poſt exhauſtum principis ærarium ſubtiliùs ſe ex aula expediunt, quandiu nihil ſe aucupaturos ſperant, atque vt pediculi examina corpora deſerunt, nempe defecta ſanguine quo alebantur: ſic adulatores rebus proſperis ac feracibus adſunt: aridas & ſteriles non attingunt, & diffugiunt, cadis cum fece ſiccatis amici, vt ait Horatius,

Et Petronius arbiter ad illos in fragmentis.

*Cùm fortuna manet, vultum ſeruatis amici.*
*Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.*

& illud quod de amicitia paraſitorum dictum à Suida in ζῶ. rectè conuenit, amicitia ollæ: ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. *feruet olla, viuit amicitia.* Quod explicat Martial. lib. 2. epig.

*Hunc quem vina tibi, quem menſa parauit amicum,*
*Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?*
*Vinum amat & cyathos, & ſumma, & oſtrea, non te.*
*Sublato vino, nullus amicus erit.*

Quàm periculoſum autem hoc ſit principi, putare multos ſe beneficiis conciliaſſe amicos, & in neceſſitate nullum ex illis inuenire, & deſti-



& deſtitui ab iis, ſciunt qui ſe negotiis inuolui & à paucis iuuari experti ſunt. Quare principes tales debent ſibi coniungere & beneficiis obſtringere, omiſſis adulatoribus & pulſis, qui poſſint tempore neceſſitatis fidam ſibi exhibere operam.

6 Fuit tyrannorum etiam proprium, alere huiuſmodi adulatores, per quos intelligerent, quid diceretur aut ageretur in regno, aut ditione principatus: iſti enim omnibus applaudentes & ſe tanquam curiales omni cœtui omnibúſque menſis intrudentes, expiſcabantur, ab illis qui non cauebant: quid de principe aliiſq. reipublicæ negotiis ſentirent. Atque his vt gratiores principibus eſſent tyrannis & ſubditorum bonis inhiantibus, plura, nec dicta, nec facta addebãt, confingentes mala, & bona ſilentes: delatores pernitioſiſſimi, & omnibus rebus publicis, pacique & concordiæ illarum & priuatorum noxij ſummopere, concitantes principes ex leui cauſa in ſubditos, & ſubditos in rebellionem amantes. Scribit Athenæus[a], omnes qui fuerunt in Cypro tyrannos, adulatorum genus vtile eſſe exiſtimaſſe. Eſt enim res prorſus illis regia, quorum, veluti areopagitarum, nullus, vel multitudinem, vel aſpectum vidit, præter eos qui ſunt illuſtres. Cùm bifariã diuiſi ſint ex genere illi adulatores qui ſunt in Salaminem, vnde & alij ſunt adulatores in Cypro. Iſti quidem Gergini: illi verò Promalanges, nominabantur, ex his Gergini, cum his qui verſabantur in ciuitate miſti, in officinis plateíſque explorabant, quaſi ſpeculatorum prouinciam habentes, quicquid audierant ad eos diebus ſingulis deferebant qui reges dicebantur. Promalanges verò contrà, illa quæ nuntiata fuerant à Gerginis perquirebant, ſiquid inquam dignum quæſtione videretur: cùm eſſent quidam horum exploratores. Sic erat artificioſum ad perſuadendúmque appoſitum erga omnes eorum colloquium, vt, ſicut ipſi teſtabantur, ab illis primum in externa loca eximiorum adulatorum ſemina effluxiſſe viderentur.

a Lib. 6. cap. 7

Sub Tiberio Auguſto, adulatores muneribus & honoribus tantum affecti, alij non, vt ait Suidas in Athenodoro. Et Conſtantius 2. Siluano, qui occupauerat in Galliis imperium, occiſo, vt iam cœlo contiguus, caſibúſque imperaturus humanis magniloquentia faſtúque ſufflabatur, inquit Ammian. Marcellinus libro 15. adulatorum quos augebat ipſe, ſpernendo proiiciendóque id genus parum callentes. Sicut Crœſum legimus ideo Solonem regno ſuo expuliſſe præcipitem, quia blandiri neſciebat: & Dionyſium intentare poetæ Philoxeno mortem, cùm eum recitantem proprios verſus abſurdos & inconcinnos, laudantibus cunctis, ſolus audiret immobilis.

7 Infidum genus adulatorum eſſe principibus, multis poteſt oſtendi rationibus: tum quia bonitate, vel potius ſtultitia, ſeu patientia eorum abutantur, vnde ex nimia familiaritate, vt id genus eſt impudentiſſimum & audaciſſimum, ad coniurationes, vel proditiones facilè labuntur. Et vt ait Alexis in mentiente,

*Adulator, eſt florens breui flos tempore*
*Cano paraſito nullus eſt qui gaudeat.*

Nullus enim adu-

lator prȩſtat in amicitia. tempus enim falſam ſimulationem patefacit, ac retegit.

Hippias Erythræus [a], quemadmodum Cnopi imperium ab illius adulatoribus fuit ſolutum declarans, hæc etiam narrat. Cùm ſciſcitaretur Cnopus oraculum de ſua ſalute, reſponſum accepit, vt mercurio doloſo ſacrificaret: atque poſtea cùm Delphos rediret, in mare proiectum ab ortyge Iro, & Echaro adulatoribus, qui ſoluere volebant regnum & introducere olygarchiam, quam aliquandiu tenuerunt donec Hippotes Cnopi frater, Erythras cum copiis accedens ac per feſtum Erythreis adiuuantibus tyrannos inuaſit, multíſque flagris cæſis, ortygem fugientem vulnerauit, & qui cum eo erant occidit, vxores præterea eorum, filióſque cùm flagris cecidiſſet, patriam in priſtinam libertatem reſtituit.

a *Lib. 2. hiſtoriarum patriæ, apud Athen.*

8 Sed maximè debet cautiores reddere principes, qui & exēplo aliis eſſe, & ſibi conſulere decreuerunt, ab adulatorum aculeis: quod illi virtuti ſe accommodare nequeant, & omnia præter illam imitantur. Adulatori enim, vt ait Plutarchus [b], idem omnino accidit quod Chameleonti. Siquidem vt ille colorem omnium ſimilitudinem exprimit, præterquam albi: ſic aſſentator cùm ſe ſimilem præſtare non poſſit in his quæ digna ſunt ſtudio, turpia quæque imitantur quantum poteſt. Et in hoc generatur maius & pernitioſius malum. Quemadmodum enim qui malè pinxerat gallos gallinaceos, iuſſit puero vt veros gallinaceos procul abigeret à tabula, ne collatione deprehenderetur: ſic adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus. Quod facilè licet comprobare in curiis principum. Si enim ibi adulatores primatum obtinent, vix reperies integrum principis officiarium, aut aulicum: vincente enim malorum numero, & iam principe dementato, boni exulare coguntur, vel odioſi tanquam aduerſarij principis, vel calumniis habiti ſuſpecti.

b *Libro de diſcrimine adulatoris & amici.*

Miſer eſt imperator, vt ait Iulius Capitolinus [c], apud quem vera reticentur. Atque vt Cornelius Tacitus [d], deſperata eſt ſalus eius, cuius aures ita formatæ ſunt, vt aſpera quæ vtilia, & nihil niſi iucundum & læſurum accipiant. Regum opes ſæpius aſſentatio quàm hoſtis euertit [e].

c *In Gordiano.*
d *Li. 3. hiſtoriæ.*
e *Q. Curtius lib. 8.*

9 Principis itaque prudentia in eo elucet, dum adulatores à veridicis, vera à mendaciis poterit ſeparare. quod facile efficiet ſi ſe ipſum & ſua proprio pede metiatur, nec præſtigiis aciem oculorum mentis ſibi perſtringi patiatur: ſi perpendat quæ ſibi vtilia & populo potius quàm iucunda ſint, ſi exiſtimet neminem ſibi amicum, qui contra legis Dei præcepta turpia eius comprobet, qui ad tyrannidem impellat, qui omnia perperam ſua dicta aut facta comprobet vt illi placeat, qui metu poteſtatis verum reticeat conſilium, optimè cum Ageſilao facturus, qui vt narrat Xenophon, eos amicos fauore proſequebatur, & ab iis libenter ſe laudari patiebatur, qui non dubitarent & ſi opus eſſet, vituperare. Melius quippe à ſapiente corripi quàm ſtultorum adulatione decipi, vt ait Eccleſiaſtes capite 7. verſu ſexto. Idque maximè in his quos conſilio adhibet, obſer-

uare



ſeruare debet, & his qui liberè & ſyncerè loquũtur purè & ſimpliciter fauere, & parũ etiã dextrè vel ruditer dicētibus & monentibus ignoſcere ne in poſterũ rectè endmonituri vllo feritatis exemplo deterreãtur ab officio. imò ſemper debet ſuſpectam habere blandiloquentiam, & verborum fucum, cùm non tam ex bonis dictis quàm ex bonis factis æſtimandi ſint homines, ſimpliciſſima eſt ſemper veritas. Sic hos tanquam inimicos, proditores, præſtigiatores, & corruptiſſimos conſiliarios ablegabit, antequam illorum perſuaſionibus infectus aſſueſcat. Simia enim dum hominem imitari conãtur, ſæpe capitur, at adulator idem faciens alios capit & allicit: & vt ſpeculum quicquid obiicitur imitatur: & vt vmbra quicquid agas reſpondet & adeſt, ſic adulator quoquo te vertas ſequitur ſui ſemper diſſimilis pro re nata ſeſe adaptat. vtque aqua nullo certo colore prædita præterfluit, & ſemper refert colorem ſubiecti ſoli. Et proinde cura maiori obſeruari debent vt ſubmoueantur, qui niſi ſapienter conſiderentur difficile cognoſcuntur. vt enim difficile deprehenduntur beſtiæ quæ ad loci ſimilitudinem mutant colorem: ſic neque aſſentatores facilè deprehendas, qui ad omne vitæ inſtitutum omnéſque affectus ſeſe accommodant. verumtamen non erit omnino impoſſibilis diſtinctio, ſaltem collatione facta bonorum & adulatorum: vt facilè præſente corpore, quantum interſit inter eius vmbram & ipſum, percipitur. vtque adulterina tantùm ſplendorem ac nitorem auri imitantur, ſic aſſentator gratiam, obſequium & hilaritatem. Sed nulla tanta ſimilitudo falſi cùm verò adferri poteſt, quin acutè intuentibus res ipſa ab imagine diſtinguatur. vbi autem adulator apparuerit, ſtatim ex albo radendus. Quemadmodum Myrtis Argiuus rerum ſacrarum peritus, vt eſt apud Athenæum [a]. Theonymum tripudiantem & adulatorem, qui ſæpius apud ipſum reliquóſque iudices aſſidere ſolebat, quoniam cum vrbis optimatibus cerni à populo cupiebat, aure apprehendens ex ſubſelliiſque extrahens, multis præſentibus dixit, neque hìc tripudiabis neque nos audies.

a *lib. 6. c. 6.*

10 Subuertit potentes adulator, duces, amicos, ſi vel parum temporis fuerit adeptus, iacet æquitas ægra, quando ea diſtribuitur ad gratiam. Nec malè Theſſali fecerunt, qui ciuitatem adulationem vocatam, ſolo æquarunt, quam habitarunt Melienſes populi, vt Theopompus teſtatur lib. 30. Quali odio etiam Dei eccleſia hos proſequatur, qui blandiendo peccata augent, & nutriunt, docuit Gregorius in moralibus libro 18. parte 4. c. 3. ad 27. Iob & poſt illud refert Gratianus in ca. ſunt nonnulli, 46. diſtinct. *Sunt nonnulli,* inquit, *qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augéntque increpare debuerunt. hinc enim per prophetam dicitur* [b]. *Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. ad hoc enim puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum ſub capite vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Hinc rurſum ſcriptum eſt, ille ædificabat parietem. Illi autem liniebant eum: parietis quippe nomine peccati duritia deſigna-*

b *Ezechiel 13.*

*tur.ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quæpiam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus, adulantur: vt quod illi peruerſè agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. Sed ſanctus vir, ſicut bona de malis non æſtimat, ita iudicare bona de malis recuſat, dicens, abſit à me vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam non recedam ab innocentia mea.* Et Hormiſdas papa omnibus epiſcopis per prouincias ſcribens, *Verè dico,* inquit, *quia illi ipſi, quibus cum periculoſa & falſa miſericordia indulgere videmur, cùm ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſam dicturi ſunt, dicentes quod dum aut aſperitatem linguæ expauimus, aut falſa blandimenta & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus, in eiſdem permanere peccatis eis inutiliter indulgemus, aut ipſa peccata augere permittimus: non recolentes quod in vetere teſtamento ſcriptum eſt, quod vno peccante, contra omnes ira Dei deſæuit*[a].

a refert & Gratianus eodẽ in ca. 29 ſi quis diaconus 50. diſtinctio.

11 Mendacij genus eſt pernitioſum, quod fit placendi cupiditate de ſuauiloquio, cùm nec ipſa veritas ad finem tantum placendi hominibus enuncianda ſit, vt ſcribit diuus Auguſtinus libro 10. de mendacio cap. 14. & Gratianus in ca. 8. primum eſt capitale, 22. queſt. 2.

Subuenire principibus, & poſſunt & debent prælati eccleſiarum, & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus religio & dignitas priuilegium ſingulare dedit, vt liberiùs poſſint & debeant admonere ſui officij principes, & quales ſint eſſéque debeant docere: alioquin & ipſi erunt obnoxij iudicio Dei, maximè ſi propter remunerationem ſperatam temporalium principibus quoque ipſi adulentur: vel ſi nolint officio ſuo fungi, metu ne illis diſpliceant, cùm tamen meliùs ſit pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium, ca. 81. nemo peritorum xi. q. 3. neque oportet laudando augeri malitiam[b].

b l. 1. in fine, de ſeruo corrupto P.

Remedium aduerſus pernitiem etiam adulatorum & aulicorum principibus ab aliquibus datur, & puto vtiliſſimum vt euitent in conſiliis maximè, rebúſque gerendis, quibus inhoneſta vt honeſta laudare mos[c] eſt, qui quæſtus ſui cauſa fictè & ſimulatè multa auribus inſuſurrant. Et proinde qui ſapiunt, quíve ſuam maieſtatem ſartam tectámque habere volunt ad placitum loquentes aulicóſque domeſticos à conſiliis excludunt, reipublicæ à cubiculariis & domeſticis conſiliariis bonus, cautus, optimus venditur imperator, vt dicebat Flauius Vopiſcus in Aureliano.

c Corn. Tacit. 3. annal.





*De fide & obſeruatione, ſeu conſtantia promiſſionis principis.*

## CAP. VIII.

REx Alphonſus ſapientiſſimus Hiſpaniarum, dicebat, tantum valere debere ad fidem, principum verbũ, quantum priuatorum hominum iuſiurandum[a]. Et proinde in ſymbolum fidei in codicillis principum, dum magnum ſigillum apponitur, inſeruntur fila quæ pendent è charta, medio ſigillo principis, vt doceatur principem ſuis promiſſis eſſe ligatum in perpetuum, ferociores tauri funibus ligãtur, homines verbo, vt vulgaris ille indicat verſiculus, Verba ligant homines, taurorũ cornua funes. *Fundamentum,* inquit Cicero[b], *iuſtitiæ eſt fides, i. dictorum conuentorúmque conſtantia & veritas, ex quo (quanquam hoc videtur fortaſſe cuipiã durius) tamen vt videamur imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirunt vnde verba ſunt ducta, credamus quod fiat, quod dictum eſt, appellatam fidem.*

a Vt refert Antonius Panorm. lib. 1. de dictis & factis eius apophtegmate 58.

b 1. officiorum.

2 Fides ex verbis oritur, verba mentis ſunt interpretes, quibus ex cõſenſu hominum omnium creditur, vel ſpes efficiendi habetur, laudatur, & inter maxima humani generis bona, fides colitur[c]. Sanctiſſimum humani pectoris bonum[d]. Venerabile fidei numen, dextram ſuã certiſſimum humanæ ſalutis pignus oſtẽtta[e]. Dicebat & M. Tull. Cicero[f], *Nihil vehementius rempub. ait continere quàm fidem, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Fidem & mentem dedicauit in Capitolio M. Æmil. Scaurus, ante autem cõſecrauit fidei tẽplum Attilius Calatinus[g]. Atque Dion. Halicar.[h] fidei tẽplum priſcis & vetuſtioribus temporib. publicè ſacratum, tradit, vt ſeruandam & venerandam fidem diſcerent: vnde & conuentiones mutua fide factas nos ſeruãdas eſſe etiam iure gentiũ docuimus[i]. Fidem inter deos annumeraſſe antiquos tradit Plin. lib. 2. c. 7. meminit & de æde fidei in Capitolio poſita alibi lib. 35. c. 10. Fidei proprietatem, inquit Nonius Marcellus exemplo manifeſtauit Cicero lib. 4. de re publica. fides enim, inquit, nomẽ ipſum videtur habere, cùm fit quod dicitur.

c Seneca lib. 5. de benefic. c. 10

d Idẽ epiſt. 88.

e Val. in principio lib. 6.

f 2. officiorum.

g Cic. 2. de diuina.

h in 2.

i Lib. 21. ſyntag. c. 2. & in hoc tractatu, c. de legib. vel legũ principatu.

k Diod. Sicu. lib. 1. c. 6.

3 Ægyptiorum lege, olim periuri capite multabantur, tanquam qui duplici tenerẽtur ſcelere, vt qui & pietatẽ in deos violarẽt, & fidẽ inter homines tollerent, maximum vinculum ſocietatis humanæ[k].

Intereſt cuiuſque ratas eſſe hominum & inuiolabiles promiſſiones, ne ſiquis velit alteri fidem frangere, & ſibi id conceſſum arbitretur, & in ſui præiudicium fidẽ ſibi reſcindi pati cogatur, talionis pœna multatus, iuxta ea quæ Cæſares Diocletian. & Maximian. reſcripſerunt Muracolo & aliis militibus. *Ratas,* inquiunt, *manere ſemper factas iure venditiones, veſtra etiam intereſt. Nam ſi oblato pretio, reſcindere venditionem facile permittatur, eueniet, vt & ſi quid vos de laboribus veſtris à fiſco noſtro, vel à priuato comparaueritis, eadem lege conueniamini quam tribui vobis poſtulatis*[l]. Naturalis & regula, quod quiſq. iuris in alium ſtatuerit eodem quoque vti debere[m]. Vt & alia à Deo & iure diuino probata: Alteri ne feceris quod tibi fieri non vis[n].

l In l. ratas c. 7 C. de reſcinden. vendit. l. 4. tit. 44.

m in ca. cum omnes, 6 de conſtitutio. c. pro illorum de præbendu c. iuſt. ... eſt. 9 diſtinct. ... [illegible] iuris & c. lib. 2. P. ... 2.

n c. ... in 1. diſtinctio gratia.

4 Fides data & accepta, dum viciſſim exprimitur, aut adiectis conditionibus, aut periſtaſibus pacta dicitur, ſeu confirmata.

nempe duorum pluriúmve in idem placitum & conſenſus, vt aiunt iuriſconſulti[a].

a l.1. de pact. P. l. pactum de pollicita. P.

Sicut & impages Pompeio Feſto dicuntur, quæ à fabris in tabulis figuntur quo firmiùs cohæreant, à pangendo id eſt figendo. vnde & poetæ pangere verſus dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id eſt, infigere. Et alibi paginæ, inquit, dictæ quòd in libris ſuam quæque obtineat regionem, vt pagi; vel à pangendo, quod in illis verſus pangantur, id eſt figuntur. Nonius Marcellus quoque promiſſam ſponſam & pactam, idem dicit. Diſputat de vi pactorum Ariſtot[b]. *Pactum*, inquit, *lex quædam de particulari eſt, ac leges quidem non approbantur à pactis: pacta verò cum legitima ſint à legibus comprobantur. Et omnino lex ipſa pactum quoddam eſt, quare qui non credit, euertítque pactum, leges euertit. Præterea commutationes rerum vltro ac citro, ſimiliter quæ voluntaria ſunt pactis vt plurimùm facimus. quare ſi quis pacta infirmat, is vſum hominum inter ſe penitus euertit.* Atque in ſumma quæ pro conſeruatione legum adferri poſſunt, eadem & pro firmitate pactorũ facere poſſe tradit, vt contrà iiſdem modis impugnari ſi non rectè, ſi iniuſtè, ſi dolo malo, ſi coactè, ſi à deceptis fiant, ſi contraria aliis ſint in quo tamen ſi meminerint de contrariis, pacta nouiſſima derogabunt prioribus, alioqui legitimè ex conſenſu tranſacta[c].

b in lib.1. artis Rhetoricæ c. finali.

c l. pact. nouiſſ. C. de pactis.

Et Cicero[d], *Ex pacto*, inquit, *ius eſt, Si qui inter ſe pepigerint, ſi quid, inter quos conuenit. Pacta ſunt quæ legibus obſeruanda ſunt hoc modo. Rem vbi pagunt, in comitio aut in foro, ante meridiem cauſam conijcito. Sunt item pacta quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu, quæ iuri præſtare dicuntur.* atque iterum[e], *Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quòd iam ita iuſtum putatur, vt iuri præſtare dicatur.*

d 2. ad Heren.

e 2. de inuentione.

In hoc Vlpian[f], verſari naturalem æquitatem ait, cùm nihil tam congruat fidei humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerint, ſeruare, & vt idem ait[g], quoniam graue eſt fidem fallere. nec audiendum eũ Papinianus ait, qui velit fidem frangere[h].

f l.1. de pactis lib.2. ti.4.

g l.1. de conſtitu. pe. li.13. ti.5.

h l. illud aut illud 25. §.1. eo. ti. de conſtit. pecunia.

5 Et proinde ex pacto oritur obligatio etiam naturalis hoc iure gentiũ[i], vt maximè iure pontificio, quo cõſiderata illa naturali ęquitate, ex ſimplici pacto obligatio conſtituitur[k], quanquam iure ciuili Romano, non omnia pacta ſimplicia ſeu nuda producant obligationem aut actionem, ſed exceptionem[l].

i l. hæres à debitore, §. ſeruo, l. fideiuſſor §. fideiuſſor, de fideiuſſore P. l. ex hoc iure 5. de iuſtitia & iure P.

k in leg. 1. de pactis.

6 Hinc liquet, principes qui leges æquitatis naturalis non poſſunt licitè perfringere, (nam & illis tanquam rationis particeps à qua procedunt ſubiiciuntur) quæ pactis & conuentionibus per ſe factis, vel de rebus priuatis, vel de republica, quæ placita ſunt, aut mutare in præiudicium eorum cum quibus conuenerint. vult quiſque ſibi credi, inquit Liuius[m], & habita fides ipſam obligat fidem. Alioquin, ſi reges & principes fidei ſtare nõ deberent, miſerabiliores omnibus hominibus & ſubditis eſſent. nullo cum illis negotiũ gerere volente, & pro pœna eſſet interdictum illis à commerciis omnibus, quæ ſola fide perficiuntur, qua maior non datur[n].

l vt tractatur in l. iurisgẽtiũ 7. §. ſed cũ nulla de pact. P.

m lib. 22.

n l. 4. præterea C. de hæreti. l. hi qui ſanctum de apoſta. C.

Sequeretur & inde maximum reipub. detrimentum, cuius negotia publica non poſſunt frequentiùs nec cùm ſubditis, nec cum vicinis, nec cum hoſtibus, ſiue pactionibus & conuentionibus tranſigi. Conuentionum enim, vt inquit Vlpianus l.5. de pact. P. tres ſunt ſpecies:



aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex priuata. Priuata aut legitima aut iuriſgentium: priuata quæ de ſingulorum agunt vtilitate & legitima dicuntur, quando aliqua lege politica, ſeu ciuili eorum conuentiones confirmantur. Iuriſgentiũ verò, ea quæ non ſolùm iure ciuili, ſed & ſine eo ferè apud omnes gentes inter quas commercia ſunt, rata & firma habentur. vt emptiones, venditiones, locationes, & id genus aliæ. Paul. in l. legitima, & Vlp. in l. iuriſgentium, 7. de pactis P. Has conuentiones contrahens princeps vt priuatus, rectè ſe obligat ob fidem datam, & non tam ex lege ciuili, ſi qua conuẽtio probetur, quàm ex propria fide qua ſibi legem ſponte impoſuit, & de hac conuentione iam alibi dictum eſt, de publica nũc agemus quæ & in ſolio ipſo principis, propriã ſedem habere videtur, vt non immerito Scythæ penerantes per ſolium regis, morte multarent[a].

a Vt ſcribit Herodot. in 4.

7 *Publica conuentio*, inquit Vlpian.[b] *eſt, quæ fit per pacem, quoties inter ſe duces belli quædam paciſcũtur.* Cuius verba, magis vnam ſpeciem publici pacti, quàm naturam aut diuerſitatem publicarum conuentionum complecti videntur. non enim vnius ſunt generis inter duces tantùm, ſed etiam, inter principem, & ſubditos, inter principem & non ſibi ſubditos, inter principem & victos, inter duos populos ęquales, inter populos inæqualis authoritatis[c]. Et rurſum inter hos cauſæ diuerſæ paciſcendi diuerſæ.

b De l. conuentiones §.1. de pact. P

c l. non dubito de captiuis P. vide quæ diximus lib. de militari arte c. de iudicijs fœderibus.

8 Legimus Deum feciſſe pactum cum ſubditis naturaliter, & iure, cum ſuis creaturis, adhibuiſſéque ſolemnia ad corroborandũ placita & promiſſa: non quòd dubitãdum eſſet de eius fide. nam ipſe fidelis & verax, imò ipſa veritas, & qui ea quæ de labiis ſuis procedunt non facit irrita, nec poteſt mentiri. omnia quippe nouit quæ futura sũt, vt nõ præuiſa nõ ignoraſſe dicatur, & qui poteſt omnia quę vult, velit autẽ omnia quæ pollicetur, niſi quis ſe obiiciat volũtati eius, & fidẽ ei datam violet. Sic enim humanam creaturã hominem inquam fecit & creauit, vt ei relinqueret liberum arbitrium ad volendum & nolendum, & proinde, cum homine quamuis creatura ſua, tamen pactus eſt plura, vt ipſe ſe adhuc obligaret expreſſè ad ea quæ voluntatis Dei ſunt, ad quæ exequenda naturaliter nihilominus ſine vlla pactione iure naturæ obligatus eſt & diuino.

Quia magis timetur quod expreſſè in ſpecie iuratur & promittitur[d]. Pactum fecit Deus cum Noacho & vniuerſo genere hominum, in eius perſona[e].

d Vt ait l. f. C. ad leg. Iul. repetund. li.9. C. ti. 27.

e Geneſ. c.9. verſu 8. & ſequentibus.

8 *Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo.*
9 *Ecce ego ſtatuam pactum meũ vobiſcum, & cũ ſemine veſtro poſt vos.*
10 *Et ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum, tam in volucribus quàm in iumentis, & pecudibus terræ, cunctiſq; quæ egreſſa ſunt de arca & vniuerſis beſtiis terræ.*
11 *Statuam pactum vobiſcũ & nequaquã vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans omnem terram.*
12 *Dixítque Deus, hoc eſt ſignum fœderis quod do inter me & vos, & omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas.*
13 *Arcum meum ponam in nubibus & erit ſignum fœderis inter me & inter terram.*
14 *Cúmq. obduxero nubibus cœlũ, apparebit arcus meus in nubib. cœli.*

15 *Et recordabor fœderis mei quod pepigi vobiſcum, & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuerſam carnem,* &c.

Aliud fœdus pactum & promiſſio inter Deum & Abrahamũ, & ſignum datum circunciſio, promiſſiones circunciſis, vitæ æternæ & terrarum gentium [a]. Propoſitum & firmatum aliud pactum interrogatione & reſponſione, ſeu ſolemni ſtipulatione inter Deum & populum [b]. *Si ergo,* inquit Deus, *audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Reſpondit autem omnis populus ſimul, Cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus* [c]. Pactum reuocauit Ioſue nomine Dei cùm populo Iſrael, [d]. eſtque in fœdere ſubiectionis cautum, *Si dimiſeritis Dominum & ſeruieritis diis alienis, cõuertet ſe & affliget vos, atq. ſubuertet poſtquã vobis præſtiterit bona. Dixitq. populus ad Ioſuam, Domino noſtro ſeruiemus & obedientes erimus præceptis eius, percuſſitq. Ioſue in die illo fœdus & propoſuit populo præcepta atq. iudicia.* Cuſtodit Deus pacta ſua, neq. illorũ obliuiſcitur, cum eo coniungens miſericordiã, ne in tranſgreſſores deſæuiat omnino pro meritis [e]. Si tamen in tranſgreſſione perſeuerauerint, & noluerint ad promiſſa redire, vindicat acerbè tranſgreſſionẽ [f]. Vult enim ſibi ſeruari ex parte promitentiũ fidem, quo etiam pertinet, *Illud Deo reddes iuramentum tuum.*

a *Gen.* 15. & 17 *Exodi* 6.
b *Exodi c.* 19. *verſ.* 6. & *ſeq.*
c *Refertur* & *Deuter. c.* 5.
d. *Ioſue c.* 1.
e *Deut. cap.* 4. *verſ.* 31. *Daniel* 9. *verſ.* 4.
f *Deut. cap.* 7. *verſ.* 9.

9 Imago verò Dei, in poteſtate & authoritate, eſt princeps. Ideo & eius verba & promiſſiones ad firmitatẽ propemodum diuinam accedere debent poſtquã fidem dedit, quam nõ dare liberum ei ab initio erat. non decet principem labium mentiens [g]. Sic, cùm Sigiſmundus imperator, exigenti veterano militi promiſſa dixiſſet, immoderata fuit petitio tua, is autem reſpondiſſet, poteras negare cùm peterem, nunc ſine turpitudine quod promiſſum eſt reſcindere nõ poteris, addidit Sigiſmundus, ſi ex duobus alterum me facere oportet, facilius rerum quàm famæ iacturam ſubibo [h]. Leonem recens imperium adeptum, crebris agitationibus vrgebat Aſpar etiam, vt quemadmodum promiſiſſet, alterum filiorum ſuorum Cęſarem appellaret: cùmque cunctaretur, purpura eius prehenſa, imperator, inquit, hac veſte indutum mentiri nephas eſt. Cui reſpondit ille, etiam cogi & inſtar mancipij eſt. verùm cùm tandẽ reſiſtere non poſſet, filium eius ex filio patritio cæſarem fecit [i].

g *Prouerb. c.* 17
h *Aeneas Syluius li.* 2. *commentariorũ de reb. Alphonſi.*
i *Iohannes Zonara li.* 3. *annalium.*

10 Quin & fidem datam, malis ſeruare debere principem, docuit exemplo Ioſue, qui & Rhaab meretrici, & Gabaonitis fidẽ ſeruauit [k]. & Dauid Semei, homini ſeditioſo & maledico [l]. Et Carolus 5. Luthero, & interrogatus à Ludouico Palatino Rheni, cur ei fidem ſeruaret & non violaret, reſpondit fidem rerũ promiſſarũ, & ſi toto mundo exulet, tamen apud imperatorem cõſiſtere oportere [m]. Fides namque nõ eſt (ſi fieri poſſit) danda infideli & hæretico, at poſtquam à principe ex aliqua cauſa data eſt nomine publico, fidem frangere graue habetur, niſi noua cauſa id ſuadeat, nec obſtat quòd hoſtes ſint, quia & fides hoſti ſeruanda [n].

k *Ioſue* 9.
l 2. *reg. c.* 19.
m *Zenocharus lib.* 1. *Caroli* 5.
n *l.* 1. *de conſtituta pecunia.*

*De*



*De veri principis vera gloria.*

## CAPVT XI.

GLoria eſt multorum bonorum ore concelebrata laudatio; quando quis habet vel exiſtimatur habere, quod plures, vel omnes probi expetunt. Gloria vera vnicuique eſt, aſſequi finem propter quem opus ſibi commiſſum munus, & perſona gerenda erit.

Aliorum cauſa verò, omnis ferè hominibus demandatus eſt, idcirco & vera principis gloria populi ſalus ſi eam procuret tueatur & conſeruet regem eſſe, ſæpe hoc pendet vt Ferdinãdus rex Apuliæ dicebat, pendet ex fortuna ſeu caſu: at regem, talem ſe gerere, vt vnicus ſit ei finis ſalus & cura populi, hoc ex vera gloria & virtute propria principis pendet.

Princeps eſt pater publicus & cõmunis, vt ait Theodoricus rex [a], proinde non tanquam barbarus tyrannus, aut ſæuus dominus, ſed tanquam pater vti debet clementia & manſuetudine, neque quippiam ei magis conuenit, magíſque glorioſum accidere poteſt ipſa manſuetudine & clemẽtia in ſubditos vti, & amare ſuam rempublicam. Sic Nicomachus, cùm ſenatus deligeret imperatorẽ Tacitum, referente Flauio Vopiſco [b], *Ingens eſt gloria,* inquit, *morientis principis, rempublicam magis etiam amare quàm filios.*

a *apud Caſſiodorum lib.* 4. *epiſt.* 42.
b *in Tacito.*

Hinc dicebat Athalaricus [c], *Et noſtra verè pietas cuſtoditur, dum feriato gladio naſcitur metus, & prouenit ſine cruore correctio, commouemur enim placati, minamur otioſi, & clementer iraſcimur quando ſola vitia damnamus, cura & anxietas magna videre ſubditos vitijs ſcatẽtes fœlicitas principis habere morigeros & amatores eorum quæ expediunt. ſic labor cogitatione aufertur regnanti, dum ſubditi ſibi profutura diſponunt, vt dicebat Theodericus rex* [d]. Nobile Philiſci ad Alexandrum magnum dictum, refertur ab Æliano [e], *Ad gloriam,* inquit, *incũbe: verùm ea conditione, ne ſis peſtis, vel magnus aliquis morbus, ſed pax & ſanitas: adfirmans, per vim & ſæuitiam expugnare ciuitates, & populos exſcindere, peſtilentiã eſſe, ſanitatis verò ſalutiſque ſubditorum rationem habere, eſſe pacis commoda.*

c *apud Caſſiodorum lib.* 9. *variarum c.* 18.
d *apud eundẽ Caſſiodo. lib.* 3. *variar. c.* 49.
e *lib.* 14. *de varia hiſtoria,*

2 Quinctius Flaminius cùm eſſet in primis ambitioſus, gloriæque cupiditate ſumma duceretur, ſtudebat tamen pręſtãtiſſima quęque & maxima ipſe obire: gratioréſque habebat eos, qui operam ſuam quærerent, quàm qui præſtarent ſibi: quòd hos velut ad gloriam aduerſarios; illos virtutis ſegetem exiſtimaret [f]. Græci vt ciues ſuos omnia ad patriæ gloriam & ſalutem referre docerent, etiam in ſacris & ludicris certaminibus, non victores ipſos, ſed parentes & patrios illorũ proclamantes, patrias ipſorũ ab ipſis coronari proclamabant [g].

f *vt ait Plutarchus in eius vita.*
g *Plinius lib.* 16. *c.* 4.

3 Poteſt & princeps bonus iuſtã illã gloriã legitimè vſurpare quã D. Paulus omnib. conuenire dixit [h]. *Gloria noſtra,* inquit, *eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei, & nõ in ſapiẽtia carnali, ſed in gratia Dei cõuerſati ſumus in hoc mũdo: abũdãtius autẽ ad vos.* Nempe dicet princeps ſubditis, Si nos nõ reprehẽdat cor noſtrũ fiduciã habemus ad Deũ [i], hęc certè cõſciẽtia ſi pacata eſt glorioſũ

h 2. *Corint. c.* 1. *verſ.* 12.
i 1. *epiſt. diu. Iohannis c.* 3. *verſ.* 21.

facit principem apud Deum & homines,ſi inquieta, oſtendit contra ſceleroſum , immanem, indignum omni laude & gloria cùm neque ſibi placere poſſit.

Conſcientia humanæ naturæ relicta eſt veluti comes & teſtis & iudex actionũ.Lex naturalis dictat.quod faciendũ eſt,& malũ fugiendũ iudiciũ ſequitur in ratione,& ſic formatur conſcientia & vlterius facto iudicio ſequitur ſynd ereſis quæ eſt ſintilla conſcientię quę ſtimulat voluntatẽ ad bonũ faciendũ.vnde conſcientia propriè eſt regula in ratione,ſynderesis in voluntate.

Et quamuis princeps leges poſitiuas contemnat, & imperia hominum non vereatur , tamen habet ſuum proprium teſtem & iudicem cõſcientiam,quæ nec poteſtatẽ ſuam aut tyrannidẽ reueretur,ſed illi teſtimonium de bene aut malè geſtis incorrupta conſtantia ſuggerit & facta ſua iudicat. *Cùm enim gẽtes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt , eiuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis teſtimonium reddente ipſis conſcientia ipſorum, & inuicem cogitationem accuſantium aut etiam defendentiũ*[a].Hæc à Deo data à nobis diuelli nõ poteſt[b]:accuſatio arguit geſta non eſſe talia quæ probari debeant, multo minus laudari ſi quieta ſit, audacem ad laudanda facit hominem. magna quippe vis eius eſt in vtrãque partem,inquit Cicero[c], vt neque timeant ij qui nihil admiſerunt:& pœnam ſemper ante oculos verſari putent,qui peccauerunt.Et quamuis lateant ſcelera hominés , tamen perpetuò adeſt: ſcelera committenti verberat,lancinat,torquet,vtrit,excarnificat animum, nocte diéque ſuum geſtãtem in pectore teſtem, quamtumuis ſolitarium , ſatellitibus ſtipatum,profugum, aut ſimulantem. Et nũquam,vt ait Saluſtius in Catilinam, animus impurus,diis hominibúſque infeſtus,neque vigiliis , neque quietibus ſedari poteſt. Quo ſit,vt neque verè glorioſi tyranni & impij adminiſtratores reipublicæ dici poſſint , vt docuit tyrannus Dionyſius, ei qui illum beatum prædicabat,cui inter delicias tyrannicas conſtituto gladium ceruici impendentem de filo leui pendentem, ſuſpendi iuſſit.Sequuntur ita facta immaniſſima ex iam malè cõmiſſis, vtpote nũquam quieſcente ſed veluti deſperata agente animo,ob turbatam & excitatam conſcientiam.

a *D.Paul.ad Roma.c.2. verſ.14.*
b *Cicero pro Cluentio.*
c *Cicero pro Milone.*

Commune eſt omnibus principibus,velle honorari,velle recenſeri inter præſtantiores & inter probos ſiue boni ſiue mali ſint. Sed mali non potuerunt id aſſequi, quia tales non fuerunt quales voluerunt videri;nec viam tenuerunt per quam ad veram gloriam peruenitur.Et proinde pro vera gloria inanem habent & falſam, vel ratione rei ex qua gloriam aucupantur , vt dum principes cõmiſſa regiæ certis cura putant ſe glorioſos ſi ſæuiant,ſi delitioſè viuant,ſi ſint boni pictores aut ſimiles boni artifices: vel ratione eorũ qui adulãtur, qui laudant in principibus non laudanda & potius vituperanda : vel quando ipſi falsò ſibi tribuunt quę non habent vt dum tyranni ſe defenſores patriæ,patres populi aliiſque titulis inſigniri voluerunt.

DE



# DE REPVBLICA LIBER NONVS, SIVE DE POteſtate regia.

## *De iuribus quibuſdam inſignioribus regiæ poteſtatis.*

## CAPVT I.

POTESTAS regia magna, quæ & monarchia eſt, & vnius arbitrio temperanda , attamen cum ratione & ſcientia ſeu ſapientia, de qua alibi , neque princeps aliud gerere debet ſua poteſtate, quam quæ poteſtatis ſunt, hoc eſt quam quæ iuſtè poteſt & ſuæ authoritati commiſſa ſunt à Deo, vel à ſuperioribus diſpenſanda quod enim vltra gerit,non ex potentia,ſed impotentia procedit:quia imbecillis & minus idoneus efficitur ad ea exequenda quæ ei commiſſa ſunt, cùm ea quæ debet non operatur. Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem,verecundiam noſtram, & generaliter, quæ contra bonos mores fiunt,nec facere nos poſſe credendum eſt, inquit Papinia.iuriſconſultus egregius.in l.filius qui fuit in poteſtate, 15.de conditioni.inſtit.li.28.P.tit.7.cui conſentit Labeo in l.auus, 79.§.1. ſolut.matrimo.lib.23.tit.3. Probis regibus & bene inſtitutis , honeſta iuſtáue tantum ſunt,quæ honeſta & iuſta ſunt.Omnia autem iuſta & honeſta tantùm etiam barbarorum regibus, vt optimè reſpondit Antigonus rex Macedonum apud Plut.in apophteg.

2 A rectè agendo reges dicti, à principando & imperando primum ſuis iniquis affectibus , principes. Et rectè Claudianus ad Theodoſium,

*Nec tibi quid liceat,ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat,mentémque dome reſpectus honeſti.*

Non omne quod licet honeſtum eſt[a]. Eſt enim aliquid quod non oporteat,ait Cicero[b], etiam ſi licet : quidquid verò non licet: certè non oportet. Non ſecùs quàm non omne, quod ex libero arbitrio,quod hominibus dedit Deus,pendet,agere bonum eſt.neque omnia quæ ægri ſibi conducere & ibi permittenda putant illis vtilia ſunt.

*al.non omne.de regul.iur.P.l. ſemper in coniunctionibus eo.tit.*
b *Cicero pro Balbo.*

Dicebat Anthemius Cæſar, Nouella de bonis vacantibus, *Nihil amplius licere bonis principibus,niſi quod liceat priuatis.* Et imperato-

a in l. f. de appellation. in Codice Theodoſiano.

b in l. digna vox 4. de legib. lib. 4. c. Iuſtinianei.

res Theodoſ. Et Valentin. in l. f.[a] aiunt, *Salua maieſtatis reuerentia, non dedignari ſibi cum priuatis ius eſſe commune.* Et rurſum [b], *Digna vox,* inquiunt, *maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri, adeò de authoritate iuris noſtra pendet authoritas. & reuera maius imperio eſt, ſubmittere legibus principatum. Et oraculo præſentis edicti, quod nobis licere nō patimur, alijs indicamus.* Et Symmachus ad imperatorem, *Plus apud vos iuſtitia quàm licentia valet.* Imò minus ſibi licere quidam exiſtimarunt Cæſares, vt modeſtiſſimè ita ſapientiſſimè quia quod in plebe vitiū non eſt, interdum poteſt inuenire in principe vitij ſuſpicionē, vt aliquando Theodoſius imperator, recuſauit hæreditates priuatorum ſibi delatas quas priuati iure nanciſcuntur, nempe vt omnē ſuſpicionē auaritiæ ſubmoueret, & ſubditis exemplo eſſet, vt ait Symmachus [c], néue in tyrannorum ſuſpicionem qui ſuis tantū cōmodis non ſubditorum conſulunt, incideret.

c lib. 2. epiſtola. 13.

d 5. politico. c. 10.

3 Hîc obſeruandum eſt, quod annotat iam ſuo fuiſſe in vſu Ariſtoteles [d], *Non ſunt,* inquit, *nunc amplius regna, ſed ſi quæ ſiunt monarchiæ & tyrannides ſunt, ob id quia regnum ſpontanea gubernatio eſt, ac maiorum propriè: & plurimi pares ſunt, neque vſque adeò præcellentes, vt ad magnitudinē dignitatémque huius gradus ſe poſſint attollere, atque ex eo fit vt ſpōte illi non pareatur.*

e in Euterpe.

Conſentiunt qui dicunt, non amplius vt olim deos eſſe aut regnare inter homines, quia ſeniores vt tunc non gubernant, nec eo modo paſtorum inſtar vt olim ſufficere teſtimonium Herodoti [e], τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οὐκ ἐόντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι καὶ τούτων αἰὲν ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι. ὕστατον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὦρον τὸν ὀσίριος παῖδα, τὸν ἀπόλλωνα ἕλληνες ὀνομάζουσι. i. *Atque prius horum hominum deos fuiſſe illos qui regnauerant in Ægypto, qui non amplius inter mortales degerent: inter quos vnus fuit ſemper qui reliquos authoritate anteiret. Poſtremus autem omnium regnauit Orius Oſiridis filius, quem Græci vocarunt Apollinem.*

4 Cæterùm quamuis forma regiæ poteſtatis immutata ſit, debet tamen remanere in principe animus regis, & maximè magis ſolicitè rem communem & publicam quàm proprium commodum curare, eiúſque vtilitati incumbere.

f in 4. eius conſulatu.

Sicuti Honorium monuit Claudianus [f],

*Tu ciuem patrémque geras, tu conſule cunctis*
*Nec tibi, nec tua te moueant ſed publica vota.*

5 Hícque incidit illa quæſtio quę quotidie apud aulicos, & procuratores fiſci adulatores, & veros cōſiliarios, inter legitimos principes & tyrannos cōtrouertitur, num illud quod ſcribitur 1. regū c. 8. conuenire poſſit bonis regibus, ſeu permittatur iure regio, an verò iure tyranni, verba ſunt hæc à verſ. 10.

10 *Dixit itáque Samuel, omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe regem & ait,*

11 *Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis: filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciétque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum.*

12 *Et conſtituet, ſibi tribunos & centuriones & aratores agrorum*



*rum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & currunm ſuorum.*

13 *Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias & panificas.*

14 *Agros quoque veſtros & vineas & olíueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.*

15 *Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis ſuis.*

16 *Seruos etiam veſtros & ancillas & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo.*

17 *Greges quoque veſtros addecimabit, vóſque eritis ei ſerui.*

18 *Et clamabitis in die illa à facie Dei veſtri quē elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem.*

19 *Noluit autem populus audire vocem Samuelis, & dixerunt, nequaquam, rex enim erit ſuper nos.*

20 *Et erimus nos quoque ſicut omnes gentes & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.*

Quibus conſentire videntur quæ de parabola regni dicta ſunt Iudicum c. 9. verſ. 8. quòd ligna dum vellent eligere ſibi regem ierunt ad oliuam, ad ficum, ad vitem, quæ noluerunt acceptare regnum: venerunt autem ad rhamnum, qui ea lege accepit, vt requieſcerent ſub vmbra eius, & ſi nollent, egrederetur ignis de rhanno qui deuoraret cedros Libani. Et quod Cicero [a] ait, *Regum hæc eſſe imperia, animaduerte, & dicto pare, & præter rogitatum ne loquere. Et illæ minæ, Si te ſecūdo lumine hîc offendero, moriere.*

a pro C. Rabirio Poſtumio.

b l. 3. quib. ad liberta. pro clamare non licet lib. 40. P. ti. 13.

6 Itaque conceſſam poteſtatem in ſupradicta per Samuelem referunt quidam ad legitimam poteſtatem quod poſſet ſuſtineri, ſi populus vt ibi, cōſenſiſſet huic legi, indignus enim libertate eſt, qui ſe ſubiecit ſponte ſeruituti [b], quemadmodum cum miſeri Iudæi crucifixum Domini inſtantes, ſe nolle alium regem quàm Cæſarem publicè profeſſi ſunt, & ſuſceperunt in ſe ſanguinem effuſum innocentis ſuper ſe, & ſuper filios, & poſteros. Sic ſponte tyrannidi dæmonis ſe ſubiecerat primus homo peccando, à qua Dei tantum ſola bonitate & miſericordia redemptus eſt. Sunt barbara regna, hoc eſt quæ ex lege barbarorum hominum qui parum curabant de libertate plena vt Græci, in quibus lex regni ſimilis & durior ea quæ propoſita eſt à Samuele in ſubditos ex conſenſu ipſarum nationum, vt Perſarum, Medorum, & ſimilium, vt notat Ariſtoteles in Politicis.

Horum autem exemplo, poſtularunt Hebrei contempto Deo ſeu eius imperio, ſibi dari regem qui præeſſet illis in bello, & iudicaret: *Et erimus,* inquiebant, *nos ſicut omnes gentes.*

Sunt & quidam ſeruilis cōditionis qui dicant principis ſui ſe eſſe, & corpus & bona, quia in illis princeps ex arbitrio imperet.

7 Aliter & poſſet dici, illam legem de regno propoſitam intelligi in caſu neceſſitatis, vt poſſet princeps in eo caſu, & perſonis & bonis vti ſubditorum, non tamen abuti, ſed ad communem vtilitatem.

8 Sed verior ab aliquibus ſententia putatur quam attuli in c. de legis principatu, dum de obligatione principis ex pacto agimus vt c.8. primi regum, intelligatur loqui de his quę facturi ſunt reges abutentes poteſtate, non lege regnandi legitima. nam lex illa legitima, aliter & in contrarium ſcripta erat deutero.c.17. probatio item ſumi vltra poteſt, ex eo quòd ex Dei permiſſione ſeparatæ ſunt decem tribus à regno Hieroboam, filij Salomonis; quòd tributi opprimere voluiſſet populũ[a], punitus autem ob id nõ fuiſſet, ſi ex lege regni licuiſſet tollere agros & decimas bonorũ ſubditorum. quod fit enim lege permittente legitimum dicitur[b], & pœnam non meretur[c], nec diceretur peccatum concupiſcentia, niſi lex dixiſſet non concupiſces[d], niſi dicamus ſine cauſa oppreſſum populum ibi. & tribuũ alienationem etiam fuiſſe ob vindictam idololatriæ Salomonis, vt prædictum ei erat 3.reg.c.11. neque Achas rex reprehenſus fuiſſet quòd vineam Naboth cõcupiuiſſet & abſtuliſſet, vt habetur 3.reg.c.21. niſi, dicamus quoque ibi ſine neceſſitate publica, ad voluptatem propriam regem voluiſſe ſpoliare Nabothum hęredio paterno, quod & verum eſt.

a 3. Reg.c.12.

b l. legitima, de pact.P.

c l.gracch. ad leg. Iul.de adult.

d c. 4.de conſtitutio.

Sed & ſi licuiſſet ex lege regni decimare populũ, vel tantũ numerũ cognoſcere, cur fuiſſet Dauid punitus ob numeratũ populũ Iſrael & Iuda, ratione cuius & multitudo ſeptuaginta millium hominũ in tribus diebus peſte ſublata ab Angelo. 2. regũ c.f. niſi dicamus etiam quod verum eſt, non ex ſola numeratione ſed ſuperbia Dauidis, & quod muneratio facta vt oportuerat, non fuiſſet cladem immiſſam. Licuit enim numerare regi, Exodi c.30. ſed non eo modo, & ſine cauſa, & per ſuperbiam, nec vniuerſum populum, vt dictum in cenſu exigendo[e].

e ſuprà lib.3. c.5.

9 Adeſt & ratio hominis non impediti affectione, non licere bono principi illa quæ deſcripta ſunt in prædicta lege quæ magis ad tyrannum quàm regem pertinent. Quòd hoc non eſſet regere populum, non ordinare rempublicam, ſed deſtruere regni formam, ſi omnia ex arbitrio licerent. Reſpublica corpus eſt ciuile. ibi caput & membra; quid ſequeretur porro, ſi caput totũ ſanguinem, medullam, nutrimẽtum inſuper membrorum traheret? nihil certè aliud quàm lapſus & interitus corporis, membrorum & capitis, tabeſcente paulatim corpore, violentia quidem omnia ſi dominetur poteſt, ſed ſibi regnandi materiam & ſubiectum adimit. *Errat enim*, inquit Seneca[f], *ſiquis exiſtimet tutum ibi eſſe regem, vbi nihil à rege tutum eſt. Securitas ſecuritate mutua paſciſcenda eſt.*

f 1. de Clementia, c.19.

10 Reſoluit & magiſter Iohannes Gerſon[g], *Dicamus*, inquit, *exactiones has de quibus agit per dictum c.8. ius regis nominari propter harum trium cauſarum vnam: aut ob iuſtam populi punitionem qui contra Dei voluntatem regem poſtulauerant: aut ob publicam ſubuentionem in caſu neceſſitatis rationabili: aut per ſolam nuncupationem, eo quòd ſic appellant ea quæ ipſa iura conſtituunt.*

g In 4. parte operum, ſermone habito nomine vniuerſitatis ad regẽ Franciæ.

Quamobrem tres cauſæ, ſi ea intentione qua prolatæ dicuntur, exerceantur, & locum habeant, rectè iura regum faciunt quæ deſcribũtur. Sed ſemper punitiones populi illatę permiſſione Dei per oppreſſionem



regiam vel poteſtatis, non excuſant faciẽtes, imò nihilominus tyrannos reddunt non concurrente illorum intentione cum intentione Dei permittentis. bonum enim eſt opprimi populum aliquando rebellem Deo in peccatis ſepultum, & in ſtercore vitiorũ ſomnum nimium ducentem, bonum & puniri delicta, verùm hæc niſi benè fiant, ſunt facientibus mala & pernitioſa: & bonum niſi bene fiat, facienti bonum non eſt ad remunerationem & meritum. neque Deus remunerator eſt nominum ſed aduerbiorum ſic & Deus ſe vindicat de inimicis ſuis per inimicos ſuos. neque ideo magis illi ſibi probati ſunt. ſed tanta eſt ſapientia Dei, vt ex malis quorum ipſe cauſa non eſt, bonum colligat: vt ex dæmonibus, ex tortoribus, bellis, rebellionibus, & aliis pœnis emendatos & reſipiſcentes ſibi conciliet: atque vt oſtendat relinquentibus Dominum, quantum interſit ſubiici Deo, & ſubiici hominibus, & ita conuertantur ad illum, permittit iuſto iudicio in eos dominari flagella tyrannorum, qui quidem quamuis bonum operentur & vindictam Dei exerceant, tamen non ea intentione vt meliores iſti fiant, agunt: ſed vt potius ambitioni ſuæ, cupiditati & crudelitati, & inani gloriæ inſeruiant, ſęuiunt, populantur, bona addecimant vel omnino tollunt, poſſeſſores ſuis locis pellunt, vel grauiſſimo tributo ſubiiciunt, quietem ſomnum peccatorum interpellant, & adimunt. quorum occaſione, qui electi ſunt, & quos Deus non vult perire, ad auxilium Dei confugiunt: qui poſtea dum videt eos pœnitere factorum & contritos, miſericordia ſua illos paternè amplexatur, & flagella iracundiæ placatus amouet, perdit & breui tempore in nihilum redigit. & ſcriptum eſt, Neceſſe eſt ſcandala eſſe, væ autem homini per quem ſcandalum venit[a]. Samuélque eadem populo Iſraeliti petenti regem relicto Domino propoſuit[b]. *Mementote*, inquit, *quomodo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamauerunt patres veſtri ad Dominum, & miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti ſunt domini Dei ſui, & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ regis Haſor, & in manu Philiſtinorum & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduerſus eos. Poſtea autem clamauerunt ad Dominum & dixerunt, peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth. nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum & ſeruiemus tibi: & miſit Dominus Ierobaal & Bedam & Sampſon & Barac, & Iephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum & habitaſtis confidenter. Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduerſus vos dixiſtis mihi, nequaquam, ſed rex imperabit nobis, cùm Dominus Deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo preſtò eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis. ecce dedit Dominus regem. Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius & non exaſperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis ſequentes Dominum Deum veſtrum: Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermonem eius, erit manus Domini ſuper vos & ſuper patres veſtros.* Latior & horum hiſtoria in libro Iudicum. *Dixitque Ioſue ad populum quem adduxerat in terram promiſſam, Non poteritis ſeruire Domino. Deus enim ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque peccatis ſi.*

a Matth.c.18.

b 1. Reg.c.12. verſ. 8. & ſeq.

*dimiſeritis Dominum & ſeruieritis dijs alienis, conuertet ſe atque affliget* a Ioſue ca. 24. verſ.19. *vos, atque ſubuertet, poſtquam vobis præſtiterit bona*[a]. Sed de his aliàs dum agemus de tyrannide.

Minatur & Deus per Oſeam prophetam ca.13. *Dabo eis regem in furore meo.* in pœnam enim populorum dantur eis reges, qui tantùm abſoluta vtantur poteſtate.

11 Quod autem pertinet ad tributorum exactionem & decimationem, dicendum eodem modo eſt, neceſſitatem vrgentem, non voluntatem principis liberam, illas permittere, illa & neceſſitas debet eſſe, poſtrema & ad finem ad quem regnum & imperium conſtitutum eſt; nempe ad conſeruandam communem vtilitatem, & ad iniurias hoſtium à populo propulſandas: alioquin enim tyrannicum eſt, vt ſuo loco dicetur, hyrudinum modo ſugere ſanguinem, ſubditorum, laborum mercedes exhaurire, ſubſtantiam & patrimonia deuorare, ipſas oues ſibi ſubiectas ad paſcendum excoriare: nempe ad propriam vtilitatem, ad ſuperbiam, ad inanem ſuſtinendam gloriam, ad inuadenda proximorum principum dominia, ad bella temere ſuſcepta peragenda, ad voluptates & ad ſimilia quæ aliena ſunt à bono regimine principis. Omnia quippe ſunt principis, vt & omnia communia, ſed in tempore neceſſitatis, in qua principis dicuntur vt principis, id eſt rectoris & diſpenſatoris & patris reipublicæ, quæ eſt domina propriorum non princeps, & quæ pro ſuis negotiis non principis priuati, tunc pro ſalute ſua contribuere ſupra morem conſuetum, & tributa dare dicitur; miniſter autem & diſpenſator ſolùm in ea cauſa princeps: qui ſe malè diſpenſat, & in non neceſſaria erroget, reus eſt peculatus, & obnoxius rationibus reddendis coram Deo, & hominibus vtentibus ratione. Neque excuſatur princeps ſi ſupra dignitatis ſuæ neceſſitatem, velit ſumptus maiores impendere in aulicos, equos, & alia vana. Etenim hoc iure principatus legitimi, non poteſt facere, quando tributis & impenſis onerare oportet ſubditos eius rei gratia. quamobrem in lege regni & illa duo capita à Deo adiecta Deutero. ca.17.verſ.16.& 17. *Cùmque rex fuerit conſtitutus non multiplicabit ſibi equos &c. non habebit vxores plurimas quæ alliciant animam eius, nec argenti & auri immenſa pondera.*

Non negatur imo verò neceſſarium ducitur, præbendum tributum à ſubditis principi, tum ad negotia reipublicæ exequenda, tum etiam ad neceſſaria vitæ & ſplendori honeſtæ & debitæ principis. Conſtat enim ſponſum reipublicæ & defenſorem eſſe principem, & dotem pro oneribus dandam eſſe, & in remunerationem laboris & ſolicitudinis quam princeps ſubire debet pro ea, quíque & vitam propriam eius tuitionis cauſa periculis deuouet. dignúmque mercede laborantem, & ex mandato, vel alio modo etiam negotia alterius gerentem, ſumptus ſaltem rerum bene geſtarum repetere: cùm nemo teneatur militare ſuis ſtipendiis, certiſſimum inſuper cenſum & tributum à populo exhibitum, eſſe ſignum ſuperioris dominij, & ſubiectionis. ca.2. de cenſib. ca. illud 10. quæſt.3.





l.nulli C. de epiſc. & clericis.

Neque etiam diſputatur an tributum exigere poſſit, an quippiam à ſubditis petere, id enim conſtat poſſe, & ad præſtationem ſubditos teneri: ſed controuerſia eſt, an ſemper, & quantum velit, & ſine legitima cauſa à ſubditis petere, exigere, vel extorquere ab inuitis poſſit: quod & negatur: alioquin nihil intereſſet ſubditorũ, ab inimicis, vel à ſuo principe ſpoliari, imò magis æquanimiter ferrent ab hoſtibus, quàm à propriis opprimi. quia ab hoſtibus cauerent, cùm ſciant hoc illorum proprium, à ſuis non cauent, & prius vorantur quam venientes canes ſentiant. iam pernitioſi etiam principes inſatiabiles, qui quo plus habent, plus appetunt & à ſuis dum ab alienis nequeunt, emulgent.

Mirificè conuenit ſuperioribus ni fallar, ſententia Senecæ libro 6. de beneficiis ca.2. dum ait, *Hominem probum & principem ſuo contentum eſſe, nec exiſtimandum paruo eſſe contentum, quia omnia illius ſunt, non ſic quemadmodum Alexandri fuerunt: cui quanquã in litoris mari rubri ſteterat, plus deerat quàm qua venerat. Illius ne ea quidem erant, quæ tenebat aut vicerat, cùm in Oceano Oneſicritus præfectus claſſibus, præmiſſus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret. Non ſatis apparebat inopem eſſe, qui extra naturæ terminos arma proferret? qui ſe in profundum, in exploratum & immenſum, auiditate cæca prorſus immitteret? Quid intereſt quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? tantum illi deeſt quantum cupit.* Et iterum c.3. *Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit, quem per Liberi Herculíſque veſtigia, fœlix temeritate agit, ſed omnium quos fortuna irritauit implendo. Cyrum & Cambyſem, & totum regni Perſici ſtemma percenſe, quem inuenies cui modum imperij ſatietas fecerit? qui non vitam, in aliqua vlterius procedendi cogitatione finierit?* & poſtea c.4. omnia ſapientis eſſe dicit, & ideo nihil vltra illum concupiſcere, ita tamen vt nihilominus proprium quiſque in rem ſuam dominium habeat. *Et iure ciuili omnia regis ſunt*, inquit, (quod ſuperioribus conuenit) *& tamen illa quorum ad regem pertinet vniuerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt, & vna quæque res habet poſſeſſorem ſuum. itaque dare regi & domum & mancipia poſſumus, nec donari illi de ſuo dicimur.* Et c.6. apertius dehinc diſtinguit inter ea quæ ſunt imperij & propria principis. nam regio more cuncta poſſedit: dominia verò ſunt ſingulorum, vt ſapiens animo vniuerſa poſſidet, iure ac dominio, ſua. quo pertinet phraſis loquendi Diui Pauli 2. ad Corinth. c.6. *Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.*

12 Procuratio magna regni eſt, & eo extendit ſolicitudinem ſuam, quo fines tantum principatus ſunt. actiones enim principis à centro in quo degit, ad vltimos vſque fines per media verò diligenter peruenire debent, & poteſtas in omnes partes regni & principatus diffunditur quod Ouidius innuit epiſtol. Herod. *An neſcis longas regibus eſſe manus?* Nam vt ait Pomponius Iuriſconſultus in l. ſecunda in principio, de origine iuris, libro 1. P. titul.2. *Initio ciuitatis Romanæ populus ſine lege certa ſine iure certo primùm agere inſtituit, omniáque manu à regibus gerebantur,* nempe poteſtate & voluntate, nempe iuſta, Vt ait Iuſtinus in 4.

Et in ſumma, quæ ad vtilitatem reipublicæ pertinent, ea debent ex poteſtate & authoritate principis abſolutè præpoſiti & imperantis tractari, niſi ipſe, vel lex regni aut principatus aliter fieri exceperint, ſiue agatur de perſonis, ſiue de rebus.

13 Et ea dicuntur eſſe regaliæ, hoc eſt pertinere ad ius regis, qualia ſunt illa quæ traduntur à Friderico imperatore in c. vnico quæ ſunt regaliæ lib. 2. feudorum ti. 56.

1. Armandiæ, vel vt alij legunt Armanniæ, id eſt fabricæ publicæ armorum, & publica armentaria, id eſt loca in quibus arma, bellica tormenta, & machinæ aliáque ad bellum vel nauale vel terreſtre cõſeruantur neceſſaria, ex quibus armari poteſt, vnde armandię dicuntur ab armandis hominibus. Solebant enim in repub. arma locis publicis concludi quæ tempore belli indigentibus dabantur, ſicuti in tumultibus repentinis, vt refert Cicero[a], cùm de ſeditione contra Saturninum ait, *Eo tempore ex ædificijs armamentariiſque publicis, arma populo Romano C. Mario conſule diſtribuente, data, vt imperium populi Romani maieſtáſque conſeruaretur.*

*a pro C. Rabirio, oratione 17.*

Prohibuerunt Romanorum principes, propter motus, ſeditiones & contentiones, ex quibus clades fieri poterant & coniurationes in priuatos & rempublicam, ne penes priuatos arma eſſent, néve alibi quàm in publicis fabricis fierent, ne priuatis venderentur, & ne alibi quàm in publicum ſacrum armamentum reponeretur, vt Iuſtinianus ſtatuit[b]. *Quia*, inquit, *Deus commiſit ſubditos principibus vt illæſi & ſine calumnia cuſtodiantur.*

*b in nouell. 85. de armis.*

Iubet & [c] præſidi prouinciæ, nouella 7. *Neque armis vti non militantem permittes aliquem.* Reſpondit & Marcianus iuriſconſ. lege Iulia de vi publica teneri, qui arma, tela, domi ſuæ, agróve, in villa, præter vſum venationis, vel itineris, vel nauigationis coegerit, exceptis ſecundùm tempus Sceuolæ ante Iuſtiniani conſtitutionẽ, armis quæ quis promercij cauſa habuerit, hæreditate ei obueniſſent [d].

*c in §. f. tit. de mãdatis principum.*

*d l. 1. & 2. ad legem Iuliam de vi publica lib. 48. P. ti. 6.*

Quicunque ſine principis temporalis arma & gladiũ accipit gladio debet interimi, iuxta verbum Dei, quod ita explicatur in §. 1. 23. q. 8. ex c. 26. Diui Matthæi, de his aliqua diximus alibi libro 35. ſyntagma. c. 26.

14 Quando ad populum ſuprema poteſtas pertinet, ſeu in imperio democratico, idipſum ſancitum apud Platonem [e]. *Si quis conſilio ſuo abſque authoritate communi, pacem iniuit aut bellum mouit, vltimo ſupplicio condemnetur.*

*e lib. 12. de leg.*

15 Ratio cur ad principes ius, arma & armamenta quibus continentur, pertinet, multiplex eſſe poteſt. Quarum prima, quia ſic fieri expedit reipublicæ, quæ aliter regi non poſſet. Sic enim principi gladij poteſtas data eſt à Deo [f], & ipſe vitę & necis ſolus accepit poteſtatem, vt per ſe vel per miniſtros ſuos, quando oportet, non temere, & contra quos oportet eo vtatur: ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum: ideo ſine eius iuſſu iuſtum eſt arma non moueri, quia ipſe de executione gladij redditurus eſt Deo rationem.

*f ad Rom. c. 13.*

Quare [g] Valentinianus & Valens Cæſares, *Nullus*, inquiunt, *prorſus nobis inſcijs atque inconſultis quorumlibet armorum mouendorum copia*

*g in l. 1. vni. vt armorum vſus inſcio principe interdictus ſit, lib. 11. C. ti. 46.*

tribua-



*tribuatur.* Principi datum eſt merum imperium, quod eſt, habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur, vt ait Vlpianus[a]. Duo ſunt gladij in omni politia humana ſpiritalis & temporalis, quos Chriſtus ſufficere dixit[b]. Spiritualis eſt excommunicatio quæ diuidit animam à corpore eccleſiæ, quam eccleſia habet in medicinam ſi non contemnatur[c].

*a in l. imperium 3. de iuriſdict. omnium iudic. lib. 2. P. ti. 1.*

*b Lucæ 22. §. 1. 23. q. 8. ca. 2. authoritatem, 15. q. 6.*

Materialis ſeu temporalis eſt ille, qui conceſſus eſt principibus & diuidit animam à corpore.

16 Princeps miniſter Dei & legis eius: miniſtri legum & voluntatis principis in exequendo gladio, iudices, tortores, milites, & ſimilia quibus mali plectuntur & à terra tolluntur. Nec ſolùm homines ſunt vltores iræ Dei, ſed etiam contrariæ fortitudines, id eſt dæmones, & quæ appellantur furor & ira Dei, quæ omnia ex ſacris interpretibus docentur veriſſima in tota 23. q. 5.

*c ca. inter hæc 33 q. 2. can. viſis 16. q. 2. ca. ſi Petrus 24. q. 1.*

At regum proprium officium eſt, vt ait D. Hierony.[d] facere iudicium & iuſtitiam, liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos[e]. & rurſum, Cyprianus in nono genere abuſionis rex debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere non ſinere[f], quæ omnia ſine gladij poteſtate non poſſet exequi.

*d ſuper Hieremiam ad c. 22.*

*e ca. Reg. offi. 23. ead. 23. q. 5.*

*f ca. rex debet, 40. ead. 23. q. 5*

Ius regis, & principis liquet igitur ſolius, gladium habere, & illud iniuſtè accipere eos qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate vel iubente vel concedente, in ſanguinem alicuius armantur, ſicut exponit Auguſtinus in 22. libro contra Fauſtum Manichæum c. 70. relatus à Gratiano, in ca. 36. ille gladium, 23. q. 4. vbi principis nomine, continetur non tantùm monarchica, ſed etiã democratica vel ariſtocratica, vel mixta adminiſtratio. Sic hæc poteſtas quoque gladij, nõ priuati, ſed publica eſt: vel ex conſilio reipublicæ, vel alias legitimè imperantium. & poteſtas belli & armorum mouendorum, ex illis pendet, & ſine illis, vt in monarchia ſine principe, ea mouere, & gladij poteſtatem vſurpare, crimen læzæ maieſtatis eſt. veluti Martianus reſpondit[g]. *Eadem lege maieſtatis teneri qui iniuſſu principis bellum geſſerit, delectúmve habuerit, exercitum comparauerit, quíve cum ei in prouincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non tradidit.* Id enim non fit ſine principis contemptu & reipublicæ damno. non enim bella mouenda ſunt niſi iuſta ex cauſa, & indictione facta: & Hoſtes ſunt quibus bellum publicè populus, & nunc princeps, qui eius recepit poteſtatem & curam, bellum indixit; vel ipſi populo Romano. cæteri latrunculi, vel prædones appellantur[h].

*g in l. lex 12. tabularum. 5. §. ead. l. ad leg. Iul. maieſta. li. 48. P. ti. 4.*

*h vt ait Vlp. in l. hoſtes, 24. de re militari. lib. 49. P. ti. 15. & in l. 118. de verb. ſignifica.*

17 Magnum eſt committere priuatis, nempe militibus concedere arma, quibus abuti poſſunt niſi quadam diſciplina militari poteſtatéque ſuprema ab abuſu compeſcantur. vt antiqui etiam non omnes promiſcuè ad militiam admiſerint, & nonniſi quos meliores & minus vitiis obnoxios eligere potuerint. Atque in delectu etiam militum, Feſtus tradit & Cicero in diuinatione obſeruatum, vt qui primi vocabantur etiam eſſent boni nominis.

*i l. ab omni. 11. de re milit. P. l. 2. C. de Tyronibus.*

Reiiciebantur ſerui ab omni militia[i], qui ſtatus controuerſiam patiebantur, licet reuera liberi eſſent[k]. imò & ij etiam qui ingenui

*k l. qui ſtatus, 8. de re mili. P.*

bona fide ſeruirent[a], coloni, vel ſaltuenſes, aut vltrò ſe offerentes[b] negotiatores[c].

Nec recipiebantur milites aliquo publico iudicio damnati[d], non relegatus ad tempus[e], multo minus deportatus in inſulam[f], ad beſtias damnatus[g]: imò nec reus tantùm criminis[h]. Fuerunt & alij ignominioſi reiecti ex diſciplina militari ex quorum fece tamen noſtri exercitus ſunt refertiſſimi. obſeruauit autem illud diſciplina antiqua militaris, vt arma pro iuſtitia & repulſione inimicorum, hominibus non vitioſis darentur, qui conſeruare, defendere ciues & rempublicam armis, non iiſdem, licẽtia & poteſtate eos opprimere poſſent, vt iuſta bella per arma in hoſtes, non latrocinia in proprios ciues gererentur.

18 Sed neque perpetuò milites arma habebant, ſed cùm in hoſtem procedendum erat, & ad arma conclamaretur, ea cingebant vel capiebant. cuius rei veſtigium extat in teſtamento militari, quod ingruente hoſte tunc in procinctu armorum fiebat, vt obſeruarunt Feſtus, Plutarchus[i], Iuſtinia[k]. Imo Paulus[l] admonere videtur, arma antequam in pugnam iretur, in exercitu fuiſſe ſub cuſtode. loquens enim de eo qui arma alienauerit pœnáque eius. *Tyroni*, inquit, *in hoc crimine facilius parcetur, armorúmque cuſtodi plerunque ea culpa imputatur, ſi arma militi commiſit non ſuo tempore.*

19 Alia ratio, cur armorum cura ſit ex iure regaliæ, vel ex cura principis, pendet ex ſalute populi, quę commiſſa eſt principibus: quæ nulla alia ratione ſubuerti ſaltem lædi aut turbari poteſt quàm armis: quibus permiſſis paſſim latrones præualerent aduerſus viatores, inimici aduerſus inimicos, ſine remedio magiſtratuum. quare principis eſt quibus cuſtodia & ſalus eſt populi delegata, permittere, cæteris prohibere. Sicut L. Domitius imperium populi exercens in Sicilia, ad exturbanda latrocinia quibus prouincia vaſtabatur edixit, ne quis telum haberet. atque paſtorem qui venabulo poſtea eximiæ magnitudinis aprum occiderat, cruci affixit: neque ratio publici imperij prætorẽ nimis aſperum exiſtimari paſſa eſt, vt ait Valerius Maximus libro 6. c. 3. & Cicero oratio. 7. in Verrem.

Iohannes 22.[m] permiſit inquiſitori hæreticæ prauitatis, habere ſecum ferentes arma, & familiam armatam ad ſecuritatem ſuam, prohibuit autem ne aliis permitteret niſi dum illis egeret. Et[n] Pius 4. conſtitutio. ordine 65. incipiente, *cum vices eius*, prohibuit deferre, retinere, vendere archebuſios breuiores menſura duorum palmorum, ſub pœna criminis læzæ maieſtatis & rebellionis incurrenda ipſo iure. Quę conſtitutio deinde extenſa fuit per Pium 5.[o] contra deferentes pugiones, cultellos, & aliud genus armorum breuioris menſuræ trium palmorum. Plinius[p] tradit, metalla eſſe optimo peſſimóque vitæ inſtrumento, & ferrum valde vtile ad agriculturam & ad alia artificia, ſed eodem ad bella, cædes, latrocinia, homines abuti, & addit, *In fœdere*, inquit, *quod expulſis regibus populo Romano dedit Porſena, nominatim comprehenſum inuenimus, ne ferro niſi in agricultura vterentur. Et ſtilo ſcribere, vetitum eſt, vt vetuſtiſſimi authores prodiderunt. Magni Pompeij in tertio conſulatu extat edictum, in tumultu necis Clodianæ,* *prohi-*

a d. l. qui ſtatus. b l. 3. qui milita. poſſ. C. c l. vni. C. negotiatores ne militent. d l. 4. § adulterij, de re milit. P. e d. l. 4. §. temporarium. f d. l. 4. §. in inſulam. g d. l. 4. §. 1. h d. l. 4. §. reus, & l. qui metu, 16. de re milita. P. i in vita Coriolani. k in §. 1. de teſtament. l in l. qui commeatus, 14. §. f. de re mili. P. m in cõſtitutione 2. incipiente exigit, in Bullario collecto per Laertium Cherubinum. n in eo. Bullario. o in eius conſtitutione ordine in eodẽ Bullario 155. incipiente, cum vices eius. p lib. 34. c. 14.



*rohibentis vllum telum eſſe in vrbe.* Ait & Iſidorus[a], *Romani iuſſerunt, ne ferreum graphium quis haberet.* Siquidem & graphium lætale vulnus infligit, vt liquet ex cæde Iulij Cæſaris apud Sueton[b]. & graphiis confoſſus deſcribitur ab Aurelio Prudentio, Caſſianus[c].

*Innumeri circum pueri, mirabile viſu,*
*Confoſſa paruis membra figebant ſtylis:*
*Unde pugilares ſoliti percurrere ceras,*
*Scholare murmur annotantes ſcripſerant.*

Armorum tractatio reddit homines audaciores & crudeliores, & ad nouanda negotia, & turbandam quietem promptiores. Ademptio armorum contrà, reddit quietos, vt exemplum Lydorum docet apud Iuſtinum ex Trogo libro 1. Nam occupato in aliis bellis Cyro, Lydi rebellarunt, híſque iterum victis, arma & equi adempti, iuſſíque cauponas & ludicras artes & lenocinia exercere: & ſic gens induſtria quondam potens & manu ſtrenua, effœminata mollitie luxuriáque, virtutem priſtinam perdidit: & quos ante Cyrum inuictos bella pręſtiterãt, in luxuriam lapſos, otium ac deſidia ſuperauit. Aſtutè Philiſtini quoque cauerunt[d], ne vllus faber ferrarius eſſet in Iſrael ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20 Hîc quoque conſtituitur crimen proditioni proximum, & pernitioſum imperio ſeu reipublicæ ad barbaros quos indigere cõuenit, ferre loricas, ſcuta, arcus, ſagittas, & ſpathas & gladios, vel alterius cuiuſcunque generis arma. & proinde capitalis pœna in eos qui fecerint, ſtatuta[e]. Et iure pontificio, qui hæc eadem ſubminiſtrant, vel vendunt inimicis fidei proſcinduntur à corpore eccleſiæ & excommunicantur, ſerui capientium deſignantur, & bona proſcriptioni ſubiiciuntur, ex conſilio Lateranenſi ſub Alexan. III.[f]

21 Dicuntur 2. loco ſub poteſtate principis, vel regaliæ, viæ publicæ[g], publicas vias dicimus quas Græci βασιλικάς, id eſt *regias*, Latini prætorias, alij conſulares vias appellant. Diſtinctæ à priuatis agrariis & vicinalibus, teſte Vlpiano[h], dixit & militares has vias publicas[i]. Publica porro via dicta, quia ſolum publicum eſt, relictum ad directum certis finibus ab eo qui ius publicandi habet[k]. quare quia reipublicæ eſt ſolum, erit & principis in eo authoritas & poteſtas, cura eius, & compendium. ex ca. vſus verò ad quemlibet de populo. Sic poſtulauit à rege Amorræorum populus Iſrael, vt ſibi daretur tranſitus innoxius per viam regiam ſeu publicam[l]. via publica & foſſata vrbium prohibitum eſt occupari aut coarctare[m], & puniuntur qui hoc fecerint pœna ſacrilegij, cùm publica & ſacra comparentur, & eodem priuilegio gaudeant[n], & qui ſacra occupat ſacrilegus dicitur[o], vel punitur perinde ac lege peculatus, qua animaduertitur qui intercipit pecuniam regni[p]: imò multo magis, quod immobilia digniora ſunt mobilibus quorum vilis eſt poſſeſſio[q]. eſt enim via publica vt dixi, regia, vel ſaltem debet puniri pœna quinquaginta librarum auri[r]. nec poteſt via publica concedi priuatis ab officialibus regis, ſine expreſſo eius mandato[ſ].

a lib. 6. Etym. c. 9. b in illius vita c. 82. c in ſtephym. no 9. d vt dicitur li. 1. Regum c. 13. verſ. 19. e in l. 2. C. quæ res exportari nequeant. f c. 24. relato in c. in quorundã, 6. de Iudæis li. 5 decretal. c. 6. g d. §. 1. quæ ſint regaliæ. h in l. 2 §. viarum quædam, ne quid in loco publico lib. 43. P. ti. 8. i idem lib. 3. de locis & itiner. publicis. eo. lib. 43. P. ti. 7. k d. l. 2. §. viã publicam. l numero. c. 21. verſ. 22. Deutero. c. 2. verſ. 26. Iudic. 11. verſ. 19. m in l. via, ne quid in loco publico. P. n l. f. c. de ſacroſanct. eccl. iuncta l. vſucapionem, de vſucapio. o ca. quiſquis inuẽtus, 17. q. 4 c. cõqueſtus, de foro compet. p l. 1. ad leg. Iuliã pecula P. q l. ſi rẽ mobilẽ, & l. ſi quis vi, §. differẽtia, de acquirẽ. poſſeſſ. r l. qui ſine, C. de operib. pub. ſ videndus Chaſſaneus ad rubricam des iuſtices, numero 35. ad quẽ pertinet iuriſdictio viæ cõmunis, vnde Bald. ad l ſi plures, in 4. col de cõditio. inſt. ſ vt notat Bald. ad rubricã C. de cõtrahen. emptio. Matt. de Aſflictis, in conſtitutione regni Siciliæ incipiente puritatem & in conſtitutione incipiente beneficium in 2. libro.

22 Hinc ſequitur, inuenta in via publica, ſeu regia, oberrantia aut deperdita, & pro derelicto habita ad dominum viæ, nẽpe principem, aut rempublicam pertinere. vocant *Eſpaue* propriè de animalibus, quæ dum aberrant ſine perſecutore pauefacta, vel territa ab aliquo ſub incerto dominio videtur, per l.3.§. Nerua, de acquirẽ. poſſeſſ. Ioannes Faber ad §. examẽ apũ de rerum diuiſ. tradit apũ, examẽ errans in iuriſdictione & iuſtitia dominorum territoriorum effici illorum, & illud vocare *Eſpaue*, quod & alias res inuentas & dum ignoratur dominus qui amiſit, obſeruatur, quod ſanctiſſimè introductum videtur: dum enim ignoratur dominus rei vagantis, vel deperditæ, non poteſt interim à priuatis ſine ſuſpicione furti retineri & vſurpari: quia non conſtat adhuc rem dominum habuiſſe pro derelicto [a]. Ideo ad dominũ loci, & ſi in via regia ad officiarios, vel magiſtratus regios deferri debent, vel animalia duci: vt ibi tutò ſeruentur per aliquot dies, reddenda dominis ſi appareant: ſin minus, in publicũ conuertãtur. Ex lege diuina de re proximè perdita, ſic ſtatutũ [b], *Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem & præteribis, ſed reduces fratri tuo. Etiam ſi non eſt propinquus frater tuus nec noſti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus & recipiat. Similiter facies de aſino, & de veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perierit. Si inueneris eam, ne negligas quaſi alienam* [c].

23 In Gallia, inter regia iura errantium loco, Albini habiti ſunt homines, quorũ ignorabatur longinqua patria, dicti *Hommes d'eſpaue*, vnde ex morte illorum, bona regi queruntur, ſi non fuerint adoptati in Gallia, ſeu naturalizati per principem. Sic enim in ratiociniorũ camera ſcriptũ eſt. *Eſpaues ſont hommes & femmes naiz dehors le Royaume de ſi loingtains lieux, qu'on n'ẽ peut auoir cognoiſſance de leurs natiuités. Et quand ils ſont demeurans au Royaume ſe peuuẽt eſtre dicts eſpaues* [d]. Dubitatum autem aliquando, an inter eſpauas, annumerandi ſint pueri expoſiti in Gallia, quorum ignoratur pater, mater, aut ſtatus: & num inter nothos, quibus ſuccedit princeps, vel dominus territorij, de quo tractatum videbis à Rhenato Copino [e]. Vbi & citatur regeſtum vetus cameræ ratiociniorum Pariſienſium, *où les enfans trouuez ſont reputez eſpeces d'eſpaues.*

24 Communicatur quibuſdam iuridicis dominis potiſſimùm ſupremis iuſtitiariis, hoc ius ſpauarum, iuxta diuerſas cõſtitutiones aut conſuetudines probatas locorum, quæ proſtant ratæ & approbatæ per reges & principes: verum quando agitur de regiis viis, in quib. inueniuntur, certè ius ad regem pertinere debet etiã extantib. vtrinq. territoriis dominiorum iuridicũ. Imò rex aut quiuis alius princeps qui monarcha eſt in ſuo principatu, eſt ſolus dominus ſui territorij, & ſolus fundatus in iuriſdictione & imperio, vt ait Bald in ca. vnic. quæ ſint regaliæ, & ad c. vnicum, de natura feudi, & Aluarotus [f].

25 Quamobrem generaliter bona ἀδέσποτα, quæ ſine domino particulari inueniuntur meritò ad principem eius loci vbi inueniuntur, pertinent, & inter regalia bona vacantia reponuntur. In di. ca. vnico quæ ſint regaliæ. Cuius nomine multa continentur, vt in primis mortuorum bona decedentium ſine legitimo hærede,

a l.1. & 2. pro derelicto.

b Deuter. 22. verſ.1. & ſequ.

c Vide quæ diximus de rebus inuentis proclamandis retinendis & reſtituendis lib.20. ſyntag. c.3. & lib. 37. c.1. num.4. & c.5. num.9.

d Refert Ioannes du Baquet parte prima de Domanio regio, du droit d'Aubaine. c.3.

e Lib. 1. commentariorum ad conſuetudines Andaum tit. de iuriſdictione ca.10.

f Ad §. ad hæc de pace tenẽda in viſib. feud.



hærede, ab inteſtato [a], & fiunt incorporationes eorum cum bonis & ſubſtantia principis [b], bona ſine hærede, ſine domino dicuntur: ideo tanquã vacantia fiſco defferenda [c]. quo iure vſi reges Italiæ ſunt, quorum comites rerum priuatarum, illud exigebãt, vt ait Caſſiod. lib.6. in formula eius comitiuæ [d]. Vocatur hoc ius in Gallia *droict de desherance*, id eſt ex defectu hæredis, in Italia hoc iure vſus rex Theodoricus, vt liquet ex eius ep. ſcripta Epiphanio procõſuli Dalmatiæ [e]. Dehinc nomine vacantiũ, pertinẽt ad principẽ, res mobiles ſeu immobiles quæ à nullo poſſidentur, vel pro derelicta & inculta relinquũtur, vt & domus non reparata [f], manauit edictum à rege Galliæ 7. Septemb. 1574. & alio tempore de alienatione terrarum vacãtium quæ ad libellariũ contractũ conceſſæ ſunt per partes, diſcretis fundis ſub minutis cenſibus & pecunia, cum reſeruatione laudimiorũ ſi reuenderentur aliis poſſeſſoribus priuatis. Meminit Strabo imperatores Romanos olim conſtituiſſe magiſtratũ, qui per Ægyptũ inquireret, num bona eſſent aliqua vacãtia, poſſeſſiones deſertæ, hæreditates ſine hærede, aut alia ſine domino, vt eadem domanio ſeu dominio Cæſarum incorporaret.

26 Notamus tamen obiter, hodie in Gallia ad dominos iuridicos altos iuſtitiarios, & vaſſallos regis, ex eius conceſſione vel permiſſione, vacantia bona aliquando pertinere.

27 Tertiò, ad regalia pertinere Fridericus [g], dixit flumina nauigabilia & ex quibus fiũt nauigabilia, & portus & ripatica. vt enim in terra via publica in poteſtate principis eſt, ſic & itinera publica per aquã publicã. ibíque portus; eadẽ ratione qua omnia publica ad principẽ peruenerunt diſpenſanda. Marcianus iuriſconſ. [h] ait, flumina omnia penè publica eſſe, quod & Iuſtinia. firmat & de portu [i], atque Paulus iuriſconſ. [k] *Flumina publica*, inquit, *quæ fluunt, ripæque eorum publicæ ſunt: ripa ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen continet.* Flumen publicũ, id eſt, quod perenne eſt ex Caij & Celſi definitione [l], illudque vel nauigabile vel non nauigabile eſſe poteſt, [m]. Naturali iure communia omnium ſunt, aqua maris, vt aer [n]. Imperator nomine publico aut qui authoritatem habet publicam prohibet, nec ex publico flumine aqua ducatur, quo deterior nauigatio fiat [o], & legẽ aquis imponit [p]. Quamobrẽ quantum territorium principis durat & extẽditur, & iura harum aquarũ & vectigalia prouentúſque vindicat ſibi princeps iure publico, vel aliis accipienda permittit prout alias docuimus [q], & de iuriſdictione & poteſtate in mari principum, lib.1. c.2 numero 5. Piſcationum reditus principis eſſe tradit etiam Federi. [r] & Vlpian. [ſ] Erántque veteris Romæ inſtituto inter vectigalia, piſcationes; & boni ominis gratia, primus locabatur lacus Lucrinus, qui à lucro dicebatur, teſte Feſto.

28 Subit mentem mos antiquus teſtandæ ſubiectionis fuiſſe, offerre principibus quibus ſe populus debebat vel ſubiiciebat, aquã & terram: & eadem poſcere principes ab illis quos ſibi ſubiectos eſſe volebant, vt liquet ex his quæ tradit Herodot. [t] dum agit de caduceatore Darij regis Perſarũ, ad Indathyrſum regẽ Scytharũ miſſo, eiuſq; petitis & reſpõſionib. & Æſchines ait γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, Græcos intellexiſſe obedientiã petere, aut bellũ indictũ arbitrare ſi denegaretur.

a in l.1. & 4. de bonis vacãtib. lib.10. c. ti. 10.

b l.3. c. de bonis vacanti.

c in l.1. de ſucceſſor. edict. lib. 38. t.9. l.1. §. Diuus, de iure fiſci l.49. P. ti.14

d l.2. §. f. ad ſenatuſcon. Tertyll. P.

e lib.5. epiſto. Caßiodo.

f in l.1. de iure fiſc. P.

g in c. vni. quæ ſint regaliæ.

h in l.4 §. f. de rer. diuiſ. li.1. P. ti.8.

i §. flumin. de rerum diuiſio.

k in l.3. de flu. lib.43. P. ti.12.

l in l.1. §. fluminum. eod. titulo de flumi.

m l.1. § pertinet, ne quid in flumine publi. fiat eo lib.43. P. tit.13.

n vt ait l.2. §. f. de rer. diuiſ.

o l. quominus, 3. de flumini.

p vt in l. ſi in publ. 18. § f. & l. quod prin. 23. de aqua pluuia arcen. li.39. P. tit 3.

q lib.3. ſyntagma iur. c.14.

r in d. c. vni. quæ ſint regaliæ.

ſ in l. inter publica, 17. § f. de verbo ſig.

t in Melpomene libro 4.

29 Ius quoddã regale in Gallia quod dicitur vulgo *de Varech*; ad regem pertinens ratione ducatus Normandiæ, quod eſt, vt ſi per tẽpeſtatem, aut infortunio alio quopiam maris res quædã impellãtur in litus, ſiue nauis ſit, aut aliud quippiam, eodem iure ad principẽ pertineat, ſi intra ſex hebdomadas non compareat, qui poſſit eas res delatas vindicare. Extant plures iuriſconſultorũ leges, quib. prohibentur poſſeſſores prædiorum circa portus & litora quippiam capere ex mari appulſum, nauibus ſpoliatis, merſis, diſſolutis, naufragis[a]. niſi naues fuiſſent, aut res pyratarum [b]. Plura ſunt quę æquitatem iuris huius in perſona principis confirmare poſſunt, nõ minus quàm in viis publicis: nempe quod & cura, & refectio portuum, litorúmve, ad eũ pertineat: itẽ ſolicitudo, vt à pyratis maria circa ſuã iuriſdictionẽ ſint vt itinera tuta viatorib. à latronibus, & ſecundum naturã ſit, vt qui ſentit onus ſentiat & cõmodum. Quare & piſcationes fluuiorum regalium, alicubi meritò ęrariũ principis augent. Antiquitas non itẽ hoc ius in maria & flumina ſibi accipiebant maritimi principes vt nunc, ſed occupantib. & litoralibus dominis, ſine fraude nõ cõparentib. dominis concedebantur [c]. Verùm hodie cum impenſæ fiant à principe in huiuſmodi portus, & propter ſolicitudinem principum qui ibi habent imperium, merito ad regalia iura referri debent, vel ad iura reip. quæ in eadem loca parem habent poteſtatem.

30 Quartò vectigalium nouorũ impoſitio, inter iura regalia poſita, à Friderico [d], & antè eũ, non licere aliis quàm principi imponere reſcripſerũt CC.[e] & Innocẽt. 3. Comiti Tholoſano ſcribens [f], *Præterea*, inquit, *cum pædagia, guidagia, ſalinaria legatus tibi interdixerit memoratus, auctoritate apoſtolica duximus declarandũ, illa pedagia, ſalinaria, guidagia, interdicta quæ non apparent imperatorum, vel regum, vel Lateranenſis largitiõe conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, à tempore cuius non extat memoria introducta.* Et Alexãder 3.[g] *Innouamus*, inquit, *ne quiſquã alicui nouas pedagiorum exactiones ſine authoritate & conſenſu regũ & principum ſtatuere aliquomodo præſumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non deſtiterit donec ſatisfaciat communione careat Chriſtiana.* Vt iure ciuili perpetuo debet affici exilio [h], imò & eodẽ iure vectigalia ſine imperatorũ præcepto, neq. præſidi, neq. curatori, neq. curię cõſtituere, neq. pręcedẽtia reformare, & his, vel addere, vel diminuere licet. vt reſpondit Hermog. Iuriſ.[i] Iura regũ etiã hoc continent [k]. Rex qui nõ cognoſcit ſuperiorẽ in ſuo regno pro monarcha & imperatore eſt, vt rex Galliarum [l], & quilibet princeps intra ſuũ principatum, à ſuperiore alio quolibet temporali abſolutus. Nẽpe ſi neceſſitas & cauſa imponendi & exigendi vectigal adſint. nam vſus legitimus poteſtati vt ſuperiori tãquam diſpenſatrici non abuſus permiſſus eſt à Deo. Ideo ſi ſine cauſa imponãt, vel imponi aliis permittãt, peccãt, vt dixerũt Innocent. & Ioan. Andreas [m], & rapinã cõmittũt, & tenẽtur ad reſtitutionẽ, debétq. cõſtare de cauſa iuſta ſi velint immunes eſſe à crimine, nempe quæ ſit in vtilitatem reipub. & communem, nempe ſi portoria, pedagia, guidagia, pro ſecuritate viarum & viatorum, ꝓ refectione itinerum & pontiũ, aut ſimilium quæ impenſas & ſolicitudinẽ pro cõmuni cauſa habent, alioquin enim ſemper præſumuntur iniuſta [n]. Eadẽ ratione angariarũ, parangariarũ, & nauiũ exactiones,

a l. 3. & ſequẽtibus. de incendio ruina & naufragio lib. 47. P. tit. 9.
b Authẽ nauigia de furtis li. 6. C. tit. 2.
c l. 2. de naufr. C. l. f. & tit. de incen. rui. & naufra. l. qui leuandæ, ad leg. Rhod. de iact. P.
d Dicto ti. quæ ſint regaliæ.
e in l. 1. 2. & 3. noua vectigalia imponi non poſſe lib. 4. C. tit. 62.
f In c. ſuper quibuſdam 26. §. præterea de verbor. ſignific.
g In c. innouamus, 10 de cenſib. lib. 3. ti. 39.
h In l. f. C noua vectigalia imponi non poſſe.
i In l. vectigalia, 10. de publica. & vectigalib. lib. 39. P. tit. 4.
lz 1. Reg. c. 8.
l In c. per venerabilem. qui filij ſint legit.
m In d. c. Innouamus.
n Per c. quanquam, de cenſibus.



& plauſtrorũ, ad ius regaliæ pertinere dicuntur [a], & in ſumma omnis quoq; extraordinaria collatio ad regalis numinis expeditionẽ [b]. Securitas itinerũ ex pedagiis & perductionib. quæ fiunt per guidagia, debetur vectigal ſoluẽtibus ibi, ſic pro pace & vtilitate publica. qui enim hæc exigit tenetur reddere loca tuta, & res, & perſonas conſeruare illæſas, quę eo iter habẽt. alioquin debent dominũ reſarcire lęſo, vel lædentẽ exhibere ſeu furẽ, aut furtũ ſeu latrocinium, vt notat Archidia.[c] *vbi aliquis*. quæ omnia propriè ad ſalutẽ & pacem reipub. pertinent. nulli autẽ, ſalutẽ reipub. tueri magis conuenire, nec alium ſufficere huic rei quàm Cæſar em, putauit Auguſtus [d].

31 Quintò monetæ leges, ex principis authoritate pendẽt, & inter regalia sũt d. ca. vni. quę sũt rega. ad alios verò vel ex priuilegio principis, vel ex cõſuetudine præſcripta [e], materia minorũ habet publicã eſtimationem [f], ideo ſub cura principis, vt alia publica. & ad principẽ pertinet valorẽ limitare ſub pœna maieſtatis leſæ ſequendum ſubditis [g]. ita & crimen maieſtatis eſt, monetã ſuo nomine fabricare, aut iniuſſu principis cudere, alterare, falſare, radere, tingere [h]. ita ſubditi debẽt mutationẽ monetæ etiam in materia debiliorẽ ſeruare, factam à rege [i]. nam numus nihil aliud eſt quã lex, quia legẽ & æſtimationẽ imponit reb. ad ſolũ autẽ principẽ pertinet ſine controuerſia, & legẽ nouam condere, antiquam abrogare, & interpretari [k]. nõ ad inferiorẽ, qui ſuperiorẽ habet, qui non poteſt ſine conſenſu eius & populi, vt colligi poteſt ex hypotheſi regis Aragonũ in c. quãto, 18. de iureiurã. ſed neq; id princeps ſuperior facere debet, abſque maxima & extrema neceſſitate, niſi velit ius gentium & cõmerciorum violare quod ex ſtata pecunia conſtat.

32 Sextò generaliter ſunt confiſcationes regię & principis, de quibus diximus propriis locis in bonis reipublicæ, nec licet ſine licentia vel conceſſione principis confiſcare cõmuniter [l]. Ratio videtur, quia regulari iure non permittitur confiſcatio [m]. & proinde regium hoc ius eſt, cõtra legẽ poſſe. ſic notat hoc eſſe de maximo imperio [n], cõmunicãtur tamẽ & hæc confiſcationũ iura, vt alia ſuperiora quædã & aliquatenus per principes, ſubditis feudatariis ſeu valuaſſoribus iuridicis, vt argentariæ fodinæ, vectigaliorum ſeu pedagiorum iura.

Sed ſunt tamen quædam crimina, in quib. offẽditur maieſtas principis etiam inter ſubditos vaſſallos, in quib. confiſcatio ad ſolũ principẽ pertinet, vt ad ſolũ læſum, vt in crimine lezæ maieſtatis, nempe bona quæ ſub eius ditione ſunt, & quæ ab alio principe non tenentur à dãnato, quæ diſputantur & probãtur à Guidone Papæo [o]. In aliis criminib. vbi confiſcatio locũ habet, qui feudũ habẽt & imperiũ vel ex lege feudi poteſtatẽ, poſſunt cõfiſcationis iure bona cõdẽnati etiã alibi, in ſua iuriſdictione confiſcare vel cõfiſcata per crimẽ, retinere, vt docet etiã in crimine hęreſeos Guido Papę dec. 76.

33 Iudicandi neceſſitas munus publicum eſt [p], hæc imponitur à principe: is autem iudex populi proprius & primus, cęteri ab eo pendent & præfecti ſunt, conceſſa iuriſdictione quæ ab eo riuuli à mari procedũt, ſicut docuimus ſuo loco alibi. atq; reges quoque iudices ideo dictos, & quod vt iudicarẽt, populũ fuerũt introducti, cui muneri cũ per ſe ſufficere nequirent, conſtituerunt leuiorum negotiorũ, iudices, qui ſuo loco iudicarent vt factum à Moſe Exod. c. 18.

a D. c. vnico, quæ ſint regaliæ, l. 9. & 20. de curſu pu. C.
b vt ait Fridericus. & in l. 10. & 11. de ſacroſanc eccleſ.
c ca. ſiquis peregrinos 33. q. 6 Bald. ad §. conuenticulas, de pace iura. firman. Guido Papæus in deciſio. 413. iuri.
d in l. 3. de off. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 15.
e Guido Pap. deci. 498.
f l. 1. de cõtra. emp.
g l. 1. & fi. de veteris numiſ. poteſtate. lib. 11 C. tit. 10.
h vt docuimus lib. 36. ſyntagma. c. 2. & de monetalib. triumuiris & camera monetariorum regia, lib. 47. c. 38. num. 11.
i vt ait Iohã. Faber. ad authen. hoc niſi C. de euictio.
k l. 1. & f. c. de legib.
l vni. l. tit. nec ſine iuſſu iudicis liceat certis iudicib. confiſcare l. prohibitum. C. de iure fiſci.
m l. auth. bona damnatorũ, de bonis dãna. C.
n Bald. ad 1. de pace tenẽ. & iura. firm. feud. Iaſon, ad l. imperium, nu. 24 de iuriſ. omnium iud. P.
o deciſio. 341. incipiente, ſupra quæſtione

Ita omnes magiſtratus dicũtur vel ab imperatore ſeu rege creati, vel eius voluntate conſtituti, vel ab eo confirmati[b]: ſic committere fidei magiſtratuum dicitur reipublicæ partes gubernãdas imperator vel princeps[c], in prooem. inſtit. ibi, *Vt poſſitis aliquando rempublicam in partibus vobis credendã gubernare*: vt non poſſit vel modica iuriſdictio cuipiam conferri niſi ex voluntate principis mediata vel immediata[d] eum iudicem facere qui nulli præeſt iuriſdictioni[e].

Iuriſdictio tantum ea dicitur ordinaria, quæ à Papa, imperatore, rege, vel lege, vel conſuetudine, vel vniuerſitate, & non ab alio conceditur[f]. & ita iuriſdictionum hodie poteſtatem ad ſupremam & regiam pertinere authoritatem dicitur, quòd non cõſuetudine niſi approbata per principem defendi poſſit: & quòd mortuo vno principe qui iuriſdict. cõceſſerat, poſſint à ſucceſſorib. in principatu auferri[g].

34 Hinc in Gallia mortuo rege omnia officia regia egent noua regis ſucceſſoris confirmatione. interim tamen dum conſtet de ſucceſſore, & veluti in interregno gerunt munera ſua vt antea, in vtilitatem regni[h], quia & officia quæ dantur à rege, ſunt ſub hac clauſula, *Pour en iouyr tant qu'il nous plaira*: hoc eſt ſub beneplacito principis: quod beneplacitum, morte eius qui concedit extinguitur, non ita ſi dictum fuiſſet vſque ad beneplacitum ſedis regiæ[i].

Neque principes ſuccedentes regibus prędeceſſoribus, ſuccedunt illis in principatu vt hæredes, ſed vt dignitatis ſucceſſores, vt in beneficiis eccleſiaſticis, vel ex lege regni, vel ex lege electionis, vel alio modo. & proinde de rigore cùm habeant eandem authoritatem quam anteceſſores, non obſtringuntur legibus & factis eorum in tractanda republica, quæ illis cum plena poteſtate ſubiicitur: vnicuique enim principi ſua prærogatiua ſeruanda eſt[k]. & proſequutio voluntatis prædeceſſoris, pendet ex honeſtate, non ex neceſſitate ſucceſſoris. Solent autem cõmuniter ſucceſſores voluntatem priorum ſequi.[l] & ita fieri debere rationi congruere dicitur, vt ſucceſſor teneatur adimplere factum prædeceſſoris ſui[m]: maximè ſi nulla cauſa ſit rationabilis aut delictum, ex quibus priuari digni ſint magiſtratu præfecti, quãdo magiſtratus ſolent eſſe in principatu perpetui: non vtique ſi temporales vt olim Romæ. Sícque confirmatio officialium ſi fiat, vt fieri debet à ſucceſſore in principatu, eſt gratia: ſi denegetur eſt iniuria: verùm ad id princeps non cogitur: quia ſuperiori poteſtate non poteſt cõpelli, & par in parẽ ſequentẽ non habet imperium[n].

Quamobrẽ ſi prædeceſſor princeps cõceſſit iuriſdictionem, non ideo impeditur ſucceſſor quominus eam poſſit reuocare, maximè quando inferiores abutuntur iuriſdictione, propter quem abuſum poteſt illum illa priuare vt copioſè tractat Mathæus de Afflictis.

35 Poteſt & eadẽ poteſtate nouos magiſtratus creare, officia eorũ numero augere, iuriſdictiones prorogare vel reſtringere: quod tamen exiſtimabit ſibi bonus princeps conceſſum, quantum vtile reipublicæ futurum eſſe iudicabit, non aliter, vel ambitione petentium gratia, vel ad negotiationem vt multiplicatis officiis &

b in §. iudices, de pace tenenda inter ſubditos, de iuramẽto firman. li. 2. feudorũ ti. 52.
c vt in l. 1. §. initio verſ. cum vrbẽ de offic. præfect. vrbi lib. 1. P. ti. 12. & §. interim de defẽſor. ciuitat. in nouell. & Iuſtinia. in §. f.
d vt notatur ex l. more & l. & quia principaliter de iuriſdict. omniũ iud. neq priuatorũ conſenſus.
e l. priuat. de iuriſ. omnium iud. C. lib. 7. ti. 13. Latè hæc tractat Alex. cõſil. 24 incipien. ponderatis, volum. 5. Caro. Molinæus ad cõſuet. Pariſiẽ. §. 1. gloſ. 5. nu. 40.
f vt notatur ad c. cum cõtingat & ibi Panor. & Felinus de foro compe. Boerius ad §. 1. de iuriſdictio. omniũ iudic. in in conſuetudinib. Burgun.
g vt no. Bald. cõſilio 161. incip. proponitur quod pro cõmuni in 3. parte conſil.
h vt notauit Papus lib. 4. rapſo. Areſto. ti. 2. Areſto. 4.
i c. ſi gratioſe, 5. de reſcrip. in ſex. c. vni. ne ſede vacante aliq. innou. in ſex. k vt notatur in c. literas, 13. §. nos autem, & ibi Gloſſa de reſtitutio. ſpolia. l can. finali. de conceſſio. præb. in ſex. & c. penult. de præben. in ſexto. m in can. quia Iohannes, 12. q. 5. ca. illud, 16. q. 6. n l. ille à quo §. tempeſtiuũ ad ſena. Trebellia. P. l. nam m.



dignitatibus, ex eorum diſtractione lucrum quærat. Nihil enim peius poteſt accidere reipublicæ ea negotiatione. pro vno enim aureo quo officiarij redimunt officia & iuriſdictionis poteſtatem à principe, infinitas reuendendi carius iuſtitiam ſubditis occaſiones architectantur, vt etiam impudenter audeant in ſubditos graſſari, palámque ſupra ſportulas debitas petere; quòd iam principi pro mercatura officiorum dicunt ſe præbuiſſe. Quod non tantum prohiberi intereſt principis & reipublicæ, ſed vltra illud minatur ſubuerſionem totius legitimi ſtatus, dum manus venales expoſitæ ſunt auctioni, ex qua ius & æquum tollitur, & vincit in foro qui lancem ex parte iudicis pendentem ære onerat & officitur, vt dum venditionibus numerum magiſtratuum auget, etiam prędones & latrocinandi facultatem multiplicet. Debet ipſemet princeps iudicium per ſeipſum ſi fieri poſſit & iuſtitiæ diribitionem, & cum officiariis magiſtratibus, cùm non poſſit, onus ſuum partitur & communicat dignitatis regiæ munus. & proinde debet in his acutius inuigilare conſtituendis, maximè ne ipſe dicatur ſocius furum & latronum, & per ſuos adminiſtros eos ſciens prudénſque ſpoliare & affligere, quos à Deo & ex regia poteſtate commiſſos ſibi nouit regendos & defendendos.

36 Eo modo Chaſſaneus ad rubricam *des Iuſtices*. num. 106. Tradit Monarcham in regno ſuo regem Galliæ, poſſe tollere omnes iuriſdictiones ſi vellet, quæ ſunt in regno ſuo, & reducere ad iuriſdictiones regales, quod expedire dicit populo, ne tot ſub alterius iuriſdictionibus dominorum vexaretur. Et ita etiam poſſe ſine cauſa principem facere & reducere iuriſdictiones, citat Felinum, ad c. nouit, 8. Columna, verſic. lib. 1. de iudiciis, quod in concernentib. ſuperioris iuriſdictionẽ, poteſt princeps ſine cauſa factum reuocare, & de nouo facere. Mihi tamen videtur tribunos, centuriones, & alios gradus iudicũ rectè Moſem ex conſilio Iethro diſtinxiſſe[a]. & Ioſaphat regẽ[b], per diuerſa loca iudices poſuiſſe. Quare non arbitrarer principem debere omnes ad regales iuriſdictiones reuocare ſublatis inferioribus. Quia & inferiores ab illo habent poteſtatem, & dehinc appellatio in Gallia iuridicum dominorum ad regios iudices peruenit, trutinatis negotiis diligentiori calculo: & à diuerſis iudicibus. nõ inficiabo tamen, abuſus plures & vexandi pauperes litigantes occaſiones oriri ex gradibus diuerſis iudicum: ſed quia & in maioribus ſedibus, vt in minoribus apparent abuſus, & quædam incommoda cum commodis admiſcentur, ſatiùs aget princeps mea ſententia, ſi iam prudẽtia conſtituta in ſua integritate conſeruet, & deterſis maculis, vel ex tempore, vel ex malitia hominum contractis, ad puritatem & cãdorem & primitiuum ſanctum ſtatum reuocet.

37 Docetur & eo argumento, omnem iuriſdictionem pendere à principe, quod ab omni iudicio, etiam omiſſo medio, iuſſit appellari princeps, vt in eccleſiaſticis ſummus pontifex[c].

Quãquam ſolitus princeps prouocationes ad ſe factas omiſſo medio, ad ſuos inferiores reiicere, vt reſpondit Papyrius Iuſtus ex imperatorũ Antonini & Veri reſcripto[d]. Adiri & princeps poteſt omiſſis

a Exod. cap. 18
b 2. Paralip. c. 19.
c In ca. 3. 4. 5. ſub. 2. qu. 6.
d in l. imperatores 21. de appella. in P. lib. 49. tit. 1.

aliis iudicib. ab aliquib. vt à miſerabilib. perſonis pupillis & viduis[a].

al. vni. C. quãdo imperator inter pupillos & viduas, vel alias miſerabi coles perſonas gnoſcat lib. 3. C tit. 14.

38 Habetur & ſupremæ poteſtatis in principe probatio, quod à principe iudicãte non prouocatur: ad principes verò, vel ad eos qui poteſtate cõmiſſa vtuntur à rege, ab inferiorib. appellatur, quemadmodũ riuuli à mari fluentes, dũ ad mare reuerſi ſunt, quieſcũt. *Stultum eſt*, inquit Vlp. [b], *illud admonere, à principe appellare fas non eſſe, cùm ipſe ſit qui prouocatur.* Quãdiu populus Rom. reip. dominationẽ retinuit ab omnib. magiſtratibus ad illũ prouocatũ eſt, potiſſimũ in maiorib. ciuium cauſis, & ſi de capite ciuium ageretur. Sic exactis regibus conſules duo ad quos ſummum ius, quidem delatum eſt, tamen ne per omnia regiam dignitatem ſibi vindicarent, lege lata factum, vt ab illis prouocatio eſſet, néue poſſent in caput ciuis animaduertere iniuſſu populi, vt ſcribit Pomponius Iuriſc.[c] Cicero [d], vocat illam prouocationẽ, patronam ciuitatis, vindicem libertatis populi Rom. P. Valer. cognominatus à legionib. popularib. poplicola, primus exactis regibus leges gratas tulit de prouocatione aduerſus magiſtratum, ad populũ, itẽ vt caput cũ bonis eius ſacrũ fieret qui regni occupandi conſilia iniſſet, vt refert Liuius lib. 2. & rurſus lib. 3. tradit hanc legem ter à viris eiuſdem Valeriæ familiæ renouatam. Quæ certè tandiu obtinuit, quandiu populo imperium conſeruatum eſt Democraticum, & quandiu magiſtratus ab illius creatione, & ſuffragiis adminiſtrabant delecti: ſcribit enim Dion. Hal.[e] Valeriũ legẽ tuliſſe, ne quis magiſt. Romæ gereret, quem non à populo ſuſcepiſſet, quod ſi fieret capitali pœna vindicaretur, & qui illum occi[illegible]iſſet ei impunè eſſet: fuítque eo tempore vt idem tradit apertè mos conſulibus, vt faſces cum ſecuribus extra vrbem haberent, intra vrbẽ non haberent, vt iudicaretur plenam poteſtatem penes populum eſſe, & in vrbe vbi caput principatus nullam aliam abſolutã quàm populi vitæ & necis eſſe poteſtatem. atque poſtremis adhuc Iuriſconſultorum temporibus, id obſeruatum legimus pro conſulem, non habuiſſe poteſtatem intra vrbem, ſed ſtatim vbi egreſſus eſſet [f].

b in l. 1. §. & quidem à quibus appellare non licet, li. 49. P. tit. 2

c In l. 2. §. exactis, deinde regibus de origine iuris.

d Lib. 2 de oratore.

e In 5.

In l. 1. & 2. de officio procons. P. lib. 1. ti. 16.

Quare vbi ius populus ceſſit ſuum principi, & illã magiſtratuum creandorum poteſtatem, & prouocationis authoritatem in eum tranſtulit: & rurſus princeps eodem iure, & magiſtratus diſtribuit, & prouocandi limites conſtituit, manétque ſupremæ dignitatis regiæ hoc ſignum in principe, quale & fuit in Democratia.

Neque repugnat, quod populus Romanus, vel alius qui habeat Democratiam, magiſtratus conſtituerint, qui abſolutè imperarent: vt Romani conſules, dictatores, Lacedemonij Ephoros, aliíque populi alios: vt etiam principes habent Senatus, aliáſque poteſtates quæ abſolutè iudicauit inconſulto principe, & à quibus prouocare non licet. Siquidem alio modo poteſtas eſt penes huiuſmodi magiſtratus, nempe per modum commiſſionis, vel delegationis: alio modo penes principes, nẽpe iure proprio & illi iudicant, & ſtatuunt poteſtatémq. exercent nomine alieno, & ex ſibi præſcriptis legibus ab alio: neque ſecundum proprium arbitrium, aut vt dicunt ſecundum propriam conſcientiã. At princeps qui per ſe imperat ſupremo principatu, non ab alio quã Deo pendet, leges cõdit, & præter ipſas ſi ſibi æquum videatur ſtatuit.

Hinc



Hinc liquet, & principes imperiales quorũ iudicia vel iudicũ illorũ deuoluũtur ad camerã imperialẽ, nõ eſſe ſupremos principes, ſed ſubditos imperio: quũ illorũ ſentẽtiæ expoſitæ ſint cameræ reformationi vel cõprobationi, quę nomine imperiali iudicat in ciuilibus & in criminalib. ipſi principes ſine prouocatione, nõ ex propria poteſtate, ſed quia ita illis cõceſſũ, ab imperatore vel expreſſè ex priuilegio vel patientia ex conſuetudine aliquando etiam iudicant.

39 Septimò, rectè dicetur poteſtatis monarchicę ſeu regiæ vel abſolutæ, legũ generalium cõdẽdarũ, explicãdarũ, vel abrogandarũ authoritas & ius. nã illæ ab omnib. obſeruãdæ [a]. Et Iuſtinianus dũ de legis obſeruatione loquitur [b], *Omnibus autẽ*, inquit, *à nobis dictis, imperatoris excipiatur fortuna: cui & ipſas leges Deus ſubiecit, legẽ animatã eũ mittens hominib.* Annectitur huic poteſtati facultas irrogandi priuilegia quod ius ſingulare eſt legi communi derogans [c]. neque in poteſtate alterius eſt quàm principis, dicere non obſtante tali lege, quia is ſolus derogare non alius ei poteſt.

a vt dicitur in l. 1. & fin. c. de legib. l. leges ſacratiſſimæ eo.

b c. 2. §. 4. nouellæ 105. de conſulib. 105.

c l 14. 15. 16. de legib. P.

41 Hinc pẽdet poteſtas ſupremi principatus cõcedẽdi veniã delictis, & gratiam pœnæ, aut alterius cauſæ à lege præſcriptæ faciendi, quæ alterius non poteſt eſſe quã eius qui non eſt legib. obnoxius. nã quib. lex imperat & qui ſoluti nõ ſunt legib. legib. tenẽtur, & cõtra eas diſpẽſare nequeũt, niſi ab eo qui leges cõdit & tẽperat, ſolus ab illarum neceſſitate liberẽtur, ad principẽ ſolũ pertinet vitæ & necis poteſtas, ideo gladium commiſſum adeò exercet, & iuris poſitiui itẽ plena poteſtas ei, & ita remittit, quibuſdã ex ſingulari priuilegio ſupplicia legibus delictis certis determinata: qui poteſt eius ipſas leges tollere & mutare, poteſt multo magis ex cauſa certis relaxare, indulgere, proſcriptos reuocare, bona eis adimenda relinquere [d].

d vt & liquet ex titulis de abolitionibus, de generali abolitione c. cum ſimilib.

42 Hîc tamẽ monendi ſunt principes, ne ſupra principis poteſtatem gratiã pœnæ, in delictis atrocioribus faciant, quando à lege diuina ob atrocitatẽ criminis indicta eſt reis delinquẽtib. aduerſus leges diuinas. nã tunc hoc non eſſet vti ſed abuti poteſtate regia. quãuis enim princeps ſolutus ſit legibus humanis, tamen vincitur & obſtrictus eſt diuinis; & vt ſubditi impunè legem principis tranſgredi non debent nec poſſunt: ſic nec princeps ſui principis Dei, niſi cum aliqua circunſtantia, quę Dei legibus, conſona ſit, quáque temperare tandem liceat: alioquin, vt magiſtratus qui delegatus eſt à principe, diſpenſare ſine pœna contra legem ſui principis non poteſt: ſic nec princeps contra legem Dei. Non debet princeps velle videri ſe mitiorem vel prudentiorem eſſe Deo dum illud horrendum imminet Dei axioma, propter iniuſtitias tranſferri regna de gente in gentem. iniuſtitia eſt quod contra Dei iuſtitiam eſt, potiſſimũ: is enim iuſtus & iuſtitia ipſa. Fortius eſt ius naturale, ciuili [e], vtpote diuina lege ſuffultũ [f], neq; quicquã facere nec principẽ poſſe contra pietatem, aut bonos mores conſtat l. 15. de condit. inſtitutio, P. nouella. 9. l. 1. c. ſi aduerſ. vendit. C. l. c. ſi minor ſe maiorem dixerit. deficere enim ab eo quod principatum maximè conſtituit, nempe à iuſto naturali, hoc non eſt poteſtatis ſed impotentiæ. non ſecus quàm ſi quis iaculetur in ſcopum propoſitum, & iaculum non poſſit deferri ad ſcopum, hoc habet

e l. eas, de capiti diminu. P.

f §. ſed naturalia, de iure natura. gent. & ciuil. apud Inſt. ca. 1. prima diſtinct. apud Gratia.

impotentiam & defectum in vi deferente.

Fines cur legibus præeſt, ſeruare princeps debet, & intra illos ſe continere: extra quos poteſtatē ſe non habere arbitrari debet. Cauſas autem & iſtius poteſtatis fineſque aliquos, refert Iohannes 22, pontifex in proœmio Clementinarum. *Quoniam*, inquit, *nulla iuris ſanctio eſt quantumcunque perpenſo digeſta conſilio, ad humanæ naturæ varietatem, & machinationes eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ ambiguitatis attingit: eo præſertim quòd vix aliquid adeò certum clarúmque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus iura iam poſita mederi nō poſſint in dubium reuocetur: Quia etiam ab adoleſcētia viri proclinis ad malum ſenſualitas humana declinat: per quod morū ſubuerſio in clero & populo frequenter obrepit, neceſſaria eſt ſuperior authoritas, vt tam per determinationis oportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes dirimat, & obſcura ſuccidat, quam per cultoris ſarculum extirpet vitia, virtutes inſerat, corrigat exceſſus, moréſque reformet.* Quæ de iure humano poſitiuo, canonico vel ciuili ſynodali vel municipali dicta, explicant interpretes, vt ea arbitrio principis ſpiritualis vel tēporalis prout poteſtates in his diſtinctæ ſunt committi debeant, & ita fieri expediat reipublicæ ob neceſſarias quotidianas mutationes & noua negotia, quæ nouis indigent remediis, temperatis ab eo qui poteſtatem habet [a], obſeruata euidente vtilitate, in nouis inducendis, & antiquandis prioribus quæ diu æqua viſa ſunt, vt ait Vlpian. [b] nam vt alibi Paul. iuriſc. [c] *Minimè ſunt mutanda quæ certam interpretationem ſemper habuerunt.* Quamobrem etiam diuinum ius morale & naturale remanere debet immutabile [d], vt perfectum & manans ab eo qui non nouit opus imperfectum [e].

43 Ex hac poteſtate ſuprema in leges, pendet legitimatio quæ per reſcriptum principis tantum fit, qui ſuperiorem non habet [f], vt & imperator illegitimè natos legitimat [g].

Inferiores nō poſſunt, niſi habeāt facultatē cōceſſam à principe [h]. neque hic ius naturale immutatur à principe aut imminuitur, ſed ius tantum poſitiuum ciuile & politicum, quod principi ſecundum diuerſas occurentes cauſas, tractandum & moderandum illi relinquitur. Illegitimè quippe natus diuerſis legibus repugnantibus coniunctioni, natus dicitur illegitimus, ratione legis diuinæ quæ prohibet omnem coniunctionem extra matrimonialem. naturalis coniunctio in hominibus, dicitur matrimonium cum ratione certa facta, non temerè more brutorum [i].

Prohibet ius pontificium ſine certis ceremoniis, hanc coniunctionem naturalem: prohibent & illegitimas dicunt iura ciuilia nuptias, ritibus requiſitis non interuenientibus vtroque iure pœnę appoſitæ fuerunt, aliter quàm ſtatuant leges propoſitę, ſe coniungentibus. Leges illæ, ſunt à ſuis principibus promulgatæ, generales, ſecundum eas connubia facta legitima ſunt; contra eas, illegitima. ex cōiunctionib. legitimis nati filij, dicti legitimi & naturales; habiles & ad multa habiti idonei, à quibus repelluntur non ita nati. Et proinde ſinguli principes in quorū poteſtate ſunt leges de cōiunctionibus dictæ, ſoli diſpenſant, & eos quos natos contra ſuas leges illegitimos conſtuerunt,

a vt tradunt iura l. de ætate, §. ex cauſa, de interrogator. actio. l. 1. de vē tre inſpicien. P. l. quanquam c. ſi ſæpius in integrum reſtitu. fuer. poſtula. ca. miramur, 61. d. c. nulli, de elect. in ſexto.
b in l. 3. de conſtitutio. princi.
c in l. minimé, 23. de legibus P.
d ca. 1. diſtinctio. 1.
e ca. maiores, verſ. ſed adhuc, de baptiſmo.
f ex c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.
g in l. qui in prouincia, 57. §. 1. de ritu nupt. P. § ſit igitur, quib. mo. naturales efficiant. legit. in nouel. & §. illud, nouella 84.
h vt docuimus lib. 1. de reſcriptis, c. 28. num. 11.
i l. 1. § f. de iuſti. & iure P.



ſtituerunt, eoſdem poſſunt à ſuorum iurium nexibus eximere: ita tamen, ne ſupra poteſtatem & leges ſuas diſpenſent. ſic temporalis princeps rex, imperator, & alius de temporalibus circa matrimonia ſtatuens, in his legitimos declarat, non in ſpiritualibus: vt contrà ſummus pontifex diſpenſat de rebus ſibi ſubditis, & ex illegitimis habiles ad illas & legitimos reddit in beneficiis, & ſacris tractandis & ſacramento ordinis & in aliis ſuo principatui eccleſiaſtico conceſſis. Sine præiudicio tamen virium principum, qui de ſuis vt dixi, ſtatuunt.

44 Inde etiam pendet reſtitutio natalium, quæ non fiebat niſi à poteſtate principali, quando natus ſeruus reſtituebatur ingenuitati, hoc eſt natalibus ſeu ſtatui in quibus omnes naſcebantur antequam ſeruitus inuenta eſſet. vt ait Marcian. [a] & eſt veluti quædam παλιγγενεσία ſeu regeneratio ciuilis quia ex lege humana ſeruitus inducta eſt [b]. ita & à principe humano potuit hæc macula impoſita libertati, adimi. vt ait Scæuola [c]. Lege ciuili vel gentium inuenta ſeruitus, lege quoque ciuili tolli poteſt [d].

Sed quia lex non poteſt tolli vel abrogari niſi ab eo qui poteſtatem habet, ſic neque hoc ius ingenuitatis contra legem, niſi à principe dari poteſt.

45 Scio aliquando quæſitum, an ad poteſtatē regiam pertineat, poſſe virginibus vel mulieribus abuti, vel eas inuitas, aut inuitis parentibus aliis coniungere, & proinde dicam ea de re pauca.

Putarunt quidam licere principibus & inter iura regia illud, quod videtur probari poſſe, primùm ex c. 8. lib. 1. Regum verſiculo 13. ibi, *Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias & panificas.* Nomine focariæ antiqui dixerunt & concubinam, quam domi habebant ad curam rei domeſticæ [e].

Secundò quia regibus legimus fuiſſe plures cōcubinas, vt Dauidi [f] & Salomoni vxores quaſi reginæ ſeptingētas & cōcubinas trecētas [g].

Sic Euenus rex Scotiæ, ethnicus tamen, conſuetudinem introduxit, vt domini præfecturæ in ſuo territorio, virginitatem ſponſarū deliberarent omnium, quam ſuſtulit Malcolinus 3. rex eius nominis Scotorum, dimidiata argenti marca, vnam noctem à præfectorum vxoribus redimente ſponſa [h]. Ita Volſinienſes, ſed ſeruili preſſi dominatu, filias ingenuas ſponſo iam deſtinatas, ſeruis prius delibandas dare cogebantur [i]. Vt & Adrimachidæ Libyes, virgines nupturas regi exhibebant, & ille, quæ ſibi placeret deuirginabat [k].

46 Aliud verò quòd ſibi vindicant aliqui principes, vt cogant filias ſubditorum ex arbitrio contra voluntatem ipſarum & parētum, nubere quibus voluerint; vel prædiuites, pauperibus, & quibus voluerint forſan ſuis meretricibus, aut lenis, aut vilioribus ſe cōiūgere matrimonio ex eadem ſibi poteſtate arrogant, & ſuperbius, quod in vitam & bona ſubditorum ex arbitrio ſibi licere arbitrentur.

Atque in comitiis Bleſenſibus habitis in Gallia ſub Henrico III. rege anno 1576. menſe Nouembri ſanctiſſimè conſtitutum à rege articulo 281. in hęc verba, *Defendons auſſi à tous Gentilshommes & ſeigneurs de contraindre leurs ſubiects ou autres, bailler leurs filles, niepces, ou*

a in l. 2. de natalib. reſtituen. lib. 40. P. ti. 11.
b l. 4. & 5. de iuſtit. & iur. P.
c in l. quæris, 3. de natal. reſtituen. P.
d l. de quibus, de legib. P.
e quemadmodum in l. 3. C. de donatio. inter virum & vxor.
f 2. Reg. c. 15.
g 3. Reg. c. 11. verſ. 3.
h Hector Boethius, lib. 12. aureo ita numo pudicitiā redimere nupturā quoque tradit Polyd. Virgil. lib. 10.
i vt ait Alex. ab Alexan. li. 1. c. 24.
k vt ſcribit Herod. in 4.

*pupilles en mariage à leurs ſeruiteurs, ou autres contre la volonté & liberté que doibt eſtre en tels contracts: ſur peine d'eſtre priués du droict de nobleſſe, & punis comme coulpables du rapt. Ce que ſemblablement nous voulons aux meſmes peines eſtre obſerué contre ceux qui abuſent de noſtre faueur par importunité ou plus toſt ſubreptiuement ont obtenu, ou obtiennent de nos lettres de cachet cloſes ou patentes, en vertu deſquelles ils font enleuer & ſequeſtrer filles, icelles eſpouſent, ou font eſpouſer, contre le gré & volonté de pere, mere, parents, tuteurs & curateurs.*

47 Cæterùm contraria ſententia non licere principibus, fœminis aut virginibus pro arbitrio ſuæ voluptatis abuti, & verior & magis Chriſtianis congruit. Cùm ſæpe à nobis dictum fuerit, leges diuinas imperare principibus[a], tanquam à Deo qui rex regum & Dominus dominantiũ eſt promulgatus: & cùm inferior nõ poſſit tollere legem ſuperioris. In lege autem diuina ſcriptum eſt, non mœchaberis[b].

a *Deuter.* 17.

b *Exodi* 20. & *D. Matth. c.* 5.

Propter fornicationem ſcilicet vitandam, vnuſquiſque habebit vxorem ſuam, & vnaquæque virum ſuum[c].

c 1. *ad Corinth. c.* 7.

Extra matrimonij quę viri & vxoris eſt tantum vnius coniunctionem, commixtio ſexus reprobata à Deo & eccleſia catholica eſt.

Et maris & fœminæ coniunctio naturalis quidem eſt, ſed alterius naturæ in brutis qui inſtinctu & appetitu tantum naturali vtuntur: alterius in homine qui ratione vti debet. ideo illa coniunctio remanſit in brutis in propria appellatione coniunctionis: coniunctio verò hominis rationalis, tranſit in aliud nomen & hanc, inquit etiam iuriſconſultus ethnicus nos matrimoniũ appellamus[d]. Neque principes excipiuntur à legibus diuinis, aut præceptis naturæ humanæ, quin illis adſtringantur: imò potiùs ad conſeruationem non autem ſubuerſionem illarum, videntur eſſe conſtituti.

d *in l.* 1. §. *f. de iuſtitia & iur. P.*

48 Neque quod profertur ex 1. Regum c. 8. verſ. 13. firmare poteſt ius eſſe regis, violare virgines, aut mulieres ſibi ſubditas. nam verba faciet ſibi focarias, non ſignificant ibi concubinas ſed miniſteriales. Sic enim in Hebraico legitur,

ואת־ בנותיכם יקח לרקחות ולטבחות ולאפות: *Veet benotecem iokah lerakachoth u letabachoth u leophoth.* id eſt, & filias veſtras accipiet vnguẽtarias, quæ pigmenta aromatica coquunt, & culinæ præfectas ſeu coquas. id enim *tabachot* טבחות nempe, coquinæ, curatrices, ſignificat, quas & dici focarias à foco poſſumus admittere. aliud autem eſt eſſe *tabacha* id eſt coquam & apparatricem eduliorum, aliud eſſe פילגש *pilegeſch*, concubinam.

Neque quia authoritate regia poteſt princeps cogere ſubditos & ſubditas miniſteria neceſſaria ſibi prębere, ideo ſequi dicemus, poſſe ad peccandum ſecum contra legem diuinam illis imperare.

Et ſi quando illud imperaret, iuſtè aduerſum mandata obſequium denegaretur, cum meliùs ſit obedire Deo quàm hominibus[e].

e *Actor. c.* 5. *verſ.* 29.

Quinimò & impudicitia & concupiſcentia hæc illicita, iuſta viſa cauſa eſt aliquãdo, etiam ethnicis deturbandi reges principes & magiſtratus de throno. vt vulgare eſt quod de Tarquinij eiectione ob ſtuprum Lucretiæ, de decemuirorum abolitione ob Apij luxuriam Romæ, de Childerici regis Gallorum expulſione in Gallia.

49 Quòd ſi rurſum inſtet aliquis, de concubinis habitis à principibus, hoc facti eſt: ſed num licuerit regia poteſtate legitima, in quæſtionẽ vertitur: dehinc & antiquitus apud Iudęos ex certis cauſis plures vxores & cõcubinas habere permiſſum fuit ante legem, ſed lege euangelica potiſſimùm hæc omnia permiſſa antè, exploſa ſunt, cùm lex ad perfectionem peruenit. quod tractatur fusè à ſacris patribus apud magiſtrum ſententiarum Lombardum lib. 4. diſtinctio. 33. Sed neque exempla principum ethnicorũ aut Chriſtianorũ qui libidini frena laxarunt, & ſubditas oppreſſerunt in probationem poteſtatis regiæ adduci debent, non minus quàm vitia reliqua illorum, factáve impia & crudelia, quæ abutẽtes poteſtate principali, tyrãnicè in ſubditos exercuerunt. vt neque his aliquis rectè imitandũ proponeret Dauidis adulterium, aut Salomonis in falſas religiones ob mulieres corruptam mentem, aut aliorũ regum Iſrael & Iuda idololatriã. quæ cùm reges eſſent admiſerunt, ſed non poteſtate legitima regis quæ Dei legibus ſubiicitur. Neque mirum ſi Euenus 3. eius nominis Scotorum rex, delibandi virginitatẽ ſubditorum permiſſionem dederit, cùm ipſe fuerit intẽperantiſſimus, habens quoq; centũ concubinas, ex nobilioribus matronis virginibúſq; delectas, & concedẽs decreto cuilibet tot vxores habere quot vellet[a], cúmq; intemperans fuit, & tyrannus impiiſſimus alens latrones, lenones, ſicarios, optimos perſequutus vſq; ad necem; vnde meritò populari conſpiratione[b], acie victus & captus, in carcere ſtrãgulatus fuit. Nec dubitabit princeps, ſi modò Chriſtianus ſit, hoc firmiter amplecti ſe poteſtatem à Deo habere, Deum ſibi ſuperiorem: & eius legibus non minus quàm ſubditos ſuos obſtringi. Et proinde præceptũ diuinũ, non mœchaberis, nõ concupiſces vxorẽ aut mulierẽ proximi tui, & reliqua huiuſmodi, ad ſe quoque pertinere. quia ab illo princeps nullus excipitur, & apud Deum non eſt, dominus, non ſeruus, non Iudæus, non gẽtilis diſtinctus dum de redemptione & ſalute animarũ agitur. omnes enim vocauit ad æternitatem ſi obtemperent, & ad fœlicitatem. Si verò non obtemperent, impœnitentes miſſurus in ſupplicium æternum.

a *vt author Hector Boethius in* 3.

b *vt tradit idem author eo. loco.*

50 Quod autem pertinet ad id, quod pari errore principes cogũt ſubditas & ſubditos matrimonio iungi ex ſuo arbitrio, contra parentum & nubentium & coniunctorũ voluntatẽ, verè certè idipſum tyrannidem redolere videtur, in qua & leges naturæ & Dei, & eccleſię, offenduntur. Iuſſit enim Deus filiis, parentibus obedire[c]. Leges diuinæ & humanæ ſtatuunt munus parentum eſſe liberis conditiones matrimonij quærere, filias matrimonio locare[d]. Volunt omnia prædicta iura libera eſſe matrimonia debere, neque ea rata aut firma haberi, quę vi, metu, aut impreſſione poteſtatis ſuperioris de facto cõtracta fuerint[e].

c *Leuiti.* 20. *Exod.* 20.

d *l. qui liberos, de ritu nuptia. P. l. fi. de dona. ante nup. C.*

e *l. liberta, C. de inutilib. ſtipula. l. Titia, de verb. oblig.*

Neque in poteſtatis principis authoritate eſt, cogere voluntates, & ex non matrimonio facere matrimonium. imò ſi tales inuitas cõiunctiones copulet, nihil aliud in effectu facit, quàm contra leges diuinas ſcortationes & raptus, confuſionem familiarum, turbationẽ ordinum, libertatis ſubditorum ademptionem & tyrannidis maxima iacit fundamenta.

P *l. neque ab initio, C. de nupt. c. requiſiuit, c. de gemina. de ſponſa. lib. cum ſimili.*

Atque inter grauiſſimas iniurias quibus ſe affici Sueones & Gothi

conqueſti ſunt,& rebellarunt contra Albertum Magnopolenſem regem Sueonum, illa erat quod nobiliſſimæ virgines & viduę, ſępe per illum in extraneorum & indigniſſimorũ coniugium conſentire cogebantur, vt ſcribit Ioannes magnus, lib. 21. Neq. Honorius & Theodoſ. CC. authoritate ſua, in hac parte ab inhiantibus & concupitorib. matrimoniorum paſſi ſunt abuti, ſed lege edita Kalendis Februarij anno Domini 409. reſcripta ea de re impetrata, pœna impoſita impetrantibus, vt obreptitia reprobarunt. Quæ refertur in l. 1. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur lib. 5. C. Iuſtinianei tit. 8. Cuius verba & oſtendunt contrariam imperatorũ ab omni antiquitate fuiſſe obſeruationem ne pro his illis ſupplicaretur. Sic enim loquuntur CC. *Quidam vetuſti iuris ordine prætermiſſo, obreptione precum, nuptias quas ſe intelligunt non mereri, à nobis exiſtimant poſtulandas: ſæpe habere puellæ conſenſum confingentes. Quamobrem tale ſponſalium genus, præſentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hãc definitionẽ, nuptias precum ſubreptione meruerit: amiſſionem bonorum & pœnam deportationis ſubiturum ſe eſſe non ambigat, & amiſſo iure matrimonij quod prohibita vſurpatione meruerit filios ſe ex hac coniunctione ſuſceptos, iuſtos non habiturum, nec vnquam poſtulatæ indulgentiæ annotationiſve indulto efficacem ſe veniæ effectũ meruiſſe, exceptis his qui parentum ſponſionem de nuptiis filiarum implere deſiderant, vel ſponſalia, hoc eſt arrarum data nomine, reddi ſibi præcepto legum cum ſtatuta pœna depoſcunt.*

Extat deciſio ca. nullus, 6. in principio, 36. qu. 2. ſumpta ex conſilio Pariſiẽſi 1. c. 6. cuius verba, *Nullus neque viduã, neque filiam alterius extra voluntatem parentum, aut regis beneficio, æſtimet poſtulandam. Quod ſi fecerit, ab eccleſiæ communione remotus, anathematis gladio feriatur.* Diffinitio iniuſta, regio metu, vel iuſſu à iudicibus ordinata, non valet [a].

a *c. omne quod irreprehenſibile 8. §. 1. 25. q. 1.*

51 Hîc tamen non improbarẽ ſolicitudinem principum, imò laudo maximè & dignum regia poteſtate cenſeo, curare vt matrimonia vti oportet fiant, maximè orphanorum & pauperũ, ita tamen, vt non coacta voluntas accedat parentum, & coniunctorum, & ſit non diſpar conditio, aut vis quæ metum incutiat illegitimè inuitis. Sed & parẽtes ad id munus ſi viderint commodis filiorũ & filiarũ ſine cauſa repugnare, poterint authoritate principali cõpellere. vt apud Aſſyrios Triumuiri integritate conſpicui, & nobilitate præſtantes, iam maturas viris puellas palam productas, conuocata per præconem multitudine locare ſe eas matrimonio velle pronunciabãt, rémque peragebant, & ſecundum dignitatẽ elocabant principe loco [b]. Vt vetus Sãnitum mos decem quot annis virgines forma, & virtute eximia eligendi ex omnium virginum numero, quæ totidẽ optimis adoleſcentibus matrimonio elocarentur, neque in affinitate iungenda cuiuſquam rei præterquam virtutis ratio habita, vt optima optimo locaretur: ea lege tamen, quòd ſiquis vitæ inſtitutũ in peius mutaſſet, publicè connubio priuaretur. qua ignominia nulla poterat eſſe pœna grauior [c]. Nec minor fuit cura in republica Romanorum de matrimoniis, quàm de aliis grauiorib. negotiis, tũ ad propagandã cãdem, tum ad familiarũ dignitatem conſeruandam, atque id leges teſtãtur, cenſorúmq. diligẽs prudentia. Q. Metellus Numidicus cenſor, poſtea Iulius

b *Cælius Rhod. lib. 18. c. 34.*

c *Strabo lib 5. Sabellicus li. 3. Enneadis 4.*



Iulius Cæſar, & ſubinde Auguſtus liberorum gignendorum & ſobolis cauſa, legem de maritandis ordinibus tulerunt, eos ad ſobolem propagandam pecuniis & immunitatibus inuitantes, vacationẽ muneris dantes, ei cui tres eſſent liberi, cui plures, & libertatem [a]. Furius Camillus cùm cenſuram ageret, vt exhauſtæ ciuitati propter aſſiduas bellorum clades, ciues ſuppeterent: legem de maritandis ordinibus tulit: qua inter cætera pœnis coercuit eos, qui viduarũ nuptias quarum viri bello ceciderãt, deuitarent. Eos verò qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, ærarios reddidit [b]. Fuerunt & leges Iulia & Papia, quæ ex aliorum teſtamentis cœlibes capere prohibebant, quæ leges tamen ſublatæ ſunt in quantum cohibebant & puniebãt cœlibatum, & filiorum orbitatem [c]. at in quãtum cura & ſolicitudo de matrimoniis bene copulandis reſpicit publicam vtilitatem, poteſtas publica in his remanſit inter orphanas maximè perſonas, ſed conſeruatis iuribus paternis & maternis in coniungẽdorum libertate iuxta Theodoſij & Honorij ſanctionem [d], vt in coniunctione filiarum in ſacris poſitarum, patris expectetur arbitrium, & ſi ſui iuris ſit puella, intra 25. annorũ conſtituta, ipſius quoque arbitriũ exploretur: ſi patris auxilio ſit deſtituta; matris & propinquorum, & ipſius quoque requiratur adultæ iudicium: ſi vtroque orbata ſit parente, ſub curatoris poſita poteſtate, & inter honeſtos competitores matrimonij fortè oriatur certamen, ſi puella cultu verecundiæ noluerit voluntatem ſuam depromere, Iudici permiſſum ſit coram poſitis propinquis, deliberare, cui melius adulta ſocietur. Et ita cum iudicio magiſtratus qui principis locum tenet, ſemper adhibendam inde liquet & parentum & proximorum, & ipſius puellę voluntatem, quod & in viduis reuocandis ſtatuerunt Valentinianus Valens & Gratianus [e]. hac ratione refert enarrator vitæ Scipionis, quod cùm ſenatus in capitolio cœnans, eo die quo P. Scipionis patrocinium Tib. Gracchus tribunus plebis ſuſcepit, auctor fuit vt Africanus Tiberio minorem ex filiabus deſponderet. Et hac ſponſione facta, rediens domum P. Scipio, vxori nouam affinitatem nunciaſſet, mulierem indignatam dixiſſe, non debuiſſe eum inconſulta matre filiam deſpondere, etiam ſi Tiberio Graccho locare potuiſſet: & Scipioni reſponſum iucundiſſimum fuiſſe cùm vidiſſet coniugem in eandem ſententiam, in qua ipſe conſtiterat de locanda filia incidiſſe.

a *Gell. li. 1. c. 6.*

b *Val. Max. li. 2. c. 4. Plut. in Camillo.*

c *l. 1. & 2. C. de infirmandis pœnis cœlibatis & orbitatis, & de decimariis ſublatis li. 8. C. ti. 58.*

d *relatam in l. in cõiunctione, 20. de nuptijs li. 5. C. ti. 4.*

e *in l. viduæ, 18. eo. ti. de nuptijs C.*

*De abuſu poteſtatis regiæ.*

## CAPVT II.

POTESTATE regia non minus princeps abuti poteſt quàm poſſeſſor gladij, quo poteſt ſe ipſum & alios deffendere, & offendere & necare. abutitur autem in ſumma, quando ea cùm oportet erga quos oportet, & eo modo quo non oportet, vel extra fines à Deo vel alio ſuperiore, vel à lege ſeu natura præſcriptos, illicitè vtitur. Damnatur omnium bonorum conſenſu reſponſum Iuliæ, quæ libidine ſtimulata, cupienti Antonino Caracallo imperatori & priuigno eius nuptias ſeu inceſtos am-

plexus, ſi liceret; reſpondit, *Si libet, licet: an neſcis te imperatorem eſſe & leges dare non accipere*, vt meminit Spartianus. Quò ferè ſimili reſponſo vſus eſt portẽtum illud hominis C. Caligula qui pro ſingulari virtute ſemper impiiſſimè laudauit ἀδιατρεψίαν ſeu inuerecundiam, & admonitus ab Antonia auia, vt imperij moderationem prudentius tractaret, reſpondit, *Memento, mihi omnia in omnes licere*[a]. Quæ vox, vt eſt crudeliſſima, ita eſt ſuperbiſſima & ſtultiſſima. nam princeps quantumuis tyrannus & crudelis, non poteſt facere vt quod non eſt ſit, licere ita omnia, & vt inhoneſtum honeſtum ſit, malum bonum, hoc nec aſſequi poteſt, imò & mendaciſſimum. nec poteſt facere vt tyrannus cùm ſit vel peſſimus, ſit rex: non magis quàm quod mortuus dici velit viuus. & ſi quãdo ſibi perſuadeat idipſum, adhuc magis ridiculus erit, quantumuis pertinaciter cantet & recantet quod ait Iuuenalis[b], *Hoc volo ſic iubeo ſit pro ratione voluntas*. quãtumuis inculcet ſubditis, *mementote magis vobis parendum quàm ſuadendũ* vt dicebat Alex.

Et Ariſtotel[c]. ait, eſſe obiectum tyranni, quod placeat: regis quod honeſtum ſit, dicebat & Seneca[d], hoc eſt regnum, nolle regnare cùm poſſis.

a *Suetonius in eius vita.*
b *Satyra 6.*
c *lib. 5. politic.*
d *lib. 3. de beneficijs c. 37.*

Regnum & principatus eſt inter homines & hominis, non inter feras hominis, aut feræ inter homines. aliud imperium brutum & ferarum in feras, nempe quod inſtinctu quodam naturali regatur, aut ira, & corporali quadam & brutali commotione. at inter homines, ratio imperium habere debet: quia potiſſima pars hominis & diuinorum, quando ſecundum eam negotia geruntur, principatus legitimè exercetur: ſi ab ea deflectatur abuſus eſt poteſtatis non legitima poteſtas, ferimus non humanus principatus, quia ſine ratione, & ex humana forma paſtoris, degenerat in lycanthropian.

Abſoluta poteſtas & libera relicta eſt principi qui non cognoſcit ſuperiorem, vt ea vtatur, ad iuſtitiam æquo & bono temperandam, quódque fieri non poſſet, niſi ab eo qui pleniſſimam & imperantem habeat[e]: non autem, vt abutatur item conceſſa vt ſe tanquam principem, tutorem, defenſorem, & patrem cum ſubditis gerat, loco & vice Dei à quo accepit poteſtatem: quòd ſi non agat, incipit aduerſus poteſtatem ſibi datam imperare, & aliam non ſibi conceſſam vſurpare: & ideo in eo efficitur illegitimus princeps & conſequenter tyrãnus, efficitur aliquomodo & quod turpiter agit contra poteſtatem commiſſam, quod crudeliter, quod malè, hoc nõ eſt poteſtatis ſed impotentiæ; non ſufficiens implere quæ poteſtatis ſunt legitimæ, inperfectè & malè imperans. hoc enim poſſumus quod iuſtè, honeſtè & ſecundum leges Dei poſſumus quæ contraria ſunt, nõ poſſumus[f]. Et ſi princeps egrediatur terminos iuſtitiæ, peccat contra ordinationem Dei[g], atque ipſemet abutendo poteſtate, ordinationi Dei reſiſtit, & acquirit ſibi damnationem poteſtati legitimæ & ſuæ & Dei reſiſtendo[h].

2 Primus poſt diluuium qui vſurpauit tyrannidem & poteſtatem dominandi in inuitos, notatur Ninus tertius rex Babyloniæ, qui regnum armis in finitimos & in alios poſtea illatis rudes adhuc bellandi, ſibi ſubiecit, & ſubditos ex arbitrio inuitos imperauit, vt ſcribunt

e *in l. 1. & f. C. de legib.*
f *l. filius qui fuit, de condit. inſtitutio. P. l. nepos Proculo, de verb. ſigni. P. c. f. §. f. de reſcrip. in ſex. ca. faciat homo, 22. q. 2. gloſſ. ad Clem. ſæpe, ad verb.* poterit, *de verb. ſignif.*
g *ca. ſcelus, 2. q. 1. Matth. de afflictis, ad c. 1. §. ſimiliter poteſt. Num. 15. de capitaneo qui curiã vendib. in vſib. feud.*
h *ad Rom. c. 13.*



ſcribunt Beroſus in 4. Fabius Pictor[a]. Trogus Pompeius & Iuſtinus in 1.

Sacræ verò literę, quas ſequor, Membrotho tribuũt filio Chus, filij Cham, filij Noachi[b]. Vbi diuiſas fuiſſe gentes traditur poſt diluuium, ſecundum familias, & ita principes & rectores fuiſſe ex eodem genere: cùm de Membrotho autẽ agitur, ſubiicitur, *Porro Chus genuit Nembroth: ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino. ab hoc exiuit prouerbiũ, quaſi Nembroth robuſtus venator coram Domino, fuit autem principium regni eius Babylon & Arach & Archat & Calanne in terra Sennaar. de terra egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuem & plateas ciuitatis & Chale*, &c. & 1. Paralipom. ca. 1. *Chus genuit Nembroth. iſte cœpit eſſe potens in terra.* Explicantur autẽ illa verba, *Nẽbroth cœpit robuſtus venator eſſe coram Domino.* id eſt, *Hominũ oppreſſor & extinctor*, quos etiam ad ædificandam turrim Babelis compulit[c].

Ante diluuium verò primus tyrannus & oppreſſor proximorum, & qui ędificauit ciuitatẽ Henos, dicitur Cain filius Adę fratricida[d], qui fratri ob inuidiam non pepercerat, multo minus pepercit natis ex Adamo & eorum poſteris, quin eadem ſuperbia illis dominari, & repugnãtes opprimere, & oppreſſos, & ſubactos diuexare inſtitit, & qui ex illo deſcenderũt. Sícque Beroſus ex Chaldęorum annalibus[e], *Scribunt*, inquit, *illis temporibus ante diluuium circa Libanum fuiſſe Henos vrbem maximam gigantum, qui vniuerſo orbi dominabantur ab occaſu ſolis ad ortum, qui vaſtitate corporis ac robore confiſi inuentis armis omnes opprimebant, libidiniq. inſeruientes, inuenerunt papiliones & inſtrumenta muſica & omnes delitias. Manducabant homines, & procurabant aborſus, in eduliúmque præparabant, & commiſcebantur matribus, filiab. ſororibus & maſculis, brutis, & nihil erat ſceleris quod non admitterent, contemptores religionis & deorum.* Trãſierunt iſti ex regia, vel domeſtica poteſtate, quam habebant in ſuos vt cæteri primi familiarum, in cupiditatem dominandi in alios, quod non potuerunt legitimè facere: & ideo eius rei gratia aggreſſi ſunt primùm natura & legitimè imperantes, vi pellere, & inuitos ſibi ſubditos reddere.

a *Lib. de aureo ſeculo.*
b *Geneſ. 10.*
c *ca. nõ eſt peccatum 3. §. f. 6. diſt. & gloſſa ordinaria ad d. c. 10. Geneſeos.*
d *Geneſ. c. 4.*
e *Lib. 1.*

# DE REPVBLICA LIBER DECIMVS, SEV DE ARTE ADMINIſtrandi rempublicam pacis tempore.

### *De duplici arte adminiſtrationis, vel regiminis reipublicæ, in genere.*

## CAPVT I.

a *Iſocrat. in 4. Panathen: hac arte nulla maior ſecundum Plutarch. in vita M. Catonis.*
b *In ſuis progymnaſmatib.*

REIPVBLICAE anima politia dicitur eiuſdem virtutis, qualis eſt prudentia in corpore humano [a], nẽpe ars bene regendi multitudinem hominum. vocant Galli *l'Eſtat.*

Porro vniuerſa reipublicæ adminiſtrandæ ratio, in duas artes diuiditur, pacis & belli. Theon Sophiſta [b], δύο, inquit, καιροὶ πάντα διαιτῶσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, λέγω δὴ πόλεμον καὶ εἰρήνην. id eſt, *Duo tempora continent omnia hominum negotia, dico ſanè bellum & pacem.* Et Iſocrates, πόλεμος καὶ εἰρήνη μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. id eſt, *Bellum & pax maximam vim habent in vita hominum.*

2 Quamobrem princeps, & qui hodie populis præeſt, ea quæ ad bellum & militiam pertinent, & ea quæ ad pacem, callere & cognoſcere debet, antiquitus in rebus publicis optimatum & maximè popularibus, duces exercitum ſeparati erant ab iis qui in ciuitate & pace regebant, à magiſtrat. videlicet, & militię cauſa creabãtur rei militaris periti principes, & bello cõfecto ducatũ poteſtatémq. deponebãt.

3 Sed nunc vtraque ſolicitudo pacis & belli, principatu adhæret, vnde Virgilius,

*Tu regere imperio populos Romane memento,*
*Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem.*
*Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.*

Et Flaccus ad Auguſtum,

*Res Italas armis tutoris, moribus ornes,*
*Legibus emendes.*

c *Lib. II.*

Apud Thucyd.[c] Pericles laudat Athenienſium rempublicam, καὶ εἰς πόλεμον καὶ εἰς εἰρήνην αὐταρκεστάτην, *Ad pacem & ad bellum inſtructiſſimam.* Monarcha talis eſſe debet, vt & Iuſtinianus docuit in proœmio inſtitutionum iuris ciuilis.

4 Cæpit regia imperandi poteſtas à pace, concordia & voluntate ſub-



ditorũ, & à legib. his datis & conſeruatis. opus autem fuit bene inſtituta repub. aduerſus improbos vi & innocentes conſeruare, quod gladiíque peritiam neceſſariò expoſcit: & quo minor eſt iniuſtè occiſi reſtitutio, bellorúmque iniquè geſtorum ſera potentia; & cũ periculoſius in his delinquatur, cùm non liceat bis in bello peccare: eo magis diſciplina rei militaris ars & ſcientia, in eo cui illa abſolutè committitur bellorum poteſtas, exigitur, ne temerè ſubditi periculis inemendabilib. exponantur: ita maximè hæc bellandi & armorũ ſcientia regia, erit in pręcauendis, ſuſcipiendis, indicendis, exequendis, componẽdis bellis. Cauſas autem horũ omnium, ex legib. iuréue vtroque diuino & humano, expendet. Sic leges gladio conſeruabit, gladij verò furorem legib. rectiſſimè temperabit: legib. vtetur vt bella præcaueat, pacem conſeruet: armis autẽ, vt pacem ſtabiliat & leges confirmet, & muniat hæcque duo bene imperanti & iubenti neceſſaria admonet. Idem Iuſtinianus, qui tẽpore belli & pacis munia cuíq. tempori accõmoda, executus eſt, & in conſtitutione de præſide Piſidiæ, ab initio ſic præfatur, *Nunquam ſanè credidimus veteres Romanos, ex paruis adeóque munitiſſimis principiis, tam amplam conſtituiſſe rempublicam, & totum exinde terrarum orbẽ, penè dixerimus, ſibi adiunxiſſe, preſſiſſe, & tueri imperio potuiſſe, niſi maiorib. in prouincias magiſtratib. miſſis, plus ea re dignitatis ſibi cõparaſſent, ſimúlque illis armorum iuxtà ac legum poteſtatem feciſſent, necnon ad vtrumque accommodatos & idoneos habuiſſent quos quidem prætores vocarent: appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirent & præponerentur.* & nouella 25. de prætore Lycaoniæ in princip. tradit iuriſdictionem ciuilẽ, & armorũ curam pretori Lycaoniæ. *Nã,* inquit, *hoc nomen eſt quaſi iure patrio Romani imperij proprium, & ante Romanos ipſos conſules, in ampla Romanorum republica vſui habitum. Quia vet. Rom. ſuos imperatores prætores appellabãt, ſimúlque illi præbebant, vt militaribus præirent copiis, & deſcriptis ab illis parebant legibus, & prorſus erat hic principatus ex ambobus contemperatus, præ ſe ferens & oſtentans tam in inſtruenda acie robur, quàm in ferendis legibus rectum & decentem ordinem.* Cauſam verò coniunctionis harum duarum poteſtatum, legum & armorum, tradit in nouella 26. de pretore Thracię in principio, quia aliter ſequerentur contentiones inter principes ſi vnus ciuilem alius armatam haberent poteſtatem. Quod & docuit aliquando exitus rerum publicarum quarundam popularium, quæ ab iis quos duces bello præfecerant, tandem oppreſſæ ſunt. vt & Roma à ſuis dictatoribus interdum.

5 Quare per neceſſitatem tempus deinceps tranſtulit poteſtatem bellandi & pacificandi, in imperatores [a]. Vt omne imperium, vt docet Pomponius iuriſconſultus, in l. 2. §. 11. nouiſſimè, de origin. iur. P. a *§. 1. nouellæ 105. de conſulibus.*

Iulius Pollux voluit principem quem inſtituit, non modò *polemicõ* πολεμικὸν, ſed etiã νομοθετικὸν, qui leges ſalutares ſciat cõdere & tueri.

Vtrumq. enim commiſſum illi ſoli, & nõ alij, niſi ex ſua authoritate tributum. Quemadmodũ Strabo dũ loquitur de Auguſto [b], explicat. b *Lib. 17.*
ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου. id eſt, *Patria ei totius imperij adminiſtrationem permiſit, &*

*pacis & belli poteſtatem, ad annos vitæ.* Quam ſine conceſſa poteſtate impunè iuxta leges non habuiſſet. nam extat lex apud Platonem, lib. 12. de legibus, ἐάν τις ἰδίᾳ, ποιῆται πρός τινας εἰρήνην ἢ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημία. id eſt, *Siquis proprio motu, vel bellum vel pacē, cum quopiam ſine reipublicæ iuſſu fecerit, morte multator.*

Iuſtinianus in l. vnic. in princi. de Iuſtinianeo codice confirmando, *Sūma,* inquit, *reip. tuitio, de ſtirpe duarum rerū, armorū ſcilicet atque legū veniens, vimque ſuam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus omnibúſque gentibus nominari tam præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet.* Primùm, inquit Ariſtot. libro 7. politic. c. 8. *In republica debent exiſtere alimenta, deinde artes: multis enim inſtrumentis indiget vita. Tertium arma: nam qui ſimul in communione viuunt, neceſſarium eſt in ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere inobedientes compellantur, & quibus vis propulſetur externa.* Et alibi [a], maximè eſſe partes ciuitatis & reipub. dicit, eos qui bello intendunt, & qui conſultant, de vtilibus & iudicant, de iuſtis & iniuſtis. prudentia, hæc, alia, viribus indiget pars, qui armorum ſunt domini, iidem etiam ſunt domini ſtatus, vel mutationis reipublicæ.

a *cap. 9.*

6 Ciuilis peritiæ artem militarem eſſe partem dixit & Plato [b], ciuitatíque vel reipublicæ neceſſariam. Coniuncta arma & iura ſunt, vt neutrum vix ſine altero conſiderari, aut conſeruari poſſit. Res militaris præſtat cæteris virtutibus, & in ea, inquit Cicero [c], noſtra & forenſis laus & induſtria latet ſúbque præſidio eſt ac tutela bellicæ virtutis & omnia quæ in imperio ſunt, & in ſtatu ciuitatis defenduntur. Suſcipiendáque ſunt bella [d], vt in pace viuatur ſine iniuria; cùm leges & iudicia eſſe non poſſint pace ſublata. Quinimo, tēpore pacis contra contumaces, militari manu proceditur ad coactionem obedientiæ [e], armari leges dicuntur pro criminibus vlciſcendis [f], & magiſtratus cum imperio habere ius gladij [g], & in animā ſeu vitam aduertendi poteſtatem, vltor iniquitatum gladius eſt. [h] Vt contrà, arma non poſſunt rectè expediri niſi diſciplina & legibus inſtituantur. híncque in iure ciuili ſeu politico, leges de armis & militib. latæ inueniuntur [i], ne ferocitas degeneret in belluarum temerarium & irrationalē impetum. itaque in omnibus in ſumma adminiſtratoribus reipub. requiritur ſcientia vt artem ciuilem & militarem exequatur. De vtraq; dicēdū, ſed prius de arte ciuili, & ſcientia quæ in ea requiritur & in principe & rectore reip. dehinc de militari, Deo fauente.

b *Plato in protagora lib. 17.*
c *Cicero pro Murena.*
d *Cicer. 1. officiorum & 8. Philipp.*
e *l. qui reſtituere, de rei vindica. P.*
f *l. cum viro, ad legē Iul. de adul.*
g *l. imperiū. de iuriſdict. omnium iudic. P.*
h *Iob. c. 19. ca. non ſolùm 23. q. 5. gladius autem, maiori poteſtate conceſſus ca. ille gladium 23. q. 4.*
i *titulis de re militari, de captiuis de vi & vi armata, vnde vi quando liceat ſine iudice ſe vindicare &c.*

*De iuſtitia in gubernatione reipublicæ.*

## CAPVT II.

INter præcipua quæ augent, illuſtrant & conſeruant reſpublicas cuiuſcunque generis ſint & principatus, regna, & imperia, iuſtitia præcipua eſt, quæ ad diuina & humana miniſteria, & ad omnes reipub. partes neceſſaria eſt, & tempore pacis maximè, & tempore belli: atque præſtantior hæc ciuilis regia ſcientia, quæ de bello conſultat, ea quæ bellum gerit, & ei dominatur, vt docet Plato dialogo 16. in ciuili vel de regno.

vt ani-



vt anima corpus viuificat quandiu in eo eſt, ſic iuſtitia rempublicam. vbi autem abeſt, concidit, & primum cadauer efficitur ſine vitali motu, dehinc in ſua prima elemēta cum fœtore & corruptione reſoluitur.

2 Propter iniuſtitias, iniurias, contumelias, & diuerſos dolos, transferuntur regna de gente in gentem [a]: regiæ domus & clariſſimæ familiæ extingūtur, & vnà populus cum ſuo principe ſæpe corruunt: non aliter, quàm dum nauis imperito gubernatore regitur, vnà cum vectoribus & nautis, & gubernatore ſubmergitur: idem eſt iuſtitia in regno, quod clauus in naui ſeu gubernaculum: & vt ſi clauum gubernator non regat, & non caueat abs ſcopulis dirigendo, vel negligenter ſe habeat, neceſſarium eſt per inuia, per ſyrtes, per vertices, & cautes nauim periclitari: ſic ſi princeps iuſtitiæ non dirigat, vel negligat aginam, neceſſariò reſpublica in immedicabilia mala, impietates, homicidia, ſcelera, rebelliones, quæ pacis vertices ſunt, incidet. Et contrà regis qui iudicat in veritate thronus in æternum firmabitur. & in ſumma iuſtitia conſeruat, & auget regna, principatus & imperia: iniuſtitia, perdit, minuit & ſubuertit.

a *Eccleſiaſtici cap. 10.*

3 Heraclitus Epheſinus [b], reſpondit, ciues pro legibus non minus pugnare debere, quàm pro mœnibus: quod abſque legibus nullo modo eſſe incolumis ciuitas, ſine mœnibus, poſſit. δίκη νόμου τέλος ἐστὶ· νόμος δὲ ἄρχοντος ἔργον· ἄρχων δὲ εἰκὼν θεοῦ πάντα κοσμοῦντος. vt ait Plutarch. [c] i. *Iuſtitia legis finis eſt, lex autem principis opus: Princeps autem imago Dei cuncta gubernantis.* Meretur prĕmium, qui donum Dei iuſtitiam, velut vinculum & cuſtodiam ſocietatis humanæ conceſſum exercet, & Dei maieſtatem in ea incontaminatam conſeruat: vt pœnam, qui ea abutitur, & eam cōtemnit, dona Dei, non ſolùm inter Chriſtianos, aut olim inter Iudæos extiterunt, aut nunc etiam ſunt: ſed etiam inter Paganos & Ethnicos, non minus quàm ſol, quem Deus facit oriri ſuper bonos & malos propter bonitatem ſuam ineffabilem: per quam & à ſe creata conſeruat, & omnium creaturarum maximè hominum, curam & prouidentiam habet: quibuſque ſingulari dono iuſtitiam ad ſui conſeruationem regimen conceſſit, quia iuſtitia de cœlo proſpexit [d].

b *apud Diogenem Laertium in 9.*
c *libello ad princi. indoct.*
e *Pſal. 84.*

Quia verò Deus optimus maximus, nullum malum impunitum relinquit, ſic etiam nullum bonum irremuneratum etiam ab Ethnicis commiſſum.

Ideo ne ipſe iniuſtus videatur Ethnicis moraliter & in virtutibus moralibus benè viuentibus, retribuit quoque bona in hoc ſeculo. Et quia Romani inter cæteras nationes, iuris virtutum & iuſtitiæ fuerunt ſtudioſi & diligentes cultores, ſic quoque eis monarchia diu perſeuerauit, auxítque: ſicuti Faliſci magis iuſtitia quàm armis victi, portas Romanis aperuerunt: dum prĕditorem pædagogum ingeniorum puerorum eorum, vinctum cum liberis remiſerunt: vt ſcribunt Liuius in 5. Plutarchus in Camillo. Frontin. lib. 4. c. 4. Valerius Maximus libro 5. c. 5. atque eodem medio iuſtitiæ, ad pacem Pirrhum impulerunt, eum admonentes hoſtem quamuis pertinacem, de inſidiis veneni, quas in gratiam Romano-

rum Timochares medicus, moliebatur. eo. Val. Max. Plutarch. in Pyrrho. vt apud alias nationes, quandiu iuſtitia & bonis legibus & moribus vſæ ſunt, remanſit principatus florentiſſimus. vbi autem declinarunt ad cædes, parricidia, impietates, tyrannidem, luxuriam & iniuſtitias, tunc repentina accidit interitus, & diſſipatio ſubi ectorũ & poteſtatis, iuxta quod Deus Iudæos præmonuit, Auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus eius [a].

a D. Mathei c.21. verſ. 43.

Quandiu reges in Græcia imperarunt cum ratione & iuſtitia, floruerunt eorum imperia: vbi autem voluerunt abſolutè viuere & abuſi ſunt poteſtate, maior pars Græcie mutauit reipublicæ ſtatum.

4 Opinor quòd etiam monarchia Gallica tandiu durauerit, quod iuſtitiam reges omnibus viribus excoluerint. nullum enim vnquam legi aliud regnum vel rempub licam iuſtioribus regi legibus tantáque iuſtitiam coli diligentia, quia & in hoc regno ſiquid bene à Romanis aut Græcis ſtatutum aliquando fuerit, locum optinet innouatum; ſiquid malè appareat, emendatum. Et futurum erat Galliam ſupra omnia regna præſtantiorem & meliorem perſeuerare, niſi admixtis aliarum nationum peregrinis inuentionibus & maleficiis, conſpurcata fuiſſet & fœdata.

Sunt ibi virorum prudentum conſilia, & curiæ ſupremæ à regibus inſtitutæ, quarum vel vna vel ſinguli ex illa, ſufficerent ad regna extera regenda.

5 In iuſtitia, ſemper æqui & probi facti reſpectus religioſiſſ. cum obſeruatione verſatur; vbi ſtudium verecundiæ eſt, & cupiditas rationi cedit, nihílque vtile quod parum honeſtum videri poſſit, dicitur [b].

b Val. Max. lib.6. c.5.

Iuſtitia politica, eſt ſeruare vnicuique quod ſuum eſt, & de iuſtitia veniunt, inquit Macrob. lib.1. in ſomnium Scipionis c.7. innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. Plotinus etiam libro de virtutibus, quatuor genera virtutum poſuit: politicas primũ, deinc purgatorias, tertias animi iã purgati, quartas exemplares politicas, ponit iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam. Quibus boni viri reipublicæ conſulunt, vrbes tuentur, quibus liberi parentes venerantur, illi liberos amant, proximos diligunt, ſalutẽ ciuiũ gubernãt, nihil præter rectum volunt, nihil niſi turpia timent: modeſtè, verecundè, abſtinenter, caſtè, pudicè ſe gerunt. Et quibus etiam virtutibus vir bonus primũ ſui, atque inde reipublicæ rector efficitur, iuſtè ac prouidè gubernat humana, diuina non deſerens. Iuſtitia omnes & virtutes alias amplectitur, vt notauit Ariſtot. 5. Ethico. Theognis in gnomis, & alij de quibus nos egimus lib.1. præludiorum optimi iuriſconſulti c.5.

6 Eius præcepta præcipua, honeſtè viuere, alterũ nõ lædere, ius ſuũ cuique tribuere, quæ omnia, non ſolũ ad conſeruationem generalem reipublicæ conducunt & ad ſocietatem vniuerſalem; verùm etiam, ſine illis nec domus quidẽ parua conſtare poterit, iuſtitia tam ſeuera operũ noſtrorũ exactrix eſt, vt etiam eius iudiciũ & cenſura poſt mortẽ noſtrã nos comitetur; quia abſoluti ab his vinculis corporeis prout geſſerunt in corpore ſuo, ſiue bonũ ſiue malũ, recipient [c].

c 2. ad Corint. c.5. verſ.10.

per iu-



per iuſtitiam, cùm cuique quod ſuum eſt tribuitur, ſit proborum & improborum diſtinctio, per artem æqui & boni, & ſcientiam iuſti & iniuſti: & mali pœnis afficiuntur, boni præmiis remunerantur, euitatur hominum confuſio, ex qua mali bonos corrumpere & perdere poſſint, vel nocendo vel malos mores communicando, fœlix reſpublica in qua floret iuſtitia [a], quæ habitus animi communi vtilitate ſeruata, ſuam cuique tribuit dignitatem vt contrà infœlix, & quæ proximè ruinam adfore minatur, cùm nullum eſt bonorum vel malorum diſcrimen, vt etiam reſpondiſſe ſcribit Diogenes Laertius [b], Antiſthenem Athenienſem. nam ſceleſti omnia audebunt impunè, bonos opprimente, leges contemnent, principes aggredientur, híncque diſſoluetur ſtatim ſocietas quæ tutò inter improbos nõ poteſt eſſe bonorum hominum. Nihilque tam conueniens principi quàm hæc præcauere; & nihil etiam egregius in principe, quàm iuſtitiæ opus [c].

a Cicero Rhetori. veteri.

b in 6.

c vt tradit Plutarch. in vita Demetrij.

7 Princeps nunquam deflectet à iuſtitia, ſi ſui ipſius ſeu ſuæ perſonæ, ſi ſui muneris, vel ſi ſibi commiſſorum recordetur. ſe conſiderans enim, animaduertet, quòd redditurus ſit rationem coram Deo, de negligenter quoque actis, & de ſubditis qui per incuriam ſuam opprimuntur, cùm poſſet nocentes tollere & credat quòd potentes potenter cruciabuntur [d].

d Sapientiæ 6. verſ.7

Dehinc ſi non comprimat maleficos & delinquentes, conſiderabit fieri poſſe, vt impunitas delictorum, tribuat delinquendi incentuum etiam in eius perſonam.

Permittit enim Deus ſæpe, vt qui parcit nocentibus & improbis, ab iiſdem quoque puniatur & occidatur, & ipſimet vindicent iniuriam illatam reipublicæ per immunitatem ſibi cõceſſam, in perſona concedentis, ſicut dictum eſt ad Achab regem, qui regi Benadad, quẽ necari iuſſerat Deus, pepercit. *Quia dereliquiſti hominẽ dignum morte, de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus pro populo illius* [e].

e 3. regũ c.20. verſ.42.

Saul quoque regno priuatus, iudicio Dei, quòd Agag regem contra præceptum Dei viuum conſeruauerat [f].

f 1. reg. c.15.

Narratur in 1. lib. ſupplementi Q. Curtij, Philippũ regem 23. Macedonum, patrem Alexandri magni, fuiſſe obtrũcatum à Pauſania nobili iuuene ex Macedonibus, quòd paſſus ſtuprum ab Attalo, affinitate & amicitia regi coniunctiſſimo, iuſtitia vſus non fuiſſet in puniendo Attalo.

8 Ex conſideratione ſui muneris quoque, aſſequetur princeps, populi ſe eſſe iudicem & diribitorem iuſtitiæ, nec alia de cauſa potiſſimum conſtitutum, vt docuimus dum nominibus principis agentes, & iudicem & regem dici propriè principem ea ratione, & hanc priorem interpellationem edidit author ſapientiæ c.1. *Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram.* Hanc ipſemet inter omnia quæ liberè poſtulare à Deo poterat, præpoſuit tãquã regis magis neceſſariã, & optauit ſibi dari Salomon [g], cùm munus hoc præſtant iuſtitiæ principes vel per ſe vel per alios delectos idoneos, erubeſcunt ſubditi nõ omnino illis obtemperare, nec audent obſiſtere diuina obumbrante principem maieſtate, quam in eo exercent. At vbi deflexerint & in-

g 3. Regũ. c.3. verſ.6. & 7.

iuſtitiæ conſentiunt,reuerentia &pudor principis à mentibus ſubditorum naturalis exulat,& incipit loco eius,metus tyrannidis,qui nouas molitur artes ad excutiendum iugum & poteſtatem qui abutuntur mali & iniuſti principes,ſi daretur occaſio.Non dico porro bene agere ſubditos, qui ob iniuſtitiam principis, manus audaces temerarias, impias, inferant, & factiones architentur, aut coniurationes hac occaſione, vel alia etiam grauiori in legitimum ſuum principem moliantur: nam hoc deteſtor,abominor, & maieſtatis pœna atrociori dignum exiſtimo, vt forſan poſtea agemus latius: verùm dico, principem inde dare occaſiones odij, & conſpirationis in ſe, in ſua & in principatum, indéque veriſſimum eſſe, ſe reddere indignum ſeipſum imperio,quod munus non exæquatur. Cùm regula ſit generalis, quod non detur beneficium, niſi propter officium [a].

Et indignus ſit officio & beneficio qui illud implere non poteſt, vel non vult [b].

9 Quòd ſi quis contendat imperatorem & principem mitem, clementem, & ad indulgentiam pronum eſſe debere: id non admittendum intelligat ſine cauſa,nec contra iuſtitiam habendam eſſe acceptionem perſonarum, ſi res mali exempli aliis ſit ſubditis, cauere enim debet princeps,ne dum cōſeruare ſingularem perſonam & veluti partem corporis politici curare vult, vim toto corpori inferat. Recordari debet itaque officij iuſtitiæ, quod expreſſum eſt in pictura eius apud Chryſippum [c]. Quam refert Gellius lib. 14.ca.4. Sub forma virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, non humilis aut atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate, per cuius formam, intelligi voluit, iuſtitiæ antiſtitem, oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, non ſubditum adulationi, contra improbos nocentéſque immiſericordem: atque inexorabilem, erectum & arduum, potentem, vt & maieſtate æquitatis veritatíſque terrificum.

10 Sui muneris ſi recordetur princeps & ſubditorum, eliget potius vtilitatem publicam, quàm proprium arbitrium vel deprecantium ſequi, imitabitur in hoc bonos principes, cuius generis fuerunt reges Ægyptiorum, qui teſte Plutarcho in apophtheg.iuxta regionis conſuetudinem, iudices ad iuſiurandum adigebant, vt ſi quid rex iuberet eos iudicare quod iuſtum non eſſet, ne iudicarent, tanti referre putarent,vt iuſtitia in regnis ſeruaretur.

Antigonus tertius, ſimiliter admonuit ciuitates, vt ſi quid per literas iuberet ipſe, quod aduerſaretur legibus, ne curarent perinde ac ſi eo inſcio inſcriptæ eſſent.

Alexander 3.ſummus pontifex, dedit poteſtatem iudicibus delegatis, vel ordinariis, non implendi mandata ſedis apoſtolicæ, ſi illis videantur non iuſta: dummodo cauſam rationabilem, cur non impleuerint adferant, in ca.ſi quando, 4. de reſcript. idipſum de aliis mandatis & iuſſionibus ſuperiorum, dictum, ſi iniuſta videantur,

deantur,

*a ca.paſtoralis. de appella.*

*b ca.ſ.de reſcript.in ſex.c.ſi quis ſacerdotum 81.di.c.eos qui poſt diaconatum,32.diſt. ca.lateres, de clerico. excom. miniſtrante.*

*c Libro περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς.*



deantur, cap.cum teneamur de præben.c.quoniam quidam, 73.diſt. Et Cæſares Gratianus, Valens, & Theodoſ.in l.1. de petitis bonorum ſublatis,lib.10.C.tit.12.ſancerunt, ne iudices habeant rationem reſcriptorum ſuorũ,ſi contrà leges impetrẽtur,addita ratione, quòd ſæpe in nonnullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione principes conſtringuntur, vt etiam non concedenda tribuant facit c. cum in iuuentute, 12.ſ.ceterum,de purga.cano.ca.importuna,de pœnitentia diſt.1.

Princeps bonus, quanquam interdum commoueatur ira & odio, tamen debet ſui ipſius obliuiſci, vt recordetur perſonam ſe gerere principis, quæ lōgè diſtat à perſona priuati,& habet inſignia publica æquitatem & iuſtitiam, ſicuti Tiberius Conſtantinus imperator moriturus Mauricio genero imperium tradens,profeſſus eſt:dicens, ſit tibi imperium cum hac puella filia ſcilicet conceſſum, vtere eo fœliciter,in mente habens æquitatem ac iuſtitiam, præcipua eſſe optimi imperatoris inſignia.Aimon.lib.3.de geſtis Francorum c.35.

11 Ne autē principes,(ſi qui ſint qui hanc noſtrā opellā dignentur oculis percurrere,)ignorēt quid ſit illa iuſtitia,quæ tantopere commendatur adminiſtrantibus reſpublicas erit eius hæc illis ſynopſis. Iuſtitiam eſſe originem & fontem,vnde ius,id eſt ſcientia eius quod bonum & æquum dictum hauritur,ſtatio, vel manſio ſeu domiciliũ iuris,ſeu cognitionis æqui & boni.Et proinde definitur, iuſtitia cōſtans & perpetua voluntas,ius ſuum cuique tribuendi [a].illa voluntas debet eſſe incorrupta, quantum fieri poterit in rectore reipublicæ quæ ſemper eum laudabilem faciet,quanquam in diſtributione plerunque erretur, quia magis habetur ratio ad id quod fieri debet, quàm ad ea quæ fiunt [b],ex illa voluntate ſequuntur bonæ leges,iudicia ſyncera,ſi cum arte ſcientiæ coniungatur.leges ita, templum iuſtitiæ dictæ proprium & ſacratiſſimum [c], quòd in illis reſideat. Generalis hæc eſt iuſtitia, virtus, & vnica quæ reliquas alias producit, quia quæ cuique decent,diſcriminant [d]. Zeno quoque ratus eſt,iuſtitiam ſcientiam eſſe eorum quæ fugienda, eligendáve ſunt, quæque ſunt media [e],quod & probauit Ariſtoteles [f]. Et cum virtutum, aliæ noſtrum,aliæ proximorum commodum reſpicerent, hæc vtrunque & noſtrum & proximorum complectitur [g].

12 Eſt alia iuſtitia particularis,quæ ab aliis ſeparatur virtutibus, pro cuius aſſequutione, recordari oportet, animi noſtri partes eſſe duas [h], vnam, quæ nobis cum Deo eſt communis, qua ratiocinamur & intelligimus intellectualis dicta. Alteram,quæ nobis communis cum pecudibus, qua appetimus & afficimur, in prima, virtus intellectualis; in alia, moralis; quia ibi mores, qui ſi ratione regantur, virtutes pariunt: ſi contrà, vitium [i], intellectuales virtutes ſunt ſcientia, ſapientia, prudentia.

Morales, iuſtitia particularis, fortitudo, temperantia, liberalitas, & quæ ad illas referri poſſunt.

13 Iuſtitia rurſum hæc particularis, quæ particulariter vnumquemque reſpicit & conſiderat; duplex, commutatiua & diſtributiua. Commutatiua conſiſtit in æquali commutatione rerum,

*a Vlpian.in l. iuſtitia,de iuſt. & iur.P. iuſtinus in §.1.eo.t.*

*b l. ius pluribus modis, §. prætor quoque, de iuſtitia & iur.P.*

*c l.1.§. cunque hæc materia, de veteri iure enuclean C.*

*d §.1. vt omnes obediãt iudicibus prouincia.2. in nouellis. Macrobius lib. 1. in ſomniũ Scipi.c.7*

*e Diogen.Laertius, in 7.in Zenonem.*

*f libello,de virtutibus.*

*g Idem Ariſtotel.lib.5.ethicorum c.1.*

*h vide Franciſcum Philelphum lib.7. epiſtola. Mario filio ſuo.*

*i Cicero 4.Tuſculanarũ quæſtio.*

cuius inſtrumenta ſunt contractus, quibus commercia hominum ab inæqualitate opinionis, aut falſæ functionis, ad æquum vel re, vel conſenſu deducuntur. Circa hanc iuſtitiam iuxta cõmunem ſententiam, verſatur æqualitas arithmetica, quæ numerũ ad numerum conferendo, vel rem ad rem, æquale ab inæquali diſtinguit, ſicut binarij ad binarium, æqualitas eſt numeri binarii ad ternarium, inæqualitas vnius, in qua inæqualitate ſi diuiſio fiat vnius conſtituentis inæqualitatem, fiet æqualitas [a], vnde & nomen cõtractus ſumpſit appellationem, quod ex diuerſis mentibus, functionibus rerum & valoris, tandem ad vnum æquale contrahantur & pertrahantur conuenientium voluntates [b].

a *Ariſto. lib. 5. Ethicor. c. 2. facit l. 1 de rerũ permuta. P. l. 1. de contraẽptio. P.*

b *l. 1. §. cõuentionis, de pact. P. l ſi volunta tez. C. de reſcin den. vend.*

14 Diſtributiua iuſtitia, illa propriè dicitur, quæ & geometriam habet æqualitatem ſeu proportionem: ſicut enim geometræ figurarum ratione, alias aliis res æquales dicunt, quamuis quantitate ſint inæquales, ſic ratione dignitatis plus vni merenti quàm alij non merenti, diſtribuentes: & dantes vnicuique quod meretur, æqualia dare dicuntur, non habita ratione quantitatis. Etenim Geometræ rotunditatem paruæ pilæ æqualem dicunt rotunditati orbis, non quantitate ſed figura: & inæquales figuras, rotundam, quadratam, triangularem &c. Sic ſi reſpiciamus quantitatem pœnarum, leuiùs punitur nobilis, quàm vilis, liber quàm ſeruus: ſed ſi reſpiciamus æqualitatem geometricam, æqualis pœna videtur ex eodem delicto leuis impoſita nobili, cum grauiori impoſita vili [c]: in quo rector reipub. conſideratè aget, vt potius cuique in honoribus & aliis diſtribuendis ſecundum dignitatem & proportionem Geometricam, quàm arithmeticam verſetur in officio. peccarunt enim in eo plures reipublicæ, dum legiſlatores ex æqualitate numerali & arithmetica, voluerunt omnia in ciuitate diſtribui, quod fieri non poteſt ſine magna iniuſtitia.

c *Paul. l. pædius de incẽdio rui. & naufra. P. Claudia. in l. aut facta, §. perſona, de pœnis P.*

15 Quia autem iuſtitia dicitur conſtans voluntas, ſuum cuique tribuendi, admonentur rectores & principes rerum publicarum qui eam exequi debent: nullo modo iniuriam inferre ſubditis debere, neque pati ab aliis illis inferri, veritas eius quod fieri debet conſtantiam facit, quia quod verum eſt, mutari non poteſt: veritas enim eſt [d], per quam, immutata ea quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur, notandum tamen, non ideo quid verum eſſe, quia verum ita eſſe dicimus, ſed illud verum dici, quia tale eſt [e]. Admonẽtur inſuper principes, iudices, rectores, qui eam conſtantiam iuſtitiæ profiteri debent, vt antequam quippiam ſtatuant, pronuntient, aut iubeant, illud diligenti examinatione perpendant, & cum conſilio metiant, ne figant & refigant leges, & iudicia, quo nihil nocentius eſſe poteſt in republica: cùm ad illam inſtabilitatem gubernatorum & factorum eorum, ſequatur incertitudo actionum, & confuſio in ipſa republica.

d *Cicero 2. de inuentione.*

e *Ariſtot. lib. 9. metaph. c. 5.*

16 Iuſtitia regia, duas partes dicitur habere, quarum vna eſt de his quæ tranſiguntur inter regem ſeu principem & ſubditos: Altera, de his quæ fiunt inter ſubditos & ſubditos. Prior habet, quæ debet populus principi, ea det, & cõtrà quæ populo princeps debet, reddat.

Debent



Debent verò ſubditi principi, obedientiam, auxilium perſonarum & facultatum, vt poſſit eos iuuare, defendere & conſeruare. ipſe verò non ſupra vires excoriare, ſed tondere debet in cauſa neceſſitatis populum, nec pati harpias rapacéſque miniſtros illum opprimere, nec ſubditi ſupra modum onerati, cogantur aut patriam relinquere, aut rebellare, aut ſe inimicis dare. rurſum in expendendis legitimè exactis ſine luxu & exceſſu ſuperfluarum expenſarum eadem verſatur: in diſtribuendis muneribus & honoribus, dignis, capacibus & idoneis, fauendo bonis, virtuti, & de republica benemeritis.

Ea verò pars iuſtitiæ quæ reſpicit ſubditorum curam inter illos, eſt cauere vt ictus iuſtè componãtur, ſemoto dolo, fraudibus, circũuentione, vſura, criminibus vindicatis, bonis moribus conſeruatis, malis correctis, commerciis regulatis moneta iuſta conſtituta, concordiam nutriendo, pacem ſequendo.

Quòd ſi non poſſit princeps diſtributioni iuſtitiæ vacare, operam dare debet vt probos, incorruptæ vitę & fidei, iuxtáque munus committendum peritos, eligat & electos conſeruet tanquam ſuæ poteſtatis & authoritatis miniſtros & vicarios, contineatur in officio, leges illis præſcribat; ſecundum quas iudicare teneantur, ne arbitrariæ ſint eorum ſententiæ.

## *De ſcientia & prudentia principis, & adminiſtratoris reipub.*

## CAPVT III.

PECVLIARIS regum & adminiſtrantium rempublicam laus, ſoláque vera regia eſt; ſapientia, prudentia, vigilantia & ſtrenuitate cæteros antecellere prudentia, & ſtrenuitas ſeu virtus & poteſtas, ſunt duæ columnæ quibus omnis adminiſtratio fulciri debet. Prudentia gubernatori pro oculo, ſtrenuitas pro manu eſt. prudentia ſuggerit conſilium: ſtrenuitas & potentia robur: illa iubet, hæc ſequitur. illa acuit iudicium, hæc firmat cor. Hieroglifica litera Ægyptiorum, ſeu ſimulachrum principis boni & veri erat, oculus ſceptro impoſitus. nimirum quia quod oculus eſt in corpore, id princeps eſt in repub. quod ſol in cœlo, id princeps in populo: ſol oculus mundi, princeps oculus multitudinis, quod animus in homine, id princeps in ciuitate, quod Deus in vniuerſi adminiſtratione, id in commiſſis ſibi populis à Deo princeps. vt Deus cum nihil non videat, nihil tamen videnti ſimilis eſt: ita princeps nihil ignorare debet, multa diſſimulare: & vt ſol non alius eſt pauperi, non alius diuiti, ſed omnibus communis: ita princeps perſonam non debet, ſed rem, & ſecundum cuiuſque rei exigentiam ſapienter proſpicere. Poteſtas magna ſine ſapientia quæ eam moderetur, non principem ſed tyrannum facit, & magnum prædonem, & crudelem belluam. vtque ferunt Caſtoris & Pollucis ignes ſeu faces, ſi ſolitariæ appareant, dirum eſſe oſtentum: ſin geminæ,

ſalutare ſignum: ita non oportet potentiam ſeiunctam eſſe à ſapientia, quia alioquin peſtilens eſt & valde noxia. vt Deus in cœlo pulcherrimum & iucundiſſimum ſui ſimulachrum conſtituit ſolem; ſic in republica principem, qui prudentia, iuſtitia, benignitate ſe erga omnes repræſentet.

2 Naſcuntur quippe aliquando, & fiunt principes electione vel vi, ſed modus regendi principatum non naſcitur cum illis, neque omnes electi vel intruſi eam habent regendi ſcientiam. quare nec diu regnant. Nam qui imperium adipiſcitur, ſimilis ei qui equum habet indomitum, à quo, niſi cum arte & peritia nouerit tergo eius inſidere, omnino excutitur. atque ſæpe imperium & regnum, & principatus, facilè quidem capiuntur, verùm difficilè retinentur. vt de Italię imperio dicebat Federicus Ænobarbus: Italiam ſimilem anguillæ, quæ nō poteſt teneri per caput nec per caudam, neque per medium, & tamen eſt facilis ad capiendum.

Sapientia, prudentia, & ars idcirco hîc requiritur, matura deliberatio & conſultatio, & id quod in prouerbio eſt, *feſtina lentè*. Atque vt Saturnus qui ex ſeptem erronibus ſummum tenet locum, tardiſſimè circumagitur, ita qui in ſumma conſtituti ſunt poteſtate, quàm minimè prȩcipites eſſe oportet.

Regunt inferiora, ſuperiora maximè præclara illa lumina, quæ omnia intuentur, per omnia vires ſuas Dei lege, ordine, & tempore conueniente, transfundunt. Lumina mundi principes, tam ſpirituales quàm corporales, qui ſuo ſplendore ſcientiæ & doctrinæ, cum vigilantia, ſubditos illuſtrare, erudire, regere, augere, conſeruare & defendere debent: ab iis pendet ſalus vel interitus ſubditorum. Et vt ſydera mundi, ſi vel paululum ſubſiſtant aut aberrent, ſummo omnium malo fit: ita principi ceſſare non licet: quòd ſi facit, id magna cum rerum pernitie facit. Gerere rectè principatum vt eſt munus omnium longè pulcherrimum, ita eſt omnium multo etiam difficillimum. Neque enim cætera animalia domueris, ſine aliqua tractatione & arte, nullum autem animal moroſius eſt aut maiori arte tractandum, ipſo homine, vt dicebat Seneca libro 1. de Clementia. Quia natura homines ſunt indomiti, feroces, ſeruitutis impatientes, neque in nullos magis inſurgunt, quàm in eos quos imperium in ſe affectare ſentiunt, vt dicit Xenophon 1. Cyripædiæ. Ideo principibus maximè opus eſt: non tantùm viribus, quantum prudentia & recto conſilio.

3 A principe bene inſtituto omnia in melius promouentur, errata corriguntur, ſeditiones ſopiuntur, omnia ordine & tempore peraguntur, & nihil pœnitendum accidit, ditatur reſpublica, ne corruat prouidetur. Miſera autem contrà reſpublica, vbi imprudens & ignarus artis gubernandi, primùm cum ſua experientia diſcit quæ in principe etiam miſerrima: ſícque dum præpoſterè omnia geruntur, omnia quoque paulatim infœliciter ſuccedunt; egregia ita oppida multis laboribus & ſumptibus conduntur, à principibus ſubuertuntur: reſpublica ciuium induſtria diues, principum rapacitate ſpoliatur: bonæ leges latæ à





plebeiis magiſtratibus, à principibus violantur. Inueniuntur certè principes natura minimè mali, & qui velint bene eſſe & prodeſſe ſubditis, ſed neſciunt, imò dum volunt, & id efficere conantur, potiùs illis & ſibi noceant quàm aſſequantur. vt vera ſit illa allegoria prouerbialis, μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. id eſt, *Nec puero gladium committendum.* admonens, non eſſe mandandam, vel committendam poteſtatem, adminiſtrationem regni, vel principatus magiſtratus, ſacerdotij, & ſimilium, adoleſcentibus, imperitis, ac ſtultis, quibus tum in ſuam, tum aliorum pernitiem ſint abuſuri.

4 Nemo equum ferocem & contumacem cupit ſi ſapit agitare, ſi non regendi eius modum prius didicerit. Nemo inter maris ſæuiſſimas tempeſtates, ſcopulos, & ſyrenes, & ſyrtes, nauis clauum regere imperitus, niſi ſe & ſuos perdere vellet, ambiret. Quod & ad reipublicæ moderationem ſcitè multi transferunt. Nullus enim equus ferocior & intractabilior ipſo populo eſt: nullum mare tantis ac frequentibus æſtibus, procellis & motibus commouetur, aut naues exagitat, quot reſpublica ſingulis diebus vomit, & ſatius eſt intra nauem miſericordię, & vi ventorum exponi, quàm inter populum tumultuantem & cōmotum conuerſarij. multo magis, vel periculoſum, velle ſine arte aut ſcientia illum componere & regere.

5 Facilius tamen principes qui nati ad principatum ſunt, dum iuuenes ſunt inſtituuntur & docentur artem bene regendi rempub. quàm qui aliunde iam viri ad principatum vocantur. vt & facilius quoque iuuenes, ſi malè inſtituantur ab initio, in tyrannidis & mali principis mores decidunt. Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu. facilius albæ chartæ inſcribitur, quàm iam ſcriptæ maculæ adimantur: & lanarum candor non poteſt facilè, aut nunquam elui, à colore quo iam prius infecta eſt. Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua [a], propter corruptionem illam peccati, & fomitem eius. Quemadmodum & videmus terram potius ſponte noxias, ídque copioſius herbas, quàm prȩſtantes & vtiles ferre.

[a] Geneſeos ca. 8. verſ. 21.

6 Quamobrem & alia eſt inſtitutio iuuenis principis, alia iam adulti, & virilis ætatis, iuuenis ad vtrumque recipiendum diſpoſitus, velut tabula raſa: adultus ſemper quædam iam habet radicata intra ſe, quæ vix deponit, & quæ tamen regimini reipublicæ non conueniunt, vel nocent, quæ & oportet prius conuellere.

Vtriſque præceptores & monitores adhibendi ſunt, vel viui, vel mortui: viui illi erunt, qui iam experti regimen fuerunt, & qui experientia & prudentia iam cōperta habent quæ vtilia ſunt, quæve contraria ſaluti reipublicæ & principis, optimi inquam conſiliarij, probati & vita, & morib. quales iuſſit Deus Moyſi ſibi eligere ad leuandum principatus laborem. Num. 11. v. 16. *Cōgrega mihi*, inquit, *ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quod ſenes populi ſint ac magiſtri.* & Iethro perſuaſit Moyſi, Exod. 18. verſ. 21. *Prouide*, inquit, *de omni plebe viros ſapientes & timentes Deū, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, centuriones, & quinquagenarios, &*

*decanos.* boni conſiliarij bonum & fœlicem reddunt principatum, & prudentia, & cōſilium præſtant viribus, vt olim dictum de Romanis, *Romanus ſedendo vincit.* Laudatiſſimus certè princeps qui cūcta per ſe videbit. Sed laudandus & is qui paret recta monenti, vt ait Heſiodus in operibus, cùm autem vna mens regni magnæ molis incapax ſit, & non poſſit cuncta negotia complecti magnis etiam indiget adiutoribus tanquam adminiculis, ſapiens ita princeps, ſapientum vtetur commercio & conſilio: bonos debet habere conſiliarios, bonóſque miniſtros, conſiliarios amicos, veridicos, non palpones, id eſt, fideliſſimos, prudentes, ſeu rectè conſulentes animorum ſubditorum prouinciæque gnaros. Senes, varia fortuna exercitatos, gerēdis rebus magis quàm innouandis aptiores, ſine ambitu, aut priuata commendatione, ſed publica delectos, conſtantes, modeſtos, pios, ſecretos. Qui non ſint peruicaces & contemptioſi tutandæ ſuæ ſententiæ cauſa aliis inimicis ſint, affectibus vacui in dubiis, non lucri cupidi. Cùm his princeps maturè conſultabit, & antequam facere debeat, ne præcipitata ſint conſilia, qualia gladiatores capiunt in harena.

Mali conſiliarij, & peſſimi adulatores, nebulones, & principem, & rempub. perdūnt: quorum conſilium eſt dictum, *Conſilium iuuenum,* à quo Roboam deceptus amiſit decem partes regni ſui ex duodecim tribubus 3. reg. c. 12.

Falluntur reges, vel decipiuntur ab adulatoribus, qui conſilio adhiberi tantùm curant nobiles ſanguine, ſapientiam ex ſanguinis corporalibúſque familiarum propagatione metientes, ex bonis temporalibus vel fortunæ opibus. Cùm Moyſi dictū ſit eligendos eſſe cōſiliarios, non ex nobilibus, vel potentioribus tantùm, ſed ex omni plebe, viros ſapientes, &c. In quo magis hodie lęditur reſpublica, cum ij qui nobilitatem generis iactent, alicubi tanta ſtultitia nobiles ſunt, vt cùm cęci ſint, tamen velint eſſe duces videntiū, & ſibi perſuadeant omnia ex arbitrio illorum potius pendere debere, quàm illos rationi & ſapientiæ & prouidentiæ ſubiici oportere. Quod meo tempore attulit multarum rerumpublicarum & principatuum mutationem, tyrannidem & interitum.

Quod boni conſiliarij præſtant & conferunt in præſenti ſtatu reipublicæ conſeruando, & in collapſo erigendo, hoc & mali in ſubuertendo: hoc ipſum pręceptores & inſtitutores principum iuuenum faciunt in ſtatu futuro eiuſdem. Nam in illis, vel bonæ, vel malæ adminiſtrationis ingerunt ſemina, quæ cùm adoleuerint, talem producunt fructum, qualis eſt iactatorum & inſtillatorum ſeminum & præceptorum natura.

7 Muti monitores, eadem præſtant quæ viui: ſi enim boni libri authorum bonorum & peritorum in arte hac legantur, rectè conſulent: ſi mali & tyrannici, malè & tyrannicè. Inſtituendi ideo pueri principum, vt intelligant loquentes hos cōſiliarios mutos, in lingua & ſermonis illorum intelligentia, vt poſſint cum illis conferre: nec poſſent ſatis diuerſarum gentium linguas callere, vt ab omnibus & hominibus, & libris quid reipublicæ adminiſtrandæ neceſſarium ſit, expeditius & cumulatius addiſcere poſſint, & multorum populorum gratiam ſibi conſiliare.



Principatus dandus eſt illi, qui habet illud ſecundum quod magis poteſt pertingere ad finem reipublicæ: quia principatus ſumit rationem à fine. quare principes exercitus & ciuitatis, ſcientiam habere debent, alioquin non poſſunt dirigere in finem intentum, ea quæ ſunt ad finem.

8 Inter cæteras leges quas tulit Solon[a], illæ ſunt: *Principem agere noli, niſi edoctus ſubeas. principi conſule, non quæ dulciora, ſed optima:* populi rector prius ſe, quàm populum rectè inſtituere debet. Si principes & maiores, ſecundum leges vixerint, vna quæque ciuitas optimè regi poterit.

a vt ſcribit Diog. Laert. in eo.

Conſulendi & in hac arte qui iam optimè regnarunt, vel optimè regnandi pręcepta docuerūt. videtur enim mihi audire ab his oportere, qui viam aliquam iam confecerint, qua nobis quoque ingrediendum ſit, quàm aſpera & difficilis vel quàm facilis ſit & peruia.

Plutarchus tradit[b], Athenis quidem floruiſſe liberales diſciplinas, ſed Lacedæmone artem doceri omnium pulcherrimam, nempe imperare & parere: nec eam exiſtimatum vſquam meliùs diſci quàm apud Lacedæmonios, vbi non verbis diſputabatur de bene adminiſtranda republica, ſed ciuium moribus iuuenes inſtituebantur. Parum mihi placent cum Saluſtio[c] eæ literæ quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Sapit qui fructuoſa & vtilia reipublicæ, non qui multa ſcit.

b in Laconicis & in Ageſilao.

c in Iugurtha.

6 Sapientis & prudentis principis exiſtimatur, conſiliis etiam aduerſantibus ſuæ ſententiæ potiùs deferre in dubiis, quàm ſuæ opinioni: ſi conſulentum animos iam perſpectos habeat, quòd ſint fidi amici & prudentes. Si imitetur dictum M. Antonini principis & philoſophi. *Aequius,* inquit, *eſt, vt ego tot taliúmque amicorum conſilium ſequar, quàm tot taléſque amici meam vnius voluntatem*[d]. Et certè, ſi ita agat, carebit conſcientiæ ſyndereſi, quanquam res conſilio facta careat ſucceſſu optato. id enim euentui, & non imprudentiæ vel ſibi imputandum erit: vel Deo euentus tribuendus ſeu eius fato: nec mordebit conſcientia principem, ſi humanis prudentum mediis & conſiliis vſus fuerit: contrà ſi ſuam ſolius ſententiam aduerſus aliorum conſilia executus, negotium malè ſucceſſerit: laudabile tamen in principe ſapiente, ſi auditis pluribus ſententiis, quam ipſe ſequatur celet, donec exequi iubeat. Sic Vegetius libro 3. *Fieri quid debeat, cum multis tracta. quid facturus ſis, cum pauciſſimis, vel potius ipſe tecum. Nulla enim ſunt meliora conſilia quàm quæ ignorauerit aduerſarius antequam fierent.*

d Iul. Capitol. in Mar. Antonino Philo.

*De iuris prudentia, arte regia.*

## CAPVT IIII.

ERga ſubditos, ſumma artis regiæ eſt, bonum & æquum; illud eſt ius, quod eſt ars boni & æqui[e], id eſt ſcientia diſtinguendi bonum ab iniquo, & concedendi vnicuique quod conuenit æquitas, dicitur generaliter ius lege ali-

e Vlpia. in l. 1. de inſtit. & iure P.

qua non comprehenſum, & extra omnis ſcripturæ determinationem, quia in poteſtate moderatoris reipublicæ eſſe debet, multa contra ſcriptum pro bono & æquo facere & dicere. Scriptæ verò leges ſunt, à ſubditis ad vnguem obſeruandæ, quamuis duræ videantur[a]: neque æquitate illas temperare omnibus conceditur ex arbitrio[b]. At princeps pro ſua prudentia ſolus, inter æquitatem & ius ſcriptum, temperamentum adferre poteſt, ſicut & leges mutare & emendare[c]: præſumitur enim ex authoritate ſibi conceſſa, plenus philoſophiæ[d], & omnia iura in ſcrinio pectoris recondita habere[e].

Scientia ciuilis, quæ ad vitam ciuilem, id eſt conuenientem ciuibus & ſubditis pertinet, eſt ἐπιστήμη βασιλικὴ καὶ τῶν βασιλέων, id eſt, *ſcientia regia, & regum*, vt ait Socrates[f].

2 Iuriſprudentia, eſt diuinarum & humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia[g]. Ita plena ars regendi, quæ ſecundùm Deum & homines, quid rectum ſit, quídve conueniens, diiudicare poteſt. Et ſicut ait Hierocles[h], iuſtum, eſt idem quod perfecta prudentia aliquid circumſcribere.

3 Prudentia, virtus quædam eſt animi, in parte quæ opinatiua ſiue æſtimatiua dicitur, qua quis ſine arte, ſed cum virtute conſulere poteſt quæ ſibi vel aliis ſunt bona vel mala[i]. propriè hæc virtus, eorum qui aliis præſident & non ſubiectorum[k]. Quia & prudentia, quaſi prouidentia ſingularis: quæ quidem propriè ad eos qui aliorum curam habent pertinet. Maximus Tyrius opus mentis, atque ideo bonum propoſitum eſſe dicit[l]. & rurſum[m], quod quatenus natura ipſa mortalis cum immortalitate concurrit, id dici prudentiam ait: medium videlicet quiddam exiſtens inter ſcientiam & ſenſum, quod affectionibus animæ præſidet, eáſque ratiocinatione adiuncta tanquam propriam familiam regit, & ad experientiam ipſam comparatum, rationem ſcientiæ habet. Oculus animæ prudentia qui videt facienda & fugienda, & ita præit ad bene faciendum. & conſulit quid ſibi & aliis conueniat facere[n], ars viuendi vt medicina valetudinis[o].

4 Prudentia itaque iuris, eſt quædam prouidentia, & exacta præparatio rectoris ad ius reddendum; & ſcientiæ cuiuſdam ſingularis præcognitio, quæ pro iure reddundo præſciri debet. Scientia illa iuris diuini & humani, iuſti & iniuſti dicitur, ex quibus omnium rerum cognitio concluditur. quemadmodum & iuſtitia nulla virtute vacare debet[p]. Et D. Auguſtinus[q], prudentiam dicit eſſe, rerum bonarum & malarum, & neutrarum ſcientiam. poteſt finitio intelligi, vt iuriſprudentia ſit iuſti & iniuſti ſcientia, ex notitia ſeu cognitione rerum diuinarum & humanarum. Nam ex cognitione eorum quæ ad Deum & homines pertinent, rectè peruenitur ad determinationem iuſti, quod ſecundum Deum & ius hominum eſt; & iniuſti, quod eis aduerſatur.

5 Prudentia ſapientis, in tribus conſiſtit[r], in memoria præteritorum:

a *l. proſpexit, qui & à quib. manumiſſi liberi nõ fiãt.* P.
b *l. at ſi quis* §. *hæc actio, de religioſ. & ſũp. funer.* P.
c *l.* 1. *& f. C. de legibus.*
d *l. penul C. de his quib. vt indig. hæc auf.*
e *l. omnium C. de teſtam.*
f *lib. 4. cõ. Xenophontis.*
g *l. iuſtitia*, §. 1. *de iuſtit. & iur. in* P. §. *iuriſprudentia, eo. tit. apud Iuſtinia.*
h *Hierocles in expoſitione carminum Pythagoricorum.*
i *colligitur ex diſputatione Ariſtotelis, li. 6. ethicorum c.* 5. *& libello de virtutibus.*
k *Ariſtot.* 3. *politico. c.* 3.
l *ſermone philoſophico* 34.
m *ſermo* 40.
n *Ariſto.* 4. *ethicorum c.* 5. *Plato in Alcibia.* 2.
o *Cicero* 5. *de finib.*
p *Cicero.* 5. *Tuſculanarum.*
q *libro octoginta triũ quæſtionum quæſt.* 31. *&* 19 *de ciuita. Dei. c.* 4.
r *Cicero* 2. *rhetoricorum.*



teritorum: in præſentium ordinatione, in futurorum cautionem. Et Seneca[a], *Si prudens*, inquit, *ſit tuus animus, præterita recordare, præſentia ordina, futura prouide.* Proprius, ſapientia ex præteritis, intelligentia de præſentibus, prouidentia de futuris. Sic in cantico, Moſes[b], per ea tria optimè conſuli negotiis priuatis & publicis, docet. *Gens*, inquit, *ſine conſilio eſt, & ſine prudentia. vtinam ſaperent*, ſcilicet præterita, *& intelligerent*, ſcilicet prȩſentia, *& nouiſſima*, id eſt, futura, *prouiderent*. Domatur ita triceps ille cerberus canis edax rerum, tempus, qui & præteritum raptim cum inſtanti, per quoddam veluti momentum præſens, circumſpicit: eſt enim æuum vnum, tantum tribus his faucib. diſtinctum. vt dicit Cenſorinus[c], & Iob[d], *In antiquis*, inquit, *eſt ſapientia, & in multo tempore eſt prudentia.* Iuriſconſulti etiam ruſticorum antiquorum non dedignantur ſequi ſententiam[e], vt etiam Baldus[f], ſcribit, *Plus valere vmbram antiquorum, quàm arma iuuenum: in corde ſapientis requieſcit prudentia*[g], *& qui ſapiens corde eſt appellabitur prudens*[h].

Præteritorum annorum geſta, tam in ſua republica quàm in aliena gubernator conſiderare debet, quid factum fuerit, quid bene aut malè ſucceſſerit, quid laudabile, vel reprehenſum in illis fuerit, & in ſingularibus perſonis diiudicandis, quomodo in iam tranſacta vita vixerint[i].

Præſentia negotia, habent prudentiam ex præteritis, & eo quod eſt inde natum, licitum ab illicito ſeparãdo[k]. in electione eius quod iuſtius eſt, aut melius[l], adhibitáque in omnibus diſcretione, quæ mater eſt virtutum omnium[m]. Sic duæ iſtæ partes prudẽtiæ efferuntur per vſum & memoriam, vſus rerum omnium magiſter efficaciſſimus[n], quia experientiæ melius creditur. Et vt ait Manilius[o], *Per varios vſus artem experientia fecit, exemplo monſtrante viam.* Facilius erit quoque tanquam in ſpeculo ornare & componere vitam ad alienas virtutes.

6 Tertia pars prudentiæ iuris, quæ futurum reſpicit: pertinet ad conſiderandum exitum rerum geſtarum, ſiue in bello, ſiue in pace, ne plus incommodi quàm commodi reipublicæ adferre poſſint. Dum nauis eſt in tuto & in portu, tunc oportet antequam mari committatur, eam & neceſſariis, & nautis inſtruere. Vbi enim mare ſuperauerit, non eſt tempus, nec laudata vnquam illa vox eſt gubernatoris, *Quis putaſſet hæc futura? Et iſtud eſt*, inquit Terentius Afer[p], *ſapere, non quod ante pedes modò eſt, videre: ſed illa quæ futura ſunt proſpicere.*

7 Sunt in hac conſideratione futuri, legum conſultationes quæ futuris dant formam negotiis[q]. in quo operoſior eſt regiminis cura. Ciuilis ſapientiȩ enim officia duo, leges condere, & conditas exequi: illud per prudentiam nomotheticam: hoc per iuſtitiam legalem & iudicialem agit.

8 Cæterùm ex cognitione & notione, & prudentia iuris ſequitur iuſti & iniuſti ſcientia, nempe conſideratio actionis, num iuſta, vel iniuſta ſit. Iuſtum dixit Cicero[r], quod eſt, & honeſtum cuiq. eſſe.

a *Lib. de quatuor virtutibus & in epiſtola finali libri vltimi.*
b *Deuter.* 32.
c *Cenſorin. de die natali, ca.* 5.
d *Iob ca.* 12.
e *l ſi chorus* §. 1 *de leg.* 3.
f *Bald. ad c.* 1. *de renuncia.*
g *Prouer. c.* 14.
h *Prouerb.* 16.
i *c. mandata de præſumptio. l. non omnes*, §. *à barbaris, de re militar.* P.
k *l.* 1. §. *nam & elegãter, de iuſti. & iur.*
l *Vt in l. exigendi*, §. *f. de procurator.* P. *l. abſentẽ, de pœnis.* P.
m *c.* 1. *de officio cuſtodis, clem.* 2 §. *verùm quia, de ſententia & re iudica. cap. præſentiũ*, 1. *qu.* 5.
n *Cicero de Oratore. & Plin. lib.* 26.
o *Manilij li.* 1.
p *Terentius in Adelphis.*
q *c.* 2. *& fin. de conſtitutio. nouella, vt factæ nouæ conſtitutiones, &c.*
r *Cicero* 1. *officio.*

Ariſtoteli[a] iuſtum eſt, quod diſtributioni eſt accommodatum, & mediũ inter exceſſum & defectum: quódque cõparationẽ rationũ ſubit. Simonides autem, iuſtum eſſe, ſuum vnumcuique reddi. Suum autem interpretatur Plato[b] in ea finitione, pro debito, pro eo quod cuique conuenit, ex quibus verbis antinomiæ plures conſiliantur, non videri iuſtum naturale, non reddi furioſo enſem à ſe depoſitum, furi rem ſubtractam & depoſitam[c]. Siquidem reſoluitur non dari illis depoſitum, quia non conuenit. Sic iuſtè non poſſidet, qui aliena poſſidet; qui i non bene poſſidet[d], ſed contra leges & ius. Sicut enim legitimum dici poteſt, quod iuxta leges diuinas aut humanas eſt[e], ſic & iuſtum quod ex iure firmatur[f], & iniuſtum quod repugnat. Iuſtum enim iniuſto opponitur, vt ſæuus ægroto[g].

9 Sed cùm multæ ſint iuris ſpecies, tot etiam annotabimus eſſe iuſti vel iniuſti ſpecies. Ita quædam iuſta natura dicuntur, quædam lege. Nam quod vt plurimùm perdurat, id propalam, inquit Ariſtoteles[h], iuſtum à natura eſt: quod verò nos conſtituamus legéque ſciſcamus, id certè iuſtum atque etiam ex lege iuſtum nuncupamus. præſtat autem iuſtum quod à natura eſt illi quod ex lege. Et iterum[i], *Ciuile aliud ius, aliud naturale, aliud legitimum. Naturale quod vbicunque eandem vim habet. Et non quia vel ita videtur, vel minimè legitimum, quod ab initio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert: vbi verò fuerit inſtitutum, refert: vt mina captiuos redimi capram ſacrificare, non duas oues, ea item quæ de ſingulis ſanciunt, vt Braſidæ ſacrificare: necnon ea quæ ſunt decretalia. Sed nonnullis omnia eſſe huiuſmodi videntur: quia quod eſt natura immobile eſt, & vbique eandem vim habet, quemadmodum ignis qui & hîc & apud Perſas vrit: iura verò moueri vident. At hoc non ita eſt, ſed quodammodo. Quanquam apud Deum fortaſſe nullomodo eſt: apud nos etiam eſt quoddam naturale quod mobile ſit, licet non omne: ſed eſt tamen aliud natura, aliud non natura: Quidnam autem ſit quod natura eſt, ex iis quæ poſſunt aliter ſeſe habere: & quid non natura, ſed lege & inſtitutione, ſiquidem vtraque mobilia ſimili modo ſunt, perſpicuum eſt: & in aliis quoque eadem determinatio accommodabitur. Natura enim dextra manus potior eſt: licet fieri poſſe vt omnes ambidextri ſint. Iura verè ex inſtitutione & vtilitate ſimilia menſuris ſunt: non enim vbique ſunt æquales vinales & frumentales menſuræ, ſed maiores ſunt vbi emunt: minores vbi vendunt. Simili modo non naturalia, ſed humana iura, non eadem vbique ſunt. nam neque reſpublica apud omnes eſt eadem. Sed vna tantùm vbique ea eſt ſecundum naturam quæ optima eſt. Vnumquodque autem ius & legitimum, vt vniuerſalia ſeſe habent ad particularia. nam quæ aguntur, multa ſunt, illorum autem vnumquodque eſt vnum: vniuerſale enim eſt. Iniuſtè autem factum & iniuria, iuſtificatio item & ius, inter ſe differunt: iniuria enim cùm natura ſit vel conſtitutione cùm ſit, iniuſtè factum euadit: prius verò quàm facta fuerit, iniuria tantummodo eſt. Nam vbi eſt facta, iniuſtè factum dicitur. Simili modo etiam iuſtificatio. Sed id tamen quod commune eſt, potius iuſtè factum: iuſtificatio vero iniuſtè facti correctio vocatur.* hæc ad verbum Ariſtoteles.

10 Iuſtum item aliud dicitur per ſe, aliud ad alterum comparatur,

a *Ariſto. 5. ethicorum c. 3.*
b *1. de repub.*
c *Plato in d. lib. 1. l. bona fides, depoſiti. P.*
d *c. ius dictum eſt, de verb. ſig. ca. quid dicam de vſuris, 14. q. 4.*
e *l. legitima cõuentio, de pac. P.*
f *vt iuſta & legitima hæreditas. l. 3. §. de illo profocio. P. iuſta vxor. l. ſi non fuerit, de adulter. P.*
g *vt ait Plato in Alcibiade, 1. vel de natur. hominis.*
h *lib. 1. magnorum moral. c. 31.*
i *lib. 5. Moral. ad Nico. c. 7.*



tur, & iuſtum iuſtitiæ eſt. Iuſtum enim æquale eſt: æquale autem non eſt, niſi ratione ad alterum. Comparatióque iuſti ciuilis, vel ex numero, vel ex rationibus fit: aliter non eſt iuſtum ciuile, ſed per ſe ipſum iuſtum. Ciuile namque dicitur, vbi lex iniuſtitiam & inæqualitatem, ex ipſis ad medium reducit iniuſtitiæ[a]. Variatur & hinc appellatio iuſti, vt aliquod dicatur populare, quod tale videatur pluribus iuſtum: iuſtum potentium, quod tale videtur his qui plus poſſident, quíque pro magnitudine facultatum ſtatuunt dignitatem. quæ ſpecies iuſti ad tyrannidem accedit[b]. Et ratione perſonarum, quibus quod ſuum eſt tribuitur proportione geometrica, iuſtum variatur. Sic ciuile iuſtum in magiſtratibus, qui cuſtodes iuſti ſunt, repaſſio, & ea quæ pro mercede ſunt, reddi debent: vt honos, pręmium, quæ ſi eis non ſufficiunt, tyranni ſunt. Sic herile & paternum iuſtum, non idem. ſed ſimile eſt: vt iuſtum œconomicum, id eſt rei familiaris[c]. Item iuſtum quod ex inſtituto, vel lege eſt, variatur. Nam humana iuſta non eadem ſunt vbique.

Plato[d] generaliter, iuſtum dicit δίκαιον. id eſt, quod per ſingula permanat, & velociter ſine impedimento ſeſe diffundit: ita δίκαιον, quaſi διαϊόν, *diſcurrens & permanans*, & iuſtitiam δικαιοσύνην, quaſi δικαίου σύνεσιν. id eſt, *Iuſti intelligentiam.*

11 Sed & cũ his iuſti alia diſtinctio, nõ inutilis, vt aliud ſit verè iuſtũ, aliud per accidẽs[e]. verè iuſtũ, quod quis ſpõte rectè facit: per accidẽs, qđ quis inuictus benè facit, vt ſi inuitus depoſitũ reſtituat. Qui ex timore, ſcilicet ſeruili non filiali, facit præceptum, aliter quàm debeat, facit, & ideo iam non facit[f], & qui inuitus ſeruit, rem & meritum perdit, & indignus eo pręmio[g]: & talis obedientia, vel nulla vel minima eſt[h].

12 Addenda ſuperioribus non minùs neceſſaria ſcientia principibus & gubernatoribus reipublicæ, vt conſiderent, naturam regni ſeu reipublicæ cui imperent, & naturam populi ſubditi, & vicinorum. Nam alia qualitas noui alia veteris regni, quod iam videtur firmatum & minus inuidiæ & rebellionibus expoſitum, & ideo non multis ſatellitibus indiget, aut legibus durioribus in populum, vt nouum quod interdum clementia firmatur, interdum freno duriori eget pro diuerſitate morum populi: adhibita diſtinctione num vi quæſitum, an per electionem, an ſucceſſione, aut legibus. In omnibus illud præcipuum, ſupra vires regni aliquid non tentare, aut agere, & vt ait Lucanus[i], *Metiri ſua regna decet, viréſque fateri.*

Nam ſicut Seneca tradidit[k]: Multi dum ſe tam magnos, quàm audiunt, credunt, attraxere ſuperuacua, & in diſcrimen rerum omnium peruentura bella.

Aliunde in genere conſiderandæ ſunt qualitates cõmunes principatib. & principib. vt quod bonũ in illis eſt, quoad fieri poteſt princeps ſequatur: quod malum & veluti agnatum, fugiat & emendet, conſideret omne regnum, vt priuatorum quoque ſtatum, eſſe inſtabile, caſibus obnoxium occultis, ſæpe cauſis concidere: & dum ad ſummũ verticem perueniret, eo proximus imminere decrementum

a *Idem Ariſt. lib. 5. Ethicor. ad Nicom. c. 6.*
b *Idem Ariſt. 6. politic. c. 2.*
c *Explicat Ariſtot. dicto lib. 5. ethicorũ c. 6.*
d *In Cratylo.*
e *Ariſt. 5. Eth. ad Nico. c. 6.*
f *c. qui ex timore, 8. de regul. iur. in decretalibus.*
g *ca. iam verò §. ex his, 23. qu. 1.*
h *ca. ſciendum 8. qu. 1.*
i *Lib. 8.*
k *Li. 6. de beneficiis ca. 30.*

vel ruinam: cùm res humanæ non poſſint diu in eodem ſtatu perſeuerare, & ab imis ad ſumma per gradus perducantur, & cùm ad punctum altitudinis peruenerint regredi conſideret odium, quod comitatur principatum: hominum ambitionem, qua ad illud quod melius eſt, etiam indigni conſcendere nitũtur etiam per media illicita. ideo multis inſidiis reges expoſitos, vel etiam ob mores ſuperbos & vitioſos, in quos facilè ob licentiam potentiæ incidunt, & ideo debebit princeps, has cauſas reſcindere, & in ſe emendare, quæ poſſunt ſubuerſiones principatus cauſam adferre. Dehinc, vt ait Tacitus [a], noſcenda principi natura vulgi eſt, & quibus modis temperanter habeatur. Et Martial. *Principis eſt virtus maxima, noſce ſuos.* Sciat vulgus inſtabile in genere, iudicij expers, opinione duci plurimum, & veritate pauca iudicare: mutabile in ſubditis, aut ad miſericordiam, aut ad iram, quia affectibus morietur. ſine conſilio, inuidum, credulum, ſuſpicax, multitudinis ſequax. Si dux ei fiat, maximè ſeditioſum, vt contrà ſi ducem adimas, pauidum, præceps, vecors, nihil auſurum, negligens publica, priuata curans, verbis ferox, factis remiſſus: maximè ſi vim metuat. Sunt & proximorum populorum mores cognoſcendi, cum quibus reſpublica, vel princeps commercia, fœdera, bella, pacem, inducias cogitur habere. Aliæ enim gentes ſunt audaces, aliæ timidæ, aliæ inquietæ, alię pacatæ, aliæ malis legibus & oneribus viuentes, aliæ bonis. Quæ ſi ſapienter expendat princeps, valde ei conducent ad gubernandam rempublicam.

a Cornel. Tacit. lib. 3. annal.

*De legibus.*

## CAPVT V.

QVIA prudentia gubernatoris circa futurum quoque extenditur, vt diximus.: ſumma eius cura videtur poſita in conſtitutione legum, quibus ſtatum reipublicæ ſuæ, veluti certis regulis diſponat, iubeat quæ facienda ſunt, prohibeátque contraria: proponat ſupplicia vitiis, prę̄mia virtutibus, doceat authoritate, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, ſua tueri: ab alienis, mentes, manus & oculos abſtinere: vt ciues ſint incolumes, vita ſit quieta & tranquilla.

2 Fundamentum iuſtæ libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & conſilium, ſententia ciuitatis, poſita eſt in legibus. Ariſtoteles, vbi agit libro quarto polit. c. 4. de populari republica, ait peſſimam eſſe conſtitutionem ciuitatis, vbi decreta multitudinis præualent legibus, quo tempore oriuntur ductores populi. nam aſſentatores eius in pretio habentur, qui authores multitudini ſunt, vt decreto leges infringant, & ad voluntatem populi cuncta referantur: ipſi autem ex eo potentes interim fiunt, quoniam fides à populo eis adhibetur: & euadit populus in ſua gubernatione tyranno ſimilis, ideo meritò reprehenſam hanc adminiſtrationem popularem, tanquam non legitimam reip. ſpeciem.

vbi



vbi enim lex non præualet non eſt reſpublica. Nam lex dominari omnibus debet: in particularibus autem, magiſtratus & reſpublica prouidere vel iudicare.

Ius amitti certè non poteſt, ſine maximo incommodo ciuitatis. nam & omnia incerta ſunt cùm à iure receſſum eſt. nihil eſt quare exploratum cuiquam poſſit eſſe quid ſuum, aut quid alienum ſit, nihil certum quod à patre accepturum, aut liberis relicturum arbitretur, nullus ordo, nulla poteſtas firma, nullum imperium, nulla obedientia præpoſitorum. Siquidem vt dicebat ad Athenienſes Demoſthenes [a], vniuerſa vita mortalium, ſiue magnam vrbem incolant, ſiue paruam, natura & legibus regitur. At natura quidem cõfuſa & inæqualis eſt, & à naturali cuiuſque pendet ingenio: leges autem communes & ordinatæ ſunt, & eędem vniuerſis. Quòd ſi praua natura fuerit, ſæpe mala conſilia molitur. Quare tales facilè in delicta ruere liquet: leges autem, æqua, honeſta, vtilia ſpectant, & ad illa referuntur. Lex turbationibus caret, mens humana non caret [b]. ideo lex, dicitur vna & eadem voce loqui omnibus.

a Demoſthenes contra Ariſtocratem.

b Ariſtotel. 3. politi. c. 11.

3 Leges in omni republica ſunt veluti oculi, vt dicebat Leo imperator, Leo cõſtitutio. nouella 19. quemadmodum enim res eſt maximè neceſſaria animali non titubans oculus, ita etiam reipublicæ legum æquus & rectus ſtatus. *Per legem enim cognitio peccati* [c]. Id eſt, vt explicat Clemens Alexandrinus [d], lex peccatum non fecit, ſed oſtendit, cùm ea quæ ſunt facienda iuſſerit, reprehendit ea quæ facienda non ſunt. Et proinde enitendum eſt, vt tales leges ferãtur quę aberrare vel labi populum non patiantur, & quæ illi ſalutares ſunt, ne videantur legiſlatores, loco remedij, morbis venenum propinaſſe. Sicut enim cogi debent ſubditi vel inuiti, morem legibus gerere, ita cauendum eſt ne leges iniuſtæ ſint. Non enim pœnam meretur in republica humana quod lege permittente fit [e]. Solebant mãdata legis diuinæ ex præſcripto Dei [f], deferri ſcripta in manibus, in fronte, & alibi in limine domus, vt perpetua recordatione eorum, ſui officij quiſque recordaretur legi obtemperando. diſcebant pueri Romæ olim leges 12. tabularum, vt carmen neceſſarium [g]. Et leges pleræque cantilenæ appellantur, inquit Ariſtoteles [h], quia homines priuſquam literas ſcirent, leges cantabant, ne eas obliuioni mandarent: quod etiam ſua ætate Agatharſis in morem fuiſſe ait. ídque prudenter cùm lex ſit; ſi lex dici mereatur, dux veráque gubernandi ratio, quæ ad finem optimum, per commoda media gubernata dirigit, tranſgredienti pœnam, obedienti præmium ſtatuens. Sic Ficinus in argumento ad Dialogum Platonis, qui Minos vel de lege: vide alias finitiones l. 1. & 2. de legib. P.

c ad Roma c. 3. verſ. 20.

d lib. 2. Stromaton.

e l. Graechus, ad leg. Iul. de adulter C.

f Deutero. c. 6. verſ. 6.

g Cicero 2. de legib.

h Ariſtote. problema. ſect. 19. numero 28.

4 In ſumma, Quod Deus eſt in mundo, quod in naui gubernator, quod in curru agitator, quod in choro præcentor, & dux in exercitu, hoc lex ciuitate niſi quòd ſine motu & moleſtia Deus cuncta agit: lex nec alij, non item: tamen & ipſa

lex ciuilis immobilis ipſa exiſtens, in vtentium animis regit omnia ad rempublicam pertinentia, & ciues quaſi eius aſſeclæ, ſingula ſibi commiſſa & permiſſa peragunt erga Deum & homines, & alia ab aliis facta; vno vel imperio, vel legis authoritate obſeruant eum cui obtemperent[a].

a *Ariſtoteles lib. de mundo.*

5 Cæterùm, primùm legiſlatori conſiderandum eſt, de quo leges ferẽdę ſint, num in noua cõſtituenda & formanda repub. an verò de conſeruanda, aut de reformanda. Nam ſi de noua agitur, adhuc conſiderandum eſt, ad quam formam ſit ſtatuenda reſpublica vt meliorem eligat. Nam aliæ leges democratiæ, aliæ ariſtocratiæ, aliæ monarchiæ conueniunt. Atque ideo, iuxta naturam cuiuſque, & leges ſunt definiendę, & tales eſſe leges quales ſunt reſpublicę neceſſarium eſt, prauas vel ſtudioſas, iuſtas aut iniuſtas[b]. Si etiam iam reſpublica inſtituta vel formata ſit, rectori, leges conſiderandę quę ſunt optimę, & quæ cõueniant vnicuique gubernationi, ita leges ad rempublicam inſtitutam poſtea accõmodandæ, non autem reſpublica ad legem. Ex quo patet, inquit Ariſtoteles, quod neceſſarium eſt, differentias & numerum tenere ſingularum rerum publicarum, etiam ad legum poſitiones. Neque enim fieri poteſt, vt eædem leges vtiles ſint paucorum potentiæ, atque popularibus omnibus legem ferendã, qui perſuadere vult, debet oſtẽdere ipſam æqualẽ eſſe ciuibus, & reliquis legibus conſentaneam, ciuitatíque conducibilem, ad quietem & concordiam maximè, vel ad ciuium probitatem, vel ad tributa publica, aut ad ipſius reipublicæ gloriam, aut ad vrbis potentiam aut alio huiuſmodi vſui cedere[c].

b *Ariſtoteles lib. 3. politicorum c. 7.*

c *Ariſtotel. in rhetorica ad Alexandrum c. 2.*

9 Inter conditiones bonæ legis, vt ſit ſecundum[d] patriæ conſuetudinem, loco temporíque conueniens. Ridet Athenæus[e], leges Platonis, quòd ficticiis hominibus poſitæ ſint: creandóſque eſſe populos qui his vterentur. perperam enim poſita lex eſt, ſi non ſunt qui eam ſeruent, vel ſeruare poſſint[f].

d *ca. erit autẽ lex 4. diſt.*

e *Atheneus li. 12. dipnoſoph. c. 22.*

f *l. de quibus. de legib. P.*

Quid leges ſine moribus vanæ proficiũt[g]? Inſtituuntur leges cùm promulgantur, firmantur, cùm moribus vtentium approbantur. ca. in iſtis §. 1. 4. diſtinct. Et moribus cõſonæ ſunt leges, quãdo illi tales ſunt qui emendari deſiderent. vnde dictum eſt, *Ex malis moribus bonas leges ortas eſſe.*[h]

g *Horatius li. 3. oda 24.*

h *Ariſtot. Rhethor. 2. Macro. lib. 3. ſaturna.*

Et inter eos mores eſt in quibus eſt iniuſtitia[i], vt ſignum malæ morigeratæ ciuitatis eſt copia legum: ſicut enim medicorum pharmacis nihil opus foret, niſi morbis laboraretur; ita legibus ferundis nihil opus eſſet, niſi perperam viueretur. *Lex iuſto non eſt poſita*[i], Vnde apud Æginetas, olim pecuniaria pœna multabatur is, qui legis inſtituendæ dediſſet occaſionem. Neque ſapientes legiſlatores de aliis criminibus voluerunt ferre etiam leges, quam de his quæ in republica committerentur; ne, vt dicebat Solon, rogatus cur de parricidio legem non tuliſſet, admonere viderentur potiùs delicti, quàm pœnam delinquenti imponere, quia non ſperaret futurum parricidam. Legiſlatoris ita eſt conſiderare vrbem, ac hominum naturam, & aliam omnem communionem vitæ laudabilis quo

i *id Ariſtotel. lib. 5. ad Nico. c. 6.*

k *1. ad Timo. 1 verſ. 9.*



quo participent, quantum fieri poſſit, fœlicitatem[a]. Conſuetudo & mores ſi boni ſunt, in legem transferri poſſunt, vt firmius obſeruentur[b]. at ſi mali & iniuſtitiæ quoddam contineant, ſola lege emendari poſſunt. Mores neminem quippe videntur cogere, ſed ſponte allicere: quæ eſt diferẽtia, quam Suidas cum lege obſeruauit[c]. *Conſuetudo*, inquit, *non eſt inuentum hominis, ſed vitæ & temporis. At lex quidem ſimilis eſt tyrannidi: terrore enim & vi cuncta conficit, conſuetudo autem magis humanitate regia: vltro enim eam omnes abſque neceſſitate ſequũtur. Verum etiam lex tanta æquitate & humanitate referta eſt, vt & calamitoſis vtilior ſit quàm cognati, & affectis iniuria robuſtior proprijs viribus ipſorum, & patribus beneuolentior quàm filij: & filiis quàm patres, & fratribus quàm fratres. multi enim ab amicis læſi, ad hanc confugiunt.*

a *Ariſtot. li. 7. polit. ca. 2.*

b *Vt factum in l. moribus l. ex facto, de vulga. P*

c *Suidas in verbo ἔθος.*

7 Locorum diuerſitates cogunt legiſlatores deflectere à iure communi gentium, vel naturæ, vnde iura propria, ex particulari quadam loci & perſonarum ibi habitantium ratione, conflantur, quæ dicuntur iura ciuilia, cuiuſque ciuitatis[c].

8 In Democratia aut populari republica, leges videntur eſſe ciuitatis publici conſenſus[d], & ideo ſe ipſam populus veluti per conſenſum & ſpõſionem, legi à ſe ſancitæ ſubiicit, idem ſi eius nomine à viro quodam prudenti fiat[e].

d *l. ius ciuile 6. & l. omnes populi 9. de legib. P.*

e *Ariſt. Rhetori. ad Alexãd. ca. 2.*

f *l. 1. de legib. P.*

In hac republica obſeruandum eſt, vt multitudini leges impedimento ſint, ne locupletum rei inſidietur: diuites autem inducant, vt vltro ad publica miniſteria munificentiſſimi ſint: hoc autem aſſequi poterunt legiſlatores, ſi locupletes, pro ea quam in publicam munificentiam exhibent, ſtatutis quibuſdam honoribus à legibus donentur: & ſi agricolas pauperibus, & nauium gubernatores vectoribus, anteponant: ſic enim & locupletes non inuiti reipublicę inſeruient, & plebs non calumniæ, ſed miniſteriis ſtudebit.

Debet dari honeſtus locus in vrbe, iis qui pro republica in bello mortui fuerint, & filij eorum donec ad pubertatem peruenerint, publicis alimentis nutrit.

Seueritas legibus ineſſe debet, & pœnæ contra tranſgreſſores. Lycurgus Sparthanis leges dans, mutata monarchia in popularem, vitam quandam duram inſtituit, conuenientem tunc forſan, quæ nunc non poſſet obſeruari: commercia emptionis ſuſtulit, permutationem mercium reſtituens, pecuniæ vſu adempto: fundos æqualiter diſtribuit, iuuenibus non amplius quàm vna veſte vti toto anno permiſit: pueros in agris, puberes laboribus exerceri voluit, nihil eos ſomni cauſa ſibi ſubſternere, vitam ſine pulmento degere, nec ex agro in vrbem ante pubertatem reuerti: vxores ſine dote ducere, conuiuari omnes publicè. Senibus ſummum honorem deferre. Regibus, nomine inquam talibus, poteſtatem bellorum: Magiſtratibus, iudicia: Senatui, cuſtodiam legum: populo ſublegendi ſenatum, vel creandi quos vellet magiſtratus, poteſtatem permiſit[g].

9 In oligarchiis quæ paucorum dominatu adminiſtrantur, ex legibus, æquè magiſtratus ſunt in omnes eius ordinis viros diſtri-

g *Iuſtinus li. 3.*

buendi, minores ſorte, alij verò maiores occulto ſuffra gio & iureiurando, & magno ſtudio. Maxime pœnę conſtituendæ in illos qui vlla in ciues contumelia vſi fuerint; nam contumeliam moleſtem fert plebs. Ciuium controuerſiæ, breui tempore ſoluendæ. neque vulgus ex agro in vrbem eſt contrahendum; quia ex iis conuentibus plebes turbantur, & paucorum principatum reſcindunt. Ariſtot. rhetoricorum ad Alexan.c.2.

In omnibus principatibus popularibus, leges debent cohibere plebem, ne locupletiorem bonis inhient, inſidientúrque. in paucorum verò principatibus, auertere illos qui rempublicam gerunt, & ab imbecillorum contumeliis & calumniis, inſimulationibúſque contra ciues.

10 In monarchica gubernatione, leges regiæ potius ad vtilitatem populi quàm propriam dirigi debent, atque ad conſeruationem dignitatis principatus ſublatis omnibus ſuffragiis popularibus. Populus in obſequia principis; princeps ad iuſtitiam imperiorum firmandus eſt. atque magnam vim habebit lex, ſi princeps in lege nihil ſanxiat cuius non ipſe primus in ſe documenta dederit. Regis enim ad exemplum totus vulgus componitur; in his videlicet quæ ad bonos mores, pietatem & religionem pertinent. Alia namque ſunt, quæ ſtatuuntur in populum, quę non conueniunt principi: vt contrà quædam principi tribuntur iure regio, quæ non communicantur ſubditis.

11 Sed commune hoc habet legiſlator monarchicus cum aliis, vt qualitatem & mores locorum & perſonarum conſideret, & ita pro diuerſitate materiæ formam adiungat, variant quippe loca: functiones etiam rerum ob penuriam vel fertilitatem [a]. Locus iniuriæ illatæ, & diuerſitas qualitatis perſonarum, iniuriatarum augent pœnam in lege vel minuunt. l. prætor edixit, §. f. & l. vulneris, de iniur. P. §. atrox, eo. ti. apud Iuſtinia.

*a l. pretia rerū, ad leg. Falcid. P. l. f. §. f. de administra tut. C.*

Exaſperanda pœna per legem in locis vbi delicta frequentiora ſunt & ſi exemplo opus eſt. l. aut facta §. penul. & fin. de pœnis P. l. ſaccularij, de extraordinariis criminib. atque legiſlator ita ex Socratis opinione, ad duo reſpicere debet in lege ferenda, ad regionem, & homines, & ad loca vicina. Ariſtoteles libro ſecundo Politicorum ca. 4.

12 Tempus quoque obſeruabit, vt vulgare eſt, in delictis legibus caſtigandis, & in legibus diſtinguendis antiquis à præſentibus, & futuris: vnumquodque tempus ſuos mores adfert, quibus accommodandæ ſunt, vt dixi, leges. Sicuti aliæ leges in antiquo teſtamento diuino, aliæ in Nouo, & aliæ priſcæ Romanorum inter rudem populum, aliæ poſterioribus ſeculis probatæ reiectis vel emendatis primis. vt lex illa antiquata, de diuidendis delatoribus non ſoluentibus, inter creditores. Gellius libro 20. cap. 1. de delictis multa pecuniaria tantum puniendis, quæ obtinuit in magna veterum paupertate [a], ſic de ſimilibus quæ rudi adhuc populo latæ fuerunt [b].

*b §. pœna, de iniu. apud Iuſt.*
*c vide Ariſto. li. 2. Politic.*

13 Hóc-



13 Hócque commune vniuerſis ſancionibus vt diligens prior adhibeatur conſultatio antequàm promulgentur [c]. Alexander Seuerus nullam conſtitutionem ſacrauit ſine viginti iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientibus viris iis denique diſertiſſimis non minùs quinquaginta, dato illis ſpatio prius ad diſquirendum cogitandúmque quàm dicerent [d].

*c l. humanū. C. de legib.*
*d Lamprid. in Alex. Seuero.*

14 In republ. Atheniēſi, Solon inter cætera hoc etiam inſtituit, cùm lex aliqua rogatione ad populum ferretur, vt à legiſlatore primùm recitaretur: deinde vt in loco celebri perſpicuóue proſcriberetur ad tertiam concionem vſque: inde vt Scribæ daretur, palam pro concione legenda, vt ſi quid cuiquam non placeret in medium proferret: & ſi ea tum quoque populo placuiſſet, ita poſt modum daretur Nomothetis exploranda, qui vti eam probaſſent improbaſſéntue proferretur, antiquaretúrue [e]. Libanius tradit, θέσμον fuiſſe illam legem Athenis, legum ferendarum rationem præſcribētem, per quam author legis ſcriptam legem, ante ſtatuas Heroum, à quibus cognomina tribus acceperant, proponere, & apud legum latores confirmare oportebat: quod cùm non feciſſet Leptines in lege ferenda de abrogandis immunitatibus, reprehenſus & accuſatus eſt: quum lege liceret intra annum accuſare authorem legis, poſtea non liceret. [f] Libanius in argument. 2. in orat. Demoſthenis contra Leptinem. creabantur verò ex lege Solonis ſex viri legum examinandarum cauſa, cùm liceret ex eiuſdem legis tenore, ſi qua lex malè recepta videretur alicui, eam accuſare, & illa abrogata, liceret eidem, aliam ſubſtituere & ſcribere legem: at illi ſex viri Nomothetæ examinabant, ne temerè promulgarentur, & vt de ſingulis ſingulæ tantùm ferrentur: ne contrarietate aut multitudine imperiti turbarentur. Erat inſuper lex alia Athenienſium, μὴ πρότερον εἰς τὸν δῆμον ψήφισμα ἐκφέρειν πρὶν ἐν τῇ βουλῇ δοκιμασθεῖν. id eſt, *Ne prius ad populum decretum, quàm prius Senatui probatum eſſet, deferretur*, vt ait Libanius [g]. quum enim multitudo populi magna & frequens eſſet, ſæpéque deciperetur, non animaduertens, num fraus aliqua lateret, primum decretum ad quingentorum mittebatur ſenatum, qui indagabat an aliqua noxa aut fraus in eo eſſet, & ſic ad populum ferebatur.

*e Scribit Demoſte. oratione in Leptinem.*
*g Libanius in argu. vtroque orati. Demoſt. contra Andro.*
*h in alio argu. græco in eand. orati. Demoſt.*

15 Non minore cautione, leges ferebantur vel abrogabantur in Democratia Romana, rogato populo, ſuffragiis & comitiis adhibitis, datis tabellis duabus ſingulis: in quarum altera duæ literæ V.R. id eſt, *vti rogas*, in alia nota, A, priore ſignificante, ſi ea mitteretur approbationem rogationis: altera, non probare ſe, & antiquam ſequi & nouam reiicere.

Ante legum duodecim tabularum receptionem, accurata fuit decemuirorum indagatio, vt eſt apud Dionyſium Halicarnaſſeum.

Antequam nobis corpus iuris ciuilis Romani traderetur, dedit operam Iuſtinianus Cæſar, vt per viros eximios & doctiſſimos opus expenderetur: & ſic ſolum poſt prudentem longámque explorationem leges ſeruandas ſtatuit.

*i Xeno. lib. 2. rerum Græca.*

16 Præſidente autem Athenis Pytadoro [i], Oligarchia Athenis

conſtituta eſt. viſum enim eſt populo, triginta eligi debere viros qui patrias leges cõſcriberẽt, quibus reſpublica regeretur. fuere autem electi Polyarches, Critias, Melobius, Hippolochius, Euclides, Hieron, Meneſilochus, Chremon, Theramenes, Areſias, Diocles, Phedria, Chæreleus, Anælius, Piſo, Sophocles, Eratoſthenes, Charicles, Onomacles, Theognis, Æſchines, Theogenes, Cleomedes, Eraſiſtratus, Phidon, Dracõtides, Eumathies, Ariſtoteles, Hippomachus, Muheſitidis.

17 Sicuti verò leges quando ferũtur diligenter cõſiderandę, quęnam & cuiuſmodi ſunt: ita cùm receptæ, ſunt cuſtodiendæ & vſurpãdę [a], maximè à ſubditis [b], & iudicibus [c], ab ipſis autẽ legiſlatorib. quãtũ fieri poteſt inuiolatæ quoque & ſtabiles conſeruari debent. Nam cùm illæ ſint pro regula & norma viuendi in republica, fieri non poteſt, vt illis mutatis nõ mutentur mores cum legibus malis in peius, cum bonis in melius commune bonum lex eſt, vt facilè ob aliquod aliud bonum, ſi non ita commune ſit mutari non deberet, cùm inde ſequatur reipublicæ diſſolutio, & mouenda non ſit camarina. Nam lex, potiſſimùm in populari ſtatu vim non habet vt ei pareatur niſi ex more. [d] mos autem nõ fit niſi temporis longitudine: quare faciliter mutare leges ex præſentibus, infirmam facere vim legis. Conſtat errata quædam magiſtratuum & legumlatorum toleranda: cùm ex mutatione vtilitatis parua acceſſio fit. non enim tantum proderit qui corrigere perget, quãtum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parẽdi. Quod ſi aliquis ſit defectus in lege, ex æquo & bono à magiſtratibus & iudicibus erit emendandus, vel ſupplendus iuriſdictione illis conceſſa. ſiquidem fieri non poteſt per prudentiam legiſlatoris, vt ſingula quæ priuatos reſpiciunt, legibus poſſint expreſſè definiri, quia lex generaliter loquitur, & ad id quod vt plerunque fit extenditur, reliqua relinquens iudicum qui de ſingulis cognoſcunt authoritati [e].

a *Demoſthenes oratione contra Midiam.*
b *l. leges vt generales, c. de legib. l. non dubium, C. eo.* 8. *l. iuriſgentium* 7. *§. ait prætor l. contra iuris,* 28. *de pact.* P. *c.* 1. *de conſtitutio. cum ſimilibus infinitis propemodum.*
c *ca. in iſtis,* 4. *diſt. lege rem non nouam, c. de iudic. §.* 1. *de offic. iudi.*
d *Ariſtot. lib.* 2. *polit. c.* 6. *l. de quibus, de legib.* P.
e *vide l.* 3. *cum ſequentibus, vſque ad l.* 17. *de legibus.* P. *Ariſtotel.* 5. *Ethico. c.* 1.

Meliora quidem ſequenda ſunt, neque tam inflexibilis proponi debet lex quin mutationi obnoxia non ſit. nam eſſet lex tyrannis, ſi mutatis cauſis conſtitutionis, & rationibus introductionis ceſſantibus, illa eadem imperaret, & cõmitteret legiſlator in eam qualitatem legis, qua debet perſonis locis & temporibus accommodari. Nihil enim eſt ſub ſole quod cum motu cæli & ſyderum continuo, moueri & mutari aliquomodo non poſſit: verùm leges quæ diuturniores eſſe poſſunt, illæ meliores & magis paci & tranquillitati populi conueniunt [f]. Thuriorum inſtitutum erat idcirco rigidum, vt qui legis abrogationem peteret, cũ laqueo in publicum prodiret; quo, ſi non perſuaderet ſuſpenderetur [g].

18 Cenſet Socratica prouidentia [h], peius eſſe in legibus conſtituendis errare, quàm hominem interficere: eiuſmodi namque error multos per multa ſecula interficit animos ſimul & corpora. Atque ideo ne erraret in legibus conſtituẽdis, initio petit auxilium ab Adraſtia, quę ab Ethnicorum priſcis theologis putabatur potentiſſima ineuitabilium ſeu neceſſitatis legum; regina, ſeu diuina prouidentia, quatenus nihil vel oculos poteſt ſubterfugere, vel manus effugere.

f *§. vt autem lex de non eligen. ſec. nu. in nouel.*
g *Diod. Sicul. lib.* 12. *Demoſthenes contra Timocratem.*
h *Plato dialogo* 5. *de iuſto.*



effugere. Et quia optabat firmiſſimas leges condere, quas neque obliuio deleret, neque defraudaret aſtutia, neque violentia frangeret, & omnino nullus deuitaret, Adraſtian inuocabat, ineuitabilia ſancientem, quæ nullus valeat effugere.

19 Gentes, non niſi neceſſitate vrgente, iura ſibi conſtituerunt [a]. eáque neceſſitate, tranſgreſſio vel mutatio legis permiſſa, & quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum [b]: vt ſi magna vtilitas ſuadeat reipublicæ, quæ non permittat ſine detrimento euidenti ſalutis eius leges iam latas habere locum. Sicuti nihil ſapientiùs dicitur facto Ageſilai, qui cùm aduerſus rempublicam conſpirationem ortam noctu comperiſſet, leges Lycurgi continuõ abrogauit, quæ de indemnatis ſumi ſupplicium vetabant: comprehenſis autem & interfectis ſontibus, è veſtigio ſtatim reſtituit: atque vtrunque ſimul prouidit, ne ſalutaris animaduerſio, vel iniuſta eſſet, vel iure impediretur: ita vt ſemper leges eſſent aliquando non fuerunt [c].

a *§. ius autem gentium. de iure natura. gẽt. & ciui. inde qualitas legis vt ſit neceſſa. cã. erit autẽ lex* 4. *diſtinctio.*
b *c. quod non eſt licitum, de regul. iur. in decretalium l.* 2. *C. de patri. qui filios diſtraxer.*
c *Vale. Max. lib.* 7. *c.* 2.

20 Lycurgus Sparthanorum legiſlator, rigidis certè & nimium popularibus legibus latis, diſſoluta monarchica gubernatione, finxit legum ſuarum authorem Apollinem Delphicum, & inde ſe ea ex præcepto numinis detuliſſe, vt conſueſcendi tædium metus religionis euinceret. Deinde vt æternitatem legibus ſuis daret, iureiurando obligauit ciuitatem, nihil eos de eius moribus mutaturos priuſquam reuerteretur: & ſimulauit ſe ad oraculum Delphicum proficiſci, conſulturum quod addendum mutandúmque videretur. Profectus autem eſt Cretam, ibíque perpetuum exilium egit, abiicíque in mare oſſa ſua moriens iuſſit, ne relatis Lacedæmona, ſolutos ſe Spartani religione iuriſiurandi in diſſoluendis legibus arbitrarentur [d].

d *Iuſt. ex Trogo, lib* 3.

21 Vtilitas ſuadet, leges cum neceſſitate introduci, nihil tamen tam naturale quàm vt contraria neceſſaria vtilitate, & ad euitandum reipublicæ damnum imminens, leges introductę mutentur, ſi non omnes, illæ ſaltem quæ minùs vtiles, aut noxiæ eſſe poſſunt.

Studij iuris & ciuilis ſapientiæ duæ ſunt poſitiones, vel axiomata præcipua, publica & priuata vtilitas [e], atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui. Et quod commodum & vtile pluribus præferri debet vtilitati paucorum, ſi mutuò ſe compati nequeant priuata & publica vtilitas: non etiam, ſi vtrique ſine damno alterius, conſuli poteſt.

22 Adeſſe poſtremò debet legibus condendis manifeſta deciſio ſine obſcuritate mentis non inuoluta aut dubia [f], ne captionem aliquam continere poſſit. quia illæ debent eſſe omnibus pro norma viuendi tam ignaris, quàm mulieribus & pueris [g]. Et ius certum & definitum eſt [h], ſuper dubitabili enim lex regula [i], debet dubium tollere. *Leges*, inquit Iſocrates ad Nicoclem, *oportet te ponere æquas & vtiles, & ſibi inuicem concordes, miniméque ancipites, ſed quæ oppidò quàm faciles habeant ſolutiones.* Soloni vitio datum eſt, quòd quædam obſcuriùs in legibus propoſuiſſet; ídque rectiùs, quòd con-

e *l.* 1. *§. huius ſtudij, de iuſt. & iur.* P.
f *d. ca. erit autem lex,* 4. *diſtin.*
g *Leo. imp. nouell.* 77. *l.* 9. *C. de legib.*
h *vide l.* 2. *& l.* 9. *de iuris & fact. ignor. li.* 22. P. *ti.* 6. *& tit. C. ſimilem il. quod Labeo, de Carbonia. edicto.* P.

RR j

ſultò id feciſſet, vt ait Plutarchus[a]. Sic ſedes apoſtolica & principalis, in ſuis actibus, veritatem proſequens, lucem amans, lubenter euitat nodoſæ ambiguitatis inuolucrum[b]. Nihilque proprius legi, quàm claritas[c], vt & lex, ſimplicitatis dicitur amica[d]. verba poſſunt legem obſcuram reddere: verùm ſi hactenus de mente eius conſtiterit, non tam verba quàm mentem ſequi obſeruatam, iubebit rector reipublicæ, quia minimè ſunt mutanda quæ hactenus certam interpretationem habuerunt[e]. verbáque legum, non ſunt captanda[f].

Si tamen mens contraria videatur verbis, & ea in incerto ſit: tunc oportet explicatione ei ſubuenire[g], vt legum enim euidentia eſt populorum exceſſibus vtilis, ſic ſanctionum obſcuritas, turbat ordines æquitatis. Nam ex obſcuritate oriuntur litigantium controuerſiæ[h].

a *in eius vita.*
b *c. 1. de conceßio præben. in extraua Iohannis 22.*
c *Iuſtinia in §. nos igitur, de teſtam. imperfect. in nouell.*
d *§. ſed quia, de fideicōmiſſa. hæreditatib. in inſtitutio. iuris ciuilis.*
e *l. minimè, de legib.* P. *l. non dubium,* C. *eo. tit.*
f *l. penult. ad exhiben.* P.
g *l. & ideo de legib.* P. *l.* 1. C. *eo.*
h *in l.* 1. *de iudicib. lib.* 2. C. *Vviſigothorū.*

*De generali errore principum & adminiſtratorum reipublicæ, ex ignorantia qualitatis reipublicæ & ex aliis, & de remediis.*

## CAPVT VI.

Error & confuſio rerum publicarum, inter cætera naſcitur ex ignorantia ſpeciei reipublicæ quam curandam principes vel rectores ſuſceperunt. non enim vt dictum eſt, vna ſpecies, vnáve natura omnium. & proinde & aliæ leges in inſtituenda, in conſeruanda, & defendenda vna quaque operæ pretium eſt obſeruare. & vt ſeruentur, cognoſci & addiſci debent priùs: deinde in praxim adduci, atque principem alium atque alium, & ciuem quoque alium atque alium eſſe neceſſe eſt ſecundum differentiam rerum publicarum, vt ait Ariſtoteles 3. politicorum cap. 1. & iterum, libro 1. politicorum cap. 1. apertè rationibus demonſtrat, non bene dicere, qui putant gubernatoris ciuitatis & regis patríſque familias, & domini eandem eſſe rationem, arbitrati multitudine tantùm & paucitate non ſpecie differre, quod falſum eſt. Et Seneca, libro 2. de beneficiis cap. 20. diſputat contra M. Brutum, quòd contra inſtitutionem Stoicam ſe geſſiſſet, volens occidere Iulium Cæſarem duabus rationibus: quod nomen regium extimuerit malè cùm optimus ciuitatis ſtatus ſub rege iuſto ſit: dehinc quòd malè ſperauit inde libertatem futuram, vbi maximum præmium erat imperandi & ſeruiendi. Aut quia malè exiſtimauit ciuitatem poſſe in priorem formam reuocari, amiſſis priſtinis moribus, futurámque malè exiſtimauit ibi æqualitatem ciuilis iuris, vbi videbat hominum tot milia pugnantia, non, an ſeruirent: ſed cui: multo & magis arguit, quòd non conſideraret vno interempto, non defuturum a-

lium



lium qui idem vellet. Execrabiles enim fuerunt noſtri ſeculi quidam homines, à quibus Ilias malorum nata, qui ad modulum quarundam rerum publicarum, imò verò exemplo tyrannidum & tyranniculorum voluerunt reformare leges regnorum. Re ipſa verè ridiculi, ſed qui tragœdias ex Atrellanis fabulis cruentiſſimas recitarunt, vt non minus errarunt, hoc eodem tempore, qui in paruis principatibus voluerunt regnorum ſibi titulos, iura & leges conſtituere. vnde deformes reſpublicæ ferè in monſtrum peruenerunt: non minùs quàm ſi quis magno coloſſo & corpori, vellet caput pumilionis, vel pigmei imponere: aut ſtatuæ pumilionis caput infinitæ magnitudinis inſerere. In regno leges ariſtocratiæ, aut democratiæ, aut tyrannidis velle ſeruare, quale monſtrum quæſo natum eſt, quod ſe ſuis ipſius artibus conuellit & diſſipatur. Quis non damnaret architectum, qui pollicitus eſſet reparare, vel reficere ædificium, ſi illum deiiceret? quis illi tam ſtolidus eſſet qui crederet dicenti, hoc pacto ſe reficere, aliud enim eſt deſtruere, aliud reficere? Dicam & quod ad Piſones ſcribens Horatius, de malis rerum publicarum cenſoribus, adminiſtratoribus, vel præſumptuoſis ignaris, ſeu malitioſis reſtitutoribus. Siquidem hoc ſibi nomen, vt fucum faciant ſuæ ambitioni & cupiditati, vſurpant quod de malis poetis & pictoribus dixit,

*Humano capiti, ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,*
*Vndique collatis membris, vt turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè:*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici,*
*Credite Piſones iſti tabulæ fore librum*
*Perſimilem, cuius velut ægri ſomnia, vanæ*
*Fingentur ſpecies: vt nec pes, nec caput vni*
*Reddatur formæ. Pictoribus atque poetis*
*Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*
*Scimus: & hanc veniam petimúſque damúſque viciſſim:*
*Sed non vt placidis cocant immitia, non vt*
*Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.*

Sunt morbi, ſunt temperamenta, ſunt conuenientia ſingulis ſpeciebus rerum publicarum, imò origo, vita, finis, & pleraque alia diuerſa, ſæpe & contraria, vt iiſdem modis omnibus proſpici nequeant, & remedia quæ proficiunt in vna, in alia poſſunt adferre interitum, & monent etiam medici vnico collyrio mederi non poſſe omnium oculis. monent & vel ſutores, eundem calceum omni pedi non conuenire. quis non rideret eum qui vellet imponere laico mitram epiſcopalem, epiſcopo diadema pontificale propria & priuata authoritate, vel ſubdito, coronam, id enim eſt laruas proferre.

2 Iam effectus præſumptionis temerariæ, poteſt nos docere, & principes viuentes, & qui in poſterum victuri ſunt, quàm graue & pericu loſum ſit committere hominibus imperitis gubernationē, & rerum

publicarum emendationem, aut credere ſomniis & temeritati eorum qui inſtituunt & aggrediuntur huiuſmodi argumenta tragediarum. Fuerunt olim & puto nunc quoſdam eſſe, nomine vel præſumptione philoſophos, qui ex ferula ad ſceptra moderanda ſuperbiſſimè ſe ingerunt, conuolant etiam non conſulti, exiſtimantes reſpublicas non aliter poſſe regi & populos, quàm à magiſtro ſeu pædagogo puerulos, ex qua præſumptione leges ſanciendas audent principibus & populo perſuadere, ſpecioſas quidem, & vt videtur illis conſonas rationi & religioni, cùm tamen de religione quæſtio non eſt, ſed non norunt an ſint conuenientes populo & reipublicæ de qua agunt; vel ſi cognoſcant non habent media ſufficientia, neque conſiderant populum ſimilem equo feroci, qui non ita ſermonibus, quantum induſtria & re ipſa conueniente domatur. Quamobrem vt plerunque iſtas philoſophorum de republica theorias & ſpeculationes, duorum alterum conſequutum eſt. aut enim reſpublicas turbarunt & pacem interpellarunt: aut ridiculæ habitæ ſunt.

3 Pythagoreorum cœtus, ſuis temerariis & ſuperbis ſeu inflatis opinione ſapientiæ ſermonibus, de reipublicæ emendatione, magnam rerum publicarum mutationem fecit, vtpote principibus cuiuſcunque ciuitatis temerè interfectis, vexatis vrbibus & locis in ea Italiæ regione quæ tunc magna Græcia appellabatur, in qua commorabantur, ſeditionibus cædibúſque maximis, donec ob illas clandeſtinas coniurationes quæ ſub prætextu ſapientiæ fiebant, cœtus ille concrematus eſt, ſicut ſcribit Polybius libro 2. vt & aliquando Lyſimachus philoſophos ex vniuerſo regno per præconem expulit, Athenienſes ex Attica, & Romani Roma. vt refert Athenæus libro 13. dipnoſophiſton ca. 33. rationem citat ex Anaxippo comico.

*Hei mihi philoſopharis, inquit, atqui philoſophi*
*Sermone ſolo ſunt ſapientes, cæteris*
*In rebus eſſe noui ego ſtultiſſimos.*

Quibus verbis non improbatur quidem philoſophia vera, aut ſapientia in principibus, quæ tam illis neceſſaria eſt ad regimen, quantum in naui regenda clauus & ars, ſed ea quæ in meris ideis animi vacui ab omni gubernatione fingitur, qualis illa Platonica quæ introduxit reipublicæ formam, pro qua exercenda oportuiſſet nouos homines creare: viſus enim eſt in dialogis de republica, non exiſtentibus viris leges ſcripſiſſe, ſed hominibus à ſe fictis, ita vt qui his vtantur poſtea perquirere oporteat, vt idem Athenæus ait libro 12. c. 22. nec mirum, quia vt idem ait, & Plato ad omnes erat implacidus, inuidus, minimè moribus probus, & qui ipſum populum Athenienſem vanum iudicem & perſonatum putaret.

Sícque oſtentatio illa philoſophica, quæ verſatur in veris nugis & verbis nudis, & opinionibus, non conſiderata materia ſeu qualitate præſentis reipublicæ, de qua diſputatio, vel regiminis ratio requiritur: non ſolùm non aliena à regibus & principibus, ſed etiam periculoſa & noxia eſſe poteſt. quia lex ſecundùm Ariſtotelem quæ eſt



eſt præſcribenda ad continendam rempublicam & principatum, eſt determinata ratio, iuxta ciuitatis conſenſum, quæ ſingula, quo pacto facienda ſunt declarat, & conueniens eſſe debet moribus præſentibus[a].

Ideò meritò Ariſtoteles reiecit rempublicam Socraticam ſeu Platonicam, cum ſua communione ſomniata libro 2. politicorum c. 1. 2. 3.

a c. erit autem lex, 4. d.

4 Vera philoſophia & ſapientia ciuilis, eſt haurienda ab his qui inſtituerunt reſpublicas, ex diſtinctione & collatione earum facta, cum ea quæ in manu eſt; adhibita conſideratione non ſomniorum vel opinionum cuiuſque, ſed legum quibus vſæ ſint, & quæ bene vel malè conceſſerint. Conferenda, quæ antiquas meliores reſpublicas eius generis cuius eſt quæ regenda eſt, fecerint, quæ conſeruauerint, vt ſequamur veſtigia: quæ eas ſubuerterint, vt ea vitemus & præcaueamus, & dum ea oriri vel extollere caput viderimus, ſtatim conuellamus, ſic fœlix quem cautum aliena pericula faciunt. Et quamuis dicantur poſteriores reſpublicæ meliores prioribus; eóque priores adhuc rudes poſtea ex experientia emendationis cauſam dederint, tamen nouæ quæ ſuis legibus, veluti malis indigeſtis ſeu crudis humoribus & domeſticis torquentur, & ſtare quodammodo pro tempore videntur, ſtatim non ſunt ſequendæ, quia metuendum, ne ad primam occaſionem rebellent, & virus quod incluſum fortiùs agit in partes crudeliùs, ex abrupto læthum adferat niſi medeamur repentinum.

5 Eget princeps, ne ignorantia ſua decipiatur, primùm bonorum conſilio, & legum auxilio, & diligentiſſimis & expertis qui bene conſultata exequantur: aliter imperfectum erit perpetuò regni & principatus legitimum negotium. Ariſtoteles libro 10. Moralium ad Nicomachum, Sophiſtas, qui ciuilem ſcientiam ſe habere profitentur, facilem reipublicæ adminiſtrationem eſſe putant quæ ex legum & rerum publicarum collectione habeant electionem, aut procul aberrare ab ea docenda. neque enim omnino qualiſnam ea ſit, & circa quæ verſetur ſciunt. Nam electio, poſt collectionem, animi perſpicuitatem exigit, & iudicium quæ & qualibus conſonet. ſicuti non ſufficit, vt quis bonus medicus habeatur, didicerit artem medendi ex ſcriptis, cum in his, non ſolùm curationes, ſed & quomodo etiam ſanari poſſint homines, & curatio adhibenda ſit vniuſcuiuſque habitu diſtincto exigatur. Adminiſtratio ſine arte, ex ſola experientia ſæpe fallit etiam: vt ſola conſideratio & contemplatio, ſine experientia. at quando vtrumque coniungitur, fœlicem facit rempublicam.

6 Marcus imperator[b], filium Commodum, magna diligentia curáque educauit, accitis vndique viris doctrina claris, maximáque propoſita mercede, vti mores pro ſe quiſque filij ingeniúmque excolerent. Senex autem iam cùm planè deploratam ſalutem ſuam ſentiret, anxiùs magis de filio fuit ne qui tùm primam iniret adoleſcentiam, ſiue ætatis feruore nimio, ſiue licentia quadam ſumma, quam in orbitate eſſet habiturus bonis artibus, ſtudiiſque relictis, ebrietati

b vt eſt apud Herodianum in 1.

ſeſe & crapulæ dederet propter lapſum eius ætatis facilem. Terrebátque inſuper hominem minimè imperitum, multorum memoria principum, qui iuuenes imperium ſuſcepiſſent. Vt Dionyſij Siciliæ tyranni, cuius tanta fuit intemperantia victus: vt nouarum voluptatum inuentores ſummis afficeret premiis. Item quod qui Alexandro Magno ſucceſſerunt, ita contumelioſe violentérque dominati ſunt, vt illius imperio graue dedecus conſiliarint. Siquidem Ptolomæus eò turpitudinis prolapſus, vt contra Macedonum, atque adeo omnium Græcorum leges, etiam ſororiis amoribus implicaretur. Repetebat animo aliorum crudelitatem tyrannorum, vt Neronis & Domitiani, item Germanorum vicinam gentem nondum planè ſubiectam, aliáque plura, quibus æſtuans animus iuſſit amicos congregari ad ſe; quos ſanctè ac qua poterat authoritate adiurauit, vt filiô bene viuendi authores eſſent, & bonum principem redderent. Eſt autem difficile in magna licentia moderari ſibi, quaſique frenos imponere cupiditatibus.

Eadem prudenter mente recolens Mammea mater Alexandri, qui conſors imperij factus fuit Antonino filio Seueri mancipio totius turpitudinis, vt filium ab omni illa fœditate vindicaret, ſummis clàm Antonino, doctoribus omnium diſciplinarum, vt narrat idem Herodian. in 5. modeſtiam edocebat, palæſtra ac omnibus virilibus gymnaſiis aſſuefaciebat, græcis latiniſque literis inſtituens, quamuis contrariis moribus imbutus Antoninus indagaretur. Magnopere illis rebus, & ideo omnes illius doctores aula exegerit, & quoſdam illuſtriores partim morte, partim exilio affecerit, ridiculas allegans cauſas: quòd filium eius corrumperent, arrogauerat enim Antoninus Alexandrum, neque agitare eum choros atque ebacchari ſinerent, & ad modeſtiam componerent, & virilia officia edocerent. Neque tamen deſtitit ab inſtituto Mammea, vnde & Alexander maximum fauorem apud bonos, & populum, & ſenatum, & milites ſibi conſiliauit, delatúmque illi ſoli necato Antonino, fuit imperium. quo etiam tempore, vt idem Herodian. ſcribit in 6. poſt additos in conſilium eius grauiſſimos ſenatores, & peritiſſimos iuriſconſultos, cúmque videret ſummam habere iam authoritatem, metu ne viuida ætas in ſumma poteſtate licentiáque rerum, in cognata aliqua impingeret vitia, vndique aulam ſeruabat, neque adire à quoquam adoleſcentem patiebatur, cuius vita moréſque improbarentur, ne ſcilicet bona indoles corrumperetur prouocantibus appetitum eius iam vigẽtem aſſentatoribus in extremas libidines. Ex cuius prudentiſſimæ matris formula, duo ſumma capita inſtitutionis principis colligi poſſunt, vnum in imbuendo & formando à peritis & bene moratis præceptoribus vel monitoribus principe: aliud, in obſeruatione, ne bene imbutus & edoctus corrumpatur: vtrumque caput ſummè neceſſarium: ſed maximè ſecundum: nam parum prodeſt bene inſtitutum fuiſſe principem, ſi in illa inſtitutione non perſeueret. perſeuerare autem non poteſt, dum corruptoribus exponitur, vt parum eſt theſauri ingentes copias cumulaſſe, ſi is à latronibus non cuſtodia-





tur aut defendatur. Nec enim minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri.

7 Plato libro 3. de legibus dum ſpeculatur cauſas, quibus regnum quod tam fœlix erat Perſarum ſub Cyro, ferè ſub Cambyſe eius filio ceciderit; & rurſum Darij tempore reſtitutum eſt: tradit ideo id contigiſſe: quòd Cyrus fuerit dux bonus & ciuilis vitæ amicus, nunquam tamen ad rei domeſticæ adminiſtrationem animum nunquam applicuiſſe, & bellis continuò occupatum, filios educandos mulieribus tradidiſſe; quæ ipſos vt fœlices ſtatim pueros atque beatos, nullius indigentes rei, ſic educabant, vt prohiberent ne quis eis vtpote beatis, aliqua in re aduerſaretur, cogentes omnes, quicquid ipſi dixiſſent aut feciſſent laudare. Quare ita educati, non mores Perſicos & artem regnandi, ſed molles & tyrannicos imbiberunt, & tales euaſerunt quales conueniebat eos qui in ſumma rerum enutriti erant. Quare Cyro mortuo rerum eius potiti, vtpote deliciarum impunitatis & licentiæ pleni, nec ſe ipſos æqualitatémque compati potuerunt. Cambyſes fratrem occidit, dehinc & ipſe ignorantia ebrietatéque furens, principatum perdidit, contemptus à Medis. At Darius rurſum, cum ſeptemuiris principatum in Perſas iterum reduxit. Is autem nec regis erat filius, nec in delitiis nutritus, viuendum cenſuit communibus legibus ad æqualitatem tendentibus, principes amicitia conſiliauit, plures ſubegit. Verùm eius rurſum filius Xerxes, iiſdem moribus quibus Cambyſes educatus, ſimilia quoque perpeſſus eſt.

8 Accedit hoc malum rebus publicis habentibus bonas leges, vt multæ nauium inſtar perierint ſubuerſæ, ac peribunt ob gubernatorum nautarúmque improbitatem, qui in rebus maximis extrema quadam ignorantia detinentur. Quoniam cùm rerum ciuilium prorſus ignari ſint, in iis tamen plurimùm ſibi ipſis ſapere videntur.

Scribit Plato[a], ignorantiam potentum robuſtorúmque hominum, hoſtilem atque teterrimam rem eſſe. Hæc enim & quæcunque eius ſimilia, proximis omnibus noxia: ſin autem imbecillis ignorantia ſit, ridiculorum naturam ſubit.

[a] *in Philebo ſeu de ſummo bono ſeu li. 10.*

9 Ars & ſcientia ciuilis, non eſt vis iudicum, nec in ea conſiſtit maieſtas principis, cùm ſit tantum legum cuſtos regiſque miniſtra: non etiam artes aliæ reipublicæ quæ neceſſariæ ei ſunt, cùm regiæ maieſtatis officium ſit non vt ipſa quidem agat, ſed vt agere valentibus imperet, cognoſcátque vim & imperium eorum quæ in ciuitate ſunt maxima, tum quid decorum, quid opportunum ſit, quid contrà, cæteras verò facultates iuſſu capeſcere, & mandata tranſigere. Itaque reliquæ artes ſunt ancillares ſingulares, ciuilis verò ſcientia omnibus his præſidet; legúmque & quæ in ciuitate ſunt, curam habet, omniáque contexit. Inde meritò communi appellatione, qui ipſius artis communem facultatem complectuntur, ciuilem ſcientiam nuncupant. Plato libro 16. ſeu ciuili, rurſum in Theage vel de ſapientia, *Ciuilis facultas ciuitatis & gentium commune*

*bonum coniectans, dicitur & abſoluta ſapientia, regia diſciplina: huius ſubiectum ciuitas, vel ſocietas humana, finis commune bonum.: miniſtræ artes omnes: officia duo, leges condere, & conditas exequi: illud per prudentiam nomotheticam: hoc per iuſtitiam legalem & iudicialem agit.* Quod & ſuperiori capite docuimus.

10 Sed à quibus diſcenda hæc ſententia, valde dubitat idem Plato, vt in Theage & alibi. Atque in Menone palam tradit, non diſci à ſophiſtis, aut ſoli contemplationi deditis, quia nec tales, nec filios vnquam ſuos, docuerint illam, & iſti rationem boni non habeāt, quod rerum humanarum experti minimè ſint. vnde reſtare ait, hanc diſci ab illis tantùm, qui & contemplandi & agendi periti habeantur, apprimè: aut quod probabilius, ſi diuina ſorte contingat. Nam periti in contemplando & agendo accuratè, nuſquam reperiuntur, ita in Menone & Theage diuino munere fieri ait, vt in animos ciuium temperatos, Dei prouidentia, boni ipſius intelligentiam, & leges ad id ducentes infundat. Atque in Protagora ait, ciuilitatem in priuatis, temperantia & iuſtitia conſtare, qui illa in priuatis cuiuſque proprios moderatur affectus, & geſtus componit: iuſtitia verò, actus cuiuſque conducentes ad alios dirigit. At his in publica perſona adhibendam exiſtimat prudentiam in pace, in bello fortitudinem. Statuendum autem primò quidem Deum ipſum, vitæ ſalutíque noſtræ omnibus vndique modis prouidere, atque conſulere: deinde ciuilem virtutem donum eſſe diuinum, ne quis fortè confidat ſe abſque diuina gratia rempublicam rectè fœliciterque eſſe rationum, ſeu gubernationum, quod & conſentaneum ſacris dogmatibus, non obſtantibus quæ Protagoras diſputat. *Per me enim,* inquit ſapientia prouer. 8. verſ. 15. *Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.*

11 Exigitur & quædam aſtutia ſapiens, ad demulcendos & continendos populos, quibus quis imperare deſiderat: neque enim ſtatim feroces equi domantur, nec ſtatim vel patiuntur ſibi iniici ſoleas ferreas, aut ephippum, aut frenum: ſed paulatim aſſueſcunt, & ferociam remittunt, tempus facit ærumnas leues.

*Ac veluti primò taurus detrectat aratra,*
*Poſt venit aſſueto mollis ad arma iugo* [a].

[a] Propertius lib. 2. eleg.

Ineunda gratia cum populo primùm arte à principe, ſi velit amicè & ſponte obtemperantibus & ſecurè imperare. Vt enim qui captat aues eorum voces imitatur, vt alliciat in laqueos: ſic vt multitudinem in tuam adducas ſententiam, illius ingenio obſecundes, & obſeruias oportet. Et muſici leui chordarum tactu demulcent, non graui tactu: ſic ratio placida citius quàm aſpera mouet populum. Vtque vinum primum ſeruit ac paret bibenti, at paulatim admixtum venis rapit hominem ac traducit in ſuos mores: ita qui rempublicam adminiſtrat, initio ſe populi moribus accommodat, poſt ſenſim ad ſua trahit inſtituta. Qui venantur beſtias, induunt exuuiū cerui: qui aucupantur aues, plumatis vtuntur tunicis, cauéntque ne tauris appareant veſte purpurea, rubra aut alba elephan-



phantis, quòd hoc colore irritentur: ſic qui velit feram nationem ſicurare domaréque, moribus ac veſtitu ſemet illi ad tempus accommodet, neceſſe eſt.

12 Regnādi ſciētia legitima ab illegitima diſcernēda, queādmodū & Clemens Alex.[a] diſtinguit, quatuórque partes conſtituit. *Vna,* inquit, *pars fuerit diuina cuiuſmodi quæ eſt ex Deo & ſancto eius filio, à quibus quæ ex terra bona ſunt, & quæ externa & perfecta ſuppeditatur fœlicitas. Secunda ſpecies poſt purè diuinam illam & rationalem, ea eſt, quæ animoſa ſeu iracunda animæ parte in regnando vtitur, per quam ſpeciem Hercules quidem Argiuorum, Alexander verò rex fuit Macedonum. Tertia eſt quæ vnum ſolum concupiſcit, nempe vt vincat & euertat: vt malo autem vel bono victoria ſit, curā gerere ei minimè eſt. qua quidem vſi ſunt Perſæ, dum bellum gererent in Græciam. Quarta omnium regnandi ſpes peſſima, quæ ſtatuitur ex cupiditatibus, vt regnum Sardanapali, & eorum qui hunc finem ſibi proponunt vt plurimum indulgeant ſuis cupiditatibus.*

[a] lib. 1. ſtromaton.

13 Rurſum, multa alia ſunt ſimul neceſſaria, pro implenda generali illa ſcientia principis quæ pluribus imperat, quæ tamen minimè neceſſaria ſunt perſonis priuatis quibus reſpublica non cōmittitur.

Et quemadmodum bonus paſtor gregis ſui naturam ex facie cognoſcere debet, ſic princeps imperitus eſſe non debet eius artis & ſcientiæ, quæ docet affectus iudicare, quam tractant naturales philoſophi ſeu Phyſici, huic addere, vt diximus, debet modos gubernandi conueniētes, quos diſcet à politicis authoribus, ab hiſtoriographis, & à viris in republica exercitatis; ex quorū regulis conabitur temperare affectus & paſſiones ſubditorum, & ad talem harmoniam, eáque arte adducere, quibus inter ſe & ſecum cōuenire poſſint, & cum legibus.

14 Dehinc quia ad principem pertinet, vt ſuo loco docuimus, bellum mouere & gerere, militarem artem callere debet, & ea quæ ad illam pertinent.

15 Tertiò deſideratur in principe eloquentia, qua poſſit animos & populi & militum regere, mulcere & flectere, quantum profuerit hæc Alexādro Magno, Pericli, Iulio Cæſari, nemo ignorat: quātúmue ad cicurandas feras gentes adiumenti dederit Orpheo, Amphioni & ſimilibus: quantúmue vitiorum obtenebrauerit Neroni docebit Tacitus.

16 Accedat principi, aliarum literarum bonarum notitia quibus acuere poſſit ingenium, non tamen vt in his conſeneſcat more philoſophorum otioſorum; ſed vt ſumma capita & quæ ad rēpublicam regendam poſſint accommodari, teneat: qualia ſunt ſtudia & lectiones hiſtoriarum veracium, & ſummorum Heroum, exempláque eorum. Nam alioquin ſi credamus Alphonſo regi eius nominis 1. Neapolitano, nihil aliud eſt princeps illiteratus, quàm aſinus coronatus.

In hiſtoria, obſeruabit eáque benè & fœliciter in reipublicæ adminiſtratione ſucceſſerunt, vt imitetur: & contrà, quæ infœliciter vt emendet: multum prodeſt ab aliis experta annotaſſe. eſt enim illa prudentia minùs periculoſa, ex aliis ſibi exemplum ſumere, quod ex

vſu ſiet, quam diſcere ore poſſumus aut à viuentibus peritis, aut à mortuis ex libris conſequi.

Super omnia, princeps antiqui & noui Teſtamenti Hiſtoriam & mandata diſcere debet & ſequi, vt Deum cuius vices in terra gerit, colat ex animo, & ſecundum eius voluntatem ſibi commiſſam poteſtatem exequatur, ſi velit verè eius vicarius eſſe per quem reges regnant, & legiſlatores, & magiſtratus iuſtum conſtituunt & decernunt.

17 Non minorem operam debet inſumere princeps, in moribus generalibus locorum diſcendis, in quibus imperat, vel imperare decreuit, vt ſecundum illos ſe diſponat & imperet cautionibus adhibitis. Populi Septentrionales ſunt animoſi, ſed ſine aſtutia, ſimplices, contrà Meridionales ſunt aſtuti, ſed ad audendum impotentes: illi liberè haberi debent; iſti aſtutè quoque regendi ſunt. Mores Gallorum placidi, & mites, & talem ſibi eſſe regem deſiderant. Scoti, Angli, turbulenti, rebelles, homicidæ principum, ſaltem ex maiori parte: vnde verò, an à principibus, an à ſubditis, hoc acciderit, certè hiſtoriæ detegunt ab vtriſque, ſi ſint eiuſdem populi. abiit enim in prouerbium, Anglus & Scotus tyrannicè imperat: ſocietatem ſocij prodit & Paris, ſeruus infideliter ſeruit. Forſan hoc falsũ in quibuſdã, ſed à communiter contingentibus, ita concluſum fuiſſe plures arbitrantur: nec illis fidendum admonent. Et certè ſi verum ſit, rebellis illa natio & ad parricidia prona, non poteſt, niſi cum extrema ſeueritate regi, & cũ herili potius quàm paterno imperio. Quẽadmodũ populi qui habitant in partibus extremis Septentrionis, & Meridionalibus propter exceſſum frigidi & calidi aeris ambientis, exiſtimantur eſſe moribus beſtialibus & incompoſitis. in illis enim abundat flegma, aut pituita, quæ ſtupidos reddit: in iſtis, bilis recocta, quæ illos reddit melancholicos & brutales. Orientales ſunt tractabiles: Occidentales magis ſolitarij & ſuperbi. Qui enim habitant in locis ventis illíſque vehementibus agitatis, & ipſi & inquieti & turbulenti ſolent eſſe, vt contrà moribus conſtantibus ſunt, qui & loca quieta, & ventis non vexata colunt. Montani participant cum ſylueſtri & feroci natura: vt qui in vallibus molles & effœminati ferè ſunt. Qui ſterilia loca incolunt, induſtria, vt plerunque valent: qui fœcunda, otio deſidioſi. Maritimi, ob multorum hominum conuentus, ſubdoli, ſagaces in ſuis negotiis tranſigendis.

18 Sunt item alia præcepta, quæ prudentem priuatum & principem reſpicere poſſunt, & quę adminiſtratione reipublicæ ſeruando, multum orbi & aliis proficere poterit.

1. Maturè omnia ponderet in vtramque partem, quæ poſſint in negotio dubitabili accidere. antequã aggrediatur eligat certius vtilius, & quod honeſtati cõiunctũ ſit. nẽpe nõ tantũ vtile, ſed quid vtile & honeſtũ ſit, honeſtũ præferendo ſimpliciter, vtili. Nõ erit tã moroſus tamẽ in ſingulis, vt arbitretur ſe poſſe omnia quæ poſſint nocere, auertere, ſufficiet ſi maiora mala prouideat & præcaueat: nihil enim ita commodum eligi poteſt, quod aliquod incommodum ſibi coniun-

iun-



iunctum non adferat, ordiníque ſemper aliqua aliunde inordinatio ſubrepit, vt generatio vnius eſt corruptio alterius.

Cæterùm ſi ab initio ſe obiiciat quoddam malum, vel inordinatio quantumuis modica, eam non debet ſic contemnere, quin ſtatim occurrat. nam exigua mala in principio, progreſſu euadere poſſunt peſſima, vt exiguus in principio error in via, ferè in proceſſu itineris ſolet maximus fieri. & vapores paulatim è terra vix ſenſibili modo elati, ſenſim multiplicati horribiles procellas & tempeſtates pariunt.

2 Non erit ſine culpa, qui ſe negotio immiſcet ad ſe nõ pertinẽti.

3 Cedendũ aliquãdo eſt tempori in magna infœlicitate: ſicut pro remedio fœliciori, nautæ in maximis tempeſtatibus demittunt antennas & vela nauis: cedendum potentiori in tempore: cedendum aduerſitati, potentia potiùs cautis quã acrioribus conſiliis ſuſtinẽda.

4 Omnis mutatio ab extremo ad extremũ vitanda eſt principi. eſt enim illa difficilis & periculoſa, quæ omiſſis mediis tentatur. Aſcenſus ad ſuprema fit per gradus tutò, omiſſis gradibus ferè impoſſibilis & præcipitium in deſcenſu.

5 Non patiatur in conſultationem venire quod poſſit in nouationem & alterationem in repub. excitare. nam dum res committitur conſultationi, iam penè authorata videtur.

6 Ad prudentiam quoque pertinet, in initio principatus nihil innouare, aut nouum aggredi priuſquam firmatum ſit imperium.

7 Vbi in procinctu res ſita eſt, nocuit ſemper differre paratis.

8 Caueat princeps ne plus videatur ſequi partes nobilitatis quàm plebis, aut cõtrà, quia tunc futurum eſt, vt ex principe vniuerſali, fiat tantum alterutrius partis caput.

9 Non fidat ei qui ſe læſum arbitratur, nam deſiderium vindictę quamuis ſopitum videatur, tamen oblata occaſione excitatur.

10 Non ſe obiiciat directè multitudini; quia difficilè vincitur, aut ſi vincatur, non fit ſine detrimento amoris. Itaque debet per obliquum eam mulcere & fingere ſe velle quæ tollere nequit.

11 Si aliquod magnum facinus aggredi velit, vel negotium, det operam vt primùm quale id ſit cognoſcat, & obſeruet opportunitatem exæquendi, quæ niſi dum occurrerit retineatur, elabitur. illa enim eſt, concurſus certarum circunſtantiarum, quæ coniunctæ negotium facile reddunt: vbi autem deſinũt & diſſoluuntur, aut difficile aut impoſſibibile faciunt.

12 In ſumma quoque princeps, non debet vllam artem profiteri, præter eam quæ conuenit principi, de qua Virgilius:

*Tu regere imperio populos Romane memento,*
*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos:*
*Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem.*

Nec de re parua debet cogitationem impedire [a]: & proinde, non conueniet principi, inſtrumentis muſicis, & verſificationi incumbere, vt Nero iaculationi, vt Domitianus: aut lucernas componere, vt Eropus rex Macedoniæ: imagines cera aut gypſo fingere, vt Valentinianus imperator: imò nec tolerabile in principe

[a] *ſed aut circa bella aut ſollicitudines publicas aut iudicia debet cã occupare in nõuella 1. de hæredib. & Falc.*

etiam mechanica quæ ad bellum pertinere poſſint, intentius tractare, vt machinas è ligno componere; vt faciebat Demetrius rex; aut totis diebus venari; aut Aſtrologiæ, aut ſimilibus dare operam continuam. Et quamuis excellat in his princeps quæ poſſunt priuatos nobilitare, tamen illa debet minora arbitrare ſua arte regia, quæ circa maiora & vtiliora tractanda, & communia verſantur, vt videatur alioquin princeps officij ſui oblitus, & carere iudicio, ſi prætermiſſis ſtudiis publicis, velit aliis animũ impedire artificiis. vna quæque ars totum hominem deſiderat. Sed multo magis Regia, quæ latius patet, & periculoſiùs exercetur ab ignaris.

# DE REPVBLICA LIBER VNDECIMVS SIVE DE MILITARI cura in republica.

*De bello in republica gerendo vt iuſtum ſit.*

## CAPVT I.

EXPLANATA parte ciuilis ſcientiæ, quæ maximè tẽpore pacis, exerceri debet à reip. moderatore, ſiue is ſit princeps, ſiue populus, ſiue ex republica optimatum, ſuccedit in ordine alia quæ militaris eſt, & eius materia. Bellum, ſubiectum & materia eſt artis militaris, quæ conuenire principi dicitur, & adminiſtratori reipublicæ. Illud tam neceſſarium ſuo tempore ſi iuſtum ſit, quantum pax quæ ſine eo non conſeruatur. Et Epaminondas, diſſuadenti Menecli di Thebanis bellum, & ſuadenti vt pacem bello anteponerent; *Fallis*, inquit, *ciues tuos, quòd eos à bello auocas, otij enim nomine ſeruitutem imponis. Nam paratur pax bello, & qui ea diutina volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis vtendum, non paleſtra* [a]. Suadebat populo Athenienſi Demoſthenes [b], alendas eſſe perpetuò quatuor legiones, dixit & tempore belli & pacis: ne ex improuiſo hoſtis illos poſthac inuaderet; & ſuppetiæ præſtò eſſent, ſi bellum his egeret. Bellum præclarius quo grauius, vt dicebat Alphonſus Hiſpaniarum rex [c].

2 Primas honoris & glorię partes bellicæ virtuti tribuiſſe Perſas, Herod. tradit [d], & in ea à iuuentute & venatui ſe exercuiſſe, & natare didiciſſe,

a *Cornelius Nepos, aut Æmilius Probus, in Epaminonda.*
b *Demoſthen. ora 4.*
c *vt ſcribit Antonius Panor, in lib. 1. de dictis & factis Alphonſi.*
d *Herodo. in 1*



didiciſſe, quod & referũt Strabo [a] & Euſtath. [b] quare & gladio accincti etiam in alta pace ambulabant [c]: nec vnquam pharetram ab humeris deponebant, ſempérque equis adhærebant [d]. Ferebant & Parthi accinctos gladios, etiam inter epulas [e]. Ouid. quoque Gethas enſe perpetuo cinctos innuit [f].

Galli bellicis maximè ſemper fuerũt intenti: vt nullum olim bellum ſine mercenario Gallorum exercitu in Gręcia & alibi, propter fœlicitatem illorum geſtum fuerit [g], vt nec hodie ſine Germanis in Gallia. Scribit & Thomas Morus [h], Zapoletos eſſe populos, iuxta Vtopiam, qui militiam tantùm norunt, & ſtipendia merent ſub populis vicinis pretio, nec vltra vnum diem ſe conſtringunt, & ſi hoſtis eis plus mercedis obtulerit, in eum tranſeunt poſtridie: contrà ſi pretium augeatur pugnant pro his à quibus locantur acerrimè.

3 Bellica ars, acquiſititia quodammodo ſecundum naturam eſt: nam & venatoria pars illius eſt, qua vti oportet contra beſtias, & contra eos qui ad parendum nati ſunt, nec volunt parere: quia id bellum natura iuſtum exiſtit, vt ait Ariſtot. [i]

4 Dulce tamen bellum inexpertis, verùm his qui iam periclitati ſunt eius ærumnas, vel ſapienter prouident ne accidant, videtur malum ingens, ad maius malum pellendum, aut prohibendum, ſubeundum, neque tamen temerè, ſed adhibita diligenti conſultatione: meritò enim militiæ cauſa magnæ habentur deliberationes, & leges multę cõduntur [l]. Facilis deſcenſus Auerni, ſed reuocare gradũ, hoc opus hic labor eſt. facilis eſt via ad diſſentiendũ, & ad inuadendũ ex improuiſo hoſtem, ad iram concitandam, inimicitias parandas. Sed difficilius placantur, quàm excitantur. Ira tardiſſimè deferuet, & diu ſolent homines iniuriarum meminiſſe. *Hoc natura*, inquit Cicero, pro Sylla, *eſt inſitum, vt quem timueris, qui cum de vita fortuniſque contenderis, cuius ex inſidijs euaſeris, hunc ſemper oderis.*

5 Bellum dicitur per antiphraſin quaſi minimè bellum, & contrà, quòd ſit omnium malorum quandiu graſſatur, cumulus, ſentina, lerna: eo enim confluit colluuies facinoroſorum hominum, raptorum, adulterorum, ſtupratorum, lenonum, ſicariorum, latronum, pyratarũ, veneficorum, furum, abigeorum, perditorũ, periurorum, blaſphemorum, maleficarum, lenarum, ſcortorum. Quorum omnium cætibus, veluti tortoribus, cogitur princeps vti: & quos antea domibus, pagis, vrbibus regno & principatu iuſtitia exigente exturbarat, in vrbes, domos, cum ſtipendio reuocat, fouet, & ceruicibus populi ſui imponit, & fœtorem ſcelerum inter ſubditos ſpargit, quo vel Deus ipſe durius in populum & principem animaduertit, peſtémque & famem accumulat, vt dum mala belli deſideramus, plenitudine malorum abundemus. Funditur humanus ſanguis, & ſæpe innoxius, inuolutis bonis in peccatum aliorum, orphani plures & viduæ, ex diuitibus pauperes multi, communis omnium ſolicitudo, ſumptus indefiniti, inculta arua, deſerti pagi, ſubuerſæ vrbes, religio corrupta, vel intercepta, vel neglecta: magno ciuium cruore comparantur victorię, ſi quæ adhuc contingant. crudelius tractant ſuos qui

a *Strabo lib. 5.*
b *Euſtathius ad Dionyſium de ſitu orbis.*
c *Annal. li. 25.*
d *Herod. lib. 5.*
e *Ioſeph. li. 18 Antiq. c. 3.*
f *Ouid. 5. triſtium.*
g *Iuſt. lib. 25.*
h *Tomas Morus lib. 2. Vtopiæ.*
i *Ariſt. 1. polit. ca. 4.*
lz *Vegetius libro . 3. de re militari cap. 14. multa ad explicationem eius conijcit Eraſmus Chiliadis 4. centuria 1. adagio 1.*
l *Plato lib. 12. de legibus.*

hodie ſe dicunt milites, quàm hoſtes, audendi quælibet impunè hodie licentia, bellum eſt. Dicunt & [a] Græci quod ἄρης qui Mars, habet appellationem ἀπὸ τοῦ αἴρειν καὶ ἀναιρεῖν, à tollendo, ſeu occidendo, aut à damno.

a Phronutus li. περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως c. περὶ ἄρεως, *de marte.*

Quæ deteriora habentur & magis iniqua, ſi bellum iniuſtum ſit, in quo capta non ſunt capientium, ſed ſunt reſtituenda in conſcientia. cap. ſicut, 29. de iureiuran. li. 2. tit. 24. & quando bellum iuſtum vel iniuſtum dicatur, vide D. Thomam 2. qu. 40. art. 1. Sunt belli ſicut pacis iura, vt ait Liuius in 5. iuſtéque ea non minùs quàm fortiter debemus gerere.

6 Ceterùm iuſtum bellum, malum vt dixi, neceſſarium eſt, ideo & nolentes id ſubire cogit. Iniuſtum autem multo pernitioſius. Diſtinguitur autem iuſtum ab iniuſto, notis certis quas expedit adminiſtratoribus rerum publicarum & principibus prius perpendere & conſultare, quàm ad bellum inclinent [b]. Et primum requiritur, vt ſit cauſa & res, quæ mercatur, vt pro ea bellum ſuſcipiatur, quæve publicam vtilitatem magis reſpiciat quàm priuatam, aut ſolius principis priuatam. Sic enim, grauitas malorum quæ ſolent ex bellis oriri, ex vna lance trutinæ appenſa, cum re pro qua ſuſcipitur in altera parte librata, perpendi & agitari debet, num ea talis ſit quæ mereatur, tot ſe merſare & obiicere periculis, pro propulſanda iniuria, pro rebus iniuſtè detentis repetendis [c]. Bellum iuſtum ita in quantum ſuſcipitur, pro tuenda republica & pauperibus defendendis ab hoſtium iniuriis [d], pro fide, pro qua & eccleſia implorat manum ſecularis principis [e], & qui in bello pro ea occumbunt, habent opus meritorium, & præmium cœleſte [f]. ſicut & olim qui pro republica ceciderant, honoribus etiam mortui afficiebantur propemodum diuinis, & eorum ſucceſſores, ſeu liberi beneficiis, quod & expedire ita fieri, ſaltem in populari republica, tradit Ariſt. & Heraclitus, ἀρηϊ φάτους γὰρ οἱ θεοὶ τιμῶσι καὶ ἄνθρωποι. *A marte occiſos, & Dei, & homines honorant* [g]. Et Plato in expeditionibus mortuos laudatos, & perinde ac deos & fœlices adorandos, dixit [h]. Refert Demoſthenes in oratio. funebri, decretum publicum ſepulchrum, occiſis in bello ad Chæroneam contra Philippum, & euectis Athenas. cuius rei rationes ipſe, & interpres in argumento reddunt. quia pro victoribus habeãtur, qui non hoſti, ſed fortunæ ſuccubuerunt: quod vitam chariorem omni re, pro republica exponant: item ad leniendum luctum pro eo honore, & ad alios ciues audaciores reddendos, eáque ratione addit ex publico parentibus & filiis mortuorum ibi, data alimenta & arma.

b *Vidẽda quæ diximus de bello iuſto, lib. 31. ſyntag. c. 22. & de militia omnigena toto lib. 19. eiuſdem ſyntag.*
c *c. 1. & 2. 23. qu. 2.*
d *c. 5. fortitudo 23. q. 3.*
e *ca. 2. Maximianus epiſcopus 23. qu. 3. ca. hortatu, 23. q. 8*
f *c. 9. omni timore depoſito, 23. qu. 8.*
g *Rhetorica ad Alexan. c. 2.*
h *Meminit Theoderitus Cyrenſis epiſcopus libro 2. de martyribus & libro 8. de cura Græcarũ affectionum.*
i *Plato lib. 10. de repub.*

*A Deo habemus dexteras*, ait D. Chryſoſtomus [k], *vt & nobis ipſis, & alijs iniuria affectis opem feramus: vt ſcelera de medio tollamus, vt his quibus vis & damnum adfertur, ſimus portus & refugium. Quomodo ergo eis venia dabitur, qui his armis vtuntur, non ad ſalutem, ſed ad aliorum pernitiem?*

k *D. Chryſoſt. homil. in pſalmũ 134. tom. 1.*

7 Suſcipiendum, inquit Ariſtoteles, in eos bellum eſt, qui rempublicam, aut eius ſiue amicos ſiue ſocios iniuria violare moliũtur [l] pro iniuriis antea nobis illatis, aut iis qui alias nobis auxilio fuerunt, aut pro eo quod pertinet ad gloriam, ad vires, aut ad opes, aut ad aliud

l *Ariſt. rhetorica ad Alexandrum, c. 37.*



aliud quippiam huiuſmodi [a]. natura & iuſtum eſt bellum, contra eos homines qui ad parendum nati ſunt, nec volunt parere [b]: contra rebelles, ſeditioſos, inquietos, factioſos.

a *Idem Ariſto. eo. c. 2.*
b *Idem 1. politicor. c. 5.*

8 Fuerunt aliquibus bellorum cauſæ raptarum mulierum iniuria & repetitio, à tempore tantum Helenæ raptæ à Priamo Troiano, pro qua repetenda Græci ingentem compararunt claſſem, & pugnarunt cum Troianis annis decem, menſibus ſex, diebus 12. ad Troiam, & corruere ex Argiuis 886. millia: ex Troianis vſque ad oppidum proditum ſexcenta ſeptuaginta ſex millia, vt ſcribit Dares Phrygius [c].

c *Dares Phrygius, lib. de excidio Troyæ.*

Bellum Lacedæmoniorum propter ſtupratas virgines, contra Meſſanos; initium & inteſtinorum bellorum totius Græciæ [d].

d *Oroſ. lib. 1. c. 21.*

Bellum Iantino Regi Scytharum, Darius rex Perſarum intulit: cùm filiæ eius nuptias non obtinuiſſet, armatíſque ſeptingentis millibus hominum Scythiam ingreſſus, non facientibus tamen hoſtibus pugnę poteſtatem, metuens ne interrupto ponte Iſtri reditus ſibi intercluderetur, amiſſis nonaginta millibus hominum, trepidè refugit [e].

e *Iuſtinus lib. 2. hiſtoriæ ex Trogo.*

Fuit & motum bellum inter Moſchum regem, & regem Sueciæ Iohannem 3. ſopitum vix anno 1582. ex eo ortum, quòd cùm Moſchus graui bello preſſiſſet Polonos, bonámque Lituaniæ partem ſub ſuum imperium iunxiſſet, ita ad pacis venit conditiones, ſi ſibi donaretur in matrimonium Catharina magni Sigiſmundi Polonorum regis filia, Sigiſmundi autem Auguſti ſoror gemana. ſed illa eum reiecit, & data fuit in matrimonium Iohanni duci Fillandiæ, potentiſſimi Goſtani filio, qui olim Sueciæ regis filius natu ſecundus, & ſucceſſit in regno Sueciæ Erico fratri ex primo matrimonio, captiuato, contra quem Moſchus acerrimum iniuit bellum, quod tandem finitum eſt Moſcho per Iohannem 3. regem Sueciæ & Gothorum, & Stephanum regem Polonorum cedere coacto, & pollicente ſummo pontifici, ſe contra Turcam & Tartarum Chriſtianis principibus coniuncturum. Sic ſcribit Ericus Faletz Gothus in panegyrico de victoria ſpectatiſſima ſereniſſimi regis Gothorum, Sueciæ, Vandalorum &c. excuſſa Viennæ Auſtriæ 1582.

Fuerunt & pro mulieribus bella alibi cruenta & fera; quæ certè non ab omnibus probata fuerunt, vt rectè videantur reſpondiſſe Troiani Græcis repetentibus Helenam, ſe quidem ſentire iniuriorum virorum eſſe, rapere fœminas; amentium autem raptis vlciſcendis operam dare: prudentium autem pro nulla habere raptarum pulchritudinẽ; quippe quę niſi voluiſſent, haud dubiè raptę nõ fuiſſent [f].

f *Herodot. in 1.*

9 Videtur & iniuſtius eſſe bellum quod ditionis ampliandæ cauſa, aliis ciuitatibus & vicinis innocentibus infertur, quo nomine Ninus notatur à Iuſtino & [g] aliis Alexãder Magnus, aliíque qui potiùs magni prędones quàm reges merentur appellari. duo enim maxima mala tales inuehunt in rempublicam, & quod committant cõtra legẽ diuinã & naturalẽ, occidentes, alterũ lædẽtes, & alienũ vſurpãtes: & quòd populo proprio quẽ cuſtodiendũ acceperũt, periculis

g *Iuſtinus in 1.*

mortis temere exponant: nec cõſiderent gloriolam illam momento duraturã quã de victoria aduerſus nõ lædentes fuerũt, ingentis cladis eſſe irreparabilem occaſionem & cauſam, pro qua valde Deus offenditur, dum videt mortis æternæ & temporalis, animas & corpora pro illa ambitione pugnantium, exponi periculis; pro quibus tamen filius ipſe Dei ſaluandis, non dubitauit ſubire hominis corpus & immolari.

10 Et adhuc deterius in Deum committunt qui ſtudioſè vindicandi non cauſa reipublicæ armatos orco deuouent. definit enim eſſe iuſtum bellum, in eo quod vindicandi animo inferatur, ſicut diuus Auguſtinus expreſſit[a]. *Quid culpatur*, inquit, *in bello, an quia moriuntur quãdoque morituri, vt dominentur in pace victuri? hoc reprehẽdere timidorum eſt, non religioſorum nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur.*

a *D. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum Manichæum. c. 74. & 75. relatus à Gratiano in c. 4. quid culpatur 23. q. 1*

Et hoc abuti gladio & militibus, nẽpe exponere milites morti temere ob vnius principis indignationẽ, cùm nec ipſe ſui cauſa ſed defenſionis populi fuerit à Deo dignitate & poteſtate donatus, vt rectè diceret Alexander Seuerus imperator, ſe magis milites ſeruare quàm ſeipſum malle: quòd ſalus publica in his eſſet, eóſque ægrotos inuiſebat, & apprimè ſuis expenſis curari iubebat[b].

b *Ælius Lampridius in Alexandro Seuero.*

Cauſæ bellorum quibuſdam fuerunt duæ potiſſimùm quæ iniuſta reddunt, ambitio & auaritia profunda, cupido imperij & diuitiarum, ex quibus miſerrima victoria: iuſtum ſine dubio facit cauſa defenſionis & neceſſarium quoque. nam hoc ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent, & vim vi natura repellere licet[c], defenſióque habita iuſta ſui, parentum, patriæ, ſociorum, miſerorum, afflictorum ſeu oppreſſorum iniquè.

c *Cicero pro Milone. l. vltima, de iuſtitia & iure. P. cum ſimilib.*

In cauſa iuſta belli, verſatur ferè cardo roboris & bonæ ſpei victoriæ: ſiquidem qui ſibi perſuadet cum ratione arma mouere, aggrediendo vel defendendo, animoſius ſuam proſequitur cauſam, & confiſus de iuſtitia lubentius ſe exponit periculis, populúſque alacrius ei pecuniis & perſonis ſubuenit; vt contrà, ſola vel opinio quod iniuſtè arma moueantur, eneruat animum vt minus audeat, iam in conſcientia iudicans etſi tacitus, Deum ei aduerſarij. Quo fit vt ante belli indictionem, principes fæcialibus meritò & legatis vtantur, vt iuſtam ſuam occaſionem exponant, & ita populum ex cauſa ſequaciorem habeant.

11 Secunda belli iuſti circunſtantia, eſt neceſſitas[d], nempe quia princeps aut reſpublica, non debet ad bellum inclinare, niſi prius tentatis omnibus remediis quibus illud vitari poſſit. quòd ſi nullum occurrat, tunc proxima erit cura principis, vt quàm minimo ſuorum detrimento, quámque minimo ſanguinis Chriſtiani fuſione & breui finiatur. quod animo facilè concipiet, ſi meminerit ſui officij, & conſeruationem populi ſibi à Deo commiſſam, & quod Lucullus incitatus ad direptionem dicebat[e], ſe malle vnum militem ſuum & ciuem

d *ca. noli, 3. §. hoc ergo 23. q. 1*

e *Plutar. in Lucullo.*



ciuem ex hoſtium manibus eripere, quàm vniuerſas hoſtium fortunas ſibi vindicare. Et Scipio[a], malle ſe vnum ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes occidere. & ad arma perueniendum, quando nulla niſi in armis relinquitur ſpes, nec iniuria alio modo poteſt reparari, vel ablatum repeti; aut inuaſus corrigi.

12 Tertiò conſeruanda eſt perſona arma tractantis, à qua moueatur bellum. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo iubente vel ſinente, & ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atque conſilium, apud principes ſit[b]. quia illis gladius commiſſus eſt materialis, aut illis qui in quacunque republica loco principum ſunt. Sic & Plato[c]. ἐάν τις ἰδίᾳ ποιῆται πρός τινας εἰρήνην ἢ πόλεμον, ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημία, ſi quis priuatim ſine publico ſcito pacem bellúmve fecerit, mortis pœna ei ſit.

13 Quartò perpenditur & modus belli, vt indictum ſit ab initio ab his qui poſſunt bellum mouere[d]. vt Cicero negat iuſtum bellum, niſi denunciatum aut indictum. quo pacto verò indiceretur, iam latè docuimus lib. 19. ſyntag. iuris c. 2.

14 Quintò, delectus haberi debet perſonarum quibus vtendum ſit in bello. nam in primis iniuſtum haberetur ſi clerici quibus militia ſecularis interdicta eſt, militare cogantur; & ita à cultu diuino abſtrahantur, in quo plus iuuant rempublicam quàm ſi propria manu militarent, & polluerent ſanguine incontaminatum cui inſeruiunt miniſterium[e]. Clericorum arma, lachrymæ, orationes & ieiunia[f], quæ pugnantes manu militari armata, ſolent efficacius iuuare[g].

15 Poſtremò finis debet proponi iuſtus, propter quem bellum ſuſcipiendum eſt ac per hoc, ſi terrena iſta reſpublica, præcepta cuſtodiat diuina, & ipſa bella ſine beneuolentia, non gerentur: vt ad pietatis iuſtitiæque pacatam ſocietatem victis facilius conſulatur[h]. Et apud veros Dei cultores, etiam ipſa bella pacata ſunt, & non cupiditate aut crudelitate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur & boni ſubleuentur[i]. Suſcipienda bella ſunt, vt ait Cicero[k], vt in pace viuatur.

Pulchrè hac de re D. Chryſoſthomus diſſeruit[l]. *Non veni mittere pacem ſed gladium, inquit Chriſtus*[m]. *Ille gladius eſt ſeparatio boni à malo, tunc enim ſequitur pax quæ decantatur*[n] *ab Angelis, & in terra pax, & futuram in diebus Chriſti prædixerunt prophetæ, tunc enim pax præſtatur, quando quod tabo & ſanie corruptum eſt abijcitur & abſcinditur, quando factioſa & improba pars repellitur aut omnino deſtruitur: ſic enim cœlis terra coniungi poteſt. Nam & hoc modo reliquum corpus conſeruat medicus facilè, ſi quod reduci ad ſanitatem non poteſt, abſciderit & proiecerit. Et militiæ dux, ad ſoluendam militum conſpirationem alterum in alterum concitat. Sic in turre illa*

a *Iulius Capitolin. in Antonino Pio.*

b *ca. 4. quid culpatur 23. q. 1. ex D. Auguſtino lib. 22. contra Fauſtum Manichæum c. 74. & 75 facit l. vnic. vt armo. vſus inſcio principe interdict. ſit li. 11. C. tit. 46. nouella de armis l. 3. ad leg. Iul. de vi public.*

c *Plato 12. de legib.*

d *in ca. iuſtum, 1. & ſeq dominus, 23. q. 2. l. hoſtes, 24. de captiuis & poſtlimi. reuerſ. lib. 49. P. tit. 15. l. hoſtes hi ſunt, 118. de verbor. ſignifi. P.*

e *D. Thomas 22. q. 40. & 64. ca. 1. c. clerici. ca. cum à Iudæis, 23. q. 8. ca. quod in dubijs, 5. de pœnis, cum ſimilibus. de his qui militare nequeunt, nos copioſè lib. 19. ſyntag. c. 3.*

f *ca. 3. non pila. ca. clerici, quo in quacunque, 23. q. 8. 2. ad Corinth. 10.*

g *ca. 3. ſi quis vult, 36. diſti.*

h *ca. paratus, 2. §. ac pro hoc, 23. q. 1.* i *ex diuo Auguſtino in ca. cùm ad veros, 6. eadem 23. q. 1.* k *Cicer. 1. officiorum.* l *D. Chryſoſthom. homilia 36. in Matthæum ex c. 10. Matthæi tomo 2.* m *Matthæi 10.* n *Lucæ 2.*

a *Geneſ. 11. c.*
b *Actuum 9. & 23.*
c *3. Reg. c. 21.*

*Babel factum videmus, quando pernitioſa illa pax*[a] *per ſalutarem vocis diſſonantiam diſſoluta, tranquillam atque laudabilem pacem reddidit. Sic etiam Paulus*[b], *qui aduerſum ſe conſpirabant, diuidebat ac diſſipabat. Tempore verò illius Naboth*[c] *concordia illa quouis bello fuit atrocior.* Neque etiam ſemper concordia laudanda, cùm etiam ſæpe concordia inter ſe, magna, conſpirare ſciamus. Non igitur ex propoſito Chriſti, ſed ex mente animóque hominum vitioſo bellum erumpit. Nam ipſe certè vellet, vt omnes vno conſenſu veram pietatem complecterentur, verùm quoniam reſiſtunt atque reluctantur, bellum prorumpit.

Nec etiam dubitant, qui vel leuiter in ſacra pagina eruditi ſunt, ob peccata & contumaciam aduerſus mandata Dei, immitti in homines à Deo bellum; vt tali flagello verberati, reſipiſcant. vnde finis hic belli, pax cum Deo. vt per bellum emendentur, quæ per iudices ſingulares ordinato forenſi iudicio, emendari aut omnino aut ſufficienter nequeunt. *Si audieritis me*, inquit Deus, *bona terra comedetis, quòd ſi nolueritis gladius deuorabit vos*[d]. Excitat pax abundantiam rerum, illa ſaturitatem & ſuperbiam, per quam deflectunt à via Domini rectáque vita impugnati & dilatati & recalcitrant, ſibíque mutuò manus inferunt; quare vt in viam redeant, flagellum immittit in illos Deus, & ſuſcitat hoſtes qui voluptatuum & ſuperbiæ ſordibus inuolutos exagitent, vt cribro humanæ & temporalis afflictionis, bonos à delictis expurget, malos ſuo iuſto iudicio celeriùs extinguat. Sic voluit Deus populum ſuum, quem è domo ſeruitutis & Ægypti impietatibus eduxerat, perpetuis bellis exerceri vt pacem meliorem conſequerentur.

d *Eſaiæ ca. 1. verſ. 19. & 20.*

16 Proclus rurſum[e], Belli finis, inquit, eſt iuſtitia: pacis finis amicitia ac vnio: bellorum principium iniuſtitia, quia eſt contrariorum pugnantia & inæqualitas.

e *Proclus in commentarijs in Alcibiadem primum Platonis.*

*De conſultatione præcedente bellum.*

## CAPVT II.

POSTQVAM princeps aut reſpublica maturè de bello inferendo tanquam iuſto conſultauerint, opus eſt facto: ſed ante neceſſarium eſt inire rationem; num ærarium ſufficiat ſumptibus, num ſufficiant milites qui poſſint opponi hoſti: aliter enim de pace non de bello cum hoſte tractandum eſt, iuxta parabolam à Chriſto propoſitam[f].

f *Lucæ ca. 14. verſ. 32.*

His conſideratis, mora nociua, verbáque ſuperflua ab opere ſunt remouenda. Et meritò ſæpiùs inculcabat orationibus ſuis Demoſthenes in Philippicis, maximè in 4. non verbis & deliberationibus, abſque executione, ſed armis coercendum Philippum: vincere quidem Athenienſes in iure diſputando, ſed non ideo impediri



pediri Philippum.

Suidas quoque ait[a] quod Græcis Mars, ἄρης dicitur propriè, ὁ σίδηρος σημαίνει καὶ τὸν πόλεμον ἐν τῷ πολέμῳ γὰρ οὐ λόγων, ἀλλὰ ἔργων χρεία. Et Homerus, ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.

Prius tamen eſt apparandum bellum quàm exercendum[b]. Et vt ait Vegetius[c], prouido principi antequam inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſollicitus debet eſſe tractatus pecuniæ prior cura. nam omnia alia facilè illis parantur milites & annonæ & arma: vnde pro ſpiritu vitali & neruis belli ponuntur. Imò haſtæ aureæ, & pecuniæ plus ſæpe ipſis militibus poſſunt: neque difficilem captu quantumuis minutiſſimam ciuitatem putabat Philippus rex in quam aſellus auro onuſtus, ingredi poſſet[d], cùm nihil tam munitum quod non expugnari pecunia poſſit[e].

a *in verb.* ἄρης. *vide Varro. & Feſtum in dictione Duellū.*
b *Quintil. li. 12. inſtit. orator.*
c *lib. 3. c. 3.*
d *Cicero 1. ad Attic. epiſt. 12.*
e *Cicero 7. in Verrem.*

2 Conſultatio in bello aggrediendo num expediat aut liceat, aut poſſit moueri; & iuſtæne cauſæ ſint, & vires adſint, apud omnes principes & reſpublicas non immeritò prima fuit, vt ex Liuio & aliis hiſtoriarum enarratoribus liquet, & in hoc conſilio bona expendenda & conferenda quæ ex victoria euenire poſſunt, cum malis quæ inde naſcuntur. Conſilio eodem bellum ipſum ſuſceptum tractandum & finiendum.

Nam & ab Euripide ſapientiſſimè dictum fertur, vnicum rectum conſilium magnam militum manum vincere. Sicque, vt ait Polybius in 1. Xantippus Lacedæmonius, vir rei militaris peritus, iam exciſas vires Carthaginenſium, & ciuitatem & patriam reparauit: & M. Attilium & Romanorum exercitum penè contriuit & interemit.

Paucis momentis conſilium ciuitatis, non minus quàm fortuna effecit maxima[f]. Scribit & Aimonius[g] Burgundiones omnes, plus conſiliis quàm armis tutaſſe ſuam rempublicam. Saltem arma conſilio temperanda ſunt[h]. Sunt enim quidam nimium præcipites, qui dum inferre pericula volunt, non cauent: cùm tamen expendendum ſit, vim fortunæ martémque belli communem & ancipitem: certa pro incertis non eſſe mutanda, & vt ait Salluſtius[i], omne bellum ſumi facilè, cæterùm ægerrimè deſinere; nec in eiuſdem poteſtate initium & finem eſſe. Incipere cuiuis vel ignauo licere, ſed non deponi niſi cùm victores velint: princeps hac in conſultatione de bello incundo, debet quoque conſultores ipſos perpendere qui ſint qui ſuadeant, quíve diſſuadeant. Sunt in aula furiæ, facéſque belli, nobiles, quibus in pace duriùs ſeruitium eſt, quo tempore coguntur probis legibus obtemperare, & à quibus in belli licentia ſe liberant: ſunt inquieti, qui neque ipſi quieſcunt, nec alios quieſcere ſinunt; ſunt exules, qui in eos à quibus pulſi ſunt meritò, metu pœnarum cunctantem principem in arma impellunt. Sunt qui prætextu publicæ cauſæ, vel ſeipſos de inimicis vindicare, vel diteſcere ſtipendiis & ſumptibus principum, & ex rapina in ſubditos, cupiunt. Sunt plures qui de bello peragendo conſilium facilè dant, ſed periculum ſubire poſtea detractent. Sunt qui præſentia tantùm reſpiciant, & iram excandeſcentem implere deſiderent,

f *Iſocrates in Archidamo.*
g *de geſtis Francorum li. 1. c. 14.*
h *Tacitus 1. Annal.*
i *in bello Iugurtino.*

ſed mala publica & priuata non conſiderent: quæ omnia tamen prudens princeps, vel reipublicæ gubernator, prius expendet quàm aggrediatur. Nēpe quod bello inſtituto, vt ait Thucydides [a], neceſſum eſt, principes malè audire, & culpari ob damna.

*a Thucyd. in 5.*

3 At vt conſilia ſunt neceſſaria bellantibus, ſic ſilentium eorum magis obſeruandum: & cauendum ne deligantur. inde enim irrita fiunt ducis decreta, & contrariis conſiliis præuentum, in clades maximas coniiciunt exercitus. vix enim fieri poteſt, quin ſint exploratores aduerſariorum in exercitu, & intercepto conſilio eius, reliqua quæ bonum imperatorem decent parum ei proficiunt. Iubetur itaque ab iis qui artem tenent militarem, dux aut imperator, tria diligenter obſeruare: quorum primum illud non immeritò, vt ſilentium obſeruet eorum quæ eſt facturus, nec voce, vel vultu detegat, conſultet tamen cum quibus oportet, ac ſi non decreuiſſet. Alterum vt ſciat diurna & nocturna itinera, & quomodo ea non tantùm per terram, ſed etiam per mare perficiantur. Tertium vt opportunitatem temporis ex circumſtantiis cognoſcat, poſſitque illam cum iudicio coniicere. Quibus & alia addentur in epitome Polyb. lib. 9. Sed de conſilio præcipuum ſilendo, ex quo reliqua pendent, errat, inquit alibi [b], qui putat aliquod magis proprium optimi ducis officium eſſe, quàm conſilia & naturam hoſtis intelligere. Nam quemadmodum nauis ſublato gubernatore facilè in poteſtatem hoſtium venit: eodem modo, ſi quis rationibus, atque conſiliis ducem è medio ſuſtulērit, ſtatim quoque exercitus compos fiet.

*b Polyb. in 3.*

*De apparatu, & de eo quod præcedit ipſum bellum.*

## CAP. III.

POST quàm decretum erit iuſto conſilio, bellum eſſe mouendum, perueniendum eſt ad apparatum, & ea quæ ad illud ſufficere poſſint. Et principio Dei optimi maximi placandum & exorandum eſt numen, vt propitium ſit, & conatus velit dirigere, atque ſuo fauore proſequi dignetur. Romani Ethnici, antequam nouum bellum ſuſciperent, ſupplicationes publicas habebant, quæ fiebant circa puluinaria omnia, vouebántq. diis ſuis, & ludos inſtituebant [c].

*c Liuius lib. 31*

Anno Domini 791. cùm indictum fuiſſet bellum à Carolo magno Hunnis pro Franciæ & Hunnorum regnorum limitibus, antequam Carol. Magnus caſtra moueret ad Arneſum fluuium, qui fines diſterminat, per triduum ſupplicationem fecit, vt illud bellum proſperos & fœlices haberet euentus. In annalibus Pipini, Caroli magni & Ludouici in eo. anno.

Sic conſulebant Dominum num ad pugnam deſcenderent Iſraelitæ contra hoſtē, ieiunabant, & lacrymis, & orationibus Deum deprecabantur, vt adeſſe vellet in auxilium [d]. Nihil ſine auſpiciis & religione faciebant Ethnici: multo magis ſine illa bellū nō mouebant. David

*d vt c. 20. Iudicum c. 20. verſ. 18. & 23. & 26 1. reg. c. 23. verſ. 2. 1. reg. ca. 14. verſ. 37.*



Dauid vix in bellum procedebat niſi prius conſulto Dei oraculo, vt in 1. Regum c. 23.

Conſtantinus Magnus, contra Perſas ſemper ſecum habebat tabernaculum in caſtris in quo diuina fierent myſteria crucis ſigno pro vexillo fœliciſſimo vſus. multum poteſt religio & Dei fauor in bellis, imò ſola cogitatio quòd poſt exitum vitæ mortalis, vita æterna pro prȩmio pugnantibus pro iuſta cauſa, ſub legitimo principe propoſita eſt, impauidos facit milites & audaces.

Atque Dei enim eſt victoria [a], ſapientia & claritas.

*a 3. Eſdræ c. 4. verſ. 59.*

Sanctius hoc, quàm quod quidam ſoliti eſſent à fuſione ſanguinis & gladiatoriis ſpectaculis, initium dare bellis, vt ſanguini fundendo ſe ita aſſueſcerent, & præludia crudelitatis manibus libarent. qui mortem ſitiunt hominum; quaſi qui ad militiam vocantur, non ad conſulendam pacem, ſed ad carnificinam & lanienam venire deberent. Meliùs Lacones antequam bellum hoſtibus inferrent, muſis immolabant, clementiæque atque amicitiæ non marti. ſatiùs enim putabant, pactione hoſtium animos conſiliare, quàm prælij ſubire aleam [b].

*b Plutarch. libello de non iraſcendo.*

2 Enunciabant bella magnanimi antiqui, & qui virtute militari claruerunt, & eadem virtute aperto marte non clam vt latrunculi & proditores pugnarunt: prius & cauſas antè bellum hoſtibus exponebant, vt & ipſi vel cederent & ſatiſfacerent; aut parati ſe defenderēt. Solebant Perſarum reges, ab his in quorum fines irruerent, quibúſve bellum inferrent, terram & aquam per præconem ſeu fȩcialem petere, denunciantes eo modo; vt populum, vrbes, agros, regionémque in deditionem darent, ſeſéque in totum illorum nutui & ditioni ſubiicerent; alioquin niſi imperata facerent, ſeſe eos ad internecionem vſque proſequuturos minabantur [c].

*c Diodor. Sic. lib. 11. de Xerxe. Q. Curtius li. 3. de geſt. Alexa. Iudith. c. 2. Liuius c. 35.*

3 Principi vel reipublicæ bellum acturis, requiritur numerus ſufficiens militum, quem conficere poſſint vel ex ſubditis, vel ex amicis, aut confœderatis, aut ex auxiliaribus ſtipendiariis, & quæ mittuntur auxilia à ſociis & confœderatis.

Sunt enim inſtrumenta militiæ præcipua, ſine quibus potiùs quieſcendum erit quàm bellandum. Sic Moſes [d] pugnaturus numerum pugnatorum prius collegit, ſic & reges Iſrael [e]. Et docuit per parabolam Deus Chriſtus [f]. Et Abraham numerauit trecentos decem & octo vernaculos ſuos, profecturus ad liberandum Lot cum quibus obtinuit victoriam [g].

*d Num. c. 1. & c. 26.*
*e 2. Reg. c. 24.*
*f Lucæ 14.*
*g Geneſ. c. 14. verſ. 14.*

Neque hîc inficias eo, quin cum Dei adiutorio, potiſſimùm vbi de iuſta cauſa agitur, pauci ſuperare multitudinem poſſint: non enim eſt difficile Deo ſiue in multis ſiue in paucis ſaluare [h]. Sed dico media à Deo humana conſtituta eſſe, quæ contemni non debent, ne videamur tentare Dominum ſi his non vtamur, & prætermiſſis illis, temerè ſperemus.

*h 1. Reg. c. 14. ver. 7. 2. paralipo. c. 14. verſ. 11. exemplum Iudicum 7.*

4 Auxiliares conducti ex diuerſis locis nec diſciplina inter ſe, nec affectione conſentiunt [i]. Quamobrem in auxiliaribus conducendis, proſpicere debet princeps quos aduocet: num ſint probæ fidei, & an illis tutò ſe committere poſſit & ſuos: ſiquidem ſolent

*i Vegetius lib. 2. c. 2.*

iſti mercenarij milites, plus lucrum quàm cauſam ſequi bellandi: & ita facilè ab hoſtibus vel maiore ſtipendio vel donis corrumpi poſſunt.

Aliundéq; periculum imminet, ne fugatis hoſtibus, ipſi auxiliares inſidientur dominis qui eos aduocauerint, ſi maiori numero quàm ſit populus apud quem tranſierunt, inueniantur.

Accidit illud interdum Romanis imperatoribus, vt Valenti. Is enim cùm Gothos in Thraciam ſecedere permiſiſſet, atque omnes ferè ſtipendiarios milites ſibi feciſſet, vt rebelles & finitimos vinceret, tandem illi imperium Occidentis inuaſerunt, & Orientis deprędarunt[a]. Sic Turcæ à Græcis imperatoribus in auxilium acciti, imperium Orientis occuparunt. Saxones Deo hominibúſque inuiſi, aduocati à Britannis vt expugnarent vicinos Pictos & Scotos infeſtos ab iiſdem tyrannicè oppreſſi ſunt, & ibidem imperarunt ferè per trecentos & amplius, annos[b].

a *Niceph. Callixt. lib.* 11. *c.* 48.

b *Gildas ſapiens, li. de excidio Britãniæ.*

Fuit noſtro ſeculo Cairadinus pyrata, qui aduocatus ab incolis Zilliæ, ſeu Cæſarienſibus Mauritaniæ. *Nunc Argel, ſeu Algel*, ad expellendos ab arce Hiſpanos, eos quidem inde expulit: verùm Selinum principem ciuitatis necauit; & ſe ipſum regem conſtituit.

Cùm etiam Saladinus dux Tartarorum vocatus veniſſet in auxilium ab incolis Babyloniæ quam dicunt hodie Cairo, vbi ſuperſtitionis & impietatis Mahumeticæ magnus pontifex Califus dictus degebat, ad pellendos Chriſtianos qui in illa regione morabantur, eos quidem ex tota Syria pepulit: ſed viribus pollens, Califum necauit, & dominatum ſibi vſurpauit, eóque potitus cum ſuis ope & præſidio Tartarorum, donec Sultanus Selinus imperium adeptus eſt. Magna ſtultitia, eſt inquit Polybius libro ſecundo, præſidium præſertim Barbarorum hominum, in vrbem inducere, quod aut viribus, aut multitudine magis quàm ciues polleant.

5 Inter auxiliares milites olim eligebantur, vt fortiores & armorum ſtudioſi Galli, vt nullum olim vix fuerit in Græcia bellum geſtum, ſine illis, vt ait Iuſtinus[c]. quanquam Polybius dicat illis tanſtum primo valere impetu, poſtea verò animis labaſcere[d]. Qui tranalpes Rhodanum habitant, militiam mercenariam ſtrenuè exercent, vnde & Geſſatæ dicti[e]. Numidæ equites in exercitu admodum patientes[f].

c *Iuſtin. lib.* 24 *&* 27.

d *Polyb.* 2. *hiſtor.*

e *Eod. Polyb.*

f *Polyb. in* 3.

6 Sunt tamen qui putent expedire potius vti auxiliaribus extraneis militibus quàm ſubditis & incolis, vt conſeruent ſuos, periculis autem belli exponant potiùs extraneos. Alii cõtrà exiſtimarunt, ſegnius extraneos militare, & difficilem, vel rarã eſſe in manu auxiliarium victoriam, quod & pretio addicti potius de preda quàm de victoria & fine belli cogitent: nec ita vt ciues amore reipublicæ & honoris cauſa pugnent, ſed veluti perfunctoriè & dicis gratia. Quare Demoſt. 1. Olynthiaca ſuadet Athenienſibus, vt ciues ipſi militent, & non ſicut ſolebant, per milites peregrinos opẽ ferant, eámque cauſam aſſerit eſſe, cur res malè gerantur. Inſidi vt plerunque mercenarij





quib. cùm venales habeant manus, ibi fas vbi maxima merces, amãt nõ iuberi, non regi, cunctáq. ex libidine agere[a], in propinquo maximè ſummæ rei diſcrimine, & pauidi in ipſa etiam pugna, ſine pudore flagitij, ſine cura ducum, abire & fugere ſolent, quia non fide neque affectu tenentur, vt ſerò velint dominationi alienæ ſanguinem ſuum commodare. Sunt hirudines ærarij, populatores prouincialium, quos à populatoribus vindicare deberent. ſoliti omnia, tanquam externa, aut vrbes hoſtium[b] vrere, vaſtare, rapere, inſatiabiles exprobratores ſui ſeruitij, cùm nihil tamen aut parum inſeruiant, & longè à periculis ſe ſubtrahant: nos hæc omnia iſto ſeculo vidimus, & experti ſumus.

b *Cornel. Tacit. lib.* 4. *hiſtor.*

b *Tacitus. li.* 2. *hiſtoriæ.*

Et forſan probabilior eſſet hæc ſententia, ſi ſufficerent incolæ regni, vt non opus eſſet ope alterius. Sed quando vires propriæ ciuium non ſufficiunt, confugiendum eſt ad mercenarios, & maximè quando princeps magis habet ſuſpectos de rebellione ſubditos, quàm ſuſpectam extraneorum fidem. quæ fuit ratio præcipua, cur tyranni antiquitus delegerint ſibi ſatellites & cuſtodes ex alienigenis, quia ſe committere non auderent ſuis, vt contigit tyrannis qui ſi ſubditos arment, non in fide aut officio manebunt. Tyranni exarmant ſuos. Nam princeps, vt ait Plato. lib. 8. de legibus, Subditos metuens, neque bonos eos, neque opulentos, neque fortes aut animoſos, neque in vniuerſum bellicoſos fieri, volens quidem vnquam patietur. Quod tamen aliter in legitimo principatu locum non habet, in quo ſubditos amat princeps & illi eum viciſſim, & proinde magis fidi, obedientiores reuerentia & amore veluti naturali ſui principis, & ſuæ patriæ filiorum & cognatorum dilectione impulſi & ad pugnam ineundam, vel neceſſitate, vel alacritate excitati.

Si quando autem neceſſitas etiam auxiliares aduocare ſuadeat, prudentis principis erit malis quæ inde poſſunt contingere, proſpicere & prouidere, & vti neceſſitate cum minimo ſuo incommodo. Et vt ait Liuius libro 25. id cauendum erit ducibus, exempláque pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, vt non plus ſui roboris ſuarúmque propriè virium in caſtris habeant.

Certè enim inter maiora mala, quibus implicari poteſt principatus aut reſpublica, eſt pendere ex viribus alterius, éxque militari manu exterorum. Huic enim oriuntur omnia prædita mala, & reipublicæ occupationes & ſuorum diffidentia.

Malum adhuc quod datur, externis nationibus in auxilium vocatis, eſt occaſio ſcrutandi vires noſtras, ad quas poſtea euertendas hoſtili animo maiori numero redeunt, & loca, & vrbes earúmque munitiones & mores obſeruantes, rurſum commoditatibus ſe accommodant in pernitiem aduocantium: & bellandi modum & defendendi artem detegentes, minori cum negotio aggrediuntur. Accidit peius malum, quod dum princeps externis militib. præter modũ vtitur, ſubditi interim arma non tractant, imbelléſque remanent,

& recedentibus auxiliaribus, incurſibus inimicorum facilè vincuntur.

Sunt multa alia quoque armorum exterorum incommoda, quæ conſiderans Carolus 7. rex Franciæ pulſis regno Anglis, inſtituit ordinariam militiam quinquaginta millium peditum qui ſtipendiis continuis militari ſcientiæ nauarent operam, & ad omnem incurſum interim expeditius conuenirent, dum alij interim, ſi maioribus viribus opus eſſet, cogerentur: verùm latrociniis tales intenti, fuerunt à Ludouico 11. ſublati, qui aſciuit in illorum locum ſibi laterales Heluetios. Rurſum tamen Franciſcus 1. rex memor periculorum, quibus expoſita fuerat Gallia ob auxiliares extraneos, anno 1534. Legiones reſtituit quinquaginta millium peditum: & cùm illæ poſtea penitus ferè fuiſſent extinctæ, reſtituit eaſdem Henricus 2. filius ſine tamen magna regni vtilitate propter indiſciplinatum ordinem.

Non deſunt qui iudicant etiam non expedire principibus, vti in bello ſubditis, eò quòd arma, feroces efficiant ſubditos, & inde ad rebellandum facilius erigant criſtas. omnia enim ſibi cum robore enſis & armorum pollicentur, vt exempla adhuc extant in Gallia & Flandria.

Sententiæ diuerſæ ſuas habent rationes, & certè vndique imminent cum commoditate aliqua pericula coniuncta. Officium autem & munus principis erit, ſolerter omnia perpendere & conferre, & quod magis conuenire & ſecurius videbitur eligere, & minùs damnoſum ſequi Alioquin impoſſibile eſt in rerum naturæ varietate maximè in adminiſtratione reipublicæ, euitare omnia incommoda. Cæteris verò paribus eligibilius eſſet, cum copia nobilitatis, militares turbas ex ſubditis habere, & ſi reſpublica à bellis externis quieuerit, non pati eas otioſas, ſed ſemper extra regnum, potius in limitaneas ſtationes eas mittere. nam facilè ſi remaneant cum quietis, vel tranſeunt in latrones, vel factiones & rebelliones. Inibit & gratiam princeps cum principibus extraneis, ſi tales milites, auxiliares illis mittat. Sícque quoque purgabit ſanguinem corruptum à ſuo corpore ciuili, & ſi quando bellum ingruat, poterit ſemper exercitatos repetere.

7 Poterit dux & princeps, non ſolùm milites auxiliares ſed & regnicolas probare, cuius futuri ſint fidei in ipſo prælio, ante ipſam prelij neceſſitatem, eodem modo quo Iphicrates, teſte Polyęno lib. 3. Stratagem. Is enim variè milites exercebat, falſa cõſilia excogitans, ſeu machinans falſas inſidias, falſas proditiones, falſa ad hoſtes tranſfugia, falſas hoſtium irruptiones, falſos terrores panicos, vt ſemper ſi quid aliquando tale accideret, præparati eſſent, & ne vllo pacto permoueretur, nunquam ſinebat eos otiari aut ceſſare, ſed, etiam ſi bellum non eſſet, iubebat eos aliquid fodere, aut foſſas ducere, aut arbores cædere, aut caſtra mouere, aut vaſa colligere & transferre, ne tanquam homines in otio exiſtentes, rebus nouis ſtuderent.

Cæterùm controuerſum ſcio, aliâs fuiſſe inter imperatorem Carolum 5. & Franciſcum primum eius nominis regem Galliæ, num Chri-



Chriſtiano principi liceat infidelium Turcarum, aut Sarracenorum auxiliaribus copiis vti, aduerſus alium principem Chriſtianum. Verùm qui ſatis non habent virium in extrema neceſſitate, inuaſi ab hoſtibus Chriſtianis, vt putant iniuſtè, ſe non peccare exiſtimant, ſi tale auxilium alio deſtituti, auocauerint: non magis quàm cùm vtuntur enſibus, baliſtis, haſtis, clypeis, bombardis & ſimilibus aliis inſtrumentis, quibus hoſtes etiam Chriſtianos repellunt. vtitur Deus in puniendis malis & obduratis, & improbis hominibus, Dæmonibus ipſis, quibus nulli pernitioſiores ſunt hoſtes religionis, & Chriſtianorum acies maiori, nunc ex parte ſunt refertæ & conflatæ homicidis, latronibus, exulibus, hæreticis, atheis, iuſtitiæ miniſtri, ſeu carnifices, quales viri ſunt quis ignorat? Et tanta eſt vindictæ hodie cupido, vt quod per bonos exequendum non eſſe putamus, per proditores, experiamur. Tantum odium Chriſtianorum, quod me pudet dicere, vt irreconciabili ira & cupiditate inuadentes res aliorum, eos cogant non dico Turcarum, aut infidelium, ſed etiam ipſius Dæmonis, opem requirere. Iniuit fœdus Abraham cum Abimelecho [a], rege Palæſtinorum, vt quidam putant Ethnico, qui Aſtrologiæ intentus erat, quanquam apud eum timorem peccandi fuiſſe referat ſacra pagina [b]. Ioſue fœdus iniuit nomine populi Dei, cum Gabaonitis idololatris, & deputauit eos miniſterio cuncti populi [c], ſed & eos iuuauit contra Amorrhæos [d]. Cùm Saul proſequeretur Dauidem, is confugit ad idololatram regem Geth Achis nomine [e]. Aſa rex Iudæ, cuius perfectum fuit cor coram Domino cunctis diebus vitæ eius, vſus eſt auxilio & fœdere regis Pagani Benadad regis Syriæ, contra regem Baaſa regem Iſrael [f]. Iudas Machabæus, quo nullus maiori zelo pro lege Domini pugnauit, fœdus contraxit cum Ethnicis Romanis, vt auxilium inde euocaret pro defenſione ſuæ reipublicæ [g]. Ionathas poſt eum iniuit fœdus cum Demetrio rege pagano, auxilióque eius vſus eſt [h], rurſúmque confirmauit fœdus cum Romanis [i]. & cum manu Iudæorum, iuuauit & defendit ſtatum regis Demetrij, & rebelles in regem idololatras quamuis, compreſſit [k]. Sícque pro ſtatu reipublicæ & cauſa fidei, & auxilia ab Ethnicis accepit, & dedit.

Renouauit Simon Sacerdos ſummus in Iſrael & dux, fœdera inita cum Spartianis & Romanis à præmortuis duobus fratribus Iuda & Ionatha [l]. Et fecit nouum cum Antiocho filio Demetrij regis, & auxilia de populo Iudæorum & ei dedit, pro recuperando regno ei adempto per Arſacem regem Perſidis & Mediæ [m]. Ipſe Deus vindicat ſe ſæpe de inimicis ſuis per inimicos ſuos, & vſus Cyro rege Perſarum & eius exercitu, ad comprimendam impietatem Iudæorum & aliarum nationum [n]. Conſtantinus ob ſingularem religionis fidem, & geſtorum magnitudinem verè cognominatus magnus, potiſſimo exercitu eóque robuſtiore vſus Gothorum, qui tum erant idololatræ. Iuſtinianus, vel eius dux Narſetes, Langobardis tunc paganis Anno Domini 1252. Armenij armis Sarracenorum vexati, cùm à Chriſtianis fruſtra opem

a *Geneſ. c. 22.*
b *Geneſ. c. 26.*
c *Ioſue 9.*
d *Ioſue c. 10.*
e *1. regum. c. 21 & 27.*
f *3 regum c. 15.*
g *1. Machabæorum c. 8.*
h *1. Machab. c. 10.*
i *1. Machab. c. 12.*
k *1. Macha. 11*
l *1. Machab. c. 14.*
m *1. Machab. c. 14. & 15.*
n *Eſaiæ c. 45.*

petiiſſent, ab imperatore Scytha auxilia petierunt, & impetrauêre triginta millia Tartarorum equitum [b].

a *Paulus Æmilius lib.8.*

Multi etiam alij imperatores Chriſtiani, ſæpe auxiliis Agarenorum ſeu Sarracenorum vſi ſunt contra hoſtes Chriſtianos, vt Heraclius, Baſchus & Cõſtantinus filij Iohannis imperatoris Cõſtantinopolitani, qui eorum auxilio ſubegerunt Calabriam, vt Federicus maiorem partem Italiæ: omitto aliorum plurium exempla quos coegit neceſſitas & inimici oppugnantis crudelitas & ambitio, ad fortiores viribus humanis confugere non pro fide turbanda, ſed pro ſtatu reipublicæ inuaſo vel inuadendo, ſecuriùs aut fortiùs deffendendo. Sed hîc cauendum eſt ne tales à fide extranei, prætextu auxilij corporalis, inſidientur fidei & ſimplicitati Chriſtianorum, & vbi eorum ope vſi fuerint principes, eos quo citius fieri poterit, in patriam propriam remittant, & ſi à multis immin entibus pericuculus alioquin eximant.

8 Cum militibus ſtipendiàriis, ſalubre erit reipublicæ miſcere regnicolas & nobiles patriæ, ne proditio aut defectio ab illis fiat. ſolent enim ſubditi fideliores eſſe vel quia pro focis & aris pugnant & liberis, vel quia poteſtatem & pœnam naturali ſubiectione reuerentur & metuunt. & ſolebant apud Romanos legiones fieri tantum ex Romanis, quibus fidebant magis quàm aduocatis auxiliis. Sic Annibal dirigens exercitum in Romanos; Hiſpanos & Afros pręmiſit, & quicquid robuſtioris eſſet exercitus; poſt eos collocauit Gallos: poſt hos equites duce Magone fratre ſuo ob id maximè, vt ait Poly in 3. vt Gallos, ſi tędio laboris vt ſunt molles, referrent gradum, pręſidio equitũ cohiberet. Eſt & Homericus ordo Iliad. 4. vt equites eſſent primo ordine cum curribus poſiti: pedites à tergo flóſque & robora, belli munimen & ſeptum: in medio agmine viles ignauóſque: vt vel nolentes depugnarent.

9 Omnes apud Perſas ad bellum ire cogebantur, ex quo ferre arma poterant, & à viceſimo anno ſtipendia merere incipiebant [b].

b *Strabo lib. 15.*

Et Darius qui primus poſt ablatum Medorum imperium, Perſas & magnam partem orientis obtinuit, cùm bellum Scythis orientem cingentibus indixiſſet, rogatus ab Ocobazo ſene, vt ex tribus liberis vnum ad ſolatium patri relinqueret, duorum opera vteretur: plus quàm rogabatur pollicitus, ſe illi omnes remiſſurum dixit, & occiſos in conſpectu parentis abiecit [c]. Ita Xerxes Lydo quinque filiorum patri, vnius vacationem petenti, quem vellet eligere permiſit: deinde quem elegerat in partes duas diſtractum, ab vtroque viæ latere poſuit, & hac victima luſtrauit exercitum. Herodotus in 6. Seneca libro tertio de ira, cap. 17.

c *Herodo. in 4 Seneca lib. 3. de ira c. 16.*

10 Apud Romanos ſe ſubtrahere militiæ, graue ſcelus leg. 4. §. qui poſt deſertionem, de re militari libro 49. P. & lege ſancitum vt ciuis Romanus decennio militaret [d], excluſis ſeruis & aliis prout latiùs docui alibi [e]. neque licebat cuipiam ciuium beneficium

d *Cornel. Tacit. lib. 4. Ann.*
e *lib. 19. Syntagma. iur. c. 3.*



cium à republica poſtulare, priuſquam decennio militaſſet, impoſita neceſſitate militandi ab annis ſeptemdecim, non data vacatione niſi anno quinquageſimo quinto ætatis [c].

c *Plutarch. in Gracchis.*

Ius militiæ, ius legionis, Romanis datum in auxiliis quoque & Latinis ſociis. Legio, certa peditũ manus fuit Varroni & Plutarcho, à delectu fortiſſimorum militum appellata, à Romulo primùm inſtituta. ex ſingulis enim tribubus, mille conſcripti ſunt pedites in ordinatione reipublicæ, vnde tribuni, qui ſingula millia ducerent, nominati. Scripſit, & cum his tres quoque turmas equitum, quas tres centurias appellauit, vt ſingulis legionibus ſingulæ equitum centuriæ adderentur. Aucta ciuitate, auctus numerus legionariorum militum, aliquando quatuor millium, aliquando ſex millium, aliquando plurium vel pauciorum. Obſeruatum autem in legione, niſi ingenuos, eóſque iuniores, & qui ex quinque claſſibus cẽſerentur ciuium, fuiſſe: excluſos autem ſeruos, libertinos, pueros, ſeniores, capite cenſos, hiſtriones: niſi ſi quando cogente neceſſitate in dubiis rebus reipublicæ vocati eſſent [d]. erant apud Romanos ita equites, iidem & iudices, & milites, & plerumque ex agris ad militares ordines vocabantur, & ex ordinibus ad alia negotia redibant.

d *vt liquet ex Liuio lib. 25. & 5. 7. & lib. 27. punico bello 2.*

11 Apud Athenienſes ab anno quatuordecimo vſque ad ſexageſimum, cogebantur ciues ſi exigebat neceſſitas, in bellum ire [e] cuiuſcumque eſſent conditionis.

e *Iul. Pollux & Plutar. in Phocione.*

12 Cæterùm hodie dubium eſſe poſſet, num omnes euocati à principe, teneantur ad bellum ire, quemadmodum & tenebantur filij Iſrael. Sed videtur rectè reſponſum Panormitano [f] cum diſtinctione, regulariter non teneri, exceptis nobilibus, & habentibus [g], feuda militaria obnoxia huic muneri. reliqui enim principi vectigalia, & indictiones ſoluunt, vt ab hoc munere per principem releuentur, qui eos defendere debet [h]. At ſi inuaderetur principatus, nec militum copia haberetur ad defendendum rempublicam, poſſe compelli idoneos ad bellum ſuſtinendum [i].

f *Panorm. ad cap. ſicut. & infrà, numero fin. de iureiurã.*
g *c. de forma 23.*
h *arg. ca. principes, & ca. Regum 23. q. 5.*
i *ca. omni timore, ca. ſi nulla, 23. q. facit c. 2. de imm. eccleſia.*

Ita in tumultu, Romani omnes non tantùm admittebant ad militandum, ſed etiam omni immunitate abolita, cogebant: quod non erat in bello. *Poteſt eſſe bellum*, inquit Cicero, [k] *ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid enim aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, timor vt maior oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus: itaque maiores noſtri, tumultum Italicum, quod eſt domeſticus: tumultum Gallicum quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.*

k *Cicero Philippica 8.*

Grauiùs autem fuiſſe tumultum quàm bellum, hinc intelligi licet: quòd bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Ita propter vacationes inhibendas, Tumultus declarabatur à Senatu, vt quando relatum eſt Ligurum quindecim millia in agrum Placentinum veniſſe: etenim vſque ad ipſa coloniæ mœnia, & Padi ripas, cum cædibus & incendiis populatos eſſe, Boiorum quoque gentem ad rebellionem ſpectare ob quas res, tumultum eſſe decreuit ſena-

tus [a]. Sic Cicero [b], *Tumultum decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dixi oportere, ſublatis vacationibus in vrbe & Italia.* Grauiúſque tumultum fuiſſe quàm bellum, inde liquet quòd bello Gallico vacationes valebant, tumultu non valebant. Dictator enim vel is cui bellum conficiendum euenerat, ſcribebat exercitum iuſſus, ſine vlla vacationum venia quin opificum quoque vulgus, & ſellularij, minime militiæ idoneum genus, iuſtitio indicto vocabantur: vt cùm tempore belli Priuernatis, tumultus Gallici fama atrox Romanos inuaſit; cuius bellum Mamerco euenit. Vide Liuium lib. 8. Budæum ad l. 1. §. eum tamẽ depoſiti: vbi ex Seruio agit de triplici genere militiæ: nempe de ſacramento, quod erat genus legitimum, cùm ſinguli milites iurabant: de tumultu, vti erat timor multus, nec vacabat ſingulos milites interrogare; ſed ſimul iurabant. de euocatione, cùm ad diuerſa loca, diuerſi cogebantur exercitus.

a *Liuius li. 34.*
b *Cicero Philip. 5.*
*Idem Cicero Philip. 8.*

13 Prouidere etiam ante expeditionem, princeps bellum moturus, de commeatu aliiſque rebus bello neceſſariis debet: eam ob cauſam rationem habebit primùm ſui ærarij iam abundantis, vel aliorum mediorum, ex quibus conflari poſſit pecunia quæ bellorum neruos facit, vnde, quæ ad annonam & arma comparanda neceſſaria ſunt accipi poſſint.

Sic antequam exercitus Perſarum ſe committeret itinere, ante omnia commeatus parabatur, comparatis omnibus quæ rei militaris apparatus exigebat, & rei frumentariæ & pecuariæ [d].

d *Xenoph. in 4. Cyripediæ Herodo. in 1.*

Quando vniuerſus Iſrael congregatus eſt, pro vindicanda iniuria facta vxori leuitæ, contra Beniamin: cauſa probata vt iuſta belli. *Decemuiri*, inquit, *eligantur è centum ex omnibus tribubus Iſrael, & centum de mille, & mille de decem millibus vt comportent exercitui cibaria, vt poſſimus pugnare contra Gabaa Beniamin* [e] &c.

e *Iudicum 20. verſ. 10.*

Heluetij tempore Iulii Cæſaris, bellandi cupidi, anguſtos ſe fines habere arbitrati pro multitudine hominum, & pro gloria belli atque fortitudinis, cùm coniuraſſent de occupanda Gallia: priùs conſtituerunt ea quæ ad proficiſcendum pertinerent, & creuerunt iumentorum carrorum quàm maximum numerum, ſementes quàm maximas per biennium antè fecerunt, vt in itinere, copia frumenti ſuppeteret; cum vicinis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmarunt, & ſingulos proficiſcentes, trium menſium molita cibaria ſibi domo efferre, iuſſerunt [f].

Qui frumentum neceſſariúmque commeatum non præparat, vincitur ſine ferro [g], & reliquis quidem caſibus poteſt in tempore ſubueniri: pabulatio & annona in neceſſitate non habẽt remediũ niſi ante condita [h], ad nutriendum exercitum vel ad præſidium & obſidionũ moras ſuſtinendas, nec diſciplina militaris ibi ſeruari commodè poteſt vbi eſt victus penuria, & ieiunus eſt miles, vt eſt apud Caſſiodor. libro quarto variar. cap. 13. Quin & contrà, exercitus in illo defectu ad deſperationem ductus, audendi in prouinciales, & vexandi proprios, videtur concedere impunitam libertatem; & tranſfugendi ad hoſtes, proditis ducibus, occaſionem.

f *Iulius Cæſar lib. 1. de bello Gallico.*
g *Vegetius li. 3. c. 26.*
h *Idem Vegetius 3. c. 3.*

14 Defectu annonæ multæ expeditiones irritæ fiunt, & magni exercitus



exercitus ſoluũtur; vt accidit Cambyſi in expeditione inſtituta cõtra Æthiopes; in qua nihil inuenientes milites quod ederẽt, & ad ſabulũ peruenientes, vbi etiam nullæ herbæ victui commodæ, ſortiti ex ſe ipſis decimum quemque comedebant, donec Cambyſes veritus ſuorum militum depaſtionem mutuam, intermiſſa aduerſus Æthiopes expeditione, retroceſſit, in Thebáſque peruenit multis de exercitu ſuo amiſſis [a]. annonæ penuriã ſequitur peſtis ſæpe ob res comeſtas in neceſſitate, quę victui noxię ſũt. Romani ad hũc vſũ in pleriſque oppidis in totum annum habebat condita, acetum frumentum, laridum, ordeum, paleas, vt ſcribit Capitolol. in Gordiano.

a *Herodot. in Thalia. ſeu in 3*

15 Proxima cura commeatus & annonæ, in diſpenſatione eſt, vt cum parcitate diſpenſetur: & talis non ſit annona quæ delicatos milites potiùs, quàm bonos & robuſtos faciat. in hoc enim aliquando peccatur, dum nutriuntur milites mollius quàm aſperitati & muneri militari expediat, & ea de cauſa quæruntur ab illis epulæ delicioſæ, & conceduntur carnes etiam vetitis temporibus, dum pane abundãt. omitto quòd hoſpites ſuos expilẽt, & cogãt vt delicatè excipiantur: & hoc faciunt ſæpius milites qui nuper è tuguriolo nudi & inermes famelici, in numeros venerunt, quibus nec panis in caſa erat quando enſi fuerunt alligati, iuſolentiores ipſis hoſtibus, & qui nec annona contenti ſint publica, nec hoſpitali, niſi exquiſitis cibis nutriantur, digni qui potiùs ganncarum incolæ quàm milites habeantur. Non tales milites Perſæ qui valde bellicoſi & ſtrenui ſupra omnes nationes fuerunt, qui adeo abſtemij traduntur vt pane & aqua ſæpius victitarint, panis condimentum & obſonium eſſe famem, dictitantes. Quibus tamen ſemel annis ſingulis permiſit inebriari Alexander Magnus [b].

b *Alexan. ab Alexan. lib. 3. c. 11.*

Auidius Caſſius imperator Romanorum, præter laridum ac bucellatum non permiſit ac in expeditione portare prohibuit [c].

c *Vulcatius Gallicanus in Auidio.*

16 Alia cura pro belli expeditione, eſt armorum ad defendendũ vel inuadendum neceſſariorum. Soléntque reſpublicæ & principes prouidentiſſimè habere tempore pacis fabricenſes qui arma, naues, machinas operentur & faciant, & in publica armamenta reponant, quibus tempore belli inſtruantur exercitus [d]. Quæ maxima cura etiam fuit Demetrio qui poliorcetes cognominatus, eſt [e]: ſed maior Dionyſio tyranno Syracuſarum, qui pro apparatu bellico contra Carthaginenſes, conuocauit ex variis regionibus fabros omnis generis, ad gladios, clypeos, gallas, naues fabricandas [f], multæ ciuitates obſidionem tolerare potuiſſent, ſi annona, aut ea quæ pro bombardis requiruntur, nempe glandes & puluis pyrius non defeciſſent, & ideo principes aut reſpublicæ, antequam egeant, diligenter præcauere debent, vt talia cogantur & conſeruentur. nam & hæc ſubitò difficulter parantur, & parata non ſolùm ad bellum valent, ſed etiam ne ſit bellum faciunt. Nemo enim prouocare audet, aut ei regno aut principatui iniuriam inferre, aut populo, quẽ intelligit expeditum, promptum & paratum ad vindicandum.

d *Sicut apud Romanos, vt liquet nouella, de armis 85.*
e *Plutarchus in vita Demetrij.*
f *Diodor. Sicul. lib. 14.*

*De quibuſdam obſeruandis tempore belli.*

## CAP. IIII.

ORDINANDAE aciei peritia, pars artis imperatoriæ, ſeu artis ducendi exercitus: ars autem ducendi exercitus eſt pars ſcientiæ regnandi[a]. Ratio verò ducendi tribus continetur ſpeciebus, cautione, audacia, & quæ ex vtriſq. mixta eſt. vna quæque autem earum componitur ex tribus, aut per orationem, aut per facta aut per vtrumque ſimul: hæc autē omnia licebit efficere, vel perſuadendo, vel cogendo, vel iniuriam faciendo in iis vindicandis, quibus expedit. Quemadmodum verò in omni arte & diſciplina, præcepta propria ad opera perficienda ab artifice ſeruanda & ſequenda ſunt: ſic non minori negotio oportet pugnantem certa præcepta & diſciplinam militarem ſequi: maximè cùm in bello non liceat bis peccare[b], & errores in pugnando commiſſi, ſint irreparabiles[c], ſaltem his qui temerario animo pugnātes iam ad orcum ſunt tranſlati. Sunt proprij de re & diſciplina tractatus, ex quibus principes & duces ſibi theoricam imperandi & regendi in bello & exercitu comparare poſſunt: Extant lib. 4. de re milit. Flauij Vegetij: Iulij Frontini Stratag. lib. totidē Polyæni Stratag. li. 8. Æliani de inſtruēdis acieb. Modeſti. de vocabulis rei milit. Polybij de caſtrametatione Rom. Roberti Valturij de re milit. Guilielmi Bellaij, *Des inſtructions de la guerre*, Langei, Leonis imperatoris de bellico apparatu, Hygini de caſtrametatione, & aliorum. Sunt & periti eius artis, qui praxim didicerunt, & quæ cōuenientiora poſſunt eſſe hoc ſeculo præcepta, diſcernere poſſunt: quibus reliqui qui rudes & tyrones ſunt cuiuſcūq. dignitatis ſint, ſe debent committere regendos, & quorū opera reſp. vel princeps vti potius debet, quàm eorum qui plura de re militari, de ineundis bellis ſcribunt, vel diſputant. Multum enim intereſt inter orationem de re militari, & pugnæ executionem. Et hoc decepit plures principes, qui bona fide quoſdā philoſophantes de ſuſcipiendis bellis, de inuadendis regnis, de mouendis armis, antiquo, vt illis videbatur zelo, vel reipublicæ, vel fidei, ſequuti ſunt. At poſtquam ad rem ipſam peruenerunt, longè latéque differre de bello loqui & bellum gerere ſua cum maxima pluriúmq. ſubditorum iactura, vel ſerò cognouerunt, actus armorū, etſi prudētia regi debeant, tamen non ex arbitrio bellantiū ſuccedunt, faciléque verbis non repugnātes vincere, at vbi ad manus peruenitur, facto non verbis opus eſt, & nunc in hanc, nunc in illam incerta victoria inclinat & mutat partem. Et ſi qui conſulunt ſuis rationib. toga præcincti iniri bella, in eo diſcrimine adeſſent, ſuarum rationum obliti primi vt credo in fugam ſe coniicerent. In pace pulcherrimæ leges de bello feruntur: in bello legum voces non audiuntur inter ſtrepitus armorum, nec poteſt componi exercitus more iuuenum ſub ferula trementium magiſtri vocem. Princeps qui agreſſus eſt bellum aut iuſtè aut iniuſtè, ſæpe ærarium vacuum audit, ſtipendia petentes milites videt, & dum non eis ſoluuntur, ſæuientes in proprios ſubditos inermes conſiderat, punire non audet, ne aut deſ-

a Clemens Alexand. lib. 1. Stromaton.

b Plutarch. in problema.

c Cato apud Vegetium lib. 1. ca. 13.



ſertores ſint reliqui, aut in illum rebellent. Quid facient in tanta neceſſitate leges? non finitur ex arbitrio bellum quod ex arbitrio ſuſcipitur: inſtat hoſtis, milites noſtri conqueruntur, ſubditi opprimuntur. quid in tanto flagello Dei contra iram Dei putamus remedium adferre poſſe?

2 Certè qua ratione cæcutit princeps in bello ſuſcipiendo, vel ſuſcepto defendendo, pari cæcitate tenetur in diſciplina belli tractanda: eſt tamen aliqua ſi exacta non concedatur vtendum. Et maximè ne proprij ſubditi ab iis qui eos defenſuri aduenerunt, opprimentur. Durius enim & ſæuerius actum ſecum videtur illis, quàm ſi ab inimicis aut hoſtibus opprimerentur. Statuendum vt contenti victu, ab eorum vexatione abſtineant, potiùs ab hoſte quàm à defendendis prædas agant. Et cauendum, ne milites otioſi in ſtationibus conſeruentur potiùs quàm ipſi dicantur oppidanos conſeruare, exercendi in hoſtem vel ſaltem interim ad opera publica admouendi, ad foſſas agendas, mœnia reparanda, & ad alia ſimilia quæ proſint reipublicæ. Sicuti Probus imperator non patiebatur militem otioſum eſſe, ſed nulla opera militari manu profecit, dicens, vt refert Voſpicus, militem annonam gratuitam comedere non debere.

3 Non excuſat quidem milites à pœna quam incurrunt opprimendo ſubditos, apud ſuos principes, ſi ſtipendia non ſoluantur: verùm prætextus & indulgentiæ neceſſitas, diſſimulare cogit interdum tantum ſcelus in commodum tempus. At non tanta debet eſſe conniuentia, vt impunita omnino ſit audacia, in eo quod extra neceſſaria, miles in prouinciales crudeliter & hoſtiliter exercet.

Si ſemel enim ſenſerint impunitam hanc eſſe licentiam, actum eſt de cauſa principis. Nam plus nocebunt ſuis quàm hoſtis; & deficientibus aut expilatis facultatibus ſubditorum, tandem manus in ipſum principem iniicere, aut apertè aut proditoriè conabuntur, eodem prætextu & occaſione non ſolutæ pecuniæ ſtipendiorum. Et principalis neruus diſciplinæ militaris euaneſcet, qui conſiſtit in obedientia mandatorum ducis; detrectabunt enim iuſſum pugnandi, vel ſegniter obibunt pugnam, excuſatione impudente quòd ſalaria non acceperint: ſic occaſiones & pugnandi & vincendi pariter euaneſcent, quod ſæpe vidi contigiſſe. Paulò ſeueriùs in hac neceſſitate erit animaduertendum in paucos, vt cæteri metu pœnarum, intra leges diſciplinæ militaris ſe contineant, ídque ab initio audaciæ exequendum erit; ne ſi inualuerit praua in exercitu cōſuetudo, difficilius, imò nullo modo conuelli poſſit.

4 Vt autem princeps poſſit occaſiones excuſationis in delictis, radicitus quaſi aliud agendo conuellere, optimum mihi videtur primam illam & præcipuam legem viriliter ponere & tueri, vt contumax miles imperatis acerrimè puniatur. quidquid enim tunc prohibitum à principe erit factum, potiùs ex lege contumaciæ quàm ex ſpecie criminis, vindicabitur.

Theopompu[a] Lacedæmiorum rex affirmanti cuidam propterea

a Plutarch. in politic.

Spartham ſaluam & incolumem eſſe, quòd regibus vteretur imperandi gnaris, reſpondit, Imò, inquit, & ciuibus & populo regibus obſequente. Oſtendit & Scipio maior [a], à militibus imperatorem potius quàm hoſtem metui debere, cùm percontanti qua re fretus claſſem educere pararet in Africam, oſtendit viros armatos ſeſe exercentes, & turrim excelſam mari imminentem, & dixit, nullus eorum eſt qui non conſcenſa turri, ſemet in mare precipitaturus ſit, ſi iuſſero.

a *Vale. Max.*

5 At eſt controuerſum, num princeps ipſe tempore belli, pugnæ debeat intereſſe, quibuſdam exiſtimantibus valde conducere, aliis contrà ſentientibus, præſentia certè principis Hectoris, Troianorum fortiſſimi, multùm profuit militibus: nam ſuo aduentu terga vertentes ad bellum contra Græcos incendit [b].

b *Dictys Cretenſis lib. 3. de bello Troiano.*

Sylla dictator, cùm contra Archelaum Mitridatis ducem pretio fatigaretur] ardenti, relictus à militibus cunctis, cucurrit in ordinem primùm, raptóque & coniecto vexillo in partem hoſtilem: ita dixit, ſocij periculorum electi, & ſciſcitantibus vbi relictus ſim imperator, reſpondete nihil fallentes, ſolus in Boetia pro omnibus nobis, cum diſpendio ſanguinis ſui decernens, & ita animos ſuorum cõfirmauit in meliùs [c]. duces & reges Iſrael, ipſi primi ducebant acies, & manu ſua pugnabant. Et Alexander cognomento magnus, præſentia principis vnumquemque pugnantium ante oculos eius egregia & ſtrenua edere facta, ad gratiam eius promerendam, & præmia cõſequenda, excitat imbelles & timidos audaces facit, vel exemplo, vel metu, ne notati à principe ſequenti, aut proditionis ſuſpicione, iuſſu eius qui plenam habet vitæ & necis in eos poteſtatem, ſupplicio dedantur. De Alexandro & Dario Quintus Curtius: [d] *Alexander non ducis magis*, inquit, *quàm militis munera exequebatur, optimum decus caſo rege expetens: quippe Darius, aduerſarius curru ſublimis eminebat, & ſuis ad ſe tuendum, & hoſtibus ad inceſſendum ingens incitamẽtum.* Plautus in Amphytrione, inquit, *Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum: Citius quod non facto eſt vſus, fit quàm quod facto eſt opus.*

c *Ammian. Mar. libro 16. hiſtor.*

d *Q. Curt. li. 3.*

Poſt mortem Philippi Argei regis Macedoniæ, ſuccedẽte in regno Europæ filio admodum paruo, ab Illyriis contemnentibus infantiam regis, aggreſſi & prima acie fuſi ſunt: ſecunda autem pugna regem ſuum adhuc in cunis exiſtentem ante aciem poſuerunt, & certamen repetiuerunt, tanquam ideo victi fuiſſent antea, quod bellantibus, ſibi regis auſpicia defuiſſent, & ita conferto prælio magna cæde Illyricos vicerunt, & oſtẽderunt, regem Macedonibus non virtutem defuiſſe [e].

Eodem exemplo Franci qui pro Clothario alacriter & ſtrenuè pugnarunt contra Childebertum duorum regnorum regem, cùm viderunt Clotarium adhuc in cunis & ab vberibus matris Fredegundis pendentem, agmen & exercitum præcedere [f].

e *Iuſt. lib. 7.*

Eſt enim princeps in exercitu, veluti numen quoddam ex quo milites ſpiritus capere videntur fortes.

f *Aymon. li. 3. de geſtis Frãc. c. 82.*

Sed & princeps præſens in rebus arduis, diligentius negotia reipublicæ veluti ſua, quàm abſens proſpicit, & nemo eſt qui detrectare audeat eius imperium: cùm contrà, eo abſente, præfecti duces, dum certant inter ſe quis alteri iubere poſſit, in diſcrimina multa exercitum coniiciant, aliis pugnandum, aliis ſubſiſtendum eſſe, aliis obtemperandum eſſe, aliis minimè pertinaciter aſſerentibus, quod in noſtris infœlicibus bellis ſæpe accidit.



Sunt qui dicant contrà non expedire reipublicæ, principem intereſſe pugnæ, ne cum eius interitu actum ſit de ipſa republica: & vt dubiis preliorum exemptus ſummæ rerum & imperij ſeipſum reſeruet, vt ait Tacitus in 2. hiſto. & vt Egeſip. li. 5, c. 30. in milite, vnius ſors eſt; in imperatore vniuerſorum periculum. vt neque Perſarum reges pugnæ ſe miſcebant, vt innuit Ammia. Marcelli. libro 19. dum de expugnatione Amidæ ciuitatis agit, mortuo rege vel principe, fieri nõ poteſt, vt mutatio quædam aut innouatio non ſequatur. non enim mores hominum ſimiles ſunt: & vbi nouus princeps eſt, noua quædam lex ſuboritur: & abrogatio quædam priorum, vt liquet ex principatibus electioni ſuppoſitis, in quibus maius adhuc periculum reipub. imminet, propter interregnum & electionis controuerſias, vt ideo diligentius qui imperant vitare debeant, ſe immiſcere præliis potiſſimùm iſtius ſeculi, in quibus non tam manu ſtrenua quàm ſorte pugnatur, propter ignitas illas machinas, quibus à puero ſtrenuiſſimus necari poteſt dux & miles. Aliud periculum, ne etiam captiuus abducatur, & regni facultates pro eius redemptione exhauriantur, vt alias in Gallia contigit, & in aliis regnis.

Narrat Guaguinus in deſcriptione Liuoniæ Magnum ducem Moſcouię anno Domini 1381. Liuonenſium caſtrum Nenhuis in prouincia Derptenſi cum trecentis millibus militum armatorum acerrimè oppugnantem, à duce caſtri per feneſtram in medium exercitum Moſchouiticum iaculatum, ſagita cor magni ducis transfixiſſet, & eo mortuo, in fugam tantum exercitum ſe proripuiſſe.

Quare ſatiùs putant plures, ſubducere ſe debere à prælio principem, vt maioribus neceſſitatibus reſeruet authoritatem. Cúmque Dauid in prælium contra Abſalonem filium qui occupauerat regnum, vellet egredi cum populo, *Reſpondit populus, Non exibis: ſiue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit è nobis, non ſatis curabunt: quia tu vnus ſolus pro decem millibus computâris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe præſidio. Ad quos rex ait, quod vobis videtur rectũ, hoc faciam. Stetit ergo rex per iuxta portam, egrediebatúrque populus per turmas ſuas &c.* [a]

a *lib. 2. Reg. c. 18. verſ. 3. & 4.*

Arbitrarer tamen conducere reipublicæ, in præliis quibus de vniuerſo principatu contenditur, non longè ab exercitu principes eſſe debere, vt omnia quæ ad bellum neceſſaria ſunt & ad imperandum, faciliùs exequi poſſint: & vnde poſſint ſi malè cùm exercitu agatur, tutò in ſecuriora iterum pugnaturi ſe recipere. imò ſi ſtatus imperij, aut ſalus prouinciarum in diſcrimen vertatur, debebunt in acie ſtare [b], minora autem bella poterunt minoribus ducibus delegare [c]. ea tamen conditione, vt vni ſummam ſeu potiorem exercitus poteſtatem concedant, cui cæteri obtem-

b *Cornel. Tacit. in 4. hiſtor.*

c *idem 3 anna.*

perare debeant; nempe ei quem peritiorem exiſtimauerint. alioquin enim certiſſimum eſt, vt ait Thucydides[a], multitudinem imperantium, plurimùm nocere, & regimen eſſe nullum aut incertum.

a *Thucyd. in 6.*

Cogunt interdum, plura nolentem pugnare: & tunc quia pugnare neceſſe eſt, quomodo pugnandum conſultare oportet. Sæpe enim in aliena terra maximè ducibus apparatus optimi, tardando perit pars aliqua. commeatus & pecuniæ deficiunt ſine ſpe ſupplementi. Sæpe dux conſultando & mores, ſtatum, & vim, & mentem aduerſariorum conſiderans, ſi oportunum videat ſibi conflictum & ſe hoſtibus multis ſuperiorem inueniat, nõ debet differre Dei impetrato auxilio, habita ratione loci ſibi commodi & aduerſariis incommodi, ſapienter diſpoſita & inſtructa acie iuxta leges & doctrinam militarem, & commoditatem locorum, & numerum militum, & qualitatem armorum, de quibus magiſter militiæ Vegetius ſatis abundè tractat in 30. & duces artem habent, ſemper robuſtiores ad frontem & tergum, & timidiores & ſuſpectos in fide in mediis ordinibus, diſponendo. Quæ omnia, egent poteſtate ſuperiori. Eo autem magis tunc dicendum erit principem intereſſe non debere, ſi ipſe imperitus ſit eorum quæ bella requirunt. Poſſet enim vnus talis, ſua præſentia turbare vel impedire expeditam ducum peritorum reſolutionem. Sícque fatendum eſt plus iuuare rempublicã abſentiam principis, quàm præſentiam. Cùm poſſit vtique per electos duces imperium augere, & inimicis obſiſtere, vt fecit Iuſtinianus, qui reſidens Conſtantinopoli, per Narſetem & Beliſſarium plures ſubegit nationes: & Carolus VI. rex Galliarum Biturigibus manens, Anglos regno pepulit conſilio & poſtremis vſus ducibus, vnde ſapientis cognomine inſignitus fuit.

6 Caueri etiã debet, ne niſi compulſus[b] neceſſitate aut ſumma data occaſione, princeps pugnet prælio & acie decreta & ſtata collatis ſignis ne cũ fortuna ſeu varietate euẽtuũ, cum victoria agatur de vniuerſo reipublicæ ſtatu. Quemadmodum Lacedæmonij clade Leutrica & Mantinenſi accepta à Thebanis duce Epaminonda, vnâ principatum[c] Græciæ amiſerunt. Cadmea dicitur illa victoria, mala & inutilis, in quo qui vincit, vel occiditur, vel plures ſuorum perdit[d].

b *hæc ſententia Pauli Aemilij. Gellius lib. 13. c. 3.*

c *Diodo. Sicul. li. 15. & Aemilius Probus, in Epaminonda.*

d *Suid. in ver.* καδμεία νικη.

Laudantur cauti cunctantéſque duces, qui nullo loco niſi quantum neceſſitas cogit, ſe committunt fortunæ[e]. & ſi militaris ſuffragij res ſit, haud dubiè, Minutio Fabius præferetur, & nihil minus in perfecto duce quàm feſtinationem & temeritatem conuenire putandum eſt[f].

e *Liuius li. 22.*

f *Sueto. in Auguſto c. 25.*

Temeritas præterquam quòd ſtulta eſt, etiam eſt infœlix[g]. Celeritas, audacia, impetus, præter rationem, vana & noxia, ſuis hoſtibus, oportuna ſunt[h]: quia expoſita inſidiis & fraudibus hoſtium. Sunt qui putẽt maximè fœlicitatẽ aliquorum ducũ in bello valere; & contrà, aliquorũ obeſſe infœlicitatẽ aut infortuniũ. Sunt, inquit Cicero[i], quibus vt dicitur in prouerbio, etiã venti tẽpeſtatéſque obſecundant, exiſtimátque Maximo Marcello, Scipioni Mario, & cęteris magnis imperato-

g *Liuius d. 22. lib.*

h *Polyb. in 3.*

i *Cicero pro Manil.*



imperatoribus, non ſolùm propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſæpius imperia mandata, atque exercitus eſſe commiſſos. Sunt alij ita habiti infœlices, vt nihil etiam cum magnis & fortiſſimis exercitibus promoueant, & à paucis hoſtib. vincantur, qui domi, vt eſt in prouerbio, videantur habere equum Seianum, aut contrectaſſe aurum Tholoſanum[a], aut quarta luna nati[b]. Sicut etiam Plato[c]. dixit, militarem artem, plurimæ fortunæ egentem.

a *De vtroque prouerb. Gellius li. 3 ti. 9. & de auro etiam Tholoſano Strabo in 4.*

b *De hoc Euſt. in 2. iliadem Homer.*

c *In Epinomide.*

At certè Chriſtiani, qui fortunam aliam non norunt, niſi Dei permiſſionem aut voluntatem dixerimus, quæ regit cuncta & ſuperba deprimit, etiam aliam non dabunt cauſam infœlicitatis quàm imprudentiam ducum & temeritatem, vel imperitiam militandi. Vidi enim plures qui confiſi ſua temeritate ferocitatéque improuida, ſuos milites in bellum & hoſtes audacter ducebant: verùm quia nulla illis diſciplina, in ducendis militibus, & niſi ardor illis in pugnando dominabatur: vix ipſos euaſiſſe, obtruncatis omnibus qui illos ſequebantur: ita certè infœlices habiti ſunt militibus duces, quibus nulla ars reducendi & conſeruandi erat milites, vt rectè diceret Fabius, boni imperatoris haud magni momenti fortunam eſſe, mentem rationémque dominari[d]. Solet etiam in bello occaſio amplius iuuare quàm virtus. Vegetius lib. 3. ca. 26. & proinde dux, intẽtus armatúſque eſſe debet, vt neque ſuæ occaſioni deſit, neque ſuam hoſti det. & illa occaſio rectè poterit dici fortuna: quæ ſequenda eſt ſi bona ſit, ſi incommoda relinquenda, debellandus exercitus alienus in noſtra & ei aliena terra, mora & productione pugnæ. Nam hoſtem in terra aliena tempus, & locis alienis, faciunt in dies deteriorem, inter omnia inimica & infeſta, quem nullæ vrbes excipiunt, nulla mœnia[e]: ſic multa bella impetu valida, per tædia ac moras ſæpe euanuere[f].

d *Liu. lib. 22.*

e *Vide Liuiũ lib. 7. & 22.*

f *Tacit. lib. 2. hiſtoriæ.*

Conſilium Demoſthenes dedit Athenieſibus 1. oratione Philippica ſuadens copias aduerſus Philippum colligere, nec magnas triremium collectiones fieri, neque paucas: quia, inquit, nec collatis ſignis pugnando magnum illius exercitum vincere poſſetis, nec minoribus reſiſtere: oportet itaque paucis latrocinari, & latronum more furtum exercitum eius lædere.

Sic rectè Fabius maximus, lentè ad pugnam committendam progreſſus, cunctando totum Annibalis eneruauit exercitum, & huic non dimicare vincere fuit.

Sertorius[g], in proſcriptione Sullana, dux Luſitanorum fieri coactus cùm eos oratione flectere non poſſet, ne cum Romanorum vniuerſa acie confligere vellent, vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit. Duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos, alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum, ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi, infirmi à iuuene eximiarũ viriũ vniuerſam conuelli iuſſit, obtemperatum imperio eſt. Sed dum adoleſcentis dextera irrito ſe labore fatigat ſenio confecta manus miniſteriũ executa eſt. Tũc barbaræ cõcioni, quorſũ ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſubiecit: equi caudæ conſimilem eſſe Rom. exercitum, cuius partes aliquis aggrediẽs opprimere poſſit: vniuerſum conatus

g *Hoc exemplũ refert Valer. Max. lib. 7. 3. exẽp. 6. Frontinus li. 1. Stratag. 10. Plut. in vita Sertor.*

proſternere,celerius tradiderit victoriã quàm occupauerit. Ita gens aſpera & regi difficilis,in exitiũ ſuum ruens,quam vtilitatẽ aurib.reſpuebat,oculis præuidit. Boni duces non aperto marte, in quo eſt commune periculum,ſed ex occulto ſemper attentant. Vegetius 3.de re militar.c.9. Vel ex inſidiis,vel ſubitò imparatos,cibum capientes, ex itinere laſſos, equos paſcentes, aut nihil tale ſuſpicantes aggrediuntur [a].

*Leges quædam obiter relatæ militares. De rebus militaribus,ex iure Romano* [b].

## CAPVT V.

EXPEDITIONIS tempore [c], detur militibus pro annona panis,bucellatum in duobus diebus, in tertio,panis, vno die vinum,alio acetum:vno die laridum,biduo caro veruecina.

Item annonæ & capita ſingulis diebus, aut apto tempore de horreis l.fortiſſimi 6.eo.tit.

2 Fœnum [d] & paleæ dentur [e].

3 Per omnes prouincias numeris omnibus ac militibus, à menſe Nouembri de nouello vino annona donetur,quoniam veteris videtur diſpendioſa erogatio [f].

4 Detur ſtatuta pecunia ſuo tempore militibus [g],vel vxoribus, vel filiis,debita mortuis [h].

5 Caſtellarum loca limitanea, non detineantur ab alio quàm à militibus, aliter detentatores, cum bonorum publicatione capitali ſententia damnentur [i], non alienentur etiam alienata reuocentur, immunitate gaudeant [k]. Agri ex quibus militibus limitaneis frumenta conferuntur,nec potentia, nec furtiua ſupplicatione, ab hoc munere retrahantur [l].

*De veſte* [m].

6 Prouinciæ quæ veſtes debent militares, canonem ſoluant ex Calendis Septembris vſque ad Calendas aprilis [n],iuxta pretium ſtatutum ad ferendum ærario principis [o].

*De hoſpitio* [p].

7 Omnes præbeant hoſpitium militibus,exceptis priuilegiatis: nempe fabricenſibus [q], archiatris,magiſtris literarum,profeſſorum, pictorum,ingenuorum domibus [r],illuſtrium & clariſſimorum,& eorum hæredum.In tribus domibus [ſ], niſi honorarias dignitates ſine actu fuerint aſſecuti [t].

Excuſantur & ab hoſpitiis militaribus,domus decem tribunorum poſt primicerium [u]. Sacri cubicularij [x], decurionis, vel ſilen-

a *Vegetius dicto li.3.c.22.*
b *l.de annona militari, diximus lib.19.Syntag.iur.ca.6.*
c *l.1.de erogatione militaris anno.lib.12.C.tit.38.*
d *l.prouincialium 8.eo tit.*
e *l.2.eo.tit.*
f *l.iubemus 10 C.eo.*
g *l.16 §. ſuper his.eo.*
h *di.l.16.§.f.*
i *l.2. de fundis limitrop.lib.11.C.*
k *l.f.C.eo.l.omnes de fun.patri li.11.C.ti.61*
l *l.1.eo.tit. de fundis limitro.*
m *De veſte militari diximus li.19.ſyntag. c.7.*
n *l.1.tit.de veſte milit.lib.12 C.tit.40.*
o *l.fortiſſimis 3 C.eo.dabantur milit.in ſtipendia, non ſolùm pecunia, ſed etiam veſtimenta, potiſſimùm hyeme:& frumentũ, vt conſtat ex Liuio li.3.& 6.decad.3 diſtributa & militib.tergora boum in ſtipendia,& hec tributum in vſum militum imperata Friſiis ex Tranſſyluanis populis.aut Tacit. lib. 4. puto eſſe* Lesbuſles *vnde thoraces fiunt.*
p *De hoſpitijs militum diximus lib.19.ſyntag.c.8.*
q *l.Fabricenſium,4,de metatis li.12.C.tit. 41.*
r *l. archiatros, 8.eo de metatis.*
ſ *l.hac lege,10.eadem.*
t *di.l.10.§ f.& l.omnes,9.§.cæteris.eo.de metatis.*
u *l. decem,11.eo.*
x *l. 2.§.domus quoque,de præpoſitis ſacris cubi.lib.12.C.tit.5.*

tiarij,



tiarij [a], in Sacris ſcriniis militantis [b],grammaticorum,rhetoricorum, oratorum,medicorum,philoſophorum [c].

Hoſpitium debentes,duas partes domus ſibi,tertiam hoſpitio militi debent. primam eligat dominus, ſecundam hoſpes, tertiam habeat dominus; excepto ſi hoſpes ſit illuſtris, nam huic media, non tertia pars domus debetur. Ergaſteria domorum non veniunt in dictam diuiſionem quæ mercimoniis deputantur in plateis & angiportis quæ ſolis dominis & conductoribus deſeruire debent. Si tamen ſtabulum militari viro defuerit, id ex ergaſteriis, niſi dominus qualibet prouiſione prouiderit,pro animalium numero vel animalium qualitate,deputabitur [d].

Qui metatorum principalium manum quæ deputat ſingulis militibus hoſpitium,à poſtibus deleuerit,tanquam reus falſi punitur [e].

8 Ne quis comitum,vel tribunorum aut præpoſitorum, aut militum nomine,ſalgami gratia,culcitram,lignum,oleum,à ſuis extorqueat hoſpitibus,ſed nec volentibus hoſpitibus in prædictis ſpeciebus aliquid auferant [f],non balneum petant. Nõ lignum non operam à prouinciali petant ex lege Peſcennini non cœnatica, quæ vetuit conſtitutio Valentiniani & Valentis.

9 Nihil petant hoſpites à dominis ædium, quod vel hominum vel animalium paſcuis neceſſarium creditur: nec vlli liceat militum diu reſidere,ſed citiùs iter perficiat [g];vbi nec ea liceat hoſpitibus impunè offerre ſponte [h].

10 Si angariæ neceſſariæ ſint ad transferenda arma vel annonas per principem [i] militiæ admoneantur præfecti locorum, qui curent parari ex publico. Lege pontificia,nõ capiantur animalia quibus ruſtici arant,vel ſemina ad agrum deferunt à militibus [k].

11 Alia lex ne prætextu adiuuantium militares viros illicita miniſteria exigantur,& concuſſiones fiant, ne tenuis vitæ homines ſub prætextu officiorum vel militum,vnico lumine vel breui ſupellectili ad aliorum vſus tranſlatis, iniuriis afficiantur, prouideat præſes prouinciæ [l].

12 Cœnaticorum nomine milites & eorum ſuper inſtantes nihil penitus à prouincialibus accipere audeant,cõtenti ſint annonis [m]. nihil ad ſe animálque ſuum alendum à domino domus exigant, diúque in hoſpitio ne ſint [n].

13 Militum animalia à paſcuis publicis & priuatis arceantur [o].

14 Qui procurauerit vt ſua domo liberata à militari hoſpitio, vicini domus oneretur,ſuo priuilegio careat, & alio etiam modo ſi non ſit priuilegiatus puniatur [p].

Edixit Antigonus rex Aſiæ ne quis minor quinquaginta annos natus,hoſpicio matrisfamilias vteretur,ídque iuſſit metatoribus [q].

*De armis* [r].

15 Arma à priuatis non conficiantur,non emantur,non habeantur vt inter illos ſit pacis ſecuritas [ſ].

Armis vti aliquem non militantem, permittere non debet præſes prouinciæ [t].

a *l decurionis.3.§.domus, de ſilentiarijs lib.12.C.ti.6.*
b *l. in ſacris 9. de proximis ſacrorũ ſcrinior. lib.12.C.ti.9.*
c *l.f.§.f.de munerib.*P.
d *in l. 2.de metatis.C.§.pen. nouellæ 129.*
e *l. 1. de meta. C.*
f *l.deuotum, 5. §. ſolum ſanè de metatis, C. l.vnica, C. de ſalgamo hoſpit. non præbendo. li.12. C.ti.42. l. hoc proſpectum, 6. C. de meta.*
g *dicta l. proſpectum l. vni. c.ne rei militaris comitib.*
h *l.deuotum,5. de metat.*
i *l.nullus 7. §. quoties, de fabricenſib.*
k *c. 2.de treuga & pace.*
l *l. illicitas 6. §.4. de offi.præſid.*P.
m *l.cœnaticorum 3. de eroga.milita.anno. C. nouella 129.*
n *l.deuotum,5. §. ſolum ſanè de metatis C.*
o *l. 2. de paſcuis publi.li.C. l.f.eo.ti.*
p *l.omnes,9.de metatis C.*
q *Frontinus li. 4.c.1.*
r *de armis mil. diximus li. 19. Synt.c.5.*
ſ *nouella,85.de armis.l.1.ad leg.Iul.de vi pub.*P.
t *§.f.nouellæ 17.de manda.principum.*

*Leges quædam de militum perſonis*[a].

## CAPVT VI.

MILITES,non niſi authoritate principis recipiendi, aut ſine eius probatoriis,etiam à ducibus[b].

2 Serui ne militent, alioquin capite puniantur[c]: nempe ſi inſcio domino: alioquin ſi is ſciat, poteſt, & ingenuus efficitur[d].

3 De ſtatu etiam ſuo controuerſiam patientes, licet re vera liberi ſint, non debent militare,nec qui ab hoſtibus bona fide redemti ſunt,priuſquam ſe luant,nec ingenui qui bona fide ſeruiunt[e].

4 Nec coloni aut ſaltuenſes, ad militiam ſe vltro offerentes armatam,admitti debent aut cogendi inuiti[f].

5 Nec curialis aut cohortalis conditionis,militent[g].

6 Duabus militiis nemo adſcribatur,ſiue armatis ſiue ciuilibus[h].

7 Negotiatores ne militent[i].

8 Ad beſtias damnatus,ſi fugerit & militiæ nomen dederit, capite damnetur[k]. idipſum de deportato in inſulam fiat[l]: & de ad tempus relegato ex cauſa capitali[m], reiici & debet adulterij, vel alterius criminis publici damnatus[n].item reus poſtulatus [o].

9 Soluuntur & ſacramento, qui litis cauſa militiæ nomen dant, poſtulantibus aduerſariis[p],idem ſi in fraudem ciuilium munerum[q].

10 Nullus tyro vagus,aut veteranus, aut cenſibus obnoxius, ad militiam accedat [r].

11 Ciuis Romanus,per decennium militet [ſ].

Multitudo militum ſiue peditum ſiue equitum ignaua,non habet vires ſed pondus[t],& potius eſt impedimentum quàm auxilium[u]. in omni conflictu, non tam prodeſt multitudo quàm virtus[x]:& in bello manibus opus eſt,non multis nominibus aut titulis.

Inter principes quidam vſi ſunt in bellis non promiſcuè omni populo aut plebe,ſed tantùm nobilibus:vt Perſę,Galli,Poloni,& hæ & ſimiles nationes quæ nobilitate vſę ſunt,equitatu cæteris præſtarunt. fuerunt autem pedeſtribus copiis non ita fortes. Tyranni vt ſtabilirent vſurpatum principatum nobilitatem aut exilio aut morte exſciderunt,plebe aduerſus eam ſibi contrariam vſi.

Quidam probant magis milites iuuenes quàm ſenes, quidam ſenes & veteranos præponunt. Melius pro exequenda pugna decreta, probabimus iuniores ſecundum Veget.lib.1.c.4.vt magis promptos aut temerarios:at ſatiùs eſt illis præficere ſeniores qui & maturitate conſilij valeant & experientia. Quemadmodum Procopius[z] de militia Beliſſarij agens illud addit notabiliter,quod omnes in exercitu eius duces barbati eſſent,nec vnus imberbis repertus fuerit. Idipſum ferè tradunt hiſtoriographi de exercitu Alexandri Magni, cuius duces videbãtur referre grauitatem cuiuſdam ſenatus. Tyrones quidam

a *qui militare iure Romano non poſſent,fusè doceo lib.19. ſyntag.c.3.quãuis hodie emãtur milites & non eligantur.*
b *l. neminem, 17.de re militа. lib.12.C.tit. 36.*
c *l. ab omni milita 11 de re militar li 49 P. ti.16.l.2.de tyronib. li.12.C. ti 44.*
d *l.ſuper 6 & ſeq.qui militare poſſ. lib.12. C.ti.34.*
e *l. qui ſtatus, 8.de re milita. P.*
f *l. 3. qui militare poſſ.C.*
g *l.4.eo.*
h *l his quidem, ſ.eo.*
i *l.vni.negotia. ne militent li. 12.C.ti.35.*
k *l. 4. §.ad beſtias, de re milita.P.*
l *d.l.4.§.in inſulam.*
m *d.l.4.§.temporarium.*
n *d.l. 4. §. adulterij.eo.*
o *§.reus, & l. qui metu 16.eo. de re milita.P.*
p *l.1.C.qui militare poſſunt.*
q *l.2.C.eo.*
r *l.1.de tyroni. li.12.C.li.44.*
ſ *l.f. de veteranis, C.li.12.tit. 47.*
ſ *Cornel.Taci. li.4 annal.*
t *Seneca lib.6. de benefic.c.31.*
u *Liuius lib.9. ars non multitudo.Veget. lib.1.c.1.* x *Veget.1.c.8.* y *Syneſius epiſto.79.*
z *Procop.li. 4. de bello Vandalic.*

putabant



putabant ex certis nationibus meliores,vt de temperatioribus cœli plagis, ex ruſtica plebe quàm vrbana,vt ex duratis ad laborem[a].

12 In conſtitutionib.Galliarum[b] declaratur, non eſſe dandas turmas equitum grauioris armaturæ,vocant *de gens d'armes*,præterquam nobilibus inſignioribus,ætatis ad minus 25.annorum,qui antea præfuerunt militibus leuioris armaturæ,titulo ducis aut labariferi, *porte guidon*,aut vexilliferi militum grauioris armaturæ,aut niſi ipſi fuerint milites grauioris armaturæ,vel leuioris, aut duces peditum, per tempus ſex continuorum annorum. Reliqua autem præcipua munera militiæ talis armaturæ,quale manipalarium prohibentur dari nobilibus, qui in numeris & ordinibus militiæ per trienium principi inſeruierint[c]. apud Romanos erat delectus militum peditum & equitum, vnde legio certa peditũ manus fuit à delectu fortiſſimorum militum appellata[d],& turmæ quoque equitum & præpoſitorum eodem modo collectæ, non vt hodie ex ignotis viliſſimis, flagitioſis, purgamentis vrbium ſuarum, latronibus, rapacibus, galeatis leporibus.

Militem factum per ſolemnitatem conſtat,ſaltem adhibitis quinque.Gloſſa ad §.fin.de mandat.princip.in nouell.primum adhibita examinatione[e].2.accedente iuramento, de non euitanda morte pro republica defendenda[f] 3.Conceſſione enſis[g] 4.& ſtigmate notabatur,vt dignoſceretur[h].

Quinto,& in numeros militares recipi debent[i].l.ex tempore 42. & l.fin.de re milit.P.

*De militum delictis*[k].

## CAPVT VII.

DELICTVM militis,eſt,quod aliter, quàm diſciplina communis exigit,committitur. Veluti ſegnitię crimen,contumaciæ,vel deſidiæ l.1.omne delictum, 6.de re militar.lib. 49.P.tit 16.

Et criminum militum[l], alia propriè militaria,alia communia cum cæteris hominib.& proinde perſecutio, aut propria, aut communis.

Proprium militare, quod quis vti miles admittit, vt dedere ſe militem cui non licet graue crimen habetur, & augetur, vt in cæteris delictis,dignitate,gradu,ſpecie militiæ.

2 Grauius delictum eſt,detrectare munus militiæ quam adpetere:nam qui ad delictum olim non reſpondebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem redigebantur[m]. Caligatus qui metu hoſtis langorem ſimulauit,tanquam proditor puniatur[n].

3 Deſiſtens à cuiuſuis præpoſiti,vel præſidis excubatione peccatum deſertoris incurrit [o].

4 Contumacia omnis militis,aduerſus præſidem,vel ducem,capite punienda eſt [p].

5 In bello qui rem à duce prohibitam fecit,aut mandata non ſeruauit,capite punitur,etiam ſi res bene ceſſerit [q].

a *Veget.li.1.c. 2.& 3.*
b *In conſtitut. editis ſuper comitiis Bleſenſ. tempore Henrici3.anno1580 art.286.in art. verò 287. excipiuntur principes,quibus dũmodo ætatẽ attigerint 18.annorum, poſſunt dari huiuſmodi turmæ grauis armaturæ.*
c *eo.artic.288. & 89.*
d *Varro de ling. lat. Plut. in Rom.in legiones recepti tãtum ingenui ex claſſib.quinque reiectis pueris ſeniorib.capite cenſis, hiſtrionib.libertinis, niſi in magna neceſſitate. Liu.li.25.vide plenè Sigoniũ de antiquo iure ciuiũ Rom. c.15.*
e *l.qui milit.nõ poſſ.*
f *l.pen.ex quib. cauſ.maiores.*
g *l.filiusfamilias, de milit. teſtam.*
h *Vt in l.4.de Fabricenſib.li. 11.C.Veget.de re milit.*
i *l.diximus de militũ delictis & officiis,li.19 ſyntag.iur.c.10 & 11 12.*
k *l.2.eo.tit.*
l *di.l.2.*
m *l.4.§.qui poſt deſertionẽ, de re milit.P.*
n *l.omne delictũ,6.§.exploratores,de re mil.* o *l.deſertorem 3.§.ſi præſidis,de re mil.P.* p *d.l.6.§.contumacia.* q *l.3.§.in bello,de re milit.P.*

6 Irreuerens miles, non tantùm à Tribuno, vel centurione, ſed etiam à principali eſt coercendus. Qui centurioni volenti ſe caſtigare reſtiterit, eum veteres notauerunt: ſi vitem tenuit, militiam mutat: ſi ex induſtria fregit, vel manũ centurioni intulit, capite punitur[a].

7 Qui præpoſitum ſuum protegere noluerunt cùm poſſent, vel deſeruerint, puniuntur, eo occiſo capite puniuntur [b].

8 Qui ſeditionem atrocem militum concitauit, capite punitur. Si intra vociferationem aut leuem querelam ſeditio mota eſt, tunc gradu militiæ deiicitur. Et cùm multi milites in aliquod flagitium conſpirent, vel ſi legio deficiat, auocari militia ſolet[c].

9 Miles turbator pacis, capite punitur[d].

10 Deſertor, nempe qui belli tempore abierit à ſignis[e], & qui per prolixum tempus vagatus reducitur [f], ſi in vrbe inueniatur, capite puniri ſolet, alibi adprehenſus ex prima deſertione reſtitui poteſt, iterum deſerendo, capite puniendus[g].

Deſertor, ſi ſe offerat, remittitur anterioris peccati ſupplicium: ſi inuentus verò ſit flagitioſa ignauia deliteſcere, offeratur ab eo in cuius domo deliteſcit, ſubiturus degeneris mortis gladium: preſes prouinciæ, ſi propoſitam ſeueritatem, vel gratia vel diſſimulatione diſtulerit, patrimonij & exiſtimationis damno ſubiiciatur, & in officij priores capitaliter animaduertatur[h].

Fugiens à carcere vel cuſtodia miles, deſertor non eſt: quamuis ſi effracto carcere, capite ſit puniendus[i].

11 Qui excubias palatij deſeruerit, capite punitur[k].

12 Non omnes tamen deſertores ſimiliter puniendi ſunt, ſed habetur & ordinis & ſtipendiorum ratio, vel gradus militiæ, vel loci, vel muneris deſerti, & ante actæ vitæ; ſed & muneri, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum pluribus deſeruit, aliúdve quod crimen deſertioni adiunxerit. item temporis quo in deſertione fuerit, & eorum quæ poſtea geſta fuerunt[l].

Quare ſi ſe obtulit qui in deſertione fuit, in inſulam deportãdus[m].

Quamuis in aliam militiam nomen poſt deſertionem dederit, legíve ſe paſſus ſit. nam & militariter punitur[n].

Deſertor tamen à patre oblatus, in deteriorem tantùm militiam datur, ne videatur pater ad ſupplicium obtuliſſe.[o]

Si plures ſimul primo deſeruerint, deinde intra certum tempus reuerſi ſint, gradu pulſi in diuerſa loca diſtribuendi ſunt: ſed tyronibus parcendum eſt qui ſi iterato admiſerint, pœna competenti afficiuntur[p].

Auidius Caſſius Cæſar, deſertoribus manus incidit, aliis crura ac poplites, dicens maius exemplum eſſe viuentis miſerabiliter criminoſi; quàm occiſi[q]. Deſeruiſſe exercitum, Francis inter capitalia annumerabantur, quod crimen ſua lingua dicebant *heriſchlitz* [r]. Mors etiam pœna à Romanis militibus impoſita qui locum in bello in quo conſtituti eſſent, reliquiſſent, aut aliquomodo è caſtris fugiſſent [ſ].

Qui militiæ tempus in deſertione impleuit, emerito priuatur [t].

a *l. milites, 13. § irreuerens, de re milita.* P. *l. 6. § 1. eo.*
b *l. 3. § f. l. 6. § f. de re mil.* P.
c *l. 3. § qui ſeditionem, de re mili.* auocari, *id eſt exauthorauit legio.*
d *l. f. § f. de re milit.* P.
e *l. 1. § deſertor, de deſertorib. lib. 12. C. ti. 46.*
f *l. deſertorem, 3 § deſertor, de re milita.* P.
g *l. non omnes 5. § f. deſertor de re milita.*
h *l. 1. § deſertor habebitur, de deſertori. C.*
i *l. milites, 13. § eius fugã de re mili.* P.
k *l. qui excubias, 10. eo. ti.*
l *l. non omnes deſertores, 5. in princip. de re mil.* P.
m *d. l. non omnes, l. milites, 13 § f. eo.*
n *l. 4. § qui poſt. eo.*
o *l. milites 13. § deſertorem eo. de re milita.* P. *l. qui cum vno, 4. § qui à patre eo. ti.*
p *l. deſertorem 3. § ſi plures, l. non omnes, 5. ibi* ſed muneri, *de re mili.* P.
q *Vulcatius Gallicanus, in vita Auidij Caſſij.*
r *Beatus Rhenа lib. 2. rerum Germanicarum.* ſ *Polyb. in 1.* t *l. deſertorem, 3. § qui militia, de re milita.*

Defun-



Defunctorum in deſertione bona, confiſcari placuit Cæſaribus l. defunctorum 4. de re milit. C.

Si deprehenſi deſertores reſiſtunt, tanquam rebelles opprimi poſſunt[a].

Qui deſertorem agro tectóue ſuſceperit, atque diu paſſus fuerit apud ſe deliteſcere ſciens prudénſque, actor procuratórque loci capitali ſupplicio ſubiugetur: ſi ſciuerit dominus loci in quo latuerit deſertor, amiſſione priuatur. Qui verò prodiderit [b] deſertorem, ingenuus immunitate donetur.

13 Vagantes, ſeu emanſores milites, qui non diu errauerint, redeuntes ſponte, vel comprehenſi leuiùs quàm deſertores puniuntur. Differt enim emãſor à deſertore, vt erro ſeruus à fugitiuo[c]. Erítque emanſoris pœna arbitraria [d].

Excuſationes tamen dantur emanſoribus: examinantur enim cauſæ emanſionis, & cur, & vbi fuerint, & quid egerint: & datur venia valetudini, adfectioni parentum & affinium, & ſi ſeruum fugientẽ perſequutus eſt, & ſi qua huiuſmodi cauſa ſit. Sed & ignoranti adhuc diſciplinam tyroni ignoſcitur [e].

Poteſt & cum commeatu licitè abeſſe ad certum tempus conceſſum: ſed ſi ad diem commeatus non veniat, perinde ſtatuendum eſt, ac ſi emanſiſſet, vel deſeruiſſet pro numero temporis, facta prius copia docendi num fortè caſibus detentus fuit quibuſdam, propter quos dignus videatur [f].

14 Tempore expeditionis, nulli præpoſitorum, aut tribunorum cohortium, vel vicariorum, aut familiarium, cuiquam de militibus, à caſtris atque ſignis, aut locis his in quibus prætendant, liceat diſcedendi commeatum dare, alioquin ſi fecerit, nec præſens fuerit miles tempore, quo miles præſens eſſe debet excurrente hoſte, capite plectatur [g].

15 Is qui in exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut qui à foſſa tunc recedit, capite puniendus eſt[h].

16 Qui ſtationis munus relinquit, plus quàm emanſor eſt: itaque pro modo delicti, aut caſtigatur, aut gradu militiæ deiicitur [h].

17 Qui relictis militaribus caſtris, ſe ad deprædationes, vel latrocinium contulerint, ſeueritatem iudicis non euadent[k].

18 Transfugientes ad hoſtes exauthorati torquentur, & plerunq. capite puniuntur: nam pro hoſte non pro milite habentur [l], aut viui exuruntur, aut furca ſuſpenduntur [m].

19 Qui malo conſilio & proditoris animo patriam relinquunt, hoſtium numero habendi ſunt [n], aut beſtiis obiiciuntur [o].

Transfugas licet vbicunque inuenti fuerint, tanquam hoſtes occidere [p]. Leo Cæſar [q], ſuſtulit acerbitatem pœnæ obiectionis ferarum, ſponte redeuntibus ab hoſtibus transfugis, ſtatuítque vt ſi ſemel transfugerint, veniam conſequantur: ſi iterum id fecerint, in

a *l. 2. de deſerto. C. l. 2. quando liceat vnicuiq. ſine iudic. ſe vindic.*
b *l. 1 de deſertorib. C.*
c *l. qui cum vno, 4. § edictũ, de re milit. l. 3. § emanſor. eo.*
d *l. tribuni, 11. de re milit. C. l. nemo 13. § ſi quos milites.*
e *l. 4. § f. de re milit.* P.
f *l. deſertorem, 3. § ſi ad diem. de re milit.* P. *l. qui commeatus 14. eo.*
g *l. 1. de commeatu, li. 12. C. tit. 46.*
h *l. 3. § 16. qui, de re milit.* P.
i *d. l. 3. § qui ſtationis.*
k *l. qui relictis 3. C. de deſertoribus.*
l *l. proditores 7 de re milit.* P.
m *l. ſi quis, 38. § 1. de pœnis* P *l. aut damnũ 8. § hoſtes autem eo. tit.*
n *l. poſtliminiũ 19. de captiuis & poſtlimi. reuer.* P. *qui cum inimico meo iungit amicitiã mihi inimicus eſt. l. liberi 28. C. de inofficio. teſta. Seneca li. 1. decla. 1. magis odioſi quàm hoſtes transfugæ. Quint. decla. 317.*
o *l. 3. § 16. qui ad hoſtem de re milita.* P. p *l. 3. § f. ad leg. Cornel. de ſicar. lib. 48.* P. *tit. 8.*
q *Leo nouella 67. de his qui ad hoſtes tranſeunt ſuáque ſponte reuertuntur.*

triennalem ſeruitutem diuendantur:ſi tertiò transfugerint,reuerſi in perpetuam ac æternam ſeruitutem addicantur. Si verò non redierit vltro transfuga, ſed ab aliis comprehenſus in patriam retractus ſit, morte tum illum tanquam hoſtē puniri, præſertim ſi antè ciuili ſanguine manus contaminauerit.

Transfugis præſcidit manus Fabius Maximus [a]. Vt ſeruis ad barbaros fugientibus olim pes [b] abſcindebatur. Scipio Africanus ſuperior deuicta Carthagine, omnes qui ex exercitibus Romanorum ad Pœnos tranſierāt Latinos transfugas, tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit [c]. Poſterior Africanus, euerſo Punico imperio exterarum gentium transfugas in edendis populo ſpectaculis feris obiecit [d]. Et L. Paulus Perſe rege ſuperato, eiuſdem generis & culpæ homines, elephantis proterendos ſubſtrauit [e]. Fuerunt & olim primùm transfugæ Romæ verberati, ſecuri percuſſi, & de ſaxo Tarpeio præcipitati. Val. Max. vbi ſuprà exem. 14.

Transfugis ius poſtliminij denegatum [f].

20 Transfuga non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus, ad eos cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit. di. l. 19. ſ. transfuga.

Si quis tamen ex improuiſo dum iter facit capiatur ab hoſtibus, inſpecto vitæ eius præcedentis actu, venia ei dabitur, & ſi expleto tēpore militiæ redeat, vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet l. deſertorem, 3. ſ. is qui & l. non omnes, 5. ſ. qui captus, de re militari. Vt ei qui transfugit, & poſtea multos latrones apprehendit, & transfugas demonſtrauit, poteſt parci, ei tamen pollicenti ea, nihil permitti oportet [g].

Cæterùm qui captus, cùm poterat redire non rediit, pro transfuga habetur, & eum qui in præſidio captus eſt, in eadem conditione eſſe certum eſt [h].

21 Proditores & conſiliorum exploratores & renunciatores, capite puniuntur, vt hoſtes viui exuruntur, aut furca ſuſpenduntur, l. omne delictum 6. ſ. exploratores, l. proditores, 7. de re militar. P. l. ſi quis aliquid 18. ſ. 1. de pœn. P. lex Romanorum ita iubet ſpeculatores ſeu exploratores hoſtium interficere. Polyænus lib. 8. Stratagem. in 8 exemplo Scipionis, vbi tamen & alibi alios duces aliter vſos & exploratores remiſiſſe narrat.

22 Arma alienaſſe militi graue crimen eſt: & ea culpa deſertioni exæquatur, vtique ſi tota alienauerit. Sed & ſi partem eorum, idem eſt: niſi quod intereſt: nam ſi tibiale aut humerale alienauit, caſtigari verberibus debet. Si verò loricam, ſcutum, galeam, gladium, deſertori ſimilis eſt. Tyroni in hoc crimine facilius parcitur, armorúmque cuſtodi plerunque ea culpa imputatur, ſi arma militi commiſit, non ſuo tempore [i].

Miles qui in bello arma amiſit, vel alienauit, capite punitur: humanè militiam mutat [k].

23 At qui arma aliena ſubtraxit, gradu militiæ pellendus eſt [l].

24 Qui in acie fugam prior fecit ſpectantibus militibus, propter exem-

a Frontinus 4. Stratag. ca 1. Appian. in Iberica.
b l. 3. C. de ſeruis fugitiuis li. 6. C. tit. 1.
c Val. Max. lib. 2. c. 7. ex 12 Liu. lib. 30. in fine.
d Valer. Max. vbi ſupra exē. 13. Liu. lib. 51.
e Liu. li. 3. Seneca 1. de ira c. 16.
f l 9. § 4. de captiuis & poſtlimi. reuer. P.
g di. l. 5. § f.
h dicta l. 5. § qui captus.
i l. qui commeatus, 14. § arma de re milit. P.
k l. deſertorem, 3. § milites, eo. ti. de re milit. P
l di. l. 3. § qui aliena.



exemplum capite puniendus eſt [a].

25 Qui agmen exceſſerit, ex cauſa vel fuſtibus cæditur, vel mutare militiam ſolet [b].

26 Si quis vallum tranſcendat, aut per murum caſtra ingrediatur, capite punitur: ſi verò quis foſſam tranſiliit, militia reiicitur [c].

27 Miles qui ſe vulnerauerit, vel mortem ſibi conſciuit, nec factū peregit, ſi id quidē impatiētia doloris aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore fecit, aut pudore, mori maluerit, non animaduertatur in eū, ſed ignominia mittatur, ſi nihil tale prætēdat, capite puniatur [d].

28 Si quis commilitonem vulnerauit, ſi quidem lapide, militia reiicitur: ſi gladio, capital admittit [e].

29 Νόμος [f] τὸν προδότην μὴ θάπτεσθαι. Lex Græca, proditorē non ſepeliendum.

30 Miles qui nomen dedit militiæ, nec ſua negotia, nec aliena priuata aut publica curet, nec aliis ſuas operas præſtet, prædia conducat aut poſſeſſiones, ſed quotidiano exercitio ad bella ſe præparet. ſi ſecus fecerit hoc facinore conuictus, exutus militia pœnas legitimas luere compellatur: hi verò qui in priuato obſequio militem retinere fuerint comperti, multa graui puniantur [g].

31 Milites agrum comparare prohibentur in prouincia, in qua militaria opera peragunt, ne ſtudio culturæ militia ſua auocentur: alioquin empta fiſco vindicentur: domum tamen in ea prouincia, & prædia in alia emere poſſunt [h].

32 Miles qui artem ludicram exercuerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt capite puniatur [i].

33 Eos qui caſtrenſibus ſtipendiis otia quieta meruerunt, veterani conſtituti, nequaquam placet tela in vſum veneris & ligonis conuertere, id eſt rei ruſticæ operam dare. l. ſuper, de mancipiis & colonis patrimonialium ſaltuenſium & emphyteoticorum fundorum, lib. 11. c. ti. 62. quæ lex intelligi debet, de adſcriptitiis colonis, qui militarunt contra & miſſi honeſtè militia veterani, non debent reuocari ad glebam neceſſario ſeruili onere vertendam. At milites veterani & nobiles non ideo damnandi ſunt, ſi ceſſantes ab armis, ad colendum rus per ſe vel alios ſe transferant. nam & ex aratro apud Romanos accipiebantur dictatores aliquando, & depoſita dictatura, ad rus redibant. teſtes erūt Serranus, Cincinnatus dictator, M. Varro & ſenatus qui olim ex agris conuocabatur per viatorem Romā. Fuerunt & rei ruſticæ addicti Reges Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus; & duces Xenophon, Pœnus Mago & alij, de quibus Plinius lib. 18. c. 3.

Sylla quoque imperator & dictator, depoſita poteſtate in villam ſe contulit, & poſthac vixit in ſeceſſu ruſtico. profectus enim in ſuū Cumanum, vacauit ibi piſcationibus & venationibus, vt ait Appian. Alexan. lib. 1. bellorum ciuil. facit & ſequens lex num. 34.

34 Veterani qui ex negligentia vitæ, neque rus colunt, neque aliquid honeſtè peragunt, ſed latrociniis ſe dedunt, omnibus veteranorum priuilegiis exuti, pœnis competentibus, à prouinciarum rectoribus ſubiiciantur [k].

a l. omne delictum, 6. § qui in acie, eo. ti.
b l. deſertorē, 8. § in bello eo. t.
c l. d. § in bello adde l. f. de rerum diuiſ. lib. 1 P. ti. 8.
d l. omne delictum, 6. § qui ſe vulnerauerit, de re milita. l. ſi quis 38. § f. de pœn. P.
e d. l. 6. § ſi quis commilitonem, de re mili. P.
f interpres Homeri.
g id generaliter leges iubere, vt arma tātum tractēt milites, ait Plato in Timæo. de reliquis iura etiam ciuilia l. nemo, 13. l. milites, 15. l. militares viros ib. de re militar. C. nouella 116.
h l. milites, 31. & l. f. 1. C. de loca. excuſantes tamen qui ignorant milites qui eis locarūt. l. ſi ignorās, 50. loca. P.
h l. milites, 9. de re militari. P. qui officij 62 de contrah. emptio. P.
i l. quædam delicta, 14. de pœnis. P.
k l. veterani, 3. C. de veteranis

35 Milites ignominia miſſi cum infamia notentur, nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri ſolent, vti poſſunt. Habeant autem morandi vbi velint poteſtatem, præterquam in eis locis in quibus ſpecialiter arguentur [a].

36 Auidius Caſſius Cęſar, milites qui aliquid prouincialibus abſtuliſſent per vim, in illis ipſis locis in quibus peccauerãt, in crucẽ tolli iuſſit [b]. Peſcenninus Niger imperator [c], ob vnius gallinacei direptionem, decem commanipulares qui raptum ab vno comederant, ſecuri percuti iuſſit: & feciſſet, niſi ab omni penè exercitu ad metum vſque ſeditionis fuiſſet rogatus, atque cùm peperciſſet, iuſſit vt illi decem denorum gallinaceorum pretia, prouinciali ſoluerent, quia ſimul furto conſenſiſſent.

Alexander Seuerus imperator milites qui per ſtellaturam, id eſt, impoſturam aliquid accepiſſent, capite damnauit [d].

Peſcenninus Niger [e], qui poſtea imperator, cùm tribunus eſſet, Tribunos duos quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.

37 Militum nimia confidentia de hoſte puniatur; diffidentia enim cuſtodit ciuitates, cùm ſemper hoſtis timetur aduentus, & perinde ſemper vigilatur. hæc fuit ſententia Demoſthenis contra Philippum, oratio. 2. Multa, inquit, ſunt ad vrbium cuſtodiam & defenſionem reperta, veluti aggeres, mœnia, foſſę, & quæ ſunt eius generis ſimilia, quæ omnia manu fiunt, & magnos ſumptus poſtulant: vnum autem quoddam natura prudentium in ſemetipſa poſſidet præſidiũ, quod cum omnibus bono eſt & ſalutare, tum vel maximè liberis hominibus contra tyrannos, diffidentia. Hanc cuſtodite, hanc amplectimini: hanc ſi conſeruabitis, extra omne periculum eritis: vigilat namque hoſtis vt captet occaſionem opprimendi; & qua hora non putatur inſidias inſtruit & aggreditur, quod & admonuit D. Luc. c. 12. 39. & 40. in prẹlio ſpirituali. & 1. Petri c. 5. vigilate & orate, quia aduerſarius veſter Diabolus, circuit quærẽs quẽ deuoret. ſecurè dormientes inuadit, vigilantes metuit. omni tempore pendẽte bello ſe cuſtodire ab hoſte diligenter oportet, & ducem dare operam, vt perinde ac ſi appareret hoſtis, milites officio ſuo fungantur in cuſtodia, & ſegnes punire.

Quod & Titum Cæſarem exemplari ſupplicio docuiſſe admonet Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico c. 5. Cũ enim, inquit, equites milites Cæſariani exeuntes ad fœnum lignáque colligenda, in obſidione Hieroſolymitana, dúmque colligerent, equos ſuos frenis demotis, paſcere ſinerent, & Iudæi in cuneum exeuntes illos prædarentur: Titus Cæſar, exiſtimans negligentia potiùs ſuorum, quàm virtute Iudæorum, quod erat verum, rapinas contingere, triſti animaduerſione cæteros ad equorum cuſtodiam reuocare ſtatuit, vnóque milite qui equum perdiderat ad mortem damnato, metu cæteris equos ſuos conſeruauit. nunquam enim poſtea in paſcuis dimittebant, ſed tanquam natura his connexi ad neceſſitatem egrediebantur. Nihil in bello contemni oportere dicebat Æmilius Probus

a *l. 3. C. de re militari l. 1. de his qui nota. infa. P. non idem in honeſta & cauſaria miſſione, ac in ignominioſa. de triplici miſſione, vide l. milites 13. §. miſſionũ, de re milita P. l. 2. §. ignominiæ, de his qui notant. infa. P. de quarta ſpecie miſſionis d. l. 2. §. eſt & quartum.*

b *Vulcat. Gallicanus, in vita Auidij Caſſij.*

c *Spartian. in Peſcennino Nigro.*

d *Lamprydius in Alexandro.*

e *Spartia. in Peſcennino.*



Probus in Thraſibulo.

38 Iure conſtitutionum regiarum Galliæ, omnes duces, ſeu capitanei militum, peditum aut equitum, poſſunt conueniri coram iudicibus ordinariis regiis locorum, de concuſſionibus, extorſionibus, abuſu & delictis commiſſis per eorum milites [a]. Atque ibidem inhibetur ne victus nomine, niſi gratuitò non vi accipiant ab his penes quos hoſpitantur, néve commorentur in eodem loco, vltra vnum diem ſub pœna ſupplicij vltimi.

39 Qui reliquerint vexillum ſuum tempore pugnæ, exauthorari debent, & de gradu armorum, & nobilitatis expungi, intérque paganos & taliabiles, ſeu cenſuales reponi [b].

40 Peditum [c] turmæ tranſeuntes, in ipſo itinere ordines tenebunt vexillis explicatis tympano pulſante: nec licet eis impunè ex ordine ſine ducis, aut eius vicarij licentia egredi.

41 Si qui duces, vicarij [d], vexillarij, aut alterius muneris equitum aut peditum, deprehendantur aliquid pecuniarum accepiſſe, vel exegiſſe, aut extorſiſſe, à locis, aut pagis ne in his hoſpitarentur, aut in certis domibus, mortis rei ſunt, ſine ſpe vlla veniæ, aut indulgentiæ.

42 Inhibitum [e], omnibus militibus, ducibus, & aliis peditibus & equitibus, capere vlla animalia priuatorum, equos, aſinos, boues, mulos, ad deferendum ſua impedimenta, aut currus: & ſi fecerint, permiſſum prouincialibus armari in eos per pulſum campanæ vocãt *Toque ſaing.*

43 Iubetur [f] latrunculatoribus, vocant *Preuoſts de Mareſchal,* & iudicibus ordinariis locorum, expellere à militum comitatu meretrices, quas vocãt *Filles de trye,* & inuentas fuſtigare, vel flagellare: idipſum *De caculis,* vocant *goiats,* quos inde expellere iubentur, excepto quod vnus relinquatur pro tribus militibus: quòd ſi plures inuenti ſint, pro prima animaduerſione ſubiiciũtur fuſtigationi, ſi redierint, ſuſpendio.

44 Militum tranſitum innocentem eſſe iuſſit Theodericus rex, vt neque poſſeſſori ſegetes, neque prata vaſtarent [g], aliíque plures id conſtituerunt [h]. Quare Beliſſarius Iuſtiniani maximus in bellis vicarius, quum militum quidam in agros diſcurrentes fructus attingerẽt, eos ignominia notatos, conuocans, ſic allocutus eſt, vim adferre, & ex alienis paſci turpe ſemper ac probroſum videri, quod iniuſtum in ipſo feratur [i]. Sic Lyſander apud Plutarchum, videns Bœothos incertæ fidei, quum per eorum agros tranſiret, ſciſcitatus eſt, vtrum rectis, an inclinatis haſtis tranſiret: tranſire prædando hoſtium eſt: tranſire verò ſine damno poſſeſſorum, via publica, amicorum. conſtat etiam ex Nuncio miſſo per Moſem ducem populi ad Sebon regẽ Heſebon, verbis pacificis dicendo, Tranſibimus per terram tuam, gradiemur via, non declinabimus neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram: alimenta pretio vende nobis vt veſcamur: aquam pecunia tribue vt bibamus: tantum eſt, vt nobis concedas tranſitum [k].

e *In conſtitutionibus ſuper comitiis Aureliæ habitis ſub Carolo 9. artic. 11*

b *In conſtitutionibus editis ſuper comitijs Bleſenſibus 1580. ſub Henrico 3. articul. 290.*

c *Eo. art 303.*

d *Eo. art. 305.*

e *Eo. art. 309.*

f *Eod. art. 311. vide plura quæ de his dixi lib. 34. Syntag. ca. 14. num. 12.*

g *Caſſiod. lib. 5. epiſtola 5. 26. & li. 12. epiſt. 5*

h *Iuſtin. de innoxio tranſitu exercitus. nouella 130.*

i *Procopius li. 4. de bello Vãdalico.*

k *Numer. 21. verſ. 21. Deuter. c. 2. verſ. 26*

*Aliquot leges de militum priuilegijs* [a].

## CAPVT VIII.

HIs qui in caſtris operam per militiam dant, nullum municipale munus iniungi poteſt [b], niſi forſan in fraudem munerum quis militiæ nomen dederit [c].

2 Angariarum præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas, & militi inter cætera remiſſa ſunt [d].

3 Veteranis quoque onerum & munerum perſonalium vacatio conceditur, poſt viceſimum annum militiæ quam in legione vel vexillatione, non ſi in cohorte militauerint, vel ſi honeſtam [e], vel cauſariam, non etiam ſi ignominioſam, miſſionem conſequuti eſſe oſtẽduntur. Patrimoniorum tamen munera, omnes ſubire coguntur [f].

4 Vacationum etiam priuilegia non pertinent ad liberos veteranorum [g].

5 Filij officialium militarium, illis in militia ſuccedunt [h].

6 Ad regem vel in bellum proficiſcens vel rediens, à vectigali quod vocat *ſtraſturam* immunis ſit [i].

7 Milites pugnantes fideliter & ſtrenuè, premio honoréve digni ſunt.

8 A minoribus valuaſſoribus ex feudo aliis traditum, iudicatur iure feudi, ſi Romam cum illis in exercitu perrexerint, non aliter [k].

1 Hinc ſunt tot coronę militares delatæ olim militibus ſtrenuis, nauales, murales, ciuicæ, & id genus aliæ, de quibus Plinius lib. 21. c. 3. 4. 5. aureæ, argenteæ, torques, armillæ, & ſimilia.

Syracuſani & Selinuſij, ob egregiam operam nauatam in Choreſſo, contra Athenienſes ob defenſionẽ Dianæ, magnis fuerunt muneribus donati publicè ac priuatim, data præterea cum immunitate perpetua ciuitas iis qui Epheſum incoluere voluerunt, vt ait Xenophon lib. 1. rerum Græcarum. fuerunt & honores publicè decreti in Græcia pro republica in bello mortuis, item & Romanis.

*Aliquæ leges de diſciplina militari præpoſitorum & militum*.

## CAPVT IX.

PRæcipuum decus & ſtabilimentum imperij militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum [l]. ſiquidẽ vt dicebat Alexander imperator [m], diſciplina maiorem rempub. tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Romanum, & imperium amittemus. erat autem illa rigida formatio militis, ad robur & virtutem.

Officium regentis [n] exercitum, non tantùm in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſiſtit.

a *diximus de militum priuilegijs, lib. 19. ſyntag. cc. 14. 15 16. 17.*
b *l. & qui 3. §. 1 de munerib.* P. *l. 12. de re milita.* C.
c *l. 4. §. fin. de munerib.* P.
d *l. ab his, 10. § angariarum, de vacatio. munerum.* P.
e *l. veteranis, 13. c. de his qui non impletis ſtipendijs & lib. 10. C. ti. 54. l. veteranis, 9. quando prouocare non eſt neceſſe lib. 7. c. ti. 64. l. à muneribus 7. de vaca. munerũ* P. *explicãtur quæ ſunt illa munera à quibus immunes ſunt in l. 1. c. de veterã.*
f *l à munerib. 7. de vaca. munerum:* P. *l. 2. & 4. de veteranis.* P.
g *l. in honorib. 8. §. vacationum, de vaca. munerum.* P.
h *l. 1. & 2. de filijs officialiũ militarium* C.
i *Beatus Rhena. lib. 2. de rerum Germanicarũ, ait eſſe illam legem antiquam Francorũ &* Straſturam *Germanos dicere hodie,* vuegſturam.
k *§. f. de his qui feudum dare poſſunt, li. 1 feudorum ti. 1.*
l *Valer. Max. li 2. c. 7.*
m *Lamprid. in Alexan. Seu.*
n *l. officium, 12. de re militari. in* P.



Officium [a] tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, & ad exercitationẽ producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum interdum intereſſe, frumentum probare, fraudem menſorum coercere, delicta ſecundum ſuæ authoritatis modum caſtigare: principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere.

Duces militum maximè vicini hoſtibus qui cauendi ſunt, debent in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum [b].

2 Milites [c] de locis in quibus conſiſtunt ad alia loca ſine ſpeciali principis authoritate tranſferri non poſſunt. debent autem ſignificari principi, tam loca de quibus transferendi ſunt, quàm loca ad quę peruenire oportet, nomináque fortiſſimorum numerorum, in quibus iidem milites referuntur, necnon quantitas annonarum, & ante omnia, cauſa, ob quam iidem milites transferendi ſunt.

3 Duces non debent deputare ex militibus ad cuſtodiam alicuius ſine permiſſu principis [d].

4 Qui præeſt armato, debet parciſſimè commeatum dare, equũ militarem non debet extra prouinciã duci permittere: ad opus priuatum, piſcatum, venatum, militem non mittere, quia verendum eſt ne modus in eo non adhibeatur [e].

Non licet præpoſitis vel tribunis cohortium, vel vicariis & familiaribus eorum, tempore expeditionis, & incurſionis barbarorum quocumque genere cuiquam de militibus à caſtris, atque ſignis, vel his etiam locis in quibus prætendant, diſcedendi commeatum dare, aliter capite vindicetur [f].

Sed & prohibitum tribuno pro tempore, ampliùs triginta viris ſub occaſione commeatus, licentiam dare [g].

5 Magiſtri officiorum cura, vt ſuper omni limite ſub ſua iuriſdictione conſtituto, quemadmodum ſe militum numerus habeat, caſtrorúmque ac clauſurarum cura procedat, quotannis principi ſignificet [h]. Quadrimenſtrua ſcholarium militantium breuia ſcribat, & deponat in ſacro ſcrinio laterculi principis, vt ſemper notitia eorum ſcholaſticorum certa ſit, & ne publico damnum infligatur [i].

6 Leges militares pręſcripſit Tribuno militum has, Aurelianus imperator.

Nemo pullum alienum rapiat.
Ouem nemo contingat,
Vuam nullus auferat.
Segetem nemo deterat.
Oleum, ſal, lignum nemo exigat, annona ſua contentus ſit.
De pręda hoſtis, non de lacrymis prouincialium habeat.
Arma terſa ſint, ferramenta Samiata.
Calciamenta fortia.
Veſtis noua veſtem veterem excludat,
Stipendium in baltheo, non in popina habeat.

a *dicta l. officium 12. §. officium tribunorum. multa de officio præfecti legionis & tribuni & cẽturionis. Vegetius lib. 2. de re milita. c. 9. & 12. & de officio præfect. caſtrorum c. 10.*
b *l f. C. de offic. milita. iudic. nouella 116.*
c *l. milites, 4. de offi. magiſt. milit. C. l. contra, 14. de re militari C.*
d *l. f. de erroga tio. milita. annonæ lib. C. 38.*
e *dicta l. offic. 12. §. 1. de re milita. in P.*
f *l. 1 de cõmeatu lib. 12. C. ti. q. 3.*
g *l. iubemus 16. § non dãda C. de erroga. milita. anno.*
h *l. f. § de officio magiſtri officio.*
i *refert Flauius Vopiſcus in Aureliano.*

Equum ſaginarium ſuum defricet.
Captum animal non vendat.
Mulum centuriatum comiter curet.
Alter alteri quaſi ſeruus obſequatur.
A medicis gratis curentur.
Aruſpicibus nihil dent,
In hoſpitiis cautè ſe agant.
Qui litem fecerit, vapulet.

7 Probi imperatoris Roma. lex, Miles annonam gratuitam non comedat [a].

Peſcenninus Niger, qui imperator à militibus nominatus eſt, edixit [b], ne piſtor exercitum ſequeretur.

Ne vino milites vterentur, ſed tantùm aceto.

Ne numos aureos vel argenteos in zonis haberent milites ſed publicè commendarent; recepturi poſt prælia quod dediſſent, vel vxoribus aut filiis reddēdum, ne in hoſtes peruenirent ita cum præda.

8 Lex antiqua Francorum, nemo militiæ ſocium aut quemlibet alium, ad potandum inuitanto; ſiquis ebrius repertus fuerit, eiectus donec culpam agnoſcat, aquam bibito [c]. in legibus Caroli Magni latius lex comprehenſa: vt in hoſte [d], inquit, nemo parem ſuum, vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicunque in exercitu ebrius inuentus fuerit, excommunicetur; vt in bibendo ſola aqua vtatur; quouſque ſe malè feciſſe cognoſcet [e].

9 Romanorum more caſtris metatis [f], tribuni exigebant à ſingulis, nihil ſe à caſtris ablaturos. poſtea excubias circa caſtra vallata ponebant. Noctu vigilias & circuitiones agebant: aliqui præcedenti die admoniti per ſingulas vigilias aliqui certas circuibant, alij alios ſequebantur. Qui circuibat à ſingulis vigilibus accipiebat notas & ſuas teſſeras: ſi inueniſſet vigiles dormientes vel dereliquiſſe cuſtodiam, cum ſociis atteſtationes accipiebat, & manè ad triarios producebat teſſeras, ex quibus cognoſcebatur qui reliquiſſēt cuſtodias: & tribuno cuſtodiæ vocato, res agitabatur: ſi damnaretur, fuſte cædebatur: item & ſiquis vigiles calumniaretur.

Probro militibus erat falſò dicere ſe ſtrenuè in hoſtes geſſiſſe, diſpoſitionis præſidij locum metu reliquiſſe, telum aliquod ob metum abieciſſe.

10 Scipio [g], ſcorta, haruſpices, vates caſtris expulit, quibus milites rebus aduerſis territi vtebantur.

11 Suuatoſlaus Sigiſmundus Liber Baro, lib. 2. rerum Moſcouiticarum certè lex ſalubris reipublicæ, quia illa impedimenta ſunt potiùs à prouincialibus rapinę, & habent verè impedimenta ad bellandum, vltra onuſtam prouincialibus inutilem cacularum lixarum, & calonum familiam, qui ſunt velut harpyæ populi, ſatis bellis & tributis preſſi. Rex Ruthenorum ſeu Moſcouitarū, qui vicit Bulgaros vſque ad Danubium progreſſus, in bello nulla impedimenta, ne vaſa quidem coquinaria exercitui ſuo permiſit, iſque tantùm carnibus aſſis vtebatur, humi requieſcens, ſella tantum capiti ſuo ſubiecta.

Diſciplina militaris, eſt ars qua bonus redditur miles, & ita ner-

uus

a nunquam enim militē otioſum perpeſſus eſt, ipſéque hac ratione multa opera manu militari perfecit, vt ait Flauius Vopiſcus in Probo.

b *Ælius Spartian. in Peſcennino.*

c *Beatus Rhena. lib. 2. rerum Germanicarū, vbi de ſtatu Galliarum agit.*

d *Ideſt in exercitu, inde hodie* hoſt *ou* l'oſt pro *exercitu.*

e *lib. 3. capitularium Caroli Magni ca. 72. Et Plato. lib. 2 de legūlatione in fine, ſiue lib. 34. tradit Carthaginenſium legē ſe probare vt nunquam in caſtris quiſquam guſtare vinum audeat, ſed toto illo tēpore aqua bibatur.*

f *Polybius in* 6.

g *Suidas in verbo* ἱεράχα.



uus dicitur militiæ, cui opponitur corruptio quæ deteriorem reddit militem. eo pertinent quæ corrumpere poſſūnt militem, vinum, balneum, mulieres, calones, ſomnus, ſuperbia: delitiæ quæ perdiderunt ſtrenuum exercitum Capuę Annibalis, paulo antè victoris ad Cannas. item vtenſilia pretioſa, impedimenta in exercitu: animalia, currus euectionis eorum cauſa. licentia prædandi, & nocendi amicis, otioſitas, ludus aleæ & foliorum.

Summam totius diſciplinæ Iuſtus Lipſius, diuidit in partes quatuor, exercituum vnde exercitus dicitur ordinem, coercitionem, exempla. In exercitio continetur, vt miles doceatur ad arma & opus. & tyronibus per quotidiana exercitia, demōſtretur doctrina armorū [a], in iactu miſſilium, in tractando ſcuto in vitandis ictibus, vt doceātur ambulare militari gradu, & ordinem ſeruare, locum non deſerere. in acie conſiſtere, & vertere haſtas, equos tractare, ex his pugnare, laborare, decurrere, portare pondus, ſolem & puluerem ferre, arma portare: foſſam ducere, ſudes ſcienter figere, caſtra munire. ordo conſiſtit in dirigendis copiis per legiones, cohortes, centurias, decurias, &c. vt acies diſtincta facilior ſit ad imperia. item in incedendo, vt milites ordinem ſeruent in itinere, in acie, diſtent inter ſe æquali & legitimo ſpatio, non conglobent aut laxent agmen, néve ſit confuſio. Diuidantur per cōtubernia, vt decem ſint vel pauciores ſub vno papilione, & vnus eius contubernij caput.

Coertio circa mores, in continentia cibi & veneris; in modeſtia verborum, veſtium, & factorum. ſint bene armati non graues prouincialibus, obediant; vel ſi duces, recta imperent: abſtinentia, à violentia, rapinis prouincialium remouet. Exempla, dicuntur militaris diſciplinæ præmia, honores, promotiones, opes, data vel propoſita militibus ſtrenuè ſe gerentibus: & pœnæ, delinquentibus. nam ibi ſeueritas exercenda, vbi ab armis rebellio ex indulgentia oriri poteſt. & Clearchi vera vox eſt, Imperatorem à militibus potiùs quàm hoſtem metui debere [b].

*Leges quædam erga hoſtes.*

## CAPVT X.

BELLVM prius indicetur quàm inferatur: vt ſi alia ratione negotium componi poſſit, vel illud euitari, non fiat [c].

2 Si quando acceſſeris [d] ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui ibi eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cúmque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt in ore gladij abſque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate ſunt, omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpoliis hoſtium tuorum, quæ Deus tuus dederit tibi.

3 Quando obſederis ciuitatem [e] multo tempore, & munitioni-

VV j

a *Vegetius li. 1. c. 8.*

b *Val. Max. li. 2. c. 7.*

c *exemplū numero c. 20. ver. 29. & ca. 21. Iudicum c. 11. verſ. 17. & ſeq.*

d *Deutero. ca. 20. verſ. 10. & ſeq. hæc tamen lex, contra populos ethnicos & gentiles non cedentes. at exiſtimo in lege gratiæ, dum de Chriſtianis obſeſſis agitur, melius fieri ſi parcatur occiſioni, ne vnà cū corpore vita æterna animæ malè diſpoſitæ priuentur. iunge infrà rationem ex nu. 4.*

e *Deutero. ca. 20. verſ. 19. & ſeq.*

bus circumdederis vt expugnes eam, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt & non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum. Si autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus, ſuccide & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat[a].

4 Iure veluti gentium inter omnes bellantes ſeruatum, trophæis dedicatiſque Deo rebus parcere. Imò Romani antequam vrbes expugnarent, ſacra certis cantionibus & ceremoniis inde euocabant, ne aliquid in Deum committere viderentur[b].

5 Homo ab homine ſuperatus iure belli poteſt occidi, D. Auguſtinus 1. ſuper Geneſim q.153. Deutero. c.20. quod intelligendum ſi in ipſa acie occidantur, vel ſe dedere nolint: non ſi iam capti ſint, & ita fides re ipſa data ſit de vita, vt neque etiam bannitus quem licet occidere cuique, poſt quam captus eſt ducendus à familia ad quæſtorem capitalium rerum, impunè necari poteſt. Alcia. ad l. pupillus eſt, 239. §. ſeruorum appellatio, de verbor. ſig. Liuius li.7. deca.5. ait, claram victoriã vincendo oppugnantes non ſæuiendo in afflictos fieri. Seneca li.1. de clementia, & æqui boníque natura iubet, vt captiuis parcatur, ratione humani vinculi. l. ſeruus ea lege, de ſeruis export. P. vt & Pyrrhus excelſo animo, etiam λυτρὰ ſeu redemptiones captiuorum Romanorum recuſauit & ſoluit captiuos liberè, dicens, *Quorum virtuti belli fortuna pepercit illorum me libertati parcere certum eſt.* Cicero in officiis.

Apud Sauromatas, vt ſcribit Lucianus, moris fuit, hoſtem captum ſeruare, nec licuiſſe eum occidere qui clamaſſet *Zirim*, quæ vox erat ſe dedentis. vt Homerica ζώγρει, id eſt *viuum me cape*. alij dicunt; vt ait Alciatus loco prædicto, ante quàm captiuus hoſtis in præſidia capientium ducatur, poſſe necari, nempe ſi vellet effugere. Putarem ego non licere ſi vinctus non rebellet propter fidem datam, quæ hoſti etiam ſeruãda, vt dicemus Deo fauente. Immanius eſt, iam receptos in fidem, vt facinoroſos cruciare, & tormentis excarnificare, vt faciunt quidam beſtiis peiores quæ parcunt ſubiectis & proſtratis. Malè etiã audierunt vt inhumani Thulitæ populi, qui captiuos Marti mactabant, vt Galatæ apud Athenæum lib.4. Sunt & his ſimilia crudelitatis exempla in captiuos apud Polybium, de Afris & de Haſdrubale in captiuos Romanos, qui quidē excuſari poſſunt iure belli permittente ſæuire in hoſtes: at accuſari meritò, quòd refrigeſcēte ira belli, inhumaniter ſubditos crudelius habuerint quàm liceat: non conſiderantes bellicam fortunam, nunc in hanc, nunc in aliam partem inclinare poſſe, & poſſe victores in manus eorum qui ſuccubuerunt primùm recidere, vt talionem recipiant.

6 Lex & inter homines perpetua & iuris gentium, quando vrbs belligerantium capta fuerit, victoribus quæri corpora quoque, & pecuniam in victorum poteſtatem concedere.

Xenophon lib.3. Cyripædiæ, & Plato 1. de legib. πάντα τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι.

Liuius lib.21. in Alorici oratione, aurum argentúmque omne, publicum

a *Vitruuius de Rhodijs lib. 2. c.8. Dio. li.42. de Mithridate Traiani triũphũ non euertente.*

b *Macrob. lib. 3. Saturnalio. c. 2. & 3. Vlpia. in l. ſacra loca 9. §. illud notandũ, de rerum diuiſio. li. 1. P. ti. 8. l. cum loca, 36. de religioſ. & ſump. funer. P.*



blicum priuatúmque ad ſe iubet deferri: coniugum veſtráque corpora, ac liberorum veſtrorum ſeruat inuiolata, ſi inermes cum priuis veſtimentis velitis à Sagunto exire. Ariſt. 1. polit. c.4. pactũ conuentum quoddam eſſe ait, in quod omnes conſentiunt, quo quæ bello ſuperantur, victorum poteſtati permittatur. Facit §. itē ea quæ ab hoſtib. de rerum diuiſ. apud Iuſt. l. cum loca, de religioſ. & ſump. fun. P.

Hîc notandum eſt quòd quamuis corpora mulierum & virorum ſint capientium in bello & liceat necare: tamen non ideo licet abuti fœminis, vel ſtupro, vel adulterio hoſtium captarum, vel etiam conſtuprare pueros eorum: vt neque exulem quam bannitam, licet cuiq. impunè occidere. Felin. ad c. cum in eccleſiarum nu.16. de conſtitutio. ratio, quia permiſſum eſt iure belli necare, occidere hoſtes laceſſentes, vt naturali lege aggreſſores: at non eſt permiſſum lege diuina mœchari, imò omnino prohibitum. Dehinc qui adulteratur & mœchatur, non tam alteri quàm ſibi nocet, quia peccatum eſt.

Humanitatis gentium omnium fuit, captiuos ſeu captos non occidere, ac per hoc ſeruare: vnde & ſeruitus perſonalis iure gentium originem & rationem habuit[a].

7 Minimè maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam & parentes, & liberos interficiendos venerit: quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet, ſine ſcelere etiam pręmio adficiendum, omnes conſtituerunt[b].

8 Nemo poteſt impunè hoſtem domi ſuæ retinere[c].

9 Pacta cum hoſte publicè, ab iis qui poteſtatem habent, facta, & leges in illis poſitæ ſeruari debent[d].

Fides quando promittitur etiam hoſti ſeruanda eſt contra quem bellum geritur. D. Auguſt. epiſt. 207. ad Bonifacium, c. noli. 3. §. Hoc primum, 23. q.1. D. Ambroſ. li. officio. 3. c.10. c.23. Innocens. 22. q.4. ſic Gabaonitis Ioſue fidem pacis datam, etiam dolo impetratam ſeruauit, Ioſ. c.9. graue enim fidem fallere. & contra ius gentium & humanam naturam. l.1. de pactis P. l.1. de cõſtituta pecunia in P. dummodo & hoſtis non fregerit primus nobis fidem. Nam frangenti fidem, licet & frangere, c. eſto ſubiectus, 95. diſtinct. c. peruenit, de iure iuran. c. ſi infidelis, 28. q.1. l. cùm proponas, C. de tranſact. vbi interpretes, l. quæro §. inter loca P.

Perfidia ita nunquam probari poteſt, ſimulatio tamen probari ſine datione fidei, probari poteſt[e].

10 Seruij Tullij regis Romanorum lex, inducias eſſe bona fide hoſti ſeruandas, quia ſint ex pacto inter hoſtes[f].

11 Miles aut dux à principe iuſſus militare, ſi pugnam detrectet, capitale ei ſit. Caius Vatienus, qui ne bello Italico militaret ſibi manus ſiniſtræ abſciderat digitos, à ſenatu bonorum publicatione perpetuíſque vinculis punitus: & Traiani temporibus pater, qui ne filius militaret cum inhabilem reddiderat militiæ, deportatus eſt. Valer. Max. ti.6. c.3. Ammian. lib.15.

Multo magis ſi aliis pugnantibus, ipſe cum ſuis ſpectator tantum



a *l.4. & 5. de ſtatu hom. P. §. ſerui autem ex eo appellati ſunt, de iure perſonar. apud Iuſtin. Põpon. in l. pupillus eſt 239. § ſeruorũ appellatio, de verbor. ſignific. Gell. lib.7. c.4.*

b *Marcell. l. minimè, de religio. & ſum. funerum lib.11. P. tit.7. Quint. li.3. inſtitut. c.8 & lib.8. c.5.*

c *Cic.5. in Verrem, pœna celantis & non reuelantis celantẽ, in l. Metrodorum, 40. de pœnis ff.*

d *l.5. § f de pact. P. l.12. P. 28. de capt. P.*

e *Ponuntur exempla in c.21 vtilem ſimulationem, 22. q.2. ex 1. reg. 21. & 4. reg. c.10.*

f *Liuius in 1.*

abſtineat à pugna.nam hoc proditorium cenſetur.

12 Miles dux,non pugnet, etiam ſi putet fœliciter ſucceſſuram reipublicæ pugnam,niſi eius iuſſu qui præeſt in exercitu.

Seuerus ita imperator, veluti proditorem interimi iuſſit lætum, ducem ſuorum militum, qui eo pugnante cum Albino, noluit ipſe pugnæ manum conferre, ſed exitum belli expectabat; donec, falſò tamen, audiuit, Seuerum cecidiſſe, idque vt imperium ſibi vindicaret.Herodian.in 3. Metius Suffetius dux Albanorum, dubiam & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem, repente in acie Tullo Hoſtilio rege Romanorum Fidenas aggreſſo detexit.delecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adiutore ſpeculator pugnæ futurus, vt aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. Cuius proditionis pœnæ fuerunt, vt duabus admotis quadrigis in currus earum diſtentus illigatus Metius fuerit, deinde in diuerſum iter equis concitatis, lacerum in vtroque curru corpus qua inhæſerant vinculis membra portantis, remanſerit corpus,vt ait Liuius in 1.Conſtantius Cęſar edoctus obſeſſo apud Senonas Cæſare Iuliano auxilium non tuliſſe Marcellum magiſtrum equitum agentem in ſtationibus proximis, eum ſacramento ſolutum abire iuſſit in larem,vt ait Ammianus lib.16.

Auidius Caſſius imperator iuſſit in crucem tolli centuriones, qui cum pauca manu eo inſcio tria millia Sarmatarum in Danubij ripis negligentius agentium occidiſſent,dicens,euenire potuiſſe vt eſſent inſidiæ,ac periret imperij Romani reuerentia, vt ait Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio.

Poſthumius dictator A.Poſthumium filium, quia non ſuo iuſſu, ſed ſua ſponte egreſſus hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri iuſſit. vt ſcribunt Liuius in 4. Gellius libro 17.ca.f.Diodorus Siculus libro 12. Valerius Maximus libro 2.ca.7.Manlius quoque Torquatus, Latino bello conſul, filium, quòd prouocatus à Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum ſe ignaro deſcenderat glorioſam victoriam & ſpecioſa ſpolia referentem, abripi à lictore, & in modum hoſtiæ mactari iuſſit:ſatius eſſe iudicás patrem forti filio, quàm patriam militari diſciplina carere, vt ait Valer. Max. prædicto loco. Liuius lib.8.Gellius & alij.

13 De præda diuidenda diuerſæ leges, Dei vna, poſt expugnationem vrbis omnem prædam exercitui diuides[a].

[a] Deuter.c.20. verſ.14. Ioſue c.22. verſ.18. ibi, Diuidite prędam cum fratribus veſtris.

Æqua & lex à facto Dauidis in Iſrael, vt æqua ſit pars prædæ poſt victoriam pugnantium,& eorum qui remanſerint ad ſarcinas, 1.Regum ca.30.verſ.24,& ſeq.quæ lex pendet ex lege Moſaica numero c.31.quo loci deuictis Madianitis, Moyſes prædam omnem in cumulum referri iuſſit, & eam diuiſit pugnantibus & reliquæ multitudini, item quinquageſimam partem Leuitis, quanquam in verſ. 53. dicatur vnuſquiſque quod in præda rapuerat ſuum erat, quod intelligi poteſt, vt ſit quidem acquirentis, ſed poſtea debeat duci tradi pro diuiſione facienda,& ſic etiam docet Panor.obſeruari, ad c.ſicut 29.Num.7.de iureiura.facit ca.25. dicat, 23.q.5. & æqualiter inter eos diuidatur.





Iuris militaris autem dicitur prædæ deciſio, & pro perſonarum qualitatibus & laboribus iuſta diuiſio,ac principis portio,ca.ius militare 10.ſub.1.diſtinctio.quemadmodum decimæ dicuntur epiſcopi, ſed ille tenetur ſingulis prout laborant in vineaDomini diſtribuere, ca.conceſſo,ca.vulterranæ, ca.quatuor, 12.q.2.ita iure ciuili capta ab hoſtibus fiunt principis, vel reipublicæ, vel in fiſcum rediguntur.l. diuus,de iure fiſci P.aut plublicantur,id eſt populi dominio adſcribuntur.l.ſi captiuus,§.1.de captiuis, P.quare & qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit,lege peculatus Iulia tenetur in quadruplum.l. is qui prædam,13.ad leg. Iul. pecula.li.48.P. ti.13. poſtquam,inquam, facta fuit principis.quæ facilè in rebus modicis militibus diuiditur, vel in obſeſſione ciuitatis interdum militibus promittitur, vt alacrius pugnent vel ſpe lucri.

Lex videtur fuiſſe antiqua Francorum, vt præda à militibus in vnum locum deferretur & poſtea inter ducem ſeu regem, & milites ſorte diuideretur: quod docet Aimonius libro de geſtis Francorum ca.12.

14 Legati etiam hoſtium inuiolabiles ſint,nec iniuria afficiantur. Nonne legati inter hoſtes, vt ait Cicero 1. actione in Verrem, incolumes eſſe debẽt: & Pomponius iuriſconſultus l.ſi quis legatum, 17.de legationibus libro 50.P.tit.7. Si quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur: quia ſancti habentur legati. Et ideo ſi cùm legati apud nos eſſent gentis alicuius, bellum cum illis indictum ſit: reſponſum eſt liberos eos manere: id enim iuri gentium conuenit eſſe. Itaque eum qui legatum pulſaſſet, Qui. Mucius dedi hoſtibus, quorum erant legati ſolitus eſt reſpondere. Varro 3.de lingua Latina, ſancta ſunt,inquit,corpora legatorum, id eſt ab iniuria hominum defenſa atque munita.nam & ſanctum dictum à ſagminibus, ſunt autem ſagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos violaret: quemadmodum legati Græcorum ferebant ea quæ dicuntur cerycia,ſicut reſpondit Marcia. iuriſconſ.in l.ſanctum, 8. de rerum diuiſio.libro 1.P.ti.8.Ideo Corinthum à Romanis refert Cicero pro lege Manilia fuiſſe euerſam,quòd legati Romani duriùs à Corinthiis appellati eſſent; & contra Mithridatem quòd legatos Romanorum necaſſet.Qui legatos, oratores,comitéſve eorum pulſaſſet lege Iulia de vi publica teneri reſpondit Vlpia.in lege Iulia 7.ad leg.Iuliam de vi publica lib.48.P.

Si quid inter gentium bellica ſtatuta præſtans ſit, illud eſt præſtantiſſimum fœciales conſeruare inuiolabiles: ſunt enim internuncij quibus vtrinque hoſtes ad pactiones & pacem venire,& captiuorum redemptiones,mortuorum ſepulturę expediri commodius poſſunt, quos ſi violari patiantur hoſtes, futurum eſt vt immortalis & ferina ira & calamitas perpetuò inter homines perſeueret.

15 Mos belli in deditione facienda, humanè & ex iure æquitatis ſeruari debet.

Sic enim parcendum eſſe ſeſe dedentibus & manus ſubmittentibus, ad humanitatem iure gentium receptam ante docuimus. Mo-

rem ſe dedendi nationes diuerſum habuerunt. Nam apud Lacedæmonios & Grecos ſignum victoriæ traditæ, erat, per præconem corpora interfectorum ad ſepulturam petere, eáque confeſſione hoſtes tanquam victores ſignum dabant parcendi, vt ſcribit Iuſtinus lib. 6. hiſtoriæ ex Trogo.

*De inducijs ſeu treuga & fœderibus quædam.*

## CAPVT XI.

*a l. poſtliminiũ, 19. §. induciæ de captiuis. P.*
*b Gellius li. 1. c. 25.*

INDVCIAE ſunt, cùm in breue & præſens tempus conuenit inter belligerantes ne inuicem ſe laceſſerent[a]. Varro libro humanarum rerum, qui eſt de bello & pace, inducias dicit pacem caſtrenſem paucorum dierum, belli ferias, & vt Gellius addit[b], *Induciæ non ſunt pax: bellum enim manet, pax ceſſat, & inducias inde arbitramur dictas, quaſi inde vti iam. Pactum induciarum enim huiuſmodi eſt vt in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur, ſed ex eo die poſtea vti iam omnia belli iure agantur. atque Aurelius Opilius in 1. librorum quos muſarum inſcripſit, inducias definiuit, cùm hoſtes inter ſe vtrinque vtroque alteri ad alteros impunè & ſine pugna ineunt, vt nomen factum videatur quaſi intus & introitus.*

2 Induciæ ita veluti ſuſpenſiones ſeu intermiſſiones armorum ſunt, in quibus non ſecus quàm in pace conditiones pactitiæ accedunt, ſed temporales, definito vel breui vel longo tempore, & adiectis aliis legibus prout conuenerit. Sic Veientibus petentibus inducias, datæ ſunt à Romanis quadraginta annorum, frumento ſtipendióque imperato[c]. Et antè tempore Romuli idem Veientes petitum pacem Oratores Romam miſerunt, verùm agri parte multatis in centum annos induciæ datæ.

*c Liuius lib. 2. ab vrbe condita.*

Iſdigeodes etiam Perſarum rex vt cognouit ſe curatorem imperij & vitæ Theodoſij iunioris ab Archadio imperatore datum, re ea minimè neglecta, virtutis admirandæ nouum edidit ſpecimen, pace namque prolixa, centum annorum induciis cum Romanis initis, imperium Theodoſio quominus periclitaretur, conſeruauit[d].

*d Nicephor. Callixt. lib. 14. hiſtor. eccleſia. c. 1.*

3 Legimus apud Liuium quatuor fuiſſe releuandi belli modos, & genera diuerſa vel firmitate vel forma, vel tempore, per fœdus, pactionem, ſponſionem, inducias. Multis fœdus negatum, induciæ datæ; vt Samnitibus apud Liuium[e] biennij induciæ denegato fœdere à populo. *& pax Candina*, inquit idem, non fœdere ſed per ſponſionem facta eſt, quia fœdus non poterat fieri ſine fæcialibus ceremoniáque ſolemni. fœdus firmus erat pactione: pactio ſtabiliorum ſponſione, minus & induciis. Fœdus iuſſu populi, authoritatéque ſenatus fiebat, & non arbitrio ducum ſeu imperatorum Romæ tempore democratiæ: aut iuſſu regis, vt tempore Tulli apud Liuium in 1. Eſt quidem fœdus pactio ſocietatis, at non ſimplex, ſed vt dixi iuſſu populi, & ſenatus authoritate aut principe firmata, neque ad tempus, ſed in perpetuum: neque per ſponſores datis obſidibus, ſed per fæcialem, publicum populi Romani nuncium, ſolemni precatione adhibita, verbis conceptis. dictis enim & recitatis legibus conuentis pro fœdere, ſic dicebat Fæcialis, *Audi, Iupiter, audi pater patrate*, puta, *populi Albani, tu populus Albanus, vt illa palam prima, poſtrema ex illis tabulis, cerâve recitata ſunt, ſine dolo malo, vtique ea hîc hodie rectiſſimè intellecta ſunt, illis legibus populus Romanus non deficiet prior: ſi prior defexit publico conſilio, dolo malo, tum me, Dieſpiter, populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam, tantóque magis ferito, quanto potes polléſque.* ídque vbi dixerat porcũ ſilice percutiebat. Albani quoque ſuum iuſiurandum per ſuum dictatorem, ſuúmque ſacerdotem peragebant, vt hæc & fuſiùs ponit formulam Liuius libro 1. dum de fœdere Albanorum & Romanorum agit ex libro 9. & 30. Suetonius Tranquillus in Claudio, cap. 25. Polybius verò formulam iuriſiurandi fœderis tradit in 3. Iacebatur aliquando cum obteſtatione ſimpliciter lapis, è manu fæcialis, aliquando ferrum candens in mare. Quæ omnia erant veluti diuini numinis inuocationes & iuramenta, vt firmiora viderentur fœdera. nam iurata erant potentiora: iurabant autem maiori religione & ſolemnitate qua poterant, & magis reuerendam arbitrabantur.

*e Liuius lib. 9.*



Sic Gabaonitæ fœdus ineuntes cum Ioſue, iuramento fuerunt tuitiores. fecit enim Ioſue cum eis pacem, & inito fœdere, pollicitus eſt vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis, & non percuſſerunt eos, quamuis vſi fuiſſent Gabaonitæ fictione ad extorquendum fœdus, quia eis iuraſſent principes populi in nomine Domini Iſrael[a]. Lydij & Medi fœdus à bello recedentes, Græcorum ritu inierunt, tum feriendo brachia, quâ illa humeris connectuntur, ac mutuum ſanguinem delingendo iureiurando confirmarunt, & reconciliationi addiderunt affinitatem, decernentes ab Halyatte Arienam filiam Aſtyagi Cyaxaris filio nuptum dandam, quoniam ſine vehementi neceſſitudine conuentiones ſtabiles iniri nequeunt, vt ait Herodotus libro primo.

*a Ioſue c. 9.*

4 Menippus Antiochi regis legatus[b], fines fœderum varios eſſe putabat. Et dicebat legationem ſuam Romanis exponens ignorare ſe, quidnam perplexi ſua legatio haberet cùm ſimpliciter ad amicitiam petendam iungendámque ſocietatem veniſſet.

*b Liuius li. 34.*

Eſſe autem tria genera fœderum quibus inter ſe paſciſcerentur amicitias ciuitates regéſque: vnum cùm bello victis dicerentur leges: vbi enim omnia ei qui armis plus poſſet, dedita eſſent, quæ ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipſius ius atque arbitrium eſſe. Alterum cùm pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tunc enim repeti

reddíque per conuentionem res, & ſi quarum bello turbata poſſeſſio ſit, eas aut ex formulis iuris antiqui, aut ex partis vtriuſque commodo componi. tertium eſſe genus, cùm qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſocietati fœdere inter ſe iungendam coeũnt, eos neque dicere, neque accipere leges: id enim victoris & victi eſſe.

5 Primum genus fœderis eſt, veluti ex arbitrio victorum qui dedititiis, vel ſubactis inuitis etiam leges imponunt iure victoris ſuperioriſque poteſtatis. In fœdere quo Porſenna leges dedit populo Romano regibus expulſis, illud erat ne ferro, niſi in agricultura vterentur, vt ait Plinius libro 4.ca.4. Quale fuit edictum Philiſtinorum in Iudæos ſibi ſubditos, ne eſſet faber ferrarius in Iſrael, aut arma.1.regum ca.13.verſu 19. Sicut Apuli ita in ſocietatem à Romanis accepti, vt non æquo fœdere, ſed in ditione populi Romani eſſent. Móſque fuit vetuſtus Romanis, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum vti, quàm omnia diuina humanáque dediſſet, & obſides accepti, armáque adempta, & præſidia vrbibus impoſita fuiſſent [a]. Formula illa deditionis, ſeu fœderis hæc à Liuio in primo proponitur. *Rex interrogabat legatos populi ſe dedentis. Eſtíſne vos legati oratoréſque miſſi à populo, vt vos populúmque dederetis? ſumus. Eſtne populus in ſua poteſtate? eſt. Deditíſne vos populúmque, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuináque omnia in meam populíque Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.*

a *Liuius li.28.*

Efficiebantur vt plerunque iſti populi qui ſe dediderant tributarij ſi armis ad deditionem compulſi fuiſſent, ad impetrandam in poſterum pacem, & fœdus ſeu ſubiectionem pacificam. Interrogabantur autem vt in formula prædicta apparuit, num eſſet populus in ſua poteſtate. Siquidem deditione non poteſt fieri præiudicium domino populi ſe dedentis, eo non conſentiente, vel victo. Ita tributarias ſibi nationes fecerunt filij Iſrael, quas deuictis regibus aliarum non omnino ſibi ſubiecerunt [b]: Alexander quoque [c] & Romani [d]. Tamen hoc intereſt inter deditas & ſubactas, quod deditæ ſponte adhuc arma tenentes ceſſerunt, conditionibus pro pace impetratis ex arbitrio, ſeu voluntate ſuperiorum & fortiorum. At ſubactæ omnino illæ dicuntur, quæ ſine vlla deditione armis venerunt in ditionem inuitæ victorum.

b *Ioſue ca.16. & 17. & Iudic.1.*
c *1. Machab. c.1.*
e *1. Machab. c.4.*

6 Refert etiam multum inter deditios & ſe committentes protectioni alicuius, quòd deditij nullam ſibi reſeruant poteſtatem, aut authoritatem & pleno iure ſe ſubiiciunt, iis quibus ſe dedunt. At qui ſe committunt in protectionem, non ideo amittunt libertatem, & poteſtatem propriam, nec mutant dominum, ſed auxilio protectoris vltra ſe munire & defendere ſatagunt, nec protectio aduocata alterius eximit protectos à proprij domini poteſtate, quanquam protectionis nomine beneficium, aut penſio ſiue cenſus protectori præbeatur [f]. Nam cauſa protectionis, non habet ius dominij, queadmodum

f *c.ex parte,18 & c.ſecerimus 8.de priuileg. lib.5.tit.33.*



modũ, nec auxiliarij milites mercenarij ideo reip. domini ſint, quod ſtipendio ad auxilium & opem, & protectionem noſtram aduocentur.

Neque officiunt exempla, quibus docetur aliquos ex protectionis officio, tranſiſſe in vſurpationem poteſtatis. nam aliud eſt inuadere poteſtatem, aliud protegere: quanquam certè proximus gradus ſit iuuaſio poſt protectionem, maximè ſi ea non ſit tempore definita: apud eũ enim, inquit Ariſtoteles, ſępe in politicis, apúdq; arma pręualent. ſolet etiam eſſe adminiſtratio reipublicæ & poteſtas imperandi: eáque ratione inuaſerunt tyrannidem rectores, armis iam facti ſuperiores. Cautio itáque erit adhibenda his qui extranei principis protectionem quærunt, vt ita protectionis capitula componantur, ne ex illis occaſio ſubiectionis potiùs quàm protectionis ſuboriatur.

7 Deditio duplex eſt, vna quæ fit in modum ſupplicum ſine pactione; quando & ſe ſua omnia diuina & humana dedunt, & in arbitratum eorum quibus ſe dedunt. vt Faliſcorum legati in ſenatu deditionem fecerunt apud Liuium in 5. Et Aduatici ſeſe Cæſari dedentes, ſe ſuáque omnia Romanorum poteſtati permittere dixerunt [a]. Quo caſu qui ſe dedebant arma abiicere & tradere iubebantur, ſalutem petentes [b], & ſæpe pacta adiiciebantur, vt armis traditis & equis abirent ſe dedentes tantum cum ſingulis veſtimentis, promiſſis vel datis certis numis, vt eſt apud Liuium lib.22.& 23.de Nuceria ab Annibale obſeſſa.

Interdum nihil pacti hoſtes fidei ſe non poteſtati Romanorum dedebant: per quam formulam non licebat in eos ſæuire, quemadmodum licebat dum tantum ſe poteſtati dedidiſſent. Quod explicat Liuius lib.42.cum de deditione Ligurum agit, & Valerius Maximus lib.6.c.5.cùm de deditione Faliſcorum facta Q. Luctatio cõſuli agit. Alia erat pactitia deditio quæ conſeruat ciuitates, ſi priuſquam aries murum percuſſerit fiat, vt reſpondit Cæſar Aduaticis lib. 2.de bello Gallico. facit & c.20. Deuteronomij.

a *Iul. Cæſar li. 2. de bello Gallico.*
b *Iul. Cæſar li. 3. de bello ciuili, vbi agit de deditione militum Pompeianorum, & lib. 3. de bello Galli. dum agit de Sontiatum deditione. Liuius lib.40. dum agit de Montanorũ Ligurum deditione, & lib.6. de Volſcorum deditione.*

Sed hæc de primo genere fœderis per deditionem dicta ſufficient: de ſecundo pauca aliud genus fœderis dicitur, æquum ſeu æquale, reciprocum ambarum partium, quando populus qui nullius alterius poteſtati eſt ſubiectus, æquo fœdere in amicitiam venit: cùm ab vtraque parte cauebatur, & pari iure ſocietas vtrinque & amicitia ſtabiliebatur. Quale illud Annibalis cum Locrenſibus, quibus iuſſu Annibalis pax data, vt liberi ſuis legibus viuerent, vrbs pariter & portus in poteſtate Locrenſium eſſent: ſocietas eo iure ſtaret, vt Pœnus Locrenſem, Locrenſem Pœnus bello ac pace iuuaret [c].

Inter Lacedæmonios & Athenienſes fœdus initum, & percuſſum, cum ſociis iureiurando comprobatum ad annos 50. [d] *Quod ad templa publica pertinet, licere cuicunque velit tutò ire oraculum conſulere more maiorum terra & mari. fanum verò Apollinis quod erat apud Delos, & ipſos vti ſuis legibus, vectigalibus iudicijs, & ſe & quos in ſua ditione haberent more patrio. Eſſe porro fœdera annos quinquaginta Athenienſibus & vtrorumque ſocijs pura & innoxia, vel terra vel mari. Nec licere*

c *Liuius.*
d *Thucydides lib.5.*

*neque Lacedæmonijs, neque Athenienſibus eorúmve ſocijs, arma ſibi inuicem inferre detrimenti cauſa vlla, vel arte, vel machinatione. Si quid inter ipſos controuerſiæ exiſteret iure agendum, & iureiurando prout conuentum erit.* Additur de quibuſdam poſtea non admittendis, & admittendis in fœdere & ſocietate ciuitatibus, de reddendis, item vtrinque aliis, & de reddendis, vtrinque captiuis, & mittendis è carceribus, de iuranda pace prædicta per ſingulas ciuitates iuramento, quod apud ſingulas ciuitates maximum eſſet, & de renouando eo quotannis ab vtriſque & erigendis titulis lapideis in Olympiis, Pythiis, Iſtmio, & Athenis intra vrbem, & Lacedæmone in Amycleo. Verba iuramenti hæc præſcripta: *Sto his pactionibus, & his pactionibus iuſtè & purè, vel ſine dolo non captioſè.* Addita & clauſula quæ etiam neceſſaria eſt in fœderibus. *Si quid autem alterutris in mentem non venit, & ſi quid rationibus diſcuſſum æquum vtriſque viſum ſit, hoc commutari quacunque in parte vtriſque videatur, Lacedæmoniis & Athenienſibus.*

Ferè ſimile fœdus initum à Iuda Machabæo cum Romanis, cuius verba [a], *Si inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſocijs eorum, in omni dominatione eorum: auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit corde pleno. Et prælantibus non dabunt, nec ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab iis accipientes. Similiter autem & ſi genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo prout eis tempus permiſerit, & adiuuantibus non dabitur triticũ, arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum abſque dolo. Quòd ſi poſt hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo, & quæcunque addiderint, vel dempſerint rata erunt.*

a *Machab. ca. 8. verſ. 24. & ſequent. Vide & de his fœderib. Rom. & Iudæorum Ioſephum, li. 12. antiqui. Iudaic. c. 17. li. 13. ca. 17. & li. 14. c. 16.*

Adiectum & in fœdere cum Rhodiis à M. Marcello & Seruio Sulpitio renouato pro Romanis, *Vt eoſdem amicos & inimicos fœderati haberent* [b], *datáque & hæc conditio Ætolorum legatis* [c].

Aequũ fœdus pares habet leges, neq. patitur ita cõfœderatos alios aliis dominari, de quo fœdere Æneas apud Virg. lib. 12. Æneid.

*Non ego nec Teucris Italos parere iubebo.*
*Nec mihi regna peto: paribus ſed legibus ambæ*
*Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittam.*

b *Colligitur ex epiſt. Lentuli ad Senatum populúmq. Rom. li. 12. epiſt. familiar. Ciceronis.*
c *Liuius li. 37.*

9 Cauendum eſt iis qui firma & æterna deſiderant eſſe fœdera, vt adiiciatur in legibus, *Vt etiam ad poſteros tranſeat.* Nam ob illam omiſſam clauſulã, mortuo Tarquinio Priſco, qui fœdus icerat cum Latinis, Turnus Hardonius contendebat cum perſona eius extinctum fuiſſe [d]. Et Dem. oratione de falſa legatione, valde laborat in tollendo fœdere inito ab Athenienſibus cum Philippo, cui adiunctum eſſet, vt etiam poſteris pax eſſet. *Nam*, inquit, *cum viro mortali, & propter tempora quædam potenti, pace immortali decernenda, vrbi eſt opprobrium, & ſpoliare, non modò aliorum, ſed etiam fortunæ beneficijs rempublicam.* & deceptos Athenienſes ab Æſchine addit in adiectione, *& poſteris.*

d *Dion. Hal. in 4.*

10 Tertium genus fœderis eſt, quando addita eſt clauſula, qua *alterius populi maieſtas conſeruari iubetur*, de altero ſiletur: nam tunc ille populus in ſuperiore cauſa conditionéque ponitur, cuius



cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur. *Obſeruari comiter* dixit Cicero [a]. Liuius [b], *Sine dolo malo*, in conditionibus pacis Ætolis datę, in qua ſcriptum, *Imperium maieſtatémque populi R. gens Ætolorum conſeruato, ſine dolo malo.* Proculus iuriſconſultus explicat [c], *Liber populus*, inquit, *eſt is qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubiectus, ſiue is fœderatus eſt: item ſiue æquo fœdere in amicitiam venit, ſiue fœdere compre henſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter conſeruaret, hoc enim adijcitur vt intelligatur, alterum populum ſuperiorem.*

a *Pro Balbo.*
b *Liuius lib. 38.*
c *in l. non dubito, 7. §. 1. de captiuis. li. 49. P. ti. 15.*

11 Sed de fœdere hactenus. de pactione nunc, quæ quamuis etiam in fratre conſideranda ſit, tamen ſeorſum ſimplex poteſt ſeparari à fœdere; non magis quàm in conuentionibus, pactum ſimplex & quodammodo iure ciuili infirmum ad producendam obligationem, ſeparatur à conuentionibus quæ tranſeunt in proprium nomen contractus [d]. dantur ideo obſides ad firmandam illam pactionem ſimplicem donec fides impleatur eorum quæ pactis continentur [e].

Quando inter Porſennam & Romanos actum eſt de pace, conditiones appoſitæ de agro Veientibus reſtituendo, expreſſáque neceſſitas Romanis obſides dandi, ſi Ianiculo præſidium deduci vellent [f].

d *l. iuriſgentiũ de pactis P.*
e *vt in c. ex reſcripto 9. de iureiuran. lib. 2. ti. 24. ca. vt pridem 23. q. 8. l. obſides, qui teſta. facere poſſ. P. l. Diuus de iure fiſci.*
f *Liuius in 2.*

12 Sponſio in tractatione fœderis, eſt ſimplex verborum promiſſio, in hoc infirmior pactione quę firmatur obſidibus; & fœdere, quod conſtat ſolemnitate & iuramento. Dicebatur ſponſio quæ fiebat à magiſtratu ſeu duce exercitus propria authoritate, ſine iuſſu principis aut populi aut authoritate ſenatus. quam princeps aut populus non tenebatur ſequi, ſed liberabatur ab eius vinculo, ſi modò dederet hoſtibus eum qui ſua propria authoritate ſpoponderat. & ita infirmabatur facilè. Quemadmodum T. Grachus C. Mancini quęſtor Numantinis deditus, quibuſcum ſine ſenatus authoritate, fœdus icerat [g].

g *Cicero 3. officior.*

Et rectè certè cùm belli & pacis authoritas ſit penes principem, aut penes habentes democratiam, aut ariſtocratiam, nõ penes duces. Et ſenatus M. Clodium Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit, quem ab hoſtibus non acceptum in publica cuſtodia necari iuſſit: & lęſa maieſtate imperij eius factũ reſcidit, libertatẽ ademit, ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris, & deteſtanda Gemoniarum ſcalarum nota, fœdauit [h].

h *Valerius Max. lib. 6. c. 3 Ammia. Marcellinus li. 14. Zonar.*

13 Fœdera magnam habent iure gentium firmitatẽ, ſaltem non minorem quàm contractus inter priuatos [i].

Sícque Demoſthenes vel alius Hyperides eius nomine, in oratione de fœdere Alexandræo vehementer ait probandos, qui exhortantur & iubent, vt pactis conuentis ſtemus. liberum enim populum, nihil perinde decet, æquitatis & iuſtitiæ ſtudium.

i *lex hoc iure. de Iuſtitia & iur.*

*De victoria.*

## CAPVT XII.

POST pugnam victoria aut clades: & ſicut inter bellum, & in ipſo bello & pugna cõſilio & prudentia egent principes, ſic & poſt pugnam ſi victoria ſuperiores ſint, aut ſi ſuperati, cladem acceperint.

1 Et quia victoria eſt ferè ſemper inſolens & ſuperba[a], & ſæpe nimiùm læta, iam inſtante præcipitio ex quo victores in partes eorum qui antè victi ſunt tranſeunt, iure ſuo, nonnulla miles ab imperatore, plurima verò ſibi fortuna vindicat[b]: fortuna plurimùm poteſt, inquit Iulius Cæſar,[c] tum in reliquis rebus, tum potiſſimum in bello, & paucis momentis magnas rerum commutationes efficit. Æſchines[d] quoque rerum bellicarum facta eſſe fortunæ & imperatoris ait. In ſuaſoris autẽ & legati manu nihil præter beneuolẽtiã in ciues ſuos & verba. Dico ego hîc fortunam, permiſſionem Dei, qua nunc qui vicerunt vincuntur, vel quia neſciunt vti victoria, vel quia Dei ira adhuc non quieuit, quæ in flagello belli vltionem à populo expetit: quemadmodum quo tẽpore vniuerſi ex Iſrael arma ſumpſerunt contra tribum Beniamin, victi fuerunt cum infinita clade, & tertio certamine euaſerunt victores, vt propemodum omnes Beniamitæ interierint.[e]

a *Cicero pro Marcello.*
b *Aemilius Probus, in Thraſibulo.*
c *Iul. Cæſar 3. de bello Gall. eadem Iſocrates in Archidamo.*
d *Aeſchines ora. περὶ παραπρεσβ.*
e *Iudic. c. 20.*

Sæpe victi & fugati Hebręi, tandem & ipſi victores: Dei certè eſt victoria & ei tribuenda laus eius: quia non eſt difficile Domino ſeruare vel in multis, vel in paucis[f]. ſcimus ingentes exercitus exigua manu ſuperatos, & plerunque accidiſſe, vt qui victoriam iam ſe putarent adeptos, in manus hoſtium turpiter peruenerint, vindicat ſe Deus de inimicis ſuis per inimicos ſuos: nuncque in hanc, nunc in partem inclinat victoriam, & animi ſic victoribus adduntur, vt iterum pugnent, & à victis iterum vincantur, donec expientur peccata populi, quæ prouocarunt Dei iuſtam indignationem.

f *Reg. c. 14. verſ. 6. 2. Paralì. c. 14. verſ. 11. Geneſ. 14.*

2 Cùm igitur victoria pendeat ex Deo, meritò ea adepta, non ſibi princeps inſolenter, aut viribus populi attribuere debet: ſed gratias Deo quas poterit, eáſque ſolennes reddere, quod Ethnici alieni à cognitione veri Dei, teſtati facto ipſo ſunt, ad puluinaria ſupplicationes ſuorum deorum publicas inſtituendo, vt ob præclaras pugnas quæ Iulio Cæſari in Gallia contigerant quindecim dierum Romæ ſupplicatio decreta, Cicero quoque C. Octauio in Senatu ob res fœliciter geſtas quinquaginta dierum ſupplicationes decreuit.

Et Brutus ob profligatũ Antonium bello Mutinẽſi, totidẽ dierum ſupplicationes meruit, in quibus grandes natu matres manibus amplexæ, & viri ſemotim coronati procedere & cum bonis acclamationibus & bonis ominibus ad templa conuenire, & diis ſuis quos veros putabant, gratias agere ſolebant.[g]

g *vide Alex. ab Alexandro lib. 5. genialiũ dierum c. 30.*

Sic obtruncato à militibus tyranno Maximino, filiis & amicis eius, delatíſque capitibus Romam hoſtilibus, nulla fuit ætas quæ non ad aras & templa feſtinaret, vt ait Herodianus[h].

h *in 8.*

Cæſo



Cæſo Holopherne manu muliebri & victoria ſequuta, Iudæi omnes veneruntHeroſolymam adorare Dominum, & obtulerunt holocauſta & vota, Iudic. c. 15. Eaſdem gratiarum actiones Ioſaphat ſoluit rex, cum omni exercitu, poſt obtentam victoriam contra Idumæos, Moabitas, & Ammonitas 2. paralip. 20. Idipſum fecerunt Machabei & Hieroſolymitani, de magnis periculis liberati[a]. Conſtantinus magnus, victo Maxentio & Licinio[b]: vt & Alphonſus Aragonius, inſigni victoria matutino tempore ad Troiam potitus, non prius arma deponere, & corporis ſui curã habere voluit, quàm gratias Deo pro fœlici ſucceſſu haberet[c]. Similiter & egerunt alij plures Chriſtiani principes.

a *2. Machab. c. 10.*
b *Euſeb. & Nicephor. lib. 7. c. 46.*
c *Ludouicus Dominicus lib. 1. variæ hiſtor.*

3 Sunt qui probarunt poſt victoriam adeptam ſeueritatis exemplũ in victos, vt in poſterum ipſi & alij deterrerentur à bello contra victores mouendo & à reſiſtendo, vt quãdo Romani ciuitates capiebant non homines modò occidere, ſed canes diſſecare, & aliorũ animantium membra ſolebant, donec teſſeras, vel ſymbolum milites acciperent deſiſtendi à nece, quod, inquit Polybius[d], faciebant terroris incutiendi cauſa.

d *Polyb. in epitome lib. 10.*

Sic Dauid poſtquam dimicaſſet aduerſum ciuitatem Rabbath, & cœpiſſet eam, prædam ciuitatis aſportauit, populum quoque eius adducens ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta: diuiſítque cultris, & traduxit in typo laterum. ſicque fecit cunctis ciuitatibus filiorum Ammon[e].

e *2. regum c. 12 verſ. 30. & 31.*

Ioannes magnus[f] refert Alaricum Viſigothorum regem breui tẽpore poſt expugnatam Romam periiſſe propter diuinum furorem ob nimiam Gothorum clementiam prouocatum, quòd ſuperbam nimium Romanorum laſciuiam & blaſphemam, non ſatis caſtigaſſet, parcens nimium populo & ædificiis: quod videtur Oroſius[g] firmare dum de ea inuaſione ſcribit. *Et ne quiſquam fortè dubitaret*, inquit, *ad corruptionem ſuperbiæ, laſciuiæ & blaſphemiæ ciuitatis, tantum fuiſſe permiſſum eodẽ tempore clariſſima vrbis loca, fulminibus diruta ſunt, quæ inflammari ab hoſtibus nequiuerunt.*

f *Ioannes magnus li. 15. c. 11.*
g *Oroſius li. 7 c. 28.*

Reprehenſus regnóque priuatus Saul, quòd non occidiſſet Agag & omnia viuentia Amalechitarum. 1. reg. c. 15.

Reprehendit Deus quoque intempeſtiuam miſericordiam regis Achab, in cuius manus victoriã de Syris poſuerat, audiuitque à propheta verbis Domini, poſtquam pepercisſet Benadad regi Syriæ, *Hæc dicit Dominus, quia dimiſiſti virum dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius & populus tuus pro populo eius.* 3. reg. c. 20. quæ tamen exempla non ſunt trahenda in concluſionem generalẽ, eo quòd ibi mandatum erat Dei expreſſum, de necandis huiuſmodi hoſtibus, cuius tantùm miniſtri conſtituebantur reges & redarguuntur, non quòd non necauerint ſolùm, ſed quòd non fuerint obedientes mantis Dei.

4 Alij non crudeliter in ſubditos ſæuiendum, ſed poſt victoriam humanè & miſericorditer ſe gerendum in victos rectius exiſtimarũt, & plus poſſe beneuolentiam & clementiam quàm trucem & atrocem vindictam arbitrati ſunt.

In primis enim princeps recordari debet, ſe eſſe Dei ſimulacrum in terra,& eius partes gerere,& poteſtate à Deo conceſſa vti: nihil autem eſt quàm ſic Dei, ſimiles faciat vt malignis, atque lædentibus eſſe placabilem, qui facit oriri ſolem ſuum ſuper bonos & malos[a]. Grauius autem eſt diuinam quàm humanam offendere maieſtatem: omnes quotquot ſunt homines, ſiue accidentali qualitate principatus, vel ſacerdotij, vel alterius qualitatis inſigniti, offendunt quotidie diuinam illam ſummam maieſtatem peccatis, quæ ratione eius qui offenditur merentur infinitam pœnam: & tamen nemo eſt qui poſtquam peccauerit, & iam flagellis Dei arctari & vinci conſiderauerit, non recurrat ad eius infinitam clementiam, & nolit ſibi indulgeri: & proinde à ſe ipſo edoctus, quantumuis grauiſſimè à ſubditis, vel ſociis offenſus, debet ſubditis parcere, & deuictis clementer vti, maximè ſi velit ſuorum delictorum veniam à Deo conſequi. Nam iudicium fiet ei ſine miſericordia qui non erit miſertus alterius[b]. Quotidiana prece à Deo inſtituta edocti id fuimus, *Dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*[c]. Et miſericordia Domini ſuperexaltauit iudicium,& ſuper omnia opera eius eſt[d].

a d. Math. c. 5.
b Mathei c. 18
c d. Math. c. 6.
d Eccleſiaſtici c. 18.

Crudelis & immanis meritò hoſtis habendus, & ab omni Chriſtiana charitate alienus qui in ſuos per victoriam factos, more rabidæ feræ ſæuit, imò & oppida, vrbes & quæ ſibi nocere nequeunt, deſtruit. Longè regalius eſt vt pote paternum, homines conſeruare quàm interimere, vrbes condere quàm deſtruere, in quo laudatur meritò à Syllio Italico[e] M. Marcellus, qui ſe temperauit ab his immanitatibus, Syracuſarum ciuitate potitus.

e. Lib. 14.

*Auſonius ductor*, inquit, *poſtquam ſublimis ab alto*
*Aggere deſpexit trepidam clangoribus vrbem,*
*Inque ſuo poſitam nutu, ſtent mœnia regum*
*An nullos oriens videat lux craſtina muros,*
*Ingemuit, nimiúmque viris tantúmque licere,*
*Horruit, & properè reuocata militis ira*
*Juſſit ſtare domus, indulgens templa vetuſtis*
*Incolere atque habitare deis. Sic parcere*
*Victis pro præda fuit, & ſeſe contenta, nec vllo*
*Sanguine pollutis plauſit victoria pennis.*

Celebre exemplum etiam trucis inimici Totilæ Gothorum regis. capta enim Roma, ineunti Totilæ templum, Pelagius diaconus occurrit, Chriſti euangelia in manibus geſtans, ac genibus poſitis ſupplicabundus, parce, inquit, ô princeps tuis. cui ille cachinnans reſpondit: nunc mihi demum ſupplicaturus veniſti, Pelagi? tum ille, maximè, inquit, quoniam tuum me ſeruum fecit Deus, verùm ab his iam abſtine manus, qui tibi in ſeruitutem ceſſere. Quibus percitus Totilas precibus, militibus edicto ſuo mandauit, ne quem poſthac Romanorum occiderent, atque ita vrbem diriperent, vt ſibi precioſiſſima quæque ſeruaret. Scribit Sigonius libro 19. imperij occidentis.

5 Et



5 Et quamuis grauiſſimum ſcelus ſit ſubditorum, ſi in principem ſuum rebellauerint, & ſupplicium mereantur; tamen quãdo ſtrages magna ſequitur populi, potiùs à paucis ſumẽda eſt vindicta; vt in plures metus tranſeat, in paucos verò ſæuitia exerceatur. vbi ſubiecti in poteſtatem redierunt, ſatiùs eſt obliuiſci iniuriarum ſubditorum, quàm eſſe ſine ſubditis, qui emendati fideliores experti principis ſui bonitatem, futuri ſunt.

*Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abſtinere tempus atque iræ dare*
*Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo,*
*Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via*[a].

Et regium & pripcipe dignum ducitur parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos[b].

a Seneca in Octauiano.
b Virgil. 6. Eneid.

6 Recordetur princeps, reipublicæ veluti corpori poſſe morbos accidere, qui ſanandi potiùs ſunt quàm exaſperandi: interdum caput laborat ægritudine, valente reliquo corpore, veluti cùm princeps iniquus eſt, & populus qui inſtar corporis & membrorum eſt bonus: interdum contrà, caput ſanum, membra aliqua languida: interdum accidit freneſis & delirium corpori, quod tantùm abeſt vt quærat medicum, quin contrà in illum curare volentem, inſurgat: medicus autem, non curat phrenetici verba aut opprobria, ſed tolerans vt ægrotum cum ſua laude curet, cuncta patitur; quorum ipſum ſanatum etiam pœnitet, & poſtea ſummas ei gratias agit. Sic commouetur interdum populus, vt corpus externis aliquando impreſſionibus, & hominibus ambitioſis, & phreneſi in principem ſuum inſurgit. At princeps poſtquam eum ligauerit vt phreneticum, non tollere, ſed curare & conſeruare debet. Neque etiam ſtatim paſtor gregem fugitiuum vel contumacem occidit, ſed conſeruat.

Phocion præſtantiſſimus æquiſſimúſque imperator Athenienſium, inuidia & calumnia proditionis Pyrethi inſimulatus; cùm ad ſupplicium etiam immeritus à populo duceretur, & aliquis eum rogaſſet, quid filio Phocio nuntiari vellet, reſpondit, Volo ei dicas meis verbis, ne huius iniuriæ quæ mihi fit ab Athenienſibus meminiſſe velit[c].

Mandatum & illud Dei in lege[d], *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.*

7 Conſenſit vniuerſus hominum cœtus, in eam ſententiam, vt captiui fierent ſerui, iúſque gentium dictum eſt, quod benignè feritatem belli temperauit humanitate[e], quia imperatores captos ſeruare, & per hoc non occidere ſolerent[f].

Ageſilaus Lacedæmoniorum rex crebro admonebat milites ſuos, ne captiuos vt facinoroſos cruciarent, ſed vt homines ſeruarent, & infantibus etiam in bello captis parcerent. Intereſt hominis hominem affici beneficio[g], propter naturæ commune vinculum: vt nefas ſit hominem homini inſidiari[h].

Quis furor, ô Deus, ob vnum principem ſibi inimicum

c Diodor. Sicul. lib. 18.
d Leuit. c. 19. verſ. 18.
e l. ex hoc iure de iuſtitia & iure.
f §. ſerui autẽ, de iure perſona.
g l. ſeruus ea lege de ſeruis exporta.
h l. 3. de Iuſti. & iur.

& pugna victum, ſæuire in vrbes & eius ſubditos, quaſi ipſi offenderint qui coguntur ſuo principi obtemperare iuſſi, & dum victi fuerint, poſſunt eadẽ trãſlata ſubiectione vſui eſſe victori? Quanta inſolentia, ne dicam ſtultitia, principis victoris, qui iam potitus ciuitatibus vi, eas diripiẽdas & prædandas immiſericordi concedit militi? iam enim omnia ſunt vincentis facta, & ſic ſua ſtolidum eſt depopulationi exponere.

8 Quanta rurſum eſt victorum amentia, qui ſubactis inimicis belli fortuna, non minus truculenter quàm pecudibus ad victimam vtuntur?

Nonne qui rectè ſapiunt norunt & conſiderant, martem & rerum ſeriem ſub perpetuo volubili motu verſari; & fieri poſſe, vt qui victores nunc ſunt in manus inimicorum, vel quos vicerint vel aliorum incidant, à quibus ſat ſcio interrogati non reſponderent, ſe velle eodem more crudeliter excarnificari: vnde alteri non eſſe faciendum natura mouentur nullo monſtrãte alio, quod ſibi fieri nollent. Fœlicitas regum aut rerum publicarum, non manet in eodem ſtatu; ſed quo maiori extollitur gradu, eo proximius imminere præcipitiũ cogitare debent, & talionem vel natura, vel Dei iudicio facilè geſtorum aduerſus inimicos, rependi poſſe, in eoſdémque conuerti, iudicare, ſi quid animi habent, oportet, faſſus id Adonibezec rex, poſt mortem enim Ioſue expugnatus à Iuda, eum perſequuti filij Iſrael, & cõprehenderunt cæſis ſummitatibus manuum eius & pedum. dixit autem Adonibezec [a], *Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias. ſicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Sublimia corruere poſſunt, & illa Deus valet poteſtque denuo erigere, vt ait Heſiodus [b]:

a Iudic. c. 1. verſ. 6. & 7.

b in principio operum.

Ρεῖα μὲν γὰρ βειάει, ῥέα δὲ βειάοντα χαλέπτει:
Ρεῖα δὲ ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ρεῖα δέ τ' ἰθύνει, σκολιὸν ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει. Id eſt,

*Facilè extollit facilè etiam elatum deprimit:*
*Facilè præclarum minuit, & obſcurum adauget.*
*Faciléque corrigit incuruum, & ſuperbum deſiccat.*
*Iupiter altitonans, qui ſuperbas domos incolit.*

9 Arguit & miſericordia nobile ingenium, & quo magis nobilior & magnanimus eſt quis, eo magis ad parcendum maximè victis eſſe debet, & ſolet etiam: excelſiore enim deſpicit animo quæ ſolent viribus ſuis diffidentes metuere. Et Ouidius [c],

c Ouid. 3. de triſtibus.

*Quo quiſque eſt maior, magis eſt placabilis iræ,*
*Et faciles motus mens generoſa capit.*
*Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,*
*Pugna ſuum finem cùm iacet hoſtis habet.*
*At lupus & turpes inſtant morientibus vrſi,*
*Et quæcunque minori nobilitate fera eſt.*

d Claudia. in epigrammate ſatiſfactionis apud Hadrianum.

Et Claudianus [d].

*Prætereunt ſubiecta feræ, toruíque leones.*
*Quæ ſtrauiſſe valent ea mox proſtrata relinquunt.*





*Nec niſi bellantis gaudent ceruice iuuenci.*

Et vt ait Saluſtius in oratione Lepidi, Secundæ res, victores qui alto ſunt animo, in miſerationem extra vertunt.

Accedere his poteſt, quòd vnius ob delictum vel rebellionem principis, vel temeritatem ſolius, totus eius populus etiam inuitus ad bellum compulſus, vt ſui principis cauſam vel coactus, iniuſtam tueretur, pœnas luat: neque æquum ſit vnius ob culpam in reliquos tam hoſtiliter & impiè ſæuire, quod & in maximo belli furore & victoria, nihilominus admonitus Pompeius agnouit. cùm enim Pompeius Magnus, Mamertinos, quòd hoſtium partibus adhæſiſſent, interficere omnes ſtatuiſſet: Sthennius, eius ciuitatis princeps, Pompeium adiit, & his verbis locutus eſt: Non æquum facis Pompei, qui propter me vnum noxium, multos innoxios occidere paras. eáque animi magnitudine motus, ille Mamertinis pepercit, ciuitatémque & Sthenium liberauit[a].

a Plutarch. in apophteg.

10 Sed & deditis quamuis neceſſitate armorum compulſi id fecerint, & alias rebellauerint parcendum erit, & vita ſaltem eis condonanda, potiſſimùm ſi fides eis data eſt, vt etiam Titus imperator Romanorum quibuſdam, qui in extremo excidij Hieroſolymitani tempore, ad ſe confugerent, veniam dedit quamuis neceſſitate non voluntate eos venire ſciret; plus fidei quàm iracundiæ tribuens [b]. Et Callicradas claſſis præfectus, à Lyſandri amicis ſollicitatus, vt quendam ex inimicorum numero permitteret illi occidere, & acciperet talenta quinquaginta, negauit: magíſque valuit, fides in hoſtem quàm pecunia, quamuis maximè ea egeret[c].

b Ioſephus lib. 7. belli Hieroſoly. c. 9.

c Plutarch. in Laconicis apophtegma.

11 Sed & conſiderare debet victor, non eſſe coarctandos victos extrema oppreſſione. nam vbi proponunt ſibi extrema omnia, deſperatione in audaciam accinguntur: quemadmodum grauiſſimi ſunt morſus irritatæ neceſſitatis. Quare victor debet quidem inſtare terrore, ſed vbi ſatis terruerit, parcendo rurſus debet irritamenta pacis oſtentare [d]. Fortuna vitrea eſt, tum cùm ſplendet frangitur.

d Cornelius Tacitus in vita Agricolæ.

12 At ſi quis princeps, clade affectus ſit; non ſtatim deſperatas res habebit, ſed fortiter quod humanum eſt feret. Quin & plures, ne terreant ſubditos ex ſuſceptis cladibus, ſolent ſtratagemate vti, vt contraria læta omnia ſibi fingant, & nuncios cladis occultent. Neque ſtatim certè haſta abiicienda eſt, ſed meliora ſperanda, nec prælij vnius euentu pauendum. Mars communis, & victum ſæpe erigit, & affligit victorem. noui ſunt delectus habendi, noua quærenda auxilia [c], vires reparandæ, omnia experienda, & imitandi etiam angues qui obtrito capite, poſtremùm cauda minantur. ſi iuſta ſit cauſa belli, animus non ideo debet cum clade concidere, ſed iterum exercitus reparandus, cùm magis laudabile ſit probis & magnanimis viris, honeſtè mori, quàm cum dedecore ſeruire aut viuere: moriendum enim eſt omnibus & id commune: at intereſt, quo modo quáve de cauſa an probroſa, an honorabili animam & vitam effundas.

c Vegetius li. 3. c. 25.

Quod ſi nimium attritæ ſunt ex clade vires, vt refici nequeant, vltimum erit remedium quærere pacis minus lædentes conditiones. Eſt enim illa victo & victori æquè vtilis. Nam vt ait Seneca[a],

*Pacem reduci velle, victori expedit.*
*Victo neceſſe eſt.*

Facilius verò victus pacem conſequetur, ſi clade accepta arma renouet non quidem vt vtatur, quia infirma ſint, ſed vt ſe fidentem & erecto eſſe animo oſtendat, & metum aliquem incutiat hoſti. & vetus hoc prouerbium erat, ſub clypeo melius ſuccedere pacis negotium. Nam optimum & prope vnum tempus eſt de pace agendi, dum ſibi vterque confidit hoſtium, & pares ambo videntur[b]. Sed rebus inclinatis ſatiùs eſt, vt quauis tuta conditione pacem accipere quàm viribus cum valentiore pugnare. Sicuti gubernator vbi naufragium timet, iactura, quicquid ſaluari poteſt, redimit.

a *in Hercule furente.*
b *Iulius Cæſar lib. 1. bellorum ciuilium.*

*De pace.*

## CAPVT XIII.

CONSTITVITVR totius bonæ gubernationis regni & principatus vt finis, pax ſubditorum & concordia: quæ & vincenti decora, vtilis vt bellum adimens, tuta à belli diſcrimine. Rex ita pacificus dicitur in prooemio decretalium. Artaxerxes etiam in epiſtola ſcripta centum & viginti ducibus prouinciarum ſibi ſubditis, inter cætera ait, prouidendum eſſe paci, omnium prouinciarum[c], regibus ſuſcipienda bella, vt in pace ſine iniuria viuatur[d].

2 Pax & concordia conſideratur inter Deum & principem & populum, inter ipſum principem & populum, inter ſubditos ipſos, inter ſubditos principeſque eius & extraneos vel vicinos pax cum Deo prima, & quæ cauſa & origo totius boni in republica.

Amor & concors animus principis cum ciuibus, præcipuum eſt politicum fundamentum, & conſtantis principatus vnum eſt inexpugnabile munimentum amor ciuium. nec pulchrius eſt quàm viuere optantibus cunctis, & vota non ſub cuſtode nuncupantibus[e]. In hoc conſiſtit vera principis prudentia, vt ſciat conſiliare ſibi populum, & conſiliatum continere in amore ſui, cum optimis legibus. modeſtia ita & patientia ab initio eſt neceſſaria, vt quod ſtatim non poteſt populus pati, paulatim aſſueſcat.

3 Suſcipiendi belli paciſque componendę poteſtas, penes vnum principem eſt, ſi monarcha ſit. In republica populi conſulatus nomē & cauſa, priſcis quidem Romanis aduerſus hoſtium incurſus obtinuit: & in decretis quæ eis ordinatio communis dabat reipublicæ nomine ſortiebantur prouincias in quibus Romani bellum habebant, & ſecundum has ſortiebantur faſces: ſequens verò tempus, in imperatorum tranſpoſuit bellandi & pacificandi poteſtatem, vt ait Iuſtinia[f].

c *Eſter c. 16. verſ. 6.*
d *vt Marcus Tullius Cicero, 1. officio. ait.*
e *Seneca lib. 1. de clemētia c. 19.*
f *nouella 105. de conſulibus in principio. & Strabo lib. 15. de Augusto loquens.*

4 Subdi-



4 Subditorum interrupta inter ſe pax, ſeditio dicitur aut ciuile bellum, factio, rixæ: contra verò principem, populi diſcordia magna, rebellio, crimen læſæ maieſtatis.

5 Apud Homerum[a], inducitur prudentiſſimus heroum, qui Marti ſuccenſet. inimiciſſimus, inquit, mihi es, & olim ſemper tibi grata fuit contentio, ſemper placent bella & pugnæ. producitur dehinc alius prudentiſſimus dicens malus ciuis ſceleſtus & vagus eſt, qui bellum publicum & aſperum appetit. Euripides poëta bellum ſimillimum morbo eſſe ait, & pacem ſanitati: hanc enim quoque laborantes complecti & recreare: in illo verò, etiam ſanos perire. Deinde in pace ſenes ſepeliri à iuuenibus ordine naturæ ait: in bello verò contrariam: & quod maximum eſt, in bello, nec intra muros ipſos eſſe ſecuritatem: at verò in pace, eam eſſe ad terminos vſque regionis[b].

Pax cum vicinis maximè & aliis, ſecuritatem reipublicæ adfert, & releuat eandem ab infinitis ſumptibus & calamitatibus, quæ conſequuntur bella. quare eam conſequetur princeps qui ſuis contentus nullum inuadet vt principio omnes reges erant[c], ſuis ſit contentus finibus. Sicut piſcis capito nomine, cùm nullam animantem inuadat aliis piſcibus confœderatus tutus viuit, vt ait Claudius Ælianus[d], amicitia vinculum pacis & ſocietatis, quemadmodum Plato de regno ait, cœlum innato moueri amore, & eodem mutuo amore terram ad ſimile ſui centrum à partibus ſimilibus trahitur vnitate partium ſuarum cuncta ſeruari, diſperſione partium perire. vnitatem autem earundem efficere amorem: concordia ita elementorum in humoribus corporis noſtri, vt ait Empedocles Pythagoreus, corpus ipſum ſicut & mundus conſtat: diſcordia diſſipatur. Et Orpheus, ſolum omnium amorem regere habenas ait, ſicut & Lucretius in principio.

a *Iliad. 1. ibi, ἔχθιστος &c.*
b *quod & apud Polybium in fragmento repetitur finali ad lib. 12.*
c *teſte Iuſt. in 1.*
d *lib. de natura animal. c. 3.*

Admonet etiam ratio politica, ne princeps diu bellum gerat cum vicinis, quòd illinc reddantur audaces & bellatores exercitati. Sícque reſponſum eſt Ageſilao vulnerato à Tebanis mercedem condignam ſe recepiſſe à populo quem continuis bellis docuiſſet arma tractare. Hoc præcepto præualuit Turca aduerſus vicinos principes Chriſtianos, quia non continuè cum illis armis contendit: ſed nunc cum hoc, mox cum alio; & vbi vni ademit ciuitatem vnam, alteri regnum, ſtatim ne daret illis occaſionem tractandi arma ſeriò, pacem aut inducias cum illis faciens, ad alios arma conuertit à quibus ademptis quibuſdam quoque & facile pacem conceſſit eadem ratione, ne armis aſſueſcerent. Ipſe autem ſuos ſemper exercens veteranos facit, cùm Chriſtiani ſemper ita inueniantur tyrones.

Sed neque expedit prolongare cum ſubditis bellum, quia inde exaſperantur. & qui à principio aliquo naturali affectu in principem legitimum, honeſtis conditionibus deſcendiſſent, ſub iugum, tempore obdurati, in pertinaciam & apertam incidunt rebellionem.

6 Nemo eſt, qui expertus bellum, pacem ſummis & ambabus vlnis, etiam ſi aliquid in ea non ſit ſemper omnino laudabile, non amplectatur, maius enim natura aborremus malum, & eius collatione minus malum nobis quandoque bonum videtur.

XX ij

Neque quicquam dulcius amicitia, quę cùm multorum eſt, pax eſt: vt bellum plurimorum, inter ſe ſimultas. Eſt tanquam nouum vel rebus humanis pax, poſt rigidam belli hyemen: coluntur agri, vernant horti, paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur vrbes, extruuntur oppida, inſtaurantur collapſa, ornantur & augentur extructa, creſcunt opes, aluntur honeſtæ voluptates, vigent leges, floret reipublicæ diſciplina, feruet religio, valet æquitas: pollet humanitas, clarent artes opificum, vberior quæſtus pauperum, ſplendidior opulentia diuitum. Florent honeſtiſſimarum diſciplinarum ſtudia, conditur iuuentus, tranquillo fruuntur otio ſenes, bonis auſpiciis nubunt virgines, concordia res paruæ creſcunt vt diſcordia dilabuntur. pacis tempore boni honorantur, ſuum cuique conſeruatur, puniuntur mali. ſi quid fœliciter in bello cecidit, quanquam id rarũ, illud ad paucos eóſque indignos ſæpiſſimè commodum pertinet: cùm ad omnes vtilitas pacis pertineat, belli victoria aliquando principẽ, & quoſdam gloriola quædam exornat: ſed ea non niſi cum luctu & ſubuerſione fortunarum & perſonarum ſubditorum parari non potuit. Nec certè vnquam, aut rarò tam fœliciter bellum ceſſit, vt cordatum victorem belli ſuſcepti non pœnituerit, ſi quid principis boni in ſe naturam gerit: dum enim poſt adeptam victoriam coniicit oculos in expilatam plebem, orbes ſenes, raram nobilitatem, orphanos liberos, domos funeſtas, relictas viduas, conſtupratas virgines, violata matrimonia, arua deſerta ab agricolis, ſcalidas terras, oberatum proprium cenſum, latrones reliquos, exuſtas villas, incenſos pagos, direpta fana, ſubuerſas vrbes, mœnia deiecta. quid poteſt, inquam, ſi hæc & reliqua mala conſideret, bonus princeps aliud quàm de victoria potius plangere quàm lætari. Sicut Dracones exſugentes ſanguinem Elephantorum, occidunt eos, & ipſi viciſſim inebriati opprimuntur & commoriuntur. Ita ſæpe numero in bello, pars vtraque & perimit & periit, damnum dat & accipit.

7 Conſidera milites ferè omnes ad prædam auidos, qui quamuis alantur, veluti victimæ, vt cùm opus fuerit immolentur, tamen cum anima illa venali, nihil quod ſibi, vel aliis expediat, aut quæ ad pacem ſunt deſiderant, vt verè legatur in ſententiis Philemonis Comici,

οὔτε γὰρ ἰατρὸς, οὐδὲ εἰ αὖ εὖ σκοπῇς
τοὺς αὐτὸς αὐτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν φίλους·
οὔτε στρατιώτης πόλιν ὁρᾶν ἄνευ κακοῦ.

Id eſt,

*Neque enim medicus vllus, ſi benè perpendas eſt,*
*Suos qui benè velit valere amicos:*
*Neque miles volens videre ciuitatem ſine malo.*

Dulce bellum inexpertis, dulce pyratis, latronibus, homicidis, at infandiſſimum his, quibus & liberi, & bona, & vxores, & propria vita crudeliter eripiuntur, vel ante oculos miſerè affliguntur & cruciantur. Et qui experti iam mala ſunt, & flagella bellorum. Quibus nihil amabilius quàm pacem quocunque pacto redimere, & redem-

pta



pta aut obtentam retinere, & cauere ne vel iniuria laceſſiti amittant. Et proinde ethnici quidam, qui etiam ſapientiores inter Græcos habiti ſunt, & magis militari laude clari, cùm hoc beneficium ſummum pacis Dei munus agnoſcerent & diuinum, & verum Deum ignorarent, aras paci vt numini dedicarunt. vt cùm Timotheus Cononis filius Athenienſis & Athenienſium dux multis præliis Lacedemonios viciſſet, & maritimum Athenienſibus ceſſiſſent imperium, victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, vt tunc aræ publicæ paci ſint factæ, & puluinar ei velut deæ ſit inſtitutum, vt refert Æmilius Probus in Timotheo. Plutarchus tamen tradit in Cymone: à Cymone primùm aras paci poſitas, poſt victoriam illam Cymonis ad Eurymedontem contra Perſas partam, quod & Demoſthenes teſtari videtur[a].

a *oratio. περὶ παραπρεσβ. contra Aeſchinem.*

8 Cæterùm cùm de pace agitur conſtituenda & conſeruanda, cauendum, ne eius dulcedinis prætextu, ab eo quod iuſtum eſt deflectamus, & ne cum torpore & otio virtutem reipublicæ extingui, aut in vitiis aut indigna libero populo ſeruitute ſordeſcere permittamus. populorum ferocia corda, longa pace molleſcunt, vt ſcripſit Theodericus Alarico regi Viſigothorum[b]. inutiles autem poſtea fiunt otioſi, & corrumpunt reliquos. Et pax ſi iuſta & honeſta ſit, res eſt certè omnium rerum pulcherrima & optima. Nihil tamen eſt aut faciendum iniuſtè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus[c].

b *apud Caſſiodorum li. 3. variar. ep. 1.*

c *vt ait Polyb. in 4.*

Et Senatus Romanus M. Clodium, Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit, & ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari iuſſit, factum eius reſcidit, libertatem ei ademit, ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris, & deteſtanda Gemoniarum nota fœdauit[d].

d *teſte Valerio Max. li. 6. c. 3.*

Et quamuis pax vel iniuſta vtilior ſit iuſtiſſimo bello[e], tamen videtur intolerabilis populo aut principi, quæ pactionem, aut labem, aut ignominiam habet ſeruitutis: & maximè in ſeruitutem cadere de regno magnum eſt[f]. videtúrque potius illi cum dignitate cadendum, quàm cum ignominia ſeruiendum.

e *Cicero lib. 7. ad Attic. ep. 14*

f *Seneca in Theb.*

Cicero, Philippica 13. totus in eo videtur eſſe aduerſus conſilium M. Lepidi, vt tuta nec honeſta pax poſſet iniri cum Antonio. & in principio laudat quidem pacis cauſam, ſed ea decipi non oportere docet. *Timui*, inquit, *ne conditio inſidioſa pacis, libertatis recuperandæ ſtudia extingueret. Dulce enim nomen eſt pacis, res verò ipſa tum iucunda tum ſalutaris, nam nec priuatos focos, nec publicas leges nec libertatis iura, chara habere poteſt quem diſcordia, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eúmque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Et paulo pòſt, *Tu verò ita vitam corpúſque ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, vt hæc poſteriora libertate ducas. Itaque his vti velis, ſi liberare rempublicam poſſis: nec pro his libertatem, ſed pro libertate hæc proiicias: tanquam pignora iniuriæ.*

In ſancienda pace & confœderationibus concipiendis, principes habebunt quoque rationem eorum qui eos iuuarunt, vocant adhæ-

rentes; ne fortè ſi eos omittant, poſtea egentes illorum ope, deſtituantur eorum merito auxilio: proinde qui tractabunt de pace principis inter ſe, debent in tractatu & concluſione pacis, mentionem expreſſè facere de adhærentibus. Nam aliter prætermiſſi non comprehenderentur [a], quando videlicet verba pacis ſunt concepta in perſonam: puta, quòd principes paciſcentes promiſiſſent ſe non offenſuros quia ſtipulatio eſt ſtricti iuris, & non extenditur de perſona in perſonam [b], niſi forſan pax non prodeſſet paciſcenti, niſi includerentur adhærentes [c]. Contrà, ſi verba ſint concepta in rem, nam tunc adhærentes, etiam non facta expreſſa de illis mentione continentur [d].

Non poſſunt autem ciuitates, barones, & alij principes recognoſcentes ſuperiorem, facere confœderationem ſine licentia ſuperioris [e]. Multo minus cum inimicis ſui domini; nam ex eo præſumuntur inimicis ſui domini & ingrati atque priuandi beneficio [f].

9 Quæri poteſt bello ſopito per pacem, vel per alias conditiones, num debitores eorum qui declarati erant hoſtes fiſco ſoluerint quod hoſtibus creditoribus debebant, ex imperio principis, vel aliis quibus illa credita dedit princeps, teneantur pace facta, iterum veris creditoribus ſoluere, an verò liberentur. & hæc quæſtio agitata fuit bello Siciliæ, inter Ferdinandum & Carolum VIII. regem Galliæ moto, & poſt modum ſopito. pro qua plura allegat in vtranque partē Matthæus de Afflictis, deciſione Neapolita. 150. vnde eliciuntur concluſiones. prima eſt, quod debitores dictorum creditorum, ſi fuerint antea in mora ſoluendi pecunias debitas in genere veris creditoribus qui pro hoſtibus poſtea habiti ſunt, quamuis iuſſu imperantis vel tyranni dominantis, vel fiſco ſuo, vel aliis quibus data ſunt debita ſoluerint: quòd non ſunt ideo liberati: ſed tenentur ſoluere pace adueniente veris creditoribus, quia mora debet illis nocere & non creditoribus [g].

Secunda reg. quod debitores qui non fuerunt in mora ſoluendi ducis creditoribus, ſed iuſſi fuerunt ab officialibus ſoluere quibus princeps donauit dicta debita, & ex ſua parte quantum liceret reſciuerint, aut ſe defenderint ne facerent, ſunt liberati omnino, per iura quæ tradunt, iuſſum ſuperioris vel fortioris excuſare, maximè quia iſta coactio facta fuit in odium creditorum, tanquam hoſtium expulſorum [h].

Tertia concluſ. ſi debitor fuerat quidem in mora, ſed fuiſſet ante infra tempus pugnandi moram, & intra illud tempus ab eo exactio facta ſit, tunc compulſus ſoluere, habetur perinde ac ſi non eſſet in mora, ſoluendo iuſſu magiſtratus: & liberatur à vero creditore [i].

Quarta erit nobis, vt pecunia quidem ita per compulſionē ante moram verè ſoluta, liberet ipſum debitorem, ſed non ſola confeſſio quod ſoluta ſit, & niſi de reali numeratione conſtiterit [k]. quia per ſolam confeſſionem non probatur vera numeratio, maximè in præiudicium tertij [l]. Huc pertinet quod diſputat Quinctilian. libro 5. c.

*a c. ad apoſtolicæ, de re iudica. in ſex. & ibi Innocen. & Angel. ad l. quæ religioſis de rei vindic.*

*b l. quicquid adſtringendæ, de verbor. obliga. P.*

*c Angel. vbi proximè.*

*d per l. hæc verba ad leg. Iuliam de adulter. P. Angel. vbi 3. Iacobinus de ſācto Georgio tracta. de feudis, ad verba de adhærentibus & confœderatis num. 3. vbi plura.*

*e Barth. in l. 2. col. 2. de colleg. illic P. Bald. ad c. 1. §. conuenticula, de pace iura. firman. in vſib. feudo.*

*f Bald. in l. libertini per illum tex. de inoffi. teſta. C.*

*g Iohannes ab Imola, ad l. creditor, de ſolutio. P.*

*h citatur l. Paulus Callinico in fine de lega. 3. vide Petrum de Anchara. ad cap. fundamenta in fine de electio. in ſex.*

*i l. ſancimus. C. de fideiuſſ. & per ea quæ voluit Barthol. ad l. qui ob rem de cōdictio. indeb.* k *Paul. Caſtrenſ. conſ. 256.* l *gloſſ ad l. ſi ex pretio. C. ſi certum peta. & in l. ſi ex cautione, C. de non numera. pecunia. notatur in c. ſi cautio de fide inſtrument. Alexan. conſil. 46. volu. 5.*



10. cùm Thebas enim euertiſſet Alexander, inuenit tabulas quibus centum talenta mutua Theſſalis dediſſe Thebanos cōtinebatur. Has, quia erat vſus cōmitilio Theſſalorum, donauit his vltro. cùm autem poſtea reſtituti fuiſſent à Caſſandro Thebani repoſcerēntque Theſſalos, apud Amphictyonas actum. Conſtabat eos centum talenta credidiſſe, & non recepiſſe. Liſque omnis ex eo pendebat, quòd Alexander ea Theſſalis donaſſe dicatur. Faciebat ius belli, dicentibus Theſſalis, hoc regna, populos, fines gentium, atque vrbium cōtineri.

In contrarium autem vicit, & ſententiam obtinuit æquum apud Amphictyonas, & pro Thebanis iudicatum ratione quòd iura, qualia conſiſtunt in inſtrumento, non dicuntur venire in poteſtatem victoris, quia ea vt reliqua quę victoris fiunt, manu capi nequeāt. quodque Alexander pecuniam non donaſſet realiter, ſed inſtrumentum, & perinde non eſſet quod datum eſſet & pecuniam donaſſe.

Hîc tamen capitula pacis conſideranda erunt, & quid placuerit de reſtitutione rerū in illis, legéſq. victoris ſequendæ. Nam & aliquando ſolent reſcindi à victoribus, ea omnia quæ à tyrannis antea geſta ſunt, & elargita per illos edicto reſtituuntur in priſtinum ſtatum, & dominis à quibus ablatæ ſunt, vt factum eſt per pragmaticam ſanctionem Iuſtiniani [a], quæ inter alia capitula ſanciuit, vt ſi quid à Totylano tyranno factum aut donatum inueniretur, cuicunque Romano, vel cuique alio, non conſeruaretur, aut in ſua firmitate non remaneret.

*a Ext. illa pragmatica in fine nouellarū, & eſt illa reuocatio in c. 2.*

*De pace conſeruanda.*

## CAP. XIIII.

SICVTI moderatori reipublicę curę eſſę debet, vt bellum iuſtis tantum de cauſis ſuſcipiatur, & pax iuſtis conditionibus fiat: ſic incumbere debet, vt beneficium hoc pacis multis cladibus & cædibus tandem Dei fauore impetratum, diu conſeruetur, atque ideo & in faciendis fœderibus, omnibus vinculis, quibus conuentio firmari poteſt, vti debet, & ſolicitè cauere ne aliquo modo in bellum recidat, quod accidere poteſt, vel leuiſſimis occaſionibus, vt magnū incendium vnica, vel modica ſcintilla excitatur: quibus oportet ex initio diligenter proſpicere, & occaſiones prætermittēdæ nō erunt, quin opprimātur vbi apparuerint.

2 Quod pertinet ad pacē cum Deo ſeruandam, obſeruatio mandatorum eius & eccleſiæ ſuæ, proſint. Quod ad pacem cum ſociis & amicis regibus & vicinis, & ſubditis pertinet, leges in pactis, dictis & conſtitutiones media ſunt.

3 Cautiones quę adhibitę ſunt à Friderico. 1. vt creditur, potius quā
3. habentur in libris feudorū, quarū ſunt capita tit. 27. lib. 2. In §. 1. eius cōſtitutionis de pace tenenda cauetur. 1. Si quis laicus hominē intra pacem conſtitutam necauerit, capitalem ſubeat ſententiam: niſi per duellum probare hoc poſſit quòd ſe defendendo illum occiderit.

2 Si violator ſit pacis, res mobiles eius à iudice in populū publicē-

tur, & diſpenſentur: immobilia hæredibus eius relinquantur, qui iurent in poſterum nullum ei commodum ex illis ſe daturos: quod ſi fecerint, bona regiæ ditioni aſſignentur, & à regio iure beneficium accipiant.

3 Si quis intra pacis edictum, alium vulnerauerit, manus ei amputetur: niſi ſe defendendo, id ſe feciſſe doceat, & de bonis eius, vt ſuperius dictum eſt, agatur.

4 Si quis aliquem cœperit, & abſque ſanguinis effuſione fuſtib. percuſſerit, aut crines eius, aut barbam expilauerit, decē libras ei cui iniuria illata eſt, per compoſitionem impendat, & iudici 20. libras.

4 Si temerariè autem ſine permiſſione inuaſerit, aut verberibus, aut iniurioſè tractauerit, ſoluat & quinque libras, iudici 10.

§. ſi clericus. eo. tit.

5 Clericus poteſt notari de pace violata, etiam & proſcribi: item ſi in ſuo contubernio habuerit pacis violatorem. Atque de his ſufficienter teſtimonio in præſentia ſui epiſcopi conuictus, ſoluere debet 20. libras comiti, ſeu iudici in cuius comitatu pacem violauit, & de exceſſu ſecundum ſtatuta canonum ſatisfacere, & ſi inobediens ſit, officio & beneficio eccleſiaſtico puniri & proſcribi.

§ ſi iudex. eo.

6 Non licet violatorem pacis, vt proſcriptum, domo ſuſcipere, ſed oportet receptum iudici offerre.

§ ſi ruſticus. eo.

7 Miles à ruſtico de pace violata pulſatus, militari manu ſe purgabit quòd non voluntate, ſed neceſſitate hoc fecerit. Si verò miles pulſet ruſticum de pace violata, vt innocentiam purget, eliget, aut diuino aut humano iudicio ſe purgare: aut ſeptem teſtibus idoneis, quos iudex eliget. miles pulſatus à milite, ſi natiuitate miles, ſe duello purgare poteſt.

§. ſiquis ruſticus. eo.

8 Ruſticus arma, aut lanceam, vel gladium portans, poteſt iis ſpoliari à iudice, vel multari 20. ſolidis [a].

a Nam alioquin ruſticis arma ferre interdictum ca. 13. nouellæ 17.

9 Mercator per prouinciam tranſiens negotiandi cauſa gladium ſuum ſellæ ſuæ alliget, vel ſuper vehiculum ſuū ponat, non vt quemquam lædat innocentem, ſed vt à prædone ſe defendat.

10 Ad palatium comitis nullus ferat arma, niſi rogatus à comite, id eſt, iudice.

§ publici. eo.

11 Publici latrones antiqua damnentur ſententia [b].

§ quicunque.

12 Iudices malè exercentes iudicia ſua, admoneantur primùm, dehinc beneficio iudicialiter exuantur: & ſi iterum officium inuaſerint, pro violatoribus pacis habeantur.

§. ſi quis quinque.

13 Si quis quinque ſolidos valens, aut plus furatus fuerit, ſuſpendatur laqueo: ſi minus ſcopis & forcipe excorietur, & tundatur.

b nempe iuxta l. 11. ad leg. Iul. de vi pub. & l. 28 §. 10. de pœnis. 6. P.

14 Si miniſteriales domini alicuius inter ſe guerram habuerint, comes ſeu iudex in cuius regimine eam fecerint, per leges & iudicia ex ratione proſequatur.

4 Eſt & alia conſtitutio Friderici ſub lib. feudorum tit. 53. de pace tenenda inter ſubditos, & iuramento firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare & iuſtitiam facere neglexerint. Vbi agitur de pace inita à Friderico cum Mediolanenſibus & ciuitatibus eorum primo bello Mediolanenſi, & ſumma capita eius conſtitutionis ſunt,



1 Vt pax ſeruetur inter omnes ſubditos imperij, ideo omnes duces, comites, marchiones, capitanei, valuaſſores & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, à decimo octauo anno vſque ad ſeptuageſimum obſtringantur ſacramento, ſeu iuramento, renouato per quinquennium, quòd pacem tenebunt. Rectores locorum adiuuent in pace tenenda & vindicanda, ciuitates violantes puniantur centum libris auri: comites, duces, marchiones, quinquaginta, oppida 30. capitanei & valuaſſores maiores 20. alij tribus libris, & reſtituant & ſatisfaciant damna, ex delictis & homicidiis puniantur. Iudices non vindicantes, damnum omne, iniuriam paſſo reſtituant: maior iudex vltra decem libris multetur, inferiores 39. Inopes qui multam ſoluere nequeant, correctionem corporis verberibus patiantur: per quinquaginta milliaria, per quinquennium ſeorſum maneant.

5 2 Conuenticula, coniurationes in omnibus ciuitatibus & extra etiam occaſione parentelæ, & inter ciuitatem & ciuitatem, & inter perſonam & perſonam, modis omnibus prohibeātur fieri, & in præteritum factæ caſſantur, ſingulis coniuratorum vnius libræ auri puniendis. §. conuenticula. eo. tit.

Statuitur & vt tales epiſcopi locorum excommunicent, donec ad ſatisfactionem veniant.

3 Receptatores violantium pacem & malefactorum, & prædam ementes, iiſdem pœnis ſubiiciuntur, & decernitur, vt bona eorum publicentur, & domus deſtruantur.

4 Qui pacem iurare & tenere noluerit, beneficio pacis non fruatur.

5 Illicitæ exactiones, maximè ab eccleſiis prohibentur, & ſi fiāt, cautum vt in duplum reddantur.

6 Sacramenta puberum ſponte ſacta, teneantur: metu autem extorta nullius ſint momenti. §. ſacramēta. eo.

VI. Eſt alia conſtitutio quæ ponitur in 5. lib. feud. 1. tit. 10. Friderici de incendiariis & pacis violatorib. edita Nurembergæ in principum conſilio 3. Kal. Ianuarij 1187. cuius ſumma,

1 Liber homo, ingenuus, miniſterialis, aut cuiuſcunque fuerit conditionis, qui incendium commiſerit, pro guerra propria, pro amico, pro parente, vel alterius cuiuſquam cauſæ occaſione, de ſententia & iudicio imperiali, ſtatim proſcriptioni ſubiectus habeatur. Exceptis ſi qui manifeſta guerra, manifeſtè capiunt, & ſuburbia incendunt, ſtabula, vel tuguria quæ præiacent. Item ſi iudices eam pœnam in delinquentes exequerentur.

7 2 Incendiarium qui in domo ſua ſuſceperit ſcienter, & auxilium conſiliúmve ei impenderit: damnum & iniuriam paſſo pro facultate ſua reſtituat, & iudici decem libras ſoluat. Nemo autem poterit conuenire receptatorē, niſi prius præſtito iuramento calumniæ.

8 3 Proſcriptionis ſententiam qui manifeſtè incurrit, excommunicari debet ab epiſcopo à cuius excommunicatione vt etiam à banno, ſi non fuerit intra annum & diem abſolutus; vniuerſo iure honore & legalitate priuatus habeatur: ſi inhabilis ad ferendum teſtimonium, ad iudicandum & omni feudali iure priuetur.

9 4 Incendiarius manifeſtus, vel conuictus ſeptem idoneis teſtibus, capite puniatur, ſeu decolletur.

5 Incendiarij domus & bona, incendio multentur.

6 Si caſtellanus abſente domino caſtri extra prouinciam incendium fecerit, non ideo comburatur domini caſtrum, ſed caſtellani, niſi eum admonitus dominus ſuſtineat.

7 10 Qui damnum alteri inferre, aut alterum lædere intendit, tribus diebus ante per certum nuncium diffidat.

11 Fuit edita etiam pacis publicæ conſtitutio inter ciuitates liberas & imperiales, ab imperatoribus habitis comitiis, ſeu ex conſenſu Statuum ſacri imperij, quondam ſub Maximiliano Ceſare, dehinc ſub Carolo 5. Vuormatiæ, anno 1548.

Atque in ſumma cautum, vt à tempore publicationis, nemo ſub ſacro imperio cõſtitutus, cuiuſcunque ſit dignitatis ſtatus aut conditionis, vllius rei cauſa, qualecunque nomen habuerit, quóve quæſito colore ſeu prætextu id fieret, alteri bellum inferre, armíſve eum infeſtare, oppugnare, ſpoliare, capere, inuadere, obſidere aut aliquam conſpirationem prohibitam, ſeu fœdus contra alium facere, feriréve debeat. Nequis alterum poſſeſſione ſua, arce, oppido, pago, ſacra æde, monaſterio, ſacello, reditibus, penſionibus, decimis, immobilibus mobilibúſve bonis, regaliis, iuriſdictione, iudiciis, mero ac mixto imperio ſpiritualium aut ſecularium, teloniis, vectigalibus, fluminibus, paſcuis, aliíſque quibuſcunque iuribus nullo excepto, vt manúque armata, ac de facto temere priuet, aut ſubditos abſtrahat, aut ad inobedientiam aduerſus ſuos magiſtratus concitet, aut eos inſcio aut nolente magiſtratu præter morem hactenus ſub prædeceſſoribus noſtris Romanorum imperatoribus ac regibus laudatiſſimæ recordationis & nobis obſeruatum, tuendos ac defendendos ſuſcipiat, & quiſque alterum in re quietum relinquat, tum & alienos ſubditos ſpirituales & ſeculares per ſuum quiſque principatum, ditionem, comitatum, dominia ac municipia liberè, tutò ſine impedimento commeare, migrare, ac proficiſci patiatur, nec ſuis vllo pacto permittat, illorum honori ac libertati, præter ius æquúmque, vi, factóve derogare, eóſve comprehendere, lædere, offendere aut grauare quouis modo.

2 Nemo illi per quem huiuſmodi fractæ pacis facinora patrantur aut ipſe, aut alius ſuo nomine, ſeruiat, miniſtret, conſulat, auxiliúmve præſtet; neque arcem, oppidum, munitionem, pagos, villas, curtéſue occupet, aut præter alterius voluntatem, vi, factóve temerè præripiat, aut incendio, aut ruina, aliáve via



via damninificet, ſeu ad id auxilium præſtet, nec ſcienter, aut doloſè receptet, hoſpitium, commeatum, victúmue præbeat, aut præberi ſuſtineat.

Sed ſi quis in alium ius habere ſe putat, de eo experiatur ſuo loco ac iudicio, in quo iam antea, aut ex nunc, inquit imperator, cauſæ ex ordinatione noſtri iudicij Cameræ expedientur, aut deinceps ordine expediendæ fuerint.

3 Caſſantur omnia bella manifeſta, bellíque denuntiationes per vniuerſum imperium.

4 Mandatur iurari prædicta pax, de ea inuiolabiliter conſeruanda, & contra non obſequentes pœna apponitur multa duarum millium marcarum puri auri irremiſſibiliter, pro media parte præſtanda ærario imperij, pro alia læſo, cum priuatione priuilegiorum & iurium.

5 Additur in committentes bannum imperiale, poſtquam citati à curia imperiali in non comparentes declaratum fuerit.

Tractatur autem ſequentibus capitulis de effectu & iudicio banni, quæ videri poterunt.

12 Adduntur alia capitula, aliis edictis pacis iuxta naturam negotiorum, de quibus controuerſum eſt, & proſpicitur ne in poſterum contendatur: quæ prudens princeps eiúſque conſilium, maturè perpendere debent, ne quid pœnitendum in capitulis inſeretur, debétque de cautione cum quibus conuenit maximè proſpicere, & de iuramento renouando, & promittendo per ſingulas ciuitates & loca, in quibus pax tenenda eſt, vt ſufficere poterit pro exemplari conſtitutio. Friderici & Henrici 6. regis Romanorum, quæ inſcribitur de pace Conſtantiæ, quæ extat inſerta, poſt librum feudorum in corpore iuris ciuilis, & quæ dicta à nobis antea ſunt in c. de iudiciis & fœderibus.

Poterunt ex rebus occurrentibus, ab optimis principibus & gubernatoribus reipublicæ, remedia alia ad pacem conſeruandam colligi, in quibus iudicandis & capiendis, eò diligentiores eſſe debent, quo videant ſtatum reipublicæ maximè conſiſtere in quiete & pace ſubditorum. Conſiderabúntque à quibus perturbetur quies publica, vt congruis remediis ſubuenire poſſint, num à ſuis aut ab extraneis. à ſuis, duplici accidit modo, vel quando inter ſe ſubditi diſſident, quod bellum dicitur ciuile, vel quando pugnant contra principem, quod dicitur rebellio: aut quando ab extraneis interrumpitur, & vocatur bellum. Si de ciuili bello agatur, princeps ſi ſit, debet ſua authoritate & poteſtate, tumultuantes componere, aliíſque remediis ſubuenire, de quibus egimus in remediis contra ſeditiones & rebelliones.

Tempore autem pacis curare debet, vt ſubditi, & inter ſe diſſidendi, nullam habeant occaſionem: & ſi qua ſuboriatur, ſtatim illam opprimere: ſibi verò ſubditis, amore & maieſtate, & dignitate debet retinere in officio: plus enim poteſt opinio perfecti & excellentis principis, apud vulgus, quàm amor, quo ſolet abuti, imò plus

quàm veritas ipſa, quam vulgus iudicare nequit, dum affectibus & rumore ducitur. Si de bello ab extraneis illato agatur, tunc ea quæ antea in hoc libro, admonuimus repetenda ſunt, priùs interpellatis hoſtibus de cauſa & ratione belli num iuſtè moueatur & cauſa illis ſit iuſta, quo caſu ſatiſfaciendum erit pacificè: aliter ſi iniuſta ſit, ad defenſionem meritò peruenitur.

13 Solet pax cum vicinis & confederatis infringi, non ſolùm ſi inimicis confederatorum apertè ſe coniungat, ſed etiam ſi milites ex ſua ditione in partes inimicorum tranſire permittat. nam inde fœderá pacis & ſocietatis turbare videtur, & iterum bellum fouere. & illa eſt inſignis accuſatio apud Thucydidem in primo, qua inſimulantur rupti fœderis Athenienſes ſocij à Corinthiis, quòd Corcyreis miſiſſent milites auxiliarios, & cauere debent in hac cauſa principes qui ſe neutrales dicunt, ne ſibi ſubditos patiantur turmatim in alterutram principum pugnantium partem tranſire, imò ſeueriſſimis edictis debent eos continere, ne detur occaſio inuadendi hoſti ditionem neutralem, quod videatur ex eo alteri partium ſe coniunxiſſe, & ita neutralitati renunciaſſe.

Proinde Clemens 7. conſtitutione edita[a], mandauit ducibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubditis, ne abſque eius expreſſa licentia arma caperent ad inſtantiam imperatoris, regum vel aliorum, aut ne ſuper auxilium præſtarent expreſſè vel tacitè, ſine ſpeciali ſedis apoſtolicæ licentia. Ideóque eos abſoluit à quibuſcunque ſacramentis & pollicitationibus illis in contrarium per illos factis. prohibens idipſum, ſub pœna interdicti & decem millium aureorum. Item ſub iiſdem pœnis vetuit, ne in ciuitatibus, oppidis, terris, locíſque illorum, per aliquos, etiam prædictis aut quibuſuis aliis dignitatibus fulgentes, aut ad alicuius eorum inſtantiam, militum tam equeſtrium quàm pedeſtrium congregationes aut delectum fieri, vel more militari tubas aut tympana ad ipſos milites conducendos ſeu congregãdos pulſari, ſeu alia id genus fieri permitterentur primùm in bonis delinquentium pollicitus de reuelantibus, & pœna ſtatuta ſcientibus nec reuelantibus: eadem ſanciuit Iulius III[b].

*a in conſtitutione Clemẽtis 7. numero 15. incipiente Etſi ſperamus inordine cõſtitutionũ eius in Bulario Cherubini ſub annulo piſcatoris 11. Iunij 1526.*

*b in conſtitutione Iulij 3. numero 32. incipiente videntes in dicto Bullar. Laertij Cherubini.*

68 Solent tamen hîc quidam acutius conſiderare pactiones fœderum. nam amicitia tantum cum aliquibus contrahitur, & non dictum eſt in fœdere, quòd alios iuuare non poſſint. & certè in fœderibus, vt dixi, pacta appoſita & clauſulæ expendendæ ſunt, tamen ex bona fide, non verba calumniando. at quod pertinet ad neutrales, ex modica occaſione, niſi bene ſe contineant intra neutralitatem, tanquam hoſtes vel ſuffragantes hoſtibus, à fortioribus inuaduntur.

*De ca-*



*De captiuitate & iure poſtliminij leges.*

## CAPVT XV.

Videntur acceſſoria belli & pacis, ea quæ ad captiuos & ius poſtiminij pertinent; & proinde quaſdam leges de his à iuriſprudentibus editas, in medium proferemus. Captus ab hoſtibus, ſeruus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum recuperat priſtinum[a]. inter Chriſtianos, captiuus tamen hodie non fit ſeruus hoſtium, ſed veluti obſes redemptionis ſuæ, reliqua tamen damna patitur[b].

2 Capti à gentibus, cum quibus neque amicitia neque fœdus, neque hoſpitium eſt, etiam ſi bellum cum his non geratur, ſerui illorũ fiunt; & capta quoque ab illis ſunt capientium; vt contrà quæ ab illis nos capimus. & in his quoque ius poſtliminij locum habet[c].

Antequam captus in præſidia hoſtium ducatur, ciuis manet[d].

3 In pace qui peruenerant ad alteros; ſi bellum ſubitò exarſiſſet, eorum ſerui afficiuntur apud quos iam hoſtes ſuo fato deprehendũtur; quibus ius poſtliminij eſt, tam in bello quàm in pace, niſi fœdere cautum eſſet ne eſſet illis ius poſtliminij[e].

4 Tempore induciarum non eſt poſtliminium[f].

5 Amittitur patria poteſtas captiuitate, recipitur poſtliminio[g].

In omnibus partibus iuris, is qui non eſt reuerſus ab hoſtibus, quaſi tunc deceſſiſſe videtur cùm captus eſt[h].

6 Poſtliminium, eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos & liberos populos, regéſque, moribus, & legibus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum: hoc ſi rurſum recipiamus, dicitur poſtliminio recipere: ídque naturali æquitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum ius ſuum reciperet[i].

7 Poſtliminio carent tranſfugæ[k]: Qui armis victi hoſtibus ſe dediderunt[l].

8 Duæ ſpecies poſtliminij, vt aut nos reuertamur, aut aliquid recipiamus. vt cùm filius reuertitur duplicem oportet eſſe cauſam poſtliminij, & quod pater eum recipiat, & ipſe ius ſuum[m].

9 Nauis longa & deputata propter belli vſum, ſi capiatur quidem ab hoſtibus, fit hoſtium; ſi tamen recuperetur, primo domino redditur, id eſt habent locum ius poſtliminij. item equus equáque freni patiens recipitur poſtliminio. nam ſine culpa equitis prorripere potuerunt. Secus in naui piſcatoria, vel ſcapha aut actuaria voluptatis cauſa parata, & in armis & veſtibus captis ab hoſtibus. nam ſi reciperentur, non redeunt iure poſtliminij ad dominos priores, ſed fiunt repetentium[n].

10 Redempti ab hoſtibus contractu aliquo vel pretio, non vtuntur iure poſtliminij, ſed ij qui gratis euaſerũt manus hoſtium[o], vel

*a l. hoſtes, 24. de captiuis li. 49. P. ti. 15.*

*b Panor. ad c. ſicut, 29. num. 8. de iureiura. Bald. ad l. 1. de ſacroſ. eccl. & ad l. 1. de ca. tol.*

*c l poſtliminij, §. in pace, de captiuis. P.*

*d d. l. poſtliminij, §. antequã.*

*e l. in bello, 12. § 1. eo. ti. de captiuis.*

*f l. poſtliminiũ 19. §. induciæ de captiuis. P.*

*g dict. l. in bello, §. ſiquis capiatur. ibi. diſtinctio.*

*h l. in omnib. 18. de capti. P.*

*i dicta l. poſtliminiũ, 19. facit de ethymo, §. dictũ eſt poſtliminiũ, quibus modis patr. ius poteſtat. ſoluit. Reſtituit poſtliminium amiſſa antea captiuitate. l. 5. & l. 12 §. codicilli, de captiuis. P. l. hoſtes. 24. eo.*

*k dicta l. 19. §. tranſfugæ.*

*l l. 17. poſtliminio carẽt. eo. de captiuis. P.*

*m in l. cũ duæ, 14. de captiuis cum ſimilib. reliqua quæ recuperantur per poſtliminiũ, tã quod ad cõmodũ quàm onus, & incõmodum per captiuitatẽ admiſſa. vide in ti. de captiuis in P. & c. de poſtliminio reuerſis C. potiſſimũ l. 12. 13. eo. ti. P. l ab hoſtib. 18 & l. 19. eo. C.*

*n l. 2. l. 3. de captiuis P. l. poſtlminiũ, 19. eo. §. ſi ab hoſtib. quib. modis ius pat poteſta. ſolui.*

*o l. cum non redemptum, 5. l. ſi liberum, 11. l. ab hoſtibus capti, 12. de poſtliminio reuerſ. lib. 8. C. ti. 51.*

virtute militum noſtrorum liberati [a]. Remanet porro loco pignoris liber tamen, is quem quis pretio redemerit, donec ei ſoluerit redemptionem [b]. Redemptio facultatē redeundi præbet, non ius poſtliminij mutat [c].

11 Pro redemptione captiuorum licet paciſci cum hoſte [d]. fiúntque tempore pacis de his pactiones ſeruandæ à ducibus & aliis ſubditis [e].

12 Expulſis hoſtibus ex agris quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redeunt: nec publicantur, aut prædæ loco cædunt. Publicatur enim ager ille, qui ex hoſtibus captus ſit [f].

13 Quod ſi quid in bello mobile captum eſt, in præda eſt, nec poſtliminio redit [g].

14 De pretio captiuorum redimendorum conſtituendo, humana eſt & Chriſtiana ſanctio, vt potiùs redemptioni quàm morti, aut ſeruituti addicantur. Et ita apud Ethnicos Megarenſes & Corinthios, inter quos bellum cōtinuum erat, captiuis certum pretiū quo ſe redimerent conſtitutum erat, id verò accipiebant, poſtquam eos dimiſiſſent, antè non exigebant, ſed quem quiſque ceperat, eum abducebat domum, participatóque ſale & menſa, ad ſuos eum remittebat. Et ita qui pretium tulerat commendabatur, atque amicus eſſe perpetuò perſeuerabat eius, qui pretiū acceperat ἐκ δορυαλώτου δορύξενος, id eſt, ex bello capto, belli hoſpes dictus. Qui fidem in ferendo pretio fefellerat, hic non ſolùm apud hoſpes, verùm etiam apud ciues vt iniuſtus & perfidus notabatur [h]. Inter duces & principes hoſtes conueniri ſæpe ſolet de redemptione militum qui capientur, vt pro ea ſoluant, vel ſtipendia vnius menſis, vel aliud quippiam prout placuerit. Apud Lacedæmonios [i], redemptio in ſingulos viros erant binæ minæ. Vitare debent milites qui captiuos ex hoſtibus in ſuam fidem receperunt, ne carnificum in eos vtantur officio, vt ſæpe vidi in miſerrimis bellis huius temporis, in quibus milites ſuos captiuos peius affligebant, ac torquebant, quàm Chriſtiani torqueantur à Turcis, & barbaris nationibus, alienis à fide Chriſtiana: nulla prorſus flexi miſericordia, vnde etiam plures inter manus eorum torti ad extorquendam redemptionem quam poſtulabant, miſerè mori coacti ſint. Si hoc ſit Chriſtianum, ſi Deo diſpliceat, nullus eſt qui ſententiam non ſuam ferat huiuſmodi, nomine milites tantum, irritaſſe Dei indignationem potius quàm placaſſe: an verò duces eorum, de huiuſmodi crudelitatibus impunitis reddituri ſint Deo rationem, ipſi interim cogitabunt, ſiquidem adhuc ſuperſtites ſint, vel ſi mortui ſunt, iam certi de facto eſſe poſſunt.

Incidit ſæpe quæſtio in hac redemptione, num ſi captiuus iure belli, ſemel de redemptione cum capiente compoſuerit ad certam ſummam, poſſit ab eodē capiente augeri redemptionis ſumma, prætextu quòd poſt pactionē qui eū cœpit cognouerit facultates captiui ampliores & quæ poſſint maiorem redemptionem pati, ſed hæc queſtio fuit deciſa per arreſtum parlamenti Grationopolitani anno 1457. in menſe aprili tempore belli Allobrogici ſeu Sabaudiæ, & pla-

a dicta l. 12. & l. ſi quis ingenuum. 21. de captiuis.
b l. 2. & l. ſi liberū, 11. l. liber captus, 17. C. de poſtliminio reuer.
c l. ſi captiuus, 20. § f. de captiuis. P.
d l. cum non redemptum. 5. de poſtliminio reuerſ. C. l. 5. de pact. P l. 21. de negot. geſt. P.
e di. l. 5. de pactis, l ſiquid bello, 28. de captiuis. P.
f l. ſi captiuus, 20. § verum de captiuis. P.
g di. l. ſi quid bello 28. eo. tit.
h Plut. in quæſtionib. Græcis.
i Herod. in 6.



placuit reuocandam eſſe ſecundam compoſitionem & ſtandum primæ [a]. nemo enim dubitat compoſitionem captiui ex iuſta cauſa detenti valere [b], ex iniuſta minimè [c].

a Guido pap. deciſ. 113. incip. in facto guerrarum.
b Barthol. ad l. qui à latronibus, de teſta. P.
c doctores allegant pro eo in argu. l. 1. § f. de author. tut.

# DE REPVBLICA LIBER DVODECIMVS, DE HIS QVÆ in reipublicæ ſollicitudine ad religionem pertinent.

*Quid ſit religio.*

## CAPVT I.

ADMIRABILIA verè ſunt omnia opera Dei, ſi ſine erroris nube ab intellectu humano attentè perpendantur: ſed ſuper omnia, ipſe author; qui quamuis ſit incomprehenſibilis, tamen quo magis à nobis inquiritur & cognoſcitur, eo magis amatur, & inde in nobis adhuc excitatur amādi cognoſcendíue inſatiabile deſideriū, quod trahit & ipſi nos coniungit, ad cultum & debitam eius reuerentiam perpetuò impellit, & in eodem continet.

2 In his ſedem deligit religio. Religio enim, nihil aliud eſt ſecundum Arnobium [d], quàm recta de diuinis mens. Mercurius verò Triſmegiſtus εὐσέβειαν ſeu pietatem, dixit γνῶσιν τοῦ θεοῦ, cognitionem Dei. & eam finitionem probat Lactantius [e]. in cornu copiæ autem epiſcopi Sipontini [f], Religio dicta exiſtimatur, ab eligo, quia Deū quem diligimus, eligimus: & ita tradit nihil aliud eſſe religionem, quàm Dei cultum. & Pomponius iuriſconſultus [g], dixit, religionem eſſe erga Deum. atque in ſacra pagina, religio pro Dei cultu & ceremoniis, diuiníſque mandatis capitur, Exodi c. 12. ibi, *Si dixerint filij veſtri, quæ iſta religio, &c.* & poſtea, *hæc eſt religio phaſe, omnis alienigena non comedet ex eo.* & c. 20. *eríntque mihi ſacerdotes religione perpetua.* Et Leuitici c. 16. & c. 7. Diuus & Paulus [h], *Nemo*, inquit, *vos ſeducat &c. religione angelorum.* apud D. Iacob. quoque c. 1. *Religio munda & immaculata apud Deum & patrē hæc eſt, viſitare pupillos &c.* Et ibidem, quis dicitur religioſus. *Siquis*, inquit, *putat ſe religioſum eſſe &c.* & in eccleſiaſtico [i], *Timor Domini ſcientiæ religioſitas.* Hinc iuriſiurandi religio [k], quia ad Deum pertinet iuramentum, & periurij vltor dicitur [l], quia iuramentum eſt teſtimonium adhibitum diuini numinis.

d lib. 7. contra gentes.
e lib. 2. de orig. erroris c. 15. nos etiam de ea. li. 39. ſyntaxeon c. 30.
f ad epigramma 22. Martialis.
g in l. 2. de iuſtit. & iur.
h ad Coloſſenſ. c. 2.
i c. 1.
k l. 1. de iureiura in P.
l in l. 2. c. de rebus credit.

a §.religioſum de rerum diuiſione. le. 2. §. prætor ait, de religioſ. & ſumpt.funer.P.

3 Religioſus item locus, piis operibus vel negotiis Deo placitis cõſecratus vel deputatus oppoſitus prophano [a]. Religioſi & nunc qui & regulares dicti, quòd certis regulis arctiùs ſe adſtrinxerint ad cultum diuinum exequendum: ſicut liquet ex titulis de regularibus & transeuntibus ad religionem. Sextus Pompeius verò Feſtus, *Religioſè*, inquit, *dicuntur qui faciẽdarum prætermittendarúmque rerum diuinarum, ſecundum morem ciuitatis delectum habent: nec ſuperſtitionibus ſe implicant.* Religioſum ac ſacrũ eſt, vt templa omnia, ædes quæ etiam ſacratæ dicuntur. Item religioſus eſt, non modò deorum, vt ipſe loquitur, ſanctitatem magni æſtimans, ſed etiam officioſiùs aduerſus homines &c. Seruius Sulpitius religionem eſſe dictam tradit, quæ propter ſanctitatem aliquam remota ac ſepoſita à nobis ſit, quaſi à relinquendo dicta, vt refert Macrobius [b].

b lib.3.Saturnal. cap.3. & Gell.lib.4.c.9.
c lib.7.contra gentes.
d lib. 11. c.45.

Religionẽ facit, inquit Arnobius [c], recta de Deo mens per tranſlationem, & religioſa ea dicuntur, quæ honore maximo, veluti diuinis, digna ſunt, vel propter Deum qui in illis honoratur, vel quòd in illis vis quædam, vel conſideratio numinis habeatur, vel ex mandato, vel ex conſenſu hominum, ſeu ex opinione, vt apud Plinium [d]. *Hominis*, inquit, *genibus quædam religio eſt obſeruatione gentium: hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortaſſis quia in eis ineſt vitalitas: namque in ipſa genu vtriuſque commiſſura, dextera leuáque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt, qua per foſſa ſeu iugulo ſpiritus fugit: ineſt & aliis partibus quædam religio, ſicut dextera oſculis auerſa appetitur, in fide peragitur. antiquis Græciæ, in ſupplicando mentum attingere mos erat.*

e li.4. Inſtitutionum c. 28.

Lactantius [e] Religionem dicit dictam, non à relegendo vt Cicero, ſed quòd hac conditione gignimur, vt generanti nos Deo, iuſta & debita obſequia præbeamus, hunc ſolum nouerimus, hũc ſequamur: & hoc vinculo pietatis obſtricti Deo, & religati ſimus, vnde ipſa religio nomen acceperit.

*De diſtinctione veræ religionis à ſuperſtitione & impietate.*

## CAPVT II.

DVo ſunt extrema religioni vitioſa, tria quippe ſibi ſunt maximè vicina. Religio vera, extremum eius vnũ ſuperſtitio in exceſſu, aliud extremum in defectu, nẽpe impietas, horum medium ſequendum cum iudicio. Nam, ſicut quidam dum incõſideratè fugiunt latrones aut feras, incidunt in auia loca, barathra & præcipitia: ita quidã nimia temeritate fugiẽtes ſuperſtitionem, incidũt in impietatem: vera religio conſiſtit in veri Dei cultu legitimè exhibito: falſa & inanis degenerauit in impietatem & ſuperſtitionem. Et vt ait Seneca [f], *Superſtitio error inſanus eſt: amando timet, quos colit, violat. Quid enim intereſt vtrum deos ames an infames?* Superſtitionis & religionis diſtantiam teſte Nonio Marcello libello de nonnullarum dictionum in ſignificato differẽtiis, Marcus Tullius lib.2.de nat.deorum, manifeſtiſſimè diſcernit: Non enim philoſo-

f in epiſto.123. ſub finem.



*philoſophi ſolùm, verumetiam maiores noſtri, ſuperſtitionem à religione ſepararunt. Nã qui tota die precabantur & immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent diligenter retractarent, & tanquam relegerent, dicti ſunt religioſi ab eligendo. Sed verè ſuperſtitioſi proprietatẽ ex hoc habent, quod præ cultura deorũ ſuperſedeant cætera,* i. *negligant, itidem & religioſi, quaſi religioſè omnium cæterorum ſacrificiis deſeruiant.* Hæc Marcellus. Diſtinguit inſuper 1. de nat. deor. Cicero. *Horũ omnium ſententiæ*, inquit, *non modò ſuperſtitionem tollunt, in qua ineſt inanis timor deorum: ſed etiam religionem quæ deorum*, vt ipſe loquitur, *pio continetur.* Colligũt & ex Lucretio ſuperſtitionem inde dictam, quòd ſit ſuperſtantium rerum, id eſt cœleſtium & diuinarum quæ ſupra nos ſtant nimius & ſuperfluus timor. Eóque modo D. Paulus arguebat Athenienſes tanquam ſuper omnia ſuperſtitioſos [a]. Notatur & à Suetonio Tiberius in eius vita [b], vt ſuperſtitioſus qui circa deos, ac religiones negligentior, addictus mathematicę, fato agi cuncta putans, tonitrua præter modum expaueſcebat. Sola quippe, vel ſuperſtitio etiam dormientem infeſtat, ſuperſtitioſus timidus ſemper, omnia etiam timet terram, mare, aerem, cœlum, tenebras, lumen, ſtrepitum, ſilentium, ſomnium: ſicque ſuperſtitioſi tractant diuina, vt ſemper exiſtiment Deum paratum eſſe ad nocẽdũ non minùs quàm hi tremunt & pauent qui vrſorum, aut draconum luſtra ademit. Et vt ait Theophr. [b] ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι, δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον. i. ſuperſtitio videtur eſſe ſolicitus timor, quo aliquis erga dęmonium afficitur. Addit & poſtea exempla, vt dum ablutus & aſperſus, ex ſacra lauro ſumẽs aliquid in os, hoc modo perambulare ſolet totũ diẽ: & ſi fortè viam felis pertranſierit, non progreditur priuſquam alius aliquis prætergreſſus ſolum triuerit, aut ipſe tres lapides de via prætereiens tulerit. Et ſi quãdo viderit σοφὴν. i. viſionẽ in ædib. ſuis, ſacellum ibidẽ inſtituit, &c. Addit vt ſuperſtitionem, neq. ſuper ſepulchrũ incedere, neq. ad mortuũ accedere, neque ad puerperam: ſomnia obſeruare, de his explicationem quærere, & expiationẽ, & alia ſimilia. Atq. Lactant. [c] religionẽ ſine ſapientia, non religionẽ, ſed ſuperſtitionem cenſendam eſſe putat: ſapientiam autem ſine religione, merã eſſe ſtultitiã, de qua illud prophetæ, Perdam ſapientiã ſapiẽtum, & prudentiam eorum reprobabo [d]. Et Seruius ad verſũ Virgilij 12. Æn.

a c.17. actorum
b In c.69.
c In characteribus c.16.
d Lib.3.c.11.
e Eſaiæ 29. Abdiæ 1. & apud D. Paul. 1 ad Corinth. c.1. & 3.

*Vana ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.* Tradit ſuperſtitionem à ſuperſtite dictam, quia anicularum propria ſit, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & ita delirant. Superſtitio religionis exceſſus vitium illam imitans, facilè in mentes incautas irrepſit, quemadmodum de magia narrat Plin. [e] eam primùm natam è medicina, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe veluti aptiorem ſanctiorémque: ita blandiſſimis deſiderantiſſimíſque promiſſis addidiſſe vires, ad quas etiam nunc humanum genus caligat. Dicta ſuperſtitioſa ſolicitudo inanis & ſuperuacua [f].

f Lib. 30. in principio c.1.

3 Superſtitio & in genere dici poteſt omnis reprobata, & proprius, non vera religio, ſuperflua & ſuper ſtatuta obſeruatio, vt ait Iſidorus [g], nempe, vt arbitror, id omne quod præter ſtatutũ ritũ colen-

g In l. quandiu §. qui admitti ad bono. poſſeſ. poſſ. C. li. 6. ti. 9
h Lib. 8. ca. 3

di Deum, additum eſt, dixerũt aliquãdo Romani, ſuam putantes verã religionem, Chriſtianorum fidem, ſuperſtitionem: vt Suet. dũ de Claudio Nerone agit, & de perſecutione in Chriſtianos[a]. *Afflicti*, inquit, *ſupplicijs Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis nouæ & maleficæ*. ita & ſuperſtitioſos vocat eos Plin.[b] Et Vlpianus Iudæorum dixit ſuperſtitionem[d]. Tacitus quoque[e], Chriſtianorum dogma, exitiabilem ſuperſtitionẽ vocat. Sic enim vitioſis hominib. virtute præditi dicũtur abominabiles & vitandi: & putidis aſſueti, boni odores exitio ſunt, & dæmonibus Dei aduerſariis. Deus ipſe quamuis Dominus eorum ſit & iudex, & vindex ex arbitrio, non probatur apud ſuos affeclas. Vicit tamen tandẽ veritas, & religio veri Dei Chriſtianorũ, quæ ſuperſtitio à faſcinatis ingeniis à dęmone ethnicorum dicebatur, ſuo lumine detexit gentilium idololatriam, non tantùm ſuperſtitionem eſſe, ſed damnatam & impiiſſimam impietatem & blaſphemiam.

a cap. 16.
b Lib. 10 epiſt. epiſtola 97.
c In l. 3 §. fin. de decurioni. lib. 50. P. tit. 2.
d Vt in l. 21. de hæreticis
e Libro 15.

4 Vna tantùm vera, veri ſolius Dei religio, quæ ab origine mũdi ortum habet, & progreſſum immutabilẽ, vt poſtea ſequẽti capite docetur: vna & ſimplex eſt veritas, at ſuppoſitię, adulterinę & falſę religiones, ſi eo nomine dignæ ſint vocari, plures. quemadmodum vna via poteſt eſſe recta, quæ ad coelũ ducit: plures autem ſunt & infinitę, per quas quis errare & decipi poteſt. vna ſpõſa Dei eccleſia, alię ſunt veluti meretrices: quo nomine dictæ ſunt ſtultæ, inanes, & impię religiones[f], quæ gentes illiciente forma & ficta, ſtolida religione deceperunt, & decipiunt.

f Apocalypſ. c. 17.

5 Vt non immeritò ſacroſãctis œcumenicis cõſiliis admoneantur epiſcopi, inuigilare, ne prætextu religionis, ſuperſtitiones admittantur, quibus veluti per primos gradus, ad impietatem quis tãdem collabi poteſt. & nouiſſimè in cõſilio Tridenti ſeſſio. 25. in principio cautum, vt epiſcopi quę ad curioſitatem quandã, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſãpiunt, in eccleſia prohibeãt tanquã ſcandala & fidelium offendicula. Et in ſeſſio. 22. in decreto de obſeruandis & vitãdis in celebratione miſſæ, ſtatutum, ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, vtque caueatur ne ſacerdotes aliis quàm debitis horis celebrent, néve ritus alios, aut alias ceremonias & preces in miſſarũ celebratione adhibeãt, præter eas quæ ab eccleſia probatæ, aut frequẽti, aut laudabili vſu receptę fuerint, inhibetur & quarundã miſſarum celebratio cum candelarum certo numero, qui magis à ſuperſtitioſo cultu quàm à vera religione adinuentus eſt, & ideo iubetur omnino ab eccleſia remoueri.

f In l. 1. C. de ſumma trinita. & fide Catholic.

6 Vera religio eſt illa quæ & catholica dicitur, quæ ſemper, vbique, & apud omnes obtinuit, quę tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuerſitate, & conſenſu, nouitati parti & paucorum diſſentioni antiſtat, vt ait Vincentius Lirinenſis, aduerſus prophanas nouitates. Hæc eſt quam D. Petrum apoſtolum conſtat tradidiſſe Romanis, & quæ ad hoc vſque tempus durat, quámque ſeruare iubent Cæſares, Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius[f].

7 Ab hac religione omnes Chriſtiani religioſi dicti, & ſi non ſint monachi, aut prælati[g], & tales clerici dicti[h], & laici[i], alij tamen aliis præcellunt in religione[k].

g c. ex multa, 9. verſ. vtrum ſcilicet de voto & voti redẽp. lib. 3. tit. 34.
h ca. nullus 1. q. 1.
i ca. ſi qua vidua, 28. diſtin.
k d. §. vtrũ, & c. viliſſimus 1. qu. 1. c. qualis & q. 1.

8 Spe-



8 Specioſum hoc nomen religionis ſine effectu eius, à pluribus falsò vſurpatum fuit, ad tegẽdas impoſturas, impietates, & ſceleratam idololatriã. Dæmon falſas de Deo ſentẽtias religiones vocauit, imò & Chriſtianam fidẽ, & Iudęorũ olim, tanquã ſuperſtitiones repellere conatus eſt. Turcę Machometis deliria, religionẽ verã dicunt, & contumeliis iiſdẽ quib. Ethnici, fidẽ Catholicam proſcindunt. Hæretici & ſchiſmatici ex eadem fide Chriſtiana quædam transferentes, tanquam veris & fucis illitas impietates & hæreſes obtrudunt, vt & iidem non erubeſcant veram fidem ſuperſtitionis nomine conſpurcare. Multũ in ſumma ſub nomine & ſpecie religionis peccatur, multa falſa pro veris illita nomine hoc amabili & pretioſo, proponuntur & defenduntur, prout Deo iuuante in ſequentib. apparebit, quibus cum detectionis argumẽtis, remedia quando nobis occurrãt, ad euitandas deceptiones, adiicientur. Non tamen decreuimus, quæ occultè hoc nomine committuntur, in ſcandalum eccleſiæ, aut perſonarũ eccleſiaſticarũ omnino detegere, ne videamur imitari peccatum Chami qui detexit fratribus ebrietatem patris. Attingemus ea tãtùm quæ vt plerunque & publicè apparent, & egent remedio publico, vt occurratur maiori malo: & vt caueatur, ab illis facilius, & emendẽtur ab iis quibus cura & ſolitudo à Deo & ſuperioribus prælatis demandata eſt. publica peccata, pœnitentia & reprehenſione egent publica: priuata, tantum priuata[a].

a c. 1. & c. interdum 7. de pœnitent. & remiſſio.

*De origine religionis veræ, verique cultus diuini, & quomodo degenerauerit in falſam religionem populus.*

## CAP. III.

Vera religio ergo veráque fides vna eſt, quæ ab origine mundi cæpit à tempore creationis primi hominis: inter pios ſemper conſeruata. Abel edoctus à patre Adamo, ciuitatem Dei ciuiúmq. cœleſtiũ & veræ eccleſiæ fundauit: vt Cain diaboli & impiorum. Retenta pietas in domo Enos, qui publicè, ſeu ſolemniori cultu, cœpit inuocare nomen Domini. Quo & tempore dæmon ſimia operum Dei & æmulator idololatriam fertur tentaſſe[b]. Ideo filij Enos, filij Dei dicti ſunt: filij Cain, filij hominũ[c]. Succeſſióque veri cultus diuini remanſit in Noacho, cum quo renouauit legem Deus, & religionẽ firmauit[d], ídque poſt diluuium. A diluuio autem, vſque ad Abrahamum, verus Dei cultus per trecentos quadraginta annos ferè, veráq. Dei eccleſia, in vniuerſo mundo continuata eſt, antequam turris Babylonica ædificaretur: ex cuius temerario ſuperbóque molimine præter modum humanum, lingua vna in ſeptuaginta ſeparata & diuiſa fuit à Deo, Geneſ. c. 11. Quo & tempore religio vera, deíque veri cultus, cœpit reſtringi ad vnam familiã Abrahæ: in qua conſeruata eſt eius puritas. Is enim liberatus cum ſuis de terra Chaldæorum, & de idololatria, Dei mandato receſſit, Gen. ca. 12. Fuit autem Abrahã tempore cõfuſionis linguarũ, cum ſua familia in lingua aui ſui Hebro relictus, vt ait Cozras. Et poſt mortẽ Noe decimo anno iuſſus egredi à Deo de terra patriæ, in Cananeorũ

b Geneſ. 4.
c Geneſ. 6.
d Gen. c. 9. ad Hebræos c. 1.

terram venit ad Sem,maiorum ſuorum patrem & pontificem, in cuius familia vtcunque cultus veri Dei remanſerat. Hic factus pater credentium,accepit repromiſſiones [a].

a Gen.cap.15. & 17.

2 Idololatria autem alibi apud multos multomagis multiplici errore aucta eſt relicto veri Dei cultu, nunquam tamen tam longè illi addicti populi ab humana ratione diſceſſerũt,vt Deum eſſe negarẽt: verùm qualẽ patres cognouerant,obliti ſunt,vel ob iuſtam Dei vindictam,quod improbis vacarent operibus,& ingrati,& immemores beneficiorum acceptorum,vanitatibus & deſideriis ſuis adhærentes, veſtigia tantum religionis cum ſuperſtitione ſequuti ſunt. Quo pertinet D.Pauli c.1.ad Romanos ratiocinatio. *Reuelatur*,inquit,*ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum,eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent:quia quod notũ eſt Dei manifeſtũ eſt in illis:Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas,ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cùm cognouiſſent Deum,non ſicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt:& mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum,& quadrupedũ,& ſerpentum:propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum*,&c.

*De neceſſitate & vi ſeu effectu religionis.*

## CAP. IIII.

TOTIVS ſocietatis humanæ fundamentum, religionem eſſe exiſtimauit etiam Cicero 1.de natura deorum,& cum eius contemptu,ſimul labi omnem fidem & iuſtitiam. vbi enim quiſpiam cœperit excutere timorem & honorem Dei,vel diuini numinis reuerentiam,omnia ſibi licere putabit,dũmodo latere homines quæ malè agit arbitretur,mala bonis cõfundet, ſi opinione præmium bonorũ, aut malorũ pœnas effugerit,nec eſſe crediderit numinis vindictã aut beneficia. Ita Plin.[b] vitã noſtram religione conſtare dixit. Sũt ſcintillæ & naturales quidã igniculi,quibus in homine numinis diuinæque notionis conſeruatur ſignum,qui non omnino,ſine ſumma impietate extingui,vel elidi poſſunt. *Signatum eſt*, inquit Dauid [c], *ſuper nos, lumen vultus tui Domine*,&c. *Omnib.* inquit Cicero [d], *innatum eſt & quaſi inſculptũ, eſſe deos*,quod Chriſtianè dixiſſet, ſi ſingulariter locutus fuiſſet. vt & rurſum [e], *Nulla gens eſt, neque tam ferrea quæ non, etiã ſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat*. Atque ideo Ariſtot.[f] cultum Dei inductum à natura, modum autẽ colendi,à lege eſſe profitetur. Religio ſola differẽtes maximè à belluis homines facit, quam qui non admittit alienus eſt à natura hominis, & vitam pecudum ſub humana ſpecie viuit,vt ſcribit Lactantius [g]. Ita,vt ait Ouidius [h],

b Lib.14.c.19.
c Pſal.4.verſ.7.
d 2 de nat.deo.
e 1.de legibus.
f Lib.5.ethicorum.
g Li.2.c.3.& li.3.c.10.& de ira Dei c.7.& 8.
h 1. metamorphoſ.

*Pronáque cùm ſpectent animantia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit cœlũmque tueri*
*Iuſſit,& erectos ad ſydera tollere vultus.*

Con-



Conſentit Plato [a] dũ de nomine anthropi agit.& Xenophõ [b], παρ- πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται θεοὺς σέβειν. id eſt, primùm ante omnia exiſtima, Deum colere oportere. Nulla etiam fuit reſpublica vnquam, quæ aliquam ſpeciem legitimæ adminiſtrationis habuerit, nullum regnum aut imperium, cui non fuerit primum hoc religionis impoſitum fundamentum. Atque legiſlatores qui populis leges deſcripſerunt,nunquam obliti ſunt de rebus diuinis leges vt præcipuas ſancire, vt per illas de aliis conſtitutas firmarent. ſic legum 12. tabularum à Græcis mutuatarum prima pars fuit de religione:ſecunda,de iure publico: tertia,de iure priuato: quod expoſuit Auſonius.

a in Cratylo.
b li.4. Xenophon.

*Ius triplex,tabulæ quod ter ſancere quatérve*
*Sacrum,priuatum,populi quod vſquam eſt.*

Ante quoque illas,Romulus,Numa Pompilius, & alij de ſacris & ceremoniis leges tulerant,vt conſtat ex Dionyſio Halicarnaſſ. Liuio, Plutarcho & aliis. nec hîc probo eorum ſententiam, qui arbitrantur quędam eſſe licita habita ratione politię ſeu adminiſtrationis reipublicæ,vocãt Statũ,quę in cõſcientia & religione illicita ſunt. nihil enim aut iniquius aut magis impiũ dici poteſt, vt qui hoc ſẽtiant, videãtur ſine anima & Deo eſſe,cuius legib. obiicere meliores conẽtur.

3 Neceſſarium quippe hoc vinculum religionis eſt in republica omni ob plures eáſque cognitas rationes. multum enim iuuat ad bene imperandũ cogitatio & cognitio ſuperioris poteſtatis,quę falli vitaríve non poſſit à quoquã principum:& quæ ſuperioribus,ſubditos obedire debere ſtatuit. Magna dominantium ſine metu Dei in ſubditos inſolentia, inſupportabile iugum, mandata tyrãnica & duriſſima, ſub his populi miſerrima vita,& oppreſſio bonorum. Nam vt docet Sidonius Apollinaris [c], *Sententiæ tali nunquã ego aſſentior, vt fortunatos putem qui reipublicæ præcipitibus ac lubricis culminibus inſiſtunt. Nam dici nequit quantum per horas fert in hac vita miſeriarum, vita felicium illorum, ſi tamen ita ſunt pronunciandi, qui ſibi hoc nomen vt Sylla præſumunt: nimirũ qui hoc ipſo ſatis miſeriores, quòd parũ intelligunt ſe inquietiſſimo ſubiacere famulatui. Nam ſicut hominibus, reges: ita regibus dominãdi deſideria dominantur.* Quòd ſi accedat ſui ipſius cõſideratio,& aliorum iam mortuorum principum infœlicitas caſúſque diuerſorum,& quomodo fauilla putrefactio,cadauera,vermium eſca,interdũ viuẽtes ludibria fortunæ facti iuſto Dei iudicio fuerint naturali quodam decurſu quo omnes in terram vt viliores & pauperiores, relictis ſceptris,armis & thoracibus,& ſtipatu militum perducti & citius quàm putarent fuerunt, redibunt ad ſe ipſos, & intelligent naturale eſſe à Deo inditum, vt quo pacto ob poteſtatem ſibi deſuper conceſſam volunt ſibi à ſubditis obtemperari, ità æquum eſſe vt ipſi Deo & ſuperioribus obediant, ab iniuriis & iniuſtitiis ſe temperent, quæ iuſta & æqua ſint faciant tanquam reddituri Deo adminiſtrationis & trãſactæ vitæ ſuæ rationem: tandémque recepturi prout geſſerint in corpore vel retributionẽ ex bonis; vel pœnas ex malis [d]. ita timor Dei vel eius animaduerſionis, quos non reuocat amor ab oppreſſione ſubditorũ tyrannos, quamuis ſuperiorẽ hominẽ non vereantur, aliquando in officio debito continẽt, vt confeſſus eſt Abimelech rex

c lib. epiſto. 13.
d 2.ad Corinth. c.5.verſ.10.& ad Roma.c.14 verſ.10.D. Mathei c.25.

Geraræ, cùm tuliſſet vxorem Abrahæ Saram, quam putabat eſſe eius ſororem [a], faſſi & qui turrim contra Deum excitare decreuerant [b]. Et Pharao qui obdurerat contra Moſem animum, & aduerſum Dei mandatum pertinaciter reſiſtebat [c]. perſuaſum quoque habebant gentiles, quod ſcribit Æſchylus [d].

a Geneſ. 20.
b Geneſ 11.
c Exod. c. 10.
d in Prometheo ligato.

*Ἅπαντ᾽ ἐπαχθῆ πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν·*
*Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ, πλὴν Διός.* Id eſt,
*Omnia ſunt definitè conſtituta, præterquam dijs imperare:*
*Nullus enim liber eſt niſi Iupiter.* Et rurſum,
*Οἱ προσκυνοῦντες τὴν ἀδράστειαν σοφοί.* i. *Qui reuerentur Adraſtrian ſeu Dei indignationẽ, ſunt ſapientes.* eo referri poteſt quod Phrunutus ait [e], ibi. *ἐπὶ περὶ τοῦ Διός.* Rurſum de Ioue &c. dicitur, inquit, Iouis oculum, omnia cernere, eundémque omnia audire. qua ratione enim poſſibile eſt vim ac potentiam quæ omnia permeat & adminiſtrat, quicquam latere eorũ quæ in hoc mundo contingunt? Magis accõmodè & Plutarchus in vita Ariſtidis ait, tria eſſe quibus omnes ad Deum reuocantur, beatitudinem videlicet, metum & honorem. atque ideo Plato iuſſit [f], templa domibus regalibus coniungi. Et hîc vis maxima eſt religionis inter homines, ad ſalutem ſubditorum efficax & vtiliſſima, qua principes & miteſcunt, & diſcunt aliis imperare, dum norũt maioris imperio ſe eſſe obnoxios.

e libro θεωρίας περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως.
f Lib. 6. de legibus.

4 Inter ſubditos quoque, religionis cauſa non minus eſt neceſſaria, eiúſque ſinceritas ſuper omnia procuranda, cùm ſumma ratio ſit quæ pro religione faciat [g], & quod in religionem committitur in omnium fertur iniuriam [h]. Omnibus quibus animæ immortalitas cõſtat, animę etiam ratio prior habetur & potior cùm anima ſit pluſquam corpus, & pretioſior [i]. Quamobrem qui religionis alicuius, quæ ad animæ ſalutem pertinere putatur, rationem & dogmata ſibi proponunt, vt religionem conſeruent, alias omnes res tam proprias quàm alienas parui faciunt, mortalia pro immortalibus contemnentes, & inde furibundæ & implacabiles propemodum ſeditiones, rebelliones, & bella quæ pro religione ſuſcipiuntur, dicta ideo bella ſacra, acerrima, vbi pugnatur pro aris & focis. Sicut & inter Ethnicos olim apparuit, & inter Chriſtianos & Hæreticos: qui crudelius eo pugnarunt, quò certius tenent & legunt præmium vitæ æternæ, & teſtimonium mortis æternæ, addito præcepto quod audaciores & ad mortem temporalem obeundam alacriores facit, omnia eſſe contemnenda, vt Deum ſequamur, patrem, matrem, vxorem, & liberos, & nos ipſos [k], reſiſtendum & pugnandum pro fide, vſque ad ſanguinem, vt martyres fecerunt, non eſſe timendos eos qui occidere corpus quidem poſſunt, & nihil amplius habent quod faciant, ſed eum qui poſtquam corpus occiderit, habet poteſtatem animam mittendi in gehennam ignis [l].

g l. ſunt perſonæ de religioſ. & ſump. funer. P.
h l. 4. C. de hæret.
i l ſancimus nemini 18. de ſacroſan. eccleſ. C. ca. aurum, 12. q. 2.
k Matth. c. 19. Luc. 14.
l Mathei c. 10. D. Lucæ c. 12.

5 Monuit ſapienter Mæcenas vir grauis, Cæſarem Octauianum, apud Dionem [m], *Deũ ſemper & vbique cole, vt moribus patriæ eſt receptũ, ad eundémque cultum alios compelle: peregrinarum verò religionũ authores, odio & ſupplicijs proſequere, non modò eorum gratia, quos qui contemnunt, haud dubiè nihil quoque magni faciunt: ſed propterea etiam quod qui noua numina introducunt, multos ad vtendum peregrinis legibus alliciunt: hinc coniurationes, coitiones, & conſiliabula exiſtunt, minimè principatui commoda res, &c.* Hæcque cura etiam Romanis fuit, ne daretur in religionis cauſa licentia vagandi in quamlibet partem, eóque multa mala inde ſuborirentur, vt experientia ſæpe docuit: fuitque occaſio, ſæpe reformationis, & inquirendi in habentes libros peregrinæ religionis, eóſque comburendi, ſicut liquet ex Liuio [a], & ex Suetonio [b], & lege 12. tabularum, quæ apud Ciceronem de legibus. *Nemo ſeparatim,* inquit, *Deos habſſit.* Sic Suetonius in Claudio Cæſare [c], *Iudæos impulſore Chriſto, tumultuantes aſſiduè, Claudius Roma expulit: Druidarum religionem diræ immanitatis, & tantùm ciuibus ſub Auguſto interdictam, penitus aboleuit.*

m in libro 52. hiſtoriæ.



a li. 5. de c. 3. & lib. 10. decadis 4.
b In Auguſto c. 31.
c c. 25.

6 Et ob hoc periculum contradictionis, aliis quoque rationibus noluerunt Cæſares myſteria religionis palàm populo diſputanda proponi [d]. Nec Auguſtus permiſit cauſas religionis Cereris aperto foro cognoſci, teſte Suetonio [e]. Sicut & ſeuerius placuit Ptolomæo regi, cùm de antiquitate religionis, inter Iudæos & Samaritanos, quæſtio coram eo agitaretur, vt in iudicio partium vtrinque aduocati, non niſi cum capitis periculo, de controuerſia dicerent: & ne vllis aliis, quàm ex lege Moſaica, ſũptis argumẽtis, vt refert Ioſeph [f], addit Sabæum, & Theodoſium, aduocatos Samaritanorum, morti adiudicatos, retinente Andronico Iudæorum patrono. Admonuit proconſulem Paleſtinæ Iuſtinianus [g], vt iuxta morem prædeceſſorum gubernatorum, pacatam à tumultibus popularibus conſeruaret prouinciam, quę ex diuerſitate religionum maximè, ſeditionibus ſolebat laborare. Idipſum in mandatis principalibus eiuſdem imperatoris, ad alios magiſtratus prouinciarum inſeritur [h]. Neque occaſione, inquit, religionum hæreſeúmque quæſtionis, permittas alicui, prouinciam commouere. Illud & præuidit Leontinus Epiſcopus Antiochenus, cùm aliquando caput canis floreſcens, manu demulcens, dixiſſe fertur, eam niue ſolutam, multum lutum ſubſequturũ eſſe, ænigmaticè obſcurius ſignificans, diſſonantiam celebrandi Dei, apud populũ, aliquãdo in ſeditionẽ euaſurã, vt ſcribit Nicephorus Calixtus [i].

d l. nemo clericus, & epigraphe de ſũma trinita. & fide catho. & in cõſilio Chalcedonen. actio. 3.
e in eo. c. 93.
f lib. 13. antiquitã. Iudaic. 6.
g Nouella 103. c. 2.
h c. 11. de mãdatis principũ Nouella 17.
i lib. 9. hiſt. Eccleſiaſtic. c. 24.

7 Facilis populus ad mutãdam, in bonum vel malum ſentẽtiam, & opinione ducitur, antequam rem ſeriò perpendere poſſit, facilis & à religione non accuratè exculta, ad ſuperſtitionem via. Qui periti ſunt, pro veritate contendũt iuſtè: qui errore contrà imbuti ſunt, pertinaciter, & ſæpe ex malitia obſiſtunt, ſe ipſos prædicant, humanis aliquando doctrinis validi falſa pro veris obtrudunt, ſimplices veritatis amatores cõtemnunt, interim factiones fiũt, ſchiſmata oriuntur, pugnæ ex ſcintillis diſcordiæ incẽduntur, quæ non niſi poſt multas clades extinguũtur. Quare occurrẽdum initio erit antequam ſerpat incẽdium. Nam vt Seneca ait [k], *Genus hominum videbatur qui verba geſtarent: quidam qui vitia geſtãt. Horum ſermo multum nocet. nam etiam ſi non ſtatim officit, ſemina in animo relinquit, ſequitúrque nos etiam, cùm ab eo diſceſſerimus, reſurrecturum poſtea malum, quemadmodum qui audierunt ſymphoniam, ferunt ſecum in auribus modulationem ac dulcedinem cantus, quæ cogitationes impedit, nec ad ſeria patitur intendi.*

k epiſtola 123

8 Decipiuntur plures ſpecie boni & recti,nec malè ſe agere,contraria veritati ſequētes,per errorem tamen arbitrantur.Cum his leniter primùm agēdū eſt,& rationibus & prędicationibus ad veritatē reducendi erunt,nec ſtatim ad ignes, ad arma, & gladios aut furores conclamandum,ne peius contingat:& ne metu pœnarum potiùs fugentur longiùs, quàm reuocentur:ſolent enim inde oriri ſemina ſeditionum,quæ difficiles habent & crudeliores exitus:his inuadentibus,illis ſe defendere nitentibus:& dum de belli cauſa agitur,ſæpe in exercitu vtrarum partium religio omnis euacuatur. ea enim eſt miſeria bellorum maximè ſeditionum, vt nihil ſani inter milites inueniatur:nulla fides, pietáſque viris qui caſtra ſequuntur, ſaltem inter gregarios milites,qui neceſſitate bellica compulſi, dicunt ſe cogi ad turpia & impia,quę duces,quamuis probi,ſæpe diſſimulare cogūtur.

9 Sic refert Surius libro commentariorum rerum in orbe ſuo tempore geſtarum,anno Domini 1566.in Belgicis nationibus catholici regis Hiſpaniæ Philippi, tumultum ita tragicum cœpiſſe excitari, vt ad excidium religionis ſpectare videretur, niſi præpotentis Dei benignitate conatus malorum hominum fuiſſent retardati, ídque propter editum regis nuper miſſum, de conſeruando conſilio Tridentino, déque aliis ſtrictè ſeruandis ſtatuebat,quibus populus commotus fuit,& plerique ex magiſtratibus & nobilibus catholicis, ſparſo rumore, regem velle illarum literarum edictis, in Belgia introducere Hiſpanicam inquiſitionem,quam dicebāt,non modò pernitioſam & alienam à ratione,diuinis & humanis legibus aduerſam, ſed quæ etiam vinceret omnium tyrannorum ethnicorum immanitatem & crudelitatem,ex quibus vulgus & multi alij tumultuati,cœperunt coniurationes & factiones facere, & nouæ religioni locum præbere,aduocaréque hęreticos concionatores,cæpítque paulo pòſt ipſa factio dicta *des Gueux*.5.Aprilis eiuſdē anni, quod fuſè proſequitur & explicat Surius prædicto loco, cùm tamen alia eſſet intētio regis catholici, nempe tantùm fidei & inquiſitionis leges authorare, quæ erant antea ſtatutæ à Carolo 5.

10 Experiundum deinceps aduerſus errantes & hæreticos maléque ſentientes de religione num per eccleſiaſticas cēſuras & pœnas redire poſſint ad gremium eccleſiæ,quibus,ſi illis cōtemptis,noluerint ſatiſfacere, addendæ erunt pœnæ legum ſecularium,& cum gladio ſpiritali temporalis iungendus erit [a]. atque poterūt principes ſeculares vti in eos tēporalium ademptione [b],qui & multo magis ſpiritualibus priuari debent [c],& medecinali ſeueritate,mali ad bonum cogendi ſunt [d].ſunt & mali & incorrigibiles exterminandi, quemadmodùm legitur [e], Hieremiam dediſſe gladium Iudæ aureum,dicentem, *Accipe gladium ſanctum, munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael.* Sic Helias propheta occidit prophetas Bahal [f], & Iehu [g].& Domini temporales debēt tueri eccleſiam Dei [h],vt & Paulo poſt lib.2.docemus, in generalibus remediis & hæc in his qui fidem acceptam, poſtea vel in ſe vel in aliis corruperunt,& religionem profeſſam contaminarunt locum potiſſimùm habent.

a c.quādo vult Deus,39. & ſequentib. vſque ad finē 23.q.4.
b ca. quo iure, 8.diſtinct.
c iuxta l.ſi quis de apoſtatis.C.
d ca. 25. quid faciet 23.q.4.
e 2. Machabeorum c.ſ.
f 3.regū c.18. verſ.40.
g 4. Reg.c.10.
h can ſicut excellentiam veſtiam 23.q.4.

11 Quòd ſi agatur de his,qui nunquā fidem adepti ſunt,ad religionem Chri-



nē Chriſtianam deducendis,tunc non coactionibus exterioribus,aut armis vti,non valde expedit. Quemadmodum enim cogi non poteſt inuita voluntas,ſic,nec quæ debet eſſe ſpontanea religio. *Non eſt religionis*, inquit Tertulianus ad Scapulam in fine, *cogere religionem,quæ ſponte ſuſcipi debet non vi.* Et ſecundum Clementem Alexandrinum [a]. *Exhortatoria eſt vniuerſa religio, piúſque Dei cultus, vt qui, & vitæ hîc rectè degendæ,& futuræ,deſiderium menti cognatæ ingeneret.* Sic & D.Clemens Romanus [b] fidem ſuadendam non imponēdam tradiderit. *Nemo.n.* dicebat Dominus, [c] *venit ad me,niſi pater traxerit eū.* ideo neque Iudæos ad fidem venire cogendos, deciſſum in c.ſicut Iudęi,9.de Iudæis [d]. Eóque pertinet quod Theodericus rex Romanorū apud Caſſiodorum [e] ait,permittens Iudæis reficere templum. *Damus*, inquit, *licentiam: ſiquidem permiſſum, ſed errantium votum, laudabiliter improbamus. Religionem imperare non poſſumus: quia nemo cogitur,vt credat inuitus.* Et rurſum,apud eundem Caſſiodorum [f], Iuſtiniano imperatori Theobaldus rex ſcribit, *Cùm diuinitas multas patiatur religiones eſſe, nos vnam non audemus imponere, retinemus enim legiſſe, voluntariè ſacrificandum eſſe Domino,non cuiuſquam cogentis imperio.*

a libro 1.pedagogiæ c. 1.
b libro 9. recognitionum, & D. Bernardus in cantica ſermone 66.
c D.Iohan c.6
d lib.Decreta. tit.6.
d libro 5.Decretalium ti.6.
e lib.2.variarum epiſt. 27.
f lib.10 epiſtolarum 26.

12 Scio quidem nihilominus plures principes pios, & Chriſtianiſſimos procuraſſe,& edictis, & armis, & vi venire Ethnicos,& Iudæos, ad fidem & Baptiſmum, quorum zelus, conatus, & voluntas, maximam merentur laudem, effecerúntque, vt templa Idolorum clauderentur, exercitia publica,ſcandala,Iudaiſmi ritus alicubi prohiberentur. At aſſequi non potuerunt, vt qui animum impietatis,& alterius ſuperſtitionis haberent, omnino intrinſecus deponerent, quamuis ſe depoſuiſſe ſimularent: opúſque fuit miniſterio ſpiritus Sancti,qui animos ad fidem ſuſcipiendam innouaret,regeneraret, & confirmaret, ne rebellarentur ad vomitum. Alioquin factum eſt, vt qui metu pœnarū per edicta,ſe ſimularunt reliquiſſe ſuperſtitionem & idololatriam, vbi ceſſauit metuendi occaſio, apertè redierint ad priſtinam malitiam. Et ex multis quædam poſſunt proponi exempla quæ fidem huius rei faciant.

Refert Meierus [g] in anno 804. ſcriptum ſe reperiſſe quoddam genus hominum, quos ipſe arbitratur fuiſſe Hunnos, & Vandalos,à Carolo Magno rege, & Loderico Flandriæ præfecto, Flandria pulſum,quòd nollent in noſtram concedere religionem,retentis tamen illorū paruulis liberis,qui inſtrui poſſent Chriſtiana pietate. Oſualdus etiam Nordinbrorum Anglorum rex, Mercios,eorum rege trucidato, fidē Chriſti ſuſcipere coegit [h]. fuere etiam coacti à Leone 3. Iſauro imperatore Orientis, Iudæi poſtquam à pſeudochriſto Syro fuiſſent decepti,baptizari: verùm in contemptum Baptiſmi ſe denuò abluebāt:& ad ſacram mēſam accedere iuſſi, ſe alio genere ciborum contaminabant [i]. Sic Ratisbonenſes inuiti baptiſati ſub Henrico 4. imperatore,ad Iudaiſmum relapſi ſunt,circa annum Domini 1086 [k], vt & Vādali occiſo Gotſchalco principe ſuo, cum omnibus piis anno 1065.ad Paganiſmum turpiter relapſi ſunt,vt ait Munſterus.Iudæi quoque qui in Hiſpania ſuperiorum regum temporibus baptizati fuerāt,velut inuiti,anno 694.non ſolùm Chriſtianiſmū macularunt,

g lib. 2.Annal. Flandriæ.
h vt ait Sigebert. in Chroni.
i vt ſcribit Paulus Diaco.lib. 21.hiſtor. Ro. & Abbas Vſpergenſis in Leone 3.
k teſte Alberto Crāzio lib. 5.c.14.

Sed contra regem Egicam regnumq́. conſpirarũt: vnde omnibus ſuis rebus nudati cum vxoribus & filiis, per cunctas Hiſpaniarũ prouincias diſperſi, ſeruituti perpetuæ ſubiecti fuerunt, vt habetur in concilio 17. Toletano c. 8.

*De libris ad religionem pertinentibus & primùm de Scripturis veteris teſtamenti, & Rabinorum.*

## CAPVT V.

IN hominibus ſemper fuit mutabilis, & ad nouas opiniones deſultoria natura. idcirco Deus, humanæ fragilitati conſulens, illis per ſcripturæ iuuamen, & veluti theſaurorum diuinorum memoriale auxiliari voluit, ad perpetuam rerum memoriam, & geſtorum, & mãdatorum teſtimonium: quanquam, & ſine ſcriptura, multa per manus patrum, quæ ad religionem pertinent, à progenie in progenies ad nos vſque peruenerint conſeruata, repetita quotidiana memoria, & per ſingulos temporum articulos recitata. οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι, διὰ τοῦτο σημείων χρῄζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων, vt ait Baſilius Magnus [a]. id eſt, *Sermones naturam habent volucrem, quapropter literarum notis vtuntur homines, vt ſermonum auolantium velocitatem qui ſcribit prehẽdat.* eo pertinet quod Martialis ait de Notario [b].

a epiſtola 178. Notario.
b li. 14. appoh. 208.

*Currant, verba licet, manus eſt velocius illis:*
*Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.*

Agamus priùs de ſcripturis, & libris religionis, poſtea de traditionibus.

2 Talmudiſtæ, vt refert Galatinus [c] & Reuclinus [d], dicunt, legem Dei ante mũdi creationem, creatã eſſe duobus annorum millibus, atque literis igneis nigris, in dorſo ignis cãdidi ſcriptam: quod ſomnium eſt Thalmudicũ & Rabinicum, procúlque per ſe apparet à veritate, quia ante mũdi creationem, non fuit tẽpus nec anni qui ex ſolis curſu perficiũtur, & ille vt & luna in Geneſi mundi cœperunt, in ſigna & tempora eſſe creari, & diſtingui à luce [e]. Eſt & ignis elementum, quod vt & tria alia elementa, in mundi creatione eſſe cœperunt, cùm antea non eſſent, ita & hoc.

c 1. 7. c. 1. aduerſus Iudæos.
d in Cabal. c. 3.
e Geneſi 1.

3 Veriſimilius erit, quod pro vero tamen aliqui adfirmãt, quòd Enoch qui fuit filius Iared filij Malalehel, qui fuit filius Cainam filij Enos, filij Seth, filij Adæ [f], de legis diuinæ, mãdatis ſcripta reliquerit. Nam & libri Enoch citantur ab Origene [g], quibus contineri ait doctrinam de ſyderibus & plagis cœli, prout extare dicunt apud Æthiopes, in regno Teymæ Sabæ, lingua Abyſſina: quibus etiam tradebantur Dei mandata, leges, & ceremoniæ aliquæ, de ſacerdotiis, de ſacrificio, iuxta quas Noachus obtulit ſacrificia de mundis, & ex quibus etiam D. Iudas Apoſtolus, citat in ſua epiſtola teſtimonium.

f Geneſ. 5.
g Homilia 28. in Numeros.

Extitiſſe idcirco in primitiua Eccleſia, illius libros conſtat, cùm prædictus Apoſtolus, & Origenes prædicto loco & in 4. libro anacephalæoſis de principiis, & Tertullianus libris de idololatria, de pudi-



pudicitia, de cultu virginum, aduocauerint teſtimonia: didicerat vt credi par eſt, ipſe Enoch, literas & legis Dei mandata ab atauo Adamo, natus ante inundationem aquarum, anno milleſimo trigeſimo quarto, vt liquet ex c. 5. Geneſeos, eóque tempore, vt Diuus Iudas Thadeus ait, prophetauit plura de iudicio futuro, tam aquarum diluuij, quàm vltimæ cõflagrationis, quę teſte Ioſepho [a], inſcripſit duabus columnis, altera ærea, altera lateritia. Iudæi peiores nunc ſunt ipſo Ioſepho, & anterioribus: qui vt ait Tertullianus [b], Enoch librum reiiciunt, quem Iudas Apoſtolus probauit: quia de Chriſto loquatur: refértque, & refellit illius improbationis rationem. nõ enim, inquit, admittebant, quòd dicerent omnia cataclyſmo periiſſe. Quod tamen non pugnat. nam potuit per pronepotẽ eius Noachum, iterũ exſcribi & reformari ab Spiritu Sancto, ſicut & Hieroſolymis Babylonica expugnatione deletis, omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ, per Eſdram fuit reſtauratum: & addit, nec mirum, ſi ſcripturam Enoch reiiciunt Iudæi, vbi de Chriſto, cùm & ipſum Chriſtum præſentem reiiecerint.

a in 1. de antiquit. Iudaic.
b 1. lib. de habitu muliebri.

4 Citantur & in quodam canone Græcorum, libri quidam quos ſcripſiſſe aſſeritur Abraham, quod & aſſirmat Mahometes in Alcorano, & Hebræi quoque hodie eius nomine Ietzirá de formatione oſtendunt & excuſſum habent: & in quo ſunt fundamenta ſuæ caballæ, ſeu traditionum diuinarum, iuxta numeros more Pythagoreorum, niſi ad Rabinum eius nominis referas.

5 Verum certiora ſunt volumina ſacra, quæ, & à tempore Moſis ad nos peruenerunt, primùm ad Iudæos, dehinc ad nos Chriſtianos: quibus & leges noui Teſtamẽti, ſeu Chriſtianæ fidei, additę aliæ fuerunt, vt dicemus. Sed poſtquam de Hebręorum, ſeu Iudæorum voluminibus egerimus.

Hæbrei, ſacros libros vocant ſua lingua, מקשיה *makdeſcijah*, vt ait Galatinus 1. aduerſus Iudæos, c. 1. quòd idem eſt, ac Latinis, *res Dei ſancta.* diuidunt autem in libros ארבע ועריס *arbag vegnaſcrim*, viginti quatuor Horum rurſum quatuor partes in genere faciunt, primum vocant תורה *torah*, legem quæ cõtinet quinque libros, ſeu Pentatheucum, quibus creatio mũdi, leges & mandata Dei continentur: eóſque nominant per principium, quo deſcribuntur per primum nomen quod incipit librum.

6 Ita primum vocant בראשית *bereſcith*, id eſt, in principio, nos Geneſim, Græco nomine, quaſi generationũ rerũ, & perſonarũ librũ.

7 Secundum nominant ואלה שמות *veele ſchemoth*, hæc ſunt nomina, quia per illa verba liber incipit, nos Græco nomine ἔξοδον, Exodum, vocamus, ſcilicet exitum filiorum Iſrael ex terra Ægypti.

8 Tertium dicunt ויקרא *vaikra*, id eſt, *& vocauit*, quia ita incipit liber, nos vocamus Leuiticum, eo quòd, vt plerunque ibidem agatur de ſacrificiis, & cultu diuino à Leuitici generis hominibus exequendo.

9 Quartum dicũt eadem ratione במדבר סיני *bemidbar ſinai*, id eſt in deſerto Sinai: ſic enim primũ caput incipit, apud nos, numerorũ liber in quo numeratur pop. per cognationes & domos ſuas, & principes

a *Num.c.1. & 27.*

conſtituantur per turmas inter filios Iſrael[a].

10 Quintũ vocãt אלה הברים *ele hadebarim*, quia ita incipit, *Hæc ſunt verba &c.* nobis nomine Græco dicitur δευτερονόμιον, ſeu ſecunda vel repetita lex antea data, quia in Deuteronomio, repetitur à Moſe lex in Sina data. Sic ideo ipſe Moſes c. 17. eius libri, vocat ſecundam legem verſ. 18. *Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui rex deſcribet ſibi* את־משנה התורה *& miſcneh atorah*, id eſt, ſecundam vel duplicẽ legẽ: pro quo ſeptuaginta interpretes legunt καὶ γράψει ἑαυτῷ τὸ δευτερονόμιον τοῦτο εἰς βιβλίον, παρὰ τῶν ἱερέων τῶν λευιτῶν καὶ ἔσται μετ᾽ αὐτοῦ. Id eſt deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus. *Miſene thorah* iterum Deuteronomium dicitur in c. 8. Ioſue verſu 32. ibi & deſcripſit ſuper lapides Deuteronomium legis Moſi, quod ille digeſſerat coram filiis Iſrael.

11 Secunda pars bibliorum ſacrorum apud Hebræos, continet נביאים ראשונים *nebijn riſchonim*, id eſt, prophetas primores quatuor, Iehoſuah; id eſt Ioſue. 2. *Sophtim*, id eſt Iudicũ. 3. Samuel, id eſt primũ & 2. regum: 3. melachim, id eſt 3. & 4. librum regum. Samuel ſcripſit librum Iudicum, Ruth, & maximam partẽ libri primi regum; quem eius nomine alius ad regnum vſque Salomonis perduxit hebr. in baba bathra c. 1. nempe Nathan & Gad, videns ſeu propheta, vt ait R. Moſe Kimhi. Sequentia Samuelis vſque ad calcem ſcripſit Dauid. Reliqua regum edidit Hieremias. nam antè hiſtoria ſparſa erat per ſingulorum regum annales, vt ſcribit Rabanus [b], tertium tamen & quartum librum regum, malunt Hebræi tribuere Ezræ.

b *lib. 2. de inſtitutio clericorum c. 54.*

Tertia pars eſt נביאים אחרונים *neuijm acharonim*, id eſt, Prophetarũ minorum: ſub quibus intelligunt Ieſaiam, Hieremiam, Ezechielem, & librum duodecim prophetarum minorum.

12 Quarta pars continet agiographa, quæ vocant כתובים *cetubim ſcripta*, ſub quibus numerantur primùm דברי הימים *dibre haiamim*, id eſt, verba dierum: ſic enim incipit liber ille, qui à Græcis dicitur *Paralipomenon*. παραλειπομένων, id eſt ſilentio omiſſorum, vel prætermiſſorum in hiſtoria regum.

Sub ea etiam quarta parte ponunt 2. librum תהלים *theilim*, librum hymnorum, ſeu Pſalmorum: tertiò & librum משלי שלמה *miſcle Salomo*, parabolas Salomonis. 4. libri Iob. 5. librum Ruth. 6. קהלת *koeleth*, id eſt concionatorem, qui ex Græcis apud nos dicitur eccleſiaſtes, ἐκκλησιαστής. 7. addũt איכה *echa*, id eſt, *quomodo*, quia ſic incipiũt lamentationes Hieremiæ. item 8. שיר השירים *ſcir haſcirim*, id eſt, cantica canticorum. 9. etiam Heſter 10. Danielem, 11. Ezram, & Neemiam.

13 Inter hos autem omnes ſacros libros non annumerant libros Syra, Iudith, Tobiam: primum Machabeorum, licet habeant. Secundus enim apud Hebræos non extat, vt nec liber ſapientiæ Salomonis, nec hymmus trium puerorum Danielis, nec Suſannæ & Belis hiſtoriæ. Illa diuiſio librorum antiqua circumfertur facta ſub annum mundi 3710. in ſynodo magna ſynagogæ, cuius fuit ſcriba Ezras: vbi editus fuit canon Hebræorum de ſacris ſcripturis, vt habetur in Talmud tractatu de votis & apud Eliam



liam in prefatione 3. maſſoreth. Quare libri qui apud nos ſuperſunt, in canone Hebræorum mirum non eſt ſi non inueniantur, vt Iudith, Machabeorum, & alij quia poſt illud tempus ſcripti fuerunt à tempore Cyri ſub quo Ezras fuit, quo tempore editus canon librorum quoque. Eccleſia tamen Catholica illos recipit. non enim eccleſia ſequitur Iudæos, ſed quod melius eſt. Sic enim primum liquet de Machabeis ex diuo Auguſtino [a]. *Ab hoc*, inquit, *tempore apud Iudæos reſtituto tẽplo, non reges ſed principes fuerũt vſque ad Ariſtobulum, quorum ſupputatio temporum nõ in ſcripturis ſanctis quæ canonicæ nuncupantur, ſed in aliis inuenitur, in quibus ſunt & Machabeorum libri quos non Iudæi, ſed eccleſia pro canonicis habet, propter quorundam martyrum paſſiones vehementes ac mirabiles.*

a *Lib. 18. de ciuitate Dei c. 34.*

14 Et de libro ſapientiæ, & eccleſiaſtico, idem Diuus Auguſtinus[b]. *Illi*, inquit, *duo libri, vnus, qui ſapientia: & alius, qui eccleſiaſticus inſcribitur, quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt.* Rurſum [c], *Alij duo, quorum vnus ſapientia, alius eccleſiaſticus dicitur, propter eloquij nonnullam ſimilitudinem, vt Salomonis dicantur obtinuit conſuetudo. Non autem eos eſſe ipſius dubitant doctiores, eos tamen in authoritatem maximè Occidentalis antiquitus recepit eccleſia. Quorum in vno qui ſapientia dicitur Chriſti paſſio apertiſſimè prophetatur* (Sapient. 2) *In eccleſiaſtico fides gentium prædicatur.* Atque iterum de eodem libro ſapientiæ idem Auguſtinus [d], *Non debuit repudiari ſententia libri ſapientiæ qui meruit in eccleſia Chriſti, de gradu electorum eccleſiæ Chriſti iam longa annoſitate recitari, & ab omnibus Chriſtianis, & ab omnibus epiſcopis, vſque ad extremos laicos fideles penitentes cathecumenos, cum veneratione diuinæ authoritatis, audiri.*

b *Lib. 2. de doctrina Chriſtiana.*

c *in 17. de ciuitate Dei c. 20.*

d *Lib. de prædeſtinatione ſanctorum c. 13.*

15 *In canonibus apoſtolorum ca. 84. incipiente* ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, &c. Sic ſtatuitur, *Sunto omnibus vobis clericis ſimul ac laicis venerandi ac ſacri libri veteris quidẽ teſtamenti Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ: Ieſu filij Naue vnus: Iudicũ vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor: derelictorum ex libro dierum, duo: Heſter vnus: de Machabeorum geſtis tres: Iob vnus: Pſalterium vnus: Solomonis tres: Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum cãticorum: Profetarum duodecim: vnus Eſaiæ, Hieremiæ vnus: Ezechiel vnus: Daniel vnus. Inquiritor autẽ à vobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri addiſcant, item ſapientiam eruditi Syrach.*

In conſilio habito Romæ cum 70. epiſcopis ſub Gelaſio ſummo pontifice, & in c. ſancta Romana, dum ordinantur libri ſacri legendi in diuino officio per totum annum, cum ſuperioribus conſentit probatio.

In conſilio Tridentino annumeratur ſeſſione 4. decreto de canonicis ſcripturis veteris teſtamenti Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Ruth. 4. libri regum 2. paralipomenon, Eſdræ primus & ſecundus, qui dicitur Neemias, Tobias, Iudith, Heſter, Iob. Pſalterium 150. pſalmorum.

Parabolæ, eccleſiaſtes, canticũ cãticorum, ſapientia, eccleſiaſticus.
Iſaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ.
Machabeorum primus & ſecundus.

Laodicenſe conſilium, eoſdem libros canonicos dicit c. 59. tamen

de Machabeorum libris non meminit. at in catalogo ſacrorum librorum & canonicorum Carthaginenſis conſilij 3. c. 47. Machabeorum libri duo ponuntur, & tribuuntur quoque Salomoni libri 5. parabolę, inquam, cantica canticorum, ſapientiæ, eccleſiaſticus & eccleſiaſtes, Cyprian. in expoſitione ſymboli Apoſtolici, prædictos libros vt canonicos numerat, verùm alios numerat qui non canonici, ſed eccleſiaſtici dicuntur à maioribus, librũ ſapientiæ, eccleſiaſticũ, Tobiam, Iudith, & Machabeorum libros, eadẽ ferè tradit Epiphanius[a].

a Lib. 1. contra hæreſes.

16 Ieſus filius Syrach author libri eccleſiaſtici qui Pan-aretos, i. de omni virtute author dicitur, & fuiſſe fertur vnus ex ſeptuaginta duobus interpretibus, de ſtirpe Ieſu ſacerdotis, cuius Zacharias meminit: & eius librũ poſtea fuiſſe canonicum apud Hebręos Ioſephus indicat[b], dum ab eius c. 42. citat Gręci exemplaris ſententiam, citant tamen nomine ſapientię Salomonis librum eccleſiaſticum. Damaſus Papa epiſto. 6. Cypria lib. 3. ad Quirinum ca. 20. Clemens Alexandrin. li. 7. Stromat. Origines homilia 18. in Numeros, Hilarius in pſal. 67. A beato Gregorio in c. non eſt putanda. 1. q. 1. & alij patres cuius rationem tradit D. Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana c. 8. & alibi.

b Contra Apionem.

17 Iudaicarũ hiſtoriarum libros apoſtoli in eccleſia legendos tradiderunt, quia bella etiam illa carnalia ſpiritualia bellorũ figurã gererent, vt ait D. Chryſoſtomus[c].

c Homilia 15. ſuper Ioſue ca. viſi bella, 23 q. 1.

Neque alia cauſa iuſſit Deus fideliter, & cum omni diligentia deſcribi legẽ & mandata, quàm vt repetita prælectione populus audiẽs Dei voluntatẽ retineret & exequeretur. Ita Exodi c. 17. verſ. dixit Dominus ad Moſem, *Scribe hoc in monumentum in libro, & trade auribus Ioſuæ*. atq. Deut. c. 31. *Scripſit Moſes legem hanc & tradidit eam ſacerdotib. filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſenioribus Iſrael*, & Ioſue c. 8. *Nõ recedet volumen huius legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eis cunctis dieb. ac noctib. vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo, tũc diriges viam tuam, & intelliges eam*. Itẽ ſtatuit Deus per Moſem c. 17 Deut. verſ. 18. vt rex acciperet legẽ Dei non à quocunque, ſed à ſacerdotibus Leuiticæ tribus, vt ſecum haberet, legerétque omnibus diebus vitæ ſuæ, & ſecundum eam viueret.

18 Prædictorum ſacrorum Hebręorum voluminum commentaria & explicationes, extãt in eadem lingua excuſſa per magiſtros ſeu rabinos Hebræorum, ſeu Iudæorum antiquos & neothericos. Quorum inſigniores ſunt *vaikoa raba, bereſcit rabba, bereſcit karona*. explicatio maior & minor Geneſeos, *midras thelim*, expoſitio pſalm. *midras cohelet*, expoſitio eccleſiaſtis, *tanhuma*, vbi magna ex parte eſt numerorũ expoſitio. הלכות מלכים *hilcot melachim*, ſentẽtiæ regũ ספר קבוצים *ſepher kibutzim*. collectio ſentẽtiarũ ſapientũ. אגרת חסודות *igeret haſodoth*, epiſtola ſecretorum, compoſita à Rabino Nehumas Haccanę filio. גלי רזיא *gale razeia*, reuelatio ſecretorũ, Rabini hakados, liber *more*.

1 Sunt alij libri, quibus Hebræi explicationes ſua lingua, ſeu commentaria & paraphraſes ediderunt, vel omnia talmudica, vel caballiſtica.

Inter Talmudicos enĩ & caballiſticos interpretes ea vel eſt notata differentia, quòd Talmudiſtę circa interpretationem legis verſantur, dicti



dicti מפרושים & פרשי. id eſt, interpretatores, ſeu interpretes, quaſi in vita actiua degentes. Sic & Talmud vt ait Paulus Iſraelita[a], dicitur, diſciplinatio, quę legis intellectum planè allegoricum, aut multiplici varietate circumtectum explicat. Caballiſtæ autem, in contemplatiua quaſi vita, & futurarum & quæ Dei ſunt, verſantur. dicti ideo אנשי העיון מבעלי הוגרה i. viri ſpeculationis ex magiſtris legis vt ait Reuclinus lib. 1. de arte Caballiſtica. Talmud & Talmudiſtę veniunt à radice למד *lamad* diſcere, vt kabala & kabaliſtæ à כבל *kabal*, accipere. vnde kabala traditio. de qua poſtea vtrique legi diuinæ antiquæ, vt illis videtur, inhærent, illi mentem ex litera, iſti ex traditionibus maiorum, vt dicunt: & vt verum dicam, vtrique vt plerunque ex ſomniis propriis & inanibus ſupputationibus diuinant, vel confingunt legis diuinæ explicationes. Sufficiet autem nobis indicaſſe aliquos ex libris vtriuſque ſectæ.

a in proœmio præceptorũ Iudæorum ca. 2.

20 Et de Talmudicis in primis ex Galatino[b]. Is enim accuratè colligit ex Rabinorum voluminibus, Talmudicorum originem & ſectionẽ, & nomina librorum addemus & aliorum teſtimonia. Anno ergo 120. ab incendio ſecundi templi, Rabi Iehuda Simonis filius, dictus ſanctus, ob doctrinam: omnia ſcripta tam doctorum quàm interpretationes Iudæorum ante & poſt Chriſtũ in vnum opus collegit, quod nuncupauit משנה *miſcnah*, id eſt iteratam legem, vel prælectionem repetitam. Anno autem ab eiuſdem templi vaſtatione circiter 300. Rabinus Iochanam, aſſumptis ſecum Rab, & Samuele collegis, miſna & alia ſcripta in vnum colligens, cõfecit Talmud Hieroſolymitanum. Anno autem 426. ab eadem deſtructione Rab Aſſe vnà cum Rabinah, iterum omnes ſuperiores ſcripturas in vnum redegit, & nominauit Talmud Babylonicũ, quo nunc Synagoga Iudæorum vtitur, tamẽ Aſſe morte præuento, perfecit hoc opus filius eius Mor vnà cum Maremar. Ferunt enim Ezram ab exilio reuerſum, academiam Hieroſolymis inſtituiſſe omni genere diſciplinarum refertam, ex qua prodierunt inſignes viri ſeorſum ſcribæ, & phariſæi, & legis periti, qui multa ediderunt ſuis temporibus in legem volumina, ex quibus conflatum eſt vtrunque Talmud Babylonicum & Hieroſolymitanum, de quibus Rabi Moſe in præfationibus Maiemonim: alij, vt Genebrardus[c] refert ex Chronico Hebræorum, aiunt Talmud Hieroſolymitanum abſolutum à Iudæis, anno Domini 469. & quod Rabinus Iohannam operi præfuit, qui illam doctrinam totidem ferè librorum inſcriptionibus quot Babylonica continetur, libris tamen multo contractioribus, conſtruxit. Et quod anno Domini 505. Talmud Babylonicum abſolutum eſt à Mar filio & diſcipulus Rab Aſſe, nempe ea pars quam appellant Ghemara centum circiter annis poſt Talmud Hieroſolymitanum. Ex quibus conſtat non vno tempore, ſed diuerſis abſolutum & cœptum opus Talmud, & per partes ſuas perfectum, vt & ait Rabi Elias in Tisbi anno Chriſti 188. abſoluta fuit tantùm illa pars quæ in Talmud inſcribitur miſna: miſnæ autem ſapientum primus fuit Simeon Iuſtus, qui Chriſtum excepit vlnis. poſtremus Rabinus kakkados Antonino Cæſari charus.

b Lib. 1. aduerſus Iudæos c. 5.

c Lib. 3. Chronographiæ.

In libris Talmudicis continetur totum ius pŏtificium Iudęorum, ſeu Hebræorum ſcriptum, vt in caballiſticis, non ſcriptum. Feruntur & ab Ezra inſtituti ſcribę, vt ſuo exemplo legem ad literam explicarent, & legis difficultates libróſque eius intactos conſeruarent ne denuò corrumperentur, vt antea quàm à ſynodo collecta emendata eſſent, vocantur iſti in euangelio legiſperiti & ſcribę.

Diuidunt autem Iudæi ſuum Talmud in ſex partes, quas vocant סדרים *ſedarim*, id eſt, ordines ſeu directiones, & rurſum ſingulas partes in libros: & libros, in capita. vocant libros מסכתות *maſctot*, id eſt, tractatus. capita verò פרקים *perkim* vocant.

21 Prima igitur pars dicta eſt סדר זרעים *ſeder zeragnim*, id eſt, ordo ſenum habet vndecim מסכות *maſcoth*, ſeu vndecim tractatus, vel libros.

1 ברכות *beracot*, ſeu benedictionum, 9. habens פרקים *perachim*, ſeu capita, vel ſectiones, & ibi agitur de benedictionibus, de diuinis laudibus, & orationibus.

2 פאה *pea*, id eſt, tractatus anguli habens decem capita. Et ibi agitur de parte angulari ſegetum relinquenda pauperibus.

3 דמאי *demai*, id eſt tractatus dubitationis, de quibus ſint ſoluendæ decimæ & habet 10. cap.

4 תרומות *therumoth*. i. tractatus duorum & centũ, habens 11. capita. vbi agitur, de duorum ſeparatione ex vno quoque centenario, ad dandum ſacerdoti.

5 שביעיית *ſcheuigioth*. id eſt tractatus ſeptimi, habens 10. capita. vbi agitur, de non ſeminando terram ſeptimo anno.

6 כלאים *chelaim*, id eſt, commixtionum, habens nouem capita, vbi tractatur de rebus quæ commiſceri prohibentur.

7 ראשון *riſchon*, id eſt, decimationis. vbi agitur de primis decimis quas leuitæ impartiebantur ſacerdotibus, & habet capita 9.

*Primæ partis Maſechet* מסכת *continens tractatus* 11 *& c.75.*

8 מעשר שני *magnaſcer ſceni*, decimationis ſecundæ, quæ poſt decimas leuitis exhibendas extrahi debebant, & in Hieruſalem comedi & conſumi, & habet 5. capita.

9 חלה *halla*, placenta, quæ ex maſſa paſtæ ſemper deſſumpta debebat dari ſacerdotibus, habens 4. capita.

10 ערלה *gnorla*, clauſura, vbi de clauſura arborum plantatarum, in ſignum ne intra triennium ex fructibus earum comederetur, habens 3. capita.

11 בכורים *biccurim*, primitiarum. vbi agitur de primitiis in templo offerẽdis, quæ erant tantùm ex ſeptem rebus: nempe de frumento, hordeo, vuis, ficis, malis punicis, oliuis, dactilis, habens 4. capita.

22 Secunda pars Talmud, dicitur סדר מועד *ſeder mognet*, id eſt, ordo feſtorum, & habet מסכתות *maſcetoth*, ſeu tractatus, vel libros 12.

1 שבת *ſcabat*, de prohibitis & permiſſis Sabatho, habens 20. capita.

2 ערונים



2 ערונים *guerunim*, id eſt cõuerſationum quę licitę erant Iudęis in ſabbatho, habens c. 10.

3 פסחים *peſſachim*, quæ duas habet partes: vna de his quæ præparanda erant pro ſolẽnitate paſchæ: ſecunda, de agno paſchali, habentes 10. capita.

4 שקלים *ſcekalim*, id eſt ſiclorum, vbi agitur de ſiclorum moneta 20. obolorum, & de exactione ad comparandos duos agnos qui quotidie in ſacrificio offerebantur, vnus manè, alius veſperi in redemptionem animarum, habens 8. c c.

5 יומא *ioma*, dierum de die propitiationum, & quid in eo agendum, habens 8. c c.

6 סוכה *ſuca*, id eſt, caſulæ, vel tabernaculi tractatus, vbi agitur de feſto tabernaculorum, habens 5. cc.

7 יום טוב *iom tob*. id eſt, diei boni tracta. vbi agitur, quæ prohibita ſunt quolibet die feſto præterquam in ſabbatho & die propitiationis, habens 5. cc.

8 ראש השנה *roſch haſcanah*, de capite anni: vbi agitur, de omnibus ſolemnitatibus Calendarij illorum, habens cc. 5.

9 תענית *tagnanith*, id eſt ieiunij tractatus, vbi agitur de ieiunio quaterno in anno, & aliis ieiuniis, habens quatuor cc.

10 מגלה *megila*, id eſt hiſtoriæ tractatus: vbi agitur de hiſtoria Eſther, & de ad eam ſolemnitatem pertinentibus, habens 4. cc.

*Sic in 2. parte ſunt 12. maſcetoth, ſeu tractatus & capita 85.*

11 מועד קטן *mogned katon*, id eſt, feſti parui tractatus, vbi agitur de minoribus feſtis, inter primam & vltimam diem paſchæ & tabernaculorum minus ſolemni primo & vltimo, habens 3. cc.

12 חגיגה *hagiga*, id eſt, ſolemnitatis tractactus. vbi agitur de præcepto, quo ter in anno in Hieruſalem ire tenebantur maſculi, nempe in feſtis paſchæ, pentecoſtes, & tabernaculorum, habens tria cc.

23 Tertia pars Talmud dicta שדר נשים *ſeder naſcim*, ordo mulierum, & habet 7. משכתות, ſeu tractatus.

1 יבמות *iebamot*, id eſt fratriarum. vbi agitur de accipienda vxore fratris defuncti ſine liberis, ad ſuſcitandam prolem, habens 16. capita.

2 כתובות *cetuboth*. i. contractuum. vbi agitur de contractibus, ſeu ſcripturis, & obligationib. viri & vxoris pro dote, habens 13. c.

3 נדרים *nedarim*, id eſt votorum mulierum, habens 11. cc.

4 נזיר *nazir*, id eſt, Nazarei tractatus, vbi agitur de voto nazareorum à mundo ſeparatorum, quibus durante voto non licebat vinum bibere, nec ex vite productum guſtare, non capillum tondere, non mortuum tangere, habens 9. cc.

*Sic 3. pars Talmud habet 7. tractatus capita 71.*

5 xor סטה id eſt, diuortij tractatus, vbi de de diuortio mariti & vxoris, habens cc. 9.

6 גטין *gittin*. i. libellorum repudij ac diuortij, habens & c. 9.

7 קדושין *kiduſcin*, id eſt ſponſalitiorum, vti de his quę ad ſponſa-

lia pertinent,habens 4.cc.

24 Quarta pars Talmud,dicitur סדר נזיקין *ſeder nezikin*.id eſt,ordo damnorum, ſeu nocumentorum, & habet etiam ſeptem מסכתות *maſcetoth*,ſeu tractatus.

*1.tractatus nezikim,ſeu dãnorum habet tres poſitiones, ſeu* בבות *bãnot.*

1 בבא כמא *banna cama*,id eſt,poſitio prima. vbi agitur de omnibus damnis & nocumentis tam hominum brutorum, habens 10.cc.

2 בבא מציעא *banna matzigna*.i.poſitio media. vbi agitur de litibus,vſuris,iuribus,locationibus,continens 10.capita.

3 בבא בתרא *banna bathra*.id eſt,poſitio poſtrema.vbi agitur de venditionibus,emptionibus,ſocietatibus,& heredibus inſtituendis,habens 10.cc.

Secundus tractatus quartæ partis,Talmud dicitur.

2 סנהדרין *ſanedrin*,iudicium ordinarium,& agit de his quæ pertinent ad iudicia,& de his quæ partem in ſeculo futuro habent, & de meſiak potiſſimum in פרק חלק *perek helek*.in c.quod incipit, *helek*,id eſt pars,habens 14.capita.

*Sic in 4. parte Talmud 7. vel 8.tractatus & capita 73.*

3 שבועות *ſcebugnoth*.id eſt,iuramentorum tractatus, vbi de iuramentis,& rerum cuſtodibus,habens 8.capita.

4 עדויות *gneduioth*.id eſt teſtificationum,vbi de determinationibus,& maiorum ſcriptis,continens 4.capita.

5 עבודה זרה *gnaboda zara*,id eſt ſeruitutis alienę.vbi agitur de idololatria, & in quibus non debeant Iudæi cõuenire cum gentibus, habens 5.capita.

6 אבות *abot*,id eſt patrum tractatus.vbi agitur de patribus qui à Moſe vſque ad Simeonem iuſtum floruerunt, & habet 54. capita.

7 הריות *horaioth*. id eſt,ſententiarum ſcilicet tractatus, vbi agitur de pœnis & ſententiis iudicum Sanedriorum ordinariorum, habens 3 capita.

8 His addunt alij tractatum מכות *maccot*, id eſt percuſſionum vbi agitur de percuſſionibus, quibus in res animaduertendum erat.

25 Quinta pars Talmud,dicitur קדשין *kedaſcin*. id eſt ſanctificationum,& habet 11.*maſcoth*,ſeu tractatus.

1 זבחים *zenachim*. id eſt, de immolationibus ſacrificiorum, de modo ac loco ſacrificandi,habens 14.cc.

2 חולים *cholim* occiſionum. vbi de occidendis animalibus mundis ad communem vſum, non ad immolandum, habens 12.cc.

3 מנחות *menachot*, vbi de farinis frumenti in templum ſacerdotibus offerendis,habens 13.cc.

*Sic in 5. parte Talmud ſunt 11.tractatus & capita 92.*

4 בכורות *beccoroth*, id eſt primogenitorum tractatus, vbi agitur de animalium primogenitis offerendis, & redimendis,habens 9.capita.

5 ערכין *gnerachin*, pretiorum tractatus, vbi de preciis rerum quas quis Deo pollicetur,habens 9.capita.

6 תמורה *themura*.i.permutationis tractatus:vbi agitur de non facienda permutatione in ſacrificiis,continens 7.capita.



7 מעילה *megnilah*, tranſgreſſionis tract.vbi agitur de tranſgreſſione illorum qui rei non licitæ ſacrificio vſi fuerint, habens 6.c.

8 כרתות *charethot*. id eſt perditionum. vbi de animarum perditione,& propter quæ peccata damnentur,habens 6.cc.

9 תמיד *thamid*.id eſt,continui ſcilicet ſacrificij tractatus. vbi de continuo ſacrificio duorum agnorum, quod quotidie fiebat, habens 6.cc.

10 מדות *middot*.id eſt,dimenſionum. vbi de menſuris templi, habens 5.cc.

11 קנין *kinnin*.id eſt,nidorum tractatus.vbi de oblationib.pullorum columbarum & turturum pauperum,habens 5.cc.

25 Sexta pars,dicitur סדר טהרות *ſeder thaaroth*,id eſt ordo purificationum,& habet *maſcotot*,ſeu tractatus 12.

1 כלים *chelim*.id eſt vaſorum de purificatione eorum, & veſtimentorum,habet capita 30.

2 אהלות *ahaloth*. id eſt habitationum : vbi agitur, de domorum &aliarum rerum munditia pollutarum à cadauere mortui,habens 22.cc.

3 נגעים *negagnin*.id eſt plagarum, ſeu percuſſionum tractatus. vbi agitur de purificatione lepræ, & aliarum rerum ex percuſſione,habens 14.cc.

4 פרה *parah*.id eſt vitulæ,vbi de cineribus vaccæ rubræ, & de eius aſperſione ad purificationem inquinationis,habens cc.12.

5 טהרות *thearoth*, id eſt purificationum. vbi de purificatione inquinationis aliunde quàm à cadauere contingentis, & habet 10.cc.

6 מקואות *mikuoth*. id eſt congregationum aquarum. quo loci agunt de fonte,vbi baptizabantur homines vtriuſque ſexus, vt ab immundiciis ſpiritalibus purificarentur,habens 10.cc.

*In 6.parte Talmud.itaq. ſunt 12.tractatus & cc.145.*

7 נדה *niddah*. id eſt,menſtruatæ tractatus. vbi de mulierum purificatione ab immunditia partus & menſtruorum, habens 10.cc.

8 זבין *zabin*.id eſt ſpermatum, vbi de purificatione hominum ex fœtore ſpermatis,habens 10.c.

9 משקין *maſckin*,id eſt irrigationum. vbi agitur de irrigatorum purificatione ab immunditia per contaminationem facta, habens cc.6.

10 טבול יום *tebuliom*.id eſt baptizati diei tractatus.vbi de munere offerendo à baptizato ſequenti die,vt perfectè purificaretur, & habet 4.cc.

11 ידים *iadaim*. id eſt, manuum tract. vbi de lauandis manibus ſacra contingentium, & de vaſe & aquis quibus id fiebat, habet cc 4.

12 עקוין *gnokazin* tractatus pedunculorum fructuum,quãdo fructus ex pedunculis contaminari dicebantur.

In toto Talmud ita ſunt in ſumma ſex partes : libri ſiue

Tractatus 60.capita 532. In quibus etiã plures ſunt גמרות *gamaroth*.i. traditiones concluſæ,& multa tradũtur de Meſſiah & alia bona quædam:quæ recipiuntur,non quia Talmudica, ſed quia per ſe admittenda ſunt, maximè quæ contra ipſorum Iudæorum obſtinationem faciunt: de quibus & dici poteſt quod traditur apud illos in tractatu vel libro הגיגה *hagiga, poſt multa comede dactylos & proijce duritiem eorum foras.*

27 Extra Talmudicos tractatus præcedentes ſunt etiam alij libri apud Iudæos circa legis diuinæ explicationem abſtruſiorem, quam non ſcriptam & non vulgarem & cabaliſticã dicunt, quorum aliquos in manus venerunt referam,& quæ in primis feruntur 70.volumina Ezræ, quæ iuſſit aliquando exſcribi Picus comes Mirandulanus.

Eſt & liber יצירה de creatione, quem aliqui tribuunt Abrahamo magno,alij magiſtro Akiba,habens commentaria.

הזוהר de ſplendore,qui eſt Simeonis filij Iohai, quem librum latuiſſe in ſpecu tradunt 24.annis.

הבהיר de candore,aliquibus dictus lucidarius.

Sunt alij libri de Cabala Abrahami Alaphia,& inſignes commentarij Rambani.Extat Mnachen Raçanat,ſuper ſecreta Rambani.

Liber שערי צדק id eſt, portæ iuſtitiæ, Rabini Ioſephi Caſtilienſis Hiſpani.

Liber האמונות de credulitatibus,Ra.Saadiæ Aſid.

Liber סוד התורה de myſterio ſeu ſecreto legis, Rabini Abrahæ aben Ezra liber Rab.Hamai Hanina, dictus eloquẽtiſſimorum caput in Cabala,& eiuſdem liber העיון ſpeculationum.

Liber פירוש קרושה commentarium ſanctitatis, Rabini Azarielis.

Lib.שמות de nominibus.

Lib.שדר פלוש אלפא ביתא explanationes alphabeti Rabini Hakiba.

Lib.שער הרזים de reconditis pſalmi 19.Rab.Ama.

Lib.היחיד ſingularis,de vnione & collectione.

Lib.שודות myſteriorum.

Lib.Quæſtionum abſtruſarum.

Libellus Kabalæ Azarielis vel Orielis Genuenſis.

Liber דרך הכפירה ודרך האמונות de fide & explanatione.

Liber radicum,Rab.Dauidis Ioſeph Albo : cui & titulus, Cabala. alius elegantiſſimus alkazel more, Arabico Rabino Luda Leui authore.

Liber יצירה magiſtri Iacobi Cochen,& in eãdem compoſitio Rabini Iſac inſcripta,explanatio nominis ſancti.

Alius de decem numerationibus,Rabini Thedacileni.

Liber Salomoni ſub nomine Razielis inſcriptũ,vbi fictio magna.

Liber גנת אגוז hortus nucis, Rabini Ioſephi bar Abraham, caſtilienſis.

28 Fuerunt à neothericis Iudæis & alij libri additi, quorũ tamen magna pars obduratorum inuidia in Chriſtianos in ſua obſtinatione, nihil aut parum ſanæ doctrinæ ſacræ eiuſque puritatis cõtinent,

& proin



& proinde ab eccleſia Catholica cum ſuis talmudicis compoſitionibus,reiiciuntur propter blaſphemas quas inculcarunt ſuis ſcriptis in Chriſtum,& virginem Deiparam ſanctiſſimam Mariam.Horúmque impietatibus acceſſit,quòd ſacra volumina Hebræa non tantùm ſuis tenebrotis & malitioſis emendationibus,in quibus ſuæ obſtinationi repugnant, & in aliis corrumpere niſſi ſunt:verùm & vltra grammaticalibus ſuis inuentis punctis,& aliis futilibus obſeruationibus, totam ſacram linguam conſpurcarunt,ad literam,vt ſtolida mẽte ſunt, & literalem explanationem transferentes.

29 Conuenerunt quippe maſſoretæ,ſeu grammatici Hebræorum ad Tyberiadẽ Paleſtinæ,vt narrat Elias Thesbites,vt ex vno legis paſutz multos verſus conficerent,accentibus partim diſtinguentib.partim continuãtib.vniuerſam ſcripturam,quo tempore veterẽ extinxerunt grammaticam, vocales,pronunciationem, iudicium, diligentiam, atque ſtudium. quod conuincit Genebrardus in præfatione in pſalmos.nam,inquit,exempli cauſa,antiqui neſcierunt Hebræi p.durum,vt ait Hieronymus in Danielem c.11.item tres tantum conſtituerunt vocales אוי quas vocat *ſepher ietzirah*, prolationes matres.

Contemnendę illorum maſoretarum punctuationes,quibus ſacra biblia ad ſuam pertinaciam contorquent,& mens potius quàm puncta illorum fictilia ſequenda.aliud enim eſt grammaticè legem explicare,aliud vim eius interpretari. Quemadmodum & apud Iudæos ipſos, Rabi Kimhi negligitur,& tãtũ habetur ꝓ medador,id eſt grammatico.Punctorum inuentiones & diſtinctiones,Iudęorum maſoretarum ſunt inuenta,ex iudicio quodam proprio conficta grammaticulorum,qui nihil non audent temeritatis ſuæ ſuperbia.nam cõſtat ex Hebræorum hiſtoria,tempore Hieronymi,Origenis,& ſeptuaginta interpretum,legem Dei ſine punctis fuiſſe datam, quicquid deliret in contrarium quidam Ceuallerius gener cuiuſdam Iudæi. In cuius etiam teſtimonium, quando etiam Iudæi in ſynagogis ſolemniter legem oſtentant, eam ſine punctis, vt nihil humani admixtum habeat, è ſuo armario quod *hecal* vocant proferunt. Liquet etiam ex eadem hiſtoria Hebræorum, quod anno templi per Veſpaſianos euerſi 436.id eſt Chriſti,476.vel 478.adminiſtrante Zenone Orientis imperio,& ſede apoſtolica Simplicio,puncta inuenta poſt multa à lege data ſecula. Sed neque etiam tunc illi qui puncta addiderunt & diuiſerunt legem,non memorarunt cametz,atuph, hiric, katon, kibutz, in quibus hodie explicandis magnam canonum partem conſumunt.

30 Miſcuerunt & confuderunt Maſoretę verſus,vt etiam omnis veterum metrica ratio perierit.Et proinde rectè ab illis non eſſe [illegible]ritatem legis mutuandam proculdubio patet:aliud etiam mentem legis ſanctæ,aliud verba ſcrutari.litera enim occidit,ſpiritus autem [illegible] qui viuificat [a].Neque ipſi etiam maſoretæ inter ſe conueniun[illegible] non theologi,ſed grammatici ſunt. ſimili modo & arguũtur [illegible] תקון סופים *tikum ſophim*,id eſt correctiones,ſeu aptationes ſc[illegible] in quibus ſuppoſititio nomine Ezræ,falſificarunt,vel depr[illegible]dæi ſacram Scripturam triplici modo: vel mutando lite[illegible]

ctuatione diuerſa, vel adiiciendo in margine aliud pro alio legendũ. Fuerunt ex ſecta Samaritanorũ Anan, & Saul eius filius Sarei, quorum Anan quia non potuerat conſequi gradus Talmudici doctoratus, id eſt eſſe Gaon, docuit multis libris fabulam eſſe quicquid Talmudici dicerent, multóque fabuloſius doctores ſuas traditiones & ritus deduxiſſe per ordinem è prophetis & ſanctis viris, vt ait Rab. Abraham in cabbala hiſtorica. Iuſtinianus in nouella 146. vt liceat Hebræis ſecundum traditam legem ſacras ſcripturas Latinè vel Græcè vel alia lingua legere, &c. interdicit omnimodo in c.1. Hebræis ſeu Iudæis interpretationem legis diuinæ, quam ipſi, inquit, dicunt ſecundam legem, illud eſt miſne & Talmud, vtpote ſacris non cõiunctam libris, neque traditam de prophetis, ſed inuentionem virorum ſola loquentium terra, & diuinum habentium nihil.

Innocentius autem 4. ſummus pontifex eius nominis, vt habetur in bullario collecto per Cherubinum de Murcia, in conſtitutione eius 41. Illuſtriſſimo regi Franciæ ſcribens 7. idus Maij, poſtquam coronatus fuit Romæ 3. kalen. Iulij 1241. ſtatuit, & hortatur regem vt iubeat Talmudicos libros Iudæorum inquiri & comburi, quemadmodum antea ſub Gregorio 9. combuſti quidam fuerant, ex decreto Cancellarij & doctorum regentium in ſacra pagina, propter blaſphemias in DEVM CHRISTVM, & beatam virginem Mariam. Iuſſit & comburi libros Talmudicos Chriſtum blaſphemantes Iulius 3. conſtitutione 46. incipiente *Cùm ſicut*, impoſitis pœnis habentibus libros, quæ apoſtatantibus à fide imponuntur. At in Catalogo librorum prohibitorum, in conſilio Tridentino, in prima claſſe, ſic ſub litera T. Statuitur, *Thalmud Hebræorum, eiúſque gloſſæ, annotationes, interpretationes, expoſitiones omnes, ſi tamen prodierint ſine nomine Thalmud, & ſine iniurijs, & calumnijs in religionem Chriſtianam, tolerabuntur. Non enim putauit cõſiliũ omnino Thalmudica abolenda cùm multa in eis ſint ex quibus & fides noſtra & religio iuuari poſſit, & multa quæ aduerſus Iudaicam obdurationem prodeſſe Chriſtianis poſſunt, vt liquet ex his quæ finus Adrianus finus edidit contra Iudæos: ex Galatino & pugione contra Iudæos & aliis.* nóſque in libro de Deo, ſingularia contra ipſos Iudæos ex eorum libris argumenta, & rationes produximus libris commentariorum in ſyntaxes, actus mirabiles & alibi.

31 Sunt adhuc inter Hebræorũ volumina legis diuinæ, paraphraſes Chaldaicæ: vna paraphraſis Chaldaica cuius author Onkelos dicitur, cui adſcribitur Chaldaica tranſlatio pentateuchi, vocant Targum Onkeli. id eſt interpretationẽ Onkeli. ferunt autem hunc Onkelum fuiſſe filium ſororis Titi imperatoris, nec diu poſt deuaſtationem ſecundi templi ſuam paraphraſim conſcripſiſſe, vt refert Paulus Fagius in verſione Chaldaica eius Targum in Latinam linguam. Et habetur in Thalmud in מסכת גתין *maſechet githin*, in tractatu libellorum repudij פרק הניזקין *perek hannizakin* c. damnificati.

32 Ionatas etiam ante Chriſti natiuitatem, anno circiter quadrageſimo ſecundo Vzielis filius, Hilielis auditor, atque Simeonis iuſti qui Chriſtum in vlnis ſuis excepit condiſcipulus, tota biblia ſacra in Chaldaicam linguam ex Hebraica conuertit, vbi & myſteria venturi





Chriſti interpretatus eſt, vt ſcribit vbi ſuprà Paulus Fagius, & Galatinus libro de arcanis Catholicæ religionis contra Iudæos, cap. 3. vbi & refert quod de hoc dixerint magiſtri Hebræorum בבא בתרא *baba bathra*, quod in ea hora qua expoſitioni & editioni eius vacabat, ſi muſca aut aliquod volatile ſuper eum, vel ſuper chartam volaſſet, illico abſque vlla eius, aut chartæ læſione comburebatur. Quidam autem, vt ait Paulus Fagius, putant fuiſſe Onkelum, quem nos, inquit, Aquilam dicimus, ob nominum adfinitatem, & Ionatham Theodotionem, eo quòd ſit idem etymon nominibus. Ex Ionatham יונתן enim id eſt יה *ia*, Deus & נתן *natun* dedit, quod idem eſt ac θεοδότον. alij tamen vt Origenes in exaplo, vt diuerſorum diſtinctas adfert paraphraſes: & Epiphanius libro de menſuris & Diuus Hieronymus in præfatione in Iob, vocat hæreticos Iudaizantes Aquilam, Symmachum, & Theodotionem, & hic Aquila fertur paraphraſin Græcã feciſſe, Onkelos Chaldaicam. Aquila ex Græco Chriſtianus factus, cum aſtronomiæ quæſtionibus plus æquo deditus fuiſſet, eiectus ab eccleſia, defecit ad Iudæos, vtque Chriſtianis noceret cæpit 70. interpretationem & teſtimonia corrumpere, teſte Epiphanio lib. de menſuris.

33 Iuſtinianus tamen [a] permittit Iudæis vti interpretatione Aquilę, & ſi, inquit, ſit ἀλλόφυλος ἐκεῖνος. i. diuerſę nationis à Iudęis, verum probat magis, vt ſeptuaginta Græca vtantur interpretatione, quia præ omnibus certior eſt & præ aliis melior iudicata, præcipuè inquit, propter id quod circa interpretationem contigit: quia & per duos diuiſi, & per diuerſa interpretantes loca, tamen vnam omnes tradiderunt interpretationem. Hæc Iuſtinianus, quæ vt planius intelligantur, egent hiſtoriæ maiori & pleniori ope illuſtrari, & quia admonent nos vt à libris Chaldaicis explicantis legem ſacram, ad Græcorum conuerſiones, ſeu explicationes & Latinas, tranſeamus. Nam non vna fuit conuerſio, ſeu tranſlatio, ſed plures. & prior 70. ab eccleſia magis probata quàm aliorum. Síc que vel vnico exemplo apparet ex Iræneo libro 3. aduerſus hæreſes cap. 24. & 25. dum ait,

[a] in Nouella 146. c. 1.

*Iſaiæ locus, Ecce virgo cõcipiet & pariet, verſus eſt Græcè à Theodotione Epheſio, & Aquila Pontio, vtriſque Iudæis proſelytis, ecce adoleſcentula concipiet, quos ſectati ſunt Hebionei hæretici, qui dixerunt ex Ioſeph generatum* CHRISTVM IESVM, *quæ eſt falſa interpretatio. Interpretatum namque eſt ab ipſis Iudæis in Græco multum ante tempora aduentus Domini noſtri, ecce virgo concipiet. Idque à ſeptuaginta ſenioribus à Iudæis miſſis ad Ptolomæum Lagi filium, cuius imperio hi ſeorſum ſeparati & incluſi, Dei voluntate omnia volumina veteris Teſtamenti traduxerunt ab Hebræo in Græcum, ſimilibus iiſdem verbis & iiſdem nominibus recitatis ab initio vſque ad finem.* Hæc ille. Fuerunt ſeptuaginta duo interpretes bibliorum ſacrorum ex quaque Iudæorum, ſeu Hebræorum tribu, vt ait Ariſtæas illius hiſtoriæ Græcus author oculatus.

Refert Euſebius Pãphilus de his [b], Quod cùm Ptol. 2. dictus Philadelphus rex Ægypti, cuius vxor Arſinoës, per Demet. Phaleriũ bibliothecariũ, bibliothecã vndequaque ferè quingẽtis voluminibus

[b] lib. 8 de præparatione Euãgelica, c. 1.

repleuiſſet, ſermonem habuerit ad Ariſtæum qui hiſtoriam ſcripſit de vertendis voluminibus Hebræis, eáque de re ſcripſiſſe ad Eleazarum, tunc pontificem Hebręorum, vt ſibi mitteret Senos ex doctiſſimis ſacerdotibus, ex ſingulis tribubus Iſraelis, ad vertendos ſacros libros ex Hebræo in Græcum idioma: quod & factum eſt & verterũt. Addit idem Euſebius lib.5. hiſtoriæ eccleſiaſticæ ca.8. Ptolomæum ſeptuaginta duos illos ſacerdotes, ſingulos ſparſim ſeparatos, iuſſiſſe illa volumina interpretari, & poſtea traductionem nutu diuino iiſdem verbis fuiſſe abſolutam, & ita ab vtriſque productam ſibi conueniſſe inuentam, collatis per gentiles libris & traductionibus ſingulorum, qui & Deum glorificauerunt: eadem ſcribit Ioſephus [a], & eoſdem tranſlationis gratia ſegregatos cellulis in domo maritima, nempe in Pharia inſula, eorúmque tranſlationes repoſitæ fuiſſe in bibliotheca Bruchio, deinde in Serapio, ídque multo ante Chriſtum natum, vt & ſcribit Epiphanius libro de menſuris & ponderibus. Cyrillus etiam Hieroſolymita. archiep. [b] ſubſcribit, dũ ait Ptolomæum Philadelphum, regem Ægypti, ſex viros ex vna quaque duodecim tribuum Iſrael, ad ſe conuocaſſe interpretes, & iuſſiſſe conuertere in Græcum 22. libros veteris teſtamenti, & in inſula Pharo prope Alexandriam ſingulis ſingulas domos aſſignaſſe, vnde egreſſi conuenientes inter ſe interpretationes produxerint.

a *lib.12. antiquitatum.*

b *Cathecheſi* 4

34 Hi ſeptuaginta duo interpretes, non ſemper vertunt Hebraicam ad verbum, ſed in locis obſcurioribus, ad ſenſum prout ſpiritui ſancto viſum eſt, ad gentium præſertim Grecarum ædificationem, vt etiam Hebręi notarunt: ſeorſúmq. Rabi Iacob bar Salomo lib.1. Talmudicorũ collectaneorũ, & Ioſippus initio ſuæ hiſtoriæ, & ita ei intenti frequenter vocum notationem deſerunt. Magna etiam huius verſionis inter Hebræos obſeruantia & veneratio: vt & in eorum Calendario, in menſe Theuet, ſeu Decẽbri, die 8. celebretur ieiunium, quod illo die lex in Græcum verſa eſt iuſſu Ptolomæi regis, & tenebræ occuparunt mundum triduo. Notat & ideo Philo Iudæus [c], Iudæos Alexandriæ ſeptuaginta interpretum memoriam tenuiſſe anniuerſario feſto. Porro tranſlatio 72. interpretum, communiter ſeptuaginta tantum, breuitatis cauſa, cùm tamen verè ſeptuaginta duo adfuerint, vt ait Epiphanius [d], & Tertullianus [e]. Quemadmodum apud Romanos centumuiri, appellati patres delecti per Romulum ex tribubus, cùm tamen eſſent centum & quinque. quia ex vna quæque tribu erãt delecti terni, vt notat Sextus Pompeius Feſtus [f]. erant autem tribus. Quorum & omnium teſtis Dion. Halicarnaſſeus, & licet quinque ſupra centum eſſent ex illis ternis delectis tamen centumuiri, quò facilius nominarentur dicti ſunt, vt tradit Feſtus & Cicero [g].

c *lib. de vita Moſis.*

d *Lib. de menſuris.*

e *Lib. apologetico cap.* 18.

f *In vocib. centumuiralia iudicia.*

g 1. *Oratio pro Cecinna.*

35 Interpretationem Græcam 70. interpretum, alia ſecuta eſt Aquilę, quæ facta eſt ſub Adriano Cęſare, author Epiphanius li. de mẽſuris & ponderibus, & Euſebius [h]. Tertia fuit Symmachi, vt ait Epiphanius prædicto loco, vel Ebionei, vt ait Euſebius [i].

4 Theodotionis Epheſij, Marcionitæ, ſub Commodo, vt ait [k], Epiphanius.

h *Li.8. de præpara. Euãg. c.*1

i *Lib.6.c.*71.

k *Vbi ſupra.*

5 In-



5 Interpretem certum non habet: fuit tamen reperta in doliis, occultata anno 7. Antonini Caracallæ in Hierico, cum aliis libris Hebræis & Græcis [a].

6 Authorem etiam non habet, ſed fuit etiam inuenta in doliis, in Nicopoli ad Orientẽ ſita, in Actiaco littore ſub Alexãdro Seuero [b]. Ex quibus omnibus Origenes ſacra biblia, diſtinctis & oppoſitis interpretationibus, ſimul deſcribi procurauit.

a *Vt ait S. Epiphanius de ponderibus & menſuris.*

b *Eo. epipha.*

36 Diuus Auguſtinus [c] tradit, ſeptuaginta interpretum traductionem prodiiſſe à diuino ſpiritu, & illam verſionem Græcam traductam in Latinum ſermonem tãtum tenere eccleſiam. Sed & maiorem fidem adhibendam quàm Hebraicis codicibus corruptis à Iudæis, tradit D. Iulianus Proculeius archiepiſcopus Toletanus [d], aſſerens eos quædam in ſuis codicibus imminuiſſe, vt in noſtris minueretur authoritas.

c *Lib.15. de ciuita. Dei c.*14. *&* 18.

d *Lib.3. contra Iudæos.*

Nicolaus Lyranus quoque admonet [e], plura loca fuiſſe à Iudæis corrupta & deprauata in odium Chriſtianorum in veteri teſtamento. Exemplum etiam adferam. Hebręi enim intuentes illud pſal. 21. *Foderunt pedes meos & manus meas*, & videntes non poſſe alio modo quàm de Chriſto intelligi, peruerterunt textum, & loco dictionis כרו *charu*, id eſt foderunt, finxerunt inſulſè, vocem כראו *charau*, quod idẽ ſignificat quod Leo. in additione vna ordinaria ad gloſſã pſal. 21.

e *Ad c.9. Oſeæ, ad verba illa, ſed & væ eis, &c.*

D. Chryſoſtomus explicans illud, *Ecce virgo concipiet*, &c. Ieſaiæ 7. quod refertur à Mathæo homilia 5. in Mathæum tomo 2. ait, non legẽdũ, *Ecce puella*, ſed, *ecce virgo cõcipiet*, quoniam ita 70. interpretes legunt, & ad faciendam verę tranſlationis fidem, omnibus aliis, inquit, ſeptuaginta interpretes ſunt digniores, ſi quidem alij poſt aduentum Domini interpretati ſunt. Iudęi ſiquidem obdurati permanentes, meritóque ſuſpecti, qui inimicè & ſubdolè multa corruperunt, & data prorſus opera, à prophetis myſteria prædicta reticuerunt. ſeptuaginta verò ante centum & amplius Dominici aduentus annos, ad interpretandum tot & pariter accedentes, ab omni ſuſpicione huiuſmodi vindicantur. & tomo 1. homil. 8. in Geneſi. *Scripturarum*, inquit, *quidem literæ apud Iudæos ſunt: apud nos autem ſenſus.*

Notat illos apertius Chriſtus [f], *Væ vobis legis peritis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis.*

f *Lucæ* 11. *verſ.* 52.

*De legis euangelicæ libris probatis in ſacroſancta religione.*

## CAPVT VI.

LIBRORVM ſacrę Scripturæ veteris Teſtamẽti, cenſura obſeruata, reliquum eſt & legis euangelicæ quoque obſeruare diſcretionẽ, & diſtinctionẽ in quib. poteſt Chriſtianus ſalutẽ haurire. Decreuit itaq. ſancta mater & immaculata eccleſia catholica, quib. eſſet adhibẽda in religione & lege euangelica fides, qui Teſtamẽti noui volumen conficiunt, nempe vt legerentur cum authoritate probanti. Illi autem ſunt, quatuor euãgelia tantum ſecundum Mathæum, Marcum, Lucam & D. Iohannem.

Actus apoſtolorum à D.Luca compoſiti.

Epiſtolæ D.Pauli apoſtoli ad Romanos vna, ad Corinthios 2.ad Galatas vna,ad Epheſios vna, ad Philippenſes 1.ad Coloſſenſes 1.ad Theſſalonicenſes 2.ad Timotheum 2.ad Titum 1.ad Philemonem 1 ad Hebræos 1.

D.Petri epiſtolæ 2.

D.Iohannis epiſtolæ 3.& eiuſdem apocalypſis.

D.Iudæ apoſtoli epiſtola 1.

D.Iacobi epiſtola 1.

Et iſtæ omnes ſacræ Scripturæ, in idiomate quo ſcriptæ ſunt ab authoribus recipiuntur, & vt in veteri vulgata Latina editione habentur,ex conſilio nuperrimo Tridentino ſeſſione 4. in decreto de canonicis ſcripturis.

Hæc eadem recepta antè tempore apoſtolorum, ca.apoſt.84. vbi Diuus Clemens Romanus addit, obſeruanda etiam & recipienda Chriſtianis quæ ipſe in duabus epiſtolis conſcripſit & 8.libros præceptionum apoſtolicarum. ἃς, inquit, οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων. id eſt, *Quas præceptiones omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in ſe continent, item actiones noſtras apoſtolorum*.

Innocentius primus epiſtola 3. ad Exuperium epiſcopum Tholoſanum,ca.7.libros prædictos quos conſilium Tridentinum recenſuit,probat.

Et addit, *Cætera verò quæ ſub nomine Matthiæ, ſiue Iacobi minoris, vel ſub nomine Petri & Iohannis, quæ à quodam Leutio ſcripta ſunt: vel ſub nomine Andreæ quæ à Nexocharide & Leonide philoſophis,& ſub nomine Thomæ,& ſi qua ſint alia, non ſolùm repudianda,verùm etiam noueris eſſe damnanda,datum* 10.*Kal.Martij Stilicone* 2. *& Antemio viris clariſſimis conſulibus.*

In conſilio Laodiceno prouinciali habito circa annum Domini 364.ſub Papæ Liberi finalibus annis in quo conuenerunt patres 22. ex diuerſis prouinciis Aſiæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ, quod confirmatum in ſynodo generali in Trullo,habita præſente Conſtantino, in cano. fina. 59. confirmantur prædicti libri, vt canonici, vt in Tridentina ſynodo,tamen mentio non fit de Apocalypſi D.Iohannis.

At in Chartaginenſi conſilio 3.prouinciali, confirmato pariter in ſexta generali ſynodo,in Trullo celebrata,cum dictis libris apocalypſis D.Iohannis numeratur.

2 Neceſſarium autem fuit canonicas has ſcripturas, ſacroſanctis conſiliis & eccleſiaſticis reſolutionibus conſtringere, & definire, ob impiorum hæreticorum & ethnicorum malitiam, à quibus & veræ ſcripturæ canonicæ, aliquando corruptæ ſunt: & aliæ in locum illarum confictæ, aliquæ etiam impudenter denegatæ, quæ illis aduerſari videbantur. Sicque admonet Cyrillus Hieroſolymita. Catecheſi 4. Et Iohannes Damaſcenus libro 1. de Orthodoxa fide ca.2.libros nobis legendos quos nobis tradiderint Apo-



ſtoli & epiſcopi maiores,nec filiis eccleſię tranſgrediendos eius terminos.

Iudicium eccleſiæ,ſancto Spiritu regitur quem non ei defuturum vſque ad conſumatio num ſeculi teſtata eſt veritas ipſa, erraréque non poteſt.

Neque impoſturis peruerſorum,vel dæmonum decipi, vt columna veritatis.Et proinde obtemperandum,& obaudiendum Catholicis præceptis eius, eique in probatione librorum quoque credendum.nam ea ſua ſapientia videt virus quod latet iniquorum librorum lectionibus,quod incautos priuatim legentes facilè poſſet inficere.Cùm prætextu religionis perniciosiſſima,ſub ſpecioſis titulis non tantùm nunc,ſed etiam ab aduerſariis fidei & Chriſti ſæpe incautis olim obtrudantur, & mala ſunt vicina bonis, & vitia virtutibus,fucata veris, vt non immeritò peritiorum & prudentiorum egeamus regula,diſcrimine,&cenſura.plus etiam vident oculi quàm oculus.nec rectè accipitri tenditur,aut Miluio. Experientia, multorúmque librorum hiſtoriæ,periculorum antiquorum memoria, & in illis adhibita diſciplina,efficere etiam debet, vt eccleſiæ mandatis pareamus,& potius præcaueamus in caſſes incidere & retia quæ ſubeſſe monent, quàm vt ſtulti poſt hauſtum venenum noſtro cum malo aliquando immedicabili laqueis inuoluti, conqueramur de nobis ipſis.experientia certè ſtultorum magiſtra: nec eſt quod magis metuere debeamus,quàm ſub ſpecie boni decipi:à malis enim apertis vtcumque præcauemus: ſed à malis bono illitis ſine accurata obſeruatione vix elabimur. Súntque hæc arma, quæ nomine amicitiæ, & conſenſus cum fide, multos à fide improuidos obtruncarunt.

3 Sic, vt religio Chriſtiana conſpurcaretur & peruerteretur, aſtutè Maximinus imperatorum Chriſtianorum hoſtis & perſecutor, paſſus eſt confingi librum inſcriptum, acta Chriſti apud Pilatum. eáque acta per omnes regni ſui prouincias prælato edicto mitti præcepit, & per vrbes ſingulas, & vicos, per agros etiam proponi, præceptoribus quoque puerorum tradi iuſſit. vt pro his quæ ad diſcendum, vel meditandum tradi ſolerent, pueris memoria commendanda, plena ſpurcitia & libidine darentur, vt ſcribit Euſebius Pamphilus[a].

4 *Valentinus hæreticus*,inquit Tertulianus[b], *legis & prophetarum quædam probat, quædam improbat*, id eſt, *omnia improbat, dum quædam reprobat:euangelium etiam habet ſuum,præter hæc noſtra.*

5 Appelles hæreticus Marcionis diſcipulus, legem & prophetas repudiat, vt idem Tertulianus ait eodem loco: habet præterea priuatas, ſed extraordinarias lectiones ſuas, quas appellat Phaueroſeis, Philumenes cuiuſdam puellæ, quam quaſi prophetiſſam ſequitur. Habet prętcrea ſuos libros quos inſcripſit Sillogiſmorum,in quibus probare vult, quod omnia quæ Moſes ſcripſerit vera non ſunt, ſed falſa.

Sic Arriani excutientes doctrinam ſacram nouarum peſtium fuerunt inuentores,&librorum quos vocarunt Θαλείας.i.vt D.Athan.ait[c],

a *Li.9.hiſtoriæ eccleſiaſticæ.c* 5

b *De præſcriptio. aduerſus hæreticos.*

c *Oratione* 2 *contra Arrianos.*

*Crapulas.* Sed & Miluius alius hęreticus, nuptias renuẽs, negabat & reprobabat vetus Teſtamentũ, quanquã Chriſtus illius authoritate ſępe vtatur, vt ait idem Athanaſ.[a] Adamantius quoque Manichæi diſcipulus, aduerſus legem, & Prophetas inuectus eſt, aſſerens Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam ei contrariam: quem reiecit Auguſtinus. Bernard. de Luthzemb in hæreticis: refert & idẽ Carpocratianos, reſurectionem corporis cum lege abieciſſe ex D. Auguſtino.

a *Sermone contra omnes hæreſeꝯ.*

Verùm hi, & ſimiles, qui vetus Teſtamentum abhorrẽt, non legerunt, vel non recordarunt eius quod ait Eſaias[b], *Requiſite diligenter in libro Domini, & legite, vnum ex his non defuit &c.* Et Chriſtus D. Math.[c] *Scriptum eſt, Non in ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei.* Et rurſum exprobrat Sadduceis, c. 22. Mathei, verſu 29. *Erratis, neſciẽtes ſcripturas, neque virtutem Dei.* Et rurſum D. Iohannis c. 5. verſ. 39. *Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Non enim,* vt ait D. Petrus, in 2. epiſt. *Humana voluntate aliquãdo allata eſt prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti homines.*

b *c. 34. verſ. 3.*

c *ca. 4. verſ. 4. & d. Lucæ 4. verſ. 4.*

Sed proprium fuit hæreticorũ & impiorũ, reiicere vel corrũpere quę ſibi aduerſantur. Et ita in genere ſcripturas corrũpere conati ſunt Valent. Marchionitæ, Arrianus, & alii: mutilare, apoſtatæ, Porphyrius, Ebion, & alij: tollere, Diocletianus, Nabuchodonoſor & alij.

6 Vt autem quidam hæretici nimij fuerunt in reiicienda lege Moſaica omnino: ſic alij quidam fuerunt nimij in retinenda omnino, qui legem cum euangelio, & circumciſionem cum baptiſmo ſeruari debere affirmabant, vt Cherintiani, contra id quod D. Paulus dicebat, *Si circuncidimini, Chriſtus vobis nihil prodeſt*[d]. Tractat de eo Auguſtinus in hæreſi, & alij.

d *ad Galat. 5. verſ 2.*

7 Verſionem ſacrorum librorum in Latinum probat eccleſia, vt authenticam vulgarẽ, quæ longo tot ſeculorũ vſu in ipſa eccleſia obtinuit, in publicis lectionibus, diſputationibus, & expoſitionibus, in decreto de editione & vſu ſacrorum librorum ſeſſione 4. conſilij Tridentini, & ſub finem conſilij, in regulis indicis librorum prohibitorũ, regula 3. permittuntur verſiones ſcriptorum eccleſiaſticorum, editæ etiam à damnatis authoribus, dummodo nihil contra ſuam doctrinã contineant: & quod verſiones veteris teſtamenti ab epiſcopis doctis & piis concedi poſſunt legendæ modò illis verſionibus tanquã elucidationib. vulgatæ editionis, ad intelligendã ſacrã ſcripturã, non tanquã ſacro textu, vtantur. verſiones verò noui Teſt. ab authoribus primæ claſſis & hęreſiarchis nemini concedantur. Annotationes verò ad vulgatã editionem, expunctis ſuſpectis à facultate Theologica alicuius vniuerſitatis Catholicę aut inquiſitione generali conceduntur. In regula verò 4. ſacra biblia vulgari lingua paſſim & ſine diſcrimine permittenda non eſſe ſtatuitur, ſed iudicio epiſcopi & inquiſitoris ſtandũ, vt cum conſilio parrochi, vel confeſſoris bibliorum à Catholicis verſorum, lectio in vulgari lingua eis concedi poſſit, quos intellexerint ex huiuſmodi lectione non damnum, ſed fidei atque pietatis augmentum capere poſſe, vt hanc facultatem in ſcriptis habere debere: atque eum qui abſq. ea facultate ea legere, vel ha-

bere



bere præſumpſerit niſi priùs bibliis ordinario redditis: peccatorum abſolutionem accipere non poſſe: Bibliopolas verò qui prædictam facultatem non habenti, biblia idiomate vulgari conſcripta vendiderint, vel alio quouis modo conceſſerint, librorum pretium in vſus pios cõuertendum ab Epiſcopo, amittere, aliiſque pœnis pro Epiſcopi arbitrio ſubiacere. Regulares autem, niſi facultate, à prælatis ſuis habita, ea legere aut emere non poſſe.

Mandauit Innocentius 3. Ciſtercienſi Morimundenſi, & de Criſta Abbatibus, ſua conſtitutione 3. iuxta ordinem Bullarij Cherubini de Nurcia, vt eos coercerent, qui in ciuitate Metẽſi incumbebant tranſlationi librorum ſacrorum, in linguam vulgarem Gallicanam, & vſurpabant prædicationis officium.

Id enim eget permiſſione: quemadmodum & Iuſtinianus Nouella 146. vt liceat Hebręis &c. permiſit Iudæis, ſacros libros legere, in ſuis ſynagogis, vel Hebræa, vel Græca, vel vulgari patria, Italica lingua.

In primitiua Eccleſia, vt ait Diuus Auguſtinus, vt veterum librorum fides, de Hebræis voluminibus examinabatur, ſic nouorũ græci ſermonis, normam deſiderabat[a]. vbi autem vetera exemplaria fuerunt corrupta, emendatiora viſa ſunt exemplaria Latina, quàm Græca, & Græca quàm Hebręa, vt ait Diuus Hieronymus, in prologo 2. bibliorum.

a *c. 6. vt veterum 9. diſt.*

8 Non omnibus, certè datum eſt verba intelligentibus, mẽtem quoque interpretari, & aſſequi dictorum, & dicentis, maximè diuerſorum librorum, qui diuerſi ſunt idiomatis, & diuerſæ materiæ, & tractationis: nec ideo omni interpretationi & verſioni fidẽdum eſſe, præmonet ſapientiſſimè Eccleſia.

In primis enim qui aggreditur ſermonis conuerſionem vnius linguæ in aliam, debet vtriuſque phraſes, & formulã locutionis diſtinctè tenere, ni velit omnino inſulſam & ridiculam facere contexturam. Paucis autem id conceſſum eſt, ideo & probari debẽt antequam concedatur facultas hæc.

Dehinc vna & eadem ſcriptura, aliquando diuerſas poteſt admittere interpretationes: vna autem eſt ſola mens ſcribentis, & proinde oportet eiuſdem eſſe mentis interpretem, ac ſcribentem: alioquin non interpretatio, ſed corruptio eſt. *Hoc* inquit Diuus Petrus 2. epiſt. c. 1. *intelligentes, quòd omnis Prophetia propria interpretatione non fit.* & rurſum epiſtola 2. c. 3. verſu 15. & 16. ibi,

*Et Domini noſtri,* IESV CHRISTI *longanimitatem, ſalutem arbitremini, ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis. Sicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

Diuus Hilarius pulchra ſimilitudine, idipſum videtur explicare, dũ ait,[b] *Liber omnis,* inquit, *ſimilis eſt ciuitati pulchræ atque magnæ, cui complures ædes, diuerſæque ſunt: quarum fores propriis clauibus, diuerſiſque clauduntur, quæ cùm vnum in locũ congeſtæ, permixtæq; ſunt, volenti vnamquamq; ædem aperire, maximã ignaro adferunt difficultatẽ, vt claues vniuſcuiuſque ædis inueniat. At familiaris ſcientia, cognitã clauem citò, ex copia*

b *in Prologo enarrationis in Pſalmos.*

*illa congeſtæ qualitatis nouit eligere, aut ingentis laboris, aptam & cõgruam clauem aperiendi vnius cuiuſque aditus inuenire. Quia ratio & qualitas non ſinat, non ſuas claues clauſtris diſparibus coaptare.*

*De libris euangeliorum.*

## CAPVT VII.

IDEO euangelium dictum eſt, quod annunciet res proſperas, & bonas, vt ait Theophylactus in prologo in euãgelia. Apud Græcos εὐαγγέλιον, *euangelium*, bonum nuncium eſſe conſtat ex Xiphilino, qui ex Dione in Nerone ait, Agrippinam à naufragio liberatum, euangelia Neroni miſiſſe, tanquam nuncium bonum.

ἄγγελος nuncius eſt, & ἀγγέλλω, nuntio. vnde εὐαγγέλλω bonum vel gratum & vtile nuncio, & εὐαγγέλιον lætum nuncium & fœlix & bonum. Et apud Chriſtianos dicitur inſigne nuncium, inſignis annũciatiatio beneficij Chriſti, in humanum genus collati, cùm ſua morte illud à morte æterna liberauit: et apud Diuum Lucam in c. 2. verſio, nato Domino noſtro IESV CHRISTO, Angelus dixit paſtoribus, *Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis Saluator*, et ita κατ' ἐξοχὴν per excellentiam, euangelium inter Chriſtianos dicitur: retinuimus autem inter Latinos hoc nomen etiam Græcum, vt alia pleraque, vt Angelus, Apoſtolus, Deuteronomium. dicitur & εὐαγγέλιον, præmium quod datur adferenti nuncium lætum, & ſæpius apud Latinos euangelia in plurali, vt apud Ciceronem [a], *ô ſuaues epiſtolas tuas, vno tempore mihi datas duas, quibus* εὐαγγέλια *quæ reddam neſcio, deberi quidem planè fateor:* ſicut & euangelia Iſocrati in Areop. ſacrificia ob lætum nuncium.

a 2. ad Atticum.

Apud nos, & per metonymiam pro hiſtoria ipſa, de Domino noſtro IESV CHRISTO accipitur, ſic & euangelia, libros eius hiſtoriæ dicimus. Interdum etiam accipitur pro doctrinæ euangelij promulgatione [b] ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν, *ex ipſo euãgelio viuere.* Inde & Euãgelizare, doctrinã nuncij illius boni publicare, Et εὐαγγελιστής, ſeu Euangeliſta. Sic enim vocantur eo nomine, qui erant ſecũdi ab Apoſtolis, quóſq. illi habebant, tanquam aſſeclas & ſocios in publicando & annũciando verbo Dei, & Euangelio: illíque nulli eccleſiæ erant addicti, ſic & apud D. Paulum [c], dictum eſt in eccleſia Dei, alios fuiſſe conſtitutos Prophetas, alios Euangeliſtas [d]. *Euangelium*, inquit D. Athanaſius [e], *Eſt Dei verbi Domini noſtri* IESV CHRISTI *præſentia, ad humani generis ſalutem incarnati ex Spiritu Sancto, & Maria ſemper virgine: finis autem Euangelij & doctrinæ Chriſti, eſt, per Euangelium ad ſe accedentem ſibi ipſi conformare, atque ita conformatos filios, exhibere filios patri, & hæredes quidem Dei, cohæredes autem per eam adoptionem, quæ gratia obtigit ipſius vnigeniti & primogeniti Ieſu Chriſti conſtituere.* Sicut tradit Nicephorus Calixtus [f] & Euſebius Pamphilus [g]. *Euangeliũ*, inquit, *dicimus, quod æternorum, atque incorruptibilium bonorum, quæ certè ſuprema & maxima*

b vt 1. ad Corinthios c. 9.

c ad Epheſios c. 4.

d c. cum ex iniuncto 12. de hæreticis D. Mathæi c. 10. Marci c. fin.

e de cõmuni eſſentia patris & filij & Spiritus Sancti.

f lib. 1. hiſt. eccleſiaſtic c. 22.

g 1. de præparatione Euãgelica c. 1.



*xima ſunt, & ex antiquiſſimis prædicta temporibus, nuper verò ſplendore ſui orbem illuſtrantia, cunctis hominibus annunciat. Hoc omnes Græcos & barbaros, & reliquos ſine diſcrimine ad ſalutem vocat.*

2 Adſtruit enim ibidem Euſebius [a], Bonum hoc nuncium, & legem euangelicam quam prædicauit Chriſtus, fuiſſe ab initio mundi prædicatam, & parem cultum diuinum exhibitum fuiſſe ab Adamo, Enoch, Abrahamo ante Moſem, & ab anteriorib. Moſis, qui & dicti ſunt Dei amici. Scriptam autem legem populo per Moſem quo tempore legis diuinæ obliuiſcerentur, & veluti medicinam adhibitam morbis qui ſuccreuerant in Ægypto nepotibus Abrahæ [b].

a In 1. de demonſtra. euangelica c. 5.

b Quod & latius c. 6. proſequitur & 7.

3 Omnis euangeliorum vox, reliquis omnibus ſancti Spiritus præceptis eminẽtior eſſe dignoſcitur, quòd in aliis, per prophetas ſeruos: in euangeliis autem ipſe per ſe Dominus eſt locutus. vt obſeruauit Baſilius Magnus [c].

c In ſermone in Euangeliũ Ioannis in principio.

4 Quatuor libros Euangelij recipit eccleſia tantùm, tanquam canonicos, & ad probandam fidem idoneos: nempe euangelium DD. Mathæi, Marci, Lucæ, & D. Iohannis. Quæ quatuor animalibus depictis in Apocalypſi ſignificantur, & qui in illis deſcribitur Chriſtus, idémque homo, quia ex Virgine Maria natus eſt: idem vitulus, quia hoſtia: leo, quia fortior eſt: aquila, quia reſurrectio eſt. Quæ ſeparatim ab Euangeliſtis ſingulis vberius tractati ſunt, vt ait D. Ambroſ. tomo 4. in præfatione in Lucã. Quo loci addit, quòd plura quàm prędicta quatuor non recipiantur ab Eccleſia, quanquam alia olim circũferrentur. *Fertur namq;*, inquit, *Euangeliũ aliquod quod duodecim ſcripſiſſe dicantur. Auſus eſt etiam Baſilides Euangelium ſcribere, quod dicitur ſecundũ Baſilidem. Fertur etiam aliud Euangelium, quod dicitur ſecundum Thomam. Noui aliud ſcriptum, ſecundum Matthiam.* Hęc ille. Tempora vero quibus illa Euangelia quatuor ſcripta fuerint, recenſet Nicephor. Calixt. lib. 2. hiſtorię Eccleſiaſt. c. 45. dum ait, *Primus Matthæus publicanus, patrio Hebraico ſermone Euangelium ſcripſit quindecimo anno poſt Chriſti aſcenſionem. Longo deinceps intercedente tempore, Marcus & Lucas, Euangelia ſua iuſſu Petri & Pauli, compoſuerunt. Diuus autem Ioannes qui prius verbum ſine ſcripto prædicaſſet, poſt triginta ſex annos à Chriſti aſcenſione poſtremus omnium creditur ad ſcribendum deſcendiſſe, cùm trium Euangeliſtarũ legiſſet Euangelia, deſiderarique in his aliquid animaduertiſſet.* Conſentit Euſebius Pamphilus [d]. Similia ſcripſit Theophilactus, in prologo in Euangelia, diſcrepat tamẽ in annorum numero. Nam ait Matthęum primum ſcripſiſſe Hebraico ſermone poſt octo annos à Chriſto aſſumpto. *Et hunc*, inquit, *ferunt Ioannem Euangeliſtam in Græco interpretatum: Marcus autem diſcipulus & comes Petri, poſt decem annos à Chriſto aſſumpto ore Petri edoctus, ſcripſit: Lucas comes Pauli, paulo pòſt 15. annos D. Ioãnes poſt 32. qui adimpleuit ea quæ ab alijs omiſſa fuerunt, vel obſcurè dicta.* hæc ille. Et Chryſ. [e] *ego exiſtimo*, inquit, *primũ omniũ Matthæũ Euang. edidiſſe, propter quod etiam generationũ catalogum diligenter enumerat, & plenè cuncta ac inſtanter exequitur. Marcus autem, cõpendioſa poſt eũ cucurrit via, vtpote qui iam ab alio dicta & manifeſtata declararet. Lucas ſanè nõ modò texit generationis catalogũ, verùm etiã pluribus texit extendendo nominib. quippe qui Matthæi ex ſcriptione præuentus nos amplius aliquid docere ſtudeat. Suũ eñ quiſq. probè eſt imitatus magiſtrũ:*

d Lib. 3. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 24.

e Omilia 4. in Matheum ex c. 1. tomo 2.

*Marcus quidem Petrum, verborum parcitate gaudentem: Lucas verò Paulum, fluminum copiam vbertate loquendi ſuperantem.*

a lib 7. hiſt. Apoſtolicæ, & Hieron. in Prologo in euãgelia, & in Catalogo.

b lib. 3. aduerſus Hereſ. c. 1.

Scribit & Abdias Babylonicus, qui vidit Apoſtolos[a], Euangelium Domini noſtri IESV CHRISTI, primũ Hebręo ſermone, Matthæũ conſcripſiſſe, & Irenæus [b]. *Matthæus*, inquit, *in Hebrais, ipſorum Apoſtolorum lingua ſcripturam edidit Euangelij, cùm Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Eccleſiam. Poſt verò horum exceſſum, Marcus diſcipulus & interpres Petri, & ipſe quæ à Petro annunciata erant, præſcripta nobis tradidit, poſtea & Iohannes diſcipulus Domini, qui & ſupra pectus eius recũbebat: & ipſe edidit Euãgelium Epheſi Aſiæ cõmorans.*

c Cap. 11.

Et addit [c], quatuor tantùm eſſe debere euangelia, quia quatuor mundi plagæ, quatuor ſpiritus principales, quatuor animalia prædicta à Daniele, & quadriformis diſpoſitio Domini. D. Iohannes enarrat generationem inenarrabilem, in principio diuinitatem, ſimilis Aquilæ. Lucas Sacerdotales Characteras à vitulo ſaginato, à Zacharia offerente, incipit. Mathæus ſecundum hominem, generationem declarat, humanæ formæ: Marcus à prophetico ſpiritu, ſpiritus characterem ſignat duabus alis, vnde quatuor tantùm teſtamenta data, vnum ſub Adamo ante catacliſmum, ſecundum poſt ſub Noe, tertium, Legiſlator ſub Moſe, quartum quod renouat hominem, euangelium ſub Chriſto.

Redarguuntur & ibidem Marcion, & Valentinianus, qui extra hæc dicebant, ſe habere partem Euangelij.

5 Quatuor itaque euangelia eáque integra, prout nobis proponuntur, Eccleſia recipit, nec plura, nec pauciora, nec imminuta, vel additionibus corrupta, vnde hæreticorum & impoſtorum fidei, & aduerſariorum artes, calumniæ, & librorum ſuppoſitiones rebus, lapide Lydio, diſcernuntur. Gnoſtici impuriſſimi hæretici, euangelia nomine Apoſtolorum fecerunt, vt admonet Epiphanius [d], contexerũt, & nomine Philippi Apoſtoli euãgelium, & vt idem ait [e], Cherintus & Carpocras, vtebãtur euangelio Mathæi, ſed reciſſo capite & genealogiis, incipiẽtes ibi, *Factũ eſt in diebus Herodis regis Iudæ*, vt probarent ex ſemine Ioſephi & Mariæ impiè, Chriſtũ editum. Vtebãtur & aliis libris, nempe circuitionibus Petri, quas cõpoſuit Clemens, multa corrumpentes in ipſis, pauca vera relinquentes, quos & ipſe Clemens redarguit in epiſtolis quas ſcripſit Encyclicis quæ in ſanctis eccleſiis legũtur. In eodem iterum loco Epiphanius, *Gnoſtici*, inquit, *impudentiſſimi, ex ſchola Nicolaitarum, vtuntur veteri & nouo Teſtamento, auerſantur autem eum qui locutus eſt in veteri Teſtamento, & vbi verbum reperiunt, quod contra ipſos ſententiam habere poteſt, dicunt à ſpiritu mundano profectum eſſe: multi alij libri illorum adhuc ſunt, veluti interrogationes Mariæ, liber Ialdabarth, liber Seth, reuelationes Adami, Euangelia alia nomine diſcipulorum.*

d tomo 2. lib. 1. aduerſ Hæreſes hæreſi 26.

e hæreſi 20.

f tomo 3. lib 1. contra hæreſes hæreſi 38.

6 Rurſum Epiphanius [f]. *Caiani*, inquit, *hæretici habent quendam libellum, nomine Iudæ proditoris inſcriptum, quem vocãt Euangelium Iudæ.*

Refert & Platina in Alexandro 4. eum ſummum Pontificem præſente curia libellum peſtiferum combuſſiſſe, cuius author aſſerebat, non à lege euangelij, ſed à lege, ſpiritum procedere, quíve à ſectatoribus dicebatur Euangelium æternum.



Marcion euangelium Lucæ corrupit, & in pluribus detruncauit & immutauit. vt & corrupit plures epiſtolarum Diui Pauli locos, idem Epiphanius [a].

a Tomo 3. libro 1. contra hæreſes hæreſ. 42.

b Lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 11.

Refert & de Marcione Irenæus, [b] In hæc verba, *Euãgelia tantæ firmitatis ſunt, vt & ipſi hæretici teſtimonium reddant illis, & ex ipſis egrediens vnus quiſque eorum, conetur ſuam adfirmare doctrinã. Ebronei enim eo euangelio quod eſt ſecundum Matthæum, ſolo vtentes, ex eo ipſo continuaciter præſumentes de Domino: Marcion autem id quod eſt ſecundum Lucam, blaſphemus in ſolum exiſtentem Deum oſtenditur: Qui autem Ieſum ſeparant à Chriſto, & impaßibilem perſeueraſſe Chriſtum, paſſum verò Ieſum dicunt. Id quod ſecundum Marcum eſt præferentes euangelium, cum amore veritatis legimus illud, corrigi poſſunt. Hi autem qui à Valentino ſunt, quod eſt ſecundum Ioannem pleniſſimè vtentes, ipſo deteguntur.*

De Iudicio Euangelij Marcionis adhuc addendus eſt Tertulian. aduerſus Marcion lib. 4. *Marcion*, inquit, *Euangelio ſuo nullum præſcribit authorem, quaſi non licuerit illi titulum quoque effingere, cui nephas non fuit ipſum corpus euertere. Et poſſent hîc iam gradum figere non cognoſcendum contendens opus, quod non erigat frontẽ, quod nullam conſtantiam perferat, nullam fidem repromittat de plenitudine ſui tituli & profeßione debita authoris.* Et poſtea, *de titulo ergo funis ducendus eſt contentionis, pari hinc inde miſſa fluctuante. Ego meum dico verum. Marcion ſuum: ego Marcionis dico adulteratum, Marcion meum: Quis inter nos determinauit, niſi temporis ratio? ei præſcribens authoritatem quod antiquus reperietur, & ei præiudicans vitiationem, quod poſterius reuincetur, In quantum enim falſum corruptio eſt veri, in tantum neceſſe eſt præcedat veritas falſum, prior enim res paßione & materia.*

c Contra hæreſes, tomo 1. hæreſ. 51.

Aliqui etiam hæretici vt ſcribit Epiphanius [c]. Dixerunt euangelium, non eſſe à Diuo Iohanne conſcriptum, nec Apocalypſin, ſed Euangelium à Cherintho. Et philoſophi quidam Græci, vt Porphyrius, Celſus, & Philoſabbatinus ex Iudæis oriundus, ſubuerſionem legis euangelicæ molientes, accuſant euangeliſtas vt animales, & ſecundum carnem, nutantes, plura in his argumentis ratione temporis: errantes tamen, cùm putarent euangelia contextura temporum ordine continere, nec animaduertentes quod euangeliſtæ poſteriores ſupplent quæ ab aliis omiſſa ſunt, quia non nouum contexunt euangelium, & cùm vnum ſit, ſed vel ſupplent, vel fuſius dicunt, addit Epiphanius eodem loco conſonantiam pulchram euangeliſtarum, Quam etiam tomo 3. lib. 1. contra hæreſes, hereſ. 46. docet Tatianũ aliquando compoſuiſſe vno libro ex quatuor euangeliis conſutam quam aliqui euangelium ſecundum Hebræos vocant.

Manichæos habuiſſe quoddam euangelium ſecundum Thomam ait Cyrillus catecheſi 4. illinc natorum. Quod euangelio nomine coloratum animos ſimplicium corrumpebat.

8 Manichæi non recipiebant nouum teſtamentum, ſed tantum libros veteris teſtamenti. Quamquam Deus dixerit Sacerdotibus, Moyſi creditis, credite & mihi: nam & Moſes de me hæc verba fecit.

Athanaſius in ſermone contra omnes hæreſes, Eucratitæ hæretici, vtebantur quibuſdam apocryphis, quæ dicuntur Andreæ & Iohãnis actiones [a].

*a Epipha. tomo 1. lib. 2. hæreſ. 47.*
*b Lib. 2. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 49.*

Libri apocryphi & illegitimi dicuntur eſſe à Nicephoro Calixto[b]. prædicatio Petri, euangelium Petri, Apocalypſis Petri, liber Actorum Petri, ambiguæ & authoritatis, Actorum Pauli liber, qui paſtoris habet titulum, quem Hermæ quidam adſcribunt, ei cui in epiſtola ad Romanos Paulus ſalutem nũciari iubet, item Apoſtolorũ doctrinæ, ſiue Barnabæ epiſtola: euangelium ſecundum Hebræos: Item euangelia quibus falſo præponũtur nomina Petri, Thomæ, Mathię, Acta Apoſtolorum, Andreæ, & Iohannis.

*c In expoſitione Symboli.*

Quod tamen pertinet ad Hermetis librum. Cyprianus [c] meminit de eius quodam libro: & lectionem eius probatã ait poſtquã de librorum vtriuſque teſtamenti cẽſura eccleſiaſtica, locutus eſt. *Alij enim ſunt libri, qui non canonici, ſed eccleſiaſtici à maioribus dicũtur: Sapientiæ, Eccleſiaſticus, Tobias, Iudith, Machabæorum libri. In nouo teſtamẽto libellus, qui dicitur paſtoris ſiue Hermetis, qui appellatur duæ viæ vel iudicium ſecundum Petrum, quæ omnia legi quidẽ in eccleſiis voluerunt, non tamen proferri ad authoritatem fidei confirmandam.*

9 Reiiciebant hæretici Ioanni librũ euangelij D. Iohannis, & Apocalypſin, tamquã ſi à D. Iohanne non fuiſſent ſcripti: ſed euangelium à Cherintho, quos tamen Epiphanius dicit eſſe Diui Iohannis lib. 2. contra hæreſes, tomo 1. hæreſ. 52.

Addit & hæreſi 54. Theodotianos hæreticos quoque negaſſe eſſe eoſdem libros Diui Iohannis.

Dionyſius ita Alexandriæ epiſcopus, tuetur Apocalypſin nõ fuiſſe beati Iohannis Apoſtoli, ait tamẽ eſſe alterius ſancti cuiuſdã Iohannis, numine afflati diuinitus: non tamen Apoſtoli filij Zebedæi. primum inquit collatione facta euãgelij & epiſtolarũ D. Iohannis: in quibus non præponit nomen vt in Apocalypſi. Item quod is qui cõpoſuit Apocalypſin, repetit ſæpè nomẽ ſuum, quòd audierit & viderit iſta, quod tamen nõ feciſſet Iohãnes Apoſtolus. de cuius probitate & fide certa erat Epheſus. Pręterea Apoſtolũ ſemper ſua à myſteriis incœpiſſe, quod non facit in Apocalypſi, nec quicquã fere de his tractatur. Dehinc orationẽ Apocalypſis nõ eſſe ita elegantem ac D. Iohannis Apoſtoli, quin & interdũ ruſticis & barbariſmis vtitur Græcis. Hæc D. Dionyſius, vt refert Nicephorus Calixti [d]. Et Euſebius Pamphi.[e] Verumtamẽ ſi bene perpendãtur hæc argumẽta Dionyſij, nihil vrgẽt: & errare potuit is, quemadmodũ & nimio feruore ſcribens in Lybici Sabellij impietatẽ, qui negabat ſubſiſtentiã diuerſam vel hypoſtaſin patris & filij & ſpiritus ſancti, ipſe prolapſus eſt in alium errorem, vt diceret nõ tantũ diuerſam hypoſtaſim ſed ſubſtantiam, quod hæreticũ eſt. vt ſcribit Baſilius Magnus ad Maximum philoſophum, & notat Nicephorus lib. 6. cap. 25.

*d Lib. 6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ c. 23. & 24.*
*e Lib. 7. de præparatione euangelica c. 23.*
*f Ex conſilio Romæ habito cum ſeptuaginta epiſcopis, in ca. ſancta Romana 3. §. itẽ Iuuenci, 15. diſtin. apud Gratianum in decretis, & Burchardum lib. 3. decretorum c. 221. Iuonẽ parte 4. c. 65. Pa. li. 2. c. 23.*

10 Gelaſius ſummæ pontifex[f]. *Cæterum* inquit, *quæ ab hæreticis ſiue ſchiſmaticis conſcripta vel prædicata ſunt, nullatenus recipit catholica & Apoſtolica eccleſia, inter cætera numerat inter apocrypha.* Itinerariũ nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis, libr. 8.





Actus, nomine Andreæ Apoſtoli: Actus nomine Philippi Apoſtoli, Actus nomine Petri Apoſtoli: Actus nomine Thomæ Apoſtoli.

Euangelium nomine Thadęi: euangeliũ, nomine Thomę Apoſtoli, quo vtebantur Manichęi: euangeliũ nomine Barnabę. Bartholomęi, Andreæ, & ea quæ falſauit Lucianus, & quę falſauit Hircyus, liber de infantia ſaluatoris, liber de natiuitate ſaluatoris, & de ſancta Maria, & de obſtetrice ſaluatoris, liber qui appellatur Paſtoris. liber qui appellatur fundamentũ. Adduntur illis alij plures libri, ibi relati vt Apocryphi, & alij omnino prohibiti & repudiati. differunt enim librum ſimpliciter in eccleſia Apocryphũ eſſe, & apocryphum & prohibitum. Nam apocryphi, non omnes prohibẽtur in eccleſia. verùm in ea non habẽt probationis authoritatẽ. quorum vel nomen authoris ignoratur, vel lectio illorum publicum in eccleſia non habet & niſi inter priuatos vſum cõceſſũ. quia quamuis in illis aliqua ſit veritas, tamẽ falſa quædã miſcẽtur, quæ reiicienda cẽſuit eccleſia.

11 Sunt & apud Suidã in Pherecide ἀπόκρυφα βιβλία, arcani libri, & Bibliorũ quædã ſacrorum apocrypha, quod non palam omnibus proponerentur, nec in templis vti his liceret, vt notat Hieronymus.

Seruit intentioni loquentis nomen apocryphi, vt abſconditi vel ſecreti, vt vel ſecretum dicatur quod omnibus publicari nõ debeat, propter periculum ne his qui male intelligerent abutantur: vel ſecretum, quia prohibitum eſt his vllomodo vti.

Apocryphi libri, non omnes omnino idcirco improbari aut haberi vetitum eſt: at in prohibitis contra: vnde & in t. 2. c. de ſumma trinita. & fide Catholi. Imperatores Valẽtiniam, & Valens, *Sancimus vt omnia quæcumque Porphyrius ſua pulſus inſania, aut quiuis alius cõtra religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit apud quemcumque inuenta fuerint igni mancipentur.* Et paulo poſt, quoniã, §. vero, iubent libros eorũ qui ambiguas de fide doctrinas edidiſſent, non congruẽtes per omnia aut præciſè orthodoxę fidei, potiſſimum eos qui Neſtorij eſſent, comburi. meminit de ea lege Euagrius [a]. Socrates [b].

*a Lib. 1. c. 12.*
*b 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c. 6.*

Rurſum Cęſares Theodoſ. & Valentinianus in l. damnato. 6. §. 1. de hæreticis. c. *Nec vero,* inquiunt, *impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorij aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectã decretáque ſanctiſſimi cætus antiſtitũ Epheſi habiti ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere, quiſquã audeat: quos diligenti ſtudio conquiri ac publice comburi decernimus: ita ut nemo in religionis diſputatione aliquam ſupradicti nominis faciat mentionem, &c.* Et Martianus imperator l. quicũque, 8. eo. tit. §. f. ait, *Nulli contra venerabilem Chalcedonenſem ſynodũ liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere, atque emittere, vel ſcripta ſuper eadẽ re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorũ audeat monumenta ſeruare. Quod ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi perpetua deportatione damnẽtur. Hos vero qui diſcẽdi cauſa adierint de infauſta hæreſi diſputantes, decẽ librarũ auri quæ fiſco noſtro inferẽdę ſunt, iubemus ſubire diſpendium. vltimo etiam ſupplicio coerceantur qui illicita docere tẽtauerint. Omnes vero huiuſmodi chartę, libri, qui funeſtũ Eutychetis & Appollinaris cõplexi fuerint dogma incendio cõcremẽtur, &c.*

12 Iuſtinianus Nouella 42.de depoſitione Anthymi c.1. confir-
mat prædicta:& vltra, deſcribentibus ex quacunque occaſione, etiã
ad velocitatem manus, imponit manus amputationem. Quæ certè
pœna vt ſuperiores impoſitæ contra deſcriptores conuenire poſ-
ſunt aduerſus typographos, & bibliopolas qui venenũ librorũ infe-
ctorũ prælo pluribus parãt, & celerius quàm librarij antiqui,& mi-
nori pretio quàm labore deſcriptos, diſtribuunt & ſpargunt in di-
uerſas orbis regiones. Si enim pœna digni habiti ſunt qui libellos
famoſos ediderunt,& qui ſcripſerunt,& qui inuentos non conſuma-
uerunt[a]. multò magis, qui hos libellos aduerſum legem diuinã, &
religionem publicã edũt,retinẽt,&exſcribunt.cùm grauius ſit diui-
nã quàm humanã offendere maieſtatẽ[b].& crimẽ aduerſus religionẽ
publicum eſt,& in omnium fertur iniuriam[c].

13 Docetur ſecundò alia ratione, mutuata à venenorũ appara-
toribus,& vẽditorib. Lege Cornelia de ſicariis,& veneficiis c.5. qui
venenum hominis cauſa necãdi fecerit, vel vẽdiderit,vel habuerit,
plectitur.& qui in publicũ mala medicamẽta vẽdiderit,vel hominis
necãdi cauſa habuerit[d].venenarij c.puniẽdi ſunt:aut ſi dignitatis re-
ſpectũ agi oportueritdeportãdi[e],plus eſt venenoq̃ gladio occidere[f]
& plus eſt parare venenũ cõtra matrẽ aut proximos, quàm cõtra a-
lios:vt & qui ſciuit hoc venenũ ea cauſa cõparatũ,nec detexit,qui e-
mit,& qui vendidit,pœna parricidij teneãtur, quamquam nõ fuerit
venenũ per eũ porrectũ[g].Quocirca,& multò magis qui virus perni-
tioſorũ librorũ edũt,diſtrahũt,emũt,& ſeruãt,digni pœna ſunt,plus
enim eſt animus qui inficitur, quàm corpus[h]. 14 Non inficior
tamẽ,& libros hos vetitos quibuſdã permiſſos eſſe: nẽpe his qui ex
illis poſſunt ſanã doctrinã ſuo ingenio ſingulari probatiorẽ oſtẽde-
re,& poſſunt errores cõfutando eoſdẽ,ex mẽtibus hæreticorũ,vel iã
venenatorũ cõuellere, & antidotis cõuenientibus ſanare, ſicuti &
pharmacopolis,& pigmẽtariis iuratis, permiſſum eſt habere in re-
publica venena, quæ nõ omnibus dẽt,ſed iis qui poſſunt ex illis an-
tidota cõponere[k].ſic.n.venena mala, bona fieri poſſũt admixtione[l].
Datur autẽ iure ſingulari poteſtas hæc legẽdi, & reprobandi libros
prohibitos,&prohibẽdos, ſicut &refert Euſeb.Pamphi[m].quod Dyo-
nyſ.Alexãdrinus.legere ſe dicebat hæreticorũ libros,& traditiones:
& quãuis videretur ad horã pollui his, multũ tamẽ commodũ ſe ex
his capere, vt poſſet ex ipſorũ verbis illos arguere: & admonitũ ne
legeret,viſionẽ accepiſſe, qua dictũ illi, lege omnia quæcunque in
manus tuas venerint,quia probare ſingula queque,& diſcernere po-
tes:quãdoquidẽ ex initio hæc tibi fuerit cauſa credẽdi. 15 Alioquin
qui legit,vendit,& excudit tales libros, nõ poteſt euitare quin pœ-
na dignus ſit, poſtquã libri etiã fuerint ablati, & cõbuſti:nec vitare
poteſt quin in ſuſpicionẽ hæreſeos veniat,tanquã fautor, defenſor,
& propagator doctrinæ improbatæ.[n] Cũ & vltra ſcribæ,notarij,nõ
tantũ negotiorũ hæreſeos, ſed etiã aliorũ negotiorũ, hæreticis ad-
eſſe prohibeãtur ſub eadẽ pœna[o]. multò magis in his quæ ad impie-
tatẽ eorum pertinent,in quo & ſocij,& participes delicti eſſent.

16 Facit etiã, quod expoſitores falſæ monetæ, ſcientes, pœna
eadẽ puniri debẽt:qua qui adulterarũt[p].ad inſtar etiã illorũ,quiſciẽ-

a *l.vnic. de famoſ.libell.C Lege.l.Cornelia 15.§.ſi quis librum,de iniur.P.*
b *authen.Gazaros, de hæret.§.gazaros de ſtatutis, & conſuetudinib. in authent.*
c *l.manichæos.4.C.de hæreti.*
d *l 3.ad l.Corneliam.de ſica. lib.48.P.ti.8.*
e *l.capitolium.28.§.venenarij.de pœn. P.*
f *l. 1. C. de maleſic. & math.*
g *l.1.§ fin. et l.2.ad l.Pompeiã de parr.P*
h *l.ſancimus. C.de ſacroſa. eccleſ.c.cùm infirmitas.§ ſcelerũ. de pœni. & remiſ. c.ſolitæ. de maior. & obedient. cum ſimili.*
i *vt in c.agnouimus.26.q.6 c.illẽ.22.q 5.*
k *vt in l.quod ſæpe.35. §.veneni mali, de cõtrah.emp.P.*
l *l.eiuſdẽ legis. §. adiectio autem, ad leg. Cornel. de ſicar.l.qui venenũ.236 de verbor.ſignif.*
m *lib.7.hiſto. c.6.*
n *c.ſicut ait,8 de hæretic. c. excommunicamus.§.credentes,eo.c. ſi quis papa.79. diſt.*
o *c.ſi aduerſus nos, xj. de*



er falſis inſtrumentis vtuntur[a].

Et exemplo etiam eius qui falſis ponderibus vtitur[b]. Conſidero
autem hic,quòd bibliopola ſcienter libros hos vendat, vt puniatur,
interdum enim ſi expers literarum ſit,& libros ei datos vendendos,
improuide expoſuerit vẽditioni,vel ſi illos quibus habere non licet,
vendiderit: eſſet quodammodo à grauiori pœna excuſandus[c]. ſed
non in totum:maxime, quia iuris ignorantia non habet excuſatio-
nem[d]. Et videntur in magna negligentia eſſe,quod non curauerint
ſibi dari probas merces,& imperitia culpæ annumeratur[e],& qui fal-
ſas menſuras ſciens conduxerit, ſi frangantur periculum ſuſtinet[f].

Sed & non carebunt ſuſpicione,ſi clam vendãt huiuſmodi libros,
quia fraudis tunc ſuſpicio delictũ auget, & malam fidem teſtatur[g].
l.c.cum inhibitio,de clãdeſtina deſponſa. Poſſet tamen excuſari bi-
bliopola ſi iuſſus ab eo qui legere poteſt impunè vetitos libros ad-
ferat,ſi modo aliis illos non euulget.

17 Argumento inſuper firmari ſuperiora poſſint quod in via pu-
blica vel loco publico, non liceat habere etiam ea quæ ſolo odore
locum peſtilentioſum faciant[h].nec liceat morticinia ſtercoráque in
vias proiicere,vel fimum[i].

18 Prohibitum autem fuit à Leone 10.in conſtitutio 10.Incipien-
te,*inter ſolicitudines* in Bullario Cherubini, libros imprimi abſque
approbatione vicarij & magiſtri ſacri palatij Apoſtolici in vrbe:ac
epiſcoporum vel vicariorum eorum, & inquiſitorũ, alibi:ſub pœna
cõbuſtionis librorũ publicè,ſi aliter imprimãtur,& centũ ducatorũ
fabricę baſilicæ principis Apoſtolorũ Petri & Pauli applicandorũ.

Iulius 3.conſtitutio.7.*cum meditatio*,&c.3. Kal.Maij 1550. reuoca-
uit facultatem libros ſuſpectos legẽdi & retinẽdi de fide catholica,
pręter cõceſſas inquiſitoribus.præcipítq; huiuſmodi libros intra cer
tum terminum conſignari inquiſitoribus ſimilem conſtitutionem
edidit Paulus 4.conſtitutione 39. incip. *Quia in futurum* & Pius 4.
conſtitutione 98.*cum pro munere*, in dicto Bullario, & ibidem ven-
di & haberi prohibeat tales libros. idipſum & ſtatuit Pius 4.conſti-
tu.108. incip.*cum inter crimina*.

In ceſſione 4.cõſilij Tridentini,in decreto de editione & vſu ſacro
rũ librorũ,ſtatutũ,nę vlli liceat imprimere vel imprimi facere quoſ-
uis libros dę rebus ſacris ſine nomine authoris,neque illos in futurũ
vẽdere, aut etiam apud ſe retinere niſi primũ examinati probatíque
fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis, & pecuniæ in canone
conſilij nouiſſimi lateranenſis appoſita, (nẽpe ſeſſione 10. ſub Leo-
ne decimo.)Et,ſi regulares fuerint,vltra examinationẽ & approba-
tionem huiuſmodi,licentiam quoque à ſuis ſuperioribus impetrare
teneantur,recognitis per eos libris iuxta formam ſuarum ordinatio-
num.Qui autem ſcripto eos communicant vel euulgant, niſi antea
probati examinatíque fuerint,eiſdem pœnis ſubiaceant quibus im-
preſſores.Et qui eos habuerint vel legerint, niſi prodiderint autho-
res, pro authoribus habeantur.

19 Non alienũ erit in authoritatẽ huius prohibitionis addere,ec-

*hæretic. c.dicẽti.25.q.2. cap. 1. de falſis.in extrauag.Iohan.22*
a *l.2.& 3.C. de fide inſtrumentorũ,l. qui falſos, ad legẽ Corneliam de falſ.*
b *l.arbitr.§. adeo,dedolo.l. & hodie. §.ſi venditor.ad l. Corne.de falſ.*
c *Argumẽt. l.generali, de tabularijs lib. 10.c. & c. cognoſcentes de conſtitutioni.*
d *L. regula & l.1.de iuris & fact. ignorant. cũ ſimil.*
e *L.imperitia de reg. iur. §. imperitia, ad leg.aquil. l.illicitas. § ſicuti de off. præſi.*
f *L.item quæritur,13. §. ſi quis mẽſuras, loca.P.*
g *l ſ. de ritu nup.P.*
h *l.2.§.idem ait ſi odore, ne quid in loco pub.li. 43. P. tit.8.*
i *l.vni. §.f. de via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur.li. 43.P.tit.10.*

cleſię primitiuę morẽ prohibitionémq; ſimilẽ:cũ & legam[9] in Actis Apoſtolor.c. 19. libros eorũ qui curioſè fuiſſent ſectati,combuſtos.

Apud Ethnicos quoq; obſeruatũ legimus,lectionẽ & euulgationẽ librorũ nouę religionis, fuiſſe interdictã eiúſq; libros publicè combuſtos.Sicuti narrat Diogenes Laertius[a]. Quod Prothagoras cùm in aliquo loco in hunc cœpiſſet modum: *de dijs quidem ſtatuere nequeo, neque an ſint vel ne: ſunt enim plurima quæ id ſcire prohibeant, quippe & ſumma incertitudo,& breuis hominis vita:*ob hoc principiũ operis, ab Athenienſibus vrbe pulſus fuit, libris eius in foro cõcrematis,ſub pręconis voce à ſingulis qui illos habebãt inueſtigatis.Atque Senatus cenſuit vt ait Liuius[b] de libris religionis in arca Numę inuentis,ſatis habendum quod pręter iuſiurandũ polliceretur libros eos legi ſeruariq; non oportere, & ideo primo quoque tempore in comitio cremandos. Et Vlpianus[c].ait, libros improbatæ lectionis, magicos forte,& his ſimiles,protinus corrumpendos.

a Lib.9.de vitis Philoſo. in Prothagora.

b Lib.40.

c In l.cæteræ, 4.§.mala medicamẽta, familiæ erciſcundæ.lib.10. P. tit.2.

20. Sed hæc hactenus de receptis & improbatis in genere libris legis diuinę dictum ſit: rurſum autem de aliis ſcripturis canonicis noui teſtamenti admonebo eadem, vt non alię quàm quæ ſuperius ſacroſanctis conſiliis traditæ & receptæ ſunt, admittantur, nec aliis quam eccleſia tribuit authoribus,tribuantur:& nec in aliis verſionibus vel exemplaribus quàm probati ſunt legantur,cum authoritate: exempli cauſa, eccleſiæ quidẽ veritatem epiſtolam ad Epheſios D. Pauli habemus miſſam,non ad Laodiſſenſes. Marcion autem interpollare ei titulum geſtiebat, tanquam & in iſto diligentiſſimus explorator,quamuis nihil de titulis interſit vt ſcribit Tertullia[d].

Ad Hebræos ſcripſit Hebraicè D.Paulus,traductionem verò eius Grecã eſſe Clementis Romani,dixit Nicephorus Calixtus[e].

Negarunt tamen quidã hæretici eam epiſtolam eſſe D.Pauli,quos reuincit Epiphanius[f]. Et Tertullianus poſt mediã ętatẽ presbyter quamuis contra Montanum ſcripſiſſet,delapſus poſtea in eius hæreſin reiecit epiſtolam ad Romanos dicẽs nõ eſſe Pauli, neque in eccleſia Romana eſſe receptam.[g] Notat & Clemẽs[h],Hęreticos abrogaſſe epiſtolas ad Timotheum, quod earum voce cõuincantur,maximè in 2.ad Timoth.c.1.dum ait,Paulus, ô *Timothee depoſitum cuſtodi,deuictas profanas vocũ nouitates,& oppoſitiones falſi nominis ſcientię quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.*

d Lib.5.cõtra Marcionẽ in epiſtola ad Laodicenſes.

e Lib.3.c.18.

f Lib.2.contra hæreſes, tomo 2. hæreſ. 69.

g Nicephor. Calix. lib. 4. hiſtoriæ eccleſ. c.34.

h Lib.2.Stromaton.

*De vtilitate & neceſſitate lectionis ſacræ Scripturæ.*

## CAP. VIII.

TAntum támq; commendatum eſt vnicuiq; ſalutis & fœlicitatis æternæ deſiderium, tanta beatitudinis aſſequẽdæ naturalis cupiditas, cuius teſtimonia & promiſſiones in ſacris ſcripturis continentur,vt multũ temporis terendũ non ſit.In quęſtione, num ſacræ ſcripturę legẽdæ ſint.Cùm etiã Deus ipſe,qui in illa ſua mãdata perſcripſit, ſatis & adhibita cauſa & vtilitate,illud ipſum iuſſerit.Et per Moſen & per Prophetas, & in propria Chriſti perſona, qui & verus Deus Dei filius eſt.





Deutero.4. *Audi Iſrael pręcepta & iudicia quæ ego doceo te,vt faciens ea viuas,& ingrediens poßideas terrã quã Dominus Deus Patrum veſtrorum daturus eſt vobis*,& c.31.Deute. *Leges legis verba huius coram omni Iſrael audientibus eis, & in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas,vt audientes diſcant,& timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant impleántque omnes ſermones legis huius.*

Et Exod.13.*Narrabis filio tuo in die illo,dicens,hoc eſt quod fecit mihi Dominus,quando egreſſus ſum de Aegypto:& erit quaſi ſignũ in manu tua,& quaſi monumentum ante oculos tuos,vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo.*

Ioſue 1. *Non recedet volumen huius legis ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo.Tunc diriges viam tuam & intelliges eam. Non declines à verbis legis huius ad dexteram,vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis.*

Baruc c.4. *Hic liber eſt mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum omnes qui timent eam, perueniant ad vitam: qui autem dereliquerunt eam in mortem*,&c.

2 In ſcripturis ſacris,regula eſt eorum quæ agere vel vitare debemus:ineſt ibi determinatio quæ etiã immutari non debet à principibus cuiuſcunque poteſtatis ſint. cùm inferior non poſſit ſuperioris Dei legem immutare.[a]Sempiterna enim lege receptum eſt,vt inferiores ſubiiciantur & obediant ſuperioribus,[b]& dictum de rege Deutero.c.17.*poſtquam autẽ ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus & habebit ſecũ legétque omnibus diebus vitæ ſuæ & diſcat timere Dominum Deum ſuum.* Priuatis quoq; idipſum ſtatutũ libro eodem Deutero. c.12. *Non facietis ſinguli quod vobis rectũ videtur: ſed quod præcipio tibi,hoc tantùm facito Domino.nec addas quicquam vel diminuas.* Firmatur Prouerbiorum c. 30. *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Ne addas quicquã verbis illius ne arguaris inueniarìſque mendax.*

a c.cum inferior, de maior. & obedien.

b Vt ait Dionyſ.Halic. in primo.

3 Vitam ſcripturæ iſtæ continent æternã, indicãt ſalutem,& pędicant viã per quã beatitudo & fœlicitas ęterna adiri poſſit, Deúſq; recõciliari.Sícq; Chriſtus ad Sadduceos *erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutẽ Dei*[c]:*&* D.*Iohannis c.5.v.39.Scrutamini ſcripturas,quia vos putatis in ipſis vitam æternã habere, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me*, & [d] *Si Moſen & Prophetas non audiũt,neque ſiquis ex mortuis reſurrexerit,credent.* Eò pertinet quod ſcribit D.Paulus[e], *Tu verò permane in his quæ didiciſti & credita ſunt tibi,ſciens à quo didiceris,& quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,ad arguendum,ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia:vt perfectus ſit homo Dei,ad omne opus bonum inſtructus* Sic Actorum c.17.ver.11.*Hi autem erãt nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate,quotidie ſcrutãtes ſcripturas ſi hæc ita ſe haberent.*

c D.Matthæi c.22.ver.29.

d D.Lucæ c. 16.

e 2.ad Timotheum c. 2. v. 15.

Et c.18.verſ.fui actuũ Apoſt.dicitur,de Apollo,quod vehemẽter Iudæos reuincebat publicè,oſtẽdẽs per ſcripturas eſſe Chriſtũ IESVM.

4 Aliã vtilitatẽ ex lectione ſcripturarũ indicat d.Paulus ad Romanos c.15.*Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã, ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.*

5 Sed & illa ſuauiſsima & præſtantiſsima, quod ex verbo Dei in ſcripturis recondito, anima quæ diuinorum capax eſt,ſaginetur, & reficiatur.*non enim ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo quod procedit ex ore Dei.*[a]

Imò verò non tantummodò pratum, vt ait d.Chriſoſth[b].verùm & paradiſus diuinarũ lectio ſcripturarũ, non enim fragrantiam ſolùm habent eius flores,ſed & fructum qui animam nutrire poſsit: & ibidem,nec paruæ *inquit* ſententiæ ſacræ ſcripturæ omittendæ ſunt: quæ tenues eſſe putantur:nam & ipſæ de Spiritus gratia ſunt: ſpiritus autem gratia nunquam parua eſt,ſed magna, & mirabilis,& dantis munificentia digna,nec geminę in corporis mole, ſed naturæ pulchritudine, precium habent.

Atque meritò theſauro cuidam, confertur diuinarum ſcripturarum lectio:ſicut enim ex illo quiſquis vel paruum fruſtum capere poteſt, multas ſibi parat diuitias:ita & in ſacra ſcriptura, etiam in breui lectione variã ſentẽtiarũ vim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non ſolùm theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia, ſed fonti quoque largis perennibus ſcaturienti aquis.Et propter hoc Chriſtus dicebat, *Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ*[c].quæ omnia & pluribus proſequitur d.Chryſoſto[d]. addítque[e] quòd ſicut aromata quanto magis digitis atteruntur, tanto maiorem natura ſua fragrantiam reddunt, & ita in ſcripturis viſi euenire, vt quantò quis illas amplius tractare ſtuduerit, tantò magis videre poterit latentem in illis theſaurum, pluréſque percipere indicibilium diuitiarum fructus.

Rurſus[f] magna diuitiarum, ſcripturarum virtus eſt, & multæ in verbis latent ſententiarum diuitiæ:ideo ſcrutandæ ſcripturæ[g], vt nõ tantùm nudæ lectioni vacemus, ſed indagatis profundis, verum veritatis ſenſum percipere valeamus. Talis enim mos eſt ſcripturæ, vt in paruis verbis plurima ſæpe multitudo ſenſuum inueniatur:& in hoc vel maximè differt,ab aliis ſcripturis,in quibus cum multitudine verborum ad faſtum apparatorum,vix vnus ſenſus colligi poteſt.Iterum in pſal.95. tom. 1.Si quid dicitur abſque ſcriptura auditorũ cogitatio claudicat,nunc annuens,nunc hæſitans, & interdum ſermonẽ vt friuolum auerſans, interdum vt probabilem recipiens: verùm vbi ex ſcriptura diuinæ vocis prodit teſtimonium, & loquentis ſermonem,& audientis animum confirmat.

6 Lectio itaque hæc ſacræ ſcripturæ,omnibus non tantùm clericis, ſed etiam laicis vtilis & neceſſaria eſt:non aliter quàm his qui legere & intelligere nequeunt, neceſſarius eſt auditus verbi Dei. pertinẽt enim & ad ſalutem,& ad regulam bene viuendi,qua omnes egent,ſiue clerici ſiue laici aut ſeculares ſint:continent & mandata, & voluntatem Dei,quibus obtemperãdum eſt, ſine vlla exceptione

a *Matthæi c.4.verſ.4.Lucæ ca.4.ver.4 Deuteron.c.8 ver.3.*
b *tomo 5.Homilia 1.ad populum Antiochenum.*
c *Iohan.c.7.*
d *tomo 1.Homilia 3.& 16 & 60.in Geneſim.*
e *Homil.13. in Geneſim.*
f *Homi.37 in Geneſim.*
g *Ioha. c.5.*



ſexus aut qualitatis, quantumquemque reſpiciunt. & iuris ignorantia diuini neminem excuſat[a]. ignorans ignorabitur[b].culpa enim eſt non intelligere, quod omnes intelligunt, vel intelligere debent[c]. habent *inquit* Abraham Moſem & Prophetas,audiant eos[d].maximè quia lex diuina ſcripta, maximam habet coniunctionem cum ea quã Deus mentibus hominum in creatione inſculpſit. *Signatum enim eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.*vt ait Dauid[e].imò lex diuina, naturalis dici poteſt hominum, quæ in lege antiqua & in euangelio repetitur[f].& qui ſine lege vixerint,ſine lege damnabuntur.

Et meritò d.Chryſoſtomus[g] reprehendit grauiter incuriam ſecularium,qui mundo & corporeis vacantes,ſe excuſant à bonis operibus & lectione ſacrarum ſcripturarum, dicentes,nonne ego mundanus ſum,num ego monachus? cùm tamen ſcriptum ſit 1. ad Timotheum 2.quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis peruenire. Deinde quòd & omnis homo, habeat animam maioris dignitatis quàm ſit corpus:quod & apparet ex eo quod corpore ab anima derelicto,nullius vſus eſt. Quare inquit qui tantã habet corporis curam, cuius gratia & propter quid tantum animæ contemptum admittit,neque illi congruum cibum impartitur.Non enĩ ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo quod ꝓcedit ex ore Dei[h].Sicq; ſuadet, nõ tm̃ corpori ſed etiã animæ parandũ eſſe cibũ. exprobrat eandem negligentiam ſecularibus idem[i].qui ſe exiſtimat ſapientem, inquit Clemens Alexandrinus[k]. nec vult audire diuina præcepta, ſed tanquam qui per ſe didicerit effrenatus fertur in ſalẽ fluctuans, deſcendens ad mortalia & ea quæ ſunt generabilia à cognitione ingenti, alias alia opinans. Quibus autem non eſt gubernatio,ij cadent ſicut folia.

7 Verùm hic non omnibus prophanis committendas ſacrarum ſcripturarum omnium lectiones concludere volo: imo verò non niſi cum præuia epiſcopi & parochi cognitione num pij ſint homines, & non abuti poſsint quibus conceduntur in vulgarem ſermonem conuerſæ,& probatæ iuxta concilij Tridentini decretum.
Sunt enim qui propter malum vel peſsimum ingenium, vel irreligioſitatem & ſcripturis ſacris non magis quàm aliis bonis rebus, abutantur: & ex quibus pij poſſunt ſibi ſalutem æternam parare, iſti damnationem æternam architectantur. non ſecus quàm furioſi gladio ſe interimere poſſunt, quo prudentes ſe & alios defendunt,& ex hiſdem floribus propter diuerſos naturæ habitus, aranea venenum:& apis mel conficiunt. Et proinde ignaris omnino, & idiotis vel malè in fidem affectis, potius conſulitur & mandatur, vt diſcant legem & mandata Dei ab eccleſiæ præpoſitis, & concionatoribus, qui frequenter proponunt quæ neceſſaria ex lege Dei ad ſalutem ſingulis videantur, ne ſe incauti gladio ancipiti verbi Dei, temerè iugulent legendo quæ non intelligunt.

8 Sacræ ſcripturæ dicuntur ineſſe myſteria: myſteria verò non eſſent,ſi ab omnibus intelligerentur, vt ait diuus Baſilius libro de Spiritu Sancto, capite 27. Impleuit autem ſacram ſcripturam

a *l. regula. de iuris & facti ignorant. P. l. in bonorum, de bonorum poſſ ſſio. contra tabul. §. notandum. 1. q.4.*
b *1.ad Corin. c.14.ca. ideo. 37.diſti.c. qui ead.38.diſtin.*
c *l.latæ culpæ 223.de verbo. ſign.cum ſimi. ibi nota.*
d *Lucæ c.16. ver.29.*
e *Pſal.4.*
f *fin c.humanum genus. 1. diſti.ap.Gratia.*
g *Homilia 21 in Geneſim.*
h *Matthæi c.4.*
i *tomo 2. Homilia 2. in Matthæum.*
k *2. ſtromat.*

myſteriis Spiritus Sanctus, ne illa vileſceret. Neque omnes qui idioma vel latinum, vel gallicum, vel italicum, vel germanicum in quod fuerit tranſlata & propoſita ſacra ſcriptura: ideo capaces ſunt intelligentiæ myſteriorum ſub verbis contentorum: non ſecus quàm nec etiam populo doctiores Apoſtoli[a] intelligere potuerunt dicentem Dominum, *filius hominis tradetur in manus gentium, & flagellabitur.* & quanuis verba intelligerent, tamen non intellexerunt quis eſſet ille filius hominis[b], nec illud, *modicum videbitis me*[c]. Proinde qui ſacras ſcripturas legunt, non præſumptione ſuæ mentis eas contorquere vel explicare debent, ſed cum mente, ſenſu & intelligentia eccleſiæ, quæ iam ab annis 1590. vel circa, quomodo intelligendæ eſſent docuit ab Spiritu Sancto quo regitur, inſtructa, & edocta, nec oportet plus quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem, vt ait Apoſtolus[d], ſic eueniet vt vſus & lectio ſacrarum literarum ſit vtilis, accedente interpretatione vera, & ſine qua poſſent lecta nobis nocere: litera occidit, ſpiritus autem viuificat[e], & Spiritus eſt qui loquitur myſteria, vt idem d. Paulus ait[f]. & vt ibidem dicitur, *nos nō ſpiritū huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt: vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, quę & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus: ſpiritualia ſpiritualibus comparantes.* Et poſtea, *animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei: ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Et idem 2. ad Corinth. c. 4. *Si etiam opertum eſt Euāgelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.* Et iterum[g]. *ſcimus quòd lex ſpiritualis eſt: vnde & colligimus, & egere explicatione ſpirituali: alioquin ex numero erunt diſcentium, quorum meminit D. Paulus[h]: qui ſunt ſemper diſcentes, & nunquā ad ſcientiam veritatis peruenientes*, & vt admonet D. Petrus[i]. *hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetica ſcriptura, non ſit priuatæ interpretationis.* Exemplum certius aliunde non erit quærendum, quā ex c. 8. actorum Apoſtolicorum. vbi Æthiops reginæ Candacis eunuchus cùm legeret Eſaiam Prophetam, & interrogatus fuiſſet à Philippo, *putáſ ne, intelligis quę legis?* reſpondit, *& quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi. &c.*

Et vt ſcribit Claudianus Mamertus[k]. *ſi vaticinia Prophetarum allegoricis animata ſecretis, in literæ tantùm corpore cogitemus, decipimur, quia cum propheticis oraculis iraſci, vel pœnitere memoratur Deus, effectus videlicet paſſionum harum conſiderandi ſunt: Deus enim his affectibus non afficitur, immutabilis.*

*Diuus etiam Gregorius*[l], *Qui textum*, inquit, *conſiderat, & textum ſcripturæ ſacræ ignorat, non tam ſe eruditione inſtituit, quàm ambiguitate confundit: quia nonnunquam ſibi literæ verba contradicunt. Sed dum à ſemet ipſis per contrarietatem differunt, lectorem ad intelligentiam veritatis tranſmittunt. &c. & paulò pòſt, quæ nimirum veritatis intelligentia, cùm per cordis humilitatem quæritur, aſſiduitate legendi penetratur.*

*ſicuti*

a *Matthæi c.* 20.
b *Iohan. ca.* 6.
c *Iohan. c.* 16.
d *ad Roma. c.* 12.
e 2. *Corinth.* 3. *ver.* 6.
f 1. *ad Corin. c.* 2.
g *ad Roma. c.* 7. *ver.* 14.
h 2. *ad Tim. c.* 3.
i *epiſt.* 2. *c.* 1. *ver.* 20.
k *li.* 1. *de ſtatu animæ. c.* 3.
l *lib.* 4. *moralium in Iob. c.* 1



*Sicuti enim ignotorum hominum facies cernimus & corda neſcimus: ſi familiari eius loquutione coniungimur vſu colloquij eorum etiam cogitationes indagamus. Ita in ſacro eloquio, cùm ſacra hiſtoria aſpicitur, nihil aliud quā facies videtur: Sed ſi huic aſſiduo vſu coniungimur, eius nimirum mentem, quaſi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dū enim aliud ex alio colligimus facilè in verbis cognoſcimus aliud eſſe quod intimant aliud quod ſonant.*

9 Non eſt prætereundum quod ad probè intelligendas ſacras ſcripturas neceſſarium eſt, & ob cuius defectum plerique lapſi ſunt in earum explicatione, nempe, vt qui rectè cupiunt intelligere, parati ſint ad fidem. *Niſi enim inquit Iſaias ca. 7. credideritis, non intelligetis.* & ita monet d. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus lib. 13. Theſauri, contra hæreticos ca. 1. Tomo 2. operum. Addit d. Athanaſius, in fine libri de humanitate verbi. Ad ſcripturarum indaginem verúmque intellectum, opus eſſe vita proba, animo puro, & virtute quæ ſecundùm Chriſtum eſt, vt mens per eius tramites decurrens ea quæ expetit adipiſci poſsit, quatenus fas eſt humanam naturam diuinam intelligere. Nam ſiue pura mente & imitatione ſanctorum, nemo apprehenderit ſanctorum verba. Et iterum libro de communi eſſentia patris filij & ſpiritus ſancti, inter legendum ſacra, puritatem illam & fidem inconcuſſam in animo legentis præcedere debere, docet. *Admonet*, inquit, *Paulus Apoſtolus indicans literam occidere, ſpiritum viuificare*, Pleráque ſiquidem ſacrarum ſcripturarum, ſi iuxta literam ſentiamus, in nefarias nos ducent blaſphemias. Conſentit D. Thomas, dum contra errores Græcorum, ait. *Scripturæ & authoritates doctorum benignè interpretandæ ſunt: nam ſi illorum verbis vbique inſiſteremus in errores plurimos plerumque incideremus* Scripturæ ſacræ inquit adhuc Euſebius Pamphili[a] *geminus ſenſus: vnus vt myſtica quædam diuináque doceat: alius vt ea quæ geſta ſunt realiter ſignificentur.*

Atque Cyrillus Alexandrinus[b] tradit, ante omnia quando locum aliquem ſcripturæ intelligere volumus, tria diligenter conſideranda eſſe: tempus, quando ſcriptum eſt quod dicitur: perſonam, quę dicit: aut per quam aut de qua dicitur: & res propter quas, aut de quibus ſcribitur, & ſic nos abſque errore poſſe verum inueſtigare. *Solet etiam*, vt idem ait[c]. *Sancta ſcriptura, ea quæ mentem excedunt: verbis familiaribus ſignificare & diuina per humana, vt nobis ſe accommodet.* & proinde non in ſolis verbis conſiſtendum erit.

Multum facit ad explicationem & mentem ſcripturarum, à doctis antea didiciſſe, & in ſacris ſermocinationibus frequentem fuiſſe: maximè Legiſperitis ſeu Theologis operā dediſſe *Labia enim ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiam & legem requiret de ore eius.* Malach. c. 2. verſ. 7. vel ſaltem illis commiſſum eſt verbum Dei.

Quare Suidas, ait in verbo IESVS, *animo reputauimus quod niſi munus ſacerdotale aliquod Chriſtus* IESVS *apud Iudæos tenuiſſet, non futurum fuiſſet vt illi liber daretur à* Sacerdotibus, *ſicut factum Diuus Lucas ſcribit in Euangelio, quem audiente populo recitaret:*

a *lib.* 9. *de eccleſiaſtica demonſtratione c.* 1.
b *lib.* 8. *Theſauri aduerſus hæreticos, tomo* 2. *operum & li.* 9. *c.* 4 *& li.* 10. *cap.* 3.
c *li.* 2. *expoſitionis Synodi Nicenæ.*

*neque enim apud nos Chriſtianos, licet cuiquam ſacrarum literarum libros legere populo, niſi in ſacerdotes cooptato.* & quidam in inſtitutione chriſtiana vt admonet D. Paulus ad Hebræos. ca. 5. circa finem *egent lacte: quidam ſolido cibo.* qui paruulus eſt in cognitione, eget lacte, & eſt, expers ſermonis iuſtitiæ: perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali, vt ait ibidem Paulus.

10 Scribit & Rabinus Moſche in primo tractatu libri more, ſcripturarum ſenſum duplicem eſſe, literalem & allegoricum. Literalem comparant rabini Candelę, quæ paruo emitur: vocantque לשאנ *maſcal*: id exemplum. Allegoricum verò, dicunt id *certitudinem Legis*, quem comparant marguerıtæ obſcuris in ędibus latenti, quę per candelam id. per literalem ſenſum, à quęrentibus inuenitur.

11 Puritas quoque animę legentis, plurimum conducit ad gratiam Spiritus ſancti recipiendam, & ad intelligentiam ſacrarum literarum conſequendam. *In maleuolæ enim animam, non in troibit ſapientia*, nec habebit in corpore ſubdito peccatis. Sapientiæ primo capite. & diſciplina ſcientiæ effugiet factum. & apud Eſdram dū is agit de tranſgreſſione legis cauſam addit, *non abſtuliſti* inquit, *ô Deus illis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim baiulans primus Adā, tranſgreſſus & victus eſt, & omnes qui de eo nati ſunt. &c.*

a *lib. 4. ca. 3. ver. 20.*

b *ad Hebræ. c. 5. ver. 10. & ſequent.*

Sic diuus Paulus[b] cū de Melchiſedech tractare vellet addit, *de quo nobis grandis ſermo, & in interpretabilis ad dicendū quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tēpus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſunt elementa exordij ſermonum Dei, & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo &c.*

12 Oratio, ad Deū rurſum, eſt clauis qua miſteria ſacrę paginæ & verus eius ſenſus, ſingulari iure à Deo aperiuntur quemadmodū & Daniel, oratione plura didicit, vt ab eius hiſtoria docemur: plura etiam eius ſcripta, ſignata velutique clauſa ſunt Deo iubente, quæ eius declaratione indigent. ſicuti ſcriptum[c]. *Tu autem Daniel inquit Claude ſermones, & ſigna librum, vſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.*

c *Daniel. ca. 12. ver. 4.*

13 Nec erant etiam inter ethnicos, myſteria ſuperſtitionū quas vocabant religiones, aperta pręterquam initiatis: quibus tantum, non aliis vt prophanis, ſecreta & rationes ſuarū religionum, videre cognoſcere, vel audire licebat. Erant autem illi initiati in ſuis religionibus, quales dicuntur in noſtra vera religione, Deo cōſecrati & ordinati in gradu aliquo eccleſiaſtico, aut miniſterio. Et ſcribit Iulius firmicus Orpheū[d], ab his quos initiabat in primo veſtibulo cū terribili authoritate exegiſſe, ne prophonis auribus inuenta ac cōpoſitę religiones proderentur. Narrat & Sabellicus[e] fuiſſe nephas olim ingredi non initiatis templum Cereris, diebus initiorū quod & firmat Liuius[f] dicens, duos iuuenes Acarnanes, tanquam ob infandum ſcelus interfectos fuiſſe, quod per dies initiorum cum initiati non eſſent, imprudentes religionis, cum cætera turba ingreſſi fuiſſent templum Cereris, quodque fuit pauſa belli inter Phillipum regem regem Macedonum & Athenienſes.

d *Mathæſeos lib. 7.*

e *in vitam Auguſti. c. 93.*

f *lib. 30.*



Narrat & Suetonius Tranquillus Auguſtum Cæſarem. Athenis ſacris cereris initiatum, cum poſtea Romæ de priuilegiis ſacerdotum Atticæ cereris pro tribunali cognoſceret, & quædam ſecretiora proponerentur, dimiſſo conſilio & corona circunſtantiū, ideo ſolum audiuiſſe diſceptantes, faciunt quæ Euripides tradit.

Pentheus Τὰ δ᾽ ὄργι᾽ ἐστὶ τίν᾽ ἰδέαν ἔχοντά σοι:
Dionyſius. Ἄρρητ᾽ ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν
Pentheus, Ἔχει δ᾽ ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τινά:
Dionyſius, Οὐκ θέμις ἀχοῦσαί σ᾽, ἔστι δ᾽ ἄξι εἰδέναι

id eſt, Pentheus *Hæc verò orgia quam ſpeciem habent tibi?*
Dionyſius *Non dicenda ſunt non initiatis bacchicis*
Pentheus *Quam autem vtilitatem ſacrificantibus ferunt?*
Dionyſius *Non fas eſt te id audire, quamuis dignum ſit audiri*

& addit poſtea rationem Dionyſius, δόξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν, id eſt *apud ignarum & rudem de myſteriis loquens, parum videtur ſapere.* Quod & alibi dixit verius, *Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi, diſrumpant vos.* Scribit & Pauſanias in Achaicis, ſeu libro j. in Æginenſium littore, fuiſſe ſalutis fanum, in quo ſignū cernere fas nemini pręter, eos qui ſacerdotio fungerentur.

*De doctrina eccleſiaſtica ſiue ſcriptura: ſeu de traditionibus eccleſiaſticis.*

## CAPVT IX.

A principio, Deus, cùm hominem in ſua perfectione creauit, pręcepta, rerúmque ſcitu neceſſariarum & notionem impreſsit, non tabulis præſcribens exterioribus, ſed in mente & corde, cum autem is degenerauit à naturali nobilitate, atque obliuiſceretur & ſui ipſius, & Dei authoris: per capita, illi quotidiana literis mandari iuſsit, non tamen omnia, ſed aliqua per qua aliorum recordaretur, quæ nec facile ſcriptura percipi, nec ſenſibus hauriri, ſed intelligentia admirari & venerari debet.

Cúmque etiam ſcripturæ ſenſum corrupiſſet, miſſus in nouiſsimis diebus ſpiritus veritatis: & ipſe filius vnigenitus Dei, IESVS CHRISTVS deſcendit ad nos, vt voluntatem Dei patris explanaret, perdita reſtitueret, & corrupta repararet.

Nihil ipſe ſcripſit, nec omnia quæ dixit aut fecit, ſcripta fuerunt, nec potuerunt ob excellentiam perſcribi, vt ait Diuus Iohannes in Euangelio capite ſecundo & cap. 20. nec omnia quoque voluit omnibus myſteria ſimul euulgari, & niſi aliquibus per parabolas, diſcipulis autem & Apoſtolis in ſua ſchola familiarius eruditis, myſteria aperuit, & quibus ipſi expedire viderent, diſtribuenda cōceſsit Matthæi c. 13. Lucæ c. 8. & c. 24. Quibus etiā ſæpe dixit quod non poſſent

ante plenam illuſtrationem Sancti Spiritus ſecreta & adiuranda Dei opera cognoſcere.

a lib.i. contra Iudæos.c.1.

Galatinus [a] tradit, dogmatũ genus duplex eſſe apud Iudæos: vnũ dictũ טברחב *thorath ſcebe cetau*. id eſt, legẽ quæ in ſcriptis: alterum ח׳ רה שבעל פה *thorah ſcebengal pe*.d.legẽ quę in ore tradita fuit Moyſi vt thalmudici teſtãtur in j. libro qui *beracoth*.id.*benedictionũ*, nominat.& de qua agitur in c.1.libri פלקי אות *pirtre abot*.id.capitula patrũ.

2 Maxima ſecretorũ diuinorũ cuſtodia eſt, nihil ſcribere, ſed addiſcere, nam quæ ſcribuntur, contineri non poſſunt: vt ait Plato ad Dionyſium Syracuſanũ.vbi & addit, *hac de cauſa, ego nihil de his ſcripſi vnquam, neque eſt* Platonis *opus perſcriptũ aliquod, nec erit*. Myſteria etiam ſuorũ ſacrorũ Ægyptij tantùm inuolutis & hieroglyphicis ſignis pro literis exprimebãt, vt ait Orus Apollo [b].& vt ait Ammianus Marcellinus lib.15.hiſtoriæ. *in veteribus libris lectio, per corporum ſigna, pandit animarũ interna*. Et d.Petrus ad Clementẽ.vt ipſe teſtatur [c]. *quę ſumma ſunt ſilentio honorari volunt*.

b de literis hieroglyph.

c lib. 1 .recognitionum ad Iacobum.

3 Traditiones non ſcriptæ in antiqua lege & in noua inueniuntur, quæ non minus venerabiles & ſeruatæ, quàm ipſæ ſacroſanctæ ſcripturæ. Siquidẽ eadẽ eccleſia quæ docuit ſcripturas eſſe canonicas, & cui in his credimus, eadẽ authoritate nobis determinauit traditiones non ſcriptas ſeruandas, quas ſemper & vbique tales eſſe receptas nos inſtruit & docet.

Cabala erat Iudæorum traditio, ore tenus facta: nec licitum de ea ſcribere, imò prohibitum, vt legitur in libro eorum חרירח *hagiga*, id. ſolennitates. איורקשיג. Prædicantur quædam de illa tradita à Rab. Salomone Beniohai: & de hac ſuſpicari quædam inter Latinos cœpiſſe fertur Iohãnnes Picus. Dehinc Paulus Iſraelita initia tradidit: dehinc Auguſtinus Iuſtinianus epiſcopus Nebienſis aliqua in annotationibus in pſalterium retexuit: latius Capinio quoque tribus libris de arte Caballiſtica egit: Egidius etiam Vitereienſis, & poſtea Galatinus vt ipſe ſcribit lib.j.contra Iudæos c.6.

Cabalam Pythagoricam, ab Hebræis ductam, refert Reuclinus in epiſtola operis de arte Caballiſtica, & li.1.ait, Cabalam eſſe auditionem ſermonum Dei, nec omnes prophetas fuiſſe illius capaces, ſecundum Caballiſtam Azarielem Bar Salomo Geronenſem, cuius verba, תשבי כתבי אם משח לא כל ת בביאים תק כולם לשמצוע חרבול *Id eſt, non quidẽ omnes prophetæ fuerunt potentes audire ſermonẽ Dei, niſi Moſes*, Rurſum & ait, quòd Caballa eſt diuinæ reuelationis, ad ſalutiferã Dei & formarum ſeparatarum contemplationem traditæ, ſymbolica receptio: ſubdítque (quòd ego ab imperitis etiam audiui,) quoſdã ſed falsò & ridiculè dixiſſe, Cabalam fuiſſe quendam hominem hæreticum & diabolicum, & Caballiſticos hæreticos. ſic enim ſcioli nugantur, & comminiſcuntur falſa, ne videantur ignorare, quod planè nullo modo intelligunt.

4 Inter Chriſtianos eccleſiaſtica doctrina tenenda, etſi ſcriptura non corroboretur expreſſè d.Paulus 1.ad Corinth. c.11 .laudat Corinthios, quod eius & præcepta ſeruarent.

Et



Et rurſum, *fratres, ſtate, tenete traditiones noſtras quas didiciſtis, ſiue per epiſtolam ſiue per ſermonem*.

Adferemus & ea de re ſententias & iudicia patrũ eccleſiæ aliquot.

Dionyſius Areopagita, duplicis generis eſſe eloquia diuina ait, alia Theologicis libris data, ex animo in animum verbo mediante ſine literis transfuſa, & illa primos apoſtolos tradidiſſe.

Idẽ alia ait Ireneus lib.3.cap.3.contra hæreſes, & in controuerſiis noſtris ad antiquiſsimas eſſe recurrendum eccleſias, idipſum probat Tertullianus Athanaſ. Origenes & Epiphanius Cõſtantiæ Cypri epiſcopus, aduerſus eos qui ſe apoſtolicos aiebant, *Oportet* inquit, *traditione vti: non enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſunt: quare & apoſtoli nobis quædam traditione commendarunt*.

Subſcribunt Iohannes Chryſoſtomus, *in 1. epiſtol. ad Chorinthios cap.11. & 2.ad Theſſaloni.c.2.*

Baſilius quoque magnus, *libro de ſpiritu ſancto ad Amphilochum c. vigeſimoſeptimo dogmata*, inquit, *quæ in eccleſia prædicantur: quædam habemus è doctrina ſcripto prodita: quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, hoc eſt in occulto tradita recepimus*.

*Quod genus eſt, vt eius quod primum eſt & vulgatiſsimum primo loco commemorem, vt ſigno crucis eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignemus.*

*Quis ſcripto docuit? vt ad Orientem verſi precemur, quæ nos docuit ſcriptura? Inuocationis verba, cum oſtenditur panis eucharistiæ & poculum benedictionis, quis ſanctorum nobis ſcripto reliquit? Neque enim his contenti ſumus quæ commemorat Apoſtolus, vel euangelium verum, alia quoque & ante & poſt dicimus tanquam multum habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus autem aquam baptiſmatis & oleum vnctionis, preterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis, nonne à tacita ſecretáque traditione? ipſam porro olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit? iam ter immergi hominem, vnde eſt proditum? Reliqua item quæ fiunt in baptiſmo, veluti abrenunciare Sathanæ, & angelis eius, ex qua ſcriptura habemus? nonne ex priuata & arcana hæc traditione? nonne ex doctrina quam patres noſtri in ſilentio, quod curioſos & otioſos ſubmonet, ſeruarunt. Pulchrè quidem nimirum docti, arcanorum venerationem ſilentio conſeruari. Nam quæ nec intueri fas eſt non initiatis, quomodo conueniebat horum doctrinam publicitus circumferri ſcripto? Aut quid tandem ſibi voluit magnus ille Moſes, qui non omnia quæ erant in templo paſſus eſt omnibus eſſe peruia, ſed profanos extra ſacros cancellos ſtatuit, &c.* Athanaſius epiſcopus Alexandrinus, *ſententia*, inquit, *à maioribus confirmata, irrefragabilem habet authoritatem fidei*.

Et rurſum, *non nupera aut nouitia res eſt, canonum eccleſiaſticorum inſtitutio, ſed à primis vſque patribus per manus tradita eſt, & fundata in eccleſiis: neque nunc tandem fides initium ſuum ſumpſit, ſed ab ipſo domino opera diſcipulorum ad noſtram vſque ætatem propagata eſt. Ne igitur ea quæ hactenus vſque ad noſtra ſecula in eccleſiis obſeruata ſunt his temporibus pereant, & quæ nobis concredita ſunt à nobis requirãtur, agite fratres, ita animo excitẽini, eũq; zelũ arripite qui bonis diſpẽſatori-*

*bus miniſteriorum congruit,& non aliter ſitis affecti, quàm ſi in oculis veſtris iſtiuſmodi populatio commiſſa eſſet.&c.*

*Dicebāt*, inquit, *Arriani, ſynodi Nicenæ verba eſſentiā, & coeſſentiā non recipienda, quia in ſcripturis non leguntur ſacris. Quare autem tot verba Arrius in ſuis ſcripturis inculcat, quæ in ſcriptura non ſunt. &c.*

a in Tomo 2. operum, Homilia 1. in Matthæum.

Audiamus nunc quoque ſententiam Chryſoſtomi, [a] *antiqui*, inquit, *qui mundam exhibuerunt Deo vitam, non eguerunt literis, ſed literarum vice, gratia Spiritus ſancti vſi ſunt. nam & Noe Abrahæ, Iob, & Moſi, per ſemetipſum loquutus eſt Deus, non per literas: quia ſcilicet munda eorum corda repererat. Poſtquam verò populus omnis Iudæorum, in vitiorum ima delapſus eſt: neceſſariò iam inde literæ dantur, ac tabulæ, & ea quæ per eas adminiſtratur admonitio. Et hoc non tantùm veteris teſtamenti ſanctis, ſed etiā noui accidiſſe perſpicimus. Siquidem nec Apoſtolis ſcriptum aliquid tradidit Chriſtus, ſed pro literis, ſancti ſpiritus gratiam ſe illis daturum, repromiſit: Ille*, inquit, *ſuggeret vobis omnia. Iohan. c. 14 & Hieremiæ 31. diſponam*, inquit, *vobis teſtamentum nouum: dabo leges meas in mente eorum, in corde eorum præſcribam eas: & erūt omnes docibiles Dei. Diui Iohan. etiam c.6.d. Paulus quoque 2. ad Corinth. cap.3. dicebat ſe accepiſſe legem non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Quia verò progrediente iam tempore, alij quidem propter dogmata, alij verò propter vitam & mores grauiter impegerūt, ea rurſus quæ conſtat literis, admonitione fuit opus.*
Hæc Chryſoſtomus.

b epiſtola. 86. & in his reb. xj. diſt.

Et beatus Auguſtinus ad Caſulanum, [b] *In his rebus de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt: Et ſicut præuaricatores Diuinarum legum, ita cōtemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.* & in canon. quis neſciat. xj. eadem xj. diſtinct. ab omnibus ſeruari debere ſtatuitur, quæ in conſuetudine à Romana eccleſia ſeruantur. quia ea mater eſt omnium eccleſiarum, à cuius regulis nullatenus conuenit deuiare, & eius, vt matris voluntatem implere oporteat. nec deceat membra à capite diſcedere[c]. & in authent. de eccleſiaſticis titulis in principio.

c decet. 12. diſt. c. cùm non liceat. de præſcriptio. c. celebritatem. de conſecrat. diſt. 3.

5 Sunt porrò traditionum, & conſuetudinum eccleſiaſticarum duæ ſpecies, & ita ſecundum Auguſtinum epiſtola 118. ad Ianuarium c. 1. & 2. & in cano. catholica. xj. diſtin.

*Catholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa, tribus modis probatur exiſtere. Quicquid autem in ea tenetur, aut eſt authoritas ſcripturarum, aut traditio vniuerſalis, aut certè propria, & particularis inſtitutio.*
Sed authoritate tota conſtringitur vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis verò conſtitutionibus, & propriis informationibus, vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt, ſubſiſtit, & regitur: atque vnaquæque prouincia abundat in ſuo ſenſu.

Et iterum in capite quinto. ridiculum, duodecima diſtinctione. *Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris, vel, inſimulari falsò Dei eccleſiam permittamus vel eas traditiones, quas antiquitus à patribus ſuſcepimus, pro libitu*



*pro libitu ſemper errantium infringi patiamur.* Docent & canones poſtea ſequentes, conſuetudinem eccleſiæ generalem, & ſpeciales eccleſiarum quæ non derogant iuri diuino, aut non repugnant rationi, eſſe ſeruandas & ſequendas. Id ipſum alibi eodem iure pontificio pluribus in locis tractatur [a]. Pugnat pro conſuetudine eccleſiaſtica ſtrenuè Tertullianus, lib. de corona militis.

a maxime titulis, de conſuetudine. ca. 1. de conſtitutionib. in ſex l. de quibus, de legib. in P.

Pro localibus etiam Nicephorus lib. 12. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, ca. 34. *Cōſuetudines* inquit, *eccleſiarum ſunt ſeruandæ ab incolis: differentiæ namque morum eccleſiarum & conſuetudinum inualuerunt reuerentia eorum qui illis ab initio præfuerunt, & qui illis deinceps ſucceſſerunt. Nam hi tanquam leges acceptas per manus poſteris tradiderunt, non ſatis pium neque ferendum arbitrati, ſi traditiones in quibus educati eſſent, non honorifice colerent, ſed contemptim reiicerent*, refertur quoque ex diuo Auguſtino epiſt. 86.

Quod diuus Auguſtinus conſuluit adhuc Cathecumenus Diuum Ambroſium, vtrum ſecundùm morem ſuæ ciuitatis, mater eius ieiunare ſabbatho, aut Mediolanenſi more prandere deberet. At ille, *Quid poſſum*, inquit, *dicere hic amplius quàm facio, Quando hic ſum. non ieiuno ſabbatho: quando Romæ ſum ieiuno. ad quamcunque eccleſiā veneritis eius morem ſeruate, ſi pati ſcandalum non vultis, aut facere, cuſtodita ſcilicet eorum inter quos viuimus inoffenſa ſocietate, & cauendo, ne tempeſtate contentionis ſerennitas charitatis obnubiletur.* adiungitur teſtimonium eiuſdem ex epiſtola ad Ianuarium 118. relatum in cap. illa 12. diſtinct. Ratio autem ab eodem adfertur lib. 3. confeſſio. cap. 8. relata à Gratiano in cap. quæ contra, 8. diſtinct. *Quæ contra mores hominum ſunt flagitia, pro nigrum diuerſitate vitanda ſunt vt pactum inter ſe ciuitatis, aut gentis conſuetudine vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine videtur.*

### *De alijs libris ſeu ſcripturis interpretum legis diuinæ.*

## CAP. X.

TRaditiones eccleſiæ catholicæ, de quibus antea dictum eſt, quamuis ſacris libris non præſcribantur tamen per interpretes referuntur ſæpe, cautio autem adhibenda quales ſint qui referant. Quemadmodum enim in ſacris ſcripturis, & ſuppoſititij & corrupti libri inueniuntur, ſic etiam inter expoſitores ſeu interpretes illarū & quidam reiiciuntur, & quidam nomine ſuppoſito pro veris obrepſerunt, de quibus ſigillatim loqui non minus inutile opus quàm laborioſum eſſet, quare proponemus tantum quoſdam, qui in mentē & manus venerint, relinquentes iis qui maiori otio abundant, ſupplementum. Continet autem ca. Romana eccleſia, 15. diſtinctio. libros plures apochryphos & commentitios, quos reſpuit eccleſiaſtica cenſura, & cui adhærendum eſt: vt quod Romana ſedes probauit, hodie teneatur, & quod illa repulit, prorſus inefficax habeatur [b].

b cap. 1. & ſequent. 19. diſtinct.

2 Sunt & pleraque opuſcula ſanctorum patrum, qui quamuis illuſtrati Sancto Spiritu optima ſcripſerint, tamen in iudiciis & de-

terminationibus legis eccleſiaſticæ, cedunt authoritati præſulũ qui poteſtatẽ ſtatuẽdi in eccleſia habent, aliud enim eſt cauſis terminũ imponere: aliud ſacras ſcripturas diligẽter exppnere. Et in negotiis diffiniendis non ſolũ eſt neceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas, & ſic de libellis & commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorũ conſiliorum canones relinquere [a]. Ea ratione, vt refert diuus Thomas [b], ex d. Auguſtino ad Hieronymum, Auguſtinus dicebat, *ego ſolis libris qui canonici appellantur, eum honorem deferre didici, vt nullum ſcriptorum eorum erraſſe firmiſſimè credam, cæteris autem quantumlibet doctrina & ſanctitate polleant, non ideo verum eſſe credo, quia illi ſic cenſuerũt, &c.* Sic in prologo decretalium §.fin. iubetur, vt in iudiciis & in ſcholis, omnes vtantur compilatione decretalium, & iuris in corpus canonicum redacti ante omnia.

Conſtitutiones Summorum pontificum, ſacroſanctáque concilia, & decretales epiſtolæ quæ corpore iuris pontificij continentur, primum præcipuum omnibúſque etiã patrum authoritatibus derogantem locum, obtinent. Leo Papa iiij. ſcribens epiſcopis Britanniæ [c], *quam ob cauſam,* inquit, *Luculentius & magna voce pronunciare non timeo, qui illa quæ diximus ſanctorum patrum ſtatuta quæ apud nos canonum nomine prætitulantur (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus,) non indiferenter recipere conuincitur, nec catholicam & apoſtolicam fidem nec ſancta quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad profectum ſuum retinere vel credere probatur.* Et paulo ante, ibidem de canonibus agens. *Iſti,* inquit, *ſunt & per quos iudicant epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur, & clerici. Nam ſi tale emerſerit vel contigerit inuſitatum negotium quod minimè poſſit per ipſos definiri. Tunc ſi illorum quorum meminiſtis dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cæterorum ſimiliter ſanctorum doctorum ſimilium reperta fuerint, magnanimiter ſunt retinenda ac promulganda, vel ad apoſtolicam ſedem referendum de talibus.*

3 Corpus canonici iuris, ex pluribus conflatur vt docui in principio partitionum ſeu inſtitutionem iuris pontificij, quæ continẽtur voluminibus decretorum, per Gratianum collectorum decretalium Gregorij ix. nomine euulgatarum: Sexti, Bonifacij, Clementinarum, & extrauagantium. vbi ſacroſanctæ ſynodi receptæ œcumenicæ & prouinciales, & ex ſanctorum patrum ſententia authoritate donatæ, imò & leges quædam ciuiles adiectæ & concluſæ videntur. Corpus iuris pontificij ſuis membris & libris conſtans dicitur, vt Homeri corpus, omnibus libris ipſius Homeri [d], vt & corpus iuris ciuilis, quod conſtat ſuis partibus & libris, Pandectarum, Codicis, Nouellarum, & Inſtitutionum: vt apud Ciceronem ad Quin. Fratrem corpus ſumitur pro opere aliquo ſcripto.

4 Roborantur authoritate Summi pontificis conſilia generalia, in tota 16. diſtinc. Eadémque quæ recepta ſunt à Summis pontificibus, recepta & ſunt ab imperatoribus Chriſtianis [e], Gratiano Theodoſio & Valent. voluit & Juſtinianus ſecundùm ius canonicũ eſſe iudicandum de cauſis ad eccleſiaſtica pertintiẽbus: & ſacros canones non minùs quàm leges ciuiles in ſuâ integritate conſeruari [f].

Et Fre-

a *cap.1. & 2. & ſequentib. 20. diſtinct. cap. ſi ille, 50. diſt.*
b *1. parte q.1. art. 8. ad primum.*
c *in ca. 1. 20. diſtinct. cap. ſi Romanorum cap. in canonicis 19. diſt.*
d *in l. librorũ, 52. de § ſi Homeri corpus, de lega. 3.*
e *In l. 1. C. de ſumma trinit. et fide cathol.*
f *in Nouella. 137. de ordinatione epiſcoporum & aliorum clericorũ.*



Et Fridericus ij [a]. Caſſa & irrita denũciari voluit ſtatuta & conſuetudines contra libertatẽ eccleſiæ eiúſque perſonas inductas, aduerſus canonicas & imperiales ſanctiones. Atque Iuſtinianus [b], profitetur ſe ſequi in omnibus quatuor generalia conſilia, & in illis conſtituta Nicenum 318. patrum. Conſtãtinopolitanum, 150. Epheſinum primum, & Calchedonenſe eorum cõſiliorum etiam dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas ſeruari & admitti ſtatuit [c].

Item aliorum conſiliorum & regularum eccleſiaſticarum leges [d].

5 Canones, Apoſtolorum nomine, non omnes approbat eccleſia, veluti illos qui eorum nomine ab hæreticis editi ſunt [e], ſunt tamen alij recepti, dicti eodem nomine, qui propter authoritatem & conſiliis præponuntur [f], illi ſunt 84. vel 85. qui apud Clementem ab eo editi putantur, à Diuo Petro dictati: quamquam alia extet ab illis æditio apud Photiũ & Balſamonẽ ab illis in multis diſſimiles. Nicephorus [g], ſcribit epiſtolam Clemẽtis ad Corinthios, & librum apoſtolicarum conſtitutionum, & canones apoſtolicos eſſe Clementis Romani.

6 Magnæ authoritatis & reconditæ excellentíſque doctrinæ habẽtur, libri Dionyſij Areopagitæ contẽporanei Apoſtolorũ, quamuis omnes nunc non extent. Scribit enim ipſe lib. 10. de diuinis nominibus c. 2. ſe ſcripſiſſe librum de diuinis charactheribus, & ca. 4. citat Ignatium, teſtatúrque ſe ſcripſiſſe libros de iuſto iudicio. citat & c. 5. eius libri, de diuinis nominibus, & Clementis dictum, & c. 6. meminit librorum Simonis Magi. Ait etiam cap. 3. libri de myſtica Theologia ſe ſcripſiſſe librum de theologicis inſtitutionibus.

Negarunt tamen, Laurentius Valla & Eraſmus, & Magdeburgenſes in hiſtoria ſua centuria 4. c. 6. pag. 467. & centuria 1. lib. 2. cap. 10. pag. 625. hos libros qui circumferuntur eſſe Dionyſij Areopagitæ. Tuentur & illud hæretici, quia illis impugnantur. Diuerſum tamen ſcribunt Catholici vt Gregorius 1. Homilia 34. in Euangelium, Damaſcenus lib. 1. de fide Orthodox. cap. 12. & lib. 2. cap. 18. Theophylactes in Lucam cap. 12. Euthymius in panoplia, parte 1. tit. 2. ſexta ſynodus Græca Ecumenica, Actu 4. & 7. Synod. Actu. 2.

7 Magnæ quoque authoritatis ſunt in eccleſia quatuor ſacrorum doctorum, Auguſtini Ambroſij, Hieronymi, Gregorij primi, & aliorum quorundam antiquorum patrum interpretationes. Verùm non ſimilis cuius ſunt canonicæ ſcripturæ, neque in omnibus per omnia approbatæ.

Sícque & admonet D. Auguſtinus [h], *Noli,* inquit, *meis literis quaſi canonicis ſcripturis inſeruire: Sed in illis & quod non credebas cum inueneris incunctanter crede: in iſtis autem quod certum non habebas, niſi certum intellexeris, noli firmum tenere,* relatum in cap. 3. noli meis literis, 9. diſtinct. & multa etiam retractauit D. Auguſtinus vt liquet ex libris retractationum [i].

Et Diuus idẽ Auguſtinus epiſtola 111. ad Fortunatianũ, & c. pen. 9. diſt. *neq.* inquit, *quorũlibet diſputationes, quãuis catholicorũ & laudatorũ hominũ, velut ſcripturas canonicas habere debemus, vt nobis non*

a *In nona conſtitutione caſſa C. de ſacroſanct. eccleſ.*
b *in l. cognoſcere. §. ſequentes in omnibus de ſumma trinitat.*
c *Idem Iuſtinianus in Nouella 131. de eccleſiaſticis titulis c. 1. & l. 4 & 12. C. de ſacroſan. eccl.*
d *In ca. 1 Nouell. 6. quomodo oporteat epiſcopos & reliquos clericos ad ordinationem adduci.*
e *cap. 1. canones qui dicuntur 16. diſtin.*
f *cap. placuit, 4. eadem 16. diſtinct. ca. de libellis. 20. diſtinct.*
g *lib. 3. ca. 18. hiſtoriæ eccleſ.*
h *in prologo libri 3. de trinitate.*
i *cap. negare non poſſum. eadem 9. diſt.*

*liceat ſalua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere ſi fortè inuenerimus quod aliter ſenſerint quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis: talis ego ſum in ſcriptis aliorum quales volo eſſe intellectores meorum.*

a epiſt. 19 & ca. ego ſolis, 9. diſtinc. Et iterum[a], *Ego ſolis eis ſcriptorum libris qui iam canonici appellãtur, didici hunc timorem honorémque deferre vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere: ac ſi aliquid in eis offendero quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendoſum eſſe Codicem, vel interpretem non aſſecutum eſſe quod dictum eſt, vel me non intellexiſſe non abigam. Alios autem ita lego vt quantalibet ſanctitate doctrináque polleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi per alios authores, vel canonicas vel probabiles rationes quod à vero non abhorreat perſuadere potuerunt.*

8 Scripſit plura Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus, cuius authoritas à Gratiano & canonibus eccleſiaſticis commendatur. Quamquã Theodoſius Græcus factus Hiſpalenſis epiſcopus, aliquot eius libros corruperit dum in Arabicam linguam conuertit vt ait Vaſæus.

9 Magnum incrementum promouerunt doctrinæ Chriſtianæ libri quatuor Petri Lombardi epiſcopi Pariſienſis, qui dicitur magiſter ſententiarum ſcilicet ſacrorum interpretum, quibus illorum reſolutiones in cõuenientem diſcentibus ordinem more apis complexus eſt: vt etſi in omnibus quæ dixit non teneatur in ſcholis, in quibus & diuus Thomas non immerito magnam habet authoritatem, & alij ſcholaſtici qui ſequuti ſunt magiſtrum ſententiarum, & illius concluſiones pluribus & diuerſis rationibus illuſtrarunt. Inter quos vere mihi videtur ſubtilis conſciſus & conditus ſertus, ſoto, & alij qui teruntur manibus diſcentium & docentium ſacram Theologiam: qui tamen aliquibus nouis theologis non placent, nempe quod gloriæ illorum inuideant, & cum illorum ſententiis docti facti ſint, recalcitrant ingratiſsimi plagiarij aduerſus beneficos, & quos legunt priuatim publice mordere non combeſcunt, ambitioſi omnino qui niſi ſuæ ſcholæ nomina quantumuis creditorum virorum vellent laudem aliquam habere phariſaica prorſus iuſtitia inaniter pleni.

### *De libris Dei.*

## CAP. XI.

Extat inter ſanctiores libros de quibus meminit ſacra pagina, mentio libri Dei. Siquidem Deo libro quidam tribuitur metaphora à libris ad memoriam ſubleuandum ſcriptis tracta: & liber Dei, ita pro notitia & memoria, ſeu melius ſcientia eius, quæ omnia in numerato tenet, accipitur, vt in Pſalmo 138. verſ. 16. *in libro tuo omnes ſcribentur, dies formabuntur, & nemo in eis.* ſic Lucæ cap. 12. *omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt*, nihil effugit Dei memoria, vt videatur ſingula ſcribere, iiſque perlectis reminiſci: cùm tamen in inſtanti



in inſtanti omnia ſciat, nec egeat reminiſcentia vel literis: dictum tamen ita hominibus eſt, vt per intellecta & humana, quæ aliter nõ potuiſſent percipere, in Dei ſcientia ineuitabili ſciant eſſe, vt nihil illum latere poſsit, vel ob obliuionem elabi. Gentiles quoque illud ipſum ſenario comprehenderunt Græco, ὁ ζεὺς κατεῖ δὲ χρόνιος εἰς τὰς δεφθέρας. id eſt, *inſpexit, etſi ſerò, pellẽ Iupiter*. dictum in eos, qui ſerò quidem, ſed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Credidit enim antiquitas Iouem in ſua diphthera hoc eſt pelle capræ Amalthex, omnia ſcribere: ac multa pro tempore diſsimulare, ſed poſtea de improbis pœnam ſumere, vt ſcripturam ſuam relegens. vocatur apud Danielem[a], hic liber Dei, ſcriptura veritatis, dum dicit ei Angelus, *annunciabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis.* Non enim ille ſanctiſsimus liber patet omnibus, neque quid ſcriptum ſit omnibus declaratur. Sicut vidit Diuus Iohannes Apocalyp. cap. 5. in dextra ſedentis ſupra thronum cœli, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem, quem ſolus aperire agnus dominus noſter Ieſus Chriſtus dignus habitus eſt, qui & ad ſigillorum apertionem mirabilia de poſtremis diebus ante iudicium generale, ei oſtendit. a cap. 10. in fi.

2 Sunt alij libri Dei, vitæ & mortis. Liber vitæ propriè Dei, is eſt quo boni ad vitam æternam ſcribũtur: nempe amici Dei qui peculiari memoria & notitia honorãtur à Deo omnes enim Deus quidem nouit, ſed non omnes æquali beneuolẽtia & gratia proſequitur de hoc libro in Exod. c. 32. verſ. 32. *aut* inquit Moſes ad Deum, *dimitte eis hanc noxã: aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* verſ. 33. reſpondit Dominus verſ. 34. *qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.* meminit Diuus Iohannes in Apocalypſi, c. 20. verſ. 12. *vidi*, inquit, *mortuos magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt. & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum.* De libro vitæ & quod ibi ſaluandi ſcribantur, & inde reprobi deleantur, etiam habetur Apocalyp. cap. 31.

Gregorius in ſuis moralibus, & Burchardus de contemplatione decretorum, lib. 20. ca. 107. Explicant illa verba libri *aperti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris.* Liber namque vitæ, eſt ipſa viſio aduenientis iudicis, in quo quaſi ſcriptum eſt omne mandatum: quia quiſquis eum viderit, mox teſte conſcientia, quicquid non fecit, intelligit. Libri etiam aperti referuntur, quia iuſtorum tunc vita conſpicitur, in quibus mandata cœleſtia opere impreſſa cernuntur. Et iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, quia in oſtenſa vita iuſtorum, quaſi in expanſione librorum, legunt bonum quod agere ipſi noluerunt, atque eorum qui fecerunt comparatione, damnantur.

Videtur Malachias propheta, ſimilia dicere[b], *Tunc locuti ſunt timentes Dominum, vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et attẽdit Dominus et audiuit, & ſcriptus eſt liber monimẽti corã eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. Et erũt mihi, ait Dominus exercituũ, in die quã ego facio, in peculiũ, & parcam eis, ſicut vir parcit filio ſuo ſeruiẽti ſibi.* b cap. 3. verſ. 16.

a cap.5.verſ. 1. & ſeq.

Zacharias autem [a], vidit in reuelationibus, volumen volans, cuius longitudo viginti cubitorum, & latitudo decem cubitorum: & audiuit Angelum ſibi dicentem, hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur.

### *De libris Sibyllinis.*

### CAP. XII.

MAgna & innumerabilis copia & multitudo librorũ impietatum & ſuperſtitionum Ethnicorum, de quibus velle nomenclaturam retexere, onus eſſet non ſolùm ſuperfluum, ſed etiam indignum homine Chriſtiano. De Sibyllinis tantùm pauca proferam, quia & horum oraculis patres ſancti ad conuincendos erroris gentiles, vſi ſunt. Itaque inter præcipuos religionis libros, quos tanquam oraculorum principes cuſtodiebant, erant Sibyllini à quibus prodigiorum & euentuum ſignificationes, & veluti Dei voluntatem colligebant: vt liquet ex Liuio lib. 3. & 7. 34. 40. 42. vocantur libri fatales, qui ob fata imminentia conſulerentur, apud Liuium lib. 42.

2 Munus hoc conſulendi libros illos ſacros, fuit duumuirûm ſacrorum, quibus poſt eiectionem regũ, ciuitas ex illuſtriſsimis delectis cuſtodiendos dedit, adempta omnibus poteſtate ſine ipſis eos videndi vel cõſulendi, vt refert Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 4. Huic muneri pro duumuiris decemuiri poſtea prefecti: iſque numerus vſque ad tempora Syllę manſit, qui in ſua Dictatura quindecim viros conſtituit ſacris faciundis, notat Onuphrius in lib. Faſtorum de his & de Sibyllis. Maximè autem cum tetra prodigia nunciata erant, Sibyllinos libros adire & inſpicere decemuiri à ſenatu iubebantur, quod ſæpe factum ait Cicero 1. de Diuinatio.

b 5. Faſtorum.
c lib. 7. c. 35.
d lib. 8 ca. fi.
e lib. de prodigÿs.
f lib. 5. 7. 41.
g libr. de die natali cap. 6.
h lib. 1. de re ruſtica. cap. 1.

Pro aliis etiam grauioribus, vt cum tres vno tẽpore Veſtales nobiliſsimæ inceſti cum equitibus Romanis pœnas dediſſent, vt memorant Ouidius [b], & Plinius [c], Valerius Maximus [d], Iulius Obſequens [e], & tempore graſſantis peſtilentiæ apud Liuium [f]. Et cùm portenta fierent, aut muri de cælo tangerentur, vt apud Cenſorinum [g], Sic ſcribit Varro [h]. *Neque*, inquit, *patiar, Sibyllam non ſolùm ceciniſſe quæ dum viueret prodeſſent hominibus, ſed etiam quæ cum perÿſſet ipſa, & id etiam ignotiſsimis, ad cuius libros tot annis poſt, publicè ſolemus redire, quum deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento.*

Sibyllinos libros conſultos ſub Galeno Cæſare pro peſtilentia ſedanda, & ſacrificium factum Ioui ſalutari vt reſponſum erat, ſcribit Iulius Capitolinus in Galieno.

Sub Claudiano quoque, quo tempore Marcomani cuncta vaſtabant Inuentúmque vt ſacrificia certa facerent quæ Barbari tranſire non poſſent, vt refert Flauius Vopiſcus Syracuſius in vita Aureliani.

i lib. 54. hiſtor. Roma.

Scribit & Dio Caſsius [i], Oracula Sibyllina conſulta fuiſſe de Pompeio



Pompeio à Romanis in regnum reſtituendo, & ita reſponſum in his, *Si rex Aegypti auxilÿ alicuius indigens venerit, amicitiam ei ne denegaueris.* Et id populo per Catonem ſub Cæſare Iulio ominatum cùm antea oraculum Sibyllinum non referretur populo niſi ſenatus edixiſſet.

Dionyſius etiam Halicarnaſſeus ſcribit [a], initio belli contra Voſcos laboratum eſſe Romæ victus inopia, & magnum metum fuiſſe, ne in totum deficeret, terra fructus negante: quare Sibyllinos libros iuſſu dictatoris, fuiſſe inſpectos, à ſuis cuſtodibus: & monentibus, oraculis placanda eſſe numina, votum factum.

a lib. 6.

Meminit Plinius de Sibyllis [b], Polyhiſtor Solinus cap. 7. quarum vna Cumana à Cumis vaticinata eſt, Olympiade 50. Ælianus etiam meminit [c]. Prima tamen delphica dicta Chryſippo libro de diuinatione, Daphnes Diodoro Siculo [d], Solino [e]. Secunda Erythrea vt ait Solinus [f], & Ælianus [g]. Tertia Cumana vel Cumæa: Virgilius Deiphobem dixit [h]. Quarta Samia vt refert Erathoſtenes in Samiorum annalibus, & ex eo Solinus capite ſeptimo. Quinta Heleſpontica, in agro Troiano quæ vixit Olympiade 60. de qua Heraclides Ponticus. Sexta Libyca, ætate Euripidis qui de ea loquitur. Septima Cumana, Amatthea nomine. Octaua Perſica, quam Iuſtinus Martyr oratione ad gentes, vocat Chaldeam, de qua & Beroſus. Fertúrque vixiſſe Olympiade 120. Nona Phrygia, de qua Lactantius & Varro, & Marcianus Capella. Decima Tyburtina, de quibus omnibus Lactantius libro primo contra gentes, ex Varrone, & poſt illos Onuphrius Pannuinus frater Heremita Auguſtinenſi libro de Sibyllis & Sibyllarum oraculis. Et has alij alio ordine connumerant & aliis nominibus vt Suidas.

b lib. 34. c. 53
c lib. 12. variæ hiſtoriæ.
d lib. 5.
e cap. 7.
f d. cap. 7.
g lib. 2.
h lib. 6. Æneid.

4 Siquidem Sibylla nihil aliud eſt quàm vates, à dictionibus σιος & βυλὴ quaſi conſilium Dei datum vel prophetia ſeu prædictio. Cùm enim implentur Spiritu lymphatico & eo inferueſcunt mulieres, Sibyllas fieri & Bacchas ait Ariſtoteles [i].

i lib. problema. ſectio. 30.

Magna incertitudo eſt & de numero & nominibus Sibyllarum, & an vna an plures fuerint. Quare mirum non eſt, ſi vna & eadem apud diuerſas gentes perueniens, vel alia diuerſis nominibus & apud aliquos ſenior an iunior dicatur. *Aiunt*, inquit Clemẽs Alexandrinus [k], *Delphis in curia oſtendi petram quandam ſupra quam dicitur ſediſſe prima Sibylla quæ Helicone venerat, educata à Muſis cùm eſſet filia Lamiæ Sidoniæ. Serapion autem in verſibus dicit, ne mortuam quidem à diuinandi ceſſaſſe arte Sibyllam: & id quidem quod ex ea in aerem receſsit poſt obitum, id eſſe quod in ſortibus & augurÿs diuinat: ex eo autem quod in terram mutatum eſt corpore exortam vt conſentaneum erat herbam, quam, quæcumque beſtiæ comediſſent cum in eo loco eſſent, efficere futuri cognitionem perfectam per exta hominibus, eius autem animam exiſtimabat eam eſſe faciem quæ apparet in Luna.*

k 1. Stromaton.

Plinius [l], vnius tantum Sibyllæ ſine nomine alio mentionem in genere facit. *Diuinitas*, inquit, *& quędam cælitũ ſocietas nobiliſsima, & fœminis in Sibylla fuit*, & li. 34. c. 5 Sibyllę tres ſtatuas Romę fuiſſe ait, iuxta roſtra, & primas putat poſitas ætate Tarquinij. Et rurſum

l lib. 7. ca. 33.

lib.13.cap.13. *inter omnes*, inquit, *conuenit, Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attuliſſe, ex quibus duo cremati ab ipſa, tertius, cum capitolio Syllanis temporibus.*

Sibyllina carmina quæ nunc extant Græcè, teſtantur, quod ea quę ſcripſit dicat ſe ipſam fuiſſe vxorem vnius filiorum Noe, iactatámque ſe fuiſſe vndis in arca, vt quæ intus erat cum coniuge leuiris & gloſsis. quod ſcripſit lib.1.& 3. oraculorum.

Atque ſe ex Dei veri iuſſu prophetaſſe libro primo χρησμῶν ſic ait,

---Πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατος σωτὴρ πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπολῆσθαι. id eſt,

*---Omnia namque ſcit*
*Immortalis Saluator, qui omnia obſeruat, quique mihi iuſsit*
*Annunciare vobis, ne mentibus pereatis.*

Cumæam Sibyllam, matrem Euandri quidam dicunt, cuius carmina Iulianū Apoſtatā ignibus tradidiſſe, tradit Amianus Marcellinus.

Quidam & dicunt fuiſſe Sibyllam Caſſandram, ſeu Taraxandram, quæ & Σαβρις Phrygia & Tiburtia.

Iuſtinus Martyr. in Parenetico, tradit Babylonicam Sibyllam, fuiſſe filiam Beroſi Chaldei ſacerdotis & hiſtorici.

Fuit tempore quo iudicabat Iſraelem Debora, Sibylla cui Sambethæ nomen fuit, quæ ſub Perſicæ vel Chaldeæ nomine innotuit.

Dicunt & Namæ temporibus, Sibyllam Samiā vixiſſe inſignem.

Quidam confundunt Perſicam cum Erithrea, quæ iunior alia dicitur, & vixiſſe Troiani belli temporibus, & prædixiſſe Græcis Iliū petentibus perituram Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum, Chaldæa antiquior quæ Alexandri Macedonis geſta perinde ac Daniel prædixit. Dicitur autem annos amplius ſeptingentos vixiſſe diutius quàm ferret communis hominum ætas.

Ouidius verò[a], videtur omnia eadem tribuiſſe Sibyllæ Cumeæ, quæ alij aliis tribuunt: ſícque de ætate ſua, poſt multa loquitur ad Æneam,

*Innuba permaneo, ſed iam fœlicior ætas*
*Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus,*
*Quæ patienda diu eſt. nam iam mihi ſecula ſeptem*
*Acta vides, ſupereſt numeros vt pulueris æquem, &c.*

a lib.14. Metamorphoſ.

5 Librorum Sibyllinorū qui Romæ conſulebantur, origo quidē recēſetur quomodo ad Manus peruenerunt Romanorū, ab annalibus per Aulū Gellium. Verùm à qua Sibylla non eſt ab eo proditū. Quin refert anum quandam hoſpitā atque incognitā, ad Tarquiniū ſuperbum veniſſe, nouē ferens libros quos eſſe dicebat diuina oracula ſéque velle eos venūdare dixit, magnúmque pretium poſtulaſſe, quod riſit rex quaſi anus deciperet. Et tunc anum, foculum in eius pręſentia accendiſſe, & in eum conieciſſe tres libros, & ſimile pretiū pro reliquis ſex poſtulaſſe, quod cùm multò magis rex riſiſſet, alios tres in ignem conieciſſe: atque idipſum pretiū pro libris reliquis rogaſſe & tunc regem tres libros pretio poſtulato redemiſſe pro omnibus, & in ſacrarium condidiſſe dictos Sibyllinos, qui poſtea fuerunt



runt à quindecim viris aditi, cùm Deus conſulendus eſſet. Nuſquam autē poſtea anum viſam. Sunt ne illi autem qui præ manibus feruntur, qui plures ſunt quàm tres, & ſint ne illi qui citantur à D. Auguſtino, Lactantio, & aliis, ignoro: niſi fuerint ex illis tribus tranſcripti, & in alias ſectiones diuiſi fieri enim id potuit. Quemadmodum & refert Dio Caſsius[a]. Octauianum Auguſtum, anno ab vrbe condita 736. quia iam vetuſtate Sibyllini libri exoleſcebant pontificibus negotium dediſſe, vt ſua manu eos deſcriberent ne alius eos legeret.

a lib. 54. hiſtoriæ.

Ferunt autem Stiliconem cùm aduerſus Honorium, & Arcadiam principes defectionem moliretur exuſsiſſe, de quo Rutilius,

*Ne tantum patrijs ſæuiret proditor armis,*
*Sancta Sibyllinæ fata cremauit opis.*

Verùm vt dico, fieri potuit, vt exemplaria tunc in capitolio exiſtentia combuſſerit Stilico, vt Iulianus alibi alia, ſed non omnia deperdita fuiſſe, ex quibus quædam peruenerunt ad manus quoque patrum primitiuæ eccleſiæ vnde myſteria etiam Dei contra gentes, probata oſtenderunt: vt & nos vſi ſæpe ſumus Sibylliacis oraculis, in libris de Deo, de Angelis, & alibi contra Iudæos & alios. Et hic etiam fuit vſus illorum librorum in eccleſia: non autem qualis erat apud Ethnicos, qui de rebus futuris eos conſulebant. Nam Chriſtiani artem illam vel abuſum librorum diuinandi, ſemper auerſati ſunt vt alienam ab eccleſiaſtica religione. Quod & mihi luculenter probari videtur ex Aureliani epiſtola ad Senatum. Nam vt ait Flauius Vopiſcus in Claudiano, cùm eſſet in Senatu controuerſia de inſpiciendis libris Sibyllinis, ſic ad eos ſcripſit, *Miror vos patres ſancti tandiu de aperiendis libris Sibyllinis dubitaſſe, proinde quaſi in Chriſtianorum eccleſia, non in templo deorum omnium tractaretis.* Vnde & colligo, non fuiſſe Chriſtianis Sibyllina conſulere oracula permiſſum more Ethnicorum.

*De Imaginibus.*

## CAP. XIII.

CVm libris maximam habent affinitatem, imagines, & ferè vtriſque idem vſus ideo pro libris habentur in eccleſia quoque imagines, ſtatuæ, picturæ: qui enim literas ignorant, in parietibus videndo, legunt, dum picturas intuentur eorum quæ in codicibus legere non valuerunt, vt ait D. Gregorius libro ſeptimo epiſtolarum epiſt.109. Et libro nono epiſt. 9. ad Seuerum epiſcopum Maſsilienſem, vnde ſumptus ca. perlatum ad nos. 27. de conſecra. diſtinctio.3. Et iterum idem Gregorius cap.3. Inſtitutionum dicit, picturas laicorum libros eſſe, & Rufinus lib.2. hiſtoriæ cap.29. Et Plutarchus, εἰ λόγος μὲν ἔργου, καὶ λόγου δὲ μῦθος εἰκὼν καὶ εἴδωλον ἐστι. Siquidem inquit, *Sermo operis, ita & ſermonis imago & ſimulacrum, ſenſus eſt.* Quod ſcriptura, literis, vox, articulatis ſignis, hoc ipſum

artifex efficit aliis & refert ſignis. Literæ non ſunt niſi imagines quæ ſignificant per eas intellecta, imagines rerum corporalium, magis etiam exprimunt & repræſentant res quas imitantur quàm ipſæ literæ. Literæ quippe generales ad omnia referenda ſunt idoneæ, at imago, non niſi certum quid repræſentat, ad quod dirigitur ſed illud efficacius. Nam,

*Segnius irritant animos demiſſa per aures*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

a Geneſ. ca. 4. verſ. 15.
b in ſermo. in quadraginta martyres.

Mirabile illud ſignum quod omnes intelligebant, quo præmuniuit Cain ne occideretur ab omni qui eum inueniſſet [a]. *Magnifica*, inquit D. Baſilius [b], *in bellis geſta oratores, ſæpenumero & pictores, demonſtrant: hi oratione, iſti tabulis deſcribentes atque ornantes: amb6que plures ad fortitudinem imitandam inducentes: quæ enim ſermo hiſtoriæ per inductionem præbet, eadem & pictura tacens per imitationem oſtendit.* Eo pertinet quod recenſet Caſsiodorus [c]. *Verum*, inquit, *rex hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, vt figura vultus noſtri metallis vſualibus imprimatur, monetámque facis de noſtris temporibus futura ſecula commouere. O magna inuenta prudentum: O laudabilia inſtituta maiorum, vt & imago principum ſubiectos videretur paſcere per commercium, quorum conſilia inuigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum.*

c lib. 6. variarum cap. 7. in formula comitiuæ ſacrarum largitionum.

d in 6. Phyſ.

Imagines rerum ipſarum ſunt cuiuſque ſermones, ac verba hominum ſingulorum, vt ait Pſellus [d].

Imagines, ſunt aliqua ſenſibilia intellectui, & ſunt ei loco ſenſibilium in abſentiam ſenſibilium, & in imaginatione noſtra ſunt ſenſibilia non materialia, vt tradit Auerrois [e].

e lib. 3. de anima, textu 39. cap. 18.

Omnis motus à virtute ſenſitiua, eſt per ſenſibile obiectum: & ideo quanto motus propinquior eſt ſenſibili, tanto fortior eſt ſecundum Diuum Thomam [f].

f lib. de ſomn. 4. cap. 41.

2 In arte memoratiua, imaginum vſus, ſemper apud diſcentes præſtantiſsimus & neceſſarius viſus eſt: & vt ſcribit Cicero libro ſecundo Partiti. Imagines notæ ſunt quibus ea quæ diſcenda ſunt, notamus vt locis pro cera, ſimulachris pro literis vtamur.

Imaginibus autem vtendum aliquid agentibus, acribus, inſignitis, quæ occurrere, celeritérque percutere animum poſsint, conſentit Quintilian. lib. 11. cap. 2. imo & imagines literis præferendas pro memoria voluiſſe videtur Plato in Phædro & Timęo. quando vſum literarum obſtare memoriæ ait, videlicet, quod ea quæ ſcriptis repoſuimus velut cuſtodire deſinimus, & ipſa ſecuritate dimittimus. At imaginum repræſentatio videtur aliud ſimulachrum in noſtram phantaſiam transferre, ex quo memoria cum in ſimulachrum apud ſe vel in obiecto extrinſeco incidit, ſtatim rem ſibi cognitam per imaginem relatam, retinet. Quod multis niſi verbis exprimi poteſt, id vnica litera, imago exprimit. Nemo enim niſi pluribus poſſet exprimere martyrium ſancti Laurentij, quod exprimit eius pictura vno ictu oculi cum craticula. Nemo niſi pluribus Chriſti paſſionem, quod cruci affixi imago cum titulo, ſtatim docet, ponitur orationis



orationis genus, quod εἰκόνα Græci vocant, quo exprimitur rerum & perſonarum imago Quint. lib. 5. cap. 11. Atque rurſum Quintilian. [a] ex Ciceronis partitionibus, Et 1. de inuentione docet, firmiorem eſſe cauſam & vehementiorē, diuturniorémque motū ex ſenſuali viſiua imagine quàm ex imagine efficta & repræſentata per orationē. Nam quum veros etiam dolores mitiget tempus, citius euaneſcat neceſſe eſt illa quàm dicendo effinximus, imago, in qua ſi moramur lachrymis fatigatur auditor, & requieſcit, & ab illo quem cœperat impetu ad rationem redit, cùm enim deflectitur oratio & frigeſcit, & decidit concitatus motus, quia quicquid non adiicit prioribus detrahere videtur.

a lib. 6. ca. 1

Auget autem impreſſos effectus, vt ſi quos periclitari dicimus, producamus ſqualidos deformes, liberos eorū ac parentes, ſi lecta ex vulneribus oſſa, veſtes ſanguine perfuſas, nudata verberata corpora. Quarum rerum ingens vis dicitur, velut in rem præſentem animos hominum ducentium.

Sic populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæſaris, prolata in forum cruenta. vt ſcribit Appian. [b]

b lib. 2. bellorum ciuilium.

3 Statuæ virorum præſtantiorum in locis publicis poſitæ fuerunt, vt memoria illorum perpetua eſſet, & ij quorum eſſent à populo & intuentibus imitarentur. Vlpianus Traianus, ſtatuas & imagines Soſsio Palmæque & Celſo, conſtituit, quos viros præ cæteris coluit & ſummo in honore habuit [c].

c vt ſcribit Dio in Vlpio Traiano.

Statua auro imbracteata, primo Acilio Glabrioni delata eſt, cum conſiliis armiſque regem Antiochum ſuperaſſet, Amian. Marcel. lib. 14. hiſtor.

Poſt ſolutam obſidionem, quam Perſæ fecerant Amidæ ciuitati Romanorum, Conſtantius Cæſar, Gallis qui ex ciuitate magnanimi animo in Perſarum centum millibus egreſsionem noctu fecerant, campi ductoribus vt fortium factorum anteſignanis, poſt ciuitatis excidium armatus ſtatuas apud Ædeſſam in regione celebri locari iuſsit, quas ſuo tempore Amian. Marcellinus libro 19. ſeruari intactas teſtatur.

*Effigies hominum*, inquit Plinius lib. 34. ca. 4. *non ſolebant exprimi antiquitus, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium: primo ſacrorum certaminum victoria, maximéque olympiæ: vbi omnium qui viciſſent ſtatuas dicari nos erat. Eorum verò qui ter ibi ſuperauiſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa quas iconicas vocabant.* Athenienſes Harmodio & Ariſtogitoni Tyrannicidis, publicè poſuerunt ſtatuas. Proſequitur & cap. 5. & 6. cauſas ſtatuarum togatarum & nudarum & originem.

Et [d] ait in Aſtrologia Beroſum excelluiſſe, cui ob diuinas prædictiones Athenienſes publicè in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerunt.

d lib. 7. ca. 37.

Plinius Iunior lib. 1. epiſtolarum Erucio ſcribens, de Pompeio Saturnino viro apprimè docto, & mirificè verſus & orationes componente, *Neque enim*, inquit, *debet operibus eius obeſſe quod viuit.*

*An ſi inter eos quos nunquam vidimus floruiſſet, non ſolùm libros eius verùm etiam eius imagines conquireremus, eiuſdem nunc honor præſentis & gratia, quaſi ſatietate langueſcit?*

Alius Plinius cum imaginum neglectu, periiſſe bonas artes conqueritur [a], *Ita profectò*, inquit, *artes deſidia perdidit: Et quoniam animorum imagines non ſunt, negligunt etiam corporum. Aliter apud maiores in atriis hæ erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum, nec æra aut marmora, expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, ſempérque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus. Aliæ foris & circa limina animorum ingentium imagines erunt, affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabántque etiam dominis mutatis ipſæ domus: & erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum*, &c.

a ca.35 lib. 2.

4 Generat imago, conceptus ſimiles rebus repreſentatis: quod conſtat ex Hypocrate & Galeno: quorum alter prodit, mulierem adulterij nomine iudicium ſubituram quod puerum edidiſſet pulchriorem, quàm qui parentũ vllam ſimilitudinem referret, inde liberaſſe, quod in cubiculo vbi concepiſſet, an aliqua imago fuiſſet appenſa iuſsit inſpici. Alter verò ait ſe hoc dediſſe conſilij cuidam diuiti, qui prolis formoſæ parens eſſe cuperet, vt dum liberis operam daret, pulchri pueri effigiem eleganter pictam, vxori inſpiciendam traderet, quod cùm ille feciſſet, ex animi ſententia ceſsiſſe. Nec debemus exiſtimare homines habere imaginationis vim inferiorem ipſis brutis ouibus & arietibus de quibus ſcribitur Geneſeos capite trigeſimo, quod cùm in calore coitus intuerentur virgas populeas virides & ex parte decorticatas amigdalinas & ex platanis, conceperunt & pepererunt maculoſa varia, & diuerſo colore reſperſa, &c.

5 Abuti porro non minus quã libris & ſermonibus & oratione, quis poterit picturis & imaginibus. Attamen, vt nõ improbarit quis iuſtè libros bonos ſic nec bonas quoque picturas nec imagines, picturæ, per ſe damnandæ, aut laudandæ ſunt: niſi quatenus quippiam boni vel mali, mittantur. Mouent enim ad repreſentãdum mentem & animum interdum ad bona, interdum ad mala: & proinde nemo poteſt abſolutè dicere ſtatuas picturas eſſe bonas aut malas, niſi adiiciat de quibus factæ ſint, & quare approbet vel damnet: de ſtatuis & picturis idipſum dicendum eſt quod de bonis & malis libris, de bonis ſermonibus qui ædificant, comprobandis: & de colloquiis prauis, quæ bonos mores corrumpunt, reiiciendis: polluta quædam ſunt eloquia, turpia, crudelia, blaſphemia, tales & picturæ & ſtatuæ: vt turpis ea quæ priapi, & dantis operam veneri, quia & turpia ſunt hæc agere & dicere quæ per ſuas imagines referunt. Videre imaginem necantes fratrem, horrore plenum eſt, quia factum deteſtabile coram Deo & hominibus. colloqui verò de Deo, de ſanctorum laboribus, certaminibus



taminibus, victorijs, geſtis, hoc ipſum pulchrum ad ſalutem & mutationem pertinens: imagines itaque horum & laudabiles, quia quæ fecerint quos repreſentant, mentibus ſuggerunt, & inuitandos proponunt & ad inuitationem excitant & fortius nos commouet, & doctos & indoctos ſeu illiteratos.

6 Sunt itaque prophanæ & ſacræ imagines, illæ res prophanas non ſacras, iſtæ, ſanctas & ſanctificatas ingerunt. Neque enim ſanctæ & ſacræ dicuntur imagines propter materiam, aut colores, aut manum artificis, ſed quia ad aliquid ſanctum ſignificandum ſunt conſtitutæ. quemadmodum & ſanctæ literæ ſunt, quia Chriſti euangelium continent: & ita in honore habentur, tanquam quæ ad Dei cultum pertinent vt templa, vaſa, & ſimilia, vt in conſilio Nicen. 7. actio. qualibut ſecundum gradum ſuum.

7 Fiuni ſtatus etiam in eccleſia, de rebus ſpiritalibus, non quidem vt ſubſtantiam rei repreſentent, ſed vt ea quæ ab intellectu percipi poſſunt, exprimantur & repreſententur, idque eadem ratione qua vtimur in ſermone earundem. Siquidem quis eſt qui complecti definitiuè poſsit, quid ſit Deus? nullus certè verùm quædam quæ eius diuinitatis hominibus reuelata & tradita fuerunt, vt ea exprimuntur oratione quæ eſt imago inuiſibilis mentis, & protinus quoque imagine viſibili retineri poſſunt ne effugiant ſignificata per orationem, quemadmodum Deum patrem pingimus quomodo deſcriptus eſt à Daniele cap. 7. Senem, antiquum dierum, &c. Deum filium quia homo factus eſt, & habitu iuuentus vt homo, ad Hebr. 1. eadem forma humana depingimus.

In ſpecie quoque agni [a], Et propterea quod ſcriptum eſt apud Iohannẽ euang. [b]*Ecce agnus Dei*, nempe vera hoſtia immolanda pro redemptione generis humani, ad ſaluandos homines & placandum Deum patrem, vt erat præfiguratum in agno paſchali [c], & agno ſacrificij in Leuitico cc. 1. 3. 12. & iuxta illud Hierem. cap. 11. *quaſi agnus manſuetus* & cap. 51. *quaſi agnus ad victimam, &c.* & quod ita ſæpe agnus Chriſtus vocatur Apocalyp. cc. 5. 6. 7. & alibi in alia forma verò animalis in eadem ſignificatione non eſt in eccleſia recepta repreſentatio. Quin refertur à Nicephoro Calixto [d], Conſtantinopoli Gennadio epiſcopatum gerente, pictorem quendam, ſeruatorem habitu & forma Iouis, alij legunt ouis, pingere auſum, facinoris ſui mercedem tuliſſe, & manum eius ei decidiſſe, quam cum ille crimen publicè confiteretur, Gennadius reſtituit.

a *cano. ſextam ſanctam ſynodum 29. de conſecra. diſt. 3. vbi ratio.*
b *cap. 1. verſ. 36.*
c *Exod. 12.*
d *lib. 15, hiſtor. eccleſiaſtica c. 23.*

Pingitur & imago quoque eius, & fit provt myſteria redemptionis egit prędicando, patiendo, & vt cruci expoſitus fuit.

8 Spiritus Sanctus quoque, in ſpecie columbæ pingitur, quia in hac figura apparuerit [e], & in forma linguarum ignis provt venit in Apoſtolos viſibiliter, Actorum cap. 2.

Angelorum etiam, qui & ſpiritus ſunt corporeis membris non diffiniendi, tamen pingimus in forma quam aſſumpſerunt dum miniſterium ſibi à Deo iniunctum, apud homines viſibiliter impleuerunt. Veluti quando apparuit Angelus princeps exercituum domini, Ioſue, in agro Ierico euaginatum tenens gladium [f]. Punxit &

e *Matt. c. 16. verſ. 16. Ioha. euang. cap. 1. verſ. 32.*
f *Ioſue cap. 5. verſ. 14.*

fecit duorum Angelorum Cherubinorum ſupra oraculũ tabernaculi Moſes iuxta exemplar quod Deus illi præſcripſerat figuras, duos inquã Cherubinos aureos productiles ex vtraque parte oraculi, qui expanſis alis tegebant oraculum reſpicientes ſe mutuò verſis vultibus, Exod.cap.25.

Imitatur & pictorum & ſtatuarius deſcriptionem illam mirabilem quatuor animalium Ezechielis cap.1. & Danielis cap.10. pinget eo modo quo deſcribitur prælium dæmonis & Angelorum, Apocalypſ. capite duodecimo, Angelus pingetur in forma hominis cum gladio, haſta, vt Ioſue apparuit diabolus, pingetur in forma Draconis magni deiecti, & victi, vt ibidem, vel vt in Geneſi dicitur apparuiſſe mulieri in forma ſerpentis, capite tertio, dicũtur ignis, ſulphur, tenebræ, ſtridor dentium, horror ſine ordine, inferorum pœnæ, in ſacra pagina: quid prohibet quin eadem loquatur penicillo pictor, & idipſum ſtatuæ non recenſeat? ea naturalia, corporalia, & quia ſcriptura ſacra in his referendis non reprobatur, neque etiam reprobanda artificis repreſentatio. Idem dicendum de gloriæ præmiis, de coronis, de ciuitate cœleſti Hieruſalem, & ſimilibus quæ ſacra pagina narrat. Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas, 1. ad Roma. capite primo verſic. vigeſimo.

Porphyrius quamuis infenſus Chriſtianis, dum de philoſophia diſſerit, referente Euſebio libro tertio de præparatione euangelica capite tertio, tamen quod eſt in veritate imaginum diuinarum rerum, ſic fatetur. *Explicabo*, inquit, *quibus fas eſt, procul eſſe prophani, quos etiam veteres celare volentes Deum & Dei virtutes per ſenſibiles ſignificarunt imagines: & ea quæ inuiſibilia ſunt, viſibilibus ſignificantes figuris & ſimulachris, quaſi ſacris literis myſteria tradiderunt. Non eſt autem mirandum, ſi ligna & lapides ſimulachra putentur: ſimiliter enim etiam qui literas neſciunt, librorum volumina non aliter quàm textam putant Papyrum, &c.*

In eo autem quod figura diuina exprimit, adhærendum ſolùm, nec putandum ſolum omnem diuinam naturam conſiſtere, quod prædicto loco contra Porphyrium & alios idololatras obſeruat Euſebius. Natura diuina quippe omnem materiam & omnia quæ percipimus excedit, mente ſolummodo ac ſanctis animis intellecta. Et ſi humanæ animæ atque mentis formam ac effigiem fingere impoſsibile eſt, quoniam nec ſenſu percipitur: quis adeo ſtultus erit, vt lignum, ſimulachrum aut effigiem Dei creatoris omnium ſimilitudinem habere, arbitretur?

Oportet diuerſas diuinitatis picturas, non minus pro maiori intelligentia coniungere, quàm ſacras literas hierogliphicas Ægyptiorum, quæ in picturis conſiſtebant, & animalium & rerum aliarum, vt eſt apud Orum Apollonem de literis hieroglyphicis quali etiam cautione vtimur in intelligendis nominibus attributis Deo, ex quibus notio quædam effectus eius colligitur, & non totius eius eſſentiæ cognitio, vt dum dicitur dominus, firmus, verax, memor, pius, miſericors, &c. Leo, paſtor, cuſtos, iuſtitia, lapis, &c. de quibus abundè egimus in tomo 3. commentariorum ſyntaxeωn artis mirabilis, libro de Deo cap. 4.



10 Inter cæteras rationes, quibus vſus imaginum Chriſti & ſanctorum eius neceſſarius fuit & eſt in eccleſia, quædam inſigniores referũtur & ineuitabiles aduerſariis. Prior quia plures ſunt ex chriſtianis ſurdi, item & muti, qui verba explicationis verbi Dei, nec vitam Chriſti vel martyrum audiendo diſcere poſſunt, vel legendo addiſcere nequeunt, ſupplet autem imago, geſtúſque & inſtrumenta quibus adhæret, re ipſa quæ auditus non poteſt percipere.

Secundò Chriſti & ſanctorum fuerunt neceſſariæ imagines, vt retineretur myſteriorũ & fidei neceſſaria memoria. In primis contra Iudæos, qui volentes abolere Chriſti memoriam, eius ſtatuas transformare & transferre miſsi ſunt in dedecus. Siquidem quemadmodum refert Euſebius lib. 9. cap. 5. Ethnici, confictis quibuſdam portentorum mendaciis, Chriſtum publicè dialogis & libellis famoſis, & deformi pictura traduxêre hac inſcriptione Deus Chriſtianorum ononychitis. Erat autem auribus aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans, & togatus. Fuit & contra hæreticos crucis & crucifixi pictura neceſſaria, qui & paſsionis memoriam abolere decreuerant, vt Iulianus Apoſtata à fide, apud Sozomenem lib. 5. c. 17. Sicut ad eundem finem & loca ſacra ſcripturæ aliqua, hæretici deprauarant & corruperant, & imagines diuorum confregerant, vt conſtat ex ſynodo Nicena 2. Act. 4. Neceſſaria & Chriſti imago contra Manichæos, qui veritati corporis Chriſti ab humana eius figura auferebant: item contra eos. qui in carne eius confuſam diuinitatem mentiebantur, vt Seuerus & Xenecias imaginum hoſtes infeſtiſsimi vt legitur in Nicena ſynodo 2. Act. 1. & apud Nicephor. Calix. lib. 16. cap. 27. Item neceſſariæ contra Iudæos, qui Chriſtum negant Deum.

11 Subinde, dum imagines Chriſti vel martyrum aut aliorum diuorum, mente intuemur, excitant in nobis miros amoris & imitationis aculeos, vt inter Paganos etiam Heroum ſtatuę. Hoc enim naturale eſt bonum, quod in omni homine rationis participe habet inſertas radices, nec minores imo maiores quàm alicuius lectio vel oratio. Ita ſola Polemonis licet Ethnici philoſophi viſa imago, ſcortum quoddam, vt narrat Gregorius Nazianzenus, ab impudico propoſito deterruit. Gregorius verò Niſſenus, in contemplatione imaginis Abrahæ filium immolaturi. Et Aſterius Amazeæ epiſcopus, martyris Euphemiæ, toti defixi, nec à lachrimis ſibi temperare potuerunt, quas tamen illis eorundẽ crebra hiſtoriæ lectio nunquã prius extorſerat vt & refert de Gregorio Niſſeno Gregorius Magnus libro 7. epiſtolarum epiſt. 53. & ſynodus 7. actio. 4. Diuus quoque Baſilius oratores, oratione, pictores per imagines, multos ad virtutem excitaſſe ſcribit, vt habetur in 2. ſynodo Nicena contra ſynodum Conſtantinopolitanam iconomachorum. Beatus Chryſoſtomus ex cera fuſilem picturam pietate plenam

amauit plurimum, vt ipſe teſtatur in oratione. Quod veteris & noui teſtamenti ſit vnus legislator.

12 Citatur & in eadem ſynodo authoritas doctiſsimi cuiuſdam Leontij Neopolitij, Cypri epiſcopi, ante ſynodum ducentis annis ſcripta. *Non*, inquit, *apud nos adorantur vt dij ſanctorū imagines, typi, characteres: nam ſi hoc eſſet, adorarentur omnia ligna, & ſi lignum adorarent, non eum extincto charactere comburerent vbique. Ego verò quatenus duo ligna crucis colligata ſunt, typum adoro, propter Chriſtum qui in eo crucifixus eſt. Cùm verò fuerint diſſoluta à ſe, abiicio ea & comburo quoque. Et quemadmodum qui mandatum imperatoris ſuſcipit, ipſius ſignum oſculando, non ipſam ceram aut characterem aut plumbum veneratur, verum imperatori ipſi, aut cultum aut honorem exhibet: ita quoque Chriſtianorum filij typum crucis venerantes, non naturam ipſius ligni veneramur, ſed ſigillum & annulum & characterem, Chriſtū ipſum aſpicientes, per hoc illum qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus & adoramus. Et quemadmodum gemini filij peregrinante longo tempore patre, ingenti amore erga eum animo affecti quicquid illius viderint ſiue baculum, ſiue chlamidem ſiue ſedem, hæc omnia cum lachrymis attrectantes amplexantur, non illa honorantes, ſed patrem deſiderantes. Sic & nos fideles, crucem Chriſti tanquam virgam adoramus: vt vero ſedem & cubile, illius ſanctum ſepulchrum, præſepe autem & Bethlehem & alia eius habitacula vt domum, Sic Apoſtolos reliquóſque illius martyres, & ſanctos, velut à viris illius colimus.* Diuus etiam Auguſtinus lib. 3. de doctrina chriſtiana, cap. 9. *Qui*, inquit, *aut operatur aut veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum, cuius vim ſignificationémque intelligit: non veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quo talia cuncta referenda ſunt.*

13 Statuæ, imagines, & literæ, per ſe nihil ſunt eorum quæ ſignificant, ſed veluti ſigna aliorum repreſentatorum, & in tantum ſignificant inquantum ſignificare receptum eſt; & eius honoris ſunt, non quanta eſt earum materia, ſed quantum id eſt quod repreſentant & ſignificant, & ſtatus & imagines non animorum ſed corporum ſimulachra ſunt, vt ait Cicero pro Archia, repreſentant tamen cum corporibus, & animorum qui in corpore fuerunt præſtantiam, & quippiam quod ſingulare ex conſenſu per corporea repreſentatur, vt colligi poteſt ex Plinio libro trigeſimoquarto capite quarto, vbi de ſtatuarum origine agit.

Sic apud Romanos Imperatores, fortuna aurea erat quæ in cubiculis principum Romanorum poni ſolebat vt ſignum imperij, quã & Antoninus Pius ad Marcum Antoninum moriturus transferri, in ſignum tranſlati imperij iuſsit, vt refert Iulius Capitolinus in Antonino poſſet in Marco Antonino philoſopho, háncque fortunam regiam quæ comitari principes in cubiculis ſolebat, Seuerus imperator geminare ſtatuerat, vt ſacratiſsimum ſimulachrum vtrique relinqueret filiorum, nempe Baſsiano & Getæ, ſed cum videret ſub horam mortis, perurgeri. iuſsiſſe fertur vt alterius diebus apud filios imperatores in cubiculis fortuna poneretur: quod tamen Baſsianus



Baſſianus prius quàm faceret parricidium, cōtempſit, vt ſcribit Ælius Spartianus in Imperatore Seuero. interim huic ſimulachro ob Imperij notam honor habitus maximus non minus quàm coronis & diademati principium, & purpuræ, non propter ſe ſed propter aliud, cui iniuria illata, vindicatur. Quemadmodum damnati ſunt à Baſſiano ſeu Antonino Caracalla, qui vrinam. in eo loco feciſſent, in quo ſtatuæ & imagines eſſent principis vt ſcribit Ælius Spartianus in Antonino Caracalla. Nos plura de honore & vindicta violationis ſtatuarum principis, lib. 35. Syntagma iuris. c. 7. numero 5. quæ hic non repeto, ſed pergo.

Diuus Auguſtinus conſentit [a], *Sicut enim & purpuram regiam cum rege colimus, nec duo ſunt quæ adorãtur imago & repreſentatum, ſed repreſentatū in alio repreſentãte: ſic Deo cultū tribuimus, imagini, nihil.* Et D. Ambroſius [b]. *Qui coronat*, inquit, *imaginē Imperatoris, illū vtique honorat cuius imaginem coronauit: & qui ſtatuam contempſerit Imperatoris, Imperatori vtique, cuius ſtatuam conſputauerit, feciſſe videtur.*

Tulit & non minùs acerbe Theodoſius depoſitam fuiſſe ab Antiochenis ſtatuam Placillæ, quàm ſi viuæ vxori contumeliam intuliſſent, vt refertur libro 9. Tripartitæ hiſtoriæ, c. 32. Atque Theodoſium ob id læſum, & cōtumelia affectum ex imaginum ſubuerſione conqueritur ad populum Antiochenum Chryſoſtomus [c]. Et in libro 10. Tripartitæ hiſtoriæ c. 15.

14 Poſſemus faſcium & ſecuris inſignia conſulum & proconſulum Romanorum addere, fortunæ imperatorum aureæ, quibus tantus honor tantáque maieſtas, vt cùm illis imperium & poteſtas concedi & adimi diceretur. Sed hæc nimium trita & vulgaria ſunt, vt opus non ſit vlla ampliori teſtificatione: nam & pro ipſo magiſtratu inſignia accepta & vſurpata fuiſſe omnibus liquet vt apud Virgilium [d].

*Non illum populi faſces, non purpura regum, flexit.*

Et ita apud Liuium [e]. Publicola cùm populo Romano acturus, eius maieſtati faſces ſubmiſit. Meminit & de origine & cauſa cur lictores & quare duodecim tum faſcibus ab Hetruriæ ciuitatibus olim regi dati, idem Liuius lib. 1.

15 Legi vt in ſumma dicam, apud Ethnicos & Iudæos, ſtatuas & imagines erectas vel poſitas quadruplici ratione: vel cauſa habendi honorem & gratiam publicam: vel ad hortandum alios ad ſimilia: vel ad ornatū loci aut cultus, ſeu religionis cauſa. Sic Tyberius permiſit ea ſola conditione in templis ſuas ſtatuas poni, ne inter ſimulachra deorum, ſed inter ornamenta ponerentur [f]:

Sic & ſtatuerunt Imperatores Theod. Et Valent [g]. *Si quando noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſiue diebus, vt aſſolet, feſtis, ſiue communibus adſit iudex, ſine adorationis ambitioſo faſtidio, &c.*

Sícque non eſſe ſtatuas principum adorandas, nec ea de cauſa poſitas, docetur & à D. Ambroſio [h].

Et [i] Arcad. & Honor. *ſtatuarum erectionem beneficium principi non adulationis cauſa debere poni*, conſtituūt: & imponunt pœnam infamiæ eam ob rem ponentibus. Et Paul. Iuriſ. [k] *concedi*, inquit, *ſolet vt*

a *De verbis Domini ſerm.* 58.
b *Sermo.* 10. *in Pſal.* 118.
c *Homilia* 2. *&* 3.
d 2. *Georgicorum.*
e *Libro* 2.
f *Sueton. in Tyberio c.* 26.
g *In l.* 2. *de ſtat. & imaginib. lib.* 1. *c. ti.* 24.
h *l.* 6. *Exameron.*
i *In l.* 1. *proximè citati tituli de ſtatuis & imaginib.*
k *In l.* 2. *de loco publico fruendo, li.* 43. *P. tit.* 9.

*Imagines & ſtatuæ, quæ ornamenta reipublicę ſunt futuræ, in publicum ponantur.*

Quare imagines heroum Romanorum, ferebantur quidem in funere cuiuſdam viri ampliſſimi non tamen imagines eorum qui in numerum diuorum relati eſſent: vt in funere Octouiani, non fuit lata imago Iulij Cæſariis, conſtitutúmque vt propter diuinitatem & immortalitatem poſtea Octomano conceſſam, vllo in funere eius non ferretur: Dio Caſſius [a]. Hic tamen Octauianus noluit ſibi poni ſtatuas: ſed ſalutis publicæ, concordiæ & pacis ipſe poſuit, Dio. lib 54. Et apud eundẽ [b]. Statuam aut tẽplum ſibi poni paſſus non eſt Tiberius Cæſar: ipſe tamen Auguſto ædificauit vt rurſum eodem teſte [c], Coccius Nerua, ne ſibi ſtatuæ vel ex auro vel argento conſtituerentur omnino recuſauit. Cato quoque Cenſorinus idipſum contempſit: qui interrogatus, quare inter multos nobiles ſtatuam non haberet: malo inquit ambigere bonos, quamobrem id non meruerim: quàm quod eſt grauius, cur impetrauerim, muſſitare [d].

a *Lib.56.hiſtoriæ.*
b *Lib.57.*
c *In Coccio Nerua.*
d *Sicque Amianus Marcellinus li. 14. recenſet.*

Memoriam auorum itaque ex imaginibus illorum poſteri conſeruabãt, quas in pompa funebri ideo adferebant, vt hodie Germani onerant ſepulturas inſignibus ſtemmatũ vnde prodierunt, ita de Druſi ſepultura loquẽs Cornel. Tacitus lib. 4. *Funus inquit eius, imaginum põpa maximè illuſtre fuit, cùm origo Iuliæ gẽtis Aeneas, omnéſque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, poſt Sabina nobilitas Appius Claudius, cæteræque Claudiorum effigies ordine ſpectarentur.*

16 Neque omnes qui ſtatuas habebant in publico pro diis habebantur: vt nec omnes imagines in templo venerabiles, ſed quæ venerandorum ſunt, honorantur, ſunt enim ibi quędam ad memoriam tantùm, vt & alia ibi condita. quemadmodum legimus apud Iuſtinum ex Trogo [e], Philoctetem condidiſſe vrbem Thurinorum perſuaſum: ibíque adhuc monumenta eius videri, Herculis ſagittas in Apollinis templo, quæ fatum Troiæ fuêre, Metapontinos, quoque in templo Mineruæ ferramenta, quibus Deus à quo conditi ſunt, equum Troianum fabricauit, oſtentaſſe. vt & 1. Reg. cap. 21. verſ. 9. Refertur gladium Goliath, quo Dauid ipſum Goliath interfeciſſet, fuiſſe ſeruatum in tabernaculo Dei inuolutum pallio poſt ephod.

e *Lib.20.*

17 Iuſſit Moſi Deus, vt faceret in tabernaculo duos Cherubinos productiles ex vtraque parte oraculi [f].

Salomon quoque in templo Domini, fecit ſculpi Cherubim, palmas, cclaturas, valde eminentes [g]. In columnis & tabulatis boues leones, palmas quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis [h], In ſanctuario duos Cherubinos opere ſtatuario [i].

f *Exod. 23. ver.18.*
g *3. Reg. 6. verſ.35.*
h *3. Reg. c.7.*
i *2. Paral.3. ver.10.*

18 Certiſſimum inſuper habemus ſignum crucis eius poteſtatis & virtutis, vt eius vir & efficacia effugentur dæmones, horrentes lignum per quod victi ſunt, & contremiſcentes ad præſentiam eius ſigni per quod Omnipotẽs Dominus noſter Ieſus Chriſtus illis prędam eripuit. Diximus valde mirabilia de vi & effectu ſigni crucis in tomo 3. commentariorum ad Syntaxes artis mirabilis, lib. de Deo c. 36. & latius c. 37. per totum.





Sed & adhuc paulò poſt plura ſubiiciemus, quò magis enim dæmones inſurgant in myſteria fidei, eò magis dant Chriſtianis occaſionem detegendi mirabilia Dei, & modum quo inimici eius viles, perditiſſimi, damnati in mortem æternam, perperam in rabiem efferuntur: ſimiles canibus, qui cùm non poſſint lædere proiicientes in eos lapides, tamen lapides quibus impetũtur, innoxie tamen conſequuti corrodunt, & mordent.

19 Deus Optimus Maximúſque, vt reprobauit idola & imagines falſorum deorum, & iuſſit eas ſubuerti, ſic contrà, imagines & res aliquas diuinum quippiam repręſentantes verè, & ad Dei honorem. revereri & honorari mãdauit. qui enim elegit vel voluit in ſanctuario tabernaculi proprium locum oraculi ſuper omnia ſibi ſanctificari, in eo ſolo loco voluit quoque ſua reſponſa dare [a].

Inter omnia qui omnibus imperat, ſingulariter voluit adorari in templis tabernaculi, Salomonis, & Zorobabelis poſtea ſanctificati.

a *Exod. c.25. verſ.22.*

Cúmque Dominus Deus totum mundum repleat, tamen ſingulari modo alicubi eſt potius quàm alibi: vt vbi apparuit Iacobo dormienti & viſa illi eſt ſcala attingens vſque ad cœlum, & angeli Dei aſcendentes & deſcendentes: & proinde dixi. *Quam terribilis eſt locus iſtæ, non eſt hîc alius niſi domus Dei & porta cæli*, Geneſ. 28.

Sic locus, in quo apparuit Moſi Deus in rubo in flamma ignis, inter omnes eius regionis ſanctus dictus, *Solue* inquit Deus, Moſi, *calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt* [b]. Idipſum dictum eſt Ioſue, de agro vrbis Iericho, vbi apparuit ei Angelus [c], non tamen locus ſanctitatem per ſe habet, ſed is qui ſanctificat Deus, qui maior eſt templo & re ſanctificata per illum [d].

b *Exo.3.v.5.*
c *Ioſue c.5.v.15.*
d *D. Matthæi c.23.v.18 & ſeq. 2. Parali. c.6. v. 2.*

Quid fecit miraculum in virga Moſis quæ conuerſa eſt in colubrum, & rurſum in ſuam formam, an lignum, an verò Dei virtus per virgam operans [e], cur potius virga Aaron floruit arida quàm aliorum virgæ, nónne ex eodem ligno omnes, at non in omnibus voluit vim Deus ſicut in illa exercere [f], dicat quis, cur non omnis virga poſſit in heremo aquam, percutiendo elicere, quemadmodum Moſis [g]. Cur omnes ſerpenets fabricati ære, non habuerunt æqualem virtutem ei quem Moſes fabricauit & ſuſpendit in deſerto, quo inſpecto morſi à ſerpentibus curabantur [h].

e *Exod. 4.*
f *Numerorum 17.*
g *Exod.17.*
h *Numer. c. 21. verſ.9.*

Nonne ex omnibus Aſinis etiam inter Ethnicos vna locuta Balaam dicitur [i]. quid ibi conſideramus an naturam vilis animalis, an verò vim diuinam, & reſponde cur potius per brutum illud animal voluit Deus miraculum exhibere quàm per aliud? nonne quia ita placuit?

i *Nume. 22. v.28.*

20 Vt non mirum ſit quoq; ſi aliquãdo inter gentes illorum ſtatuæ prodigia ediderint. Vltra enim permiſſionem Dei, qua multa præter rerum communem ordinem ſeu vſitatum, dæmones operantur, Deus ipſe per ſuos angelos & vi & poteſtate ſua, agit in ipſis, non ſecus quam in aliis ſuis creaturis, quibus ad nutum & arbitrum vtitur: nec quiſquam tam audacter ſentiet vt dicat, Deum nihil curare ethnicos homines & prouidẽtia ſua nihilominus curare res mu-

mutas,elementa, & elementata: prouidentia enim & omnipotentia Dei, ad omnes creaturas ſuas extenditur: homines etiam ethnici & in ſubſtantia & boni ſunt:& ipſi demones, in quantum creaturæ Dei boni,mali, ex accidente,& ex propria malitia:vt etiam,ſua omnipotentia,frænat dæmonum nocendi poteſtatem, & voluntatem, & illorum opera, & miniſterio ad ea quæ vult , vtitur:ſic etiam hominũ ethnicorum animis,corporibus, rebúſque vtitur, tum vt ad ſalutem eos prouocet æternam,ad Dei cognitionem,& ad reſipiſcentiam, tũ etiam vt illis tanquam tortoribus, flagellíſque vtatur erga ſuos peccantes,vt emendantur & conuertantur à viis malis,& boni probentur,& perfectione,& meritis creſcant exercitati per improbos. Nũquam Deus ipſos ethnicos,& idololatras reliquit ſine admonitione & prouocatione ad ſui ipſius Dei cognitionem,ideo & miracula inter eos permiſit fieri , prodigia & oſtenta, in cœlo,in terra, in rebus animatis,& inanimatis, vt ab illis peruenirent ad contemplationem creatoris : & non per Deum,ſed per ipſos ſtaret , quominus ad Dei cognitionẽ peruenirẽt,& eſſent in iudicio diuino inexcuſabiles:dedit eis lumẽ rationis naturale, dedit virtutũ & vitiorũ diſtinctionẽ: *Non erubeſco*,inquit D.Paul.[a] *Euangeliũ, virtus enim Dei eſt in ſalutẽ omni credenti,Iudæo primùm & Græco. Iuſtitia enim in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptũ eſt : Iuſtus autẽ ex fide viuit , reuelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnẽ impietatẽ, & iniuſtitiã hominũ,eorũ qui veritatẽ Dei in iniuſtitia detinent. Quia quod notum eſt Dei,manifeſtũ eſt in illis: Deus enim illis reuelauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus,& diuinitas:ita vt ſint inexcuſabiles, &*[b]. Arbitrari etiã,ſalutẽ horũ hominũ infideliũ Deũ omnino contempſiſſe , quin perpetuò eos ad mentẽ redire ſolicitauerit, improbatur vel ex eo,quòd ipſe filius Dei poſt tot prodigia,prophetias,ſigna , tandẽ in mundum venerit ,vt quod aberrabat à veritate,indicaret,& in vnũ gregẽ, verámque Dei notitiã reduceret , & redemptionẽ captiuorũ ſuo proprio ſanguine perſolueret, irã Dei patris in genus humanũ ſuiipſius morte & ſacrificio placaret. Quid igitur mirandũ ſi in ſtatuis,& aliis rebus prophanorum , gentiliúmque prodigia apparuerint Deo permittente , vel dæmonibus operantibus. vel angelis bonis,ad prædicendã calamitatẽ,quæ impendebat reipublicæ,vel perſonis. Deus enim non delectatur in perditione peccatorũ, atque inter Ethnicos, vix aut nunquã tẽpus vllũ fuit ſine aliqua contẽnẽte idola, & qui nõ cognoſceret Deũ,vt inter Sodomitas erat Loth. Geneſeos cap.13.

a ad Roma. c. 1. verſi. 16. & ſequent.

b per totum. c

Inter ethnicos alios Sybillę,aliíque,qui quanuis apertè verum fateri non auderent,metu gentilium abhorrentium à veritate, tamen verè Deum verum alium ab illis colebant, & cognoſcebant,& ſæpe inuolucris eius poteſtatem annunciabant.

Et iſti etiam pauci videbant ſignificationem in prodigiis iræ Dei, ſe interim corrigebant , alios ad ſalutem interdum clam interdum palàm prouocabant.

Sic Da-



Sic Dauid[a]. *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, iratus es & miſertus es nobis,commouiſti terram & conturbaſti eam, ſana contritiones eius quia commota eſt. oſtendiſti populo dura , potaſti nos vino compunctionis. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus*, &c. Nihil quod à propria natura degenerat , poteſt eſſe ſine aliqua maiori poteſtate efficiente : quæ autem illa ſit poteſtas, eſt dignum ſemper obſeruatione,atque credendum hoc non fuiſſe factum ſine cauſa quæ aliquando ex incuria contemnitur,aliquando ex effectu ſe etiam nolentibus oſtendit.

a Pſal. 59.

Vt quando in ſtatua ærea equeſtri ad locũ Libitinæ,ex ore & pe de aqua manauit diu. M.Marcello & P.Sulpitio Coſs. quo tempore Galli,& Ligures deleti[b].

Quando ſtatua Dagon , Idoli Azoliorum , arca Dei in eius templum illata,inuenta eſt iacens truncatis manibus & capite & pedibus coram arca Dei[c].

b Iul. obſequẽs lib. de prodigiis c.71.

Monet & Deus ante tempus futuri magni & generalis Iudicij,quo tempore ferè omnes à veritate declinabunt, vt etiam ſi fieri poſſit electi periclitentur, futurum eſſe,terrores de cœlo, & ſigna magna, portenta,in cœlo ſole,luna, ſtellis[d]. Quibus & dæmones antichriſti miniſtris addent ſuæ,induſtriæ & perditionis artes. Atq; Dauid mirabilia hæc Deo tribuit[e]. *Venite inqnit* v.9. *& videte opera Domini quæ poſuit prodigia ſuper terram*,& Pſalm.104.v.6. *Memẽtote mirabilium eius quæ fecit,prodigia eius, & iudicia oris eius.*

c 1. Reg.5.

d Ad Matthæi 25. Marci 13. Lucæ 21.

e Pſal.45.

Et Ioelis c.2.v.30. *Deus*,ait,de admirabili iudicio agens,*dabo prodigia in cœlo & in terra & ſanguinem & ignem & vaporem fumi*, &c. vocat & ſcriptura ſacra miracula Moſis oſtenta Dei[f].

Cuius in arcæ Apollonis , ſtatua triduum ac tres noctes integras lacrymauit , & Perſeus in Thracia fœliciter pugnauit victis Dardanis,& ſubactis Ilyriis. Q.Martio Philippo 2. Q. Seruilio Cæpione, Coſs. ante aduentũ Chriſti annis 167. vt ait Iulius Obſeq. li. de prodig[g]. idémque rurſum refert[h]. Appio Claudio & M.Perpẽna Coſs. Apollinis aliud ſimulachrum Romæ lacrymaſſe per quatriduum, & vates portenderunt Græciæ fore exilium vnde deductum eſſet:quo tempore poſt, Phrygia recepta à Romanis & Aſia teſtamento legata Attali,ante annum Chriſti 128.

f Exod. c. 7.11.

g Cap. 69.

h Cap.87.

22 Prodigia illa magna,ſi tamen verum narrat Lucianus in Gallo, quæ tempore Troyani belli acciderunt: equus Achillis , cui nomen erat Xanthus,qui poſteaquã hinnitu longum valere iuſſiſſet , medio in prælio conſtitit,diſſerens totóſque verſus ordine recitans,vaticinabatur , & de futuris reddebat oracula. Et Argo carina fuit apud Homerum eloquuta:in Dodonea ſylua,fagus per ſe loquens oraculum edidit:Tergora direpta ſerpebant:carnes boum ſemiaſſæ atque verſibus transfixæ,mugiebant, & ipſe gallus apud Lucianum.

Quod autem refert Iulius obſequens[i] magis pro certo habetur, Veiis expugnatis à Romanis,cùm Romani milites in vrbis direptione , deorum illorum ſtatuas Romam etiam transferre conarentur, ac quidam iuuenculus ioco ad ſtatuam Iunonis diceret , vis ne Ro-

i Cap.19.

mam ire Iuno? poſteaquam capite annuiſſet, ſe libenter ituram, magno omnium admiratione reſpondiſſe, & tranſlatum in montem Auentinum.

Refert & c.34.bouem in Sicilia locutum,& c. 38.iterum Priuerni. &.c. 41. rurſus in agro Romano & iterum c.53.locutum & dicentem, Roma tibi caue.12.c.66. in campano agro.

Et 74. Fruſinonæ cap. 85.Iterum Romæ, & iterum in Amiterno cap.86. & Romæ cap.103.

Ibíque canis Arimini dicitur locutus,& iterum bos Romæ ca.113. Scribit & Suetonius Tranquillus in Domitiano [a], ante paucos quàm is occideretur menſes, cornicem in capitolio elocutam fuiſſe ἔσ7αι πάντα καλῶς nec defuit qui oſtentum ſic interpretaretur.

a *Cap.23.*

*Nuper Tarpeio quæ ſedit culmine cornix,*
*Eſt bene non potuit dicere,dixit erit.*

23 Scribit Rabi Moſche filius Maïmon,in libro *more nebuchim*,ſe inueniſſe in libro aliquo antiquorum, idololatram fuiſſe prophetam quendam dictum *Tamuz*: inuocantem ſolem & ſtellas, quem occidit quidam rex ſingulari quodam ſupplicio, & in nocte mortis eius congregatas fuiſſe omnes imagines ab extremo terrę in templo Babel, ad imaginem auream ſolis quæ pendebat ſeuſu ſponſa erat inter cœlum & terram,eáſque cecidiſſe in medio templi, & omnes reliquas imagines circa eas fuiſſe congregatas flentes quod contigerat Thamuz per totã noctẽ, mane reuolaſſe ad ſua propria loca.

24 Nonne & maius miraculum quod equus pictus Conſtantinopoli,quo ante ſacellum Deiparæ virginis ſuſtinebatur D. Georgius, ſub annum 1309 media nocte bis hinniuit, magno omnium terrore, vt prius fecerat ante annos plus minùs quinquaginta, vt ſcribit Nicep. Gregoras [b].

b *Lib.8.*
c *Lib.2. de Faſcino c.14.*

25 Et quod refert Leonardus Vairus [c]. Mirabile in regnis Hiſpaniæ, quod in oppido Vililla nuncupato Cæſarauguſtanæ dioceſeos,eſt campana quædam,quam miraculorũ appellant, quæ per aliquot menſes antequam aliquid aduerſi in republica Chriſtiana contingat,ex ſe ipſa nemine impellente,pulſatur.cuius rei teſtimonium ipſemet Vairus per publicos tabelliones teſtibus adhibitis,ſe legiſſe teſtatur, præter fidem quam de eadem re illius regni proreges ſuis literis faciebant.

26 Addit & in cœnobio D.Martij,in finibus Burgundiæ prope fluuium Rhodanum,viuarium eſſe,in quo iuxta numerum monachorum,piſces ponuntur:ex quibus cum monachus aliquis ægrotauerit, piſciculus quoq; ſupernatare in viuario cernitur. Quod ſi monachus è vita migraturus ſit,paucis ante diebus piſcis moritur.

27 Sicut & ſcribit Iulius Obſequens [d], tempore diſcordiæ Cæſaris & Pompeij, quo die occiſus in Ægypto Pompeius, pleriſque locis ſigna ſponte ſua conuerſa, clamorem crepitúmque armorum Antiochiæ, bis, vt curreretur ad muros, auditum, indéque ſonum tympanorum Pergami.

d *Lib. de prodigiis c. 125.*





27 Nemo,ſaltem ſanæ mentis,& qui legerit hiſtorias vel modicè eruditus,quę ab Ethnicis traduntur cõtigiſſe negabit. quamuis aliquando miniſterio dæmonum facta fuerint prodigia, aliquando imò vt plerúmque diſpenſatione diuina,& Deo permittẽte manifeſtata. Nec erit itaque audiendus qui inter Chriſtianos abrogare temerè voluerit authoritatem & poteſtatem Dei quominus eadem poſſit: & miracula ſua in rebus & per res inanimatas exhibere, vel ad cõmonitionem, vel ad ſalutem eorundem, vel ad gloriam ſuam oſtendendam & poteſtatem: quorum & ad malitiam impiorum & calumnias, vel infidelitatem ſeu incredulitatem conuincendã,Deus voluit memoriã & teſtimonium poſteris conſeruari. Serpens æneus iuſſu Dei fabricatus,in deſerto, & in altum ſublatus, in quem aſpicientes curabantur morſi & læſi à ſerpentibus [a] diu ſeruatus eſt:virga Moſis verſa in colubrum, & ſerpentes Magorum deuorauit, rediítque in priſtinam naturam per illam miracula operatus Exodi. 4. & c.7. 8.9. 10. 14. 17.quæ & conſeruata poſtea.

a *Numer.21. & ibi dicitur verſ. 9. quem poſuit Moſes pro ſigno, quẽ cũ percuſſi aſpicerent ſanabantur.*

Virga etiam Aaron inter cęteras duodecim tribuũ Iſrael floruit, & flores in amigdalas dilatati ſunt, dehinc virga relata in tabernaculum teſtimonij vt ſeruaretur in ſignum rebellium filiorum Iſrael, Numerorum 17.

Et refert D.Paulus [b]. In ſancta ſanctorum inductam arcam teſtamenti, habentem vrnam auream, & intus manna, & virgam Aaron quæ fronduerat,& tabulas teſtamenti.

b *c.9. ad Hebræos var. 4.*

Sicut etiam non ſunt reprobatæ imagines,& ſimilitudines aureorum annorũ, & muriũ, quæ datæ ſunt pro ſalutæ obtinenda peccato & pro munere Deo à Philiſtinis, qui remiſerunt arcã Dei ob cuius retentionem percuſſi fuerant in ſecretioribus partibus natium,& ebullierant villæ & agri in medio regionis illorũ & nati fuerant mures,& facta erat confuſio magna in ciuitate [c].

c *1.Reg.c. 5. & 6.*

28 Retuli alibi [d] miracula quædam,ex ſacris rerũ virorúmq; ſanctorum imaginibus facta,quibus & alia addere poſſumus per quę & dona largita à Deo, & iniuriæ ſanctis imaginibus illatæ, in odiũ repręſentatorũ vindicatæ apparẽt Cõſtantinopoli imago virgini beatiſſimæ Mariæ, per dies plures lacrymata eſt. Et ex alia S. Georgij martyris ſanguis ebulliuit, ſcribit hiſtoriam vtriuſque Georgius Pachymerus [e].

d *Lib.2. Syntagma. Iur. c. 12. num. 5.*
e *Lib. 4. & 7.*

Zoropoli Piſidię Ciuitate,quędã ſtatua Beatę Marię,tẽpore Synodi 2.Niceæ celebratę contra pſeudoſynodũ Conſtantinopolitanam iconomachorũ,vt in ea refertur, quæ vnguentorũ ſcaturiginẽ ex picta ſua manu mittebat. Et Procanon epiſcopus Manzõ, in eadẽ Synodo Nicena 2. profeſſus eſt, ſe morbo graui liberatũ, cùm Chriſti imaginem cum fide & ſpe ad ſe ferri iuſſiſſet,vt autẽ hi beneficij ſuſcepti,refert,ſic vindicatę iniuriæ exemplum,narrauit in eadẽ Synodo Conſtantinus Conſtãtiæ Cypri epiſcopus, quendã apud Citium dum clauum in parietem immitteret,frontem imaginis D. Petri in eodem pariete depicti, trãsfodiſſe, ſtatímque quaſi non imagini ſed ſuæ fronti clauum impegiſſet,caput frontémq hominis intollerabi-

lem dolorem cruciaſſe,nec prius eum depuliſſe,quàm clauum illum exemiſſet. Addidit & prædictus Conſtantinus Cõſtantiæ epiſcopus, ſe vidiſſe Cyprum quendam virum armentarium, qui cùm indignabundus Conſtantiæ imagini virgini beatæ virginis Mariæ oculum alterum ſtimulo transfixiſſet, poſtea ſequens armentum ſtimulum illum fractum in oculum eius conuólaſſe, & oculum confoſſum ita amiſſum. Refertur ibidem, ſimilis quædam animaduerſio diuina facta Gabalæ in quendam Sarracenum, qui iniuria quandam imaginẽ affecerat, cui dexter oculus exiluit.

29 Imago Chriſti à Iudæo odio eius confoſſa, ſanguinem emiſit vt ſcribit Diuus Gregorius libro de gloria plurimorum martyrũ. c.21. idque Berythi, ex cuius ſanguine miracula per orbem terrarum, & idem in morbis Iudęorum facta curatione ſunt, ex quo plures cõuerſi ad fidem, vt plenè deſcribit Athanaſius libro de imagine crucifixi, & in ſynodo Nicena 2. act. 4. Quod & alibi poſtea miraculum contigit, eodem odio, in aliis locis Iudæis Chriſtum & eius imagines perſequentibus, vt ſcribit Rhegino in Chronicis anno 804. lib. 2. Iohannes Auentinus in Boioaria lib. 4. Volateranus in Antropologia: videndus & Metaphraſtes tomo 6. Aloyſi in oratione de imagine Chriſti.

Recenſet & Gaguinus lib. 6. hiſtoriæ Francicæ in Philippo Auguſto: quod equidem eius tempore ex militibus inductis à Richardo filio Henrici regis Angliæ, quos illa ætas Coterellos appellauit, dũ luderẽt alea, & vnus ex illis numis amiſsis blaſphemus eſſet in Deũ vbi ſimulachrum virginis dextra filium geſtantis inſpexit in templi veſtibulo iacto in imaginem lapide, filio brachium abrupiſſe ex quo profluens cruor multis ægrotantibus ſalus fuit: ſatelles autem virginis contemptor dæmonio mox correptus, eodem die miſerabiliter ſpiritum efflauit.

30 Fuit imago celebris & miraculis decantata Chriſti prædicantis in Panica Phœniciæ ciuitate alio nomine Dan dicta, ærea facta à muliere illa quæ curata erat à Domino tactu veſtimenti à fluxu ſanguinis, & colũnæ impoſita: ſub qua creſcebat herba medicis incognita, quæ vbi fimbrias veſtimenti ſtatuæ æreæ attingebat, erat remedium rabidis, & omnibus ęgritudinibus. Hæc, cùm fuiſſet depoſita à ſua columna, per Iulianum Apoſtatam, & in locum eius ſuam ſtatuam locari feciſſet, miraculo Deus iniuriam ſibi factam declarauit. nam ſtatim illa ſtatua Cæſaris locata, de cœlo tacta eſt, neque deinceps illa herba ibi nec alibi vllo tempore apparuit, vt narrant Nicephor. Callix. lib. 10. c. 30. Sozomenes lib. 6. hiſtoriæ tripartitę. c. 41. & 42. Meminit Euſebi⁹ lib. 7. c. 18. Rufinus Græcè c. 14.

Refert Brentius in c. 3. ad Galatas, ſub annum Domini 1555. imaginem cruſifixi à quodam lapidibus per indignationem ictam, emiſiſſe ſanguinem, & ſceleris reum Moguntiæ ſupplicio affectum.

31 Imagines porro per ſe nihil ſentiunt, vitam non habent, cũ ex inanimatis per ſe conſtent ex metallo, ligno, coloribus & picturis: neque contemptus materiæ ſolius, ſi animus non ſit peccandi delictum habet verùm, quando per ſimulachrorum, & imaginum contemptum

contemptum



contemptum, animus ad repreſentatum peruenit: certè iniuria non ſimulachro aut ſtatuæ, ſed ei qui repreſentatur fieri dicitur, vt quãdo honor ſtatuæ, ad repreſentatum peruenit, & tali pœna dignus eſt contemptor & iniuria afficiens imaginem, quali qui per illam repreſentatum læderet, afficiendus eſſet.

Statuæ enim tantùm, etiam inter Ethnicos, interfectis imperatoribus, vel abrogatis imperiis, publicè & impunè deiiciebantur, vt conſtat ex Herodiano, dum agit de abrogatione imperij Maximiani veluti memoria abolita.

Deiecit plebs L. Syllę, & Pompeij ſtatuas, quas tamen repoſuit Iulius Cęſar[a]. Refert & in Domitiano ca. 23. eo mortuo Senatũ, clypeos & imagines eius trahi & ſolo affligi iuſsiſſe, & nouiſsimè erradendos vbique titulos, & abolendam eius omnem memoriam decreuiſſe. Sub annum Domini 707. Conſtantinus Cyrus nonageſimus Summus Pontifex ſtatuit ne populus Romanus Philippici dicti Bardaſſani imperatoris nomen, aut chartam, aut figuram de more ſuſciperet: quia erat monothelita & iconomachus, vnde eius effigies in eccleſiam introducta non eſt, nec nomen eius ad miſſarũ ſolemnia prolatum, vt ſcribit Paulus Diaconus[b].

a *Sueton. in Iulio c. 75.*

b *lib. 18. Beda. de temporibus. Zonaras tomo. 3.*

32 Voluit Deus & per media ſanctarum imaginum, vim illis inſitam à ſua diuinitate per miracula & beneficia hominibus largiri, non minùs quàm per ſerpentem, à Moſe in deſerto erectum[c]. & Dominus Chriſtus communicauit vim ſalutis mulieri quæ laborabat fluxu ſanguinis per contactum fimbriæ veſtimenti ſui[d]. Et vmbræ Apoſtoli Petri habebant vim ſanandi ægritudines[e]. Sicut & virtutes non mõdicas quaſlibet faciebat per manus Pauli, ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Actorum c. 19. ver. xj. & ſeq. vis Dei non naturæ hominis eſt, quemadmodum & à Deo inditum naturæ Hiennæ, vt vmbræ eius contactu canes obmuteſcant teſte Plinio[f]. & iuglandium arboribus, vt vmbra ſit grauis & noxia etiã capiti humano, omnibúſque iuxta ſatis, quod dẽ piuorum & picearum & abiectis arboribus dictum eſt, vt quæ attingant illis venenum ſint apud eundem Plinium[g]. Augarus Toparcha morbo inueterato languens, ſcripſit ad Chriſtum, vt non grauarętur ad ſe venire, & nihilominus eximium pictorem Hieroſolymam miſit vt eius faciei accuratè e fingeret picturam & illi imaginẽ adferret. Quod tentans pictor facere, ob radios diuinatis eius aſpectus prohibebatur. Quódque ſciens Chriſtus petiit adferri ſibi lineum pannum aqua lotum, quod poſtea faciei ſuæ admouens effigiem ſuam ibi impreſsit, & miſit ad Augarum. Fertur etiam regem Perſarũ celeberrimum pictorem ad idem opus miſiſſe, qui Chriſtũ & matrẽ eius depingerent, atque imaginẽ depictã accepiſſe. Et hęc ex ſcriniis & archiniis Edeſſæ ciuitatis, (vbi erat toparcha Angarus, quive poſt paſsionem Chriſti per miſsionem Taddęi vnius ex ſeptuaginta diſcipulis miſsi ad eum ſanandum ſecundùm promiſsionẽ Chriſti, ſanatus & Chriſtianus effectus eſt, vnà cum filio, & tota ciuitate) ſe accepiſſe teſtatur Nicephorus Calixtus. libro ſecundo hi-

c *vt antè dictum eſt ex 21 c. Numerorũ.*

d *Marc. 5. Lucæ. 8.*

e *Actorum. 5 ver. 15.*

f *lib. 8. hiſtor. natu. c. 30.*

g *lib. 17. c. 12.*

ſtoriæ eccleſiaſticæ c.7.Huius imaginis virtute contra exercitum Choſrois iuuatam per Deum,& defenſam Edeſſam ciuitatem,& expulſum hoſtem ſcribit idem Nicephorus lib. 17.c.16. & Procopius.

In Sicilia S.Philippi Apoſtoli imago prolata in publicis ſupplicationibus arreptitios dæmoniacos curare,& in eis dæmones rugire delabi, & murmure ingenti & ſonitu trepidare, teſtis oculatus ſcribit Thomas Phaſellus de rebus Siculis prioris Decadis lib.10.c.2.

In Anglia, filia Rogerij Vuertuuorthinobilis equitis Angli,duodenis,à dæmonio vexata ante imaginem beatę Marię Ippiſuuitchij, quod eſt nomen oppidi Angliæ,variè à dæmone diuexata,contorta, dilaniata, tandem reſtituta priſtinæ menti, cum pleriſque aliis dæmoniacis eſt,& poſtea ſanctiſsima monialium profeſſa ordinem, vt ſcribit Thomas Morus libro 1.dialogorum,quos ſcripſit lingua Anglicana.cap.16.

33 Memini aliquando eius quod dixit Chriſtus de laude diuina quam proferebat populus ei occurrens : quem tacere quidam volebant ex Phariſeis:quibus ipſe ait, *Dico vobis quòd ſi hi tacuerint lapides clamabunt*.Luc.c.19.ver.40.

Cuius rei memorabile exemplum refert Linthprandus Ticinenſis,lib.1.de rebus per Europam geſtis.c.8.Formoſum inquam Papam mortuum,antea contra antipapam Sergium,ab Arnulpho iuuatum, & ſedi reſtitutum fuiſſe: & poſtea reſtituto ſedi Sergio per Aldibertum, & ſepulchro erutum & ſacerdotibus pontificalibus Romanis indutum, decollatum, & in Tyberim proiectum. Eum autē à piſcatoribus fuiſſe poſtea inuentum , atque ad beati Petri Apoſtoli eccleſiam delatum : & tunc ſanctorum quorundam eius eccleſiæ imagines in loculum poſitum venerabiliter ſalutaſſe.

34 Refert Nicephorus Callixti. libro decimo octauo hiſtoriæ. capite quadrageſimo ſecundo.Mauricium Imperatorem conſcientia ſibi metuentem ante mortis tempus, quòd captiuos deſpexiſſet, eóſque vili pretio pecuniæ cupiditate victus, quos Chaganus Perſarum rex furore percitus concidit,non redemiſſet, vt ſupplicaretur pro eo ad Deum per orbem miſiſſe : Et quòd ferunt imaginem Chriſti clarè & euidenter vocem edidiſſe, qua illi prędictum eſt fore ſaluandum quidem:ſed vt in hac vita pœnas penderet:nonnullos dicere eam imaginem eſſe eam quę in area palatij, alios eam quæ in ſpecioſa porta templi quadraginta Chriſti martyrum, ſita eſt,& pictura ſua quàm maximè ad ſimilitudinem Chriſti accedit.

35 Smyrnæ Theodoſij Iunioris Imperatoris tempore inuenta eſt imago in Cupreſſo , vbi , abſcondita à nemine ſciretur, donec illa ingenti lumine , ſæpe ſe declarauit ibi exardente, veluti in modum facis.

Quamobrem Cyrus epiſcopus Smyrnenſis miraculo motus, Virgini Marię eccleſiam ædificauit,nomine Cyri.

36 Faciunt ſanctorum reliquiæ , vt loca in quibus venerantur , miraculis fulgeant , ſingulari quodam priuilegio : quia mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & vult gloriam ſuam manifeſtari in



in ſeruis ſuis, cùm & poteſtas miraculorum & quæ in illis fiunt, à Dei virtute pendeant, & à merito paſsionis Chriſti pro quo & ipſe fuderunt proprium ſanguinem.

Quod docuit per miraculum Leo primus eius nominis Summus Pontifex. Is enim quoties rogabatur ab aliquibus, vt eis aliquorum Apoſtolorum vel martyrum reliquias daret, conſueuerat ad corpora vel memorias Apoſtolorum, vel martyrum quorum reliquiæ petebantur miſſas celebrare in ipſorum honorem : Et ſic Brandeum altaris , quo conſecratum corpus Domini inuoluerat particulatim diuidebat, & pro reliquiis Apoſtolorum vel martyrum dabat. vnde ſi ab aliquibus dubitabatur, cultello pannos illos pungens, ſanguinem eliciebat. Sic palàm cunctis faciens, quod in conſecratione myſteriorum Chriſti ſanguis, Apoſtolorum vel martyrum qui pro eo effuſus eſt, intret per diuinam virtutem in pannos illos,& ideo merito illos dari pro reliquiis ſanctorum, in quorum honorem conſecrati ſunt, quod refert iiſdem verbis Sigebertus Gemblacenſis in chronographia ſub anno 441.

*De impugnatoribus ſacrarum imaginum.*

## CAPVT XIIII.

HAbent pij Chriſtiani cauſas & rationes imaginum in eccleſia Dei receptarum, & diſtinctiones earum & ſuperioribus annotatis: verùm ſupereſt conuincendus error vel impietas eorum qui dum nimium ſibi placent & religioſores haberi volunt ,in religionem peccant.

Nicephor. Calix. lib. 16. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap.27.tradit, Xenaiam primum , ô audacia inquit hominis , & os imprudens! vocem illam euomuiſſe, Chriſti & eorum qui illi placuerunt imagines, μὴ δεῖν προσκυνεῖν,non eſſe honorandas, magnámque hac de re ſeditionem mouiſſe. Qualis autem vir fuerit ille, ſic exponit: Xenaias quidam poſtea dictus Philaxenus, cùm ab hero profugiſſet, ad Calandionem epiſcopum Antiochenum acceſsit, ſe eſſe clericum mentitus,cùm tamen nondum regeneratus fuiſſet lauacro baptiſmi Calandion,vbi hominem eum,& latentem in eo maleuolentiam, ex ſignis & coniecturis quibuſdam cognouit,ab eccleſia proſcripſit, vbi verò Calandioni Petrus Cnapheus ſucceſsit: Xenaiam ille non ſolum ſuſcepit verumetiam nondum baptiſmo initiatum , epiſcopum creauit & Philoxenum nominauit, in epiſcopatu Hierapolios vt & tradit Cedrenus.

Non ita antea, nam & Chriſtiani publicè & priuatum Chriſti & ſanctorum eius imagines vt ſanctiſsimas habebant & venerabantur, vt etiam Alexander Seuerus Ethnicus, in Larario ſuo vbi ſacrificia ſua faciebat, haberet imagines Abrahami & Chriſti, vt ſcribit Lampridius in eo. Diuus Lucas euangeliſta, depinxit eſ-

ſigiem beatę Marię virginis, & Petri & Pauli, vt refert Nicephor.[a]

*a lib. 2. hiſtoriæ c. 43.*

2 Cùm Claudius quidam etiam epiſcopus Taurinenſis eccleſię, in Italia, videns adorari imagines, immoderato zelo ſuccẽſus, & oblitus quod eccleſiæ picturas ſanctorũ, ob memoriã rerũ geſtarum & ad inſtruendas neſcientium mentes permiſſiſet & recepiſſet, in ſuis baſilicis omnes euertit & penitus abdicauit, quod maximè reprehenſum fuit à Theodemiro abbate Galliarum, eo quòd potius errorem corrigere debuiſſet quàm ſcandalum in Dei eccleſia introducere dicens idolatriam. Atque vt beatus Paulus Athenas veniens, inueniens aram Deo ignoto, nõ illam euertit ſed errorem docuit. Impropat & factum & zelum inconſultum Ionas Aurelianenſis epiſcopus.

*b libris duob. de cultu imaginum, & refert in primo factum Claudij.*

3 Gizid rex Perſarum, Iudęi cuiuſdam conſilio, edicto imagines Chriſti & ſanctorum, quæ in eccleſiis paſſim in honore erant, propter doctrinæ Chriſtianæ memoriam, tolli iuſſit, circa annum domini 724. vt ſcribit Paulus Diaconus libro 21. Romanæ hiſtoriæ.

4 Hunc ſecutus eodem tempore Leo tertius, & Copronymus Leo Iunior iconomachi, vnde exortæ fuerunt turbæ triſtes in eccleſia Dei, vt refert Zonaras tomo 3. Bezer porro patricius qui Leonem inflammaueat, vt contra imaginum propugnatores ſęuiret ab Artabaſæi exercitu haſta traiectus eſt vt ait Paulus Diaconus libro vigeſimo ſecundo hiſtoriæ Romanæ.

5 Rurſum vt idem teſtatur in vingeſimo primo. libro anno 7:4. Iudæi Laodiſenſes Iylto Arabum principi perſuaſerunt, vt imagines aboleret, quod & refert Sigibartus.

6 Fuit pſeudoſynodus vel conuenticulum Coſtantinopoli habitum contra imagines cui cum nollet Germanus patriarcha Conſtantinopolitanus ſubſcribere, ſponte ſede ſe abdicauit vt ait Diaconus libro vigeſimo primo hiſtoriæ Romanæ.

7 Suidas in Theophilo, ait hunc imperatorem Michaelis Amorrhęi filium, & alterius Michaelis patrem Copronymi, odioſam & deteſtandam ſectam ſucepiſſe Manicheorum & oppugnationem imaginum.

In iure orientali collecto per Bonęfidam, in conſtitutione Theophili, ſcribitur Michaelem ſtatuiſte, ne vlli pictę imagini, vbicunque ea fuiſſet nomem ſancti ſtatueretur. Leo autem, & eius filius Copronymus, in ſuis conſtitutionibus, omnem earum venerationem protinus interdixerunt. Theophilus verò, nec pingi eas coloribus permiſit, dicens huiuſmodi admirationem eſſe abiecti animi, & ipſam ſolam ſpectandam veritatem.

8 Fuit ac conſilium Romanum habitum anno 713. contra Philippicum primum imperatorem iconomachum, qui & fuit excommunicatus, vt ait Abas Vſpergem in Chronic.

Rurſum aliud conſilium Rōmanum, ſub Gregorio 3. Sum. pont. anno Domini 733. pro imaginibus retinendis contra Leonem imperatorem, epiſcoporum 903. vt ſcribunt Sigiber. & Palmerius: aliqui tamen tradunt ſub Gregorio 2. collectum anno Dom. 714.

Mala illa herba hęreſeos facilè ſuccreuit ſpecie pietatis, & quia ab imp



ab Imperatoribus tunc Græcis fouebatur, non niſi tamen cum ſeditionibus & pugnis ciuilibus, quibus plures ceciderunt, & ex bonis plures martyrium paſsi ſunt. Sabinus Bulgarorum rex fuga ſibi conſuluit, quòd populus imaginum cultum defenderet, quem ille Copronymi gratia perſequebatur, vt ſcribit Blondus lib. 1. Decadis 2. Nauclerus generatione 26.

Sub Stephano 2. Summo Pontif. qui adeptus ſedem eſt anno Domini 767.

Antiochenus & Hieroſylimitanus epiſcopi, excommunicarunt Coſmam Alexandriæ epiſcopum, quòd imaginum religioſam memoriam improbaret. Paul. Diaconus li. 22. hiſtor. Rom. eodem anno Pipinus rex Franciæ conuentum agens in Gẽtiliaco villa Synodum quoque de eadem quæſtione habuit vt habetur in Annalibus Pipini, Caroli magni, & Ludouici.

9 Tempore Adriani 1. Romani Pontificis, qui aſcendit cathedram anno Domini 772. Conſtantinus v. Imperator orientis annis ſcelere imbutus, magis contra imagines furit & in apoſtaſiam lapſus fidei, vt adoraret Venerem, Catholicos qui ſanctorum imagines apud ſe haberent, & eos qui poſt votum nollent, vxorem ducere, crudeliſsime afflixit, vt plures occiderit martyres quam vllus vnquam imperatorum Gentilium. Sigebertus in Chronicis qui & dum igne cœleſti periſſe meminit, eiuſque cadauer deffoſſum ab Irene ſeu Theodora imperatrice, publicè crematum: quod & ſcribit Sabellicus Euneade 8. lib. 8. Scripſit eo tempore Adrianus 1. libros contra ichonomachos, ſecundum Sigebertum. Leo 4. dehinc filius Conſtãtini, mali corui malum ouũ, etiam ſacris imaginibus bellum indixit, vt ait Zonaras Tomo 3. & Diacon lib. 23.

10 Anno Domini 752. Gandaui etiam excitatus ciuilis motus propter ſanctorum imagines, quas alij vt idololatriæ inſtrumenta execrabantur: alij cum veneratione habendas & in templis putabãt: in qua diſcordia Hildebertus abbas Blandinienſis interfectus, qui contra decreta Cæſaris, decretis pontificum de habendis ſtatuis, adhæſit. & inter martires beatos relatus[a].

11 Anno domini 790. vniuerſale conſilium Nicenum 2. contra iconomachos, pro retinendis imaginibus fuit celebratum[b].

*a vt narrat Iacob Megerus lib. 1. annalium Flãdriæ in eo anno 752.*

*b Ino parte 4. ca. 127. & 128.*

Apud Moſcouitas ſeu Ruthenos, quamquam Græcorum doctrina infectos, in canonibus Iohannis Metropolitæ, quem velut prophetam habent, ſtatutum fuit, vt honor habeatur imaginibus: & vt imagines antiquæ & tabulæ ſuper quibus conſecrationes fiunt, non comburantur ſed in hortis aut alio loco honorifico ſepeliantur, ne iniuria aut dedecore afficiantur, vt eſt apud Sigiſmundum liberum Baronem lib. commentariorum rerum Moſcouiticarum.

12 Scio quod Ado Viennenſis ſcribit, in ætate 6. & Rhegino lib 2. Chronicon, fuiſſe quandam ſynodũ Francfordienſem, quę abdicauerit ſynodum 7. Græcam dictã 2. de adorãdis imaginibus. Sed quam ridiculum ſit prouincialem ſynodum velle iudicare de œcumenica

approbata per Adrianum 1.vel eius iuſſu celebratam nemo eſt qui neſciat. Sed neque Synodus Nicena etiam dixit, adorandas imagines eo modo quo hæretici obiiciũt, cùm expreſſè modus venerationis in ea fuerit determinatus alius.

*Nam*, inquit. *Deus quod imago docet, ſed non Deus ipſa:*
*Hanc videas ſed mente colas quod cernis in ipſa.*

vt refert Polydor. Virgil.[a]

a *lib.6. de inuentio. rerum c.13.*

13 Fuerunt Antiochiæ imagines ſanctorum euerſæ ſub annum Domini 396. vt ait d. Chrxſoſto[b]. ſed denuo reſtitutæ[c].

b *Homilia 2 tomo 5.*

c *idem homil. 17.*

Fuit quidam Seuerus epiſcopus Maſsilienſis, qui zelo inconſiderato iucenſus, ſanctorum imagines confregit: quem acerrimè reprehendit Gregorius primus[d]. *Perlatum*, inquit, *ad nos fuerat quod incõſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines, ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidem, quia eas adorari vetuiſſes omnino laudauimus: fregiſſe verò reprehendimus. Dic frater, à quo factũ ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? Si non aliud, vel id te non debuit reuocare, ne deſpectis aliis fratribus, ſolùm te ſanctum crederes, & ſapientem? Aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa etiam ignorantes vident, quid ſequi debeant: in ipſa legunt qui literas neſciunt, vnde & præcipuè gentibus, pro lectione pictura eſt.* Polybius etiam Ethnicus li.5. improbat vt dementes iconoclaſtas, etiam contra hoſtes, *Sæuire quidem*, inquit *in hoſtes, & eorum caſtella, portus, ciuitates, villas, naues, fructus deuaſtare: aliáque his ſimilia facere per quæ hoſtiũ vires debilitentur, propriæ confirmentur atque augeantur, lèges ac iura belli permittũt: ea verò deſtruere, quæ nec propriis rebus emolumenti aliquid adferunt, nec hoſtibus detrimenti, vt ſunt templa, porticus, ſtatuæ, atque huiuſmodi, rabioſi hominis eſt ac furentis.*

d *epiſtolarum lib.9. ep.9. relatus in c. perlatum. 27. de conſecratio. diſtinct.3.*

14 Almaricus anno Domini 1204. ſub Othone 4. & Innocentio 3. Sum. Pont. docuit Lutetiæ quoſdam, altaria ſanctorum imagines thurificare, eſſe idololatriam, qui tamen combuſti fuerunt[d].

d *Cæſarius in dialect. diſt. 5.*

*De obiectis in imagines.*

## CAPVT XV.

Religionis veræ vicit ſemper ſententia quæ tenenda, de habendis in eccleſia ſacris imaginibus. Nec nos retrahere debet theogorum quorũdam opiniones: qui volunt ſe aliquid eſſe videri, cùm ſcandalo totius fidei, & prudentiores cæteris, melioríſque iudicij haberi: qui, cum ipſi habeant penes ſe principum, ſerpentum, animameretricũ imagines, & hæraticorũ, virtutũ & vitiorũ depictas ad arbitriũ pictorũ, celatas & prominẽtes à celatoribus & ſtatuariis, tamẽ in eccleſia Dei ægrè ferũt Domini noſtri IESV CHRISTI, ſanctiſsmæ matris, Apoſtolorũ martyrum, confeſſorum haberi imagines, à quibus interrogatis cur alias penes ſe potius eſſe patiuntur, & non improbant, quàm in eccleſiis propoſitas, ſtatim audies reſponſum iuſtitiæ Phariſaicæ, quòd vulgus indoctus credat imagi



imagines ipſas & ligna adorãda, ipſi autem non credant: quaſi omnes cæci ſint, ipſi autem ſoli videant. Stollidiſsimum certè reſponſum, cùm & ipſi magis vulgo cæci ſint, qui non videant nullum tam abiectæ fæcis ex plebe inueniri inter Chriſtianos, qui interrogatus non imagines ſint Dei, non reſpondeat non eſſe: & interrogatus qui oblationem vel reuerentiam adferat, non adiiciat ſe non imagini Chriſti vel imaginis talis ſancti, ſed melius Chriſto vel Sancto Martino, Georgio, vel alteri ſe commendare, vt roget & deprecetur pro eo, in quibus profitetur quod non ligno, non lapidi, ſed imagini vel coram imagine venerationem exhibendo, ſe commendare ei quem refert imago. Nec eſt quiſquam ita rudis qui ratione vtatur inter Chriſtianos, qui interrogatus num Sanctus Michael, Sanctus Georgius, ſit Deus, non continuò ſine cunctatione reſpondeat, non eſſe Deum, ſed plurimum valere apud Deum.

2 Sed & ſunt alterius formæ noui theologi, qui motibus impudicis vitáque luxurioſa infecti, vel qui cum hyppochriticam vitam ſub habitu eccleſiaſtico agant, facile mouentur imaginibus & ſtatuis bene depictis vt Pygmalion, Iunius Piſticulus, & qui dam alij proni ad Venerem, ad corporis pulchritudinem commoti & ſtimulis carni puncti.

Quare & ſummouendas ſtatuas has cenſent, eo prætextu, ne ſint illis ſcandalo. Miſerrimi hominum, plebis & populi mentis ex ſuo turpi deſiderio metientes, putant enim alios perinde ac ſe impudicos, ipſi otioſi plerúmque animum corporibus imaginis infigunt, non ad myſteria referentes: ac populus laſſatus opere, dum ad eccleſiam venit contemplatur non lineamenta ſingula corporis, ſed generaliter & quod repreſentant imagines, vt videt nudatum ſuperpoſitum craticulæ D. Laurentium, videt Sanctum Sebaſtianum nudum ſagitis confoſſum, Dominum crucifixum, conſiderat ſimpliciter hæc qui ex deuotione & adoratione templum ingreditur, nihil amplius. quod ſiquis ſecura otioſus, lubricus & putris eò aduolauerit, non nego quin quippiam aliud cogitet, ſed ideo non eſt tollenda imago, non magis quàm homines non ſunt tollendi, quod impudicæ aut impudici qui intentum habent animum ad vitium, illis conſpectis incenduntur, eſt enim ſcandalum acceptum non datum: ſicuti non tollendi latrunculatores, non magiſtratus, non boni, quod latrones inuidi mali: illis conſpectis maledicant inuideant, & aboleri cum eorum memoria deſiderent.

Idipſum dicendum de aliis abuſibus imaginum, ſi qui ſint qui occupent mentes aliquorum non enim ideo tollendæ imagines, ſed abuſus emendandi: vt non ideo tollendi cultri omnino, quod ex aliquo quiſpiam ſe interemerit: non claudendæ omnium feneſtræ, quod aliquis ſe præcipitauerit ex aliqua, ſic de ſimilibus quorum introductio bona eſt, & abuti quis illis poſsit, nihil enim tam bonum, tam ſanctum, quo non abutatur malitia dæ-

dæmonum & hominum panis ad leuandam famem datus, per crapulam & abuſum interitus cauſa eſt. Vinum ad ſanitatem conducibile ebriorum mentes turbat, imò corpus Domini noſtri ſumptum in ſacramento, quibuſdam in ſalutem, quibuſdam in damnationem, & iudicium. 1. epiſt. ad Corinth. c. xj. ver. 29. Quid vltra dicam. Deus ipſe, gloriáq; eius, à bonis Angelis adoratur, & inde tamē dæmones ſeri per propriam inuidiam & peccatum, damnationis æternæ iudicium architectati ſunt. Imagines bonis, Dei & diuorum, ad memoriam, ad beneficiorum recordationem, ad exemplum viuendi proponuntur efficaciter, iiſque incenduntur ad prototypa, & ad repreſentata veneranda, & imitanda, Siqui ſunt qui abutantur eorum malo: boni tamen, ob malorum mentes earum vtilitate priuari non debent. Sunt curiones, ſunt doctores, eccleſiaſticæque perſonæ, prælati concionatores, conſilia eccleſiaſtica, qui inſtruunt populum, quid credendum in his ſit, quid non: quis ſit earum vſus, quis abuſus. Sunt magiſtratus qui abutētes, aut idololatras puniant ſi qui inueniātur. Quòd ſi, & perſonæ eccleſiaſticæ & magiſtratus ſegnes ſint, in exequendis ſacroſanctis conſiliis, ipſi iudicium portabunt, & reddent rationem Deo pro animabus ſua negligentia errantibus.

Quòd ſi adhuc iſti theologi putant ſe acutiores illis omnibus prodeant in medium, doceant abuſus, retento vſu: neque more impij medici, qui morbos corporis curare pollicetur, corpus ipſum eo prætextu extinguat. Si quid enim valeant in ratiocinatione, neceſſe eſt conſequentiam argumenti fateantur, quò ſi ſit abuſus malus, imaginum quod & omnes orthodoxi aliquando eſſe non negāt, & conſequenter eſſe vſum bonum: vt priuatio preſupponit habitum morbus ſuperueniens preſupponit præcedentē ſanitatem. Quocirca vt medici morbos tollere & ſanitati reſtituere ſatagunt, ſic & paſtores ſi abuſus videant irrupiſſe, vel aſtu dæmonis, vel imperitia, vel neglectu eorum, vel prædeceſſorum ſuorum ſatagere omni ſtudio debent, eos tollere, & vſum ſyncerum retinere: vt ſanctiſſimè conſtitutum eſt in conſilio Tridentino ſeſsio. 25. c. de inuocatione, veneratione, & reliquiis ſanctorum, & ſacris imaginibus, iuxtáque ſacroſanctas alias ſynodos ſtatutum vt epiſcopi diligenter doceant per hiſtorias myſteriorum noſtræ redemptionis, picturis vel aliis ſimilibus expreſſas, erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſsiduè recolendis: tùm verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi: non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt, ſed etiam quia Dei per ſanctos miracula & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubiiciuntur, vt pro his Deo gratias agant, ad ſanctorúmque imitationem, vitam, moréſque componant, excitentúrque ad adorandum & diligendum Deum, & ad pietatem colendam.

Et ſi quis his contraria docuerit, aut ſenſerit, anathema ſit.

In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes, ſi qui abuſus, inquit irrepſerint, eos prorſus aboleri ſancta ſynodus vehementer cupit: ita vt mille falſæ imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem



ceorum habetes, ſtatuantur, &c. Omnis porro ſuperſtitio in ſanctorum inuocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum ſacro vſu tollatur: omnis turpis quæſtus elimin etur: omnis denique laſciuia vitetur, ita vt pro caci venuſtate imagines non pingantur nec ornentur, &c.

3 Simulachra fieri Deus vetuit inter filios Iſrael, non quidem abſolutè, ſed cùm ea conditione vt adorarētur pro diis: quia vnus Deus verus ille neque inuiſas fuiſſe ſtatuas ideo inter Iſraelitas probos, inde vel liquere poteſt, quod Michol filia Saulis tam citò paratam habuit ſtatuam quam, ſaluato Dauide per feneſtram, in ſtatū eius loco ſuppoſuerit 1. Reg. 19.

Producamus & non temerè ſententias aliquas prohibitionū: perpendamus, & illud facilè ſi modò cum iudicio ſiue affectione legamus, apparebit. vt Exo. 20. v. 23. *Nō facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis*, & ibidē Exo. c. 20. In principio precedentia & ſequentia, cum media prohibitione iungamus. *Ego*, inquit, *Sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, de terra ſeruitutis. Non habebis deos alienos coram me, non facies tibi ſculptite, neque omnem ſimilitudinē quæ eſt in cælo de ſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra, Non adorabis ea, neque coles. quia Ego ſum Dominus Deus tuus, &c.* Sic enim legitur Hebraicè ratio cur non eis ſculptibus adoratio vel ſeruitus eſt fvciendam.

לאתשת חוה לחם ולא תעכרם כי אנכי יהוה אלה יו.

*lo tiſthachaueh lachem velo thagnabedem: ci anochi Iehoua elohecha.*

Id eſt, *Non adorabis ea, & non ſeruies eis, quia ego Dominus Deus tuus*: refert itaque principium ſententiæ, *non habebis deos alienos*, ad verba, *ego enim ſum Deus tuus* & intelliges quæ in medio & dicta ſunt de ſimulachris, ad ſimulachra adorata pro Deo, pertinere. Sícque ibidem prohibitum eſt, fieri ſimilitudines rerū ad eam intētionem, vt illæ adorentur tanquā Deus. Videbat enim Deus populū ex Ægypto egredientē, adhuc rudem & moribus Ægyptiorum qui talia tanquam deos venerabantur inquinatū: quare dum illos volebat reuocare ab illorū erroribus, ferè ſēper adiicit, *ego Dominus Deus tuus*, vt Liuitici c. 18. *Loquutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, ego ſum Dominus Deus veſter iuxta conſuetudinē terræ Aegypti in qua habitaſtis: non facietis, & iuxta morem Canaham, ad quam ego introducturus ſum vos non agetis, nec in legitimis cor ambulabitis.* Et Ezechielis c. 20. v. 6. & 7. *Ego Dominus Deus veſter in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Aegypti in terrā quam prouideram eis fluentem lacte & melle quæ eſt egregia inter omnes terras: & dixi ad eos, vnuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abijciat, & idolis Aegypti nolite pollui, ego Dominus Deus veſter*, &c.

Et Deuteron. cap. 5. *ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis, Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cælo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis, non adorabis ea & nō coles, ego enim ſum Dominus Deus*

DDD

*tuus Deus æmulator*, &c. Explicat & Deus ipſe Exod. cap. 34. verſ. 17. Quod dicit de ſimulachris intelligi debere de his quæ adorabantur vt dij, *deos* inquit, *conflatiles non facies tibi*, & verſ. 13. *Aras eorum*, ſcilicet Cananeorum, *deſtruens, conſtringe ſtatuas, lucos ſuccide, noli adorare Deum alienum, Dominus zelotes nomen eius*, &c.

4 Et iterum clarius Leuit. c. 19. verſ. 4. *Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis, ego Dominus Deus veſter.* Et ibi verba Hebrea: אל-תפנו אל האלילם *al tiphou el haelilim*, id eſt, Nolite conuerti ad *haelilim*, vertunt *idola*, res vanas non autem ſimilitudines. ſiquidem aliud ſimilitudo ſeu imago quæ dicitur Hebræis עלת *tzelem* & דסובה *temuna*. Aliud אליל *elil*. quemadmodum aliud eſt repreſentatio eius quod eſt, aliud velle repreſentare quod non eſt: vocant enim אליל *elil* quod nititur repreſentare id quod non eſt, inane, vanum, quod nihil eſt. & ſic etiam inter Græcos aliud εἰκών, aliud εἴδωλον. vt aliud Latinis imago, aliud ſpectrum. Et eodem modo in ſacra pagina probantur imagines quæ repreſentant res quatenus ſunt: reprobantur idola, quando imagines ipſæ dicuntur dij, quia hoc nihil eſt, ideo idolum nihil eſt cum hoc repreſentare nititur quod non eſt. Et ne putet quiſpiam à nobis hoc eſſe confictum audiat expreſſam Diui Pauli authoritatem. 1. ad Corinthios capit. 8. verſic. 4. & 5.

Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς θεὸς εἰ μὴ εἷς. καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ,) καὶ κύριοι πολλοί. Ἀλλὰ ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ παντὰ, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. id eſt,

*De eſcis quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus niſi vnus: nam etſi ſunt qui dicuntur dij ſiue in cœlis ſiue in terra (ſiquidem ſint dij multi & Domini multi) nobis tamen vnus Deus Pater ex quo omnia, & nos in illo, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia & nos per ipſum*, &c.

Sic in ſacra pagina, quandiu ſerpens æneus, à Moſe iubente Deo factus, fuit cum ſua repreſentatione futuri Meſſiæ venerabiliter obſeruatus, probatus fuit inter Iudæos: at quando populus omiſſa repreſentatione, cœpit ipſi tanquam æri & veluti Deo inſenſum adolere, & pro Deo habere, vt habebantur dij apud gentes ipſæmet ſtatuæ, vel ea quæ repreſentabant vt ſerpens rana; canis ibis & ſimilia, ſtatim ab Ezechia deiectus eſt. 4. Regum capitulo 18.

Eò pertinent verba, cap. 23. Numerorum verſ. 21. *Non eſt idolum in Iacob, nec eſt ſimulachrum in Iſrael Dominus Deus eius cum eo eſt.* Quæ melius Hebraicè exprimunt quæ dicimus ſic enim ſe habet & explicant mentem Balaami.

לאהביט און ביפקב ולא ראה עמל בישראל יהוה אלהיו:

*lo hibit auen beignatzob velo raah gnamal beiſcrael Iehoua Elohaio.*

Id eſt, non videtur *auen* in Iacob. nec *gnama* in Iſrael, Dominus eſt Deus



eſt Deus eius און *auen* dicitur Hebræis, *mendacium vanum, nihil*, vnde vertunt interpretes idolum quod nihil eſt in eo quod non eſt Deus. עמל *gnamal* autem ſumunt Hebræi pro labore, & iniquitate quæ fatigat potius operantes quàm iuuet. Rurſus audiamus explicationem verbi *Idolum* ex ſacra Scriptura ad verbum poſitam, in cap. 14. libri ſapientiæ verſ. 8. *Per manus*, inquit, *quod fit idolum: & maledictū eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cum eſſet fragile, Deus cognominatus eſt. Similiter autem odio ſunt Deo, impius & impietas eius: etenim quod factum eſt cum illo qui fecit tormenta patietur. Propter hoc & in idōlis nationum non erit reſpectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum, corruptio vitæ eſt. Neque enim erant ab initio, neque erant in perpetuum*, &c. Ex quibus collige idolum dici damnabile, quod id quod creatura eſt dicatur Deus. ſicuti cum exiſtente Moſe in monte populus idolum vituli, dicebat Deum. Dicens, *hi ſunt dij tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Aegypti.* Exod. c. 32. v. 4.

Ieſayas adhuc luce meridiana clarius explicat per totum cap. 44. *Plaſtæ idoli*, inquit, verſ. 9. *Nihil ſunt, & amantiſſima eorum nihil proderunt eis, ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident neque intelligunt vt confundantur.* Et verſ. 12. *Faber ferrarius in lima operatus eſt, &c.* Vbi perſequitur, quomodo ex ligno calefactus eſt ſtatuarius, & combuſſit & coxit ſibi cibaria, reliquum autem eius Deum fecit ſibi & ſculptile, *curuatur ante illud, & adorat illud, & obſecrat, dicens libera me, quia Deus meus es tu*, &c. in quibus videmus illud ſculptile ſtatuámque pro Deo habitam, & ipſam materiam adoratam: vt alicubi ipſum bouem, & alia ſimilia. Addidit autē ſcriptura mētioni idolorū, aliquādo idolorū ſimilitudines, id eſt, imagines eorū quæ habebant pro diis. vt ſi quando putabant ſolem Deū, imaginē ſolis. In quantū itaque imago repreſentabat ſolem, non erat idolum: ſed in quantum volebant repreſentari per imaginem ſolis, Deum eſſe ipſum ſolem, erat imago idoli: & in ea repreſentatione Dei nihil erat, quia ſol non erat Deus, & damnata repreſentationis intentio eius qui pro Deo eum colebant. vt liquet ex libr. 4. Regum cap. 23. Vbi & verſu 24. Addit mentionem imaginum idolorum. *Sed & Pythones*, inquit, *& ariolos, & figuras idolorum immunditias & abominationes quæ fuerant in terra Iuda, & Hieruſalem abſtulit Ioſias*, &c. Et Amos cap. 5. verſ. 26. ibi *Imaginem idolorum veſtrorum, Sydus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vobis adorare eas, quæ feciſtis vobis.*

Colligi & poteſt ex cap. 14. Danielis quod idolum non erat ſtatua ſimpliciter, ſed ſtatua quæ pro Deo colebatur. Sic enim narratur verſ. 21. Quod cum detexiſſet rex fraudem ſacerdotum ingenio Danielis, circa idolum Bel quod adorabatur à Rege, tradidit rex idolum Bel in poteſtate Danielis, qui ſubuertit eum & templum eius. & poſtea ſequitur: verſ. 22. & 23. *Vt erat draco magnus in loco*

*illo, & colebant eum Babylonij, & dixit rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere, quia iſte non ſit Deus viuens, adora ergo eum dixítque Daniel regi Domiuum Deum meum adoro, quia ipſe eſt Deus viuens: iſte autem non eſt Deus viuens, &c.* Non negauit enim Daniel draconem viuere, ſed ait Deum, illum draconem viuentem non eſſe, ideo poteſtate accepta cum eum necaſſe, dixit, *Ecce quem colebatis*, &c.

Aperit. & mentem ſacræ prohibitionis Salomon ſapientiæ, cap. 15. verſ. 15. ibi *Quoniam omnia idola nationum deos exiſtimarunt, quibus neque oculorum viſus eſt ad videndum, neque aures ad audiendum*, &c. Et poſtea verſ. 18. *Sed animalia miſerrima colunt, inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora*, &c. Quò pertinet quod Dauid ſæpe repetit. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, os habent & non loquentur*, &c. Pſalm. 113. & 134. Atque fictionem illum Dei antiquorum, pendere ex mente artificis pulchrè expreſſit Horatius 1. Sermo. Satyra. 8. Dum de Priapo agit,

*Olim truncus eram, ficulnus inutile lignum.*
*Quum faber addubitans ſcamnum facerétne Priapum,*
*Maluit eſſe Deum. Deus inde ego furum, vinúque maxima formido.*

5 Non prohibuit ergo Deus omnes imagines ſeu ſimilitudines, niſi idola & idolorum. hoc eſt, non prohibuit fieri rerum ſimilitudines, ſed prohibuit ne illæ imagines pro Deo adorandæ fierent. vt non damnauit habere catos, boues, oues, ſerpentes, aurum argentum: ſed prohibuit & damnauit ea adorare, & habere pro diis, & illa ita adorata repreſentare aliqua ſimilitudine: nam creaturæ Dei bonæ ſunt, eſſentia abuſus malus.

Nec ars pictoris, ſtatuarij, celatoris, mala eſt, imò verò probata, & à Deo quibus vult data: ſicuti teſtatur ſe eam dediſſe Beſſeel & Ooliab, ad excogitandum in tabernaculo Dei, quicquid fabrefieri poteſt in auro, argento, ære, marmore, gemmis, & diuerſitate lignorum: Exod. cap. 31.

Et cùm loqueretur in monte Moſi, iuſſit ſimilitudines fieri etiam in loco vbi Deus adoraretur, ſed non adorari imagines, Exodi 25. verſ. 9. & 40. ad Hebrę. 8. *Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius, ſicque facietis illud.* Ibíque & facta duo Cherubim, lilia, ſcriphi in nucis imagnem, conflati & auro, & ſculpti Cherubim & celati cum palmis. In templo Dei, 3. Reg. c. 6. Duodecim bonum ſtatuæ ſuppoſitæ vaſi quod mare dicebatur, 3. Reg. 7. Poſuit & in Throno ſuo Salomon duorum leonum ſtatuas tenentes ſedile, & in ſex gradibus vtrinque ſex leunculorum ſtatuas. 3. Reg. 10.

Additur & in dicto cap. 7. Reg. 3. verſ. 36. *Sculpſit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære & in angulis Cherubim, & leones & palmas quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, vt non celata ſed appoſita per circuitum viderentur.* Et leunculos & alias ſimilitudines in templo fieri debere ex voluntate Dei teſtatus eſt Dauid Salomoni, Paralipomen. 1. cap. 28. verſ. 18. & 19. *Omnia*, inquit, *venerunt ſcripta manu Domini ad me. vt intelligerem omnia opera exemplaris.*





6 Hoc modo Iuſſit Deus altaria idolis dicata, demoliri & ſubuertere: vt factum à Ioſia, 4. Regum 23. vt & Aſa rex ſubuertit altaria peregrini cultus, & confregit excelſa 2. Paralipomen. cap. 14. verſ. 2. At ipſe Deus probauit & iuſſit ſibi altare erigi Geneſ. cap. 8. Exodi 20. & 29. Ioſue 8. Iudic. 6. & alibi. Pari modo Leuitici 26. verſ. 1. *Non facietis vobis elilim, & idolum ſculptile, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum, Ego enim ſum Dominus Deus veſter.* Et tamen non improbatur ſed laudatur, quod Iacob poſuerit lapidem in titulum & vnxerit, Geneſ. cap. 28. verſ. 18. Sic Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manaſſes ædificarunt in titulum altare infinitæ magnitudinis, non in holocauſta, non in ſacrificium ſed in teſtimonium, & immunes habiti ſunt à pręuaricatione, Ioſ. cap. 22.

Et Samuel vnum lapidem erexit in titulum victoriæ obtentæ contra Philiſteos, 1. Reg. cap. 7. verſ. 12.

Et ipſe Ioſue, cum percuſſit fœdus Dei nomine cum populo, tulit lapidem pergrandem, poſuítque eum ſubter quercum quæ erat in ſanctuario Domini, & dixit ad omnem populum: en lapis iſte erit vobis in teſtimonium quod audieritis omnia verba Domini quæ locutus eſt vobis, ne forſan poſtea negare velitis & mentiri Domino Deo veſtro. Ioſuæ. cap. 24. verſ. 25. 26. & 27.

In quibus obſeruandum, primum explicata fuiſſe verbo mandata Dei, & acceptata: dehinc perſcripta: & tertio, pro his qui legere neſciebant, lapidem pro ſigno imaginéque dictorum, factorum, & preſcriptorum erectum fuiſſe. vt in eccleſia Dei eſt prædicatio, dehinc ſunt ſacræ Scripturæ, & item imagines, ſigna, teſtimonia, lapidis, factorum, dictorum & ſcriptorum, probatur erectio tituli & lapidis Ioſuę, quia finis cauſáque propter quàm erigebatur, digna erat perpetua & aſſidua ſeu quotidiana memoria, ad Dei honorem & factorum ob eius laudem. vt autem hæc cauſa diuina probauit huiuſmodi ibi factum: Sic ex contraria cauſa, quæ ad ſuperbiam & veluti ad contumeliam Dei pertinent, in titulis & erectionibus altarium & lapidum, improbantur, vt Deus in ędificatione turris Babel, ædificantibus reſtitit, qui dixerant *faciamus nobis ciuitatem & turrim* (nobis inquiunt non Deo) *cuius culmem pertingat ad cœlum & celebremus nomen noſtrum*, &c. Geneſ. cap. 11.

Pari modo improbat ſcriptura ſuberbiam Abſalonis, qui cum rebellaſſet patri Dauidi, ſibi erexerat titulum qui eſt in valle regis, dixerat enim, *Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei, vocauítque titulum nomine ſuo, & appellauit manus Abſalon.* Sed cùm mortuus fuiſſet, & confoſſus à Ioab proiectus in ſaltu in foueam grandem recepit alium pro illo ſuperbo titulum, & comportauerunt ſuper eum acerbum lapidum magnum nimis. 2. Reg. c. 18. verſ. 17. & 18.

7 Concludamus igitur. ne latius extendatur oratio cum ca. venerabiles, imagines, 28. de Conſecra. diſtinctio. 3. Qui ſumptus eſt ex ſeptima Synodo generali Actio 6. *Venerabiles imagines, Chri-*

*ſtiani non deos appellant, neque ſeruiunt eis vt dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant: ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ.*

Et Diuus Baſilius ad Amphilochum cap.18. *Latriæ cultus in ſpiritu & veritate beatæ Trinitatis tribuitur ab orthodoxis: ſanctis autem imaginibus non latria omnino, ſed adoratio exoſculatio & honor.*

Et Damaſcenus libr. 3. Apolo. *Solum Deum, rerum omnium procreatorem & opificem adoramus, & latriæ cultu veneramur.* Latria quippe ſolius Dei eſt & ſic ei ſoli tanquam Deo ſeruiendum, quia vnus eſt Deus, at propter Deum: & eius ſerius & dilectis ſeruitur ſicque docet Diui Auguſti libr. 15. contra Fauſtum Manichæum cap. 10. & lib. 10. de ciuita. cap. 1. & ibi de adoratione δυλεία quæ & poteſt dari hominibus, vt & explicat, Beda in cap. 4. D. Lucæ. & ita etiam legimus adorationem factam alterius quàm Dei per ſanctos viros: vt Angelorum, per Abraham: Geneſ. 18. verſ. 2. per Loth. Geneſ. 19. per Balaam, Numer. 22. verſ. 31.

Adorauit Abraam coram populo terræ, Geneſ. 23. verſ. 12.

Adorarunt Ioſephum fratres, Geneſ. 42. 6. & 43. 26.

Miphiboſeth filius Ionathæ ad Dauid veniens, corruit in faciem ſuam, & eum adorauit 2 Regum cap. 14. verſ 3.

Cornelius obuians Diuo Petro, procidens ad pedes eius adorauit, Actor. 10. verſ. 15. Sed illæ adorationes fuerunt alię quàm quæ Deo vt Deo debentur, qua nec Angelus permiſit ſe adorari à Diuo Iohanne Apocaly. cap. 22. verſ. 8. & 9.

Nec ideo mihi videtur faceſſere quod quidam dicunt tollendas imagines diuorum quòd eas veneremur, Nam vt dixi veneratio refertur non ad materiam, imaginum, ad aurum, æs, lignum, ſed ad id quod per illas in memoriam reducitur & honor eò refertur. Vbi intentio recurrit. vt & ipſi ſancti homines martyres cõfeſſores & ſimiles honorãtur, propter Dei maieſtatem, quam ſecuti ſunt & adorarunt: vt princeps in ſeruis ſuis poteſt dici honorari: vel contemni *qui vos ſpernit me, ſpernit inquit Deus*[a].

Sunt viri ſancti Deo accepti, templum Spiritus ſancti[b], & ideo cõtemptus eorum redundat in eorum Dominium: item & honor & eorum ſtatuæ nihil aliud ſunt, quàm memoriæ illorum, quæ venerationem promouent legitimam. Et rerum infamiam & turpium imagines infames & turpes habentur à bonis: ſic & rerum ſacrarum & perſonarum Deo acceptarum imagines, veneratione in honorem eorum relatæ, dignæ. vt vaſa ipſa inanimata Deo conſecrata, ſacra habentur, & à profanis vſibus aliena. quæ ſi in vſus humanos transferantur, prouocant iram Dei in prophanantes & ſæpe in populum omnem ob vnum prophanentem[c].

Quod liquet ex vltione ſumpta de Balthaſare rege, quod prophanaſſet vaſa tranſlata ex templo Hieroſolymitano. & in conuiuio prophano ipſe cum ſuis in his auſus fuiſſet bibere Daniel cap 5.

Sic & placuit veſtimenta eccleſiaſtica quibus Domino miniſtratur,

a *Lucæ c. 18. verſ. 16.*

b *Ad Corint. c. 6. ver. 19.*

c *ca. In ſancta. 41. de conſecratio diſt. 1.*



tur, ſacrata & honeſta eſſe debere, quæ nec ab aliis quàm ſacratis hominibus, vel in alios vſus quàm ſacros ferri debent. capite veſtimenta eccleſiaſtica. 42. de conſecra. diſt. 1.

### *De ſignis Eccleſiæ venerabilibus, & ſigno crucis.*

## CAPVT VI.

INter imagines & ſigna quædam differentia conſtitui poſſe nemo ambigit. Cæterùm, quemadmoum non improbantur imagines in eccleſia rerum, & perſonarum ſacrarum: ſic neque ſigna ſacræ alicuius rei, quale fuit in virga Aaronis ex iuſſu Dei poſita & conſeruata in tabernaculo eius in ſignum rebellionis filiorum Iſrael. Num. 17. Iuſsit & Deus fieri ſerpentem æneum, non vt adoraretur, ſed in ſignũ veri adorandi Domini noſtri IESV CHRISTI, qui erat paſſurus & cruce ſerpentem ſuperaturus. Numerorum capite 21.

Iuſsit etiam Deus, poſtquam abſorpti à terra fuerunt Datan, Core & Abiron, accipi eorum thuribula ænea, & produci in lamnias, & affigi altari, vt filij Iſrael cernerent eas pro ſigno & monumento, quibus commonerentur ne quis alienigena accederet, qui non eſſet de ſemine Aaron, ad offerendum incenſum coram Domino: néve pateretur, ſicut paſſus erat Core & omnis generatio eius. Numerorum capite 16.

Deus & apud Iob. c. trigeſimoſeptimo. verſu ſeptimo. in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua.

Fecit & Deus luminaria Solis, & Lunæ, & ſtellarum, vt eſſent in ſigna & tempora. Geneſeos primo, *poſuit Deus ſignum in Caino, ne occurſu cuiuſquam necaretur*, Geneſeos capite quarto, *poſuit arcam in nubibus cœli, in ſignum fœderis*. Geneſeos. 9. *& in ſignum fœderis. & fidei circunciſionem.* Geneſ. 17. *voluit & Deus retineri & ſanctificari ſabbathum, ſeu diem ſeptimam, in ſignum perpetuum, & memoriale, quod ſex diebus fecerit cœlum & terram, & ſeptimo ceſſauit ab omni opere.* Exodi c. 31. ver. 17. omitto ſimilia propemodum infinita. *vides itaque pictum in eccleſia Ionam* Prophetam *à cete triduanum deuoratũ, viuum emergentem: cur illud improbabis, cùm ſignum Chriſtus ſuæ reſurrectionis dicat.* Lucæ. c. 11. Signa in ſumma in eccleſia recepta, vt imagines bonorum.

2 Inter admirabilia illa ſigna & quæ maioris ſunt efficaciæ, ſignum eſt crucis, in qua crucifixus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Signum hoc tau. T. iam ad ſalutem deſtinatum. Ezechiel. 9, Apocaly. 7. hoc eſt ſignum quod Eſayas dicebat, c. 5. & c. 11. Dominum eleuaturum in nationibus. hoc ſignum ab initio mundi præuiſum in ſerpente Moſis tempore repetitum, in tempore redemptionis veritatem habuit, cùm ſalus in cruce pependit, in poſtremo quoque generalíque iudicio in cœlo apparebit.

Crux ipſa, imago crucis in qua Chriſtus pependit: & vltra, ſigni efficaciæ paſsionis & meriti Chriſti in cruce paſsi. Reperiuntur in cruce multa & admirabilia, de quibus lib. de Deo diximus, tomo. 4. commentariorum ſyntaxeon capite 36. & 37. in ligno crucis veræ, in crucis ſigno alterius ligni, vt & in repreſentatione paſsionis, quæ nobis inde euenit, & terrori eſt dæmonibus, & malis. Nam in ipſo ligno crucis veræ, illud non minus particeps contactu Chriſti credendum factum virtutis Dei, quàm ipſius veſtimentum quod curauit laborantem fluxu ſanguinis tactu fimbriarum. Matthæi c. 9. ver. 20. cùm ſupra omnem virtutem humanam Chriſti Domini corpus excelluerit, vt non mirum ſi eius contactu: imò ſi ex eius ſanguine lignum eius crucis, virtutes ſanitatum & benedictionum participauerit, & cõmunicauerit iis qui vel attigerint, vel venerati ſint, vel exiguam particulam ſecum habuerint: quod & de clauis eius ſentiendum eſt: legimus enim vel vmbram S. Petri qui eius eſt miniſter, & creatura, curandi morbos habuiſſe[a]. & pariter ſtrophiola, & ſemicinctia[b], quę de corpore beati Petri accipiebantur. Idipſum dicemus de ſacris pannis & linteis ſudariis, quibus admirabilis & indicibilis poteſtatis & virtutis corpus ſacroſanctum diuinum Domini noſtri Ieſu Chriſti inuolutum eſt, ex quibus quotidie & miracula & admirabilia prodeunt.

a *Actorum cap. 5. ver. 15.*
b *Actorum c. 19. ver. 12.*

3 Crucis ſanè illius quæ ſacroſanctum Chriſti corpus attigit, veteres Chriſtiani ſi vel minimam portionem conſequuti fuiſſent, hinc ſe beatos exiſtimabant: eámque omnibus theſauris antiquiorẽ habebant[c]. Hanc & Romæ ſcribit Beda[d], quotannis pluribus adornatam[e]: quam qui adipiſcerent valde inde honeſtatos & amplificatos, munitos & protectos indicat Chryſoſtomus, homilia quòd Chriſtus ſit Deus.

Conſtantinus Magnus portionem crucis inuentæ per matrẽ Helenam Conſtantinopoli in ſua ſtatua condidit, perſuaſum habens quòd ea ciuitas foret ſalua, in qua portio crucis aſſeruaretur, vt ſcribit Socrates lib. 1. c. 17. hiſtoriæ eccleſ.

Gregorius Romanus, inſtar magni muneris Richardo Veſtgothorum regi, fruſtrum crucis tranſmiſit, vt ipſemet ſcribit Socrates.[f]

Refert Euagrius[g] rogatum ſe à plebe, lignum crucis adorandum exoſculandúmque præbuiſſe, locumque vbicumque crucis illud ſignum oſtenderetur, lignúmque ita illuxiſſe, vt ardere videretur.

Fuit eius crucis miraculo confirmata inuentio: ſiquidem in crucis rupe, vbi Chriſtus crucifixus fuit, & in reſurrectionis loco, ſtatua Veneris ex Marmore à gentibus poſita colebatur, exiſtimantibus perſequutionis authoribus, quòd ita tollerent fidem reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent, ibíque remanſit ab Adriani temporibus, vſque ad imperium Conſtantini per annos circiter 180. ſecundum D. Hierony. ad Paulinum de inſtitutione monachi. Vnde D. Ambroſius tomo 4. in pſal. 47. vocat eum locum venerarium à venere ibi, *Simul quia Dominus ſecundùm cœli tractum in venerario paſſus eſt. &c.*

c *vt teſtis Gregorius Nicen. in vitam Macrinæ. Paulin. epiſt. xj. ad Seuerum Gregorius 1. lib. 17. epiſtolarum epiſtola 126.*
d *de natura rerum, & temporum ratione*
e *Item Gregorius Turonẽſis in vita Chriſti, & Sabellicus de ſitu vrbis Venetiarum.*
f *lib. 7. epiſt. indictio 2. epiſtola 126.*
g *lib. 4. c. 26 & 27.*



elegit, & illum titulum adorauit, non lignum vtique, quia hic gentilis eſt error, & vanitas impiorum: ſed adorauit illum qui pependit in ligno, quæſiuit & clauos quibus crucifixus eſt Dominus, & inuenit, de vno clauo frænos fieri præcepit, de altero diadema cõtexuit: vnum ad decorem, alterúm ad deuotionem vertit. Miſit vtrunque Conſtantino filio, vſus vtroque Conſtantinus, & fidẽ trãſmiſit in poſteros, vt refert D. Ambroſius tomo 3. oratione funebri de obitu Theodoſij: Salus vitæ Chriſtianorum ex myſterio crucis eſt, vt ſalus octo animarum in diluuio ex ligno arcę: mirabilis virtus in vtroque ligno arcę: mirabilis virtus in vtroque ligno: ita vt etiam Beroſus ex archa recenſeat in hæc verba: miraculum dicitur inquit, & nauis eius, de Noacho loquitur, quæ in Armeniam uenit circa montem Chordicum, adhuc aliqua pars eſſe, & quoſdam inde bitumen tollere, quò maximè homines ad expiationem vtuntur. quem locum citat ex Beroſo, etiam Otho Frigingenſis epiſcop. lib. 1. Chronicorum. c. 3.

4 Crucis ſignum per myſterium in cruce redemptionis perfectum & venerabile, & maximè Chriſtianis ſalutiferum exiſtit: vt meritò cùm de imagine crucifixi multa piè Lactantius ſcripſiſſet, ſic concludit.

*Flecte genu, lignúmque crucis venerabile adora, Fletibus.*

ibi enim conſideratur ſaluator vbi crux. *quæritis*, inquit Angelus ad mulieres. *Ieſum crucifixum.* Lucę c. 16. ver. 6. *Chriſtus factus obediẽs vſque ad mortem: mortem autem crucis, propter quod, & Deus dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & inferorum*[a]. *Et mihi* inquit D. Paulus *abſit gloriari niſi in cruce Domini*[b]. *qui curuat genu in nomine Ieſu, & qui cruci, vterque ſignificat & veneratur redemptionem. crux enim inſtrumentũ redẽptionis, Ieſus appellatio, redemptionis nomen eſt. vox pręſentat redẽptorem, lignũ vel ſignũ crucis eundẽ redemptorẽ, & redẽptionem factam: ideo ei titulus quod Dei voluntate remanſit immutatum, fuit appoſitum,* IESVS NAYARENVS REX IVDAEORVM. Ita D. Athanaſius[c] *Nos crucem conſtantem ac cohærentem, in memoriam crucifixi adoramus, diſſolutam, diuulſam, ac diſsipatam minimè, quia lignum non adoramus.* De adoratione futura crucis, videtur propheticè expreſſa Eſaiæ 60. ver. 13. *Gloria*, inquit, *Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. 14. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi. &c.* de die venerationéque ſanctæ crucis, D. Chryſoſtomus homiliam integram, inque laudem eius compoſuit. tomo 1. addítque circa finem de ſigno crucis, *Quondam quidem improbæ vitæ, prauorúmque factorum condemnatio, hæc res fuit: nunc autem diuini muneris ſanctificatio: nobilitatis ſpiritualis ſignum, theſaurus tutus ac certus, donum quod eripi non poteſt, ſanctimoniæ documentum hanc, & in menſa, & in lecto: & quocunque in loco ſimus, præferimus. vt enim plerumque milites ſine armis non prandent, nec dormiunt, ſic nunc pro gladio eã in lecto ſuſpendamus, pro repagulo in oſtio depingamus, pro muro & pa-*

a *ad Philippenſes. c. 2. verſu 8. &c*
b *ad Galatas 6. verſi. 14.*
c *lib. ad Antiochũ q. 16.*

*viete omni domui circundemus, partes extimas & intimas hac muniamus. Hæc enim mortem deleuit, cælos aperuit, terram expiauit: naturam noſtram in ſolium regium reduxit, atque tyrannidem diaboli diſſoluit. &c.* atque in ſequente homilia de laude crucis eandem tractat, priuſque menti crucem infigendam, quàm digito, cogitando crucis vtilitatem & beneficia in ea data Dei, & ſpem in Deo ponẽdo, qui ibi dedit. Et iterum[a] *vituperando quis te perſequitur, crucis ſigno ſtatim pectus ſignato, recordare omnium quæ tunc geſta ſunt, confeſtim omnia extinguuntur.* Origenes verò lib. 6. in epiſtolam ad Romanos, *tanta eſt vis crucis*, inquit, *vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in mortem ipſam Chriſti intentius oculus mentis inſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libido, nulla ſuperare poßit inuidia, ſed continuò ad eius præſentiam totus ille quem ſupra connumerauimus, peccati & carnis fugatur exercitus.*

*a homilia 88. in c. 22. Matthæi. tomo 2.*

Et Athanaſius libro de humanitate verbi, & corporali eius aduẽtu, *ſigno crucis*, inquit, *omnia magica compeſcuntur, veneficia, inefficacia ſunt, idola vniuerſa deſeruntur, omnis irrationabilis voluptas conquieſcit, quilibet à terra ad cœlos ſuſpicit. &c.* Et rurſus, *Solo ſigno crucis homo vtens, dolos dæmonum à ſe propellit, veniat qui iſtorum dictorum experimentum capere velit, & in ipſis præſtigiis dæmonum, & impoſturis vaticiniorum & in miraculis magiæ, vtatur ſigno crucis ab illis deriſo, noménque Chriſti inuocet, & videbit quomodo eius metu dæmones fugiant, vaticinia conquieſcant magiæ, & veneficia iaceant. &c.* Hoc ipſum expertus Iulianus Apoſtata, quãuis qui magno dæmonum terrore affectus, & metu ne diſcerperetur: etſi deſerta & prodita religione Chriſti, tamen ſolo ſigno Chriſti ſeu crucis, dæmones illos fugauit, vt narrat Gregorius Nazianzenus, oratione 2. in Iuliam Theodoretus lib 3. c. 3. Sozomenus lib. 5. c. 2.

Dæmones etiam ſigno crucis, & omnia eorum ludibria ſuperaſſe Gregorium Nerceſarienſem, legitur in eius vita. Item D. Antonium apud Athanaſium in eius vita: apud Hierony. in vita Pauli. Hilarionem, vt ſcribit idem D. Hierony. in eius vita: Ioſephum confeſſorẽ teſte Epiphanio lib. 1. tomi 2. hereſ. 30. Marcellum Appianenſem teſte Theodoreto lib. 5. c. 21. vtrúmque Macarium, apud Palladium in eius vita Martinum, apud Sulpitium in eius vita: Iudæum etiam nondum adhuc in Chriſto renatum, vt ait Gregorius lib. 3. dialogo capite 7.

D. Ambroſius de obitu Theodoſij dicit crucem vexillum diuinũ ad remedium peccatorum, ſacramentum ſalutis. Et Prudentius cathinerinon hymnos crucem omne crimen pellere. Ephreni verò libro de pœnitentia, inſuperabilem Chriſtianorum armaturam. Nec vllum ſacramentum ſine crucis ſigno perfici, tradit D. Auguſtinus tractatu 118. in 19. capite Iohannis. ſic adhibetur in frontibus baptizatorum, in oleo quo chriſmate vnguntur, idipſum ait Dionyſius Areopagita[b], prima eccleſia aduerſus venena, feras, beſtias, & cętera pericula, hac crucis armatura vtebatur, quę cum oratione coniuncta omnes terrores ſuperabat. Origenes libro tertio in Iob.

*b de eccleſiaſtica hierarchia c. 5. & 6.*

Sicut ſcribit in Gordio, Baſilius Magnus, primæ eccleſiæ



eccleſiæ martyres ſupplicio afficiendi ad hæc arma confugiebant, Cyrillus Alexan. lib 16. contra Iuliam dixit, lignum crucis nos inducere ad recordationem omnis virtutis, & nos crucem facere pretioſi ligni, in memoriam omnis boni.

Diuus Ambroſius tomo 3. ſermone 56. æquiparat crucem malo nauis, vt ſicut nauis ſine malo ſtare non poteſt, ita nec eccleſia ſine cruce. Rurſum ſermone 55. æquiparat crucem malo nauis cui ſe alligari iuſsit Vlyſſes, ne audiret voces Sirenæ, quæ cogebat nautas ad ſe declamare, & in mare ſe proiicere: atque ideo ait ſaluatum fuiſſe latronem in cruce alligatum, Lucæ 23. & ſerpens dicitur alligatus cruci inſpicientes ſaluaſſe. Num. 21. cui figuræ Diuus Iohannes cap. 3. accommodat Chriſti crucem, ibi, *ſicut exaltauit Moſes ſerpentem in deſerto, ita oportet exaltari filium hominis. Poſt crucis aduentum omnis ſimulachrorum cultus ſubmotus eſt, & ideo omnia dæmonum præſtigia ea propellantur. Solus autem Chriſtus in veneratione eſt, & per eum pater eius agnoſcitur & obtrectatores pudefiunt, & obloquentium mentibus quotidie lactanter ſuum dogma inſinuat.* &c. quæ tradit Athanaſius Alexandrinus oratione contra idola.

Martialis quoque ad Burdegalenſes epiſtola, crucem Domini in quem credidiſtis Deum verum & Dei filium, ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete, & in hoc ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis &c. Et Athanaſius lib. de diuerſis quæſtionibus quæſtione decimaſexta. *crucis lignum non adoramus, quia nec lanceam vel ſpongiam vel reliqua veneramur, ſed memoriam.* & quæſtione decimaquinta. Quia Chriſtus vicit dæmonem in cruce, ideo dæmones videntes crucem, terrentur, fugiunt, & euaneſcunt, non ſecus quàm ſerui videntes lora & flagella quibus domantur, quorum metu maiora audire prohibentur. quemadmodum Polyænus lib. 7. ſtratagemâton. refert Scytarum ſeruos occurrentes militari acie inſtructa dominis à bello Dietino in propria redeuntibus, non armis aut gladiis, ſed protenſis flagellis obuiam ſeruis factos, & impetum facientes, illos conſcientia ſeruitutis ſtimulatos in fugam vertiſſe.

Sic præſente Chriſtiano ante tempora Conſtantini magni cui frons cruce ſignata erat, dæmon non poſſe ſe eo præſente imperatorii reſpondere teſtatus eſt, vt ſcribit Lactãtius libro 4. Inſtitutio. c. 7.

Baſilius magnus libro de ſpiritu ſancto c. 27. inter Apoſtolicas refert traditiones, crucis ſignum, *vt enim* inquit, *quod primum & communiſsimum eſt mentionem faciam: ſigno crucis ſignare eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignare quis ſcripto docuit?* Et Clemens Roma. epiſtola 3. & 4. ſignandi & vngendi chriſmate vſum, commemorat.

Tertulia. lib. de corona militum, ſcribit fideles antiquos ſæpe frõti impreſsiſſe ſignum crucis.

Hieronymus monet Demetriadem, crucem imponere fronti, ne malus angelus Ægypti locum in ea inueniret.

Memorabile & quod Nicephorus Calix. ſcribit Macedonum in Gangra Epiſcopum, occiſum à percuſſoribus ab Anaſtaſio Cæſare ſubmiſsis, iam mortuum & iacentem ſe ipſum ſua manu ſignaculo crucis conſignaſſe.

5 Sed quia de omnibus, quæ de preſtantia, vi, efficatia cauſa-
que venerationis ſanctæ crucis traduntur in tam breui compendio
agere impoſsibile eſt, referam tãtum ſigni venerabilis quędam mi-
racula, & principum ſolicitudinem in publicanda eius frequentia &
laude. Diuus Auguſtinus ſermo. 181. c. 3. per ſignum crucis conſecrari
corpus Dominicũ, ſanctificari fontes babtiſmatis, initiari presbyte-
ros omnia ſanctificari ſcribit. idipsũ & Chryſoſtomus Omilia, quod
Chriſtus ſit Deus. fertur & idem Chryſoſtomus in via, quam hor-
rendus Leo magna cum hominum ſtrage frequentabat, crucem po-
ni iuſsiſſe, & poſtridie ad eam mortuum Leonem repertum fuiſſe,
vt ſcribit Gregorius patriarcha Alexandrinus in eius vita.

Donatus epiſcopus ſigno crucis, immanẽ & horrendũ draconem
occidit. Sozom. lib. 7. c. 25.

Athanaſius. li. de humanitate verbi, ſcribit olim dæmones fefel-
liſſe viatores in ſiluis, itineribus, & iuxta fontes & montes, nunc ve-
ro depulſi idololatria ſigno crucis illorũ illuſiões deſtrui. hodie etiã
prophana loca, fixione crucis expiantur & ſanctificantur, antequam
ędes ſacræ ibi ædificentur. vt habetur in nouellis Iuſtinia. 5. c. 1. & 67.
c. 1. & 131. c. 7. & in 2. lib. iuris Orientalis collecti per Bonefidium,
in conſtitutione Germani epiſcopi Cõſtantinopolitani cõtra metra-
politanum Naupracti. Fit ſæpe relatio crucifixionis, vt probetur
ad eius iuriſdictionem pertinere monaſterium, cuius crux fixa vel à
quo fixa fuit. Eugenius cõfeſſor Carthaginẽſis, Frelici cuidã Creco,
quem tota ciuitas cognouerat occulis eius vexillo crucis conſigna-
tis, viſũ mirabiliter reddidit. Victor Vticẽſis de perſecutio. vãdalica.

Mater Macrinæ ſororis Baſilij, tumorem pectoris in ea, hoc ſi-
gno diſpulit. Gregorius Nicenus in vita Macrinæ.]

Paulinus in vita Fœlicis, Natali 8. & 10. crucis inuictæ ſignũ, no-
ſtram eſſe munitionem nec dixit modo, ſed ipſa re oſtendit, cũ, cru-
ce ſola oppoſita, ignem qui lõge lateque graſſabatur, quẽ nulla aqua
extinguere potuit, obruerit.

Lactantius lib. 4. inſtitutionum c. 26. & 27. ſcribit, non poſſe
Sathanam diuexare eos qui habẽt impreſſam fronti crucem, & Chri-
ſtianos vſos hac ceremonia ad depellendos dæmones & ad curan-
dos ægros.

Iulianus Boſtrienſis epiſcopus, calicem ter digito ſignans, vene-
num ſine noxa bibit. Sophronius Hieroſolymita. epiſcopus, li. de cã-
po ſpiritali. c. 94. Hilariõ immanẽ maris tempeſtatem, ſigno crucis
cœrcuit, Hierony. in eius vita refert Auguſtinus vt rem ſibi notiſsi-
mã, mulierem ſigno crucis à medicis deſperatam, à cãcro liberatã.

Cũ Armogaſtis Martyris frontem, (in qua vexillũ ſuę crucis Chri
ſtus fixerat Arriani ita deuĩcirẽt ac cõſtrigerent, vt eam vaſtis quibuſ
dã rugis, quaſi terrã ſulco altius ĩpreſso exaratam, hiulcã rediddiſſẽt
repẽte eo in cœlũ ſuſpiciente. vincula illa ĩiecta quaſi ab altero Sãp-
ſone rupta ſunt, in nouo orbe ab Aluaco inuẽto, an. 1500. Inſula quę
braſiliũ fert dicta ſanctę crucis affixa cruce & dedicata in ſũmitate
arboris, ad radices cuius iuſsit miſſã dici, vnde & poſtea ciuitas à Cor
teſio ędificata dicta ſãctę crucis. Fuerũt autẽ ex prędicta arbore alię
cruces ſumptæ quæ per vniuerſam inſulam dęmonia pellebant,



Scribit & Bernardus Breĩden Bachius de obſidione Rhodica à Tur-
cis, cui interfuit, ſub ſexto 4. à qua ciuitas ſupra omnem ſpem erep-
ta eſt, crucem auream in aere hoſtibus Turcis apparuiſſe, maxi-
moſque terrores eis incuſſiſſe.

Luſitanorum & fœlix in Æthiopiam appulſio, ad crucem refertur
apparentem mane rebus omnibus illis deſperatis, cum ad aliquem
partum nãmq; eam qua crux apparuit ſecuti, exitum rerum accepe-
runt fœlicem, cùm antea domum redire, re infecta ſtatuiſſent, vt
ſcribit Damianus à Goes: Rex enim Ætiopiæ ad quem appulerunt,
& qui quadraginta aliis regibus pręeſt, crucis obſeruandus mirificè
eos amplexus eſt

Oſuualdus Angliæ rex, pugnaturus contra infandum Britonum
ducem, immenſis copiis inſtrutum: crucem eminentem erexit, vi-
ctorque euaſit eiuſque crucis poſtea aſſule, morbis abigendis ſa-
lutares fuerunt teſte Beda libro tertio. hiſtoriæ Anglicane c. 2.

Euphemiæ martyri carcere clauſæ hoc ſignum quod tam fre-
quenter à Chtiſtianus adoratur & formatur, apparuit. Grego. Ni-
cen. in ſynodo 2. actu 4. ex quo alacrior ad martiryum facta.

Fatentur vel aduerſarij crucis, centuriatores, Magdeburgenſes
Lutheri dogmate infecti dæmones Criſti crucem abominatos fu-
giſſe, centuria 4. c. 13. & cęnturia 15. fatetur & hanc ſigni crucis
virtutem Ludouicus Lauaterius, Miniſter ſynagoge Zuricenſis,
libro tertio de apparitione. ſpirituum capite 9.

Celebre illud qiod de Theodoſio refert Nicephor Calixti libro
duodecimo capite 39. Cum enim ordinum duces exercitus Theo-
doſij contra Eugenium Ethincum Tyrannum, qui vſurpauerat oc-
ciſo Valentiniano iuniore imperium occidentis, paucitatem ſoci-
orum cauſarentur & expeditionem diſſuaderent, reſpondit Impe-
rator minimè tantam tribuendam eſſe imbecillitatem crucis om-
nipotenti armaturæ, quę ex aduerſo Herculis imagini oppoſita eſſet:
exercitui meo, inquit, crux præit, illius autem copias Hercules du-
cit: & hæc verba prolocutus iter ingreſſus eſt & precibus ed Deum
fuſis, Eugenium vicit.

6 Propter diuerſas apparitiones crucis, obq; ſanctitatẽ & vtilita-
tem paſſionis Chriſti, & crucis etiam ſignum ab imperatoribus vt
decuit etiam, conſecratum publicis nomunumtis fuit. Nequè repe-
tam quod aliàs dixi, de Conſtantino Magno, quæ hauries ex noſtro
ſyntagmate: ſed addo alia quæ occurrerunt exempla.

Archadius imperator, auream monetam cruce inſigniendam cu-
rauit, nqæ in vſu poſtea totius Aſiæ permanſit. quod ante victori-
am de Perſis aereæ cruces in veſtibus apparuiſſent, vt refert Proſ-
per de diuinis perdectio. & permiſſionibus parte 3. promiſſione 34.
de Martyribus. Atque deinceps idem Archadius pro inſignibus &
in maximum pręmium dedit crucem albam, in rubro campo, Meſſa-
ne illuſtri ciuitati Siciliæ, quod à Gothis & Bulgaris mari terraue
obſeſſus auxilium ab ea acceptum recepiſſet vt ſcribit Thomas Fa-
ſcellus, libro ſecundo de rebus Sciulis prioris decadis capite 2. Sunt
& hodie ferè omnes principũ monetę aliqua ex parte cruce inſignitę

7 Vetuit Theodoſius Imperator, ne ſignum crucis humi ſculpatur, vel pingatur.[a] Idem & ſtatuit Pius 4. Pontifex Maximus,[b] quod tamen in deſſuetudinem abiit. Leo verò Cæſar,[c] prohibuit in ædes publicas, vel populi voluptatibus deſtinatas, venerabilem crucem, vel reliquias martyrũ illicitè inferre: puto autẽ ibi agi de ligno ſancto crucis Chriſti, nam de alio ſigno crucis dummodo non prophanetur, permiſſum eſſe vbique ponere non dubito: vt in memoriam Chriſti beneficia, & acerbiſsimam paſsionem eius pro nobis ſubitam nobis ſuggerat, nóſque à malis peccatíſque peragendis reuocet, & in fide perpetuò nos contineat.

*a lib. 1. c. ti. 8.*
*b can. 73. ſex. ſynodi.*
*c in l. decernimus. 26. de epiſcopis & cleri. C.*

Quare & Carolus Magnus, Saxonibus deuictis, & ad fidem vocatis poſt duodecim epiſcopatus eiectos, ſublatis idolis, iuſsit & in modum crucis pinſi panes, vt crucis myſteriũ eſſet magis cognitum, illúdque ſignũ in agrorum triuiis ædificari, anno Domini 796.[d] Eadémque ratione Cæſares voluerunt, vt ſignũ crucis inſtrumẽto appoſitum per cõtrahentes, perinde confirmarent placita, vt cõuenta expreſſa, & pro fide & ſubſcriptione haberetur[e].

8 At in contemptũ religionis ſignũ hoc venerabile ex quacunque cauſa, aut prætextu profanare, aut riſui exponere prohibitum eſt ſub grauiſsimis pœnis à Theodoſio & Honorio, etiã Iudæis qui in feſtiuitate quadã ſua, in cõtemptũ ſuſpenſi Amã, crucẽ ridebant[f]. Sicut & ex generali cõſilio Lugdunẽſi Gregor. 10. diſtrictius prohibuit, deteſtabilẽ abuſum horrẽdæ indeuotionis illorum, qui crucis, beatę Mariæ virginis, aliorúmque ſanctorũ imagines, ſeu ſtatuas, irreuerẽti auſu tractãtes, eas in aggrauationẽ ceſſationis indictæ officiorũ diuinorũ, proſternebãt in terrã, vrticis, ſpiníſque ſupponẽtes, iubétque id facientes, graui & exemplari pœna puniri.

*d vt narrat Henrichus Pãtaleon in proſopographia virorum Heroum. 1. parte in Harmiaro primo præſule Paderbergenſi.*
*e in Nouella Leonis 72. tit. vt pacta etiã non conſtitu[t]a pœna. valeãt. & Nouella Iuſtiniani 90. de teſtib. l. fin. §. ſin autẽ dubius C. de iure delibe. lib. 6 ti. 30.*
*f in l. Iudæos quoſdam. xj. de Iudæ[is]. C.*
*g in §. fin. de officio ordina. in ſex.*

*De aliis quibuſdam imaginibus, quæ naturali quadam vi ex aliis corporibus efformantur, vel arte, viua quædam imitantur*

## CAPVT XVII.

SEd quia egimus de imaginibus & ſignis, quæ aliud ſignificant, nõ erit prætermittenda narratio quarundam veluti naturalium imaginum quæ ex ſuis corporibus naturaliter formantur, vel ita arte apparantur, vt ſpeciem quandam actionis vitalis referre videantur. vel nobis incognitam cauſam referunt, vnde, à quo, & quorſum appareant, vt phantaſmata, ſpectra, & id genus ſimilia. Naturalia quædam ſimulachra à rebus emitti docuit Lucretius, his verbis libro 4.

*Dico igitur rerum effigies, tenuéſque figuras,*
*Mittier ab rebus ſummo de cortice earum:*
*Quæ quaſi membrana vel cortex nominitanda eſt*
*Quod ſpeciem ac formam ſimilem gerit eius imago.*
*Cuiuſcunque eluet de corpore fuſa vagari.*

Eamque propoſitionẽ pluribus firmat rationibus, vt primum ex rebus



ex quibus frumen, veluti commixtionis diſſipatam dicit imaginem: item vapores, 2. quod quædam magis contextam ex Summo corpore mittant, in cinem, vt olim.

*Cùm veteres ponunt tunicas æſtate cicade,*
*Et vituli cum membranas de corpore ſummo*
*Naſcentes mittunt: & item cum lubrica ſerpens*
*Exuit in ſpinis veſtem. &c.*
*Quæ quoniam fiunt, tenuis quoque delet imago*
*Ab rebus multi ſummo de corpore rerum &c.*

Quia non eſt ratio cur illa potiùs quàm iſta minuta cadãt è corpore,

*Præſertim cùm ſint in ſummis corpora rebus*
*Multa minuta, quæ iaci ordine eodem*
*Quo fuerint, & conſimilem ſeruare figuram*
*Et multo citius, quanto minus indupediri*
*Pauca queunt, & ſunt in prima fronte locata.*

Tertium id docet à coloribus velorum theatralium, quæ rufa lutea, ferruginea, in ſummis theatris poſita, tales reddunt colores inferioribus.

*Ergo* inquit, *Lintea de ſummo ſeu corpore, fucum*
*Mittunt. effigies quoque debent mittere tenues*
*Res quæque, ex ſummo quoniam iaculantur vtráque.*
4. *Poſtremo in ſpeculis, in aqua ſplendoréque in omni*
*Quæcumque apparent nobis ſimulachra: neceſſe eſt,*
*Quandoquidem ſimili ſpecie ſunt prædita rerum,*
*Eſſe in maginibus miſsis conſiſtere eorum.*

Nam præſentibus tantum corporibus ab iis mittuntur, abſentibus ceſſant. 5. Docet ſumpta ratione à primordio rerum: in ſemine namq; cuiuſcumque rei, tam tenuis eſt imago vt oculis & ſenſu comprehendi nequeat.

*Primum animalia iam partim tantula, eorum*
*Tertia pars nulla vt poſsit ratione videri:*
*Horum inteſtinum quoduis quale eſſe putandum eſt?*
*Quid? cordis globus, aut oculi: quid membra, quid artus*
*Quantula fuit! Quid præterea primordia quæque*
*Vnde anima, atque animi conſtet natura, neceſſum eſt,*
*Nonne vides quàm ſint ſubtilia quamque minuta.*

6 Probat à plantis odoriferis, in quibus odor vt ex putidis fœtor, tãquam tenue ſimulachrum clam ſe ſenſibus ſuggerit & vagatur,

7 Docet à ſimulachris rerum terreſtrium, quæ in aere vagantur & ſponte ſua gignuntur quæ multis ſeruata modis in cœlo feruntur.

*Nam ſæpe gigantum*
*Ora volare videntur & vmbram ducere late:*
*Interdum magni montes auolſáque ſaxa*
*Montibus anteire: & ſolem ſuccedere præter.*
*Inde alios trahere, atque inducere bellua nimbos.*

vt enim luce media in ſpeculo apparent mota à corporibus ſimulachra, ſic & in cœlo ea è ſubiectis corporibus mittuntur, & quia mouetur aer ſic & ſimulachra miſſa diſsipantur, & facile mutant diſſipatione & diuiſione formas dum incidunt in ſaxa & montes.

Ego certè vidi alias,& plures ſunt qui aliquoties in agris, & ciuitatibus apud nos Tectoſages ſeu Tholoſanos viderunt, in cœlo ſpecies & imagines venatorum perſequentium in aere lepores, & alia animalia, vocamus apud nos venationem regis Arturi Britannici, quas quidam referunt ad pœnam diuinitus vt aiunt regi impoſitam poſt mortem: quia viuendo tempore etiam feſtorum, dum miſſa celebraretur, venationi vacaret. Refert & Alexander ab Alexandro. li. 3. genial. ca. 15. paulò antequam Bizantium à Turcis cum magna Chriſtianorum clade expugnaretur apud Comum Superioris Galliæ vrbem, vrgente ad occaſum die, compertum fuiſſe & viſum, ingentem canum multitudinem per aera ferri: póſtque diuerſorum pecorum armenta,& ſpecies peditum, primò leuis armaturæ, deinde haſtatos, ſcutatóſque ſubſequi, equitéſque in turmas diuiſos, ingenti inſtructa acie perſequutos, horis fermè tribus, imaginem aduentantis exercitus præbuiſſe: demum corpore procero immanē & formidabilem hominem ſupra quàm dici poſsit, veluti exercitus ductorem terribili equo inſidentem proceſsiſſe: aliáque ludibria oculorum per inane apparuiſſe, ingentium malorum prænuntia, donec nocte apparente viſio illa dilapſa eſt.

Vt autem ſimulachra in aerem miſſa, vbi incidunt in ſaxa & mōtes, & ventorum agitatione diſsipantur: ſic contra in planis & aere tranquillo multiplicantur in veluti cum pluribus ſpeculis vna, & eadem imago multiplicatur.

Probat autem ſimulachra corporum poſſe in aerem quædam tolli altius, quædam proximius à corporibus quibus mittuntur, argumentum à voce quæ paulatim diffunditur in aerem vel longius, vel proximè, prout eſt acuta vel grauis, & pro diſpoſitione aeris. Sunt & ſimulachra ſuperiorum corporum in aquis & lucidis, & politis corporibus, apparentia & tranſmiſſa in puncto, vt in aqua & ſpeculis apparent figuræ Solis, Lunæ, Stellarum, & aliorum obiectorum.

2 Sciunt amantes per proximitatem corporum aſpectum intenſum, oculos admotos, ſpectra ſeu imagines, imò paſsionum qualitates transfundunt, vt non immeritò dictum ſit,

*Auerte oculos meos ne videant ſanitatem.* Pſal. 118. ver. 36,

*Dum ſpectant læſos oculi, læduntur, & ipſi,*
*Multáque corporibus tranſitione nocent.*
*In loca nonnunquam ſiccis arentia glebis:*
*De propè currenti flumine manat aqua.*
*Manat amor tectus, ſi non ab amante recedas,*
*Turbáque in hoc omnes ingenioſa ſumus. &c.*[a]

His addere poſſumus vmbras, quæ quanuis videantur quaſdam rationes admittere, admittentibus principia phyſica per interpoſitionem corporis & lucis, tamen ſi ad plenam diſquiſitionem deducantur, mirabilem illam fluxionem corporum retinent: nam ſimulachra vmbrarū parē habēt cū corporibus ſemper aliquā proportionē geometricā. Accidit ſæpe temporibus, quibus exhalationes è terra manant, ex cadaueribus nuper infoſsis, & non profundè ſepultis, excitari vapores iuxta corporum magnitudinem, à quibus emittuntur

a *Ouid. 2. de reme. amor.*



emittuntur æqualiter, qui conſtituant ſimulachra ſeu ſpectra, mortuorum referentia quandam imaginem, quę plures cauſam ignorantes plerumque terret, & ita ſæpe in cœmiteriis vmbræ tales & ſpectra noctu apparent.

3 Hic non poſſum ſine aliqua reprehenſione curioſorum, præterire quæ de imaginibus Dei, inquiruntur cur poſsint recipi cum Deus ſit ſpiritus inquantum Deus[a], & ſpiritus carnem & oſſa non habeant[b]. Neque aliquid corporale quo ſenſibus poſsint per ſtatuas aut picturas offerri. Quod & Perſæ ſibi perſuadebant[c], qui non erigebant templa, aras, aut imagines Deo, & eos qui hæc faciebant accuſabant inſaniæ facit quod ait D. Iohann. 1. epiſt. cap. 4. verſ. 12. *Deum nemo vidit vnquam.* Et cum Moſes dixiſſet Deo[d], *Oſtende mihi gloriam tuam,* reſpondit, *non potes videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet.* Et poſtea[e], *videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.*

Et Deuteron.[f] Deus ait, *per Moſem locutus eſt Dominus de medio ignis vocem verborum eius audiuiſtis, & formam penitus non vidiſtis.* Et verſ. 15. *Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus vobis Dominus in Horeb, de medio ignis. Ne fortè decepti, faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſculi vel fœminæ: Similitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, &c.* Diuus etiam Paulus[g]. *Qui ſolus* (ſcilicet Deus) *habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem: Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium in ſempiternum amen.* Rabini quoque dicunt, שבשעת מיתת אדם לאח אדם שבינה זמיד מת ואינו חי יותר. Id eſt quod in hora mortis videt homo Deum, & illico moritur: de quo plura apud Authorem Nizahon ſuper pentateuchum. Idipſum poſſet obiici de Angelis bonis & malis, qui ſpiritus ſunt nec propriam habent corporalem ſenſibus expoſitam figuram.

a *Iohan. euāg. cap. 4. verſ. 24. & Paul. 2. ad Corint. 3. verſ. 17.*
b *Luc. ca. 24. verſ. 39.*
c *vt refert Herodot. in Clio.*
d *Exod. c. 33. verſ. 20.*
e *verſ. & 23.*
f *c. 4. verſ. 12.*
g *1. ad Timoth. 6. verſ. 16.*

4 In contrarium autem legimus Deum apparuiſſe & angelos, atque ita Eſaias ait, ſe vidiſſe Dominum[h]. Apparuit & Dominus in conualle Mambre Abrahæ ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in feruore diei, in figura trium virorum, & eum adorauit & hoſpitio recepit[i]. Sic Iacob vidit Dominum innixum ſcalę quæ tangebat à terra cœlum[k]. Et rurſum ait ſe vidiſſe Dominum facie ad faciem, in forma inquam angeli cum quo pugnauit, & ſaluam factam fuiſſe animam eius[l]. Apparuit & Deus in flamma in rubo[m]. Aſcenderúntque Moyſes & Aaron Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini & quaſi cœlum cùm ſerenum eſt. Nec ſuper eos qui procul receſſerant ex filiis Iſrael, miſit manum ſuam: viderúntque Deum, & comederunt & biberunt[n].

Sic Micheas propheta[o] ait, *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cœli aſsiſtentē ei à dextris & à ſiniſtris, &c.*

Apud Danielem cap. 4. apparuit Deus in fornace ſpecie aliqua viſibili, cum Anania Miſaele & Azaria ſociis Danielis in fornacem candentem proiectis, ibi enim dicitur quod forma quarti erat ſimilis filio Dei.

h *Eſaiæ ca. 6.*
i *Geneſ. c. 18. verſ. 1. & 2.*
k *Geneſ. 28. verſ. 13.*
l *Geneſ. 32. verſ. 30.*
m *Exod. 3.*
n *Exod. cap. 24. verſ. 1. & ſequent.*
o *in lib. 3. Regum cap. 22. verſ. 19.*

*a tomo 1. in illa verba aſtitit regina, contra Eutropiū.*

5 Quibus ſimilia poſsint coniungi. verū D. Chriſoſtomus [a] diſtinguit. *Deus*, inquit, *cum ſe videndum exhibet non quidem nuda eſſentia ſe præbet conſpicuum, nemo enim vidit Deum ſecundùm id quod eſt. Condeſcentione quidem Cherubim agmina intremiſcebant: condeſcenſione ſeu demiſsione, montes quoque fumigant: condeſcentione quoque mare exſiccabatur, quin etiam ſolum ipſum commouetur, niſi enim ipſo condeſcendente ſe demiſiſſet quis ferre poterat? Non itaque conſpicitur numen illud quod eſt, ſed quod poteſt id, is cui ſe exhibet, conſpicuum.* Quare aliquando is vt velis, *& qui inuocauerit apparet*, aliquando vt iuuenis, aliquando in igne, *rurſum ſub ſpecie leuis auræ, aut in aqua, quandoque armis conſpicuus: non quidem mutans eſſentiam, ſed pro varietate ſubiectorum, figuram ſui mutans viſibilem. Sane quoties voluit de ſe pronunciare, humanis vſus eſt ſimilitudinibus. Huiuſmodi eſt quod dico, aſcendit in montem & transfiguratus eſt ante eos, & veſtimenta facta ſunt alba ſicut nix, &c.*

Rurſum idem Chryſoſtomus enarratione in illud cap. 6. Iſaiæ. *Vidi Dominum vidi*, inquit Eſaias, *Dominum: hoc non obeſt ei quod dicit Chriſtus, nemo Deum vidit vnquam. Nam Chriſtus de abſoluta Dei viſione loquitur, quam nemo nouit aut vidit. Nudam enim maieſtatem eſſentiámque modis omnibus ſynceram, nemo exactè perſpexit præter vnigenitum. Propheta vero teſtatur ſe vidiſſe, quatenus eam videre poterat. Quod enim eſt Deus, is nequaquam videri potuit, ſed velamine quodam & inuolucro decenti opertum contemplatus eſt, & eatenus ſe demittentem, quatenus infirmitas contemplantes poterat eo vſque aſſurgere ſpiritali aſcenſu. Et quod non viderit maieſtatem nudam, apparet ex eo quod ait, vidi dominum ſedentem, Deus enim non ſedet quia huiuſmodi habitus eſt corporum, &c.* & ibi plura refert de figuris, quibus ſe videndum demonſtrat Deus. Atque inuiſibilem maieſtatem & incomprehenſibilem etiam angelis, docet Homil. 2. in illud cap. 6. Eſaiæ.

6 Dei etiam viſio duplex eſt, vel ſine velamine, vel cum velamine: ſine velamine videtur in patria: cum velamine, ſcilicet in nobiliſsimis ſuis effectibus, in gratiis theophaniarum, quæ ſunt expreſſæ ſimilitudines bonitatis diuinæ, & ita ſecundo modo non primo vidit Deum Moyſes, loquens cum eo facie ad faciem. Exodi 3. ſecundum expoſitionem Alberti Magni quam ſequitur Dionyſius Carthuſianus vterque ad myſticam Theologiam S. Dionyſij Areopagitę & Diuus Thomas late ſuper 4. ſentent. Et idem Albertus ad librum Areopag. de diuinis nominibus, *Dicimus*, inquit, *ſubſtantiam Dei, Quia eſt, omnes beati videbunt. Quid autem ſit, nullus creatus intellectus videre poterit.* Dionyſius vero Carthuſianus enarratione myſticæ Theologiæ poſt cap. 5. ait, *Intellectum creatum poſt mortem corporis viſurum Deum quid ſit, pro præmio.* Et citat 1. ad Corinth. cap. 13. *Nunc videmus in ſpeculo, tunc autem facie ad faciem: nunc cognoſco ex parte, tunc ſicut cognitus ſum.* Et 1. Iohan. 3. *Videbitis eum ſicuti eſt.* vt & quod Numerorum 12. dicitur de Moſe & Deo, *ore ad os ei loquor.* Et quod D. Auguſtinus ait lib. de vidēdo Deum, dū probat Moſem adhuc



adhuc in carne exiſtentem vidiſſe Dei immortalem eſſentiam, *nec obſtat*, inquit, *quod ei in Exodo dicitur, faciem meam videre non poteris non enim videbit me homo et viuet: quia quod ibi negatur negatum, fuit conceſſum in Numeris.*

Et Athanaſius in oratione contra idola, Sufficere ait animæ puritatem vt Deum ſpeculetur vnde dicitur, *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* Verùm in libro quarto contra Arrianos ait, fuiſſe angelum qui apparuerit Moſi per quem Deus loquebatur ad Moſem, & illum qui ſentiebatur oculis, eſſe angelum, loquentem autem Deum. Rurſum in diuerſis quæſtionibus quæſt. 12. *Dei eſsentiam* inquit, *nullis vidit vllus, pro humana verò infirmitate Deus aſſumpta forma, ſua maieſtate longe inferiori, prophetis apparuit: & manifeſto conſtat, quod non eſſentiam ſed gloriam Dei viderint quemadmodum de nudis animabus & angelis ſentiendum eſt. Sola vero Deipara virgo eſſentiam Gabrielis archangeli vt eſt, contemplata.* Eſt dehinc quæſtio 23. poſteriora Dei viſa à Moſe, interpretatur creaturas, & incarnationem filij.

Ego certè exiſtimo, neminem mortalium neque ipſos angelos poſſe comprehendere Dei eſſentiam, & conſequenter non poſſe ei ſimilitudinem propriam aliquam effingere per omnia ei ſimilem: videri tamen à beatis eſſentiam ſed non comprehendi: apparitiones autem, ſiue per medios angelos vel alio modo hominibus, prophetis & puris animabus inſinuatas, fuiſſe ex arbitrio Dei factas, ſufficientes quidem ad ſignificandum voluntatem Dei, vel ad eam gratiæ participationem qua dignatus eſt homines, inſinuandam: ſed non vero plenam & circumſcriptam omnibus ſuis numeris: quia eius capax creatura non eſt, vt neque finiti ad infinitum eſt vlla proportio, niſi quantum Deus largitur & concedit.

7 Eadem dicenda ſunt de angelorum corporibus & apparitionibus, quæ ex voluntate Dei aſſumpta ſunt conuenientia humanæ infirmitati & eius intellectui, cum non niſi definita definite loqui poſsint.

Et proinde iam Dei patris imago, in quo antiquus dierum dicitur & depingitur, non quæ ſit eſſentia eius explicat, ſed illud ſolum quod repreſentat, tantùm antiquitatem inquam vt ante tempora eſſe, & fuiſſe & ſempiternum intelligas. Dominum autem Ieſum Chriſtum quia pro nobis carnem humanámque formam dignatus eſt ſumere, eius quoque imaginem talem qualis apparuit inter homines natus & conuerſatus viſus eſt diximus formari, ſicut de Spiritu Sancto, & forma columbæ, & ignis linguæ, imaginem recipimus, quia ita apparuit vt nobis quandam vim ſingularem ex ſua vniuerſali natura inſinuare vt antea docuimus.

8 At reprobata ſententia Antropomorphitarum qui anno nogenteſimo quadrageſimo nono ſub Berengario imperatore & Agapeto Papa, in citrapadnana prouincia cœpit, qui ſimplicitate ruſtica membra ineſſe verò Deo putabant corporalia, quæ à ſacra pagina illi attribuuntur[a], contra quos ſcripſit Theophilus Alexandrinus. *a cap. quidā autem hæretici. 24 q. 3.*

Plinius etiam libro ſecundo naturalis hiſtorię capite ſeptimo, *Effigiem inquit Dei formámque quærere, imbecillitatis humanæ reor, &c.*

Sic laudantur Perſæ & Romani qui aliquando ſimulachrum Dei reiecerunt eó quòd diuinitas nulla poſſet imagine exprimi, vt refert Herodotus[b]. Sicuti nec in Germania fuiſſe Dei ſimulachra tradit Vvithichindus libro de geſtis Saxonum, antequam reciperent chriſtianiſmum quanquam in aliis fuiſſent prædicti reprehenſibiles, quod Dei veri loco plures deos alios colerent & vilia etiam animalia, vt oues, boues, & ſimilia, & aquas, colles, ſolem, lunam, ſtellas, &c. Porro Chriſtus quia vere & homo fuit, in forma humana pingitur.

*b in 1. Strabo lib. 15. Plutarchus in vita Numæ, Agatius lib. 1. hiſtoriarum, & Cyrillus li. 6. contra Iulianũ Euſebius lib. 6. de præparatio euangel.*

9. Sunt alia ſimulachra artificioſa, vel arte ſupernaturali vel naturali ſeu phyſica compoſita, quæ quippiam vitæ & mirabilis efficaciæ nobis inſinuent effectus.

Sunt enim quidam, qui aſſerant, certis conſtellationibus vel temporibus coniunctionum ſyderum obſeruatis, imagines conſtructas formatas ad morbos, ad odia, ad amicitias, ad ſalutem, & ad alia quędam valere: certis metallis lapidibus gemmíſve inſculptas vel formatas.

Refert Zohar, Labanum habuiſſe duas imagunculas quas furata eſt Rebecca filia[c] Theraphim denominatas, per quas Laban omnium orientalium magorum celeberrimus diuinabat, ligabat, & offendebat hoſtes.

*c Geneſ. 31.*

Refert Plutarchus in vita Syllæ. Syllam cùm quandam Appollinis imagunculam è Delphis nactus eſſet, eam inter præliandum, ſinu ſemper detuliſſe, háncque in periculis inuocaſſe exoſculatam.

Laminas & imagines maleficorum multa prodig os è operari neme ignorat, ſed id non alia ratione quam ex operatione dæmonis, ex pacto tacitè vel expreſſè cum illo inito.

Inducit Lucianus in philopſeu. Eucratem narrantem, fuiſſe quandam apud ſe Pelichi ſtatuam, è qua eum aliquid ſeruus quippiam abſtuliſſet, nec poſſet egredi, in eo loco deprehẽſus ſit, ἐπ' αὐτῷ φώρῳ.

Narrat Ariſtoteles[d], fuiſſe Dedali & Vulcani Tripodes, quos inquit poeta ſponte ſua diuinum prodiiſſe in certamen.

*d lib. 1. Politicorum c. 3.*

10 At ſimulachra illa non ita difficilia cognitu ſunt ac illa, quæ cauſam nobis occultam habent & raro aut diuinitus accidunt, quæ non ſine aliquo calamitatis prodigio aut præſagio contingunt. Quo anno Hannibal Hetruriam inuaſit, & Romani ad Thraſimenum lacum victi ſunt, Romæ & Capuæ nauium ſpecies in cœlo viſæ ſunt, cum aliis prodigiis vt ſcribit Iulius obſequens de prodigiis cap. 31. Et rurſum cap. 34. circa aram Adriæ in cœlo viſas fuiſſe ſpecies hominum cum candida veſte, & legiones armatas in ianiculo, quæ tamen mox cum concurſum eſt euanuerunt. Quo anno Hannibal à Nolæ expugnatione prohibitus. Item cap. 35. anno quo Siphax Numidarum rex à Maſsiniſſa victus eſt. Nauium longarum ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ tamen nullæ erant, viſæ ſunt.

Per Syllana tempora, vt idem ſcribit ca. 118. inter Capuã & Vulturnum, ingens ſignorum ſonus, armorúmque horrendo clamore auditus,



auditus, ita vt viderentur duę acies cõturrere per plures dies rei miraculo intus conſiderantibus, veſtigia equorum, hominúmque & recens protritæ herbæ, & virgulta viſa, quæ molem ingentis belli portendere: ſecuta enim crudelitas Syllæ & centena millia hominum conſumpta Italico ciuilíque bello.

Quo tempore etiam reconſiliatione facta, inter Cæſarem Antonium, & Lepidum, fœda principum fuit proſcriptio, armorum telorúmque ſpecies à terra viſa ad cœlum cum fragore ferri, vt idem Obſequens refert cap. 129. & cap. 76. quo tempore Romani à Luſitanis & Gallis grauiter armis vexati ait ante Conſæ arma in cœlo volare viſa, fulmine pleraque decuſſa. Antequam per Antiochum expugnaretur crudeliter ciuitas Hieroſolymorum, contingit per vniuerſam ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas habentes ſtolas, & haſtas, quaſi cohortes armatas & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſsiones fieri cominus, &c. 2. Macabeor. capite quinto, antequam obſideretur à Tito Veſpaſiano eadem ciuitas, viſæ ibidem per cœlum concurrere acies, rutilantiáque arma. Cornel. Tacit. libro quinto hiſtoriæ. vnde quæſo iſta ſimulachra, & quis mihi ſtatuarium aur formatorem enarrare poterit? Quemadmodum quis mihi explicabit quæ ad orationem Eliſei puer eius miniſter, exercitum Syrorum vidit? cùm videt montem plenum equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſæi[a]. Sed &, vt ait Plinius libro ſecundo natura. hiſtor. cap. 57. *Armorum crepitus & tubæ ſonitus auditos è cælo Cymbricis bellis accepimus, crebróſque & prius, & poſtea. Tertio verò conſulatu Marij, ab Amerimis Tudertibus ſpectata arma cæleſtia, ab ortu occaſúque inter ſe concurrentia, pulſis quæ ab occaſu erant.* Feſulis ingens multitudo, inter ſepulchra, lugubri veſte, pallida facie, interdiu ambulare, gregatim viſa. Quo tempore per Naſicam Hiſpaniæ principes, qui rebellabant, ſupplicio conſumpti ſunt, vrbibus dirutis[b].

*a 4. Regum 6. verſ. 17.*

*b Iulius Obſequẽs de prodig. ca. 112.*

11 Erunt & aliæ ſpecies imaginum arte configuratæ, ſine ſpiritu vitali, quæ tamen imitantur actiones aliquas vitales. Simulachra νευρόβατα vel νευρόσπαστα vocantur apud Græcos, imagunculæ quæ fidiculis tractæ, vel ſaltant vel alios motus referunt, de quibus meminit Lucianus in Syria dea, quæ tamen nihil Perſę ſponte faciunt, Gellius lib. 14. ca. 1. Rabi Dauid in libro radicum in verbo תמוז thamuz, refert quod Iudæi idololatræ, faciebant imaginem cuius oculos plumbo replebant, & accenſo infernè igne plumbum liquefiebat: ſicque flere videbatur.

In mechanicis magnopere Architas Tarentinus præſtitit, ſic vt eius quoque columbam ligneam, pondiſculis quibuſdam inſtructam, mirificóque artificio fabrefactam volitaſſe ſcribant tum Phauconius & alij.

Apud Caſsiodorum libro primo variarum epiſt. 45. Legitur Boethium philoſophum ſimulachra huiuſmodi mechanicáque operatum ſubtiliter libramentis adhibitis compoſuiſſe, vt angues volantes, angues exſibilantes auiculas vocem edentes.

*De idolis & idololatria.*

## CAP. XVIII.

TRadidimus ſuperius ni fallor ſufficienter idola aliud dici quam imagines, neque prohihitione habendi vel colendi idola, contineri imagines quæ idola non ſunt, hoc eſt quæ non adorantur vt Deus: vel perinde ac ſi ipſæ imagines eſſent dij. Nunc ſupereſt, vt de illis imaginibus quæ idola dicuntur & cultæ ſunt pro diis, cum nec Deum repreſentarent verùm, nec dij eſſent, agamus. Malitia præuia, vt ait Diuus Athanaſius oratione contra idola, anteambulóque idololatriæ fuit:vt enim homines malitiam quæ nulla eſt didicerunt effingere, ita quoque Deum qui nullus erat, effigurarunt: non aliter quam, ſi quis in profundum & exſors iam lucis ac ſine conſpectu earum rerum quæ luce reteguntur, oculíſque humo vergentibus, aquáque ſupernè aciem oculorum præmente, ſola quæ in profundo ſunt proſpicit, nec præterea quicquam in rerum natura eſſe opinatur, eaque quæ aquis apparent rerum omnium potiſsima credat.

2 Imaginum probatus vſus præceſsit, veneratio inconſulta & impia earum quę latria eſt & abuſus genuit quam dicimus idololatriam: vt ex corrupto tritico, naſcitur lolium. Cùm populus enim, vt ait prędicto loco Athanaſius, voluit gratificari tyrannis, pulchras eis conſtituit ſtatuas, quas poſteri opificij pulchritudine adducti, adorarunt, ídque verſum in vitia vitę, populis ignorantibus quales ij quorum erant ſtatuę, fuiſſent, quę ſignificantius in capite decimoquarto Sapientię verſu duodecimo & ſequentibus explanantur.

12 *Initium fornicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum corruptio vitæ eſt.*

13 *Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.*

14 *Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt iuuentus.*

15 *Acerbo enim luctu dolens pater, cito rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat nunc tanquam Deum colere cæpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos, ſacra & ſacrificia.*

16 *Deinde interueniente tempore, conualeſcente antiqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta &c. vbi proſequitur cauſas alias erroris idolorum & abominandorum ſacrificiorum.*

3 Obſeruare hic oportet, nomen idololatrię compoſitum ex idolo & latria: nec dices idoliam, vel idola, ſeu materiam ipſam per ſe idoli, eſſe damnatam. Omnia enim in ſubſtantia bona ſunt, Quęcunque enim Deus fecit, vidit, & erant valde bona, Geneſ. cap. 1. verſu finali. Sed latria idoli damnata eſt, id eſt cultus imagini vel idolo delatus perinde ac vero Deo, λατρεία eſt cultus & ſeruitus religionis, apud Auguſtinum, de ciuitate Dei libro quinto capite decimoquinto. & apud Platonem λατρεία τȣ̃ Θεȣ̃ & λατρεύοντες, cultores Dei vbique vocantur à Diuo Paulo epiſtola ad Hebræos, & apud Scriptores eccleſiaſticos λατρεύω pro religione Deum colo accipitur.



4 Quidam exiſtimant, vt Annius Viterbienſis ex Beroſo de regibus Babylonię, lib. 5. ex Lactantio, & aliis, primam idololatriam proceſsiſſe ab ſtatuis quas primum Ninus poſuit Ioui Belo, & Rheę. Et eas fuiſſe occaſionem idololatrię in Babylone, ponit enim primum Saturnum Nimbrothum, deinde filium eius Iouem Belum, & nepotem Ninum tertium regem Babylonię. Sacra pagina Geneſ. capite decimo, narrat Noachum genuiſſe Cham, Cham Chus, Chus autem Nembroth genuiſſe, cuius principium regni Babylon qui robuſtus venator & potẽs fertur, atque tyrannus & idololatra. Siquidem vt habetur in traditionibus Hebręorum, is latriam ignis ſeu cultum diuinum ignis, habebat, & ad eum alios compellebat, quę & fertur cauſa, cur Abraham eam patriam reliquerit & ſeceſſerit in terras Meſopotamię Geneſ. cap. 12. ideo dicitur eductus Abraham de terra Vr, אור id eſt, ignis flammę Chaldęorum, ſcilicet adorantium ignem Geneſ. cap. 15. Poſt mortem Noe cœpit inualere idolorum cultura, propter Babylonicam iniquitatem. Siquidem poſtquam maledixit Noe Cham, & in ſemine eius Chanaam, pręcociter ipſe ſeparatus eſt à latere patris, & non plenè in doctrina diuina inſtitutus, generauit progeniem ſe vitioſiorem. Et proinde Nembroth tyrannidem exercens, à veri Dei cultu alienus cœpit ſuam impietatem vi propagare, & ſolùm in certa familia Sem ex qua deſcenderat Abraham, veri Dei cultus vtcumque remanſerat, multis enim generationibus diſtabat à Noe & eius filio Abraham. Nam genuit Noe Sem: Sem, Arphaxat: Arphaxat, Sale: Sale, Heber: Heber, Phaleg: Phaleg, Rheu: Rheu, Sarug: Sarug, Nachor: Nachor, Thare: Thare, Abraham, & Nachor & Aram. Quo tempore etiam qui nati erant ex Sem, incipiebant ſe idololatriæ dare, imo & ipſe Abraham antequam Deus illum ex terra Chaldæorum abire iuſsiſſet, vt fidem facit, capite vigeſimoquarto Ioſuæ vbi verſ. 2. ad populum Ioſue ſic locutus eſt, *hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Transfluuium patres veſtri habitauerunt ab initio: Thare pater Abraham & Nachor: ſeruierúntque diis alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſapotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Canaham, &c.* Scribũt autem Rab Iochannam, & Rab Hanina, 48. anno ætatis cœpiſſe Abrahamum Deum cognoſcere, & receſsiſſe ab idololatria.

Exiſtimat Cyrillus initio libr. 1. & 3. contra Iuliam Apoſtatam. homines ab Adamo vſque ad Semum filium Noachi, Deum vnum vniuerſorum conditorem tantùm coluiſſe, neque quenquam taxari quod diis alienis fuerit deditus vllus, vel immundis dæmonibus obtulerit.

Alij exiſtimant ante diluuium tempore quo Enos cœpit inuocare publicè nomen Domini, cœpiſſe fictitiorum deorum cultum, & ſic Hebræorum interpretes explicant verba poſtrema cap. 4. Geneſ.

5 Putarem autem poſt diluuium, & ignem fuiſſe antiquum idolum, & in Babylonia antiquum Bel: iuxta Danielem cap. 14. quidam

exiſtimāt Belum fuiſſe primum regem Aſsyriorum, & ideo eius nomen & ſtatuam veneratam: Belum autem à ſole trahi: nam Bel Aſsiriis ſol eſt. Explicatur & Bel vetuſtus, ab Hebræis בלה *vetuſtus*, quod forſan idolum hoc fuit antiquius, vel idolum illud nomine ſolis dixerunt, quod vetus idololatria quam retinuerunt Perſæ, Chaldæi & reliqui oriẽtales, magis erat poſita in eius cultu, in cultu & ſyderum ſeu militiæ cœli, quorum ſimulachra & ſigna idola repreſentabant.

בל Bel tamen proprium erat idolum Babyloniorum Hierem. 51. verſ. 44. Daniel. 14. meminit de Beli templo Babylonico cui pepercit Seleucus, Pauſanias lib. 1. ſiue in Atticis.

6 Erat autem nomen commune idolorum Baal, vel בעל *bagnal* quod eſt idem quod dominus, patronus, defenſórve alicuius rei, vnde idolum Moabitarum quod adorabant in monte Phegor, dictum בעל פעור *bagnal phegor*, & vulgo *beelphegor* Deuter. 4. Ioſue 22. Pſal. 105. Oſeæ ca. 9. Hoc idolum creditur idem cũ Saturno, vt ait Celius Rhodiginus lib. 13. c. 3. Hebræi tamẽ & Munſterus, ad c. 25. Num. vocatum fuiſſe hoc idolum Moabitarum פעור *pehor*, eo quod diſtenderent in eius venerationem foramen podicis, & cacabant in conſpectum eius, quæ ſic tradunt, בקרא פעור שפורנים לפניו פי הטבעת ומוציאין רעי

Item בעל זבוב *bagnal zebub, dominus muſca* vulgo, Beelzebub idolum Accarum 4. Reg. cap. 1. erat illa vrbs Paleſtinæ quæ poſtea ab Herode inſtaurata dicta in gratiam Auguſti Cæſarea. Eſt & templum *baal berith.* Domini vel idoli Iudæis Iud. 9. Dicitur Beelzebub princeps Dęmoniorum Matth. c. 10. & cap. 12. & Marc. 3. & Lucæ 21. Inuenimus ſæpe abſolutè in ſcriptura ſacra idolum & ſtatuam Baal, cultus & prophetas eius, aras, lucos, templa, ſæpe in libris Regum & Prophetarum: & in plurali quoquè idola *baalim* vt liqueat omnia ferè idola, dicta fuiſſe *bagnalim*, id eſt nomine Domini: vt *bagnal* eſt Dominus, quod non eſt ſine artificio dæmonis factum. Nam cum vnus ſit Deus & Dominus natura, impius ille latro dæmon, voluit furari hoc nomen Deo, & voluit ipſe dici Dominus in ſuis idolis abſolutè. Quod tamen Deo ſoli competit, cui nomen Dominus, Iudith. cap. 9. Pſalm. 8. & 82. *cognoſcant quia nomen tibi dominus, &c.* Item Hierem 23. Amos 9. Sícque angelus ſalutauit beatiſsimam virginem, *Dominus tecum.* Luc 1. ipſe Dominus dominantium, Apocal. 19.

7 Erat & aliud idolum Ammonitarum 3. Reg. cap. 11. verſ. 5. & 7. quod dicebatur & מלך *molec* & מלכם *milcem* & מלכן *malcen.*

Iubet Deus c. 20. Leuitici, occidi dantem de ſemine ſuo Moloch, idolo, imo vltionem minatur in populum qui imperium de occidendo eo, non impleuerit. Conqueritur & per Ezechielem Deus c. 32. verſ. 35. *& ædificauerunt excelſa Baal in valle filij Ennon, vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch, quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, &c.*

Fieri poteſt vt illud eſſet ſimulachrum ſolis, vt à מלך *melec*, rex fiat moloch eius ſimulachrum quod videtur poſſe firmari ex cap. 5. Amos verſ. 26. & ex ca. 7. Actorum verſ. 43. ibi *& ſuſcepiſtis tabernaculum moloch, & ſydus Dei veſtri Rempham figuras quas feciſtis adorare eas,*

*rare eas,*



*rare eas,* verbis hoc *rempham* in c. 7. Actorum, quidem eſt ſed in cap. 5. Amos deeſt, & tantum, *portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſydus dei veſtri quæ feciſtis vobis, nec adhuc mihi occurrit quid eſſet illud Rhempham*, niſi dicamus quod & putarem verius eſſe Zoroaſtris idolum in ſtella adoratum, quod vt credam, facit Clem. Roma. lib. 4. recogni. vbi ait Perſas genus ſuum ducere ab vno ex filiis Chain qui Meſraim, appellabatur: quem poſt obitum Zoroaſtrem, hoc eſt viuum ſydus nominauere: eum autem igne à dæmone immiſſo crematum: cineres lectos & ad Perſas delatos, vt ab iis tanquam cœlo delapſus ignis, perpetuis ſeruaretur excubiis, ac pro Deo coleretur. Diodor. Pruſicus oratione Boryſthenica paulo aliter & Zoroaſtrem ſe ſubduxiſſe ait in ſolitudinem à vulgi conſuetudine amore ſapientiæ captum, deinde poſt aliquod tempus igne cœlitus delapſo & corruſco ardentem ſe conſpiciendum nõ ominibus, ſed quibuſdam apparuiſſe, &c. & ibi de curru ſolis & aliis de quibus ſacra pagina meminit. Verumtamen Munſterus ad cap. 23. libri 3. Regum tradit ſtatuam Molec fuiſſe concauam habentem caput vituli, & manus hominis extenſas atque paratas ad ſuſcipiendum, quæ ponebatur in igne, & pueri qui per ignem traducebantur ad brachia Moloch impellebantur, vt inter amplexus eius cremati, gratum ei fieret ſacrificium. Cùm autem puer per duos ignes hinc & hinc poſitos impelleretur, percutiebatur tympanum, תוף *toph*, ne euitatus audiretur vnde locus *tophet* dictus. Exiſtimarunt alij in concauo ſtatus concenſos filios comburendos fuiſſe. Sed rurſum Munſter. ad cap. 6. Ezechiel explicat illa verba, *deuaſtabuntur altaria veſtra, & confringentur* חמניכם *chamanechem*, vt vulgo legitur, ſimulachra veſtra &c. venit inquit חמנים ab חמה quod ſoli ea eſſent dedicata ſimulachra.

8 Soli & lunæ ſimulachra facta & equos & currus dicatos & cultum exhibitum vt militiæ cœli, nemo ambigit vt liquet ex ca. 23. lib. 4. Reg. Reginam cœli vocabant veriſimiliter lunam, cui ſimulachrũ conſtituerant, eíque offerebant placentas & libamina mulieres, vt ſcribitur Hieremiæ cap. 7. verſ. 17. & cap. 44. verſu 18. & 19. vt autem ſolis ſimulachrum Moloch dicere peterant vt regium: ſic lunæ, למלכת *limlechet*, ſtellæ magnæ reginæ, quæ eſt in cœlo, adhibuiſſe & in ſacrificiis Moloch ignem & inde conſtat, quod ſanctificabant vel conſecrabant filios aut filias ſuas idolo per ignem, 4. Regum cap. 23. ibique aliquando intra ſimulachrum æneum comburebantur in valle Ennon: Cæterũ cũ hæc accuratius conſidero, nõ planè auſim dicere, dare de ſemine ſuo Moloch, fuiſſe, immolare filios Moloch, nam tranſire filios legimus reges feciſſe in eadẽ valle Ennon, per ignem, non mortuos. Tamẽ conſentiũt loci, ibi adoratã militiã cœli Solem & lunã. Sícque legitur 4. Reg. c. 21. verſ. 5. & ſeq. Manaſſes rex extruxit altaria vniuerſæ militiæ cœli in duobus atriis tẽpli Domini, & traduxit filiũ ſuũ per ignem, & ariolatus eſt. & 2. Paralip. cap. 28. verſ. 5. de Acaz rege. *ipſe eſt qui adoleuit in cenſum in valle ben Hennõ, & luſtrauit filios ſuos in igne, iuxta ritũ gentiũ, quas interfecit Dominus in aduẽtu filiorũ Iſrael.* Rurſum c. 33. verſ. 3. de Manaſſe idẽ dicitur, quos autea, itẽ verſ. 5. & poſtea verſ. 6. *tranſiréque fecit filios ſuos per ignem,*

*in valle ben Ennon, obſeruabat ſomnia, &c.* quæ omnia pendere videtur ex cultu prohibito Deuter.ca. 17.verſ.3.ſub pœna mortis, ſolis, lunæ & militiæ cœli. Item & eo pertinebant currus & equi ſoli dicat, 4.Reg.c.23.Perſæ vnde hæc idololatria radices tradixiſſe videtur ſolē proculdubio venerabātur, vt aiunt Iuſtin.in 1.Hierod.in 1.Strabo 15.Macrob.lib.1.Salu.ca.6.Soli illis ſacer currus, qui regem in publicum procedentem, anteire ſolebat, vt ait Xenoph.in 8.Cyriped.ſuo tempore Perſas Solem in linteo pictum adoraſſe indicat in Apologe.Equum ei mactabāt teſte Iuſtino in 1. Philoſt.de vita Apollo.1.adorandi Solem & mos ad vicinas regiones tranſiuit.Perſę Solem Μίθραν *mithram* nominarunt, eóque nomine coluerunt. vt ait Strabo in 15.& Heſychus in antro autem Mithrem cultum fuiſſe teſtatur Lactantius Placiad. in 1.lib.Thebaidos ſtatij.Tertul.li.de.corona militis.Iulius Firmicus lib. 1.cap.5.vbi & hic addit, Quod Perſæ Magi & omnes qui Perſicæ regionis incolunt fines Ignem prætulerunt omnibus elementis, & mithram hunc dixiſſe. Et ſacra tamen in abditis ſpeluncis tradidiſſe. Quare qui initiabantur & imbuebantur mithræ ſacris, inter 80. tormentorum gradus per quæ probabantur antequam admitterentur deducebātur per famem, per ignem, per frigus, per verbera, alióſque cruciatus, neque ad ſacra mithræ admittebatur quiſpiam, niſi qui prius omnia præpoſita 80. tormentorum genera patienter pertuliſſet, túncque ſi ſupereſſet, admittebatur, intérque præcipua ſe in ignem coniicere erat. vt ſcribit Nicetas ad orationem Gregorij, εἰς τὰ ἅγια φῶτα, & Nazianzen. in Iuliam, & Nonnus in notis ad eundem Nazianzenum, ex quibus liquere videtur quid eſſet traducere per ignem in locis ſacrę paginę, quid Moloch ſimulachrum, quidve currus & ſpecus Solis & myſteria idoli. Herodotus in Melpomene tradit Libyæ populos, Soli, lunæ, ſacra facere, nec vllos præterea deos putaſſe. Scytas verò, veſtam ſeu ignē, Iouem & tellurē, quā putant eius vxorē, Apollinē, cœleſtē Venerē.

9 Erat & כמוש *chemos chamos* Deus ſeu idolum Moabitarum cui & Salomon à Deo vero errans templum etiā conſtruxit 3. Reg cap.11. meminit de eo idolo Leuit.c.21.4.Reg.cap 23.Hierem.48.

10 Fuit Aſtarthe, idolon deæ Sydoniorum, alij eam Atergatim, aut decreto, nominarunt Cicero 3. de natur. deor. vocat Venerem, quæ nupſit Adonidi.

11 In cap.17.quarti libri Regum alia idola ponunt verſ.29. & ſeq. *& vnaquæque gens fabricata eſt*, inquit, *Deum ſuum, poſuerúntque in fanis excelſis quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus ſuis quibus habitabant:* viri enim Babylonij fecerunt סכות בנות *ſucoth benoth*, viri ante Cuthæi fecerunt נרגל *nergal*, & viri de Emath fecerunt אשימא *aſcima*. Porro Ethæi fecerunt נבחן *nibechā* vel *nebechaz* & תרתק *tarthak*. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebant filios ſuos igni לאדר מלך וענמלך *adramelech & gnanamelech*, diis Sephariaim.

12 Quorum primum idolorum locus, potius videtur *Sucot Benot*, ac ſi dicamus, ſpeluncas vel tabernacula filiarum, vel lucos ſuburbanos in villis poſitos. Forſan erant illæ domunculæ vel ædiculæ effœminatorum, pro quibus mulieres texebant quaſi domūculas luci, quas



luci, quas fertur deſtruxiſſe Ioſias rex Iuda 4.Regum c.23.verſ.7.

Et facit quod 3.Regum cap.15.verſ.12.& 13. *& abſtulit* (Aſa rex) *effœminatos de terra purgauitque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius: inſuper & matrem ſuam Maacham amouit ne eſſet princeps in ſacris priapi & in luco eius quod conſecrauerat: ſubuertitque ſpecum eius, & confregit ſpecum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.* Eadem verba repetuntur lib. 2. Paralipomen. cap. 15. verſ.16.Fertur autem Priapus liberi & Veneris filius.Scribit & Hieronymus in Hilarionis vita. Nationem Saracenorum in Eluſa ciuitate, circa deſertum cades, Cultui Veneris deditam.

Cæterùm neque in ca. 15.3. Regum neque in 2.Paralip.ca.15.mentio vlla de Priapo vel nomine illa ſignificante: ſed pro eo legitur מפלצת *mipbletzeth* quo ſignificatur idolum terribile cultoribus: neque putare oportebit ideo Maachā fuiſſe prępoſitā ſacris priapi. Nec atrium eſſe ſpecum priapi, ſed potius diceremus eſſe antrū Mithræ ſiue ſolis. Nam in antro cultum fuiſſe à Perſis & in ſpeluncis abditis ibíque eius ſacra facta, ſcribit Iulius Firmicus li.5. de errore profanæ religionis. Et apud Perſas, & in Mithræ ſacris, ſacerdotia fuiſſe mulierum quæ caſte viuerent: vt alibi Dianæ, conſtat ex Iuſtino lib.10. & Plutarch. in Artaxerxe. Quare cum prędicta capita ſacræ paginę loquantur de cultu Solis & idolo eius, & curru, referre ſacerdotium & principatum huius Maachæ non videtur alienum à vero, ad ſacerdotum eius Mithræ vel Solis. Et hanc veritatem & mentem textus, puto tamen in omnibus cum bona venia ſacrorum patrum quorum hæc vt alia cenſurę ſubiicio.

13 Munſterus tamen ad cap.17. lib.4. Regum, ait idolum Socot Benot, intelligi per Rabinos תרנג ולר gallinam cum pullis. eſt enim, inquit. סכוי vel mea ſententia melius שכוי gallus. Benot verò filios ſignificat.

Verùm Rabi Kimbi hoc refert ad idolum נרגל *nergal* Cuthæorum & putat eſſe תרנג לת חבר *tarnegoleth babar*, id eſt gallinam ſylueſtrem nomen enim conuenit cum תרנגול *tarnegol*, id eſt gallo. Sic etiam Elias illud *nergal* explicat. Sed locus extat in capite quinto Amos qui aliud ſignare forſan docet ibi,

ונשאתם את סכות מלכבם ואתכיון צלמיכם כוכב אלוהיכם אשר עשיתם לכם

*vneſcatem & ſicot malcchem, veet ciȣn tzalmechem cocau eelobechem aſcer gnoſcitem lecem.* id eſt, honoraſtis potius ſicut regē veſtrū Ciiȣn imaginem veſtram, ſtellam deorum veſtrorum quos feciſtis vobis. Vbi Rabi Iontha ſic vertit, portaſtis Sicȣt. Dicunt autem Hebræi ibi Siccȣt eſſe nomen ſtellæ ad cuius honorem fecerant imaginem & idolum quod Deum ſuum vocarunt. Ciiȣn verò quidam putant ſtellam eſſe, שבת *ſcebati* Saturni quam Perſę quoque vocant כיואן *chiion* ad cuius honorem fecerunt imaginem & idolum.

14 אשימא *oſcima*, explicatum eſſet idolum hirci, & Rabinis תיש hircum ſeu arietem eſſe liquet vt Annonis ſimulachram fuiſſe, forſam non ſit alienum ſuſpicari atque in forma hirci dęmones apparere his qui credunt in eos, notat Rabi Kimchi ad caput decimum tertium Eſaię: eſt quoddam genus dęmoniorum nomine onoſcelidis dictorum à Gręcis, quod à ſummis cruribus videri

ſoleant iuxta Sozomenem lib. 8. cap.6. vulgo dicunt & dæmonium quod adorant Sagæ apparens in forma hirci, hircus etiam in ſacra pagina in malam partem & pro malis capitur, Matth.c.25.Leuit.c. 4. 9.& 16. & portabat in ſacrificio peccata populi hircus, quia præ ſe fert perſonam peccati:tum ob eius ſuperbiã quæ declaratur in cornibus exceſis nimium & barbatum ob libidinem in ipſo euidentem & dicam infra latius.

15 Per ניבחם *niberchani* intelligi Munſterius ait כלב *celeb* canẽ. Fingebatur hecate idolum triũ capitũ quorũ vnum erat caninum, aliud equinũ, mediũ ſuis agreſtis, vt eſt apud Orpheũ in Argonautic. & Ouid.9.Metamor. Apud Æthiopes gens (Nubas vocant) & in Africa Ptoembari quibus regis vice canis dominatus quàm mirificè obſeruant, ex illius motu imperia, & quæ ſunt placita, augurantes. Alexan.ab Alexan.li.6.c.2. à quibus & hoc idolum potuerunt habere Iſraelitæ, & Ægyptios finxiſſe Deum canicipitem ſerpenticipitem aſinicipitem, tradit Athanaſius oratione contra idola.

16 Per תרתק *thartak* intelligũt Rabini חמור *chamor* aſinum forſan enim ab aſina Balaã quæ locuta fertur, hoc idolum cõſtituerunt.

17 Per אדר מלם *adramelech* intelligunt פרד mulũ alij טוום pauonẽ.

18 Per ענמלך *gnanamelech*, intelligunt סום id eſt equum vel phaſianum vel שלו coturnicem.

19 Erat & o עשתרת Aſtaroth idolũ Sidoniorũ 4. Reg.23. 1.Reg. 31. Iudicum 2. vbi & tempus quo cœperunt declinare à Deo vero notatur, poſt mortem Ioſue putant autem Hebræi iuxta ſignificationem nominis, eſſe idolum in forma ouis fœmellę, vt ait Rabi Dauid in libro radicum, & Munſterius ad cap.31.1.Regum.

20 דגון *dagon* Philiſtæorum erat idolum 1.Reg.cap.5.vbi dicunt Hebræi, Dagon habuiſſe formam piſcis infra vmbilicum: ſupra verò, figurã corporis humani quod ex voce ipſa דגון, quæ à דג *dag*, quæ ſignificat piſcem, & ita etiam Hebræus textus Iudi. cap.5. innuit ibi ecce iacebat Dagon coram arca Domini in terra, & caput Dagon atque duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limem, tantum (forma) piſcis relicta eſt in eo. Secundum quam deſcriptionem dicemus hoc idolum dictum fuiſſe apud Græcos & Latinos Tritonem Deum habitum marinum de quo Apollonius libro quarto Argonauticôn ibi,

Δέμας δὲ οἱ ἐξ ὑπάτοιο, &c. id eſt,

*Pars fuerat forma ſuperis humeróſque capútque,*
*Et latera & partes ſupremas lateris omnes.*
*Inferius ſed enim cauda hinc pendebat & illinc Immanis ceti.* &c.

Et Virgilius libro decimo Æneid.

*Hunc vehit immanis Triton & cærula concha*
*Exterrens freta, cui laterum tenus hiſpida nanti*
*Frons hominem præfert in priſtin deſinit alius.*

Et Ouid. 2 Metamorphoſ.

*Cæruleos habet vnda deos, Tritona canorũ, proteàque ambiguum.*

Veriſsimũ enim eſt inter piſces & tritones ita depictos inuenio vt parte ſu-



parte ſuperiore ſint hominis figura, inferiori piſcis quos & viſos ſæpe refert Alexander ab Alexandro libro tertio capite octauo, & ibidem de Nereidibus marinis mulieribus quæ apparuerint ſua tempeſtate refert eiuſdem formæ, & Plinius libro nono hiſtoriæ natura.capite quinto, vide quæ etiam diximus latius libro ſeptimo ſyntagm.iur. capite tertio, vbi & de Sirenibus ſimilibus monſtris & aliis.

21 Fuerunt quidam, qui Angelos deos putarunt, & tanquam deos adorarunt. Quemadmodum hæretici dicti ideo angelici, apud Iſidorum libro octauo Etymolo. de quibus & Diuus Auguſtinus in hæreſibus quos ſuo tempore iam defeciſſe teſtatur Epiphanius.

22 Caiani quoque adorabãt Cain in capite trigeſimonono quidam autem 24.quæſt.3.ex Diuo Auguſtino in hæreſib.

23 Marcellina etiam ſocia Carpocratis hæretici, adorabat imagines Ieſu, & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ, incenſúmque adorando faciebat. Bernard.de Lutzemburgo in hæreticis & in Carpocrate.

24 Erat & idolum תמון, *tammus* inter Iſraelitas quem deflebant mulieres, de quo meminit Ezechiel capite octauo verſu 14. Putat Diuus Hieronymus hunc fuiſſe Adonidem à venere adamatum, occiſum ab apro quem deploratum per ſingulos annos à mulieribus dicit Ezechiel.

25 Venerabantur Perſæ non ſolum regem quem adorabãt procumbentes in terram, tanquam Deo honorem tribuentes vt ſcribit Quintus Curtius libro octauo. Plutarchus in Themiſtocle, & alij. Sed etiam eius auream imaginem in aditu & ingreſſu Babylonis vt ait Philoſtratus libro primo de vita Apollonij. Imo & eius genium, cui qui in aula principis verſabãtur, menſam cibis, epuliſque inſtructam quotidie apponebant. Quod aſſentandi ſtudio Nicoſtratum Argium turpiter factitaſſe Athenis.

*De alijs Idolis, & falſis dijs Ethnicorum.*

## CAP. XIX.

IDola Ethnicorum populus Iſraeliticus, inter eos conuerſatus adorauit impiè, vnde Deo ſenſit ſæpe vindictam vſque ad exterminium ferè. Verumtamen, non omnia illorum idola coluit, ſed tantum aliqua, eorum cum quibus conuerſabatur. Et proinde annotabimus alia quædam idola quæ inter gentes fuerunt pro diis habita, ſuadente & impellente diabolo, humanæ ſalutis inimico irreconſiliabili. Quædam autem idola dico me relaturum, quia ſingula recenſere nec dignum Chriſtiano eſt auditu, nec fieri poſſet vt enumerari poſsint tot tãtæque ſuperſtitiones & fictiones, quæ detinuerunt ante aduentum Solis veri mundi, ante inquam incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti miſerum hominem in tenebris, & impoſturis dæmonum implicitum, quibus omnino mentis & corporis acies perſtringebatur, Quadi, Sarmates, pro diis mucrones ſeu par-

uos enſes habebant, vt ait Marcellinus lib. 17. hiſtoriæ.

Angilæ populus Africæ minoris regionis, Cyrenaicæ, manes tantum deos putabant, pérque eos deierabant, eos vt oracula conſulebant, precatíque quæ volebant, vbi tumulis incubuerant, pro reſponſis ferebant ſomnia[a].

a Mela lib. 1. de ſitu orbis cap. 8.

Ariſtophanes in nebulis mordet Platonē, quod Deos antiquos negaret, & nebulas pro diis habuerit, eas in quaſcunque figuras transfigurare potentes.

Quamuis Plato in cratylo falſos illos deos Solem & Lunam & ſtellas, videatur probaſſe quos ideo Θεοὺς dictos memorat, quaſi θεόντας currentes. At Phronutus libro 20. θεωρίας περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως, de ſpeculatione naturæ deorum capite primo θεοὺς deos dictos ait, ἀπὸ τῆς θέσεως à poſitione, ſeu ſitu, quod antiqui cœleſtia corpora deos eſſe ſibi perſuaſerunt, quæ certo motu ferri deprehenderunt velut authores mutationis Aſtrorum, & conſeruationis huius vniuerſi.

2 Stultitiam autem ſuam Ethnici declararunt intelligentibus, ex eo quod quidam exiſtimarunt Iouem, Saturnum, Venerem, & ſimilia idola, fuiſſe homines & longam genealogiam & progeniem innumerabilem annumerant, vt Heſiodus in theogonia & alij.

Græci autem & Philoſophi illorum, hos deos non homines fuiſſe, ſed corpora creata inanimata etiam, à nominibus ipſis docent de quibus Phromeus prædicto libro per totum. Ζεὺς inquit, *omnia mundi & δεὺς vnde genitiuus διὸς imber eſt, quod irriget terram aut viuentibus vitalem humorem ſubminiſtret ſoror eius ἥρα, Iuno. ἥτις eſt ἀὴρ, id eſt, aer. copulatur enim cœlo cum è terra tollitur, & ex eorū coplexu alij nati & quia ῥυεῖσα id eſt fluens in tenuitatē eorū ſubſtantia, ignem & aera producit, hinc & matrem eorum eſſe ῥέαν Rhean fabulati ſunt. & patrem,* Κρόνον *Cronum, ſeu Saturnum vt conſtaret certa temporis menſura facta eſſe, ſiue per coniunctionem & materiæ commixtionem fiat elementorum productio: ſiue quod eſt veriſſimilius quod tantiſper aer ſubſiſtat quantiſper ab igne impellatur, & moueatur natura,* ἐπὶ τὸ κραίνειν καὶ ἀποτελεῖν τὰ ὄντα ad commiſcenda & perficienda entia

3 Ex prædicta mutatione vt idem capite tertio, etiam aqua oritur, quare ex iiſdem fingitur ποσειδῶν, id eſt, Neptunus, natus. Poſidori namque eſt illa potentia cuius vi in terræ viſceribus & circa terram humor: generatur ἤτοι ἀπὸ τῆς πόσεως οὕτω κληθεῖσα, καὶ τοῦ δεδόναι ταύτην. ἢ καθ᾽ ἕτερον λόγον, ποσειδῶν ὀνόμασται διὰ τὴν παραχθεῖσαν μεγάλην αὐτοῦ ἰδιότητα. id eſt, *nominata ita potentia, ab eo quod poteſt & datione eius, vel ſecundum alium ſermonem nominatur ob præbitam ei proprietatem. frater prædictorum inquit*, capite quarto ἅδης, id eſt Pluto, eſt aer denſiſsimus terræ proximus, quaſi ἀΐδης inuiſibilis, & capite quinto. Rhean fingunt verò gaudere tympanis cymbalis, fulminibus & facibus, quoniam cum imbres è cœlo deſcendunt, cum fulgure & tonitrui ſæpe deferuntur.

Saturni autem ſtuprum cum terra & defloratio teſtium, & ſimilia ea



lia, ea dicta ſunt, quia κρόνος ἀπὸ τὸ κραίνειν à commiſcendo quod fluxum cœli in terram vberiorem cohibuit, & exhalationes tenuiores effecit. Mundi autem natura quam Iouem appellari dictum eſt, infuſiones infundens, nimiam illam mutationem rerum compeſcuit, vinculiſque deuinciuit, in longius eam producens mundóque tradens.

4 Oceanum quoque prodiderunt primam eſſe rerum cauſam, cum Thetide ἔστι δ᾽ ὁ ὠκεανὸς ὁ ὠκεῖος νέον κύκλος, καὶ ἐφεξῆς μεταβάλλων. τηθὺς δὲ ἐπὶ τῶν ποιοτήτων ἐπιμονή, &c. id eſt, *eſt autem oceanus circulus ille celeriter fluens, & certo ordine ſeu alternatim mutationem recipiens, Thetys verò eſt qualitatum perſeuerantia, ex eorum enim commixtione & coitu, ſubſiſtunt omnia entia: nihil enim naſceretur, ſi alterum alteri non commiſceretur.*

Philo Iudæus de his etiam ſic ſcribit, pro diis venerati ſunt Græci elementa, aquam, aerem, ignem, aliis nota nominibus, qualia ἥφαιστος ignis παρὰ τὴν ἔξαψιν, id eſt, ab accedendo. ἥρα, παρὰ τὸ αἴρεσθαι, quod in ſublime aer ſit elatus ποσειδῶν aqua, à potu fortaſsis, δημήτηρ terra, quòd mater videatur omnium ſtirpium & animalium. Latini hos falſos deos dicunt, Vulcanum, Iunonem, Neptunum, Cererem. Alij ſolem, alij ſtellas, adorant ſophiſtarum iumenta, &c. Philo libro de vita contemplatiua, Diogenes quoque Laertius in ſeptimo de vitis philoſophorum in Zenone Cythieo, conſentit placuiſſe Græcis, Deum dicere Δία, quod per ipſum ſunt omnia, eundémque ζῆνα vocari, quòd vitæ omnium ſit author: ἀθηνᾶν autem, quod in æthere diſtentum ſit imperium eius, ἥραν quod in aere: ἥφαιστον quod in artificiali igne: ποσειδῶνα quod in humore: δήμητραν quod in terra.

5 Emolpi filium primum deorum generationem crediſſe, relatum ſcribit Diogenes Laertius[a].

a lib. 1. in prin

Triginta deorum millia in terra fuiſſe, recenſet Heſiodus, vt & ſcribit Euſebius libro quinto de præparatione euangelica, capite quindecimo.

Nationes diuerſæ, in diuerſis diis aliarum nationum deos non admittentes, haſtam, ligna, colles, montes, aquas, aſtra, piſces, aues, dracones, leones, adorarunt, &c. de quibus ſcribit Alexander ab Alexandro libro ſexto capite vigeſimo ſexto. Item febrem, pœnam, beneficium, malam fortunam, & ſimilia quæ meritò etiam irridet Plinius lib. 2. cap. 7.

6 Scribit & Athanaſius[b] Ægyptios etiam ſibi pro diis finxiſſe quæ nunquam fuerunt, vt canicipites, ſerpenticipites, aſinicipites, & Lybiam Iouem ſibi finxiſſe Ammonem, veruecino capite: quemadmodum alios caput ſeparatim, manus & alia membra pro diis habuiſſe. Alios item gratificantes ſuis tyrannis, eos vel metu vel per adulationem coluiſſe. Ilam Iouem quendam cultum in Creta: in Arcadia: Mercurium: in India Dionyſium: in Ægypto Iſidem, Oſiridem Orum. Et hoc tempore inquit Athanaſius Antinous Adriani imperatoris Amaſius, honores Dei, in Ægypto defunctus, eius edicto conſequutus. Romæ ſenatuſconſulta, plures

b oratione cōtra idola.

deos faciebant cum tamen nec ipſa nec ſenatores dij eſſent. Et olim qui dij non erant aliis decreuerunt diuinitatem. Et ita in Græcia celeberrimi habiti Iupiter, Neptunus, Apollo, Vulcanus, Mercurius: & inter fœminas Iuno, Ceres, Pallas, Diana, Theſei qui ibi regnauit edicto, numen acceperunt. Et apud etiam Ægyptios Iſis, Proſerpina minor quæ & Venus.

7 Simon Magus eo impietatis peruenit, vt Deus crederetur, & ei Romæ ſub Claudi Cæſaris imperio erecta eſt ſtatua inter duos pontes Tiberis cum ea inſcriptione, Simoni Deo ſancta. Et in Samaria Θεὸς πρῶτος dicebatur Deus primus, & eius meretrix quam ex proſtibulo Tyrij phœnicum duxerat, Helena, dicta eſt πρότη ἔννοια. Cognitus tamen & declaratus ex certamine & victoria Diui Petri impoſtor, vt ſcribit Nicephor. Calix.[a]

Nouum tamen non fuit huic ſceleſto, à gentilibus fuiſſe numinis communicatum nomen. Nam & adulteriis, latrociniis, & mille ſceleribus coinquinatsi, ante dederant: vt Ioui, Mercurio, & ſimilibus qui furoris, turpitudinis, & flagitiorum exempla poſteris pro meritis talis ſanctificationis reliquerunt, vt ait Euſebius, Pamphi.[b] Perſequuntur autem flagitia pſeudo deorum illorum, Plinius libro ſecundo capite ſeptimo. Tacianus Aſſyrius, oratione contra Grecos, Iuſtinus cõtra gẽtes Theophilus antiquiſsimus Theologus li.1.contra Autolicum calumniatorem Chriſtianæ religionis, Arnobius[c].

a *lib.2. hiſtoriæ eccleſ. cap. 14.*

b *lib.2. de præparatione euang. cap. 6. & 9.*

8 Obiicit & Arnobius eodem libro tertio, multa diis gentilium quæ quales fuerint apertiſsimè oſtendunt.

c *lib.3 contra gentes.*

Primùm, quod fuerint in multiplici forma hominum conficti, nunc iuuenes, nunc ſenes, nunc nudi, nunc veſtiti.

Secundum quod diuerſi fuerint ſexus, quod pariant, concipiant, in cœlo, vt Iuno, Iupiter, &c.

Tertium quod diuerſæ artis, vt tipographi, fabri, medici, lanarij, nautæ, &c. faber, Vulcanus, qui in cœlo etiam enſes faciat, &c.

Quartum quod & fictitij quidam cõſtituti ex arbitrio, vt cinctia, ſeruit replicationi, vnxia ab vngendo, victa victui, potua potui ſeruiat, ſtulta, pœnæ.

Quintum quod ſint incerti, quod aliter alibi Iupiter, aer, cœlum, Sol, Diana, Luna, dicantur, & ſimiles alij dij.

Sextum quod circa deos controuerſiæ plures incertiſsimæ virorum doctiorum, vt circa Nouemſiles, lares, indigetes, inter Piſonem Grauium, Varronem, Cornificium, Manilium, Cincium.

Septimum irridet in quarto libro gentes quod ab effectibus hominum numina conſtituerint, ídque peculiare Romanis, ſicque fecerint deos, & deas, pacem, bellonam, victoriam, æquitatem, &c.

Octauum quod alij dij dextri, alij ſiniſtri & mali ominis cõſtituti.

Nonum quod flagitiis deos præfecerint, vt ſtupris venerem, pertundam, in cubiculis maritis præſto exiſtentem, virginalem ſcrobẽ eff d ntibus. Mutinum, cuius in manibus pudẽdis equitari matronas ſuas volebãt, &c. Quemadmodum & aliis rebus propria numina commenti ſunt: vt putam rebus petendis: Nemeſtrinum, Deum nemorum



nemorum. Patellanã rebus patefaciendis: Suadelam ſuadendis, &c.

Decimum, quod in grammaticalibus cerarent. qui numerum pluralem Deo negant, cum tamen ipſi plures conſtituant, & eiuſdem nominis, vt per exempla ibidem relata apparet.

Vndecimum, quod Deus ſuos oſtentet, qui tamen geniti & nutriti ab hominibus, cum Deus niſi à Deo genitus íſque ab æterno ſit alioquin inter homines ingenitus.

Duodecimum, quod coluerint pro diis ſtupris inceſtis ſceleribúſque coinquinatos, aliíſque infectos vitiis, quæ ſęuerè vindicantur inter homines iuſtitia dictante. Sic Iouem Ganimede abutentem & mille ſtupris & adulteriis contaminatum & putrem. Venerem meretricem vulgarem, &c.

Decimumtertium, quod ipſi antiqui gentiles, qui Deos conſtituerunt, ipſimet contemptui habuerint, ſiquidem de læſa maieſtate aliiſue criminibus leges conſtituerunt, & tulerunt acerbiſſimas pœnas imponentes, de his autem quæ tanta mala ſtupra delicta cedes expreſſerunt, leges nec pœnas ſtatuerunt, cuiuſmodi fuerunt poetæ & ſimiles.

Decimumquartum, docet eius ſanctitatis integræue ſcilicet fuiſſe vitæ deos illos, vt ob maleficia quidã ſublati fuerint è medio, quemadmodum & Pindarus ait Æſculapium ob auaritiam ditatum: Apollinem ex falſis reſponſis, &c.

Decimumquintum, idem Arnobius Lib.5. aduerſus gentes, narrat impoſturas regum, qui vt populum fallerent diuinitatis opinione, deos illos falſos oculis obiecerunt, quemadmodum refert ex hiſtoriis eorum: vt de Numa Pompilio, cum ſuis Faunis & Pico. Narrat & fabulam ex Timotheo de Agdi monte, qui ex ſpermate Iouis natus dicebatur, cum nollet illi Themis ſuccumbere.

Decimumſextum idem lib. 6. Obiicit gentibus, ſimulachra, quod inepte adorarent pro Luna virginem: pro ventis homines inflatis buccis, cum hæc non ſint: quódque tribuerent ſimulachris diuinitatem, quod templa contra hyemem & imbres ædificent, & Ammonem adorarent cum cornibus arietinis.

Decimumſeptimum libro 7. Obiicit hoſtias diis cæſas quæ facerent eorum gratiam venalem, vt qui nihil daret niſi prius aliquid accepiſſent: quódue inhonorentur potius mactatis, ſanguine hircis & pecudibus, tanquam cibo canum & ferarũ corruptilibus & vermificantibus dignati & honorati.

Scripſit adhæc Palæphates author Grecus in deos gentilium, librum de fabularum poeticarum explicationibus, ſiue de non credendis fabuloſis narrationibus. & Phrimutus vel Cornutus aliis, de natura deorum, vbi deos fabuloſos manifeſtat. ſcripſit & Iulianus Aurelius Leſſiginenſis de cognominibus deorum gentilium libros 3. & Gregorius opus integrum ſyntagma de diis gentium in quibus videntur & leguntur deorum gentilium turpitudines vitia, fabulæ, & Ethnicorum nugæ.

9 Similes quippe fuerunt gentiles idololatræ, poſt amiſſam de Deo vero cognitionem, ambulantibus in tenebris, & quærentibus

ædium quibus includuntur exitum: ad quaſcumque enim partes manus palpando impegerint, eo patere ianuam putantes. cùm autem nec exitum inueniunt, aliò palpantes ſe transferunt. vt cæci. Quo factum eſt, vt quiſque ſuos deos ex arbitrio ſibi finxerit prout ſibi videbatur, & deſultoriè ab vno in alium transfierit, & pro occaſione & opinione talem Deum putauerit quem talem ei videretur eſſe. Et cum non poſſent aliqui ratione aliqua, verum Deum quo premerentur iuſtè, agnoſcere, maluerunt etiam incerto Deo ſacrificia conſtituere, quemadmodum memorat Diogenes Laertius in Epimenide. Et meminit Diuus Lucas, Actorum cap. 17. Cum Athenienſes aliquando laborarent peſte, reſponſo à Pythia accepto, vrbem expiari oportere, Niciam Nicerati filium naui miſſa, & Epimenidem ex Creta aduocarunt, qui luſtrarunt vrbem peſtémque cõpeſcuerunt hoc modo: ſumpſit Epimenides oues nigro & candido vellere, duxítque in Arium pagum, atque inde quo vellent abire permiſit, his qui eas perſequebantur mandans, vbicumque illæ occubuiſſent ſingulas mactarent peculiari cuipiã Deo, & in hunc modum fertur quieuiſſe lues: & ex eo tempore per Athenienſium pagos aras ſine nomine inuentas. Putabãt & aliqui minus obſcurati, quendam eſſe Deum, eúmque placandum: ſed non planum ante aduentum Chriſti habuerunt omnino, quis eſſet ille Deus, diſtracti tot de diis opinionibus. Ideo & ignoto Deo ſacrificarunt aliqui. Sic & admonere Græci audiebant Sybillam lib. 3. oraculorum.

Ἀλλά μιν ἱλάσκου θεὸν ἄμβροτον αἴκ' ἐλήσῃ,
Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶ θεός, κ' οὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος. Id.

*Sed ipſum placa Deum, ſi forte miſeratur,*
*Is autem ſolus eſt Deus, & non eſt etiam alius.*

10 Hebræi ad c. 17. Leuitici verſ. 7. *nequaquam immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus. cum quibus fornicati ſunt.* Notant pro dæmonibus habere textum לשעירים *laſegnirim*, id eſt capris, ſicut & in Iſaia c. 13. circa finem, de capris ſaltantibus fit mentio, ſeu de piloſis. & per capros intelligũt dæmones qui in modum piloſorum caprorum apparebãt cultoribus ſuis, vt dixit Rabi Kinchi. & nunc ſortilegæ examine torturæ & ſponte interrogatæ, fatentur in ſuis commentibus ſacrilegis, dæmonem in ſpecie hirci adorare & poſteriora eius oſculari.

Referunt Iudæi in Midras יושוע, in explicatione *Ioſue* ante ſacrificium oblatum de Iſaaco per patrem, Sathanam primum apparuiſſe: in forma ſenis Abrahamo: deinde in forma puerili Iſaaco, Tertio Sarræ ſub ſpecie rurſum viri ſenis, & cum illorũ animos à Dei obedientia flectere nequiret, confuſum diſceſſiſſe.

11 Erat idolum apud Saxones in caſtro Eresburg, dictũ Irminſul. quod euertit Carolus dictus Magnus, anno 772. vt habetur in Annalibus Pipini & filiorum eius.





*De Dæmonum adoratione.*

## CAP. XX.

ACcedat ſuperioribus nunc contẽplatio, quibus artibus & quàm ſcceleſtè ad impietatem ſui cultus, pertraxerit homines dæmon. Poſtquam itaque dæmones veri Dei numen ſuis impoſturis obſcuraſſent, inanibus idolis, & iam turbatam viderunt mentem & dubiam in Dei cultu errantium, tunc aperte ſeipſos adorari procurarunt & gloriam Dei ſacrilego animo, ambitione & ſuperbia qua tenentur, in ſe transferre voluerunt. & præſtigiis terroribus & quibuſdam ementitis vel ſuppoſitis oraculis diuinationibus aliiſque artibus animos hominum errantium & negligentium Deum verum inquirere faſcinarunt, vt deos eos crederent de quibus nos alibi tractauimus [a].

a *Lib de angelis tomo 4. commentariorum ſyntaxeῶ artis mirabilis, parte prima, & lib. 7. ſyntaxeῶn c. 3. & 4.*

Et lib. 34. Syntagmatis iuris vniuerſi. atque alibi dum de magis agimus quæ num repetam, & vnicuique auido ibi inquirenda relinquam quæ mihi occurrerent poſtea promam.

2 Sunt ſpiritus Empuſi qui vno pede incedunt, terribiles, quorũ genus dicitur à Suida ἔμπουσα δ' εἴκελον. Sunt paredri, aſſeſſores diaboli, vitæ faſtidium & periculum inferẽtes, & qui ſub diuerſis ab officiis nominibus ſumptis, fuerunt adorati: vt penates, lares, laruæ genij, manes, lemures, & ſimiles.

3 Immundus ſpiritus in affectatam carnis macredinem infunditur, vt ſcribitur in *Sanedrin* lib. c. quatuor ſunt nefandi ſpecies, &c.

Ideo mortuos conſulentes per parſimoniam extenuant vires, & nocturno tempore iuxta tumulos degunt, quatenus ipſis in ſomniis, ſordidi defunctorum ſpiritus afflatu, efflagitata ſibi reſponſa innoteſcant. ſic dæmon ſibi, ea occaſione, Dei munus futurorúmque oracula vſurpabat, & ideo Deus ita ne fieret prohibuit, Deutero. c. 17. vt Iudæi exponunt in præcepto negatiuo 56. Vbi & Paulus Iſraelita illud annotat.

4 Erat & vetuſta hominum inſolentia, certa dæmonum cultura animalium ſanguinem in foueam colligere, & circumquaque iuxta crucem recumbendo, cum dæmone ſodalitij fœdera inire, vt refert Rabi Moſes Germidenſis in præceptum Iudæorum negatiuum 220. Et ibi Paulus Iſraelita aſſerit ita intelligendum cap. 19. Exodi & cap. 19. Leuitici dum dicitur, *Mon comedetis iuxta ſanguinem.*

5 Suppoſuit & mortuorum diuinationem dæmon, & ita ſe adorari procurauit. ſcribitur enim in præceptis *lo gnaſce*, negatiuus, præcepto 36. quod ſumptum eſt ex Deuteron. cap. 18. Non inueniatur in te, qui conſulat אוב *ouu*, qui Pytho explicatur in Deuteronomio, cuius appellatio generalis eſt ad omnem diuinationem cum tamen אוב *ouu*, ſit ſpiritus defuncti qui de medio aſſellarum ſeu regionis, aut de ipſius defuncti craneo ſuſurro loquitur, vt ſcribitur in libro *Sanedrin* ſeu iudiciorum, c. quatuor ſunt necandi ſpecies, & Eſaiæ ca. 29. Ibi quaſi Phitonis (in Hebreo אוב *ouu*) de terra vox tua & de humo eloquium tuum muſſitabit. & 1. Regum cap. 28. Diuina mihi in Phitone. (ſcilicet אוב *ouu*) & ſuſcita mihi quem dixero tibi.

& ſuſcitatus Samuel, ſic & explicat Paulus Iſraelita Iudi. 36. præceptũ Iudæorum.

Defendi & poteſt rectè qnod אוב *ouu* dixerunt Hebræi Pythonẽ. ſeu *πύθονα* Græcis dici. Nam & *πύθον* dicitur *δαιμόνιον μαντικόν* dęmonium diuinans apud Heſichium & Suidam. vt & apud Diuum Lucam. Actorum ca. 16. Ancilla diuinabat habens ſpiritum pythonem, in quo diuinabat, idémque Heſychio *πύθων* ac *ἐγγαστρίμυθος* ſeu *ἐγγαστρίμαντις*, id eſt ventriloquus, quem & antiqui vocabant *ἐυρυκλέα*. quod teſtatur Plutarchus libro de ceſſatione oraculorum, *τοὺς* inquit *ἐγγαστριμύθους ἐυρυκλέας πάλαι, νῦν πύθωνας προσαγορευμένους*, & cætera.

Rectius autem pytones, qui è cadaueribus reſpondebant in necromantia, eóque *πύθω*, Græcis putrefacio eſt & *πυθὼ* putredo.

Inde tamen diuinos alios dictos per extenſionem non ambigo, & Apollinem in Delphis diuinantem pythonem, quanquam dicant fabulæ Apollinem pythonem dictum, vel pythium à ſerpente per illum occiſo, quem dicunt natum ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis: cui certæ fabulę reſpondet veritas, ſerpentem hunc dæmonis ex putredine idololatriæ, poſt diluuium Noachi natum fuiſſe, ſeu apparuiſſe, & inuocatum, quem tamen verus Chriſtus ſuis ſagittis, & victoria crucis transfixit, & de regno occupato, deiecit à ſede vſurpata.

6 Adinuenit & dæmon alium modum quo latenter ſe conſuli voluit, pollicitus diuinandi ſpiritum, nempe imponendo quoddam os cuiuſdam animalis ori, animal illud Hebręis *Iedua* dicitur, quod vt ait Moſes Chriſis, alio nomine Sampſonis, in præcepta negatiua Iudæorum, præcepto trigeſimooctauo, & ex ſententia Hieroſolymitana; eſt animal humana forma quod vndique ad vmbras reperitur, cui de vmbilici medio funis emittitur, quo veluti ſtirpes humo cucurbitę inſtar affigitur, & quoad funis longitudo protrahitur, animal circumueſcitur, & deuorat, illúdque capere neſciunt venatores, niſi ſagittarum ictu funem præſcindant, qno amputato ſtatim expirat, atque ex eius oſsibus çerta quadam lege ori impoſitis, ſtatim arreptus opifex expetita eloquia auſpicij fundebat, & hi aruſpices vt colentes deum alienum, dicti ידעונים *iedognim*, prohibiti à Deo præcepto Iudęorum negatur trigeſimonono. quod prodeſt ad intelligendum, capite decimonono Deuteronomij, *non conſuletis Ieduim*.

7 Rurſum idololatrię alia ſpecies diuinationis per lignum cui ſe immiſcebat Dæmon, prohibita in præcepto negatur Iudæorum quinquageſimo ſecundo & Deuteronom. capite decimooctauo. *Non inuenietur in te qui lignorum fruſtibus arioletur*. Sumpta lignorũ particula, cuius in vno latere detracta ſit cortex, & in altero relicta: ſi primo iactu fruſtuli reſupinati iam humi decorticata & cādida facies apparuiſſet, ſecunda verò proiectione totorum cortice opertum latus oſtenderetur, ſoſpitem fauſtúmque gerendarum rerum euentum protendere putabant: ſin verò vice verſa obſcura facies primo, candida ſecundo ſuperior eueniſſet, nubilam & miſerabilem ſortem denunciare dicebant. Quod ſi vtroque iactu decorticatum opertúmve latus obtuliſſet, futurum inter vtrumque ſucceſſum augurabantur. contra hoc ipſum exclamauit Oſeas, cap. 4. ***Populus meus in ligno ſuo interrogat & baculus eius enunciat ei.*** Et hoc refert etiam Paulus Iſraelita ad dictum præceptum 52. Negatiuum quod ante ipſum annotatum vidi in commentariis Hebraicis ad dictum præceptum 52. vbi & additur illud ipſum ſeruari in Sclauonia meminit & de his ſuperioribus diuinationum generibus, Franciſcus Venetus tomo 2. Problemâton ſacræ ſcripturæ, ſectione 5. Problemate 275. 276. 277. 278. Enumerat etiam & explanat modos 11. Diuinationum problemma. 286.



8 Aggrediuntur etiam apertè dęmones, volúntque ſibi cultum diuinum exhiberi impij ſpiritus quando diſpoſitam inueniunt hominum mentem ad ei obſequendum. vt accidit ſortilegis & magis, quos primum latenter prætextu alicuius auxilij vel boni experiuntur, poſtea adorari ſe petunt, habemus praxim eius malitiæ in ſacris eloquiis dum de tentatione Domini agunt Diui Matthæi cap. 4. & Lucæ 4.

Primùm enim ambitionis lue, occaſione neceſſitatis famis, voluit Sathanas Chriſtum à mente deiicere, *dic vt lapides*, inquit, *iſti panes fiant*. Sic etiā mulieres & viros pauperes afflictos inceſtos, aggreditur, & ſpem aliquam eorum malum leuandi offerunt, & illos releuare à pręſenti malo velle perſuadent. Sed ſecundo congreſſu, virus vomunt & auxilium compenſari idololatria deſiderant, & concupiſcentia perſtringũt oculos, quemadmodũ Domino Ieſu Chriſto in ſecundo congreſſu, auſus eſt dicere perditiſſimus & nequam ſpiritus, *hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*: mentitus ad ſe regna & regiones quæ ex monte illi oſtendebat ſub ſua poteſtate eſſe: quemadmodum pollicetur ſortilegis, magis, & aliis quos decipit, quæ præſtare tamen non poteſt, dum eos ſibi initiat & ſuæ idololatriæ. Poſtremò autem iam illaqueatas animas, in pinnaculo cogitationum defert, & deſperationem commouet & impellit vt ſe mittant deorſum à pinnaculo templi: & ita abnegent ſanctam fidem Dei, ſeſéque præcipites dent ad omne genus abominationum exequendum, quod ipſi perſuaſerint. Voluit porrò Dominus cum dæmone prior hoc certamen ſubire, vt remedia quoque ſequenda relinqueret, & defenſionibus eius & armis in fide eius vtamur. Dum enim in primo congreſſu, poſt ieiunium famem pateretur, & à dæmone tentaretur vt miraculo in panes lapides conuerteret, reſpondit, *Non ex ſolo pane viuit homo, ſed in omni libro quod procedit de ore Dei.* Deut. c. 8.

Eáque reſponſione vti debent Chriſtiani: dum enim penuria afficiuntur & carent voluptatibus, debent in Deum cogitatum ſuum iactare, iuxta verbum eius vel Prophetæ Dauidis [a].

[a] *Pſal. 14. v. 23. Pſa. 146. v. 9 Matthæi c. 6. verſ. 26.*

Qui dat volatilibus cœli & omnibus creaturis illis neceſſaria tẽpore. Dæmon autem vult tentari in eo & offendi Deum, & ideo ex lapidibus vult vt nos experiamur, non poſſimus panes educere. Hoc eſt vult & ſuadet, vt nos lucrum ex his eliciamus quæ lucrum dare vel alimenta ſeu ſubſidia per rerum naturam non poſſunt nec debent, & ita offendamus Deum: vt eo relicto poſſit in ſuam ſeruitutem facilius trahere.

9 Quid enim aliud faciunt vſurarij quàm quod ſuadebat Chriſto dæmon, ex lapidibus enim & metallis ſeu mutuo lucrum accipiunt quod natura non poteſt producere neque enim naturaliter aureus vel alius numus generat alium numum. Item ex quæſtu corporis multæ mulieres, alij ex latrociniis, alij ex impiis artibus lucrum & panes ſeu vitæ ſubſidia mendicantur: quę omnia, nihil aliud ſunt quàm ex lapidibus panes velle facere.

Obiecit verò tentationi per quam diuitias gloriámque mundi in vmbra oſtenſam, pollicebatur, ſi eum adoraret: *Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.*

Et docuit nulla huiuſce mundi gloria, poſſeſſione, ambitione cedendum eſſe à cultu Dei, hæc enim nihil hominibus proſunt, ſi animæ ſuæ detrimentum patiantur, qui ea poſſederint [a]. Hæc fluunt & in hoc ſeculo relinquuntur, vita autem æterna ſemper nos comitabitur. *Et qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli.* vt ait D. Paul. 1. ad Tim. c. 6.

a *D. Matth. c. 16. v. 26.*

Non eſt mutandus Dominus, nec ſanæ mentis ij videntur eſſe qui à patris amicitia in tyranni crudeliſſimi, qualis eſt dæmon inimicus, irreconciliabilis homini tranſire volunt ſubiectionem ſeu poteſtatem. Impius, aſtutus, & omni malitia inſtructus, cum hominibus quos ita agreditur vt extorqueat cultum diuinum, negotiari ſatagit, & vno obolo ad venditionem animæ & corporis perſuadet. dat enim minuta quædam cáque interdum nulla, vt in ſuam officinam & carceres credulos traducat.

Videbis enim ſortilegas aliquas ſe dæmonibus committere, vel vt exiguum panem vel fruſtum conſequantur, vel vt ſe vindicent ab inimicis, vel vt poſſint quædam quæ illis videntur pulchra exequi: vt & magi, ad ambitionem oſtentationẽ ſtolidam & ioculatoriam, ſæpe dęmones auocant, & illis inſeruiunt. Miſeri immemores primi præcepti, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Deuteronom. 6.

Immemores eius aureę verè ſententię, *quàm commutationem dabit homo* pro anima ſua [b].

b *D. Matth. c. 16. v. 26. Marci 8.*

Neque veras diuitias aut veram gloriam dare poteſt dæmon, ſed vmbratilem & figuratam ſeu apparentem. Dæmon nihil habet quod poſſit ſine voluntate Dei vt veri Domini, transferre. éſtque verè miſer, abominandus inops & mendicus: Deus contra, de quo dictum: 1. Paralipom. c. 29. ver. 11. & ſeq. *Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra, tua ſunt: tuum Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes.*



*principes. Tuæ diuitiæ & tua eſt gloria, tu dominaris omnibus: in manu tua magnitudo & imperium omnium.*

Hic eſt Deus, de quo verè cecinit virgo Maria *qui eſurientes impleuit bonis, diuites dimiſit inanes*, D. Lucę cap. 1.

10 Ad poſtremum verò perſuaſum inconſultum pręcipitium, Chriſtus nobis etiam arma ſubminiſtrauit, *non tentabis Dominum Deum tuum* [a].

a *Vt Deut. c. 6. ver. 16.*

Non enim experimentum quęrendum eſt à Deo, neque dimoueri *Dęmonis* impreſſionibus nos oportet à propugnaculi noſtri tuitione, ne inuadamur aut intercipiamur per latentes inſidias ab hoſte: non eſt fides abneganda, qua reſiſti poteſt inimico circuenti ſathanę. Iuxta illud D. Petri 1. c. 5. *Cui reſiſtite fortes in fide*: neque oportet pręuenire pręcipitatione operationum noſtrarum, prouidẽtiam Dei, quę nunquam oportuno tempore in eum confidenti & poſtulanti defuit. Quod non poteſt dęmom perſuaſionibus, munerúmue oblatione conſequi, deſperatione obiecta, conatur extorquere: & quæ obtinuerit, eadem retinere & vi & metu verberibúſque quos ſemel ligauit, conatur prohibere ne ad fidem redeant, & ad reconciliationem eccleſiæ per abdicationem impietatis.

Remedium & amuletum præſentiſſimum eſt, cauere à peccatis quę ianuæ ſunt, quæ ei aditum liberiorem ad nos præbent, Dei opem ſemper inuocare, fidem incontaminatam ſeruare, initio proditionis viriliter obſiſtere. Videtur enim dæmon ſimilis piſci capitoni. Is enim vt ſcribit Claudius Ælianus [b].

b *Lib. 1. de natura animalium c. 3.*

Nonniſi iacentem piſcem deuorat. Οὐ πρότερον δὲ αὐτοῦ προσάπτεται, πρὶν ἢ διὰ τῆς οὐρᾶς κινῆσαι, καὶ ἀτρεμοῦντος μὲν ἔχει τὴν ἄγραν κινηθέντος δ᾽ ἀνεχώρησε Id. *Non prius ipſum tangit vel inuadit, quàm cauda mouerit, & immobilem ipſum quidem habet in prædam, mouentem autem ſe pertranſit intactum.* Sic Sathan iacentem hominem & non contradicentem, aut pericula non fugientem, tantùm decipit & illigat, alios nequaquam. Quæcunque etiam animæ vt ait Euſebius [c] vitiis ſubiectæ appetitu feruntur, iræ concupiſcentiæque ſeruientes, in naturam dæmoniorum conuertũtur, ac pernitioſæ ſicuti illi, fiunt. Sunt autem ſicut & dæmones inuiſibiles & inſenſibiles, &c. Addit poſtea ſpiritus dæmoniacos ſubminiſtrare animæ, ingentes malorum ſuggeſtiones & velle pro Deis haberi & ideo gaudere ſanguine, vt & Porphyrius, ait.

c *Lib. 4. de præpara. euangel. c. 11.*

11 Antequam dæmon ſe aperte inſinuet & cauentibus ſe offerat, diſtinctè ſatagit primùm nobis arma eripere, fidem & bona opera in fide facta. Fidem conatur deiicere, prauis dogmatibus, falſis religionibus, & ſuperſtitionibus: dehinc vt ait D. Gregorius [d]. Tribus modis, bona opera noſtra inſequitur. Aliquãdo intẽtionem polluit: vt quod in actione ſequitur, purum mundúmue non exeat. ſic auram tranſitorij fauoris apponit: ſi in hoc non præualet, in via laqueos tendit & ligat, in eo quod agitur exaltans, ſic laude agentis viam bonã immutat, & illa mens reſoluitur, & opus bonum antequã finem attigerit, diſſipatur. interdum illud velamine mœroris obumbrat: interdum nimia exultatione. Tertio, his Satana non præualente,

d *Lib. 1. moralium in Iob. cap. 38.*

duriores in fine laqueos tendit, de quo Propheta Pſal. 55. *ipſi calcaneũ meum obſeruauerunt*. & Pſal. 141. *In via qua ambulabam poſuerunt laqueum mihi*. & ſic eum qui iam ſibi ſecurus videtur, aggreditur.

De technis diaboli admonet quędam etiam Cyprian. lib. 1. epiſt. 8. ad plebem. *vitate lupos, qui oues à paſtore ſecernunt: vitate linguam diaboli venenatam, qui ab initio mundi ſemper fallax, ſemper & mendax mentitur vt fallat, blanditur vt noceat, bona promittit vt malum tribuat, vitam pollicetur, vt perimat*. Et rurſum tracta. 3. de ſimplicitate prælato. dæmon dicitur ſerpens, eo quòd ſerpat & latenter inſidietur & fallat: blandis & ſpecie boni, vt decepit Euam, & Dominum tentare adorſus eſt, à quo tamen intellectus & retruſus eſt. & iterum lib. 3. epiſtolarum ep. 1. *Neque aduerſarius perſequitur & impugnat, niſi caſtra & milites Chriſti: hæreticos proſtratos ſemel, & ſuos factos contemnit, eos quærit deiicere, quos videt ſtare.*

Et 4. tract. de ſimplic. præla. *ſpiritus inſynceri & vagi, qui poſteaquã torrentis vitiis immerſi ſunt, & à vigore cæleſti terreno cõtagio receſſerunt, non deſinunt perditi perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere.*

Porphyrius ſcribens ad Anemonem Ægyptium, negat deos eſſe à paganis cultos, ſed dæmones principes malos, atque mirari, cur eorum ſacerdotes mortuis ſe polluere cauerent, & ipſi ad nidorem læſorum animalium accurrerent: cúrque minas vererentur, rogati verum dicere, ſiquis minetur quod cœlum infringet, quod occulta Iſidis reuelabit, quod ea quæ ſunt in adyto ſecreta aperiet, quod Charonis cymbam firmabit, quódque Oſyridis membra Tryphoni diſcerpet. vt & refert Theodoretus lib. 3. de curatio. Græcarum affectio. vbi etiam addit, eundem Porphyrium quanuis Chriſtianorum hoſtem, exiſtimaſſe malos dæmones ſub Serapidis poteſtate, quem & alio modo vocari ait Plutonem, dæmonúmque teſſeram & ſymbolum eſſe, tricipitem Cerberum canem, hoc eſt malum dæmonem qui in tribus inuenitur elementis, aere, aqua, terra.

12 Prima apoſtatandi à Deo cauſa dæmoni, fuit illa ambitio cultus diuini, dixit enim, *pone ſedem meam in Aquilone, & ero ſimilis Altiſſimo*. Eſaię c. 14. quem nominant *Sathael*, & præcipitatus de culmine Angelico, dictus eſt diabolus, vt ſcribit D. Chryſoſtomus, homilia de Adamo & Eua: & homilia de lapſu hominis primi, tom. j.

13 In Orientali Ruſsia, vt habetur in quadam epiſtola ſcripta ex illis partibus, anno 1581. ad Dauidem Chytręum excuſſa Spiræ. etiam anno 1591. incolæ dæmonem Meridianum, metuebant & colebant. ille enim cùm iam maturè reſecantur vt ibi dicitur, fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operariiſque vni vel pluribus, niſi protinus viſo ſpectro in terram proni concidant, brachia frangit & crura. Neque tamen contra hanc plagam remedio deſtituuntur, habent enim in vicina ſylua arbores religione patrum cultas, quarum cortice vulneri ſuperpoſito, non tantum vulnus ſanatur facilè, ſed & dolorem loripedi dęmonis, ſeu lemuris exuunt.

14 Narratur & in epiſtola Iohannis Meletij ſcripta, ad Georgiũ Sabinum de religione Boruſſorum, quæ ponitur poſt prædictã Chytræi Sar-



 træi: Sarmatiæ gentes, colere ſpiritus quoſdam viſibiles, qui lingua Rhutenica *coltri*, Græca *coboli*, Germanica *coboldi* dicantur, quos credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerie lignorum nutriúntq; eos lautè, omni ciborum genere, eo quòd adferre ſoleãt nutritoribus ſuis frumẽtum ex alienis horreis furto ablatũ. cùm verò alicubi illi ſpiritus habitare & nutriri cupiũt. hoc modo ſuã ergá patremfamilias voluntatem declarant, in domo congerunt noctu ſegmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium ſtercora: quod vbi paterfamilias animaduerterit, nec diſsipauerit ſegmata nec ſtercora è mulctris eiecerit, ſed de inquinato lacte cũ omni familia ſua comederit, tunc illi apparere, & permanere ibi dicuntur.

In quo ego obſeruo miſericordiam Dei in tales homines qui eos non permittit decipi ſpecie boni vel pulchri, ſed tantùm concedit dæmoni hæc turpia eis proponere, ex quibus poſsint facilè cognoſcere, qualis ſit is qui ea proponit: quàm ſpurcus, infamis, turpiſque, & abominabilis, vt inde arguantur ſponte ſe in tantam miſeriam ſeruitutis dæmonicæ, & in damnationem ſe demittere, contra excellentiam & dignitatem, honeſtatémque etiam humanam. Illud autem videtur adhuc aſtu maiore opertum, quod narrat.

15 Narrat Tertullianus libro de corona militis, in Mithræ ſeu Solis idoli initiationibus, ſeu myſteriis, militi qui initiabatur, coronam, interpoſito gladio oblatam, quam capiti ſuo accommodaret, & inſuper diabolum ipſas res ſacramentorum diuinorum æmulatũ, tinxiſſe, id eſt baptiſaſſe, ſignaſſe in frontibus, celebraſſe panis oblationem, imaginémque reſurrectionis induxiſſe.

16 Ferunt in orbe nouo & terra dicta Calicuth, dæmones viſibiliter adoratos quo tempore Chriſtiani eò adnauigarunt.

17 Scribit Gaguinus libro 10. circa annum 1460. quendam Guillelmum Gallum, dęmonem ſeu diabolum in ſpecie arietis adoraſſe, vt potiretur amore cuiuſdam illuſtris fœminæ.

18 Hodie maximum ſcelus inter ſortilegos & ſortiarias, quòd pluribus iudiciorum quæſtionibus & ſpontaneis eorundem confeſsionibus, & teſtium comprobationibus detectum eſt, vt per adorationem Dęmonis, eiurato Dei veri cultu & baptiſmo, infandis ſuis myſteriis initientur, & in eadem abominabili adoratione execrationibus obligentur.

*De locis in quibus cultus religionis ſolus Dei exercebatur.*

## CAPVT XXI.

NObis Deus in omni loco ſua beneficia largitur, vbique per ſuam diuinitatem, & poteſtatem opera ſua exercet: omnia quocunque loco ſint, ſuam bonitatem, omnipotentiam, præſtantiam, ſapientiam, & virtutem prædicant.

Deus vbique videt, & vndecunque deprecantes, & gloriam, &

laudem ei meritò tribuentes, & canentes exaudit. Quod perſuaſit quibuſdam vt Magis Perſarum, & Xerſi, non eſſe certum locum, vel templum Deo ædificandum, vt qui eo contineri non poſſet, vt refert Cicero, & alij, & ſcribit Herodotus libro ſecundo Ægyptios primos diis & aras, & ſimulachra, & delubra ſtatuiſſe, quod & veriſimile eſt & Ægyptus videtur eſſe omnis idololatriæ origo.

2 Alij & melius, vtrunque confeſsi ſunt: & quod cœli, nec cœli cœlorum, continere poſsint verum Deum, nec per conſequens domus Deo conſecrata: verùm locum ſanctificatum Deo, & nomini eius, accipere gratiam à Deo, vt in eo inuocatus exaudiat orationes de loco habitaculi ſancti ſui in cœlo, & cùm exaudierit propitius ſit, vt explicat Salomon 3 Regum c.8. In omni enim loco priuatim Deum colere, laudare, & deprecari, hoc & conueniens eſt & expedit, nec eſt quiſquam tam vecors qui putet Deum ex priuatis locis non audire, & priuatos contemnere. omnia enim & ſingula ad eius prouidentiam pertinent.

At publica ſacrificia, religioniſque myſteria in omni loco peragere non expedit, nec permittendum eſt: metu, ne quis arroget modum nouum colendi Deum, aut nouos deos ſibi more gentilium confingat, vt Michas Iudi.c.17. & ordinem eccleſiaſticum, ſacrámq; hierarchiam conturbet, & polluat, vt videtur fateri Leo conſtitut. Nouel. 4. & hæreticorum conuenticula ſatis comprobant, & hæc ratio videtur appoſita in prohibitione facta à Deo. Leuit.17. de non offerendo alibi ſacrificio quàm in oſtio tabernaculi teſtimonij, additur enim ver.7. *& nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas dæmonibus cum quibus fornicati ſunt. &c.* ſicque iuſsit Deus Deutero. c.12. ver.11. *In loco quem elegerit Dominus Deus veſter vt ſit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipua conferetis holocauſta, & hoſtias, & decimas. &c.* & poſtea ver.13. *caue ne auferas holocauſta tua in omni loco quem videris: ſed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum offeres hoſtias. &c.* quod & fusè probatur ex variis ſacræ paginæ locis, & ſententiis patrum, & ſacroſanctis conſiliis, per totam ferè 1. diſtinctionem, de conſecratione apud Gratianum maximè c.1.2. ſicut non alij.xj. & ſeq. excepta cauſa neceſſitatis, quę permittit cum authoritate eccleſiæ, alibi offerre myſteria publica, quàm in locis conſecratis, idque probatum Nouella Iuſtiniani 131. de eccleſiaſticis titulis, 8. ſi qui in ſua domo c.8. & Nouella 58. vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant.

Quas tamen Nouellas abrogauit contrarium permittendo Leo Imperator, Nouel.4. vt non modò vniuerſalis eccleſię ſacerdotes, verùm etiam qui ad quamcunque ſacram ędem pertinent, ſi in hoc vocentur licitè ſacra myſteria exponere, diuinúmque cultum celebrare domi priuatę poſſint. & conſtitutio.15. vt ſalutarem baptiſmũ in quocunque ſacro oratorio peragi liceat. Quæ conſtitutiones in tantum ſunt recipiendæ, in quantum ſacris canonibus non contradicunt, vt cæteræ imperatoriæ leges, c. non licet.2. cum tribus ſequentibus.10. diſtinct. videndum de hoc conſilium Tridentinum[a]. Lex erat 12. T. *Cõſtructa à patrib⁹ delubra habẽto: lucos in agris habẽto.*

[a] *ſeſſio.22. in decreto de obſeruandis in miſſa.*

2 *Lu-*



2 *Luci* inquit Varro 5. de lingua Latina. *à luce, quod propter lucem cultus inſtitutus ſit, exiſtimant alij locum arboribus conſitum numini conſecratum lucum dici, per antiphraſim, eo quod lux rara ibi ſit ob denſitatem arborum, cùm non liceret inde propter religionem arborem cædere.*

Cornelius fronte, de differ. voc. ait, fanum dictum, quod Fauno locus eſſet conſecratus alij, à fando quod fando conſecretur, templum in loco augurato, Sacellum paruum ædificium diis conſecratum, lucus locus fulmine ictus, & arboribus tectus.

Apud Virgilium, lucus ſemper, vt ait Seruius, locus augurio conſecratus, aliqui deriuant lucum, ab Etruſca voce, *luca*, quod eſt ſenex. ita lucus Latini regis in 7. Æneidos templum curiæ ſenatorum ita deſcriptum.

*Templum auguſtum ingens, centum ſublime columnis*
*Horrendum ſyluis ac religione parentum.*
*Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces*
*Regibus omen erat, hoc illis curia templum.*

Siquidem vt ait Seruius Senatus habere conſiliũ vel curiã non poterat, niſi in loco inaugurato, centum illæ columnæ erant cẽtum ſublimes arbores conſitæ. In lucis colebantur diuerſi dij, prout illi dedicati erant ſeparatim: vnde religio extra vrbes maximè in lucis erat, vel iuxta delubra erant luci: prohibuit illud Deus Deutero. c.16. ver.21. *Non plantabis lucum & omnẽ arborem iuxta altare Domini Dei tui: nec facies tibi neque coſtitues ſtatuam quæ odit Dominus Deus tuus.*

Meminit ſæpe ſacra ſcriptura, populum Iuda & Iſrael, concitaſſe iram Dei & ideo à Deo punitum, quod ædificaſſet more idololatrorum ſibi aras & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſuper omnem arborem frondoſam quæ vocãtur excelſa & eorum ſacerdotes, ſacerdotes excelſorum 3.reg.c.14, ver.23. & ca.15. verſu 13. & cap.12. verſ.31.

4 Non reprobauit autem locum Deus nemorum, & lucorum, neque prohibuit ibi nomen ſuum inuocari ſed nouit ad idololatriã procliues, gloriam Deo debitam ibi profanari, tranſlatam in dæmonia. Nempe ex arbitrio more paganorum noluit in excelſis ſibi per populum ſacrificari. Alioquin ante tabernaculi & templi erectionem, Abraham fidelis plãtauit nemus in Berſabeo, & inuocauit ibi nomen Dei Æterni, & fuit ibi colonus Paleſtinorum diebus multis Geneſ.c.21. verſ. fina. & antequam Salomon ædificaſſet templum Deo, populus imolabat in excelſis & ipſe Salomon imolauit in holocauſtum ſuper altare in Gabaon mille hoſtias, quippe illud erat excelſum maximũ cuius loci oblatio grata Deo fuit 3.regũ c.3.v.2. & 4.

5 In conſilio Hanetenſi c.8. quod refert Burchardus epiſcopus Vuormacẽſis, li.10. decretorũ c.10. ſtatuitur, vt inuigilẽt epiſcopi & eorũ miniſtri, vt arbores (quas vulgus colebat in tãtum, & nec ramũ vel ſurculum inde auderet amputare dæmonibus cõſecratas) radicitus exſcinderẽt, ac cõburerẽtur, & lapides quoq; quos in ruinoſis locis, & ſylueſtrib. Dęmonũ ludificationib. decepti venerabãtur, funditus effoderẽtur, & in talem locum proiicerentur, vbi nũquam à ſuis

cultoribus venerari poſſent,& vt hortarentur hæc Idololatriam vetitam pertinere,& vota ſua ad eccleſiã Deo portãda pro ſalute .Atq; in conſilio Bracharenſi c.22.relato à Burchardo eo libro 10.c.21.Sic ſtatutum *ſi in alicuius presbyteri parrochia infideles aut faculas incenderint,aut arbores aut fontes , aut lapides venerantur , ſi hoc eruere neglexerint, ſacrilegium ſe feciſſe cognoſcant &c.*

Iuſſit Deus Gedeoni deſtruere aream Baal quæ erat patris ſui , & ſuccidere nemus quod circa arã erat: quod & fęcit , & ędificauit altare Domino in ſummitate petrę Iudic. c. 6. ver. 25. & ſeq. ibíque non locum, quia erigi altare eodẽ loco ſibi pręcepit, ſed id quod colebatur,reprobauit,vt veram religionẽ reſtitueret,non aliam reprobatę ſimilem: quemadmodũ legitur feciſſe Nabuchodonozorẽ , qui in mandatis dederat Holopherni duci exercitus , vt omnes deos terrę exterminaret,lucos eorum excideret, videlicet vt ipſe ſolus diceretur Deus , à nationibus quæ potuiſſent Holophernis potentia

a *Iudith c.3.* ſubiugari[a].

6 Adorarũt verum Deum quidẽ in ſyluis & locis deſertis anachorete, & ſolitarij, ſed non more idololatrorum dęmonia.

7 Erãt & loca quędã certa orationi & cultui diuino ſẽper deſtinatã, ab eo tẽpore quo Dei adoratio eiúſq; ſacrificia publicè inſtituta ſunt. fieri enim aliter nõ potuit, nã tria hęc ſe ſemper cõſecuta ſunt, cultus ſeu religio, ſacrificia, & altare vbi ſacrificia fierent. Iámque ab initio Setho natus eſt filius Enos, cœpit inuocare nẽpe publicè, nomẽ Domini, Gen.c.4.in fine, priuatim enim à quolibet, exceptis his qui ad idola declinauerãt , inuocabatur nomẽ Domini vt liquet ex eodem c. 4. de Abel & Cain. refertur & c.14.Geneſ.ver. 18. regẽ Salẽ Melchiſedech, qui egreſſus eſt ad occurſũ Abrahę redeũtis ex cęde regũ, protuliſſe ei panẽ & vinũ quia eſſet ſacerdos altiſſimi, quod & refert Diuus Paulus ad Hebræos c.7. verſiculo 3.

8 Licitũ & erat ante Moſem, locũ orationis cuiq; ſibi deligere,& ſanctificare : quemadmodũ domũ Deo ædificauit Iacob in loco in

b *geneſeos 28. verſiculo f. & c. 31. verſiculo 13.* quo apparuit ſibi Dominus & angeli in ſcala innixa cœlo & terrę.[b]

Arbitror autẽ Deũ verũ etiam vt plerumque adoratũ in ſũmitatibus montiũ,& ibi ſacrificia fuiſſe ſolẽniora oblata , & altaria id eſt altas areas, ędificata ſeu cõſtructa. Iuſſus Abrahã à Deo ire in terrã

c *Geneſ. 22.* viſionis, atque ibi offerre filiũ, loco cuius & ſacrificiũ Deo iubente obtulit. in vno mõtium quem mõſtrauit illi.[c] Templũ ędificatum à Salomone in mõte Moria Deo,[d] & ideo Micheas c.3. in fine, minatur ex nomine Dei deſtructionem templi, & ait, *Sion quaſi ager arabitur: & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarũ.* & in c.4. eiuſdem prophetiæ, *& in nouiſſimo dierum, erit mons Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper col-*

d *2.Paralipo 3. verſiculo 1.* *les, & fluent ad eum populi &c.*

e *D. Math. c.14. D. Marci c.6. D.Lucæ c.6.*

Quin & aliquando Deũ verum Syri victi ab Achab ſub rege ſuo Benadab, dixerunt Deũ montiũ, *dij* inquiebãt *montium ſunt dij eorũ, ideo ſuperauerũt nos : ſed melius vt pugnemus contra eos in cãpeſtribus & obtinebimus eos.* 3. *reg. c. 20. verſiculo* 23.

*Dominus noſter* IESVS CHRISTVS *aſcẽdebat in mõtẽ ſolus orare*



hęc omnia ab initio ſoli veróque Deo conſecrata dicata & conſtructa at demonis ambitio impietas & inſidie, quibus aucupatur incautas animas hominum ſibi voluit quæ Deo debentur etiam in terris vſurpare, & perſeuerans in malitia & ſuperbia propter quam deiectus fuit è numero bonorum Angelorum cœleſtium , Eſaiæ capite decimoquarto. voluit quoque Deus haberi , & eo modo quo verus Deus, coli non vt illi videtur in contumeliam creatoris, ſed in ſui ipſius maiorem damnationem. Et proinde vt conturbaret quantum in ſe eſt , cultum Dei veri, & curauit idolis ſuis ſacrificari in excelſis per ſuos adminiſtros, in lucis, in montibus, in aris, altaribus per impietatem erectis, interdum in foueis, in ſpeluncis & in templis ſibi execratis.

Melanthes in libro de ſacrificiis πᾶν δὲ ὄρος , τοῦ Διὸς ὄρος ὀνομάτεται, ἐπεὶ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς , ὑψίστῳ ὄντι τῷ Θεῷ , ἐν ὕψει θυσίας ποιεῖσθαι. id eſt, omnis mons, Iouis mons *appellatur, quoniam mos fuit antiquorum vt quia Deus eſt altiſſimus, in loco altiſſimo ei ſacrificarent*

Meminit & Apollonius Rhoduis, libro 2. Argonau.

Καὶ βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς ἰκμαίοιο,
Ἱερά τ' εὖ ἔρρεξεν ἐν οὔρεσιν ἀστέρι κείνῳ
Σειρίῳ, αὐτῷ τε Κρονίδῃ Διΐ, τοῖο δ' ἕκητι id eſt,
*Ingentem Iouis humentis tunc extruit aram,*
*Et ſacra imponit in montibus: hic quoque ſacra*
*Sirius accepit, ſic Iupiter ipſe volebat.*

Et ſacra pagina cùm deteſtatur idololatras in Iſrael , adiicit inter cætera quæ agebant , vt 4. Regum c.16 verſiculo 4. de Achaz *immolabat quoque victimas & adolebat inceſum in excelſis , & in collibus & ſub omni ligno frondoſo.*

Et 4.Regum 17.verſiculo.9.& 10.11. de Iſraelitis imitãtibus idololatras gentium & *ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis à turre cuſtodum , vſque ad ciuitatem munitam, feceruntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignum nemoroſum. & adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem gentium quas tranſtulerat Dominus à facie eorum &c.*

Scribitur 3. Regum capite 11. verſiculo 7. quod Salomon ædificauit phanum Chamos, Idolo Moab ,in monte qui eſt contra Hieruſalem. cùm etiam idem ædificaſſet domum Domini in Hieruſalem in monte Moriia qui demonſtratus fuerat Dauidi patri eius , in loco quem parauerat Dauid in area Ornam Iebuſej 2. Paralipomenon. c. 3. in princ.

9 In deſertis locis , ſolebant & plerum que iſti luci & excelſa conſtitui , vt etiam ſcribit Cthesias libro de rebus Perſicis, in India eſſe locum ſacrum in tractu inhabitabili regionis , quem ſub nomine Solis & Lunæ venerarentur , ad quem à monte Sardonis eſſe quindecim dierum iter.

Perſæ , quibus neque aras , neque ſtatuas , neque templa conſttruere moris erat , in editiſſimis quibuſque conſcenſi , montibus , Ioui hoſtias imolabant, Iouem autem omnem cœli gyrum vocabant, & ita Lunæ, Soli, telluri, igni ventis, ſacrificabant. Plutarch. in poly.

10 Acceſſerunt ſuperioribus cùm tempore templa, eáque dicata numrnibus. Nam non omne templum conſecratum & dedicatum erat, quia templum, ſi credamus Varroni libro 6. de ligua Latina, à tuendo ſeu vidẽdo, aut cernendo. Quocirca cœlum, qua tuimur dictũ templum: ſic, *Contremuit templum magni Iouis altitonãtis.*

Et ita *inquit* templum tribus modis dicitur, à natura, ab auſpicio à ſimilitudine, à natura in cœlo, ab auſpiciis in terra, quando locus auſpicij cauſa ab auguribus diffiniebatur viſu, & per metas ab illis pręſtitas, intra quas auguria ſumere decreuerant. Similitudine, templa ſunt definita certa ædificia circumſepta, quia *inquit*, omne templum debet eſſe circunſeptum, nec plus, quàm vnum introitum habere. Dicta & ideo templa quæ à tuendo etiam teſta. ex quibus & quædam dicit non conſecrata: nam *inquit*, Curia hoſtilia templum templum eſt, & ſnnctum non eſt. refert & Seruius in Virgilium tẽplum Veſtæ nõ fuiſſe conſecratum, ne ſenatus illic accederet, vbi erant virgines. Senatus autem vel eius conſilium haberi non poterat niſi in augurato loco. Templum Dei in terra, mundus ſeu cœlum vniuerſum in quo Deus adoratur, vocatur à Cicerone: in ſomnio Scipionis, & à Macrob. in eum lib. 1. c. 14. ita aliud mundus in quo adoratur Deus, alius Deus à mundo, quia mundus per ipſum factus eſt, & mundus non eſt Deus, ſed eius creatura, Iohan. c. 1. & Geneſ. 1. Templum ita varias recipit acceptiones per ſimilitudinem quandam. nos ſumus templum Dei. Paul. 1. ad Corint. c. 3. ver. 16. *Neſcitis, quia templum Dei eſtis: & Spiritus Dei habitat in vobis.* & ca. 6. ver. 19. *An neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo & non eſtis veſtri: empti enim eſtis magno pretio. &c.*

Templum etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus vocauit corpus ſuum,[a] *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. &c.*

*Iohannis. euangel. t. 6. ver. 19*

11 Templum etiam dictum tabernaculum Dei. antequam templum Salomonis eſſet, vt liquet ex 1. Regum c. 2. ver. 32. ibi, *& videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael.* & rurſum ca. 1. ver. 7. *ſic faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent in templum Domini.* & ver. 24. & adduxit eum ſcilicet Samuelem Elcana in domũ Dei in Silo. atque templum & domus Dei nondum erat conſtructa, nã Salomõ ædificauit 3. Regum. 8. Tabernaculum autẽ quod fixit Moſes erat in Silo. Exod. 26. & rurſum 1. Reg. c. 3. ver. 3. Samuel autẽ dormiebat in tẽplo Domini vbi erat arca. Tabernaculũ diminutiuũ à taberna: taberna pro omni ædificio accipitur, quod eſt vtile ad habitandum, nempe ex eo quod tabulis clauditur, vt ait Vlpian. in l. tabernæ, de verborum ſignifica. ex quo hodie etiam, ſi ex alia materia conficiatur, remanſit, tamen nomen. Tabernaculum tectum eſt caſtrenſe, ſubitarium, frondibus aut ſtragulis opertum cõtra Solis, & tempeſtatum iniurias. Tẽtorium alio nomine ab extenſis velis, cùm tabernaculum conſecrauit Deo pro domo: Moſes, erat populus in deſerto in caſtris, vnde & tabernaculum domus illa portatilis Deo conſecrata & arca dicebatur. de quo in c. 25. 26. & 40. Exodi habitabant & patres aliquando in tentoriis & tabernaculis, & ita in domibus portatilibus, ut liquet ex Gene. c. 9. 16. 18. 25. 35.



12 Sanctuarium Dei tabernaculum erat, Exod. cap. 25. cuius forma in ca. 26. erat, nempe compoſitio ex decem cortinis byſſinis, coopertis vndecim ſagis Cilicinis, & pellibus Arietinis rubricatis, cum tabulis ſtantibus ex ligis Setim &c. & ibi erat arca teſtimonij, propitiatorum, mẽſa panum propoſitionis, candelabrum aureum, &c. quæ in epitomen collegit Diuus Paulus ad Hebręos c. 9. ver 2. & ſequentibus. *tabernaculum*, inquit, *factum eſt primum in quo erãt candelabra, & menſa, & propoſito panum, quæ dicitur ſancta: poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur ſanctum ſanctorum: aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quę fronduerat, & tabulæ teſtamenti ſuper eam erant Cherubim gloria obumbrantia propitiatorium, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibunt ſacerdotes ſacrificiorum officia conſumantes, in ſecundo verò ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine ſanguine quẽ offerret pro ſua & populi ignorãtia &c.*

13 Propriè tamen templum Salomonis, mons Dei decebatur, vt ſcribitur Eſaiæ 2. *venite aſcendamus in montem domini, & in domum Dei Iacob.* Cæterùm tabernaculum Moſis & templum Salomonis ferebant imagines & figuras duarum Dei eccleſiarum Chriſti: eius quæ eſt in mundo, & eius quæ eſt in cœlis, vt fuſè explicat Diuus Chriſoſt. in Pſal. 14. Eius quæ eſt in mundo imago, eſt Moſis tabernaculum: eccleſiæ autem quæ eſt in cœlo, templum Salomonis quod eſt in monte. Duæ Eccleſiæ numero: vna autem modo fidei. De ea quæ eſt in mundo dicebat Dominus, *ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, Mathæi 16. de cœleſti, Apoſtolus ad Hebręos ca. 12. *acceßiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cæleſtem, & ad multorum millium Angelorum frequentiam qui conſcripti ſunt in cœlis.* Tabernaculum Moſis tranſlatum de loco in locum in deſerto, ita & eccleſia Chriſti. Ideo & eccleſia tentorium quod fixit Dominus & non homo & mundum tanquam incolatum ſuſcipit: & velut tabernaculum è locis in alia loca migrat, in perſecutionibus propter eum qui dixit Matthæi 10. *ſi vos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam.* Chriſti eccleſia tanquam peregrè exiſtens pios facit inquilinos: Superna autem eccleſia primogenitorum in cœlis, non habet illic inquilinos ſed habitatores pios. Illic non ſunt inquilini, quia nec perſecutio. Tabernaculum eſt hæc via: mons autem, eſt cœlum. *Iuſtum arbitror*, dicebat D. Petrus, 2. epiſt. c. 1. verſ. 13. *quandiu ſum in hoc tabernaculo ſuſcitare vos in commonitione, Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei &c.* Tabernaculum etiam eſt litera diuinarum ſcripturarum, mons autem, quæ in ipſis ſita eſt intelligentia. Tabernaculum & lex eſt: mons, euangelium Tabernaculum etiam mons domi, mons autem diuinitas.

14 Colligunt Hebræi ex c. 12. Deutero. quandiu verſabantur in deſerto licuiſſe vbi libuiſſet ſacrificare: poſtquam autem ingreſsi ſunt terram permiſsionis, licuiſſe tantum in ſito vbi fixit, tabernaculum Ioſue, Ioſue c. 18. in prin. vbi remanſit fixum vſque ad mortem Sacerdotis Hely: quo indicante arca capta eſt à Philiſteis, primo Regum 4. qui eam tranſtulerunt è loco adiutorij, in Azotum in templum idoli Dagon.

dehinc circũdata per Geteos, qui eam miſerũt in Acaron, 1. Regum. 5. inde peruenit ad Bethſamitas, à quibus rurſum venit Cariathiiarim: poſita in domo Aminadab in Gabaa. 1. Regum capi. ſexto. & 7. iudicante Samuele, & ſacerdote exiſtente: ex domo verò Abinadab qui erat in Gabaa, tranſlatum tabernaculum, vel arca in domũ Obed-edom, & inde ad ciuitatem & domum Dauid[a].

a *2. Regum. c. 9.*

Poſtremò tranſlata in ſanctum ſanctorum templi, quod ædificauit Salomon, in oraculum templi ſubter alas Cherubim. 3. Regum c. 8. & ibi tunc tabernaculum mobile fixum eſt. Subſtructam hanc ædem ſacram tradit Rabi Abraham Leuita in hiſtorica Kabala, anno mundi vis mileſimo nongenteſimo vigeſimo nono, ante excidiam ſuum, annis quadrigentis triginta tribus Templum hoc Salomonis opus admirabile fuit ſupra ædificia quæ inter miracula orbis connuneratur ædificatum annis centum & quadraginta tribus. priuſquam Tyrij Coloiam Carthaginem conderent, ſecundùm Ioſephũ lib. 8. Antiquita. & lib. 1. contra Appionem.

Multitudo pene incredibilis operariorum adfuit Salomoni quoque, ad opus conſumandum: quorum erant ſeptuaginta millia, qui onera portabanr: octoginta millia latoniorum, in monte tria millia, trecenti eorum qui præcipiebant opera, vltra eos qui faciebant opus[b]. forma & fabrica templi & rerum quę ibidem erant, ponitur. 3. Regum c. 6. & 7. & 2. Paralipomen. c. 3.

b *3. Regum. c 5. 2. Paralip. c 2. & 3.*

Tres præcipuas habuit partes, prima erat templum clauſum, 2. atrium interius ſeu ſacerdotum, 3. atrium exterius ſeu populi, in quo porticus conſtructa eſt à Salomone, poſtquam ædem totam perfeciſſet. 3. Regum 7.

Templum illud longum, habebat ſexãginta cubitos in longitudine, viginti cubitos in latitudine, triginta cubitos in altitudine. 3. Regum c. 6. porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis. iuxta menſuram latitudinis templi. porrò quadraginta cubitorum erat ipſum templum pro foribus oraculi, & viginti cubiti erant ad poſteriorem partem templi. quadraginta cubitorum decem erant cubiti interius intercepti, & quod erat interceptum vocabatur ſanctũ ſanctorum: quod autem erat extra, ſanctũ tãtùm. auro autem omnia collucebant: nonnulli quoque dixerunt, ſupremam quoque trabem fuiſſe auream, huc ſolus Pontifex ſemel in anno ingrediebatur: illic & arca ſita erat, & Cherubim: illic etiam ſtabat altare aureum quò adferebatur turibulum ad nihil aliud paratum, quàm ad ſolum incenſum, ſeu ſuffitum. Hoc autem fiebat ſemel in anno.

In extremo verò templo, erat altare æneum, in quo quotidie adferebatur agnus & comburebatur, & vocabatur ſacrificium veſpertinum: erat enim etiam aliud matutinum, bis in die oportebat altare accendi, præter alias hoſtias quę adferebantur à populo. Hoc enim erat iuſſum, & lege ſtatutum ſacerdotibus, vt ex ſe & ex domo ſua, quando nullus offerret, vnum matutinum, & vnum veſpertinũ agnum ſacrificarent, & comburerent. Quod iuſſerat Deus fieri, ſignificans per id quod fiebat eum aſsiduè colere oportere, & cùm dies de-



dies deficit. Hocq; ſacrificiũ fuit ſemper acceptum, atque huiuſmodi hoſtia. cùm tamen quod fieret pro peccatis, aliquando non eſſet acceptum, vt explicat Diuus Chryſoſtomi[a].

a *In Pſalm. 140. tom. 1.*

Progreſſu temporum atrium exterius interſtitio murorum fuit ſeparatum, vt anteriore parte viri, poſteriore fœminæ continerẽtur & ab atrio ſacerdotum remotiores eſſent. vnde atrium nouum dicitur 2. Paralypo. c. 20.

Hæc rurſus omnia atria, ſuas habuerunt porticus, ad Meridiei & Septentrionis latera, quibus vel imber vel æſtus vitari poſſent. Additum & atrium tandem aliud profanum, ſeu gentilium, in quod exteri & Iſraelitæ non purificati, ad orandum conuenire poſſent.

15 Et hæc omnia muro cingebantur, à quo totum ſpatium vſque ad atria contentum mons domus dicebatur, mons Dei, mõs Morija. Sunt enim in eodem tractu montis quatuor colles ſiue iuga, quæ quandoque vna appellatione Sion, dicuntur aliquando varia ſortiuntur nomina. Primus collis ſeorſum Sion dicitur, qui ob ſui altitudinem reſpectu totius terræ ſpecula vocatur, in quo & erat arx dicta ciuitas Dauid, quàm à Hieruſalem dirimebat hiatus quidam ſiue Melo 2. Reg. 5. Ibique erant ſepulchra Dauidis, & aliorum regũ.

Secundus collis erat mons Moria, vbi templum, 2. Paralip. 3. Tertius Arra: vbi noua ciuitas, Quartus Golgolta:

16 Stetit Templum à Salomone ædificatum, quadringentis decem annis, anno 11. & vltimo regni Sedechiæ à Chaldæis euerſum & incenſum[b].

b *2. Paralip. c. f. & Ieremiæ c. 52. Eſdræ. 3. c. 6. v. 15.*

17 Reædificatum & inſtauratum per Eſdram permittente Cyro rege Perſarum, & aliis regibus. Ab bis qui antea in captiuitatem ducti fuerat, cœpit ædificari anno primo Cyri regis[c]. Et abſoluta ædificatio intra 46. annos tantùm, Diui Iohan. c. 2. verſ. 20. Pręter quod tamen ſucceſſiuè cœperat ædificari vltra ſynagogæ ſeu domus orationis, ad quas ſinguli parochi ſtatis temporibus conueniebant, quadringente & octoginta, propter amplitudinem ciuitatis Hieruſalem & populi eius multitudinem, vt ſcribit Rabi Manahem.

c *1. Eſdr. c. 2.*

18 Paulo poſt Samaritani ſeu Cuthei, aliud templum ædificarunt in monte Gazirim, initium fuit & cauſa Manaſſes frater Iaddi Sacerdotis Dei: qui inhians pontificatui, vxorem duxit filiam Samballath Samaritanorum principis, pręfecti regis Perſarũ, ędificauítque templum Garizim Hieroſolymitano ſimile ad quem, ibi pontificatu nouo fungentem, rerum nouarum cupidi ſeſe tranſtulerũt Ioſepho teſte[d]. Hincque cœpit ſchiſma inter Iudęos qui prophetico templo adhęrebant & vero ſacerdoti, & Samaritanos, qui partes Manaſſes ſequebantur: quod fouerunt Saddoc & Baiethos, vt ſcribit Rabi Abraham in Caballa, mons verò, Garizim eſt mons in quo benedictiones factæ ſunt ſeruantium legem Dei, Deuter. 27. ver. 12.

d *Lib. 11. Antiqui. c. 8.*

Samaritani porro illi non planè erant in cultu Dei inſtructi, ſed & Deo & dęmonibus more gentilium ſeruiebant, vnde pro hęreticis habebantur vt liquet ex lib. 4. Reg. cap. 17. Vbi & refertur cauſa dogmatis diuerſi.

19 Stetit hoc fanum Cutheorum hereticorum, ſeu Samaritano-

GGG

rum,per annos circiter ducẽtos vt ait Elias Leuita in hiſtoria Cabala:Euertit autem illud Iohannes filius.Simeonis filij Haſmonei cognominati Hircani,& occidit hęreticos qui ibi.offerebant ſacrificia extra ædem Domini, & conſtituerant decreta & leges pro animi ſui libidine, quamuis & hic alia occaſione factus fuerit poſtea Saduceis.vt eodem loco ſcribit Elias Leuita.

20 Ferunt etiã Ananiam Onię filium,de quo ſcribitur in Machabęis. 1.Macha.5. Mortuum oraſſe pro populo profugum tyrãni metu in Ægyptum, obtinuiſſe à Ptolomęo Philometore, vt apud Heliopolim conſtrueret templum Hieroſolymitano ſimile, illícque

a Lib.2.tit.13.

pontificatu fungeretur. Sicut Egeſippus tradit [a]. Abutebatur autem Scriptura ſacra,& loco Eſayę apud quem ſcriptum eſt, c. 19. v. 18. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaam & iurantes per Dominum exercitũ, ciuitas ſolis vocabitur vna. Et in die illa erit altare Domini in medio terræ, Aegypti, & titulus Domini iuxta terminũ eius*,&c. Quæ tamen verba de conuerſione futura Ægypti ad Chriſtum intelligenda erant, & non vt ſeruirẽt ambitioni eius, vt inde contempto Hieroſolymitano templo ſibi nouam imperandi ſedem captaret. Siquidẽ ſeditione apud Iudæos propter pontificatum orta,Onias pontifex Tobiæ liberis vrbe pulſis, ſuperior fuit:ſed illi Epiphanem aduerſus vrbem duxêre, & tunc Onias & Ananias ad Ptolomæum Philometorem qui tum cum Antiocho diſſidebat,profugerunt, & impetrarunt poteſtate erigendi illud templum,vt tradit Nicephor [b].

b Lib.1.c.6. Ioſephus li.12. Antiquita.c.6. & lib.7.de bello Iudaico c.penult.

21 Sed nec potuit fama poſtea obſcurari templi Hieroſolymitani per illud vel aliud. Ita duo templa Deo ædificata reperiũtur Deo accepta,Salomonis. Et reędificatum per Eſdram.

Primum ex his magis glorioſum. 2.Paralyp.3. Quinque enim res defuerunt in 2.quæ erant in primo vt obſeruat Galatinus lib.4.contra Iudęos c.9.

Videlicet arca,ignis, diuinitas, atque אורים ותומים *urim, vethumin.* i. lumina & ſimplicitates, hoc eſt rationale iudicij, oleum vnctionis & Spiritus ſanctus vt habetur in Talmud Hieroſolymitano, in cap. אלו הן הגזין *Els en baggolin*, hoc eſt, *iſti ſunt captiui.* Ibíque id probatur ex cap.1. Aggæi dum dicitur:
אמר יהוה עלו ההר ו ה בא תם צו ובבית וארצה בו ואכבד *gnals habar vahabeth em gnetz sbens, habaith. ueeretzeh bo veeccabedaamar Iehoua.* id eſt, *Aſcendite in montem & adferte lignum & ædificate domum, & complacebor in ea & glorificabo eam,ait Dominus*, vbi obſeruatur nomen ואכבד, & honorabor, ſiue ה. quòd deeſt & ſignificat quinque in Hæbreo, vt quinque res defecturas doceretur. Idque pro ואכבדה *ueccabedah.* vt ſcribit Rabi Salomo in gloſſa, idipſum & dictum in libro יומא *ioma*, per Rabinum אחא *acha* & in *midras ſir aſyrim*, id eſt,Canticis canticorum, cap.8. Vbi & dicitur deficere quinque in templo 2. Cherub.ignem, שכינה *ſchechiuah*, id eſt diuinitatem ſeu Dei gloriam,Spiritum ſanctum & *vrim vethumim*, id lumina & ſimplicitates,ſeu rationale iudicij. In hoc ſecundo alioquin templo, par ſtructura primô erat à Zorobabele obſeruata,mons atria multiplicia,virorum



rorum,fœminarum,gentilium, ſacerdotum, ſanctum ſancta ſanctorum,& reliqua,ſed minore ſumptu. vt habetur in Talmud tractatu Middoth ſiue de menſuris & vltra, præter Salomonicum, iuxta magnam portam orientalem habebat exodium, in qua Medorum Metropolis Suſæ exemplum de pictum erat, & menſurarum omnium exemplaria pręſcripta, & locus ex quo legis doctores ad populum concionabantur, vt habetur in Talmud, & tractatu *Kilaim*, de ſeminibus mixtis hoc ſanctuarium reſtauratum poſt 70. annos à deſtructione facta primi per Nabugdonozor. Fuit verò & hoc ſecundum, poſtea capta vrbe profanatũ ab Epiphane ſub Onia ſacerdote, repurgatum à Machabæis.

Herodes Aſcalonita ſeu Idumæus qui vaſtauit Hieroſolymam & ex parte templum illud ſecundum poſtea in tanta impietate voluit videri pius,& anno 18. regni ſui templo veteri integro manente & incluſo, defoſſis quæ ſuperfuerant de templo Salomonis fundamentis, nona excitauit & ad illius ſimilitudinem magnitudinẽ & dignitatem exterius direxit,immenſóque ædificandi ſumptu per annos 8. anno ante Chriſti ortum decimo vix abſoluit, vt plenius continetur apud Egeſippum lib.1. Ioſephum lib.15. antiquitatum c. 14. & 11. Et lib.1. de bello Iudaico c. 27. Scribit de eo Dio. Caſſ.lib. 37. Hoc templum tempore Pompei Magni Deo ſtructum,ſummæ molis pulcherrimum, nullo culmine tectum.

22 Hoc templum ſecundũ funditus deſtructum, expugnata Hieroſolyma à Tito Cæſare poſt quadraginta annos aut paulo plures à Domini noſtri crucifixione,vt ſcribunt Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico c.17.&18. Oroſius lib.7. c.6. Egeſippus in 5.& alij predixerat Dominus idipſum.

Oroſius prædicto loco ait, hanc templi ruinã contigiſſe à die prima cõditionis vſque ad diem euerſionis vltimæ, lapſis mille centum duobus annis: quod tamen de prima ædificatione à Salomone cepta intelligit cum quo tamen non conſentiunt Rabini,non autem de ædificatione ſecundi templi Zorobabelis, quod,tamen dicunt diutius ſtetiſſe quàm Salomonicum, nempe putant ſtetiſſe Rabini per 521. annos, plus quàm Salomonicum, cum autem, nec in numero annorum conueniãt non vltra inquiram ſed relinquam Rabinis iſtas contentiones & curioſis,quæ ad inſtructiouẽ parum proſunt:Rabi enim *Kimhi* in 2.Aggei,putaſect undũ tẽplũ tantũ ſtetiſſe per 420. annos,Rabi Dauid in Danielẽ per 437. & dimidiũ alij plus alij minus.

23 Conſtat porro hanc fuiſſe poſtremam ædificationem templi &,ſecundã.neque potuiſſe reædificari in poſterũ, etſi ter fuerint Iudæi conati reſtituere ſub Adriano, ſub Conſtantino Magno, ſub Iuliano Apoſtata.

Atque in Talmud tractatu יומא *ioma* in c. שבעת ימים *ſchebaghnat iomim*,&c.Id eſt, *ſeptem dies*,&c. Refertur ſanctuariũ primum deſtructum, ob tria quæ ibi fuerunt,nẽp e ob idololatriam, reuellationem pudendorum, id eſt,ob luxuriam, & effuſionem ſanguinis.reædificatum autem eo quod egerint pœnitentiam.Secundũ autem non fuiſſe reædificatum, quòd Iudæi non egerint pœnitentiam.

Neque etiam tertiò reędificandum in terra, ſed in cœlo colligit Galatinus libro quinto, capite decimo. quod fruſtra expectant Iudæi: ſiquidem in Talmud in tractatu נזירות *neziroth*. id eſt ſeparationes. c. beth. *ſcamaij* dicitur, per Hieremiæ verba, *templũ Domini, templum Domini*, eò quòd bis templum repetitur. & ideo bis, non tertiò ædificari debuit, & quod tertium debet eſſe in cœlis, & ita quoque ſcriptum in *bereſcit rabba.* ſuper c.38. adde Pſal.122. *lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus. &c.* facit c.21. Apocalypſeos, vbi deſcribitur Hieruſalem cœleſtis, & adiecit Diuus Iohannes ver.22. & templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt & agnus.

Iulianus Apoſtata à fide, permiſit imò iuſſit Iudęis templum Moſaicum & leges extruere in contumeliam Chriſtianorum, quòd omnibus exequentes viribus Iudæi, primùm fundamenta iam facta terrę motu euerſa ſunt, & extra poſita multis necatis & vulneratis Iudæis: dehincque obſtinatè Iudęis opus perſequentibus, ignis ex fundamentis & è cœlo ſimul coortus, multos necauit, & inſtrumẽta fabrilia in cineres redegit. rursúmque opus pertinacius exequentibus, die oriente viderunt omnia ſua veſtimenta velut crucibus contexta, quas nec aqua eluere potuerant. Quod ad Cyrillum tunc epiſcopum vrbis deferentes, cùm ipſe meditaretur intra ſe prophetiam Chriſti, qua prædixerat, de templo, *non relinquetur lapis ſupra lapidem*: ecce eo cogitante adhuc terrę motus exortus eſt, qui omnes lapides in fundamentis latentes deorſum eduxit, multis conſumptis atque in aerem iactatis artificibus, apparuerúntque foſſę profundiſſimę & hiatus in vnum quorum miſſus aliquis Iudęorum per fundũ inuenit ibi columnam ſuper aquas eminentem, & ibi librnm quem reducens inuenit eſſe Iohannis Euangelium, *In principio erat verbum. &c.* quo lecto & Græci & Iudæi conſternati volentes, & nolẽtes ab opere deſtiterunt, & Chriſtum Deum profeſſi ſunt, Chriſtianíque multi effecti. Nicepho. lib.10. hiſtoriæ eccleſiaſticæ. c.32. & 33. & hæc Theodoritus. lib.6. hiſtorię tripartitæ. cap.43. ſcripſit facta fuiſſe annno D.363. meminit de his Chryſoſth.[a] 24 Obſeruatum in tabernaculo dedicationem & conſecrationem factam fuiſſe, & in illa Deum inuocatum fuiſſe[b]. Idipſum & factum in dedicatione tẽpli Salomonis[c], & in dedicatione ſecundi templi 1. Eſdrę. c.6. quibus locis ab vſu hominum profano exemptus, ſingularibus & expreſſis ceremoniis, cultui diuino dedicatus, & Deo ſanctificatus fuit.

a *homilia 4. in ca.1. Mat. tomo 1. & homilia 2. & 3. contra Iudæos. Rufin. ſub finẽ 10. hiſtor. Amian. Marce. lib.23. & alij.*
b *Exod. c.40*
c *3. Regum 8.*

25 Quanuis etiam idololatræ in vero Deo colendo aberrarint, tamẽ religione tacti quæ quodãmodo naturalis hominibus eſt, illis quos deos putarũt, & cultũ, & templa dedicarũt, eáque religiosè venerati ſunt, quãdiu errore faſcinati remãſerũt, donécque affulſit veritatis Sol, & cognitio veri Dei, quo illuſtrati, ſublatis idolis, clauſis & dirutis eorũ tẽplis, ad verã Dei cognitionẽ adducti ſunt. Dedicabant templa & apud illos ſacrificuli, ſiue ſuperſtitionis eiuſdem põtifices, vt liquet ex Flauio Vopiſco in Aureliano, & Liuio. lib.9.

26 Erant gratitudinis erga diuinũ numen tẽplorũ dedicationes etiam in



etiam inter Ethnicos cultorum teſtimonia.

Templum Herculi dedicauit Scipio: Et Timotheus poſtquam tyrannos Siculos deiecit & ſubſtulit, ædificauit aliud Fortunæ[a].

a *Plutarchus in Polit.*

27 Templum Iano Numa dicauit, quod Romanis erat ſanctum: in quo Iani ſimulachrum erat æneum non altius quinque pedibus, duarum facierum quarum vna verſus orientem, alia occidentem ſpectabat. Erat ſacellum paruum forma quadrata duas habens portas, quarum vna tempore belli aperiebatur, & tempore pacis claudebatur.

Scribit ita Dio Caſſius lib.53. templum Iani quod apertum erat in bello Cantabrico clauſum fuiſſe victoria & pace obtenta, ab Octouiano.

28 Feruntur celebria templa plura deorum ſeu idolorum, quæ nec merentur nominari inter Chriſtianos: inter illa celeberrimum putatur templum Dianæ Epheſinum, quod ignauus vir Heroſtratus Epheſius, ſua manu incendit data opera, vt ea cauſa ſibi immortalitatis nomen compararet. Epheſij autem, ne ex ſcelere ſperatum illud lucrum conſequeretur, homine damnato & memoriam eius damnarunt, & ſeueriſsimis edictis cauerunt, ne quis eum nominaret quamuis efficere non potuerit ne nomen illius ad nos perueniret[b].

b *Strabo lib. 14.*

29 Fuit olim & Romæ celebre templum omnibus diis ædificatum dictum pantherõn per M. Agryppam generum Auguſti, forma rotunda tignis tecti æneis auratis, cum laminis argenti vt ſcribit Dio. Cuius & ſtatuæ fuerunt fulmine ictæ, anno vrbis conditæ 732. ſub eodem Auguſto[c].

c *Vt ait Dio lib.54.*

Hoc expoliauit marmoribus imaginibus tectóque, Conſtantinus imperator eius nominis 3. nepos Heraclij.

Fuit item aliquando Roma dicta, templum mundi totius, ſecundum Amian. Marcelli lib.17. ſed verius tunc ἐπιτομὴ τῆς δεισιδαιμονίας, id eſt, epitome totius ſuperſtitionis potius quàm vt vocatur ab Atheneo[d], ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, epitome totius orbis, Ædificauit etiam Athenis Adrianus, templum omnibus diis vt ſcribit Pauſanias in Atticis.

d *in 1. dipnoſophiſton.*

*De Eccleſiis & templis Chriſtianorum.*

## CAP. XXII.

APud Chriſtianos hodie, nec Iudæorum ſynagogæ aut templa, aut paganorum authoritatem habent, ſed in locum ſanctuarij Dei & templi Deo olim dicati, eccleſiæ ſeu ædificia Chriſto & numini Dei conſecrata extant, & ad honorem virginis Mariæ martyrum, & aliorum ſanctorum eius frequentantur: antiquatis clauſis aut dirutis paganicis ſpeluncis ſeu templis ex iuſſu Canſtantini[e], & Conſtantij[f], ritibus paganicis & Iudaicis reiectis[g], & de quibus, vt de eccleſia ſeu congregatione & corpore fidelium, abundè diximus.

e *Nicephorus lib. 8. cap.18. & 25.*
f *in lib.1. C. de paganis ſacrif. & templis.*
g *l. 2. de Apoſtat. C.*
h *lib.1. partitionũ iuris pontificij per totũ titulum 4. de eccleſia.*

2 Eccleſiæ dicuntur, vt continens pro contento, Baſilicæ, ædéſque ſacrę quæ recipiunt congregationem fidelium, quę & eccleſia Græcis dicitur, vt eccleſiaſtes, qui concionatur & prædicat verbum Dei congregationi ſeu populo fideli. Fuerunt à tempore Apoſtolorum conſtructæ alicubi eccleſiæ: vel templa idolorum in Dei cultum ſanctificata & translata, per vniuerſum autem imperium Romanorum maiorem in modum tempore Conſtantini Mag..i.

Curauit autem etiam is ſibi fieri eccleſiam portatilem quæ vbicunque locorum eſſet, & maximè in bello circumferri poſſet, ne in ſolitudine quidem agens, vbi opus eſſet, Deum colere & diuina myſteria participare deberet, ædibus ſacris careret, ad quam veluti ad tabernaculum ſemper prę\ſto fuere ſacerdotes & diaconi, ſine intermiſſione miniſteria diuina iuxta ſtatas eccleſię ceremonias obeuntes [a]. Sozom. libro primo hiſtorię tripartitę, cap. 9. Liquet autem, tempore Apoſtolorum fuiſſe loca, in quibus congregabantur fideles Chriſtiani ex cap. 1. Actorum verſ. 13. & 14. & cap. 5. verſ. 12. & 42. & ex cap. 11. prioris ad Corinth. verſ. 18. *Primum quidem conuenientibus vobis in eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo, &c.*

*a Nicephorus libr. 7. hiſtoriæ eccleſ. cap. 46.*

3 Eccleſię domum ſtatuerunt Apoſtoli eſſe debere longam in modum nauis, in qua ſit veluti gubernator epiſcopus, diaconi velut nautę, ad orientem ſpectare paſtophorium, in medio epiſcopi ſedem, in cuius vnum latus conſideant presbyteri & diaconi. In altera parte laici ſedentes, in alia mulieres ſeparatim cum ſilentio: Lectorem autem voluerunt ibidem ex ſuperiore ſtatione legere libros legis antiquę & nouę, & alios hymnos Dei cauere, & populum initia verſuum concinere vt refert Clemens [b].

*b lib. 2. conſtitutio. Apoſtolica cap. 61.*

Iuſſerunt autem orationes fundere ſpectantes verſus Orientem, vt paradiſum vnde cecideramus reſpicientes, ſuppliciter à Deo & à noſtro Domino petamus vt in antiquam nos patriam & locum vnde cecidimus, reſtituere velit. Et quia rurſum ſcribitur, adorabimus vbi ſteterunt pedes eius, Zacharias autem, ait, in Oriente pedes Domini ſtabunt, in monte Oliuarum è regione Hieruſalem, vt ſcribit Athanaſius [c].

*c lib. de diuerſis quæſtionib. quæſt. 14.*

4 Locus ſacer eccleſia, locus orationis, domus Dei, iuxta id quod ſcriptum eſt holocauſta & victimæ placebunt mihi ſuper altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus populis [d]. Et vt ait Diuus Chryſoſtomus [e], eccleſia ſanè quidam locus eſt medicinæ ſpiritualis, & eos qui huc veniunt, decet ne domum redeant, niſi congrua remedia acceperint, illáque ſuis vulneribus adhibuerint.

Et rurſum [f], reprehendit in decoros geſtus, & voces, & ſermones de rebus domeſticis, & de aliis quam diuinis ſi in eccleſia fiant.

Atque Baſilius Magnus [g]. *Qui in templo*, inquit, *Dei eſt, non vana ſcurrilia probroſáque loquatur: ſed in templo, quiſque gloriam Dei dicet, aſſiſtunt Angeli verba deſcribentes, adeſt Dominus affectus intrantium conſiderãs, preces cuiuſque Deo manifeſtæ fiunt. Alius affectu, orat, alius per ſcientiam cœleſtia quærit, quidam ſolum ſummis labris loquitur cor autem eius*

*d. Eſaia 56. Hieremiæ 7. Luc. c. 19.*
*e tomo 1. Homil. 1. in ca. 1. Geneſ.*
*f Homil. 1. in illa verba vidi Dominum, cap. 6. Eſaiæ, tomo 1. operũ.*
*g In Pſalm. 28.*



*autem eius procul à Deo eſt: & ſi orat, carnis proſperitatem, corporis bona, diuitias & gloriam quærit humanam, oportet autem nihil horum committere in templo.*

5 Et Nilus epiſcopus & Martyr. in gnomis, *In eccleſia non ſecus ac in cœlo verſare, ideo in ea nihil loquere vel cogita terrenum.*

Sed & Clemens Alexandrinus [a]. *In eccleſiam*, inquit, *venire oportet viros & mulieres honeſtè indutos, non ſimulato inceſſu, ſilentium amplectantes, charitatem non fictam habentes, caſtos corpore, caſtos corde, ad Deum rogandum aptos. Hoc amplius habeat mulier, ſemper tecta ſit. Eſt enim honeſtus habitus & ex quo nihil poſſit offenſionis ſuſcipi. Ipſa autem nunquam labetur ſi & veſtem & verecundiam ante oculos poſuerit, nec ad peccati lapſum prouocabit dum vultum ſuum operit: hoc enim Deus requirit, quandoquidem conuenit eam rectam orare.*

*a lib. 3. pædagogiæ cap. 11.*

Ad eccleſias frequenter ire non minus quãm ad paſtum corporalem, admonet Diuus Clemens lib. 2. conſtitu. Apoſtolica cap. 63. & 64. *Cùm doces inquit, ô epiſcope, iube & hortare populum eccleſiam frequentare, manè & veſpere quotidie, nunquam abeſſe omnino, ſed aſſiduè vnumquemque conuenire, nec eccleſiam mutilare ſeipſum ſubtrahendo, neque truncum Chriſti corpus reddere, &c.* addit exemplum, quod aliis non pigeat quotidie ad cœnam, ad balneum pergere homines, & infideles manè ad idola, & Iudæi ſeptimo die ad ſynagogam concurrerent.

6 Violatio ſanctitatis, puritatíſque eccleſiarum, & prophanatio, nihil boni vnquam reipublicæ ominata eſt, ſed perpetuo quoddã Dei iudiciũ impendens Dei in populum, quo eum prouocauerit ad iram, qui incipit à ſanctuario ſuo, & à loco vbi homines ſolent accedere ad veniam impetrandam delictorum & gratiam, & ita videtur abire, vt publicè opem denegaturus, quod terribile eſt, valdéque obſeruandum ne accidat. Et interpellandus potius diſcipulorum oratione, mane nobiſcum Domine quoniam adueſperaſſit [b].

*b Luc. ca. 24. verſi. 29.*

Refert Nicephor. Calixtus [c], quo tempore cœpit error Neſtorij, cùm quidam ſerui malè ab heris tractati ad eccleſias confugiſſent, neque illinc euelli poſſent, turbatos clericos: cúmque clericũ vnum occidiſſent & poſtea ſeipſos, quendam eorum qui ibi adfuerunt mali ominis templi profanationem & inquinationem eſſe prædixiſſe poetæ cuiuſdam iambos allegantem huiuſmodi.

*c lib. 14. hiſtoriæ cap. 32.*

Σημεῖα καὶ γὰρ ταῦτα γίγνεσθαι φιλεῖ.
Ὅταν τι ναοῖς καταςκήψῃ μυσός.

Id eſt, *aſſolet omen triſte offerre, ſanctius ſi forte templum polluat piaculum.* Quod & poſtea accidit diuiſione ſecuta ob errorem Neſtorij. Quia etiam filij Heli, polluerunt tabernaculum voluptatibus ſuis, & quod dormirent cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi domini, arca capta eſt à Philiſteis, & ipſi cum maiori parte populi in prælio obtruncati. 1. Regum capite ſecundo & cap. 4. Sunt expreſſæ comminationes ob eam rem apud Hieremiam, capite decimonono.

Minatus eſt Deus ſæpe ſe relicturum ſanctuarium ſuum, ſi ei honor debitus & ſtatutus non redderetur.

Hoc autem facit cùm polluitur eius habitatio, dum autem recedit videtur ſubtrahere opem conſuetam quam precibus in templo fuſis exauditis largiebatur.

Sic Paralipom.lib.2.cap.15. in princip. Azarias filius Obed, facto in ſe ſpiritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa,& dixit ei : *Audite me Aſa, & omnis Iuda & Beniamin, Dominus vobiſcum quia fuiſtis cum eo,ſi quæſiueritis eum,inuenietis : ſi autẽ dereliqueritis derelinquet vos: tranſibunt autem multi dies in Iſrael abſque Deo vero, abſque ſacerdote, abſque doctore, & abſque lege : in tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti , ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem et ciuitas contra ciuitatem,quia Dominus conturbabit eos in omni anguſtia.*

Præcedit peccatum grande,ſequitur ira Dei,teſtimonium dehinc iræ eius,relinquere templum, ſtatim ad ianuas vindicta. Sic Deus ipſe ad Salomonem 3.Reg.cap.9.verſ.6. *Si autem auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri non ſequentes me nec cuſtodientes mandata mea & ceremonias quas propoſui vobis,ſed abieceritis & colueritis deos alienos & adoraueritis eos.(Ecce peccatum) Auferam Iſrael de ſuperficie terræ quam dedi eis,& tẽplum quod ſanctificaui nomini meo proijciam à conſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium & in fabulam cunctis populis,& domus hæc erit in exemplum : omnis qui tranſierit per eam ſtupebit & ſibilabit & dicet. Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic? Et reſpondebunt, quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, &c.*[a]

[a] *facit. cap. 29. Deuteron. ver.24 Hierem. cap. 22. verſ.8.*

Ante deſtructionem templi ædificati per Salomonem , iam ira Dei excanduerat prophanato templo , quando Manaſſes impius rex in Hieruſalem extruxit aras idolorum in domo Domini de qua dixerat Dominus,*in Hieruſalem ponam nomen meum*,& extruxit altaria vniuerſæ militiæ cœli , in duobus atriis templi Domini , poſuítque idolum Luci quem fecerat in templo Domini,&c. Propterque ſtatim prædixit per prophetas Deus, *Hæc dicit Dominus , Ecce ego inducam mala ſuper Hieruſalem & Iudam & quicunque audierit tinniant ambæ aures eius & extendam ſuper Hieruſalem funiculum Samariæ & pondus domus Acab,&c.*[b]

[b] 4.*Reg.c.*21.

Ante deſtructionem poſtremi templi Iudæorũ,prophanatio præceſſerat delictum grauiſsimum crucifixionis Chriſti , tẽplum etiam relictum à Deo, poſtea illa crudeliſsima vaſtatio populi & exilium Iudæorum. Poſtremum, ante illam vaſtationem euenêre prodigia quæ vt etiam Ethnicus Cornelius Tacitus libro quinto annalium, refert, neque hoſtiis neque votis piare habet gens ſuperſtitioni obnoxia, religionibus aduerſa : viſæ per cælum concurrere acies , rutilantia arma : & ſubito nubium igne collucere templum. Et addit, expaſſæ repente delubri fores , & audita maior humana vox : excedere Deos : ſimul ingens motus excedentium. Quod & retulit Egeſippus de excidio vrbis.

Cum populò quoque,& qui prophanarunt templum inſigni quodam genere mortis vel exemplari pœna puniti fuerunt, vt Ophni & Phinees , qui portabant arcam & polluerant Tabernaculum . Sic poſtquam Ioas necari iuſsit in templo & atrio domus Dei Zachariã prophe-



prophetam filium Iojadæ , poſt annum exiguus numerus Syriorum aſcendit contra Iudam & Hieruſalẽ , & interfecit cunctos principes populi atque vniuerſam prædam miſerunt regi Damaſcum : In Ioas quoque ignominioſa exercuerunt iudicia , & abeuntes dimiſerunt in langoribus multis : ſurrexerunt autem ſerui eius,& in lectulo ſuo occiderũt eũ,&mortuus eſt nec ſepultus fuit in ſepulchris regum [a].

[a] *lib.2.Paralipom.ca. 24. verſ.21. & ſequentibus.*

Priuſquam prophanaretur & templum & lex apud Iudæos ſub Antiocho , præceſsit quædam pollutio & prophanatio, quæ prædixit ſchiſma Simonis & Iaſonis affectantis ſacerdotium & deſolationem populi.

Nam Helliodorus miſſus fuit per Apollonium Cœleſyriæ & Phœnicis ducẽ in templum Hieroſolymorum , vt auferret omnem theſaurum , quod ipſe incipiebat facere , donec apparuit equus quidam terribilem habens ſeſſorem , optimis operimentis adornatum aureis armis,qui cum impetu Heliodoro priores calces illiſit, apparuerúntque ſtatim alij duo iuuenes virtute decori optimi , gloria ſpecioſique amictu,qui circunſteterunt eum,& ex vtraque parte flagellabant ſine intermiſsione multis plagis verberantes, vt ſubitò Heliodorus conciderit in terram quem multa caligine circunfuſum atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt ex templo & ærario,&c. 2.*Machabeorum* capite tertio,profanatio vero templi, & populi, & ſacerdotum,ponitur in cc.4 5 6.2.Machab.

InterChriſtianos,antequam Iuliani Apoſtatę imperium illos opprimeret,profanatum eſt ſanctuarium Dei,non quidem impunè nec ſine præſagio futuræ perſequutionis. Nam Iulianus auunculus Iuliani Apoſtatæ, ab eo præpoſitus orienti,fœlix imperialium theſaurorum curator , Elpidius imperatoriæ domus præfectus , eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vaſa rapuerunt & diripuerunt , & clauſerunt oſtium. Fuit etiam horum exitus infœlix & quos imperatoria multos ferre poterat impietas, diuina exemplari pœna vindicauit maieſtas. Siquidem Iulianus quẽ in menſam ſacra minxiſſe ſcribit Theodoritus,incognito morbo correptus, per quadraginta dies ita diſtẽtus iacuit, vt nec loqueretur , nec ſentiret quicquam cauſa morbi, quod ſacris vaſis quæ terræ illiſerat pro ſedili etiam vſus fuiſſet & epiſcopum Euzonium qui tantum piaculum inhibere conatus fuerat , in caput vehementer verberauerat , eo inſuper ingeſto, quod Chriſtianorum res à prouidentia diuina non curarentur. Atque hic etſi pœnitens, viſceribus corroſis ex genere omnis putredinis,& vlcerato toto corpore putredine non per ſeceſſum, ſed per vlcera excrementa egerens,interiit. Fœlix locatus in Deum,ecce inquit qualibus vaſis filius Mariæ diuina re peragenda colitur , interiore vna rupta vena, ore ſanguinẽ omnem velut per fiſtulam euomens, mortuus eſt. Elpidius, pudore carceris confectus , tyrannidis in ſimulatus , cum inopia vitam finiuit : Alius qui veſte ſubducta aram ſacrificij comminxit , illico pergraues pœnas flagitij luit, per quæ enim peccauerat ad interiora vſque conſumptis membris,incredibilis inde vermium vis prognata , miſerandum in modum , vt dicere pudeat,miſerum extinxit. Quæ omnia refert Nicephor: Calixt [b].

[b] *lib.10. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap.29.*

& Theodoritus [a]. Teſtimonium virtutis Dei habitantis in templo protulit, vel inuitus Heliodorus poſtquam precibus Oniæ ſummi ſacerdotis euaſit Dei iudicium [b], *in loco*, inquit, *verè quædam Dei virtus eſt, nam ipſe qui habet in cœlis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit ac perdit.*

a lib.6.hiſtoriæ tripartitæ cap.22.
b 2.Machab. cap.3.verſ 38. & ſeq.

*De eccleſia ſeu congregatione fidelium Chriſtianorum.*

## CAP. XXIII.

MVltitudinem ſeu congregationes populi Dei, ſcripturæ ſacræ etiam in antiqua lege dixerunt eccleſias, vt Deuteron.cap.23. verſ.1. *Non intrauit Eunuchus, atritis vel amputatis teſticulis et abſciſſo veratro eccleſiam Domini* [c]. Sicut & in nouo Teſtamento, D.Matth. cap.16.verſ.18. *ego dico tibi quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Et D. Matth.cap. 18. verſ. 17. *Dic eccleſiæ* [d]. Congregatio fidelium nomine eccleſiæ dicitur, retenta appellatione Græca, Deíque eccleſia. Et quemadmodum vna eſt Fides, vnus Deus, ſic vna Eccleſia, idipſum vbique & omni tempore ſentiens credénſque de Deo & eius ſacroſanctis miniſteriis & fidei articulis: *Deus habitare facit vnius moris in domo*, Pſalm.67. vnus grex, vnus paſtor, D.Iohan.c.10. vna arca Noe in qua ſola ſalus contra perditionẽ diluuij [e], vna ſancta ciuitas Hieruſalem, deſcendens de cœlo à Deo parata [f], Vinea vna Dei, in quam miſit operarios ſuos [g], vna ſagena miſſa in mare, congregans ex omni genere piſcium [h].

De vnitate eccleſiæ catholicę, plures adfert rationes & probationes Cyprianus lib.1. epiſtolarum, epiſt.6.& 8.& in tract.3.de ſimplicitate prælatorum, vbi, *quamuis*, inquit, *Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam Chriſtus Deus parem poteſtatẽ tribuerit, dicens ſicut me miſit pater & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis quorum retinueritis erunt retenta: tamen vt vnitatem manifeſtaret vnitatis eiuſdẽ originem ab vno incipientẽ ſua authoritate diſpoſuit, & prælaturã dedit Petro*, Matt.6. *quia vna eccleſia*, ad Epheſ.4. columba Canticorum 6.& epiſcopatus vnius eſt cuius à ſingulis inſolidum pars tenetur. Eccleſia vna, quæ in latitudinem latius incremento extenditur. Quomodo Solis radij multi, ſed lumen vnum: & arboris rami multi, ſed robur vnũ tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno riui plurimi diffluant, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radiũ Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas nõ capit: ab arbore frange ramũ, fractus germinare non poterit: à fonte pręcide riuum, præciſus areſcet. Sic & eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur, &c.

c Iudicum ca.20. verſ.2. & Iudith.6.verſ.21. Pſalm.67. verſ.27. Numer.1). verſ.20. & ca.20. verſ. 4. & 1. Regum ca.17. verſ.47.2. & 3.Reg.8.verſ.14. & alibi.
d Et Actor.5.verſ 11. ad Rom cap.16. verſ.16. & c.12.verſ.28. 1. ad Timoth.3. verſ.5. D.Iacob.5.verſ 14. & alibi.
e Geneſ cap.6.verſ.14.
f Apocalypſ. ca.22. verſ.2.
g Matth.ca.20.verſ.1.
h Matth. ca.13.verſ.47.

Sicut in vno corpore, multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundẽ actum habent: ita multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autẽ alter alterius membra. habẽtes donationes ſecundũ gratiam quæ data eſt nobis, differẽtes, &c. ad Rom.c.12.verſ.4.& ſeq. & ad Ga-



Et ad Galat.c.3.verſ.26.& ſeq. *Omnes filij Dei eſt is per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis: non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non eſt maſculus neque fœmina: omnes enim vos vnũ eſtis in Chriſto Ieſu.* Et 1. ad Corint. cap.10.verſ.16.& ſeq. *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? quoniam vnus panis & vnum corpus, multi ſumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.*

Caput ſuper omnem eccleſiam quæ eſt corpus eius, Chriſtus eſt [a]. Et rurſum [b]. Quomodo vir eſt caput mulieris, ſic Chriſtus caput eccleſiæ, ipſe Saluator corporis eius.

a ad Epheſ.1. verſ. 22. & cap.4.verſ.4.
b cap.5.verſ.25.

2 Eccleſia Catholica vocatur, quod per vniuerſum orbem terrarum ſit diffuſa, à finibus terræ vſque ad extrema, & quia docet catholicè hoc eſt vniuerſaliter, & ſine vllo defectu, vel differentia, omnia dogmata quæ debent venire in cognitionem de rebus viſibilibus & inuiſibilibus, cœleſtibus & terreſtribus, & quod omne genus hominum piè ſubiugat, principes & priuatos. Cyrillus Hieroſolymi catechi.18. Illumina.

Sicuti doctrina Apoſtolorum eadem & vna, & in omnem terram ſonus eorum exiuit.

Ita nulla alia doctrina diſſentiens ab illa legitima habenda aut vniuerſalis, veritas Deus, Diui Iohan. cap. 1. teſtimonium veritatis prædicatio, vna veritas ſibíque contraria eſſe non poteſt. Non eſt diuiſa eccleſia, ſicut nec veſtimentum Chriſti non fuit diuiſum D. Iohan.cap.14. vt neque Chriſtus diuiſus. 1.ad Corinth.1. optatus Mileuita.lib.2. Si duæ aſſertiones de fide contrariæ inueniantur, oportet alterutram eſſe falſam, alterutram eſſe catholicam, & non vtranque, quæ autem, & vbi ſit, hæretici qui extra eam ſunt omnibus viribus obtenebrare nituntur, & apud ſe eſſe aduerſus catholicos ſæpe aſſerere, ſed fruſtra repugnante apertiſsima veritate, conati ſunt. Quidam namque illorum fatentur vnam eſſe eccleſiam, & extra exiſtentes dixerunt hæreticos, vt Donatiſtæ: ſed quęſtio remanebat apud quos illa eſſet, vt ſcribit idem Optatus Mileuitanus in 1. contra Parmenionem. Nam ipſi mentiebantur apud ſe, & eam eſſe localem ſæpe mutantem, quod reiicit D.Auguſtinus epiſtola ad Petilianum, cap.16.& Caſſianus in Pſal. 60. In controuerſia Donatiſtarum & aliorũ hæreticorum, cũ Chriſtianis orthodoxæ, Eunomius & Olympus miſſi à Conſtantino Carthaginem, per quadraginta dies vocarunt ad declarandam publicè quæ eſſet catholica eccleſia vtriſque partibus aſſerentibus penes ſe habere. Quod Donatiſtæ factioſi & ſeditioſi impedire conati ſunt. Verùm illi tandẽ pronũciarunt eã eſſe eccleſiam catholicã, quæ per vniuerſum orbẽ protenderetur, vt ait Optatus Mileuita. in 1. atque idipſum latè probat in 2. nõ eſſe in angulo Africæ, non in Donatiſtarũ conſiliabulis, quod & arguit à nomine catholici quod eſt vniuerſale. Dehinc ſi in angulo inquit, eſt, non potuerit illud verificari dabo gentes in hæreditatem & poſſeſſionem tuam terminos terræ, Pſalmi. ſecundo, facit & quod dictum eſt de Filio Dei & eius regno, Pſalm. 71. *Et dominabitur*

*à mari vſque ad mare, & à termino vſque ad extrema terræ*, in qua donatione nihil per patrem à filij dominatione abſtrahitur, vt nec in Pſalmo 49. *Deus deorum locutus eſt, &c.* & Pſalm. 112. *Laudandus Dominus laudandus Dominus, ab oriente in occidẽtem vſque*, Et Pſalm. nonageſimoquinto. *Annunciate inter gentes gloriam eius, & mirabilia eius in populis.*

3 Adferuntur & ab Optato prædicto libro ſecundo dotes & notæ ad diſcernendã veram eccleſiam, datæ per Deum ſpõſum ſuæ ſpõſæ eccleſiæ. Harum prima eſt, cathedra ſiue ſedes Epiſcopalis, quæ prius data fuit Petro ideo dicto Cephas, Apoſtolorum principi, qui ſedit in ſede vnica & vnitate Apoſtolorum: cui ſucceſsit Linus, huic Clemens, illi Euchariſtus & poſtea ſucceſsiuè Xiſtus Theleſphorus Higinius, Anicetus Pius Soter, Ebenterus Victor, Referinus Calixtus, Vrbanus, Pontianus, Autherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Xiſtus, Dionyſius, Felix, Eutichianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, Euſebius, Miltiades, Sylueſter, Marcus, Iulius, Liber, Damaſus, Siricius, hodie inquit epiſcopus & ſeruus noſter cum quo omnes orbis fideles concordant. Contra in hæreticorum eccleſia illa non eſt ſucceſsio & vnitas. Secunda dos eccleſiæ videtur Angelus dici qui eccleſiam cũ cathedra regit: ſequitúrque is cathedram. Tertia baptiſmus ſimilis piſcinæ Diui Iohannis, vbi cum intentione eccleſiæ inuocata ſanctiſsima trinitate abluuntur peccata. Quarta miniſterium & ſacerdotum ſacrificium corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quinta poteſt colligi ex eodem authore Spiritus ſanctus. Et hæc quinque ſigna inquit inter ſe diſtincta ſunt, ſed ſimul concurrunt in eccleſia Dei non minus quàm quinque digiti in manu.

4 Ad primam notam eccleſiæ pertinet viſio ab Herma diſcipulo Diui Pauli facta, quam ipſe libro 1. viſionum poſuit viſione 2. refert enim ſibi ſępe apparuiſſe anum vnam, quę illum erudiebat, quã eſſe eccleſiam iuuenis eam ducens explicauit, ideoque eſſe eam anum, quia eccleſia omnium prima creata fuerit, & propter eam mundus factus fuerit.

Eodem argumento antiquitatis & ſucceſsionis paſtorũ, pro probatione eccleſiæ vtitur Irenæus[a], & eccleſiam fundatam fuiſſe Romæ à Petro & Paulo: deinde Petrum Lino dediſſe epiſcopatum, cuius meminit Paulus in epiſtolis ad Timotheum: cui ſucceſsit Anacletus, poſtea Clemens, qui vidit Apoſtolos, Clement. &c. refert enim ſucceſsionem vſque ad Sotherum, qui ſuo tempore ſedebat.

a *lib.3.cap.3. & cap.1. contra hæreſes.*

Et Tertullianus[b], *In ſumma*, inquit, *ſi conſtat id verius eſſe quod prius, id prius quod & ab initio, ab initio, quod ab Apoſtolis traditum, quod apud eccleſias Apoſtolis fuerit ſacroſanctum: videamus quod lac à Paulo Corinthij hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti. Quid legunt Philippenſes, Theſſaloniſſenſes, Epheſij, quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus euangelium & Petrus, & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt, & poſtea, habemus & Iohannis alumnas eccleſias. Nam etſi Apocalypſim eius Marcion reſpuit, ordo tamen epiſcoporum ad originem recenſus, in Iohannem ſtabit authorem.*

b *lib.4. aduerſus Marcionem.*

5 Eo perti-



5 Eò pertinet ratio, qua docetur hæreticos non habere eccleſiam, ſed nos: quia ex nobis prodierunt & exierunt, exierunt autem, quia non erãt ex nobis. Diui Iohannis 1. epiſtola c. 2. Illi ex eccleſia exierunt, non eccleſia ab illis: prior ergo eccleſia, vbi erat antea, veluti, prius verus cultus diuinus à quo exierunt idololatræ, nam antequam eſſent. colebatur verus Deus, & ab illis qui colebant, iſti degenerarunt vt lolium ex corruptione naſcitur tritici.

Eaque probatione vtitur Optatus, lib. 1. contra Donatiſtas, *vos* inquit, *eſtis hæretici, quia Cecilianus non exiit à Mauorino tuo auo, ô* Par*meniane Donatiſta, & anteceſſore in cathedra. Sed Maiorinus ſeparauit ſe à Ceciliano vero epiſcopo Carthaginenſi. Nec Cecilianus ſeparauit ſe à cathedra ſancti* Petri, *aut Cypriani, ſed Maiorinus cuius tu ſedem occupas, & epiſcopatum, qui ante Maiorinum, caret origine.*

Iterum Oplatus in 2. in princip. & lib 1. *penes hæreticos, non poteſt eſſe eccleſia, nec dona eius, ſed ſcimus quod omnes eccleſiæ hæreticorum ſunt proſtibula & meretrices: ſine ſacramento & euangelio legis, & ſine iure in hæreditate Chriſti, quia Deus ſolus & vnius eccleſiæ ſponſus* Canticorum c. 6. *vnaque tantùm columba &c.* Cantico. c. 4. rurſu. Optatus Mileui. in lib. 3. *Lex exibit de* Sion, *verbum autem & iudicium Domini de Hieruſalem* Eſaiæ c. 2. *Sion* inquit, *eſt mons in Paleſtina Syriæ ſeparatus à muris Hieruſalem riualo, in cuius vertice eſt planities, mediocriter magna, vbi fuerunt ſeptem ſynagogæ Iudæorum in quibus populus conueniebat ad audiendam legem Moſis, & ideo ibi nulla lis agebatur, nec iudicium, quia diſcendi ibi locus: litigia autem exercebantur intra muros & circuitum Hieruſalẽ. Ita Dominus noſter* IESVS CHRISTVS *narrat ſe fuiſſe conſtitutum regem à patre ſuper montem Sion*, id. ſuper eccleſiam, *cuius rex & ſponſus eſt vnicus, de hoc & pſal.* 85. *fundmenta eius in montibus ſanctis* huius & meminit pſal. 147. *Lauda Deum tuum Sion, quoniã confortauit ſeras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te habere non poteſt.* inquit Ciprianus, *Deum patrẽ: qui eccleſiam nam habet matrem. ſi potuit euadere qui extra arcam Noe fuit, & qui extra eccleſiam fuerit euadet. monet Dominus, qui non eſt mecum contra me eſt. &c. Diui Matthæi c. 12. & tunica Chriſti inconſutilis ſeu per totum textillis, neque ſciſſa, Diui Iohannis cap.* 19. Sciſſ*uræ veſtimentorum regni, ſciſſuram manifeſtant.* Reg. 1. 11. &5. ad Corinth. 1. *obſecro fratres, vt vnum idipſum dicatis & nou ſint in vobis ſchiſmata.* & idem Cypriam li. 1. Epiſto. 6. *nec epiſcopus computari poteſt, qui Apoſtolica & euangelica traditione contemptu nemini ſuccedens, à ſeipſo ordinatus eſt. Habere autẽ aut tenere eccleſiam nullo modo poteſt, qui ordinatus in eccleſia non eſt, indiuiſibilis eſt vnitas eccleſiæ.*

*Rurſum epiſtola ad Iubaianum, de hæreticis babtizandis, Hereticus,* inquit, *Nouatianus ſimiarum more, quæ cum homines non ſint, homines imitantur, vult eccleſiæ authoritatem vindicare, quando ipſe in eccleſia non ſit, imo adhuc rebellis contra eccleſiam conſtituerit. Nec ideo tamen quod ipſe ſibi aſſumit cathedrã: ſacrificium altare, & alia Chriſtianorum, ideo chriſtiani ab eccleſia reiicere debent: Nam ſacrificium quod ipſe extra eccleſiam habet ſibi vindicat ſibi veritas imaginem, nos vero*

*habemus veritatem.* Eccleſiæ ſeu congregationes hæreticorum, non eccleſiæ nomine dignæ ſunt ſanctæ, quia abierunt ab vnitate: ſed eccleſię malignantium, & conuenticula, vt ait Cyrillus Hieroſolymita. Catecheſi 18. illuminatorum.

Columna veritatis fidei & diuinitatis in eccleſia perpetua erit, ſemper ab vno Chriſto & Spiritu Sancto regitur, vnum habuit ſemper in terris Chriſti vicarium ex eius inſtitutione, & ita fieri oportuiſſe, & neceſſariò docuimus. libro 15. Syntag. Iur. c. 3.

6 Hic Summus Pontifex, à quo omnes in eccleſiaſtica huius ſeculi adminiſtratione pendent ordines, vt membra à capite, primatum & ſedem delegit Deus in Petro, Romę cuius ſucceſſores ibidē fuerunt, vel ei generales paſtores ordine ſucceſſerunt, vt pluribus probat Iohannes Cocleus lib. de Petro & Roma. In hac ſede nō defecit vnquam fides, iuxta verbum Domini, *rogaui pro te ne deficiat fides tua*, Lucę 22. Et ita Cyprianus eum locum explicat in expoſitione ſymboli, huic dictum, *beatus es Simon Bariona*, Matth. 16. *Et tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* Matth. 17. itē, *tibi dabo claues cælorum. &c.* Matth. 18. & dictum item. *diligis me plus his?* & poſtea ter. *paſce oues & agnos meos, & ſequere me.* Iohan. c. fin. Hic Summo Pontifici, perferendi labores vſque ad fuſionem ſanguinis, non captandæ ſeculi labentis voluptates Quod D. Petrum admonuit Chriſtus prox. c. fi. D. Iohannis, *cùm eſſes iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas: cùm autem ſenueris extendes manus tuas & alius cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit ſignificans qua morte eſſet Deum glorificaturus.* Quare dum fletibus D. Pauli, & aliorum D. Petrus cederet minis, Neronis & perſequentiū principū, & vrbe egrederetur Roma, inueniſſe fertur Dominū noſtrū IESVM qui interrogatus ab eo quò vadis Domine, reſpondit, vado Romam iterum crucifigi: quo dicto reuocatus fuit ad vrbem, certamen illud martyrij præclarum, pro fidei prædicatę teſtimonio ſubiturus, vt latè ſcribit Egeſippus lib. 3. hiſtorię c. 2. Adferam & alia teſtimonia Cochlei, & 2. ex Ignatij epiſto. 3. ad Romanos vbi ſcribit ciuitatem Romanam illuminatam & ſanctificatam in voluntate Dei, & præſidentem, ibique primùm D. Petrum & Paulum docuiſſe fidem. Tertiò Ireneus, lib. 3. aduerſus hæreſes, Paulum & Petrum Euangelium prędicaſſe Romæ ait, & fundamenta eccleſię ibi ſolidaſſe. Idem & tradit Euſebius libro 5. eccleſiaſticę hiſtoriæ cap. 6. Tertullianus etiam libro de prę̨ſcriptio. hæreticorum, Apoſtolicam eccleſiam Romanam nominat, vbi inquit Petrus & Paulus paſsi, vbi Apoſtolus Iohannes poſtquam in oleum ignitum demerſus, relegatur & videamus quid dixerit, quid docuerit. Quanuis enim Tertullianus fuerit aliquando Montanus hęreticus, & alias Apoſtolicas eccleſias ponat, tamen fateri coactas Romanam Apoſtolicam. Omitto reliquos hac de re ſacros authores citatos per prædictum Cochleum.

7 Cū hac eccl. cathol. ſentiēdū, nec ab ea recedēdū ne fiāt ſchiſmata: ideo epiſcopi maiorib. ſe ſubmittere debent. Per hanc Baſilius



magnus, impugnat Eunomianos libro de ſpiritu ſancto. Ad huius interpretationē, ſe refert Chryſoſtomus ad c. 15. prioris ad Corinth. ibi, *alioquin quid faciūt qui pro mortuis babtizātur.* & diſputare de eo quod per orbem frequētat eccleſia inſolentiſsimę inſanię eſt genus: vt ſcribit D. Auguſtinus epiſtola 118. ad Ianuarium

Ceterum quia eccleſia catholica, ſynceram fidem ſemper & vbique & vnice veritatem conſtanter docuit, non caruit nec caret variis imo periculoſis impugnationibus, ſed quo magis exercitatur & affligitur, eo magis ſe erigit & amplificat. vt ait D. Hilarius li. 7. de trinitat.

8 Eccleſia per totum orbem impugnata fuit à tyrannis, & viris doctis inhumana ſapientia cùm naſceretur, ſed non expugnata, aut in fluctibus ſubmerſa. Nam eccleſia in cœlo potius habet radices fixas quàm in terra: & quinimò latius quàm in cœlo propagata & honorabilior cœlo: & cœlum conditum propter eccleſiam, quia cœlū propter hominem, non contra homo propter cœlum: vt perſpicuum ex his quæ fecit Chriſtus: non enim cœlum ſed corpus hominis aſſumpſit: vt hiſdem verbis docet D. Chryſoſtomus [c]. Rurſum in Pſalmum 39. tomo 1. *hic quoque inquit Dei eccleſia vehementibus fluctibus impiorum agitata, non ſe iactat, & magnificè circumſpicit, vt quæ decertet, ſed quę fiunt, peccatis & delictis ſuis attribuit, & rogat vt Dei auxilium aſſequatur, alioquin nec ex perfectis quidem vniuerſa conſtat Dei eccleſia, ſed etiam habet eos qui otio vel ſocordiæ ſe dedunt, mollémque & diſſolutam vitam amplectuntur, & lubenter ſeruiunt voluptatibus: & quoniam eſt vnum corpus tanquam ex vna perſona: hæc & illa pronunciat. &c.* Iterum & in Pſal. 71. *Luna dicta eſt eccleſia, quę creſcit in ſanctis, decreſcit in peccatoribus, dicente Propheta, vt ſagittent in obſcura Luna, rectos corde.* Pſal. 10. *Quæ eſt obſcura Luna niſi perſequutionē paſſa eccleſia, quando deſpicit clàm Sol, & caret claritate tempore perſequutionis, hoc eſt donec tollatur Luna. Quid eſt orietur vobis Iuſtitia, in abundātia pacis donec tollatur Luna, id eſt donec finiatur omnis prædicatio eccleſiæ, & colligantur omnia, plicetur cœlum hoc vt liber, & terra iſta tranſeat, vt ſit cœlum nouum, & terra noua:* Rurſus idem Chryſoſt. homil. in illud, aſtitit regina à dextris tuis contra Eutropiū. *Eccleſia ſemper adoleſcit & viget, quare ſcriptura oſtendens inconcuſsā eius ſtabilitatem, montem vocat: quòd denique incorrupta perſeueret: virginem vocat: reginam nuncupat, ob magnificentiam & ſplendorem: ob neceſsitudinem & cognationem quam cum Deo habet, filiā nominat prolis numeroſæ: viduam eādem vocat: Innumera & illi indita ſunt nomina vt illius generoſitatem ſcriptura repreſentaret.*

9 Perſequuti ſunt eccleſiam dæmones, Iudæi, Ethnici, ſed nulla pernicioſior ea quæ à falſis fratribus & Chriſtianis, per hęreticos ſuſcitata fuit: hi enim fuerunt inſtrumenta omnium ferè miſeriarum, & qui alios omnes in ſuam malitiam contra eccleſiam, traxerunt.

Quēadmodū D. Athanaſius ſcribit epiſtola de perſecutione ſua ad

a *c. quis neſciat. 11. diſtinct. Cyprian. lib. 4 epiſtolarum. epiſt. 8. ante eū Calixtus. c. nō decet. 12. diſti. & Iulius qui Athanaſium reſtituit. c. noli te errare. 11. d.*

b *Ambroſius in cap 4. ad Epheſios. Auguſtinus lib. 2. cōtra Donatiſt. ca. 3. Leo Ma- Leo Magnus ad Anaſtaſiū. epiſcopum Theſſalonicenſem.*

c *homila 4. in illud Eſaiæ vidi Dominū. tomo 1.*

Orthodoxos: ſuo tempore, Arrianos ſuſcitaſſe contra eccleſiam Ethnicos,& Iudæosiqui miniſterio Phylagrij à fide Apoſtatæ præfecti tunc Ægypti,& alterius Georgij incenderat eccleſias, profanarunt baptiſteria, impietatem commiſerũt in ſacroſanctam menſam. túncque virgines ſanctas incontaminatas conſtupratas publicè, alias necatas, monachos pedibus obtritos, necatos fuſtibus, gladiis trucidatos, aut vulneratos, ſacrificatum aliter, ſacra expilata, libros ſacros quotquot apprehendi potuerunt, combuſtos, poſteáque traditas eccleſias Arrianis.

10 Longum eſſet ſi perſecutionum eccleſiæ retexere nunc vellẽ hiſtoriam. Tradidimus & perſecutiones eccleſiæ inſigniores & generales libro inſtitutionum beneficiorum eccleſiaſticorum, cap.4. nu.7.& ſequentibus, quibus eccleſia diuexata eſt, verùm tandem Dei auxilio libetata,& inſtituendum eſſet integrum illúdque valde immenſum opus, nunquam enim eccleſia Dei ſine pugna aut inimicis fuit, ideo militans dicitur, vt in alio ſeculo poſt victoriam adeptam, triumphans erit cum capite & duce ſuo Chriſto Deo.

Iam enim ab initio creationis Sathan qui lucifer dicebatur, in collegio Angelorum, inſtituit pugnam contra creatorem ſuum, & gloriam eius ſacrilegè voluit vſurpare, tractíſq; quibuſdã in ſuã ſententiam, comites eoſdem fecit ſuæ ruinę & damnationis, expulſus cum ſuis aſſeclis è ſãnctuario Dei, locóve ſancto ſine ſpe reuerſionis. Eſaię c.14. Apocaly.c.12.

Obduruit in malo Dęmon deiectus, cùm nullus locus pœnitendi relictus ſit, & aciem ſuam dæmoniorum inſtruxit aduerſus creaturas Dei, maximè aduerſus hominem, quem ſciuit creatum, vt loca, vnde ipſe cũ ſuis deiectus fuit, repleret, eíque inſidiatus in Paradiſo tranſgrędi mandata Dei perſuaſit. Geneſ.3.

Sicque deuicto & ſuperato homine, cuius cauſa vel fauore Deus mundum hunc fecerat, auſus eſt principis huius mundi nomen vſurpare, ſeruituti eum ſubiiciens: à quo enim qui ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. 2.Petri c.2. & omnia quæ victi ſunt, victori cedunt. iuxta leges belli. Deutero.c.20.

Eáque tyrannide humanum genus oppreſſit, donec certamine ſingulari à Domino noſtro Ieſu Chriſto in cruce ſuperatus eſt, captus, ligatus, præda recuperata, liberatis ab eius tyrannide hominibus, dato Deo patri pro redemptione eorum in pretium proprio ſanguine, ſciẽtes quòd nõ corruptibilibus, auro vel argẽto redẽpti ſumus, de vana conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati vt ait D.Petri.1.epiſt.c.1.ver.18.& 19.

11 Ex eo tẽpore renati in Chriſto, & gratia Spiritus ſancti armati, veritate reuelata, Chriſtiani in certamina dęmoniorum carnis & mundi fortiores deſcenderunt, duce agno immaculato filio Dei, certam promiſſionem & fidem habentes, quòd non ara non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, 2.ad Timoth.c.2.

Et per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Actorum c.14.ver.22.





Item quod regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud [a], conſolationem & ſpem certam habentes, quòd ſi compatimur cum Chriſto & eius Eccleſia, conregnabimus quoque [b]. Cuius figura in filiis Iſrael, qui per deſertum multis annis laboribus & pugnis decertarũt, vt terram promiſſam fluentem lac & mel, conſequerentur.

a *D.Math.c.* 11.
b 2.*Timo.*2.12

Nihil enim eſt quod comparari poſſit futuræ gloriæ,& regno nobis promiſſo, nec ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ſi legitimè contendamus eô peruenire, contemptis omnibus impreſſionibus, inſidiis & viribus inimicorũ Dei Eccleſiæ,& noſtri. *Vincenti*, inquit Deus, *dabo illi manna abſconditum, Sic* 2. *Apoca.verſ.*17. *& cap.*3.*verſ.*5.*qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coràm Angelis eius.*& poſtea ver.12. *Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & foràs non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum.* & verſ. 21. *Qui vicerit, dabo ei ſedere in throno meo ſicut & ego vici, & conſedi cum patre meo in throno eius.*

Conſequemur autem facilè victoriam, ſi intra propugnaculum fidei & intra fines dogmatum ſanctiſſimæ & vnicæ Eccleſiæ, nos contineamus, armáque eius induamus & ſigna ducis inuincibilis ſequamur, de ea quippe extat eius qui mentiri non poteſt promiſſio, quòd portæ inferi aduerſus eam non præualebunt, D.Matthæi c.16. Dux enim noſter, ad inferos deſcendit primus, & domuit poteſtates, & trophea, & captiuos eripuit: & aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem,& dedit dona hominibus [c].

c *Ad Epheſios c.*4. *verſ.*8. *Pſal.* 67. *verſ.* 19.

Eiecit principem à poteſtate mundi. *Nunc*, inquit, *princeps huius mundi eiicietur foràs* [d].

d *c.*12. *verſ.*31.

Volitat tamen adhuc victus,& impreſſiones facit vt recuperet quę amiſit dæmon,& cùm iam ſpe ceciderit recipiẽdi generalem poteſtatem ſibi per Chriſtum ademptam, & cùm rapere non poſſit oues à manu eius [e], attamẽ quotidie prædas agit, aggreditur, inſtruit acies, vt pro malitia ſua conetur expugnare Eccleſiã Dei: per ipſum enim non ſtat, quominus omnia conturbet, diſſipet,& deuoret, de quo nos monuit per ſuos Apoſtolos & Spiritum Sanctum, imò per ſeipſum filius Dei, dum ait, *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ* [f]. conſentit Diuus Petrus [g], *Sobrij eſtote & vigilate, quoniam aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide &c.* & diuus Paulus [h], *Induite vos fratres armaturam Dei, vt poßitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contrà ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus &c.*

e *vt dicitur Diui Iohãn.c.* 10. *verſ.*28.
f *Diui Lucæ c.* 22.*verſ.*31.
g 1.*ep.c.*5. *verſ.*8.
h *Ad Epheſios* 6. *verſ.* 11.

Habet ſuos miniſtros, ſatan, habet ſuam congregationem ſeu Eccleſiam malignantium, quæ & ſynagoga ſatanæ dicitur [i], quibus vt inſtrumentis ſuæ malitiæ vtitur: habet voluptates, habet ſortilegas, habet Machometiſtas, Iudæos, Paganos, falſos Chriſtianos, blaſphemos,& reliquos qui aduerſum legẽ Dei viuũt, ſigna ſua ſequẽtes,

i *Apocal.* 2. *verſ.* 9. *&* 17.

& diuerſis modis Eccleſiam Dei impugnantes, nunc aperto marte, nunc clàm, nunc proditoriè: ſemper enim ipſe cum ſuis Satellitibus eſt in inſidiis, nunquam dormit. eſt enim ſpiritus ſine corpore: nunquam quieſcit, perpetuo inuidiæ ſtimulis contra Dominum ſuum actus, nunquam nocendi animum remittit: nihil enim aliud quod agere poſſit habet, & hoc ex propria cõſummata malitia ſibi propriũ eſt.

13 Sed nunc fortius hoc ſeculo eccleſiam oppugnat quàm antea: tùm quia maiores videtur accepiſſe vires, vt à cathenis ſolutus quibus per mille annos detineri ligatus debebat[a]. Tum etiam quod naſcẽte Eccleſia, Chriſtiani magis ſacra arma tractabũt, ieiunij & orationibus, bonæ vitæ dediti: nũc aũt remiſſiores facti, & veluti tepidi in fide, vt videãtur aditũ dæmoni ſponte præbere, ſuo tamẽ cũ maximo malo admittentes Iſmaelem cum Iſaaco ſimul degere & viuere, cùm tamen ſcriptum ſit, Eiice ancillam & filium eius, nõ enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ [b]: admittimus etiam ignem alienum in ſanctuarium Dei: non recordati præcepti & vindictæ ſumptæ ob ipſum à Nadab & Abiu [c]. ædificamus vt Salomon templum Deo, & idolis vxorum eius gentilium [d], & data opera & conſultò incidimus in maledictiones quas ipſe, & populus inde experti ſunt [e].

a *Apocalypſeos c.*20.
b *Geneſ.* 21. *verſ.*10 *ad Galatas c.*4. *verſ* 30.
c *Leuiti.*10.
d 3. *Regũ c.*6 *& ſequentibus*
e 3 *Regũ c.*11. *& ſequentibus*

Samaritanis quoque ſimiles ſumus, qui vt illi cùm Deum Dominum colerent, tamen diis quoque ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudines gentium [f]. Non deficiunt tamen qui quotidie repetant illud Eliæ c.18. Regum 4. verſ.21. *Quouſque claudicatis in duas partes? ſi Deus eſt Deus, ſequimini illum, ſi Bahal eſt Deus ſequimini eũ:* vnus ſolus Deus, illi ſoli ſeruiẽdum [g]. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, nec Deo & mammonæ, [h] & Diuus Paulus [i], *Non poteſtis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.* Et quod admonebat per Ioſuæ Dominus [k], *Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde atque veriſſimo, &c. Sin autem malum vobis videtur vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui potiſſimum ſeruire debeatis: vtrum dijs quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, an dijs Amorreorum, in quorum terra habitatis. Ego autem & domus mea ſeruiemus Domino. Hoc autem dicit Deus per Diuum Iohannem Laodiceæ Eccleſiæ propoſito, Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus, vtinam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiã euomere te ex ore meo* [l].

f 4. *Reg.c.* 17.
g *Lucæ* 4. *Deuter.*6. *&* 1. *Regum* 7.
h *D.Math.c.* 6.
i 1. *ad Corint. c.*10. *verſ.* 21.
k *c.fi.verſ.*14.
l *Apocalyp.c.* 3. *verſ.*15.

14 Inſtat & ſæuerior crudeliórque Eccleſiæ oppugnatio facienda à dæmone, quo tempore reuelabitur filius perditionis Antichriſtus, vt ſcribitur in Apocalypſi [m], & erunt illa mala quæ prædixit Dominus Diui Matthęi c.14. Futurum enim tunc eſt, vt mundus finem accipiat, electi in gaudium & gloriam in perpetuum cum corporibus transferãtur, reprobi in cruciatum cum corporibus æternum proiiciantur, dæmonéſque in æternis carceribus concludãtur: cuius rei memores iras ſæuiſſimas & rabiem omnem deſpumabunt cum ſignis & prodigiis, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi [n], & tantæ erunt tribulationes, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam

m *c.* 12.13.14. *& ſequentibus*
n *vt dicitur D.Math.c.*24 *verſ.*24.



quam condidit Deus vſque nunc, neque fient: vt niſi breuiati eſſent dies à Deo, non fuiſſet ſalua omnis caro, ſed propter electos quos elegit breuiauit dies [a].

a *Lucæ* 21. *D. Marci* 13.

15 Eccleſia Dei, plus proficit in perſequutionibus & tentationibus, quàm in otio in quo torpet & veluti morbo veterno faſcinata negligit diſciplinam Dei, & negligentia ſecura ſibi viſa, int erim grauius à Satana clam affligitur. *Dum dormirent enim homines inimicus homo ſuperſeminauit zizania* [b]. Pax corporis, ſæpe necauit & extinxit in prælatis Spiritum Sanctum, luminéque extincto in eccleſia, populus in tenebris cæcutit, iugum Domini excutit, laxat in vetita habenas, ſæpes legis tolluntur, ingreditur aper feras, vaſtat vineam Domini, prẹlati pingues paſtoréſque ſe ipſos paſcunt, nimia pinguedine muti fiunt canes, non valentes latrare, interim lupus ingreditur, mactat & vorat oues, nemo animaduertit niſi poſt cladem acceptam. At Deus qui vigilat ſuper gregem, aliquando in ipſos paſtores iudicio animaduertit, concitat externas perſecutiones & corporales, flagellámque inducit, vt euigilare faciat dormientes & ad conuerſionem impellat, permittit populum ſuum in manus hẹreticorum, Paganorum, Turcarum, Tyrannorúmve incidere, non quidem vt illum perdat, ſed vt corripiat & caſtiget, & vt diſcat ſeruiendo huiuſmodi nouis principibus, quantum diſtet inter ſeruitutem Dei, & ſeruitutẽ regni terrarum. vt habetur lib.2. paralipom.c.12. verſu 8. Sic præmonuit populum Ioſue eum ad ſeruitium diuinum cohortatus [c]. *Non poteritis ſeruire Domino. Deus enim ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque peccatis, ſi dimiſeritis Dominum & ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe & affliget vos, atque ſubuertet poſtquam vobis præſtiterit bona.*

b *D. Mathei c.*13.
c *Ioſue ca fin. verſ* 19.

Deus quos amat caſtigat [d]. Quos autẽ deſpexit, vt ethnicos, infideles, incorrigibiles, reſeruat acrius puniẽdos morte ẹterna & iudicio ſẹuiſſimo in alio ſeculo: in hoc verò, pro tortorib. permittit viuere malorũ, & ad augẽda merita bonorũ, qui in perſecutionibus perſeuerauerint, in lege & mandatis Dei, vt maius illis ſit præmium plura patientibus. præſtantioréſque viri in eccleſia etiam, fuerunt maioribus tribulationibus probati, quas Hebræi vocant כור הברזל id eſt *fornacem ferream* in qua probatur aurum & argentum, qualis data fuit Abrahæ & Iob, notat miniſteriis in commentariis ad Tobiam.

d *Prouerbio.c.* 3. *verſ.* 12. *ad Hebræos c.*12. *verſ.*9. *apocal.* 3. *verſ.*9.

# DE REPVBLICA LIBER DECIMVS TERTIVS DE HIS IN quibus prætextu religionis errari in republica poteſt & de remediis quibus obuiam eatur, vel admiſſa iam emendentur.

*De abuſu, in genere ſub prætextu religionis: & de generali remedio.*

## CAPVT I.

PRAECIPVA, magis ardua, & difficilior iuris authoribus ſemper & vbique cura fuit, ne ſub ſpecie recti & boni, pernitioſa & mala in ſocietatem humanam ſerperent. Facilis enim fuit emendatio eorum quæ apertè mala & noxia reipublicę & ſingulis viſa ſunt, ſed quæ fucum boni habuerunt, & quæ inter incautos & inprouidos authoritatem ſemel nacta fuerunt, non niſi regiè & poſt experentiam pernitioſam cognoſci, aut conuelli iam radicata potuerit.

*Fallit enim vitium ſpecie virtutis & vmbra,*
*Cùm ſit triſte habitu vultúque & veſte ſeuerum:*
*Nec dubiè, tanquam frugi laudatur auarus, &c.*[a]

Sæpe vitia ita virtutes ſe eſſe mentiuntur: vt tenacitas, parcimonia: effuſio, largitas: crudelitas, zelus iuſtitiæ: remiſſio, pietas velit videri, vt ait Gregorius[b] Iohanni Conſtantinopolitano. & refertur in ca. 6. ſæpe ſe vitia, 41. diſt. Et vitia obſcurare virtutes affinitate quadam, niſi ab acutè videntibus diſtinguantur, docet & illuſtrat exemplis Sidonius Apollinaris[c]. Sícque ingenia peſſima hominum, virtutes nomine vitij affinis, obſcurant; & vitia, nomine virtutis defendere ſatagunt. ita quem videmus humilem, illis erit abiectus; erectum, ſuperbus; minus inſtitutum, irridẽdus: doctum, inflatus: Solertem, cupidus: verecundum, ruſticus &c. vt contrà qui defendunt vitia, dicent abiectum, humilem eſſe: ſuperbum, eiectum: irridendum, minus inſtitutum: inflatum, doctum: & ſic de ſimilibus.

a vt cecinit Iuuenal. Satyra 13.

b lib. 1. regeſti epiſtola 24.

c lib. 7. epiſtolarum epiſt. 9.

2 Vt autem mala quædam nota ſunt, & ab his cauetur: ſic & quędam per ſe bona ſunt apertè, & ſpontè quiſque ea diligit, ſequitur & amplectitur. At bona malis mixta nõ ita facile eſt ſecernere, & facilè à latentibus malis, prętextu apparentis boni, quis decipitur, vt piſcis hamo,



hamo, modica eſca allectus, capitur, vt ſæpe nemo melle vel ſaccaro illitum poculum, non facilè à veneno pręcauet ſibi, nec præſumit toxicum ineſſe, donec, & aliquando ſerò, in viſcera admiſſum ſe deceptum dignoſcit.

Et quo maioris boni prætextus apparet, eo magis fatalia & pernitioſiora ſunt reipub. mala, quia & citius & à pluribus ea temere ſuſcipiuntur; & quanto plures his ſauciati ſemel extiterint, tanto difficilius ea reciduntur, quando corruptela in conſuetudinem peruenerit. & ſub colore boni malum ſemel aſſuetum, defendere nititur populus, vel detecto fuco, malũ facilè abdicare nequit, quoniam radices vt mala herba citius fecerit. tum etiam quòd poſt detectum fucum, non licet malum quod quis cum fuco boni hauſſerit & admiſerit, reiicere: quod ab initio tamen poterat ſine vllo negotio repelli.

Et iſtæ ſunt artes impiorum hominum, qui aliquid portentoſum & pernitioſum in ſubtilitatem & in aliorum fortunas moliuntur, nõ aperto marte tantum ſcelus quod prætendunt aggredi, proculdubio repulſam paſſuri, ſi ita aggrederentur: ſed veluti per cuniculos aliquid boni præponentes, finem peſſimæ mentis tegere.

3 Quemadmodum Sandrocotus apud Iuſtinum[a], prætextu libertatis, Indiam contra Alexandri magni prępoſitos excitauit; quibus necatis, ipſe author libertatis titulũ in ſeruitutẽ vertit, & populũ quem ab externa dominatione vendicauerat, ipſe ſeruitio preſſit.

a lib. 15. ex Trogo.

4 Sícque refert Herodotus[b], de Deioce, filio Phraortis, qui quum ad tyrannidem Medorum qui ſeruitatis iugum abiecerant Aſſyriorum, & in libertatem ſic aſſeruerant, ambiret & aſpiraret, ſtudioſius æquitatem affectabat, & controuerſiarum iudex primum & litium factus, paulatim poteſtatem iudicandi, poſtea cuſtodes, & deinceps tyrannidem vſurpauit.

b In 1.

5 Fuerunt alij, qui prætextu amicitiæ, proditoriè inimicos parum ſibi proſpicientes obtruncarunt, vt Ioab Abner[c]. Et Amaſam[d]. Iudas prodidit oſculo Chriſtum. Sic Babylonij decepti à Zopyro ſub ſpecie beniuolentię: fingẽte ſe à Dario naribus & auriculis detrũcatum, ignominioſè circumtonſum, & plagis affectum, atque in poteſtatem Darij venerunt[e].

c 2. reg. c. 3.

d 2. regũ c. 20. verſ. 9.

e teſte Herodoto in 3. & Polyæno lib. 7. ſtratagẽmaton.

7 Sunt alij qui prætextu authoritatis, omnia ſibi licere perſuadent, vnde tyrannides ex regnorum legitima poteſtate ortæ ſunt: huic concuſſiones iudicum; militares, inſolentes deprædationes hoſpitum & prouincialium quos defendere deberent aduerſus hoſtiũ iniurias, quas ipſi audacter inferunt. cùm tamen magis ſit plectenda offenſa eorum, per quos ad excuſandas excuſationes in culpis, delinquendi authoritas vſurpatur[f]. nam qui peccatum ſuum defendit authoritate ſeu cõſuetudine, magis peccat: & ideo magis puniri debet[g].

f c. inter dilectos 11. de exceſſib. prælator. lib. 5. ti. 31.

g ca. nemo 23. q. 4. c. 1. in fine de pœnitent. diſt. 6.

7 Sunt & alij qui per obliquum mala perſuadent, quæ apertè explicata reiicerentur: qui quoque maiori pœna digni ſunt cùm magis ſit perſuadere quàm compellere, l. 1. §. de ſeruo corrup. vt magis peccare, & puniendus ſeuerius dicitur, qui clam contra prohibitionem legis ducit vxorem, quàm qui palam. Quia, inquit Paulus iuriſconſul.[h] palam delinquentes, vt errantes, à maiore pœna excuſantur;

h in l. f. de rit. nup. P.

clam committẽtes, vt contumaces plectantur [a], vt & veneno, nempe incautum plus eſt occidere, quàm gladio [b]. Et cùm malum ſit per ſe, cadere à bono propoſito, grauius & peius eſt, ſimulare propoſitum [c], & grauius peccare per hypochriſin, quàm manifeſtè [d].

8 Sed & eo magis ſunt hæc quæ prætextu boni committuntur difficilia curatione, quod diu remaneant eo velo incognita & tecta, donec ſubitò malũ ex bono præſuppoſito erumpat, veritate detecta, & fuco ſerieſcente & cadente. Quemadmodum incendia ſubitò erupentia poſtquam diutius tecta coaluerunt, periculoſiora fiunt: zizania difficile à tritico ſeparatur; & pari modo mali à bonis [e]. Et impoſſibile eſt aliquã bonã ſocietatẽ aut vtilẽ, quin ſtatim quidã mali homines non ſuccreſcant, qui niſi diligenter obſeruentur, poſſunt totũ corpus corrũpere non ſecus quàm corpus phyſicũ mali humores [f].

9 Et hæc omnia cùm in omnibus ferè reipublicæ negotiis contingant, & inter omnes tum priuatos tum publicos cœtus periculoſa ſint, in primis maius habẽt periculũ in cauſis & actionibus quæ pietate & religione defendi poſſe videntur. Summa enim & anteferenda ratio putatur ex communi omnium gentium conſenſu, quæ pro religione facit ſecundum Papinian [g]. Et Liuius [h] in oratione Poſtumij conſulis, de tollendis bacchanalibus. *Nihil*, inquit, *in ſpeciem fallacius eſt, quàm praua religio, vbi deorum numen prætenditur ſceleribus: ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis, diuini iuris aliquid immixtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, ſenatuſconſulta, Aruſpicum denique reſponſa liberarunt. Quoties hoc patrum auorúmque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, vt ſacra externa fieri vetarent? Sacrificulos, vatéſque foro, circo, vrbéque prohiberẽt? vaticinos libros conquirerẽt, comburerént que, omnémque diſciplinam ſacrificãdi præterquam more Romano abolerent? iudicabant enim prudẽtiſſimi viri omnis diuini humaníque iuris, nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe quàm vbi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur.* Quantum & peccetur prætextu religionis, paucis exclamat Lucretius [i],

*-Sæpius olim*, inquit,

*Relligio peperit ſceleroſa atque impia facta:*

Id eſt ſub prætextu religionis, facta plura ſunt impia, & damnãda. Et vt ait Iohannes 22. in extrauag. ſancta Romana, de religio. domib. *Sicut ſancta Romana eccleſia religioſa & pia vota benigno fauore proſequitur: ſic ſuperſtitioſos conatus inſolentium hominũ deteſtatur: ne ſub ouina pelle gregem Dominicum truculentia lupi rapacis inuadat: & ſub pietatis imagine virus hæreticæ prauitatis obrepat, & ſub prætextu cõuerſationis angelicæ, incautis mentibus ſpiritus malignus illudat. cuius rei gratia ſacris canonibus eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionis aſſumat, ſed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis, &c.* Quidam, vt premonuit Dominus, veniunt in veſtibus ouium, intus autem ſunt lupi rapaces [k].

10 Et quidam ſe ipſos valde decipiunt, opinione de ſe ipſis concepta quòd ſint vel haberi velint aliis ſanctiores, & religioſiores, alios deſpicientes. Quales olim fuerunt Cathari, qui propter mundi tiam ita ſe nominauerunt, gloriantes de ſuis meritis [l]. Fuerunt & tales qui Beguardi & Beguini dicebantur in Alemania, qui procurãte

[a] *Iunge l.3.§.f. de iure fiſc.P.*
[b] *l.1.de malef. & mathem C.*
[c] *ca. certe, 18. 11.q.1.*
[d] *c.cum ex iniuncto, de hæretic.l.palam, de ritu nuptia. P.*
[e] *ca. quamuis 23 q.4.*
[f] *ca.vnitas, 4. diſtinct.*
[g] *in l.ſunt perſonæ, 43.de religio, & ſumpt. funer. lib.11.P. ti.47.*
[h] *lib 39.*
[i] *de rerum natura.*
[k] *D.Matthæi c.7. & relatũ in c. vt officiũ, de hæretic. in ſex.*
[l] *ca. quidã autem, 39.§. Cathari, 24.q.3.*



fatore malorum operum dæmone, aſſerebant doctrina ſua ſacrilega, cum aliis erroribus quod homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quod reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: hoc ipſum in ſuo ſtatu eſſe aſſerentes, & alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicentes, facientes & committentes, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continẽt periculum animarum, damnata à ſede apoſtolica in Clem.fi.de hæret. Perſuadet aliquãdo hæc ipſa præſumptio ſanctitatis, opinionem in religione & Dei myſteriis proficiẽtibus vt ex illa ſuperbia, iam à merito ſi quod aſſequi poſſint, deturbet & præcipitet, atque ita dæmon ſe transfigurat in angelum lucis, vt ait diuus Paulus [a]. Et hæc eſt vna ex maioribus impugnationibus ſeu tẽtationibus quas immittit in proficientes in Chriſtianiſmo: & per quã aggredi auſus eſt ipſum Chriſtum Dominum [b]: dum ei dixit, *Si filius Dei es mitte te deorſum, quoniam angelis ſuis Deus mandauit de te &c.* hacque machina expugnauit primos patres [c], inculcans, *Eritis ſicut Dij &c.*

11 Nocet & præſumptio fictæ ſanctitatis alicuius qui habetur pro pio, aliis qui eius malitia facilè eo prætextu inficiuntur Prophetam, quem non potuit rex Ieroboam cogere manere ſecum, decepit præſumptio quod alius propheta verum ex Deo illi diceret, velut admonitus à Deo vt vnà ſecum cibum ſumeret, in terra tamẽ in qua Deus prohibuerat illi ſumere, & proinde tanquam tranſgreſſor mãdati Dei à leone fuit in via occiſus [d]. *Nemo*, inquit diuus Auguſtinus [e], *nocet in eccleſia Dei amplius, quàm qui peruersè agens, nomen & ordinẽ ſanctitatis & ſacerdotis habet delinquentẽ. namq; hunc arguere nullus præſumit, & in exemplũ culpa vehemẽter extẽditur, quãdo pro reuerẽtia ordinis peccator honoratur.* Et ſecundũ D.Gregoriũ ſimulata equitas, duplex eſt iniquitas; quia malũ facit, & abutitur bono [f]. verè religioſi præ aliis ſunt honorãdi [g]. at queãdmodũ proficiẽtes in eo propoſito ſunt optimi: ita deficiẽtes, ſunt peſſimi [h], & quod ad ſe pertinet, & quod ad alios, quia delicta regẽtium & ſuperiorũ trahũtur in exemplũ: & boni mores & vita [i]. Sunt in ſumma multa, quæ quotidie ineſcãt homines, & alliciũt ad vetita ſub ſpecie boni, quæ primis motibus mẽtis iniiciũt ſuo fuco quãdã recti cõfuſam opinionẽ, & turbãt cogitationẽ & rationis iudiciũ ne à precipiti volũtate diſtingui poſſunt dũ repẽtè ſe obtrudũt: quæ ſemel admiſſa, veluti adepta tyrannide, in nobis dominãtur & expelli niſi ægerrimè poſſũt. Facilis deſcẽſus Auerni; ſed reuocare gradũ, hoc opus, hîc labor eſt. Atque prona ad lapſum humana fragilitas: propter fomitẽ & irrationalis partis appetitus: difficilis autẽ ad reſurgendũ per ſe ipſam. Quocirca iuuanda remediis præueniẽtibus lapſum, & quãtũ cõſequi prudẽtia poterit humana, ſcrupuli & impedimẽta quibus labi, ruere vel decipi poſſit, ſubmouẽda erunt. Nos in hoc libello inſtituimus nõ de omnibus agere quibus hallucinãtur aut decipiũtur homines boni cuiuſq; ſpecie, id enim immẽſũ habet opus, ſed de quibuſdã tãtum quę ſub religionis nomine vitã etiã & actiones humanas miſerrimè cõturbãt, & bonis ſæpe imponũt: malitia impiorũ qui impoſturas ſuas religione

[a] *2.ad Corinth. c.11.ver.14.*
[b] *D.Matth.c.4.*
[c] *Geneſ c.3.*
[d] *3.Reg.c.13.*
[e] *relatus in ca. nemo quippe, 83.diſtinct.*
[f] *gloſſ.in c.1.ad verbũ ſanctitatis, de religioſ. domib. in clemen.*
[g] *ca. qui verè 16.q.1.*
[h] *ca.quantumlibet 47.diſt.*
[i] *c.3 præcipuè, 11.q.3.*

tegunt:vel ex dæmonis aſtutia vel ex ſuperſtitione,vel incuria prælatorum ,vel ex alio abuſu non emendato,oriuntur:Quæ omnia ad honorem Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ, ſúbque eius iudicio, & cenſura, dicta,ſcriptáque, & intellecta eſſe volo, nec aliter, vllo modo rata haberi.

12 Cum hac ergo proteſtatione,& me ſubiiciendo vt par eſt Chriſtiano,meliori eccleſiæ iudicio, arbitrer remedium conueniens in genere primum malorum quæ in religione oriri, eius prætextu poſſunt, adferri poſſe ex præſulum & principum vigilantia,cura & ſolicitudine gregis diligente.ſicque Actorum c.20.ver.28.*Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos,regere Eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo*.& Prouerb.c.27.23.admonētur, diligenter agnoſcere vultũ pecoris ſui & greges ſuos cōſiderare.

Ideo & ſacri canones ſtatuerunt, vt prælati ſingulis annis ſaltem, viſitent ſuas diœceſes, excutiant mores clericorum, inſtruant ignorantes,emendent & puniant delicta [a]. conſilio Taraconenſi c.8.Bracharenſi c.1.quod & aliis conſiliis repetitum ſæpius vt valde neceſſarium Eccleſiæ,fuit.

Quare debet quilibet Archiepiſcopus aut Epiſcopus, per ſe, aut per Archidiaconum ſuum, aut per alias honeſtas idoneáſque perſonas,bis,aut ſaltem ſemel in anno,propriam parrochiam circuire, & ibi iuramento præſtito inquirere, ſi ſint Hæretici, ſi occulta fiant conuenticula, ſi qui à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſideant [b] .Archidiaconi viſitant, & in hoc & in aliis releuant munera Epiſcopi [c].

Sunt illi oculi Epiſcopi: oberrantes & circumluſtrantes cum verecundia actus totius Eccleſiæ: & perſcrutantes diligentiùs, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopum,vt ait D.Clemens [d].

13 Archipresbyteri quoque in his muneribus quatenus ſibi delegantur,iuuant curam & ſolicitudinem Epiſcoporum,ad quos referunt quæ fiunt, & facienda vel emendanda compererint c. f.de off. Archipreſ.li.1.ti.24. 14 Sunt & ſub Epiſcopis ea de cauſa curiones, ſeu parrochiani presbyteri, quibus ſpecialis & ſingularis cura certæ plebis demandata & commiſſa [e].

15 Debent curare ſinguli in ſibi commiſſis gregibus, pabulum verbi Dei continuò proponi, & prædicari quæ facienda, fugiendáue ſint,ad ſalutem æternam conſequendam:quia ſicut corpus,materiali: ſic anima, ſpirituali cibo nutritur: nec in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei [f].In quo etiam Epiſcopi ſolicitè proſpicere debent, quibus committãt hoc munus prædicandi. Cùm enim hoc munus propriũ ſit ipſorũ, illíſque primitus ſit cõceſſum vt vocatis in partẽ eccleſiaſtici oneris [g]:cúmque illis permiſſum ſit hoc ipſum, quia non poſſint per ſe ipſos vt neſciãt. ſatisfacere in omni diœceſeos loco, vt poſſint cum aliis onus partiri [h],ipſi de his etiam quibus cõmiſerint, ſunt aliquando reddituri Deo rationẽ. Et proinde non debent omnibus temerè miniſterium hoc proponendi verbũ Dei,cõmittere. munus quippe prædicandi priuilegiatum eſt, nec indiſtinctè omnibus concedendũ.ca.quod Dei tim.5.de ſta.rel.

a *ca. relata* 9. *ca. decernimus* 10. *ca. placuit* 12.10.q 1.
b *ca.excõmunicamus itaq.* 13. §.*adiicimus,de hæreticis.*
c *c.mandamus* 6.*c.ad hæc* 7.*c. vt noſtrum,* 9. *de offic.Archidia. lib.*1.*ti.*23.
d *prima epiſt. ad D.Iacobum fratrem Domini rela.in ca.*6. *Diaconi Eccleſiæ,*93*diſt.*
e *ca. Eccleſias,* 13.*q* 1.*c. omnis vtriuſq. ſexus de pœnitentia & remiſſio ti. de parochijs & parochianis.*
f *c.inter cætera* 15.*de offic.ordinarij li.*1.*ti.*31. *Deutero.* 8. *D. Math* 4. *Lucæ* 4.
g *c. mandata de præſumptio.*
h *ca vt ſingulæ de offic.Archipresb.d. c.inter cætera.*



Et ita inhibitum eſt,poteſtatem hanc ſibi vſurpare ſub pœna excommunicationis,a liiſque pœnis,etiam clericis & religioſis alioquin idoneis,niſi ex promiſſione conceſſione prælatorum, vel ſedis apoſtolicæ,à quibus mittantur [a]. Multo magis & laicis non ordinatis in eccleſia inhibitum. Licet enim deſiderium intelligendi diuinas ſcripturas, & ſecundum eas ſtudium adhortandi reprehendendum non ſit,ſed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici meritò arguendi quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis ſibi vſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem eludunt, & eorum conſortium aſpernantur qui talibus non inhærent, quod inhibitum fuit omnino ab Innocentio 3.in conſtitutione ſcripta ciuibus Metenſibus & Chriſtianis eius diœceſeos, quæ refertur in c. cum ex iniũcto 12. de hæretic.vbi & ratio, quod in eccleſia Dei & corpore eius,vt in corpore humano,multa ſunt membra,nec eundem officium habent,multi ſunt ordines,ſed non omnes habent idem officium: & alios Dominus dedit Apoſtolos, alios prophetas, alias doctores,&c. [b] Cúmque ordo doctorum in eccleſia ſit quaſi præcipuus,nemo debet indiferenter prædicationis officium vſurpare.Quomodo enim prædicabunt niſi mittantur? vt ait D.Paul.[c]

Sed & eo magis ſuſpecta prædicatio quæ occultè fit, cùm tamen verbum Dei palam communicari debeat [d].ſic enim Deus præcepit [e]. *Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine, & quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta.*

16 Remedium aliud ſecundum quo generaliter caueatur, ne ſub obtentu religionis pernitioſè erretur, aut ne populus decipiatur, eſt.illúdque ſingulare & firmiſſimum, vniuerſalia conſilia frequenter celebrare & egere. Nam vt dicitur in §.1.titul. de authoritate ſacrorum conſiliorum,in pragma.ſanctio,*Frequens generalium conſiliorũ celebratio,agri Dominici præcipua cultura eſt, quæ vepres,ſpinas & tribulos hæreſium & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat,& vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit:illorum verò neglectus,præmiſſa diſſeminat atque fouet,* &c.ibíque ſtatutum, celebranda conſilia generalia de decẽnio in decenniũ.Sic etiam ſacri canones ſanxerunt ſumma cum ratione, conſilia prouincialia & epiſcopalia quæ ſynodi quoque dicuntur, celebrari debere annuatim [f], tota 18.diſtinct.vbi & adferuntur plurium ſynodorum generaliũ ea de re ſtatuta,& in conſil.Tridentino ſeſſio.24. in decrèto continuationis, de reformatione cap.2. in conſilio Lateranenſi habito ſub Leone 10.

Eodem modo,abbates prioréſve & monachi, generalia ſua capitula congregant de triennio in triennium [g].

17 Scio tamen plures eſſe,qui non facilè patiuntur conſiliorum vniuerſalium repetitiones,nempe falſò perſuaſi, quòd ibi tantum agi debeat de fidei articulis,& determinatione ipſorum, qui iam determinati inconcuſsè ſine diſputatione & controuerſia alia, teneri debent: & hic eſt alius prætextus religionis, ſub quo occaſio conſiliorum generalium ſępe differtur,& interim mali mores in clero incorrecti ſerpunt,adoleſcunt, & Deum irritant.Verùm ſi quid meum

a *c.excõmunicamus* 13.§.*quia verò, de hæret. clem.*1. *de religio.* §. *clem.* 2. *de hæretic.ſub Leone* 10. *in principio. in cõcilio Tridentino ſeſſio.*5.*in decreto de reforma.ca.*2.*& in ſeſſio.*24.*de reforma. ca.*4.*in Carthaginienſi,c.* 20.*in Rhemenſi c.*14.
b *Ad epheſ.c.* 4.
c *Ad Rom.c.* 10.
d *Dicto c.cum ex iniuncto.*
e *D.Mathei c.*10.
f *c.ſicut de accuſationibus.*
g *Cano.in ſingulis* 7.*de ſtatu monach.*

ingeniolum in hac opinione poſſet conſequi explicationis & mentis, vellem perpendi primùm, non eam eſſe ſolam cauſam conſiliorum generalium cogendorum, de articulis fidei diſputare, vel tractare, vel retractare iam tractata: in quo certè ſanctiſſimè ſentiunt qui ea quæ ſemel decreta ſunt, non debere in diſputationem iterum adduci aſſerunt, quibus etiam ego omnino aſſentior, & alienum à fide Catholica eſſe diſſentire, credo. *Iniuriam enim*, vt ait Martianus imperator, *facit iudicio reuerendiſſimæ ſynodi ſiquis ſemel iudicata, aut rectè diſpoſita reuoluere, ac publicè diſputare contenderit*, quod nec impunitum relinquitur [a]. Cæterùm & aliæ cauſæ ſunt iuſtiſſimæ cōgregādarum ſynodum œcumenicarum, vt hæreſium ſub ſpecie religionis multiplicia capita. vt enim natura nouas quotidie deproperat edere formas [b]. vtque negotia multa ſunt quotidie noua, quæ non poſſunt facilè comprehendi ſub legibus ante conſtitutis, & egent ideo aut interpretatione, aut vt conſtitutione optimi principis certius ius ſtatuatur [c]. Sic & hoſtis humanæ naturæ Satan, nouas in eccleſia ſuperſeminat cauſas, ex quibus expugnare nititur fideliū concordiam, morum puritatem, & viuendi rectas formulas, quib. occurri poteſt concordi omnium prælatorum & patrum Sanctæ Eccleſiæ conſilio. Ita in c. canones 15. diſtinct. [d] *Canones*, inquit, *generalium conſiliorum à temporibus Conſtantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, perſecutione feruente docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt, quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniendi, niſi tempore prædicti imperatoris.*

a *l. Nemo, 4. de ſumma trinita. & fide catholic.*

b *l. 2. §. mirabilis, C. de vet. iure enuclean.*

c *l. neque leges, 10. l. & ideo 11 & ſequent. de legib. P.*

d *Ex libro 6. Iſidori c. 16.*

18 Accedit quod ſummus pontifex, ex his conſiliis maximum leuamen curæ ſuæ & ſolicitudinis acciperet & cum minori onere, & negotio, & maiori certitudine populo vniuerſi orbis vtilia procuraret. Vt enim epiſcopi ex relatione archidiaconorum archipresbyterorum, & ex ſynodis ſuis diſcūt quæ egent reformatione: & archiepiſcopi ex conſiliis ſynodalib. cognoſcunt in ſuo quæ egent remedio, & modum prouidendi: ſic facilius ſummi pōtifices, ad quos pertinet conſilia generalia cogere & probare, vt liquet ex tota 17. diſt. c. porro, 3. diſtinct. c. Adrian. 63. diſtinct. cum ſimilib. intelligere poterit quæ per totum orbem egent ſuo auxilio, & modos conuenientes quibus vel ex generali conſtitutione, vel ex ſpeciali prouiſione habita ratione locorū, proſpici poterit, ſedet enim vicarius Chriſti [e], & cuncta per mundū, in eccleſia Dei eius regūtur [f], idcirco & expedit illū cognoſcere quid in ſingulis mundi regnis & regionibus agatur, in his quæ ad ſalutē animarū ſibi cōmiſſarū pertinet, vt celerius & debito modo proſpicere poſſit: imò ſi ipſe poſſet omnib. his generalibus cōſiliis intereſſe, nō modicū incrementū reip. Chriſtianæ adferret. Intelligeret enim ex epiſcopis & ſanctorū patrib. quo morbo vitióve ſpeciali laboraret vnaquæque prouincia, & dū poſtea adiretur à prouincialib. facilè illi imponi non poſſet per curiales. Diſceret ibi quæ ſint principes qui pro fide Catholica laborent, quíve cōtrà in fide Catholica parum vigiles: admoneret epiſcopos, prælatos cò confluentes, quod ad officium illorum pertineret ſecundū temporis & perſonarum, diuerſarum prouinciarum oblatas occaſiones.

e *In c. inter corporalia, de trāſlatione epiſ. opi.*

f *c. cuncta per mundum 9. qu. 3*

Vte-



Vt enim Deus non moderatur orbem ſemper vno & eodem modo, nec omnibus regnis eadem concedit, ſed diuerſa prout illis expedire videtur. Sic oportet vicarium eius in terra quædam in genere omnibus communia, quædam in ſpecie quibuſdam conuenientia, decernere [a]. Nec poſſent relatores conſilij ſeu delegati à conſilio ad ſummum pontificē confirmationis ergò, omnia quæ ibi dicta tranſactáve ſunt per ſingula pontifici referre; multáque tacentur, quæ poſſent monere cognita ſummum pontificem ad egregia opera & Chriſtianæ reipub. vtiliora, ſi ipſe præſens conſilio interfuiſſet; ſtatuenda audiret fraudes curialium explicatas, diſpenſationum obreptiarum mala & eccleſiarum querulas, & corruptas rectáſque voces.

a *vt in cano. erit autem lex 4 d.*

In conſiliis quoque generalibus reformationes morum tractantur, qui aliquando totam eccleſiam obnubilant, aliquando deformem reddunt, eadem per ſe nihilominus, non obſtantibus perſonarum vitiis, in ſua puritate ſine macula permanente. Quod ſi ſacroſanctæ ſynodi, tam diligenter prouincialia conſilia iuſſerunt celebrari ob eaſdem cauſas [b], quantò magis mores in eccleſia vniuerſali corrupti, merentur ſynodorum generalium repetitionem?

b *d. c. ſicut, de accuſatio. cum ſimilibus ante citatis.*

Magna deinde negotia, & quæ reſpiciunt totam eccleſiam à prouincialibus & epiſcopalibus ſynodis non poſſunt definiri, & quod omnes tangit dignum eſt vt ab omnibus audiatur, eius generis ſunt quæ magni ponderis, vt expeditiones in infideles, regnorum ſubuerſiones, & alia quæ auxilium per obliquum exigunt ſecularium etiam principum, quæve minori negotio concluduntur vniuerſis ſuffragia in conſilium contribuentibus. Habet ſummus pontifex, dices, cardinalium præſtantiſſimum & in negotiis exercitatiſſimum ſenatum; fateor, vt neque meliores admitti poſſe aliquando concedam: imò & diſputare de principali iudicio non oportet: ſacrilegij enim inſtar eſt, dubitare an is dignus ſit quem elegerit princeps. l. 3. de crimi. ſacrileg. lib. 9. C. ti. 29. Verùm neque ſancti apoſtoli contenti fuerunt aliquando ſuis ſuffragiis, ſed & diſcipulorum & Chriſtianorum multos in conſultationem adhibuerunt [c]. Et ſunt plura quæ in facto conſiſtunt, quæ fallere peritiſſimos & prudētiſſimos quoſque poſſunt [d]. nec ideo ſacratiſſimi ſenatus minuitur authoritas, cùm ad eius conſiſtorium ex omnibus partibus mundi cōuocati præſules, eis ſuggerunt tanquam propria & certiſſima, quæ alioquin ex ſupplicationibus & relationibus incerta aliquando, non dicam falsò, exhibentur.

c *c. 1 & 15. ver. 6. Actorum.*

d *l. 2. de iur. & fact. ignor. P. l. f pro ſuo. P. c. 1. de cōſtitutio. in ſex. c. vt noſtrū vt eccleſiaſti. benefic. ſine diminut. conferāt.*

Scribit & Paulus 3. S. pontifex, in indictionis conſilij Tridentini Bulla, ſe inductum ad ſacroſanctum conſilium celebrandum, inter cæteras rationes, quòd animo repeteret maiores noſtros, ſapientia admirabili & ſanctitate præditos, ſæpe in ſummis reipublicæ Chriſtianæ periculis, remedium optimum atque opportuniſſimum, œcumenica conſilia & epiſcoporum generales conuentus, adhibuiſſe.

Forma & viuēdi in cōſiliis eccleſiaſticis, nō tā quæritur quàm ſit reformatio ad priorē ſanctā & cōſtitutā traductio, & lapſorū & malè viuētiū caſtigatio, ideò nō minus vtilia cōſilia œcumenica nūc aut

neceſſaria etiam de his quæ ſtatuta ſunt, quàm cũ nouè ſtatuta, quin imo eo magis neceſſaria; ne contemnatur priorum authoritas; quæ noua ſanctione renouatur. Sicut & per ſequentia conſilia, priora mandantur ſeruari. Deſuetæ leges optimæ ſunt in vſum reuocandæ[a]. iuuentutem habent leges, virilem ætatem & ſenium ab initio magiſtratus & populus in obtemperando fraudi, poſtea remiſſi, dehinc contemptores.

19 Poterit & Tertium remedium generale adhiberi, ad conſeruandam ſartam tectámque rempublicam Chriſtianam, vt mali libri improbatæ lectionis conquirantur, & corrumpantur, iuxta ſacroſanctas conſtitutiones quæ in conſilio Tridentino, & aliis, legibúſque principum inſertæ ſunt. multi enim ſpecioſis titulis, & ſub Chriſtianæ religionis prætextu, plures incautos inficiunt, & priuſquam præſenſerint venenum, ſuffocant. Et proinde curabunt epiſcopi, inquiſitores hæreticæ peſtis, hac in parte viam malis præuenire, & occurrere opportunè, facilis lapſus. Et dum ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem teſta diu. Prohibéntque canones ſacri huiuſmodi libros haberi aut legi qui cenſura eccleſiaſtica notati ſunt [b]. conſilium Lateranenſe ſub Leone decimo ſeſſio. 10. Conſilium Tridẽtinum ſeſſione 4. decreto de canonicis ſcripturis. Et Paulus 4. ſub finem cõſilij Tridentini. prohibent & leges etiam ciuiles, l. 3. §. 1. & §. quoniam, de ſumma trinita. & fide catho. l. 6. in fine de hæreti. C. nouella 42. c. 1. Socrates lib. 1. hiſtoriæ c. 6.

20 Remedium item 4. adiungere curam & ſolicitudinem principum Chriſtianorũ: nam & in cauſa peccati, ſummus pontifex inter eos poteſt ſtatuere [c], in adiutorium eccleſiæ, imperij leges aſſumuntur, vt ait Diuus Auguſtinus contra litteras Petiliani lib. 2. c. 58. ca. ſi in adiutorium, 10. diſt. Reges pontificibus pro æternis; pontifices, regibus pro temporalibus indigent [d], imperatorum legibus eccleſia ſæpè vtitur contra hæreticos; & eadem ſæpe hiſdem defenditur contra tyrannos, contra prauos quoſque [e].

21 Et quamuis propria cognitio de cauſis religionis, ad ſolos epiſcopos pertineat, tamen eccleſia iuuari maximè poteſt gladio ſeculari, contra contumaces, rebelles, & contemptores eccleſiaſticarum cenſurarum: ideóque & ad ſecularem poteſtatem remittit huiuſmodi vt c. cùm non ab homine, de Iudic. nouimus, de verborum ſignifica. cum ſimilibus, atque ſeculares poteſtates, in hac cauſa quæ fidei eſt & religionis, non minus diligentes eſſe, quàm ipſi pontifices debent ad conſeruandas leges eccleſiaſticas illis ſuas ſimiles coniungendo: eóque pertinent toti tituli de ſacroſanctis eccleſiis, de ſumma trinitate & fide catholica, de epiſcopis & clericis, de hæreticis: de epiſcopali audientia, ne ſanctum baptiſma iteretur, de apoſtatis, nemini licere ſignum ſaluatoris CHRISTI, humi vel in ſilice ſeu marmore, aut ſculpere aut pingere, de Iudæis Cœlicolis. Ne Chriſtianum mancipium hæreticus vel paganus vel Iudæus habeat, aut circumcidat. De paganis ſacrificiis & templis. de his qui ad eccleſias confugiunt, vel ibi exclamant, de his qui in eccleſiis manumittũtur. In libro 1. c. Iuſtiniani.

*a l. rem non nouam 14. C. de Iudic.*

*b ca. ſancta Romana 15. diſtinctio.*

*c nouit, de Iudic.*

*d ca. quoniam idem mediator 8. eadem 10. diſt.*

*e ca. 1. §. ſ. ca. 10. D.*

Et inter



Et inter ethnicos, quamquam religionis cura pontificibus relicta fuiſſet à regibus, vt ſcribit Dionyſ. Halicarn.[a] tamen principes non ita omnem religionis ſolicitudinem ablegarunt, vt negligere viderentur. res enim religionis cùm violatur impunè, & cũ in ea cuilibet audiendi ex arbitrio conceditur facultas, minatur principatibus & imperiis, vnà cum religionis mutatione, ſubuerſionem.

22 Proinde Liuius [b] ait, negotium Marco Æmilio prætori, ſeu melius Marco Atilio prętori vrbis, à ſenatu datum, vt à religionibus externis populum liberaret, quibus publicè & priuatim populus tenebatur contempto ritu Romanorum. Quódque is in concione ſenatuſconſultum recitauit, & edixit, vt quicunque libros vaticinos, precationéſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros literáſque ante Calendas Aprilis deferret: neu quis in publico ſacróve loco, nouo aut externo ritu ſacrificaret. Admonet & lib. 39. ſæpe hoc patrum maiorúmque ætate negotium magiſtratibus datum, vt ſacra externa fieri vetarent.

23 C. Cornelius Hiſpallus, prætor peregrinus, M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coſs. edicto etiam Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe: atque Italia iuſſit, leuibus & ineptis ingeniis, fallaci ſyderum interpretatione, quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem iniicientes, vt refert Valer. Max. lib. 1. c. 3. Ibidem & notat, Lutatium, qui primum Punicum bellum confecit, à ſenatu prohibitum ſortes fortunæ Præneſtinæ adire. auſpiciis enim patriis non alienigenis rempublicam adminiſtrari oportere, iudicabant. Extant & verba legis 12. tabularum, *Separatim nemo habeſſit deos, néve nouos ſiue aduenas, niſi publicè adſcitos, priuatim colunto.*

24 Quorum omnium prohibitio, magnam non ſolùm authoritatem in ſanciendo, ſed vltra magnum animum in exequendo deſiderabant, propter radicatam iam opinionem de cultu diuino etiam peregrino exiſtimantibus popularibus, ſe in deorum offenſam facere ſi quid contra eorum ceremonias quamuis prohibitas, tentarent. tanta enim eſt nominis religionis reuerentia, vt ſæpe non ſuſtineat quæ malè ſub eo prætextu fiant, emendari, niſi ab aliquibus, de quibus antea alioquin bonam opinionem conceperint. Sic Lælius Æmilius Paulus, vt eſt apud Valerium Maximum in prædicto ca. 3. conſul, cum Senatus Serapis & Iſidis phana diruenda cẽſuiſſet, eáque nemo opificum attingere auderet, poſita pretexta, ſecurim arripuit.

25 Nec eſt qui dubitet, quantum profuit authoritas Conſtantini Magni, in perdendis ſuperſtitionibus idololatrarum, quantúmque præclara fuerit illa l. 1. C. de ſumma trinita. & fide cathol. Gratia. Valentinian. & Theodoſij AAA. *Cunctos populos quos clementiæ noſtræ regit imperium in tali volumus religione verſari quam Diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat*, &c. Eo referre poſſumus præſtantes cęteris leges eius tituli, & de hæreticis, quæ ſuſtinendo fidem catholicam, profligant hæreſes & impietates ethnicorum, vt & quę pœnis capitalibus eos inſectantur, titulis de paganis, de Iudæis, de apoſtatis cum ſimilibus.

26 Multum etiam proſunt conſtitutiones principales religioni,

*a In 2.*

*b Libro 25.*

quæ imponunt neceſſitatem clericis viuendi ſecundum ſacros canones, quæque eos arcent iuxta eoſdem canones, à negotiis ſecularibus, quæ immunitates eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis conceſſas, ſanciunt, conſeruant, & aduerſum eas quippiam fieri animaduerſionibus impoſitis prohibent:& quamuis in clericos ſceptrum non extendant, tamen laicos & eoſdem intra fines debitæ reuerentiæ continent vt in conſtitutio. caſſas, de ſacroſanct. eccleſ.

27 Nec otioſum eſt quod hiſtoria iudicũ c.17. ait expreſsè, dum reddit rationem, quare facilè Micha incidit idololatriam, & fecit ſibi idola & ſacerdotem, & æ iculas ſacratas eis. *In diebus*, inquit, *illis nõ erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat.* Idipſum repetitur in c.18. in fine, & in c.f. in finalibus verbis. Eget eccleſia auxilio ſeculari & manu militari, pro executione ſententiæ prælatorum quæ exhiberi epiſcopis mandat l.ſanctiſſimarum, (nunc ordine 44. ex Græco conuerſa) de epiſcop. & cleric. C. & ipſi ſummi pontifices concedunt poteſtatem inquiſitoribus fidei & aliis prælatis inuocare auxilium brachij ſecularis in c.12. officium 11. §. denique, de hæretic. in ſex. c.1. quoniam pleriſque de offic. ordina. c. prodeſt 25. qu.5. c.f. in fine de exceſſ. præla. li.5. tit.31. Atque in ſumma, vbi eccleſia nihil amplius facere poteſt, implorare debet auxiliũ ſeculare, & compellere c. cũ non ab homine, de iudi. & è conuerſo, c.2. de maledi. licet & adu. regem patroni Eccleſię quãdo metrop. diſſipat bona eius, in c. filiis 31.16. qu.7. vt eum corrigat, cùm per eccleſiaſticum iudicem cogi non poſſit, vt & in ea petimus, 11. qu.1. in ca. nec licuit, 17. diſtinct. quamuis aliquando, aliter cum poſſit adiri iudex ſecularis, pro eccleſiaſticis negotiis, ca. placuit ca. vt quiſquis, 11. qu.1. adde eadem deciſa in c.1. de offic. ordina. ca 2. de clerico excom. miniſtrum cũ ſimil. ibi nota. Scripſit de officio principis Chriſtiani in eccleſia, Thomas Campegius, tractatu de poteſtate Romani pontificis. Sed & Iſidorus lib.3. ſenten. de ſummo bono, cap.53. relatus in c.23. principes ſeculi, 23. qu.5. probat intra eccleſiam, neceſſarias eſſe principum poteſtates ſeculares: vt quod non præualet ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem &c. Atque Leo Papa in epiſtola 29. ad Pulcheriã Auguſtã, relatus in c. res autẽ humanę, 21. eadem 23. q.5. *Res humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas*, quod & firmatur pluribus conſiliis & patrum authoritatibus, in ca. inceſtuoſi, 22.3. ſequentibus eadem 23. qu.5.

28 In Gallia remedium appellationis ab abuſu notorio perſonarum, vel iudicum eccleſiaſticorum, deuoluit cauſam ad curias ſupremas, quæ nomine regio ſatagunt vt diſciplina eccleſiaſtica, ſacroſancti canones, & decreta eccleſiaſtica conſeruentur: ſúntque caſus, in quibus appellatio illa recipitur certi: in quibus & eccleſiaſtica iuriſdictio conſeruatur, & ne latius quàm oporteat, vel conceſſum ſit euagetur, ſummo ſtudio proſpicitur. Primùm appellatur eo nomine, ſi prælati aut iudices eccleſiaſtici, ſtatuunt quippiam perperam contra iuriſdictionem regiam aut ſecularem, contra conſtitutiones

regias



regias ſenatúſve conſulta: nam de his quę ad ſeculares pertinent non debent ſe immiſcere, iuxta ſacroſancta decreta [a]. Regũ quippe munus eſt proprium, facere iudicium & iuſtitiam, & de his ſtatuere [b], & ordóque totius reipublicę confunditur ſi ſua cuique iuriſdictio non ſeruatur [c]. Atque licet vnicuique, contra quoſcunque iuriſdictionem ſuam, etiam pœnali iudicio defendere [d].

29 Inhibet & lex clericis, ne de realibus & temporalibus cognoſcant in præiudicium regiæ iuriſdictionis [e]. Videntur enim perſonæ eccleſiaſticæ reſilire à proprio munere, ſecularibus ſe immiſcendo: exemplo Domini noſtri IESV CHRISTI, qui vt legitur, cùm ei [f] aliquis ex turba dixiſſet, *Magiſter dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.* reſpondit, *Homo quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos* [g]?

In his autem quæ fori eccleſiaſtici ſunt, appellatio per abuſum notorium ad curias etiam principis deuoluitur: ſed princeps, vel eius curiæ, ſeu ſenatus non iudicant de his, ſed emendato abuſu, referunt cauſas ad alios iudices eccleſiæ ſecundum decreta ſacroſancta iudicandas: & cognoſcunt tantum de abuſibus, in quantum lex canonica, vel priuilegium à ſummo pontifice indultum, illis permittunt, non aliter. alioquin enim excommunicati eſſent ex bulla quæ publicatur in cœna Domini, contra vſurpantes eccleſiaſticam iuriſdictionem, & poſſet etiam iudex eccleſiaſticus compellere iudicem ſecularem, iudicare ſecundum ius canonicum [h].

Mandauit ſummus pontifex Leo 10. in virtute ſanctæ obedientię, nomine ſuo & futurorum ſummorum pontificum, regi Franciæ & eius ſucceſſoribus, facere publicari & inuiolabiliter obſeruari per ſe, vel per alium, omnia & ſingula quæ continentur in concordatis & ſtatutis illorum, vt expreſſum eſt in titulo finali, de protectione concordatorum, Franciæ regibus conceſſa. Quare ſi quid committatur per perſonas eccleſiaſticas aduerſus ea, extra iudicium vel in iudicio, per appellationem inſinuatur magiſtratibus principis ſenatuum, qui de his emendandis cognoſcant authoritate ſedis apoſtolicæ. veluti, ſiquid fiat contra decreta in titulis de reſeruationibus tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis, de collationibus, de mandatis apoſtolicis, de cauſis, de friuolis appellationibus, de publicis concubinariis, & aliis ibidem ſtatutis. Quemadmodum & Papa conſtituit decreti de electione ſummi pontificis, executores, quia parum, inquit, eſt, iura condere, niſi ſint qui ea teneantur, dominos rectores, officiales ciuitatis, vbi erit ſummus pontifex eligendus [i]. Iubet & Bonifacius 8. [k] pro executione decreti ſupermonialibus facti, inuocari brachium ſeculare ſi opus ſit, idipſum alibi [l], nempe ad ea quæ Deo placita ſunt exequendum [m], & poſſunt ſeculares poteſtates ad hoc per eccleſiam etiam compelli, vt opem ferant [n]. Caſus porro in quibus curiæ ſupremæ iudicant per appellationem tanquam ab abuſu, contra abutentes religione, vel iuriſdictione ſeu ſanctis decretis conſiliorum, & canonum, ponuntur deciſi per Papum in Rhapſodia Areſtorum lib. 19. tit. 2. per totum à Rebuff. in tracta. de appellationibus tanquam ab abuſu in tomo 3. ad conſtitu-

a *c. nouit, de iudic.* *ti. ne clerici vel monachi ſecularib. nego. ſe immiſceant. ca. per venerabilẽ, qui filij ſint legitimi.*
b *c. regũ 23. q 5*
c *c. peruenit 11. qu.3.*
d *l.1. ſi quis ius dicenti non obtemperauer. P.*
e *vt in l. cõſulta diualia, de teſtam.*
f *Lucæ cap.12. verſ.13.*
g *Eo pertinet & c. ſi clericus laicum de foro compet.*
h *Clem.1. de pœniten.*
i *In c. vbi periculum, 3. §. præterea, de electio in ſex.*
k *In c.1. §. f. de religioſ. domi. in ſexto.*
l *vt in c. prodeſt 23. q.5.*
m *c.1. de offic. ordina.*
n *c. adminiſtratores, 24. 9. 5.*

tiones regias. Sunt & in Hiſpania & alibi, à ſummo Pōtifice demandata plura poteſtatibus ſecularibus, ad clericos & cauſas Eccleſiaſticas pertinentia, non quidem ad diminutionem vel iniuriam ordinis eccleſiaſtici aut iuriſdictionis ſpiritualis, ſed potius ad conſeruationem maiorem & faciliorem diſciplinæ & dignitatis eccleſiaſticæ.

Quæ tamen à quibuſdam, zelo vt dicebant religionis audiui improbari, vt nullis rationibus id fieri debere docētibus acquieſcerent. neſciebant enim quantum laboris inſumpſerint Pontifices atque pij viri, ad continendam diſciplinam ſpiritualibus remediis, & propter malitiam ſeculi, nihil aut parum promouiſſe contra contumaces, donec oportuerit auxilio & ſubſidio vti poteſtatis ſecularis, quæ à Deo etiam eſt ad laudem bonorum & vindictam malefactorum, ſicque iſti zelatores religionis zelo inordinato, ſubtrahentes auxilium ſeculare eccleſiæ, Eccleſiæ cauſam ad pernitiem præcipitem deducunt reprobantes quorum rationem ignorant, quam experientia illis ignota, neceſſitati coniunxit: aliud enim eſt diſputare de Diui Thomæ & Magiſtri ſententiarum, aliorúmque ſacrorum patrum dictis intra ſepta ſcholarum: aliud tractare negotia reipublicæ Chriſtianæ, in quibus non verbis res tantum ſed facto opus eſt, & ipſa negotia rerum & perſonarum, non ex animi & dictorum ſententia, ſed ſæpe neceſſitate & circunſtantiis præſentibus temperantur. Sed rurſum ſi Gallica & Hiſpanica quis faſtidiat, vel melius, ſi tam ſapiēs, quis velit eſſe apud ſemetipſum, vt hæc priuilegia reprobet, quod ſolēt facere qui nolunt argui, & quærunt excuſationem in peccatis, conuertenda eſt ſaltem fides ad ſacræ paginæ veritatem. In capite verò 16. Deuteron. verba illa videbit, *Iudices & præfectos* שופטים ושוטרים *ſophtim veſcoterim, conſtitues tibi in omnibus ciuitatibus tuis quas Dominus dederit tibi &c.* quæ ſecundum interpretem Rabini Moſis de Cozbi, ſic ſignificant. שופטים *ſophtim* ſunt iudices dirimentes cauſas: שוטרים *ſoterim* verò exactores, cogentes populum baculo & loro, ad obſeruationem præceptorum &c.

30 Magiſtratus ſeculares, qui principis oculi ſunt, hortari primum debēt, dehinc impellere perſonas eccleſiaſticas, vt verbum Dei frequenter doceatur in Eccleſia: illúdque per perſonas idoneas, probè & diu in ſacris ſcripturis verſatas, à quibus populus aut dubium, aut alienum à fide poſſit haurire, ſaltem bis diebus feſtiuis manè & à prandio, doctrina quippe Dei, purgationem facit peccatorum [a], nec minus peccatum eſt contemnere verbum Dei, quàm corpus Domini noſtri [b], & adoleſcentior vias ſuas corrigit in cuſtodiendo ſermones Dei [c], in republica plures malè viuunt ob defectum inſtitutionis & doctrinæ, & vt ait D. Paulus [d], *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? quomodo verò prædicabunt niſi mittantur?* iuſſit Deus legem ſuam perpetuò cōſiderari & prædicari [e], *Non recedet volumen huius legis ab ore tuo, ſed in eo meditaberis diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſunt ſcripta in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Nunquam ſine aliquo fructu audiri verbum Dei, teſtatur Ieſaias c. 55. verſ. 10. *Quomodo*, inquit, *deſcendit imber & nix de cœlo*

a *ad Hebræos c. 1. verſ. 3.*
b *in ca interrogo 99. 1. q. 1. ex Diuo Auguſt. 70 lib. 50. homiliarū homil. 26.*
c *Pſal. 118. verſ. 9.*
d *ad Roma. c. 10. verſ. 14.*
e *Ioſuæ 1. verſ. 8.*



*cœlo, & vltra non reuertitur ſed inebriat eam, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti. Sic erit verbum meū quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.* Siquidem annunciato verbo Dei, etſi quidam obdurentur, tamē credunt illi qui præordinati ſunt ad vitam æternam [a]. Reuocantur & auditores eius vel nolentes aut pudore, aut timore iudicij Dei, à vitiis, ſaltem à quibuſdam. Sicut Herodes ad prædicationem Diui Iohannis, metuebat & obſeruabat eum, & multa eo audito faciebat, & libenter eum audiebat [b]. inſeminantur & bene viuendi præcepta, ſine quibus fiunt homines, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus: parum etiam promouet vel nihil ferè proficit, aut infinitas propemodum curas inanes patitur magiſtratus ciuilis in emendatione vitiorum etiam ſtudioſè inuigilans, quando interior pars corporis ſubditorum radicem habet infectam, ex qua tot vitia prodeunt: quando videlicet anima non eſt imbuta ſanis doctrinis. vbi enim non eſt timor Dei, quo ſuccidantur cogitationes malæ cordis, ex quibus generātur paulatim concepta impia opera, erumpunt effectus in republica peſſimi: & cum contemptu Dei, omnis ad malè agendum via patet, & contemptus legum & magiſtratuum & principis: omnéſque & principes & ſacerdotes, & populus, ita tandem ſubuertuntur vt expreſſit Oſeas Propheta c. 4.

a *Actorum c. 13. verſ. 45. & 48.*
b *D. Marci c. 6. verſ. 20.*

31 Audiui aliquando & ſæpius, & ab iis à quibus noluiſſem, excuſationes in peccatis, quæ ni fallor poſſunt abuſus iique valde in republica pernitioſi, non alio nomine appellari. In primis populum ita alienum eſſe à verbo Dei, vt nolit cōuenire ad illud audiendum, & cathedras ſeu pulpita eccleſiarum planè vacua videri, & concionatores vel viginti vel pauciores habere auditores: ideóque ſe faſtidire & laborem prædicationis, quam populo reddere tenentur nihilominus.

2. Alij dicunt, frequentiam & aſſiduitatem prædicationis, parere contemptum verbi Dei & minus populum curare quæ ſæpe audit.

3. Quidam dicunt ſufficere populo, ſi mandata Dei obſeruare in pulpito, & pater noſter & ſalutationem angelicā, & fidei ſymbolum didicerit. nec eſſe de myſteriis aliis ei curandum.

32 Quorum omnium ſententiæ, fucum addunt negligentiæ paſtorum; vt videantur rudioribus ob id excuſandi, cùm tamen verè nullomodo eis poſſunt ſuffragari, quin veriſſimè abuti & beneficiis & officio cōmunicantur, & acerbiſſimo iudicio prędicto iis qui pręſunt, ante tribunal Domini ſe ſiſtentes, damnentur pro animabus quæ perierint in illa die rationem redditури.

Recordari enim debent, officium illorum prædicandi, non pendere ex multitudine auditorum, ſed ex officio acceptato & impoſito: neque ideo deſiſtendum ab officio docendi ſibi credito, quòd auditores deſiſtant à cupiditate diſcendi. non enim reddent rationem, ſi vocati & illecti ſubditi venire noluerint, ſed reddent ſi per eos ſteterit quominus vocarentur ſecundùm datam ſibi poteſtatem, vt & admonet D. Paulus Timotheum 2. c. 4. verſ. 2. *Prædica verbum, inſta*

*opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omnia patiẽtia & doctrina.* & ad Titum c.1.verſ.13. *Increpa illos durè vt ſani ſint in fide.* Capiant & exemplum à Diuo Paulo qui deſtitui auditorio, non eſt confuſus. ſic enim ſcribit 2.epiſt.ad Timo.c.4.ver.16. *In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Dominus mihi adſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, &c.* monet & Chriſtus, vbi fuerint duo vel tres in nomine eius congregati, ſe in medio eorum futurum[a], & pro vna etiam oue errante ſollicitum eſſe debere paſtorem admonuit Deus in parabola[b].

a *D. Matth. c. 18. ver. 20.*
b *Matth. 18.*

Dubito ne huiuſmodi rectores ouium, veri paſtores non ſint, ſed mercenarij, vel per ſimoniam, vel per ambitionem, vel gratiam, in cathedram intruſi: vel vt lanam ab ouibus tantùm accipiant & lac munus obeuntes, aut ne ſint potius fures aut latrones, quia vocem eorum oues non audiant. hoc enim ſignum dedit Chriſtus veri paſtoris[c], *quòd oues eum audiant & ſequantur.* alienum enim non ſequuntur, quia non nouerunt vocem alienorum. Mercenarius paſtor fugit, & dimittit oues ad intuitum lupi ſeu Sathanæ graſſantis in gregem, quia ad eum non pertinet de ouibus qui quærunt maximam hominum frequentiam, potius quàm animarum commiſſarum ſalutem, magis videntur velle ſe ipſos prædicare, quàm officium exercere. Forſan etiam & tales ſunt, qui nec mercantur populi frequentiam, vel malæ vitæ, qui ne ſcandalo ſint populo, aut indigni munere quod agere pręſumunt, canes muti non valentes latrare.

c *D. Iohan. c. 10.*

33 Quo fit vt in hoc abuſu prætermiſſionis prædicationis verbi Dei, debeat remedium inquiri, & adhiberi vel ex parte populi, vel ex parte paſtorum. Ex parte populi ſegnis populus & moroſus, qui diebus cultui diuino & prædicationibus dedicatis, malunt otioſi eſſe domi, vel vagari quàm illis intereſſe. Eccleſiaſtici præpoſiti illum debẽt admonere officij, & vtilitatis & neceſſitatis, & quod feſta iuxta Dei præcepta ſunt ſanctificanda, vacandúmque ab operibus ſeruilibus, vt ad diuina intendatur animus: imminere contumacibus vltionem diuinam, famem ſpiritualem animabus, quod & ad audiendum verbum Dei per ſabbatha conueniebant Iudæi in ſynagogis, actorum c.13.c.15.c.17. Quòd ſi nihil admonitio paſtoris promoueat, ſi non timeatur gladius ſpiritalis, politicorum magiſtratuum auxilium accedere debet. ſicut Moyſes, iuſſit congregare omnem populum aut audiendos ſermones eius de lege Domini[d]. & quemadmodum apud D. Matthæum c.22. & D. Lucam 14. pater familias iubet vocari ad cœnam inuitantes, & compelli venire in viis in ſæpibus & alibi exiſtentes. cœna autem eſt verbum Dei, & ſacrificium miſſæ, vbi verus panis & verus cibus, poſſunt cogere hi magiſtratus & imperio, & per multas, & caſtigationem carceris inobedientes, vt etiam & ad illorum principes pertinet prohibere quę cultui diuino aduerſãtur, quęve illud inficiũt, vt blaſphemias, ſuperſtitiones, hæreſes, eáque punire vel opẽ ad ea puniẽda eccleſię adferre, vt Nabuchodonoſor edictũ laudabile quãuis Ethnicus propoſuit, nequis diceret blaſphemiã contra Deum Iſrael vel diſperiret & domus eius vaſtaretur[e].

d *Deutero. 31. verſ. 12. & 28.*
e *Daniel. c. 3. verſ. 96.*

34 Ex parte præpoſitorũ, emendanda etiam ſegnitia, & curionũ ignorantia, atque ſatagendum vt prælati ſi tales nouerint eſſe curiones qui neſciant vel nolint verbum Dei annunciare parrochianis, eos vt fucos qui mel aluearium inutiliter edant, expellant, aliíſque qui valeant, & poſſint & velint officium & munus exercere, concedant[a]. ſic enim conferuntur eccleſiaſtica beneficia, vt ij quibus gratia fit in eis, munera requiſita exerceant per ſe[b]. Nam beneficium datur propter officium[c], & qui non poteſt officium exequi, debet carere fructibus beneficij[d]. Et ſi in eo negligentes prælati ſint, magiſtratus politici debent procedere aduerſus curiones, per captionẽ fructuum beneficiorum, vt ex illis eorum loco habeant concionatorem, vel ipſe curio cogatur per ſe prædicare, aut vt per alium idoneum id munus exequatur. Sic Iohas rex Hieruſalem, prohibuit ſãcerdotibus accipere pecuniam oblatam in ſanctuario Dei à populo, quòd inſtaurarent ſarta tecta templi, donec inſtaurata fuiſſent[e]. Nam & Deus per Prophetam Amos, maledictionem & væ minatur optimatibus qui capita ſunt populorum, qui nihil compatiuntur ſuper contritione Ioſeph vel eccleſiæ[f]. Optimum autem erit, ne miſceantur ſacra prophanis, ſi parrochiani implorent officium epiſcopi contra curionem, non ſecus quàm filij qui pro alimentis corporalibus poſſunt parentes in iudicio interpellare[g].



a *c. 3. & 4. de cleric. non reſiden.*
b *c. 1. 21. q. 1. c. ſanctorum, 70. diſtinct.*
c *c f. de reſcrip.*
d *c. latores, de cleric. excom. miniſtra. c. paſtoralis, de appella.*
e *4. Regum. c. 12.*
f *Amos ca. 6. ver. 1. & 6.*
g *l. ſi quis à liberis, de libero agnoſc. P.*

Etſi magna negligentia eſt, regij magiſtratus, & ipſe princeps, per retentionem fructuum poterunt ad munus debitum compellere vel vi, petente eccleſia vel ab eccleſia damnatos & cõtumaces expellere. Sicut Antiochiæ, eccleſia epiſcopum Paulum Samoſatenum propter impium dogma excommunicauit, & cùm nollet ex epiſcopali domo diſcedere, & retinere epiſcopj facultates, haberétque ſuã factionẽ quæ eum tuebatur, ſanior pars eccléſiæ impetrauit ab Ethnico imperatore Aureliano, vt magiſtratuũ imperio cogeretur relinquere epiſcopi domũ & facultates: vt eſt in hiſtor. eccleſ. lib. 7.

35 Pudet autem immorari in defenſione quorundã, qui cauſantur frequentiam verbi Dei, & quotidianam, vel frequentiorem prędicationem, parere faſtidium populo & contemptum. miſerum hominũ quippe hoc dicentium diffugiũ, vt ſe releuẽt à debito officio, transferendo culpã in verbũ ipſum Dei, quod tamen quo magis hauritur, & auditur eo magis deſiderium audiendi incendit & prouocat, tantùm abeſt vt faſtidium pariat. Viuus enim eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingẽs vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationũ & intentionum & cordis &c[h]. & ſapientia verbi Dei, de ſe ipſa dicit[i], *Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitiẽt. qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidãt me vitã æternã habebunt. Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentũ altiſſimi, & cognitio veritatis &c.* ſimiles rurſum & hi mihi videtur impiis filiis Iſrael qui concitarunt iram Dei, dicentes in deſerto de diuino illo cæleſti manna, *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo*[k]. Dehinc ſi vera ſentẽtia ſeu excuſatio eſt horũ negligẽtiũ vel ignorãtiũ, qui curã prædicãdi ſuſcipiũt, quorſũ laboribus inutilibus vexabatur Dominus, qui quótidie ſe docuiſſe in tẽplo teſtatur[l]. Sed nõne etiam ſicut quotidie córpus noſtrũ hoc, eget alimentis nouis, & non

h *ad Hebræos c. 4. verſ. 12.*
i *Eccleſiaſt. c. 24. ver. 29. & ſeq.*
k *Numero. c. 21. ver. 5.*
l *Diui Matth. c. 26. Lucæ 19. & 22.*

poteſt ſine illis ſubſiſtere:ita non videmus, nec animam noſtram ſine eſca illa diuina verbi Dei viuere poſſe verè,cùm non in ſolo pane homo viuat, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini[a]. Ita c.inter cætera quę ad ſalutem 15.de officio iudic.ordin.lib.1.tit.31. reſoluitur etiam.

a *Deut.8.ver.3. D. Mathei c.4. verſ.4. D. Lucæ c.4. v.5.*

35 Sed & illud poſtremum quod prætendunt,ſufficere populo,ſi orationem Dominicalē & mandata Dei cognouerit,ex eadem prodiit ſegnitia,vel ignorantia paſtorum quorundam.Nam quãuis Chriſtus docuiſſet orare & dicere *Pater noſter*,tamen quotidie erat vt dixi,in templo docens,prædicans,& erudiens populũ.Fuerunt & Apoſtoli quotidie explicantes verbum Dei in eccleſiis,cum multo labore & exercitio aſſiduo,vt dixerint, *Non eſt æquũ nos relinquere verbum Dei,& miniſtrare menſis*,&c.Actor.c.6. Quorſum etiam dictum fuiſſet,*prædicate Euangeliũ omni creaturæ*, ſi ſufficeret oratio Dominica & mandata nuda ſine explicatione proponere? Quorſum & illud,Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud[b]?

b *D.Lucæ c.11*

Quærerē & ab huiuſmodi cenſoribus populi, qui tam pauca illis ſalutaria neceſſaria deſiderant, num putent populum poſſe hæc eadem ſine interprete intelligere. vel, an quomodo exequenda ſint ſine doctore adipiſci.num etiam hęreſum procellas ex illis malè interpretatis poſſint præcauere,niſi eccleſiaſtem intelligant,eúmque frequenter conſulant,quod & reſpondit Æthiope reginæ Cãdacis interrogatus à S.Philippo,nũ quę legebat in Eſaia tunc,intelligeret,rectè reſpondit,& quomodo poſſum,ſi non aliquis oſtenderit mihi[c]?Mãdata Dei,Symbolúmve fidei,exiguis quidem tabulis & verbis concluduntur,ſed quanta ibi latēt myſteria, quótve errores inde fuerint contorti quia malè intelliguntur,nemo ignorat.quid etiam ille articulus, quod Chriſtus reſurrexit ſecundum ſcripturas exigit explicationis reſpondeant, & an populus tinctus & leuiter inſtructus poſſit illas ſine duce intelligere.

c *Actorum c.8*

36 Quocirca in optima republica,& quæ conſeruanda eſt ſine ſeditionibus ſub Dei tutela,& cõmuni ſocietate,& firma amicitia,bonis moribus temperata,magiſtratus ciuilis etiam adeſſe debēt eccleſiæ, & curare non ſolùm vt malæ herbæ hereſcôn radicitus conuellantur,néve falſæ aut ſimulatæ religiones introducantur : ſed etiam, vt diligenter cultus diuinus exerceatur , & verbum Dei frequenter proponatur&audiatur,vtque populus interſit,&ij quorum munus eſt docere,non deficiãt.Porro intentior hæc cura ſupra alias eſſe debet, quia potiſſimum etiam fundamentum reip.eſt religio pura, ſincerè culta,& quia anima eſt pretioſior corpore. Et ne quando exprobretur illud quod ſcribitur[d], *Paruuli petierunt panem*, id eſt doctrinã Euangelicam,*nec erat qui frangeret eis*. Multo magis etiam vigilare debent,contra eos qui falſis doctrinis populum corrũpunt & venenis hæreſeon inficiunt:cùm quia nouæ iſtæ doctrinæ commouent & inſtruunt ſeditiones,pacémque turbant,tum etiam, quòd conſeruatio & defenſio fidei,ad principes temporales,ſeu ſeculares delata eſt per Deum,qui eis gladium ob eam præcipuè cauſam conceſſit ad vindictam malorũ & laudē bonorũ,& ita expreſsè deciſũ in c.ſicut excellentiam,

d *Threnorũ c.3*



lentiam, 23.q.4. Eáque ratione laudantur à Deo & beneficiis affecti ſingularibus,Ioſaphat,Ezechias,Aſa,Ioſias,reges,qui deleuerũt cultum idolorum &Baalim in libris regum & paralipomenon. Et duces populi Iſraelitici, qui expugnarunt & ſuſtulerunt idololatras & vrbes illorum ſubuerterunt.

*De ſocietatibus & collegijs religioſis,& laude eorum.*

## CAPVT II.

ECCLESIAE nomen, ſatis per ſe indicat congregationem religionis cauſa factam,& ſanctam &laudabilē eſſe. Nihil eſt enim aliud eccleſia quàm fidelium multitudo, fide & charitate vnita[a],catholicorum collectio[b], de qua congregatione Dauid[c],*Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum,ſicut vnguentum in capite &c.*vt enim vnguentum pretioſiſſimum,conſtans multis exquiſitis aromatum generibus[d],odoris ſui fragrantia ipſum caput,vel corpus,&omnes præſentes mirificè oblectat,& ſuauitate ſenſus reficit: ita & hæc in Dei cultu ſancta congregatio & diuina & ſuauiſſima, Angelorum chorus in laudem & obſequium Dei coniunctus, primam ſacroſanctam conſtituit eccleſiam:in qua & adhuc diſtincta inueniuntur collegia, munerúmq; iniunctorum arctius diſpoſita cõſortia,ad cuius cœleſtis hierarchiæ exemplum , & in vnitate illa generali eccleſiæ gradus, ſocietates & ordines diſtinguũtur & conſociantur in terris,ſub vno corpore & vnitate vnius fidei[e].

a *vt colligitur ex ca.24. legimus,93. diſt.c. loquitur,19. & ſeq.alienus eſt, 24.q.1.*
b *ca. eccleſiæ, 8. de conſecra. diſtinct.1.*
c *Pſal.132.*
d *vt Exodi 30. & Leui.20.*
e *ca.ſ.89.diſt.*

Bona eſt duorum vel trium congregatio in nomine Domini, nã & is in medio eorum eſt[f],nec eſt qui id poſſit inficiari.quare & melior erit plurium,cùm bonum multiplicatum melius fiat.

f *Matth. c.18.*

Magna religio eſt per ſe,quæ excellit omnes rerum aliarum profanarum conſiderationes, præſtantior autem apparebit, ſi plurium diligenti obſeruatione excolatur,& firmiori vinculo conſtringatur: quod accidit dum à pluribus ex profeſſo curatur ne diffluat, & cum ſancto ſanctus eris. plures quoque eidem muneri intenti perfectius opus exequuntur,ſe mutuò corruẽtes ſubleuãt & fulciũt, & pluribus oculis,quæ facienda quæve ſunt fugienda proſpiciunt.

2 Hinc prodierunt philoſophorum &peritorum ſodalitia,hinc artificum corpora ciuilia; hinc religionis etiam conuentus & collegia,non tantum in vera religione Chriſtiana , ſed etiam in Iudæorũ fide,& in ethnicorum ſuperſtitionibus.

Fuerunt ſodalitatum , ſocietatum, collegiorum,& oppidorum & ciuitatum & familiarum diuerſæ rationes, omnes primitus tamen ad vtilitatem reipublicæ & faciliorem melioremque conuerſationem & conſeruationem ſocietatis humanæ inuentæ. Homo animal natura ſociale,primum habuit ſibi ſimilem comparem , adiutorium ſibi ſimile,os ex oſſibus, carnem de carne[g], vide ibi primam congregationem quæ ex duobus conſtat[h],probata & D. Matthæi c.18.

g *Geneſ.2.*
h *ca. 1. de electiõ.*

*Vbi fuerunt duo vel tres in nomine meo congregati* &c. & rurſum, In ore duorum vel trium, ſtabit omne verbum[a].

Ex illa prima naturali ſimul & diuina congregatione matrimoniali, filij nati, qui cœperunt addi collegio duorum, & ſic domus patrisfamilias collegium eſt. tres enim faciunt collegium[b]. Vbi autem non potuit vna domus continere natos, alię proximę ædificatæ fuerunt, inde oppida, ciuitates, ex illis tractæ coloniæ. ſic multiplicato genere, plura oppida, pluréſve ciuitates: ex ciuitatibus, prouincię. In ſingulis diuerſæ ſeu diſtinctæ familiæ tanquam ſingularia collegia, in quibus diuerſa viuendi inſtituta in aliquibus, & in quibuſdam cum cæteris communia. Mundus ipſe vnum generale collegium, ſeu collectio vniuerſalis humani generis, imperia, regna, prouinciæ, ciuitates, alia minora in eo collegia legibus commodis temperanda atque ius ciuile ita varium, partim & communicans in aliquibus cum iure naturali & gentium[c], vt autem ex genere & familiarum ſatione coierunt inter ſe corpora ciuilia vt municipia, vniuerſitates eiuſdem generis: ſic in illis rurſum ex ſocietate, puritate, & ſimilitudine morum, & artificiorum, orta ſunt collegia & corpora artificum & religionum, & ſtudiorum ſeu liberalium artium.

Moſes lib. Geneſeos mundi[d], ſcribit familias Noachi conſtituiſſe populos & nationes ſuas, & ab his diuiſas fuiſſe gentes poſt diluuium, & poſtea ex Iacobo filio Iſaaci, duodecim nati patriarchæ, duodecim familiarum principes fuerunt, inde duodecim principes Iſrael, ſinguli per domos cognationum ſuarum[e].

Romulus in curias & fratrias populum diuiſit Romanum & tribus[f]. Poſtea Numa Pompilius, ſicut ait Plutarchus, vt differentiam populi pluribus odioſam tolleret, qua alij dicebantur Romani, alij Quirites, alij Tatij, alij Romulei, alij Sabini &c. introduxit artium diuiſionem, vt tibicinum, artificum, architectorum, & quædam alia collegia & ſodalitates. Et redigens ſingulas artes in vnum, ſingulis artibus collegium conſtituit, ſodalitatem, conuentum, & ſacra vnicuique generi propria. Meminit Plinius[g] de tertio Numæ collegio fabrûm ærariûm, & 35. c. 12. ſeptimum figulorum collegium à Numa conſtitutum ait. Florus verò eorundem & ſimilium collegiorum Seruium Tullium authorem facit. his acceſſerunt collegia alia religionis, augurum, pontificum, ſacerdotum, tribunorum & aliorum ſacrificulorum, aliorúmque officiorum & curiarum, & curialium, qui & phratores & fratres dicti, item ſacrorum ſacramentales.

3 De quibus lex Solonis refertur à Caio iuriſconſ.[h] ἐὰν δὲ δῆμος ἢ φράτορες ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορείαν ὅτι ἂν τούτων, διαθῶνται πρὸς ἀλλήλοις, κύριον εἶναι ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. Id eſt,

*Si autem plebs vel fratres, vel ſacrorum ſacramentales, vel nautæ, vel confrumentales vel qui in eodem ſepulchro ſepeliuntur: vel ſodales, qui & multum habitantes ſunt, enimuerò ad negotiationem vel quid aliud, quicquid hi diſponent ad inuicem, firmum ſit, niſi leges publicæ hoc prohibuerint.*

4 Extat de piſtorum collegio[i], de collegio argentariorum[k].

5 Extat

a Deutero. 17. c. D. Matth. c. 18. 2. ad Corinth. c. 17.
b l. Neratius, 85. de verbor. ſig.
c in l. ius ciuile eſt, de iuſtit. & iur. P.
d c. 10. in fine.
e Numerorum c. 1. ver. 44. & ſeq.
f vt ait Dionyſ. Halic. in 3.
g lib. 34. c. 1.
h in l. f. de colleg. illic. li. 47. P. ti. 22.
i l. f. de excuſatio. tutor. l. 9. de pœn. C.
k in edicto 9. Iuſtinia. de a. lijs in genere in l. 1. quod cuiuſque vniuerſita. nom. P. & in l. f. C. de iuriſdict. omniũ iud.



5 Extat Marciani reſponſum[a], religionis cauſa coire non eſſe prohibitum, dum tamen per hoc non fiat contra ſenatuſconſultum, quo illicita collegia arcentur meminit de ſocietate macellariorum vel carnificum c. ſignificante 69. de appella.

6 Probata & fuerunt regularium cœnobitarum & monachorum inſtituta viuendi certa, à ſummis pontificib. & illis permiſſum cõuenire, cœnobiáque & conuentus agere[b]. Scribit & Auguſt.[c] nullum ordinaſſe ſe clericum, niſi qui vellet ſecum manere, & cõmuniter viuere. Eſt & hæc propria formula religioſorum viuendi, communem vitam habere, nec obolum aliámque rem propriã poſſidere, niſi cum Anania velint interire[d].

7 Probata collegia iure ciuili piorũ locorũ, vt venerabiles Eccleſię, xenones, monaſteria, orphanotrophia, gerontocomia, ptochotrophia, noſocomia, brephotrophia & talia ſimilia cõſortia[e]. Hoſp. etiã inter pias cauſas connumerantur, quorum cõgregationes egenorum ſunt l. omnia priuilegia, 35. de epiſcop. & cler. C. vbi & hiſdem priuilegiis, quibus vtebatur Eccleſia maior Conſtantinopolitana donãtur. Et proinde hoſpitalibus illis relicta fauore pię cauſæ vtuntur in illis quæ eis relinquuntur, vel donantur. vt latè probat Andreas Tiraquellus, in præfatione tractatus, de priuilegiis piæ cauſæ.

8 Permiſſæ & fuerunt fraternitates, ſeu phratriæ quæ dicuntur confratriæ aliquæ tamen non omnes.

Quanquam diſputatum ſit, nũ iſtæ confraternitates haberẽt fauorẽ piæ cauſæ, & num relictum fraternitatibus dicatur relictũ ad pias cauſas, vt notat prædictó loco Tiraquellus. nam ad pias cauſas videri relictũ, dixit Petrus Peruſinus[f], Pan.[g] Paul. Caſtrenſis[h], Ioann. Andr.[i] & alij. Sed in contraria ſententia ſunt, Bald ad l. illud, colu. 1.[k] verſ. *Quod de eo.* ſacroſanct. eccleſ. dũ ait, quod fraternitas non dicitur propriè piũ collegiũ, per illũ textũ, in verbo *nulli,* &c. ſiquidẽ poſtquam Iuſt. ſtatuit, donationes etiã vltra quingentos aureos valere ſine inſinuatione factas eccleſię, zenodochio, noſocomio, orphanotrophio, ptocotrophio, gerontocomio, blephotrophio, vel pauperibus ipſis, adiecit Clauſulam, *Nulli dãda licentia quacũque alia cauſa, quaſi pietatis iure ſubnixa, præter eas quas ſpecialiter expoſuimus, introducẽda veterũ ſcita ſuperintimãdis donationib. permutare*[l]. Diſputat & Alexã.[m] quod corpus fraternitatũ poteſt res ſuas vẽdere, quia nõ eſt piũ collegiũ, ſed omnino prophanũ & ſeculare, & nõ priuilegiatũ, vnde poteſt omnino diſponere de bonis ſuis, ſicut cætera collegia ſecularia[m]. Barthol. etiã[n] concludit, quod huiuſmodi fraternitates debent conueniri coram iudice ſeculari, vt & Baldus[o], dũ tractat, an de relicto facto fraternitati diſciplinatorum ſancti Dominici, poſſit detrahi ab epiſcopo quarta; quæ non detrahitur de relicto etiam pio loco, niſi & is ſit religioſus, nec de legato facto hoſpitali priuato iuxta Alexandrum[p], requiritur enim vt fiat pro anima & opus ſit piũ, & pro loco relinquatur[q], quod non videtur adeſſe fraternitatibus. Cæterùm hîc animaduertendũ erit cum Alexan. pro dicto cõſil. 102. nu. 2. & ſeq. vol. 7.

a in l. 1. § ſed religionis cauſa de coll. illic. P.
b per titulos de religioſis domibus, & de ſtatu monachorum.
c lib. 2. de cõmuni vita clericorum, ſeu epiſt. 52. ad fratres in heremo, in c. certè, 18. 12. qu. 1.
d c. dilectiſſimis c. ſcimus, 9. ca. nolo, 10. ca. non dicatis. 11. c. expedit c. cui portio, eadẽ 12. q. 1.
e In l. ſancimus res, de ſacroſanct. eccleſ.
f in ſuo tractatu de quarta canonica.
g Conſil. 31. incip. ad claram deciſionem omnium difficultatum, & c. vt cõſil. 32. inci. circa duo dubia.
h Conſilio 5. dicendũ eſt quod dicta fraternitas lib. 2.
i Ad c. Ioãnes, de teſta.
k Idipſum & Baldus notat, ad authẽ. hoc ius porrectũ v. 2. quæro eo. tit. & ad l. id quod pauperib. de epiſc. & cleri. Imola. & Pan. ad ca. officij. de teſt. & alij citati per Tiraquellũ prædicto loco.
l Conſilio 102. incip. ſuper primo quæſito vol. 7.
ad l. f. de coll. il licitis.

m per l. 1. § quibus, quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. P. n ad l. cum ſenatus de reb. dubiis, & o ad l. ſi quis ad declinandum C. de epiſcop. & cler. p Li. 1. conſilio. cõſ. 130. q c. f. de teſt.

quæ ſint fraternitates,& num bona illarum conſueuerint,vel debeãt diſtribui in pios vſus,& num fuerint inſtitutæ propter pietatem ſeruandam,& propter opera pietatis & charitatis exercenda, de quibus conſtare poterit ex priuilegiis & conceſſionibus factis ab epiſcopis,per quas appareat eas fraternitates habere loca erecta cum authoritate epiſcopi, ad diuinos cultus & ad pietatem ibi ſeruandam. Subinde ſi habeant proprium templum, tunc detteretur ex illorum relictis quarta epiſcopo,vt ait ibidem Alexan.alioquin non.nam debetur de relictis eccleſiæ [a], & perſonis, & non loco relictum videtur [b]. Licet ibi Barbatia teneat contrarium, & conſil.1.in 4.volumine ſuper quo diſtinguit Petrus de Vbald.de Peruſ.tracta.de canonica epiſcopali portione libro 1. quæſt.14. Quia fraternitas alioquin non eſt de iuriſdictione epiſcopi: cùm epiſcopus non exerceat iuriſdictionem ibidem. nec ſint loca ſacra, vel religioſa, vel eccleſiaſtica,quibúſque eccleſię non poſſunt accedere,vel alia iura ſpiritualia [c]. Notat Rebuffus tomo 2. commentariorum in conſtitutiones regias, tracta.de confratriis ſeu artificum conuentibus & collegiis.

a *c.requiſiuiſt. de teſtament.*
b *Panor.Imola.ad d. c.officij eo.ti.de teſt.*
c *Clem.per literas de præbẽ. facit c.ſacroſancta, & c.Maſſana,de electio. doctores ad clemen. quia contingit, de religioſ.domi.*

*Abuſus in genere collegiorum & remedia duo emendationis erratorum,per reformationem inſtitutionis & per deſtructionem collegij.*

## CAP. III.

TITVLO & prætextu congregationum licitarum, cum in profanis, tum in religioſis conuentibus, atque ſub ſpecie pietatis, plura imò ingentia mala perpetrata fuerunt olim, & hodie quoque committi videntur, quæ remedio egent. In collegiis & confratriis artificium detectæ ſæpe fraudes,monopolia, comeſſationes vetitæ, conſpirationes: vt etiam in aliis quibuſdam locis religionis honore inſignitis, eadem apud Ethnicos & Chriſtianos detecta.hinc conuenticula,hæreſes, dogmata peruerſa, clam diſſeminata.

2 Aduerſus quæ mala, inter cætera remedia videntur mihi tria in vniuerſum conuenire: primùm vt iam probata reſtituantur ſuæ naturæ priſtinæ, in qua erant quo tempore fuerunt inſtituta, idque primùm ſi fieri poſſit.Secundum,vt,ſi aſſequi,hoc non poſſimus,tollantur penitus.tertium,ne noua omnino temerè permittantur, & vt incipientibus, ab initio occurratur. De ſingulis pauca admonebimus.Et quod pertinet ad primum deformatorum dicetur reformatio [d],quæ eſt repetitio, vel reſtitutio facti antiqui. vt reficere, nihil aliud eſt,quàm quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum reducere [e]. nec enim dicitur reformatũ,vel refectũ,quod de nouo conſtruitur [f]. Quare hîc meritò qui à prima inſtitutione deſciuerunt ad eam reduci dicuntur [g].Itaque cuiuſque collegij, vel conuentus,ſiue ſit profanus ſiue religioſus,ſiue literarũ,ſiue artificiorum, ſiue regularium, ſiue clericorum, inſtitutio,& cauſa inſtitutionis, legéſque præſcriptæ erunt perpendendæ, & abuſus qui ſuccreuerint, velut ex agro

d *In proœmio clementinarum §.hæc ſanè.*
e *l.1. §.deinde. de riuis,P.*
f *l.3. §. penul. de itinere actione prima P.*
g *ca.recolentes 3.de ſtatu monacho.*



gro malæ herbæ vel zizania, conuelli debent ſi fieri poteſt. Quia bona non debent ſtatim propter abutentium factum aboleri. Et,vt ait Diuus Auguſtinus [a], *abſit vt ea quæ propter bonum ac licitum facimus aut habemus;ſi quid per hac,præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. alioquin nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habenda; ne quis eis vel ſe vel alterum interimat:nec arbor aut reſtis, ne quid ſe inde ſuſpendat, nec feneſtra facienda eſt,ne ſe quiſquam per hanc ſe præcipitet.quid plura commemorem,cùm ea commemorando finire nõ poſſem? quid enim eſt in vſu hominum bono ac licito,vnde non poſſit etiam pernities irrogari?*

a *ad Publicolam.epiſto.154. & in ca.8. de ccidendis.*

Nulla tam ſancta ſocietas, in qua non inueniri poſſint aliqui mali, vt in ſocietate prima angelorum, inuenta coniuratio, inſignis & deteſtabilis malitia Luciferi [b], in collegio primo Adami vnus impius fratricida Cain,Geneſ.4.in collegio apoſtolorũ & Domini noſtri IESV CHRISTI,diſcipuli qui cum Capharnaitis conſenſerũt,diui Iohan.c.6. & vnius impiiſſimus proditor Iudas [c]. & Auguſtinus clero & populo Hipponenſi epiſt.137.& in ca.9.quantũlibet, 47.diſtinct. *Quantumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum & inter homines viuo,nec mihi arrogare audeo,vt domus mea melior ſit quã arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt.* &c. Quot autem dehinc fuerunt inter eccleſiaſticos hæretici,qui prodierunt,vt ait diuus Iohannes [d], ex nobis, ſed non erant ex nobis, hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſufficientẽ fidẽ faciunt. Nec ideo tamen angelorum bonorum ordines,non reliqui ex collegio Adami, non apoſtoli, non eccleſia, improbari debent. Neque ſtatim vt in corpore morbus quidam vel diſcruſia acciderit,conſultandum eſt de tollendo corpore, ſed tantũ de ſanando,aut de membro ſi quod putridum inueniatur exſcindendo:naturaliter omnia ſub motu perpetuò conſtituta, per dies ſingulos variantur [e], vtque res imperfectæ ad perfectionem tendunt; ſic perfectæ cùm non poſſint hîc mortales in eodẽ ſtatu conſiſtere,paulatim à ſua perfectione decidunt,& egent emẽdatione.habent & res omnes,quædam veluti connata aut imminentia mala,quæ ipſas clam deſtruere & demoliri ſatagunt,niſi accuratè caueãtur,quæue vix pręcaueri poſſunt:& vt eſt in epitome Polybij lib.6. quemadmodũ ferro,rubigo;ligno, vermiculi ac teredines adnaſcentes pernitiem adferunt;ſicut etiam,ſi cuncta externa nocumenta effugiant,ab iſtis tamen quæ adnata habent abſumuntur: hoc pacto & reipublicæ cuilibet pro natura ipſius quædam adnaſcitur & adhæret peculiaris malitia,vtpote regno, monarchia; ariſtocratiæ, oligarchia: democratiæ, beſtialis cherochratia, id eſt,ſeditio plebis:vt fieri nequeat quominus cuncta prædicta decurſu temporum, dicto iam modo mutentur. Monarchia quæ natura conſtat,non ſtatim regnum dici debet,ſed ea dumtaxat quæ voluntario ſubditorum conſenſu conceditur, & magis pro animi ſententia regitur ac gubernatur quàm timore & violentia. Ex monarchia regnum naſcitur, vt ait prædicto loco Polybius,vbi autem regnum in mala cognata,tyrannidem ſcilicet,mutatur, rurſum ex horum deſtructione ariſtocratia prouenit. quæ tamen natura quadam in oligarchiam commutatur. Cùm verò multi-

b *Eſaiæ c.14.*
c *Actorum c.1.*
d *epiſt.1.c.2.*
e *§. vt autem lex;de non aliẽ reb. eccleſiaſti. in nouel.*

Cùm verò multitudo iniuſtitiam eorũ qui præſunt, ira percita vlciſcitur, naſcitur Democratia. Sed iterum cogente plebis contumelia & iniquitate, temporis ſucceſſu ochlocratia exurgit. Et generaliter cuiuſcunque corporis & reipublicæ & inſtituti, auxeſis quædam eſt ſecundum naturam, dehinc vigor, poſtea rurſum diminutio, vt omnia in ipſo vigore ſint optima. In collegiis artificum, prima intentio perfectè ſine fraude cum bona fide faciendi negotia & artificia fuit. In collegiis ſtudentium & profeſſorum, bonum & ſanctum propoſitum, nutriendi pauperes ſcholaſticos, & doctores habendi profeſſores, vt ingenia illorum, penuria non reuocarentur à bonis diſcendis literis. Hæc intentio gymnaſiorum, exercitium virtutis, & ad fines bonos, ad vtilitatem reipublicæ: ſed cùm tempore non ſtudiorum ſed perditorum iuuenum fiunt, niſi prouideatur, receptacula ſubeũt loco doctorum, mercatores, ſeu ſimoniaci & muneri inutiles, cathedras, ſcholaſtici deficientibus peritis præceptoribus, deſides, ſegnes, & aliis quàm literis occupantur negotiis: rurſus & præceptores, conditione deſtituti, contenti ſunt vſu ſtipendiorum, remotis laborib. In religionis quoque negotiis, cathedralium collegiorum capitula, nihil aliud erant quã ſenatus & conſilia epiſcoporũ qui caput faciebant, illi corpus [a]. In aliis eccleſiis collegialibus, cultus diuini augendi cauſa, plures congregati, certis adhibitis illíſque optimis legibus viuendi. In religionibus & regularibus cœnobiis, feruore deuotionis, eiurationis ſecularium rerum, conſtans propoſitum, obedientia & caſtitatis ex animo & meditatè emiſſum votum, viuendi modum celebrem exemplarem plauſibilem honorandũ fecit. At ſucceſſu tẽporis, in cathedralibus eccleſiis cœperunt epiſcopi rẽ ſuam ſeorſum à capitulo habere, & diuidi facultates, habitationes paulatim, & communio viuẽdi epiſc. tandẽ reliquerũt collegia Eccleſ. & ipſas Eccleſ. dehinc curiales & aulicici facti, ſubſtituerũt vicarios: capitula verò exẽplo capitis, quodãmodo acephali, cæperũt ex monar. in ariſtocratiam tranſire, & rurſum ex ea in confuſionem ſæpe tantam peruenerũt, vt & ipſorũ canonici, nihil niſi nomen retinuerint, & bona temporalia, eiuratis officiis canonicis, & regul. nihil enim aliud eſt canon, quàm regula [b]. vnde & canonici regulariter viuentes olim, in menſa, in choro, & extra. Quod hodie in multis eccleſiis nec habet veſtigium quidem conſeruatum, imò vix alicubi inueniũtur diuinis aſſidentes ipſi canonici, ſed loco eorum inueniũtur vicarij, ſeu aſſiſij in ſumma loco eorum mercenarij tantum, præbendati. quibus non bona quidem canoniæ, ſed ſtipendia conceduntur, eáque perexigua: ipſi autem beneficij pinguedinem accipiunt. tacebo quod forſan abſumant in res nõ dicam clericis, ſed etiã laicis factu indignas, cùm tamen non detur beneficium, niſi propter officium. [c]

a c. nouit, de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. capi.

b c. canon eſurienti 3. diſt.

c c. fin. de reſcrip. in ſex.

3 Idipſum dicendum forſan de quibuſdam regularium monaſteriis & cœnobiis, quæ vbi religio peperit diuitias, cœperũt paulatim remittere habenas diſciplinæ monaſticę, obedientiæ, & caſtitatis: abbates plerunque commendatarij ſeculares, ignari regulæ, ſæpe nunquam viſi quare quod corrigant ignorãt, & corrigendo deformant, vel negligendo, ſuccreſcere ſinunt in priores clauſtrales petulantium, & ipſi quoque monachis peiores conſtituuntur vt plerunq. menſa abbatis ſeparatur à refectorio, dehinc refectorium in cellulas cuiuſque monachi, & in penſiones diuiſas tranſit. ex diuiſione illa accedit libido habendi regulam laxiorem: obtinentur diſpenſationes ſeculariſationis. fiunt ex monachis clauſtralibus, canonici regulares: ex canonicis regularib. ſeculares: ex ſecularib. neſcio quid poſtea ſequatur, vel nõ auſim dicere, cùm vitia perſonarũ nõ debeãt nocere dignitati & eccleſię, ideo in omnib. his cura adhibẽda eſt, ab illis quibus authoritas & poteſtas cõceſſa eſt, vt repurgẽtur à ſubortis malis, & abſtergãtur maculæ & abuſus. mali enim religioſi, quia nomẽ ſanctitatis habẽt, peruerſe agendo amplius nocent in eccleſia quàm alij. verba Gregorij in 1. parte paſtoralis c. 2. [a] hęc ſunt, *Nemo quippe in eccleſia nocet amplius, quàm qui peruerſè agens nomen vel ordinem ſanctitatis habet &c. epiſcopus itaque qui talium crimina non corrigit magis dicendus eſt canis impudicus quàm epiſcopus: hæc tamen caſtigatio aliquorum publica eſſe non debet, ſed exceſſus ſunt propter maius ſcandalũ occultãdi* [b].



a relata in ca. nemo quippe 83. diſtinct.

b ca. in ſcripturis 96. diſt.

4 Sequenda & obſeruanda in primis in hac reformatione, quæ à principibus circa collegia artificum & ergolaborum, & contra monopolia & fraudes eorum conſtituta fuerunt in l. 1. de monopoliis & conuentu negotiatorum illicito, vbi ædificiorum artifices ergolabi aliorúmque operum profeſſores, & balneatores, penitus prohibentur inter ſe pacta componere contra inſtitutum & bonam fidem eorum, pœnis impoſitis nõ tantùm collegiatis artificibus, ſed etiam profeſſorum primatibus, qui id permiſerint nec caſtigauerint, & magiſtratib. qui caſtigare idipſũ vel venalitate vel diſſimulatione prætermiſerint. Et Anaſtaſius Cæſar in l. f. c. de iuriſdict. om. iud. profeſſiones negotiationéſque exercentes periniquum atque temerarium & pœna dignum eſſe ſtatuit, iudicum, ad quos earum profeſſionum ſeu negotiationum cura pertinet præceptionem & iuriſdictionẽ declinare conari. Statuit & Carolus 5. imperator, in conſtitutionibus Bruxellis editis, ne ciuitates, communitates, collegia, mercatorũ aut conſulum aut artificum; aut confratriæ, conſtituerent aut conderẽt edicta, ordinationes ad monopolia pertinentia aut præiudicantia vtilitati reipublicæ: reuocauítque iam facta, & conceſſa ſimilia nulla atque irrita declarans.

Franciſcus quoque I. rex Galliarũ, in conſtitutionibus publicatis anno 1539. dum agit de collegiis & magiſtris artificiorum, canit articulo 4. *Nous defendons à tous leſdits maiſtres, enſemble aux compagnons & ſeruiteurs de touts meſtiers, de faire aucunes congregations ou aſſemblees grandes ou petites, ne pour quelque cauſe & occaſion que ce ſoit: & ne faire aucuns monopoles, & n'auoir ou prendre aucunes intelligences les vns auec les autres du faict de leur meſtier.* Monopolium propriè inter artifices, & mercatores, qui in emendo & vendendo artem conſtituunt, vt vnica conſtitutione pretij tantũ vendãt non minori [c], à μόνος & πωλέω, vendo, nempe conuentio inter mercatores, obuians publico bono, vt docet Felinus, ad c. accedentes, de præſcriptio. quia ob priuatũ cõmodũ certorũ, intercipitur publicum: cùm tamẽ ſcriptũ ſit Prouerbiorũ 3. *Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſed ſi vales ipſe, benefac.* Eóque pertinet & Monopoliũ dicitur, ſi homines alicuius municipij

c d. l. vnic. de monopo.

conueniant,ne alterius municipij deferant in mercatum frumentum vel vinum, donec vel dominus loci, vel ipſi vendiderint ſuum. hoc eſt enim pernitioſum reipublicæ. fieret enim, vt ſi liceret liberè inferre vndecunque, viliori pretio diſtraherentur[a]. Idipſum ſi conueniat inter aliquos, ne operæ vilius locentur, ne operas alicui præſtent[b]. Exiſtimatur & ad monopolia artificũ, eorúmque pœnas pertinere,& non immerito à Bartho.[c] & à Iaſo.[d] ſi paciſcantur artifices, ne quiſquam eorum inſtruat in ea arte alios quàm filios, vel nepotes ſuos. Item ſi ſtatuant, ne quis admittatur in collegium artificum, & ne ex diſcipulo magiſter declaretur, niſi aliquod pretium immenſum det ſingulis annis, & vt niſi poſt certum tempus, per tres putà annos, oſtendatur tyronibus ars: hoc enim laqueo dignum eſt, & reipublicæ valde pernitioſum. Illicita & erit pactio ſocietatum & corporum quorumcumque ad monopolij ſimilitudinem pertinens, ſi congregati inter ſe conſpirent,& impediant ne aliquos inſeruiant in certa cauſa certæ perſonæ, aut in aliquo loco, vt notat Guido Papæus conſilio 211.num.*iuxta materiam.* vbi & generaliter notat monopolium fieri,non tantùm in licitis collegiis prædictis modis, ſed etiam in alia qualibet illicita congregatione.

a *Socinus cõſil. 272.incip. non proſequẽdo volum.2.*
b *dicta l.vnica,& ibi glo. de Monopol.C.*
c *ad l. fin.vol. 4.de collegiis illicit.*
d *conſil.122. & ſeq.volu.4.*

5 Prohibitæ etiam fuerunt & expurgatæ à collegiis artificum & aliorum, comeſſationes & conuiuia à Franciſco 1.rege Gallorum. In conſtitutionibus publicatis anno 1539.cuius verba, *Et pour paſſer les maiſtres des meſtiers, ne facent aucunement diſnees, banquets, ne conuis, ni autres deſpenſes quelconques, encores qu'on les voulſit faire volontairemẽt, ſur peine de cent ſols Pariſis d'amende à prendre ſur chacun ayant aſſiſté au dict diſner & banquets.* Repurgatus autem ille abuſus in reprobatione artificij & magiſterij, quia in eo maximè excedebant operam & artifices ſolemnia conuiuia peragentes magiſtris artis, vnde eueniebant mala, primùm vt inopes admitti difficilè poſſent, quamuis periti: & diuites imperiti facilè in pernitiem reipublicæ in album redigerentur. dehinc quod inebriati magiſtri, inconſiderate ad magiſterium reciperent.

Refert Plinius[d] comeſſationes, cauſam fuiſſe diſſoluendorum olim apud Romanos collegiorum. Et Philo de Alexandrinorum collegiis loquens, ait, in his, οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ ἄκρατος, καὶ μέθη, καὶ παροινίαι.

Clemens V. etiã[f] temperauit iſtas comeſſationes, & ſumptus qui fiebant erga profeſſores ſeu doctores & ſcholaſticos Academiarum à volentibus ſuſcipere magiſterium, vel gradus doctoratus. & addit ibi rationes. *Cùm,* inquit, *ſit nimis abſurdum, vt aliquis cum vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritus literarum: non ſine turbatione miramur, illum apud ſcholaſticos inualuiſſe abuſum, quod plerique eorum in quauis ſcientia ad doctoratus vel magiſterij aſſumuntur honorem, cum ſua ſolemniter principia faciunt, aut ſui recipiunt inſignia doctoratus, circa cibos, veſtes & alia ſic in expenſis excedunt, quod & ipſi, tranſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate, vacui plerumque remaneant & grauati: & cæteri qui vel nolunt, vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahuntur &c.* Ideo etiam prohibetur meritò profeſſoribus conferentibus gradus, ne ad illos quemquam recipiant,

e *eadem & Lãprid.in Alex.Seuer. Dio in Claudio. Marcell.li.28.*
f *in Clem 2.de magiſtris,& ne quid exigatur pro licentia docendi.*



recipiant, niſi prius iurantes adſtringant, ne vltra tria milia turonenſium argenteorum in ſolemnitate circa huiuſmodi doctoratum aut magiſterium, quomodolibet adhibenda, expendant, & de moderandis etiam impenſis intra prædictam ſummam, niſi forſan notabilis conditionis extiterint, ſub pœna ſuſpenſionis à collatione graduum per ſex menſes.

6 Fuerũt & comeſſationes huiuſmodi, multo maiori ratione prohibitæ fieri in locis ſacris prætextu ſocietatis aut Chriſtianę etiã charitatis: & abuſus hic ſublatus in conuentibus & congregationibus in honorem Dei vel ſanctorum factis, habetur in conſilio Laodicẽſi c. 28.[a] *Non oportet in baſilicis ſeu in eccleſiis agapem facere, & intus manducare, vel accubitus ſternere.* reprobat & idipſum D.Paul.[b] ibi, *Numquid domos non habetis ad manducandum?* &c. Non tamen ideo deſpicit eccleſia, imo deſpicientes arguit, agapas ſeu conuiuia largita in pietate pauperibus, neque conuocationes ad honorem Dei, fratrum[c] can. conuiuia, 6.44.diſtinct. ex beato Gregorio lib.2.epiſtol.37. *Conuiuia quæ ex intentione impẽdendæ charitatis fiũt,* inquit Greg. *rectè veſtra fraternitas in ſuis epiſtolis laudat,* &c. Verùm ſecundum Laodicenſe conſilium c.53.non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiã laicos Chriſtianos, ex ſymbolis quæ vulgus comeſſalia appellat, conuiuia celebrare[d].& in conſilio Tridentino ſeſſio.25.titulo de inuocatione & veneratione ſanctorum. In ſanctorum prohibetur celebrationem ac reliquiarum viſitatione, ne homines ad comeſſationes, vel ebrietates abutantur, quaſi feſti dies in honorem ſanctorum per luxum ac laſciuiam agantur. Sunt & reprobantur abuſus conuiuandi, quos fratriæ vt plerunque faciebant, in honorem ſancti apud D.Auguſtinum[e]. *Comeſſationes,* inquit, *& ebrietates ita conceſſæ & licitæ putantur, vt in honorem etiam beatiſſimorum martyrum non ſolum per ſolemnes dies, (quod ipſum quis non lugendum videat, qui hæc non carneis oculis inſpicit) ſed etiam quotidie celebrantur,* &c. ibi tamen propter multitudinem peccantium, & ne cum malo eradicetur quædam religionis viuentis ſpecies ſimul, veluti aliquando exiſtentibus ſatis teneribus, nec bene radicatis, non tolluntur malæ ſuccreſcentes herbæ, ne vnâ bonũ ſemẽ euellatur, nec aſperè cenſetur agendum cum multitudine peccante. neque poſſe illam pernitioſam conſuetudinem tolli aſperè, duriter, modo imperioſo, cenſet D.Auguſt. ſed magis docendo quàm iubendo, magis monendo quàm minando: & ſiquid minamur, cum dolore fiat de ſcripturis comminando vindictam futuram: ne nos ipſi, inquit, noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermone timeatur, ita primo mouebuntur ſpiritales, vel ſpiritalibus proximi, quorum authoritate, & leuiſſimis, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cætera multitudo frangatur: concurrunt duo mala in hac cauſa, nempe primum peccatum, quòd exiſtiment ſe in honorem ſanctorum & ſolemnitatem dierum eorum ſibi licere ita conuiuari, cùm tamen prouidendum ſit diem ſolemnem non tam ciborum abundantia quàm ſpiritu celebrare, & abſurdum ſit nimia ſaturitate martyrem honorare velle, quem ſcias ieiuniis Deo placuiſſe, & confuſio & ignominia ſit, IESVM CHRISTVM crucifixum pauperem & eſurientem, farſis corporibus prædicare, tenuiorúmque doctrinam

b *ca.non oportet in Baſilicis, 42.diſtinct.*
b 1.*ad Corint.c.* 11.
c *c.ſi quis deſpicit, & ſeq.42. diſt.*
d *in ca.* 10.*non oportet,44.diſtinct.*
e *Epiſt.* 64. *in c.comeſſationes 42.diſtinct.*

rubentes buccas timentiáque ora proferre [a]. Alterum, quod aliunde periculum occurrat, ne peiores exiſtant ſi à tali conſuetudine prohibeantur epulandi: qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem [b], & proinde in duobus malis maius potius erit euitandum, c. duo mala, 13 diſt. & cùm à tali conſuetudine epulandi, præter legitimum modum non poſſint homines auerti, cum venia ſuo ingenio relinquendi ſunt, c. 6. deniquc, 4. diſt. non puniuntur enim aliquãdo peccata multitudinis propter ſchiſma & ſcandalum [c], & in cauſis vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras, non huius aut illius hominis eſt periculũ, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum aliquid eſt ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis, charitas ſyncera ſubueniat [d]. & plus interdum etiam erga corrigendos agit beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio quàm comminatio, plus charitas quàm poteſtas [e]. Atque ſatius eſt ferre conſuetudinem conuiuandi, quàm religionis cauſam euellere, & diſpenſationes rerum patiuntur, nonnunquam parum quidem à debito quoſdam foras exire, vt maius aliquid lucri faciant. Sicut enim qui mare nauigant, tempeſtate vrgente nauíque periclitante anxiati, quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant, ita & nos cùm non habemus ſaluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex his quædam, ne cunctorum patiamur diſpendia [f]. Fidei cauſa maiorem ſibi vindicat aſſenſum in hoc, ſicut & in c. 3. de pœnitent. & remiſſioni remittitur de pœna & auſteritate pœnitentiæ cuidam nobili, qui partes ſecutus ſummi pontificis contra imperatorem Fridericum, ei denegãdo caſtrum, fuerat cauſa deſtruendi quatuor caſtra & pluſquam duorum millium domorum, & aliorum infinitorum malorum commiſſorum: iubétque Alexander 3. Mediolanenſi archiepiſcopo, miſericorditer ei pœnitentiam imponere, attendendo quod pro libertate ſua, & Eccleſiæ deuotione, hoc fecerat, & tali diſcretione in eo vti, vt alij & ipſe pro auſteritate pœnitentiæ, à ſeruitio Eccleſiæ nullatenus retardarentur, aut aliquod ſalutis periculum non formidarent. lætari etiam in Domino & diebus feſtis ita lautius conuiuari, non eſt omnino improbatum ſi luxus & ingluuies abſit, & non contemnendum quod aiunt Arcad & Honorius Cęſares [g]. *Profanis*, inquiunt, *ritus iam ſalubri lege ſubmouimus, ita feſtos conuentus ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoueri. Vnde abſque vllo ſacrificio, atque vlla ſuperſtitione damnabili, exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinẽ, miniſtrari etiam feſta conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus.* Pulchrè & id probatur Ezdræ lib. 2. c. 8. verſ. 9. & ſeq. dixerunt Neemias & Ezras populo, *Dies ſanctificatus eſt Domino Deo noſtro, nolite lugere & nolite flere. Ite, comedite pinguia & bibite mulſum, & mittite partes his qui non præparauerũt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt*, &c. & Tobię 2. c. in princ. *Cum eſſet*, inquit, *dies feſtus Domini & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo, vade & adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum.*

7 Paulatim itaque ſi fieri poſſit fratriarum collegiorúmque ſtatus ad primam reuocabuntur inſtitutionem permiſſam ab epiſcopis, & abuſus ſi fieri poſſit ex omni parte erunt tollendi: ſin minus pro ea parte quæ opera pia remorari non poterunt, & quæ minus lædunt

a c. Eccleſiæ principes, 35. diſt. D. Hierony. in Micheã. facit c. cum ad monaſterium 6 §. in refectorio, de ſtatu monacho.

b Prouerb. 30. c.

c c. non poteſt, 23 qu. 4.

d c. vt conſtitueretur, 25. 50. diſtinct.

e c. 6. licet nonnunquam 45. diſtinct.

f c. diſpenſationes, 16. 1. qu. 7. ex D. Cyrillo Alexandrino ad Gennadiũ pesbyterum & archimandritam.

g In l. 4. de paganis ſacrificiis & templis, C.



exemplo Tiberij Cæſaris qui cùm de coercẽdo luxu ferre legẽ vellet, nec coerceri poſſe immodicos ſumptus videret; ſatius duxit omittere quod aſſequi nequiret: quàm tentare turpiter quod poſtea non efficeret [a].

8 Erunt & vniuerſitates & academiæ ſeu collegia ſtudiorum viſitanda, & reformãda ab iis ad quos cura, viſitatio & reformatio pertinet, maximè in his quæ ad mores, doctrinam & fidem catholicam ſpectãt iuxta ſancroſanctorum ſynodum, & fundationum decreta, vt habetur in conſilio Tridẽtino ſeſſio. 25. titulo de reformatione ca. 2. hinc enim maior pars ſalutis vel corruptionis reipublicæ pendet, & ex harum fontibus, diuini & humani iuris præſidium vel expugnatio oritur. ibi enim diſcuntur prima literarum monumenta, artes ingenuæ, mores, iura diuina & humana, quæ omnia permaximè intereſt incontaminata conſeruari in vera & catholica fide. Et proinde cauendum eſt, vt non admittantur profeſſores niſi probati, & vt admiſſi, pio catholicóque more inſtituant ſibi commiſſam iuuentutem: ideo Pius 4. S. P. in conſtitutione ſua 112. iuxta bullarium Laertij Cherubini incipiẽtę *In ſacroſancta idib. Nouem. anni* 1564. *anno* 5. *ſui pontificatus ſtatuit*, ne lectores publici vel priuati cuiuſcumque facultatis, iuríſque ciuilis vel canonici, vel theologiæ, vel aliarũ artium, rectoréſque, admittãtur ad lectiones officiúmque legendi vel rectoratus, niſi prius catholicam fidem profiteantur, in forma ibi poſita, *In manibus vel ordinarij ſeu eius vicarij*, aut doctorum, aliorúmque promouentium *manibus*. vt enim, pro moribus in temporalibus & peritia docendi, debent approbari à ſenatu ſeu principe vel aliis quibus hęc cura per principem demandata eſt, antequam in ordinẽ lectorum & profeſſorũ legantur [b]. Sic expedit, priùs in fide approbari quoq. quia in eccleſia Dei, tentatio eſt populi error magiſtri: & tanto maior, quãto ipſe eſt doctior qui erat, vt ait Vincentius Lirinẽſis probabãtur, & reprobabãtur Grãmatici ſeu oratores decreto ordinis, ſi nõ ſe vtiles ſtudẽtib. prębeãt [c]. Cõſeruanda quoq. lex Theodoſij & Valẽtinia. CC. quę ponitur vnica, titulo de ſtudiis liberalib. vrbis Romę & Conſtãtinopolitanæ, lib. 11. C. ti. 18. per quã vniuerſi qui vſurpãt ſibi nomina magiſtrorũ, & in publicis magiſtrationib. cellulíſq. collectos vndecumque diſcipulos circumferre conſueuerunt, pręcipitur ab oſtentatione vulgari amoueri: & in poſterum prohibentur, & damnantur, & vrbe arceri mandatur prohibitúſque his qui in publico munere docẽdi deſcripti ſunt, ne alibi aut priuatim, quàm in publico auditorio doceant alioquin imminente pœna priuationis priuilegiorum conceſſorum his qui publicè tantum docere pręcepti ſunt.

9 Eo pertinet etiam lex imperatoris Marciani [d], quæ prohibet vt nemo clericus, vel militaris, vel alterius conditionis de fide Chriſtiana publicè, turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterũ: ex hoc tumultus & perfidię occaſionem requirens, pœnis adiectis & ſæuiſſimis animaduerſionibus. Addenda l. conuenticula, 15. de epiſcopis & cleri. C. vbi Archa. & Hono. CC. *conuenticula illicita etiam extra eccleſiam, in priuatis ædibus celebrari prohibemus, proſcriptionis domus periculo imminente, ſi dominus eius in ea clericos, noua & tumultuoſa conuenticula extra eccleſiam celebrantes ſuſceperit.*

a vt ſcribit lib. 3 genialiũ dierum c. 11. Alexander ab Alexandro.

b l. vnic. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana docẽtes &c. lib. 12. C. ti. 15. & melius in l. magiſtros ſtudiorũ, 7. de profeſſor. & med. lib. 10. c. tit. 52.

c l. 2. de profeſſori. & medic. lib. 10. C. ti. 52.

d nemo clericus, C. de ſumma trinita. & fide cathol.

Metuendum enim eſt ídque procurandum ne accidat, ne hæreſes & illicita dogmata quæ publicè damnata ſunt, quæve prohibita ſunt in vulgus diſſeminētur priuatim,& clanculum doceantur à magiſtris infectis. Quamobrē Gratia. Valentinia. & Theodo. Cæſares in l.2.c.de hęretic. *Omnes*, inquiũt, *vetitæ legibus diuinis & imperialibus cõſtitutionibus hæreſes, perpetuò quieſcant. Nemo vlterius conetur quæ repererit profana præcepta, vel docere vel diſcere. Neque antiſtites eorundem audeant fidem inſinuare quam non habẽt: nec miniſtros creare qui nõ ſunt.* Et rurſum in l.3. eius tituli, *Cuncti hæretici proculdubio nouerint omnia ſibi loca adimenda eſſe: ſiue ſub eccleſiarum nomine teneantur, ſiue diaconica appellentur, ſiue decanica: ſiue in priuatis ædibus, vel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere videantur: his ædibus vel locis priuatis eccleſiæ vindicandis* &c. vbi nocturni cœtus ſub prætextu religionis & litaniarum prohibentur quoque.

Facit Nouella Iuſtiniani 132. de interdictis collegiis hæretico. vbi eadem ſtatuuntur & imponuntur ſimiles pœnæ colligentibus, & his qui illis conuẽticulis colligũtur. par enim pœna eſt docere vetita, & diſcere [a]. Et nouella 37. de eccleſiis conſtitutis in Africa, *Nulla omnino hæreſis domum aut locum orationis habeto.* Et in c. cum ex iniuncto, 12. de hæreticis, occulta illa conuenticula prohibentur vbi & laici officium prædicationis ſibi vſurpant.

a *l. culpa ſimilis, 8. de maleſic. & mathem. li. 9. C. ti. 18. 9.*

10 Repurganda etiam collegia eccleſiaſticarum perſonarum, ab iſtis conuenticulis quæ coniurandi habent occaſionem vel in epiſcopũ, vel in alias perſonas eccleſiaſticas, vel in laicos ſeu principes. Idipſum admonet concilium Chalcedonẽſe, c.18. & Vuormacenſe. c. 74. & ca. ſiqui clerici, 23. & ca. coniurationum, 21. 11. q. 1. cuius verba relata digna ſunt, vt nihil addi vel detrahi oporteat. *Coniurationum & conſpirationum crimen, quod apud Græcos dicitur* φρατρία, *publicis etiam legibus certum eſt inhiberi: hoc multò magis in ſancta Dei eccleſia ne fiat, conuenit abdicari. Siqui verò clerici aut monachi inuenti fuerunt coniurantes aut conſpirantes, aut phratrias aut factiones componentes aliquas ſuis epiſcopis aut clericis aliis, omnino cadant de proprio gradu.* Eadem probat adiectis aliis pœnis Calixtus Papa, ſcribens Galliæ epiſcopis, epiſt. 2.[b] Et apertius in conſilio Aurelianenſi 3. c. 21. relato in ea ſiqui clericorum, 25. eadem 11. q. 1. vbi, ſuperbia quorundam clericorum & malitia, prætextu religionis, & cum magno reipublicæ totius Chriſtianæ noſtris temporibus in vſum reuocata, à quibuſdam coniuratis, exprimitur & retunditur his verbis, *Si qui clericorũ*, inquit, *(vt nuper per ſuperpiam diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit,) rebelli anthoritate ſe in vnum coniuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus hæc præſumptio elabatur, ſed re detecta cùm in ſynodum ventum fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum & ordinum qualitatem, à pontificibus qui tunc in vnum collecti fuerunt, vindicetur. Quia ſicut charitas ex præceptis diuinis, corde non chartulæ conſcriptione vel coniurationibus eſt exhibenda: ita quæ ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, authoritate & diſtinctione pontificali ſunt reprimenda.* Docet D. Cyprianus [c], quanto odio ſunt habiti apud Deũ conſpiratores, qui ſub prætextu aliquo boni, ſchiſma & ſeditionem

b *ca. conſpirationum, 22. eadem 11. q 1. cõcilium Toletanum, ca. ſi clerici 24. ca. 11. q. 1*

c *lib. 1. epiſtolar. epiſt. 6. ad Magnum, & in ca. denique, 9. 7. q 1.*

contra



contra principes temporales & ſpirituales concitarunt exemplo primum decem tribuum quæ ſe ſegregauerunt ab imperio Roboami filij Salomonis, & elegerũt ſibi regem Hieroboam filium Nabath[a], & exemplo Adonis prophetæ qui necatus eſt à leone, quia comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuum contra Domini prohibitionem[b]. & exemplo Chore, Datanis & Abyronis, Numer. 16. item exemplo ſchiſmaticorum Samaritanorum ad quos etiam prohibuit ire primùm Chriſtus, non magis quàm ad gentiles & ethnicos donec verbum fuiſſet Iudæis prædicatum [c], *In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.*

a *3. Regum 12.*

b *3. Reg. c. 13.*

c *D. Matth. c. 10.*

Perículoſæ ſunt hominum qui volunt haberi ſimul pij & docti ex malitia & ſuperbia peccantium ſententiæ ſeu hęreſes, nec miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo. & dum non poſſunt, ob ambitionem vel malitiam, vel melius imprudentiam detectam, euadere ſuperiores, cõcitant coniurationes, ſeditiones, tumultus; mouéntq; omnem lapidem vt quod aſtutè non potuerunt conſequi, & vbi non potuerunt videntes decipere, per vim aſſequantur, quamuis tandem euaneſcant in auras, & veluti pilæ vento inflatæ dum acu perferantur, concidant in ſe vnà cum mole tumultus pernitioſi per illos excitati, teſtes nobis ſunt factiones ortæ ex cauſa & prætextu religionis inter Samaritanos, Saduceos, & Iudæos; intérque hæreticos qui ex modica ſintilla totum orbem incenderunt, quæ ab initio extingui & repurgari poterant. verùm vbi coaluerunt, clades populorum animarum & corporum, & regnorũ ſubuerſiones miſerè acceſſerunt. Quod & aliquando ex ſectis philoſophorum antiquorum non repurgatis, accidit. Nam cùm illi ſibi libertatem dicẽdi, declamandi, & ſtatuendi vſurpare cœperunt, & diſcipulos in ſuis dogmatibus inſtituerunt, prætextu reformãdi reſpublicas omnia diuina & humana ſua ſuperbia & temeritate conturbarunt, ignorantes quantum diſtaret ſpeculatiua ars, à praxi bene gerendi rempublicam, metientes ad phantaſticam vel potius inanem rempublicam, mores iuſtos populorum ex vmbris imginationum corpus ipſum menſurãtes. Nihil enim arrogantius fuit homine philoſopho qui non deguſtauerat formulam realẽ regendi. eſt enim lex, vt ait Ariſtoteles, determinata ratio, iuxta ciuitatis conſenſum, quæ ſingula quo pacto facienda ſint declarat. vt ſcribit Athenæus lib. 11. dipnoſophiſton c. 22. vbi & leges Platonis deriſas ait ab Athenienſibus. Oratióque, inquit, illa de republica, etſi omnium ſit pulcherrima, nobiſcum nihil perſuadeat? quid magis? viſus eſt ipſe Plato non exiſtentibus viris leges ſcripſiſſe, ſed hominibus à ſe fictis, ita vt qui his vtantur poſtea perquirere oporteat. Scribit & c. 23. eiuſdem libri, Platonis diſcipulos fuiſſe tyrannos. poſtea, refert & Polybius lib. 2. hiſtoriarum in ea regione Italiæ quæ tunc magna Gręcia appellabatur, cœtũ Pythagoreorum ob clandeſtinam coniurationem concrematum magna rerũ mutatione facta, vtpote principibus cuiuſque ciuitatis temere interfectis, accidit ea loca eáſque vrbes maximis ſeditionibus cædibúſque vexari: certè hæc digna notatu in poſterum ſaltem, cùm videamus turbatam rempublicam Chriſtianam, & regnorum leges, ex quadã ſuperbia nouorum theo-

logorum, qui phanaticis reſolutionibus putant reſpublicas ſemotis legibus politicis regi poſſe cum ferula more puerorum quo vtuntur in ſcholis: quibus nimium creduli aſſentiuntur.

11 Itaque præpoſiti locorum & collegiorum & religionum inuigilare ſuper gregem ſibi commiſſum, & ſtatim vbi veſtigium harum præſumptionum inſurgere viderint opprimere debēt. quia ſerò medicina paratur, cùm mala per longas conualuere moras. duo vel tres ab initio incipientes mouere inſuetas factiones facilius opprimentur, quàm vbi plures fuerint adiuncti, ſúntque caſtigandi vel expellendi à bonorum ſocietate mali, qui alios inficere poſſunt & contumaces ſunt[a], alioquin ſi negligentes ſunt prelati & præpoſiti in moribus reformandis & caſtigandis, & ſi diligenter & prudenter in his non inuigilent, ſubditorum ſanguis pereuntium, exquiretur de manibus illorum à Deo[b]. *Suſcepti regiminis*, inquit Iohann. 22. ſummus pontifex[c], *nos cura ſollicitat, vt quæ in eccleſiis non abſque diſpendio miniſtrorum & cultus detrimento diuini ſeruari viderimus, per appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus &c.* negligentia in prælato, frequenter mortale peccatum inducucit[d], nec admittitur paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit[e], & particeps cenſetur delicti per negligentiam emendationis ſuæ commiſſi, quia tacendo videtur conſentire[f], & punitur ob non punitos ſubditos[g]. Imò videtur ob eam negligentiam author maioris mali: cùm facilitas veniæ conſenſum tribuat delinquendi[h], & grauis negligentia rectorum nonnullorum, quæ dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiam conſueuit in ſubditis[i].

12 Eadem diligentia & cura à principibus temporalibus impoſita rectoribus prouinciarum, & præſidibus, vt malis hominibus prouinciam purgent ſollicitè, eóſque inquirant & coerceant[k]. idipſum & aliis magiſtratibus, toparchis, & officiis commiſerunt. & antiquitus conſtituerunt quoque delatores, qui inquirerēt ſecreta crimina & deferrent eiſdem vt punirentur, & ideo curioſi dicti. Et in pretio aliquādo habiti, vt liquet ex Tacito, Ammiano Marcellino & aliis, de quibus nos in ſyntagmate iuris[l], vt & refert Herodotus[m], Deiocem filium Phraortis, ſi quem intellexiſſet iniuriam facere, hūc ad ſe accerſitum indicta pro delicti modo pœna multaſſe: & in eum vſum, exploratores auſcultatoréſque per vniuerſam ſuam ditionem diſpoſuiſſe: in quorum locum ſucceſſerunt hi qui dicūtur officium[n].

13 Facilis porro eſt reformatio monaſteriorum monachorum & clericorum, ſi ſeculariter viuunt, ſaltem facilè detegitur quod emendandum eſt. contraria enim iuxta ſe poſita apparent & diſcernuntur ſine difficultate, vnde & compelli tunc poſſunt ad obſeruantiam regulæ appellatione remota: vel ſi reſiſtāt, poſſunt loco deiici, & alij eiuſdem ordinis ibi conſtitui, & ita ſi fieri poſſit ex eodem ordine poſſunt illa ſancta collegia reformari, vel ſi non ſit ex eo ordine, ex aliis ordinibus, ídq; in negligentiam prælatorum proprij ordinis fieri poteſt per epiſcopum loci[o], docet & ex quibus quoque perſonis reformanda ſint monaſteria c. inter quatuor, 5. de reli-

a c. cū in eccleſiis 10. de maiori & obediē. lib. 1. ti. 33. c. in ſingulis, c. f. de regularib.
b in c. irrefragabili, 13. de officio ordinarij li. 1. ti. 31. c. f. de regula. cap. cū ad monaſteriū, §. f. de ſtatu monacho. c. qualiter & quādo §. penul. de accuſatio.
c in c. ſuſcepti, 2. de electio. in extraua. Ioh. 22.
d ita dictū 81. diſtinct. c. ea quæ, de officio archidia.
e c. quāuis 10. de reg. iur. ap. Gregor.
f c. ſit rector. 43. diſtinct.
g c. licet heli, de ſimo.
h c. eſt iniuſta, 23. q. 4.
i clem. 1. de celeb. miſſa lib. 3. ti. 4. c. vt clericorum de vita & honeſta. cleric. apud Grego. cū ſimilib. ibi nota.
k l. 3. §. f. l. cōgruit, 13. de officio præſidis, li. 1. P. ti. 18. & nouella 17. c. 2.
l l. 32. c. 4. & alibi & Alex. ab Alexā. li. 4. genial. dier. c. 22.
m in primo.
n vt in l. ea quidem, 7. de accuſatio. C. l. 6. §. 3. ad ſenatuſcōſ. Turpilia P. l. vnica de priuat. carceris C. facit titul. de delatorib. li. 10. C. ti. 11.
o in c. relatum eſt nobis, 7. ne cleri. vel monach. ſecula. nego. ſe immiſc. c. reprehenſibilis, 27. in fine de appella.



gioſ. domi li. 3. ti. 36. quæ etiam obſeruari debent in viſitatione & reſtitutione vitæ monaſticæ, ſtatuit fuſè conſiliū Tridentinū ſeſſio 25. nos etiam de his multa[a]. quāto autem celerius expurgauerint collegia & religiones à malis hominib. eo conſultius agetur, quia mali bonis ſolent ſui exemplo eſſe exitio, ca. cùm non ab homine, de iudic. & malorum conſortium ſæpe bonos corrumpit[b], vt vna ouis morbida inficit omne pecus[c].

14 At difficilis reprehenſio delictorum quæ prætextu religionis in religione committuntur, ideóque & maiori diligentioríq. cura & ſolicitudine opus eſt, & cum deprehenſa fuerint, eius cauſā commiſſa emendanda erunt. Indicabimus autem quædam exempla in ſpecie, quæ ad alia poterunt acuere ingenia paſtorum & principum diſtinguenda, obſeruata à nobis tum ex lectione bonorum authorum & legiſlatorum, tum etiam experientia quoque noſtrorum temporum, ex quibus ad emendationem ſi fieri poſſit commodè. Saluis congregationibus religioſis & optimè ab initio inſtitutis, perueniri poſſit. Quod ſi conſequi id non poſſint, & corpus ita computruerit, vt omnino medelam admittere non poſſit, tunc ad aliud remedium perueniendum erit, & ita agendum de diſſoluendis collegiis, quæ ſuo priuilegio abutuntur tam pernitiosè, interdum in perpetuum, interdum ad tempus, & poſtea pro occurrentib. cauſis reſtituendis. Quēadmodum quum cœperunt cœtus factioſorum hominum, collegij nomine inſtitui ſine publica authoritate Romæ, ſenatuſconſulto obuiam huic malo itum eſt, & L. Cæcilio & Q. Martio Coſs. ſublata collegia quæ aduerſus rempublicam videbantur eſſe, & retenta certa quæ ad vtilitatem eiuſdem pertinere putabantur, vt ait Cicero[d]. Et poſtquam ſublata reſtituiſſet lege lata Pub. Clodius Tribunus pleb. & alia noua inſtituiſſet, alia ſuſtuliſſet, vt eodem loco ſcribit Cicero, & Dio Caſſ.[e] iterū reſtituta fuerunt à Cæſare dictatore ſublata, reſeruatis his quæ antiquitus erant reſtituta. Cuius rei tamen lex fuit irrita ob motus populares, vt ait Suet. Trāquillus in Iulio donec poſtea fuit ab Auguſto firmata, ne factioſorum hominum cœtus ad res nouandas, & ad rempublicam perturbandam ſocietate abuterentur. Eándémque legem Seuerus mandauit, ne dum in vrbe, vel in Italia, ſed etiā in prouinciis obſeruari[f]. Factus & delectus collegiorū à ſenatu tēporib. Marci Cæſaris, ſicut ſcribit Paulus Iuriſc.[g] *Cùm ſenatus*, inquit, *permiſerit temporib. D. Marci collegiis legari, nulla dubitatio eſt, quod ſi corpori cui licet ea res, legatū ſit, debeatur.* accedit Vlp.[h] *D. Marcus*, inquit, *omnibus collegiis, quibus coeundi ius eſt, manumittendi poteſtatem dedit*, &c. vt contrà collegium quod nullis priuilegiis ſubnixum erat, hæreditatem capere non poterat, vt aiunt Cæſares Diocletia. & Maximi.[i] Tarquinius quoque omnia collegia præter inſtituta à Numa, diſſoluit, vt ait Dionyſ. Halicar. in 4. Deſtruxit & omnia præter antiqua Iulius Cęſar, bellis compoſitis vt ſcribit Suet.[k]

Claudius omnes Iudęorū ſocietates & vniuerſitates diſſoluit[l]. Ideo Antonius A. nihil legari his poſſe ſtatuit[m]. Extat & Zenonis lex ſimilis rubricæ, de monopoliis & conuentu negotiatorum illicito, vel artificio ergolaborum, necnon balneatorū prohibitis, & pactionibus illicitis lib. 4. C. ti. 59. refert Cicero[n], aliud ſenatuſconſultum.

a Lib. 15. ſyntag. iuris c. 14. 15. & ſequent.
b c. ſæpe malorum 28 qu. 1.
c ca. ea quæ de ſtatu regula, c. ſed aliud 40. diſtinct. l. Iulianus, de action. empt. P.
d Oratione in Piſonem.
e Lib. 50.
f l. 1. de collegiis illicitis P.
g In l. ſenatus 20. de reb. dubiis. li. 34. tit. 5.
h In l. 1. & 2. de manumiſſionib. quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponūtur lib. 40. P. tit. 3.
i In l. collegiū, 8 de hæred. inſtituen. C. lib. 6 tit. 24.
k In Iulio Cæſare, c. 32.
l Dio Caſſius lib 58.
m l. 1. C de Iudæis.
n In 2. li. epiſt. ad Q. Fratrē.

Alterum Cornelius Tacitus, [a], de diſſoluendis collegiis illicitis.

15 Cùm etiam trecenti iuuenes ſodalitij iure, ſacramento quodam nixi ſeparatam apud Crotonienſes, à ciuibus cæteris vitam exercerent ex doctrina Pythagoræ, ad frugalitatem & ad ſtudium virtutis prouocati, conuerterũt nihilominus in ſe ciuitatem, quaſi cœtum clandeſtinæ coniurationis haberent, ideo ciuitas voluit cùm in vnam domum conueniſſent eos concremare, in eóque tumultu ſexaginta homines periere, cæteri in exilium damnati [b]. Suſpectæ enim ſunt ſemper coitiones hominum in republica. Quia quamuis ab initio virtutis cauſa conuenire videantur, tamen facilè gliſcente diſciplina, multitudinis numerus addit animos ad aliquid noui audẽdum: metuendum, quod periculoſius eſt, ne in malum prorumpat cœtus, quo ſe ſapientiorem cæteris eſſe ſibi perſuaſerit. vnde abſcindenda ab initio occaſio, & iubendum probis, eáque de cauſa congregationes agere deſiderantibus, ſeſe continere intra fines patrum, & non ſapere apud ſemetipſos: ſapientia humana inflat, pręſumptio ſanctitatis cum doctrina aliqua, decipit: deceptos, impellit ad cõtemptum aliorum, & iam tumentes ad definiendum proprio ſenſu audentes facit, ad ſic finita temerè defendenda pertinaciter excitat: & ſic ad pertinaciam dum peruentum eſt, ſocietates eiuſdem opinionis imbutæ, ad coniurationem perueniunt: ex illa ad reipublicæ ſchiſmata & ciuilia bella paulatim concurritur, & omnia ſúſque deorſum confunduntur, inuoluta: & ſerò ſapiunt, vt eſt in prouerbio, Phryges.

In legibus Langobardorum, titulo de aggreſſione in vico, de ſacramentis per Guildoniam ab inuicem coniurandis, vt nemo facere præſumat, &c. prohibentur ſocietates aut ſodalitates coniuratæ, aut coniurati fratres ſocietate vocata Guildonia à vuillen voluntate, & *thon*, id eſt facere, vt nunc vuilkir dicimus, inquit Amerpachius in conſtitutiones Caroli magni ad c.16. vbi idem notatur.

Franciſcus I. rex Gallorum eius nominis abrogauit confratrias artificum, propter monopolia quæ in illis faciebant anno Domini 1539. Et Fridericus in §. conuenticula, de pace tenenda in lib. 2. feudorum ti. 53. conuenticula hæc, etiam ratione ſeu prætextu parẽtelæ, vel alterius cuiuſque rei gratia prohibuit.

Deus collegium ædificantium turrim, & ſuperborum faſtum confuſione linguarum diſſoluit, Gen. 11. perdidit ſeptem ciuitates incorrigibiles [c]. Ob vitulum adoratum, ſacroſanctæ leges tabulæ adeo exaratæ & datæ Moyſi confractæ [d]. Imò quod magis eſt, videns Deus quòd omnis caro in hac vniuerſali ſocietate humana, corruperat viam ſuam, deleuit eundem & immiſit perditionem diluuij [e].

Ezechias rex Iſrael, diſſipauit excelſa, contriuit ſtatuas, ſuccidit lucos, confregítque ſerpentem æneum quem fecerat Moyſes [f], ſiquidem (vide abuſum) vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebãt illi incenſum [g]. Suſtulit collegium ſacerdotum Belis rex, vbi edoctus fuit per Danielem de impoſtura & abuſu illorum [h].

Minatur Deus ſe abiecturum templum ſibi ædificatum ob idololatriam, 3. reg. c. 9. verſ. 6. Salomoni loquẽs, *Si auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea & ceremonias*

quas

a Lib. 14.

b Vt refert Iuſtinus ex Trogo lib. 20.

c Geneſeos 19.

d Exod 32.

e Gen. c. 6. & ſeq.

f Num. 21.

g 4. Reg c. 18.

h Danielis ca. fin.



*quas propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alienos & adoraueritis eos, auferam Iſrael de ſuperficie terræ quam dedi eis, & templum quod ſanctificaui nomini meo, proijciam à cõſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eam ſtupebit & ſibilabit & dicet, Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic? & reſpondebunt, quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum &c.*

Propemodum ſimilis imprecatio Chriſti in Iudæos [a]. *Auferetur à vobis regnum & dabitur gentibus.*

Eo pertinet quod dicebat Diuus Iohannes Phariſæis & Saduceis, *Facite fructus dignos pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, omnis arbor quæ non facit fructum bonum exſcindetur & in ignem mittetur* [b]. Maledixit Chriſtus arbori infrugiferæ & exaruit.

16 Cæſares Arcad. & Honorius, omnia loca & collegia ademerunt hæreticis [c]. extat & Iuſtiniani nouella 132. de interdictis collegiis hæreticorum. reprobantur & illorum conuenticula quæ ipſis eccleſiæ dicebantur, & eis relicta, item collectæ, paraſynaxes, ſynodi, exarchatus, paternitates ſeu abbatiæ [d].

Suſtulerunt & alij principes Chriſtiani alia collegia ſuperſtitionis paganicæ & templa, & ſacrificia [e].

Adiiciunt iura ciuilia etiam pœnas, & quiſquis collegium illicitum vſurpauerit, ea pœna tenẽtur qua tenẽtur, qui hominibus armatis loca publica vel templa occupaſſe iudicati ſunt, vt reſpondit Vlpia [f]. nempe pœna legis Iuliæ maieſtatis [g].

17 Chorepiſcoporum ordo, vt ratione inſtitutionis carens extirpatus [h].

Clemens quintus ex conſilio Viennenſi, Beguinarum & Beguinorum conuentus, collegia & congregationes diſſoluit, aboleuit & inhibuit, in quibus plures errores inducebantur ſub velamine ſanctitatis, cum periculo animarum [i]. Firmauit eandem prohibitionem fratricellorum ſeu fratrum de paupere vita, Bizochiorum, Beguinorum Iohannes 22 [k].

18 Idem Clemens quintus, templariorum militum collegia & ordinem funditus ſubſtulit in Gallia & alibi, ob quædam eorum delicta, & defectiones in Turcas, vt ſcribit Platina [l].

Suſtulit & damnauit vt ait prædicto loco Platina collegia, congregationes cum erroribus Dulcini & Margaritæ, in quibus mares cum fœminis ſimul habitantes, in omnem libidinem prolabebantur, & Anabaptiſtarum more cenſuerunt nihil habendum eſſe proprium, non eſſe adminiſtrandas reſpublicas Chriſtianis [m].

Sic monachis exiſtentibus incorrigibilibus, poſſunt ab epiſcopo à monaſteriis expelli, & alij in locum illorum alterius ordinis poni [n]. vt & canonicos S. Martini ob ſegnitiem & vitam turpem ad vnum omnes à Balduino Flandrenſi principe Belga expulſos, refert Iacob. Meierus. Diſſoluta autem ſunt duplicia monaſteria mulierum & mo-

a D. Matth. 21.

b D. Matth. c. 3. & c. 7. & D. Lucæ c. 3.

c in l. cuncti hæretici 3. C.

d in l. 5. Arriã. & l. 14. de hære. in nomocano. ti. 12. c. 2. vbi & vltimum ſupplicium tranſgreſſoribus impoſitum eſt.

e titulo C. de paganis templis & ſacrificijs.

f in l. 2. de colleg. illic. P.

g l. 1. §. 1. ad l. Iul. maieſta. li. 48. P. ti. 4. l. 4. C. de his qui ad eccleſ. confug.

h in c. chorepiſcopi 5. 68. diſtinct.

i in clem. 1. de religioſ. domib. lib. 3. Clem. tit. 11. clem. 3. de hæretic. li. 5 ti. 3

k in extrauagante vnica de religio. domib. in extra. Iohãnis 22. quam tamẽ explicauit poſtea in extraua. vnica de religioſis domi. in extraua. communib.

l in eius vita. Gaguinus lib. 7 qui & refert illorũ errores, Volaterranus li. 22. Antrop. & alij.

m vt habetur etiã in ſumma conciliorum.

n c. relatum, 7. ne cleri. vel monac. ſecul. nego. ſe immiſceant.

nachorum,quia id ſcandalum & offendiculum multus efficitur[a].

Anſegiſus venerabilis Senonum archiepiſcopus Galliæ & Germaniæ primas, factus à Papa Iohanne, Iudæos ob certa & moniales ab vrbe Senonica expulit,& ne vlterius in ea habitaculum manendi haberent,ſub anathematis iugulo interdixit[b].

19 Ratio autem iſtius diſſolutionis collegiorum ex cauſa abuſus, eſt prior quod monaſterium tandiu debet honoris prerogatiuã gaudere,quãdiu ibi viguerit obſeruãtia regularis, vt idonee inueniãtur perſonæ in illo[c],&ceſſante cauſa propter quam datũ fuit priuilegium collegij,ſocietatis,&religionis,debet ceſſare priuilegium[d].

20 Dehinc ex delicto in religionem vel pretextu religionis commiſſo, clericus vel qualiſcunque religionis obumbratione fucatus, totius ordinis eccleſiaſtici prærogatiua nudandus eſt, & omni officio & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſecularis,relinqui debet poteſtates arbitrio,animaduerſione debita puniendus[e].

21 3.Quia quod pro pietate & religione aliquibus collegiis vel monaſteriis conceditur,non permittunt iura &principes priuilegiũ concedentes, ad alterius eccleſiæ vel loci iniuriam redundare[f]. Sic enim interpretãda ſunt beneficia à principe cõceſſa,ne incipiãt eſſe nociua eccleſiis aliis vel rebus aut perſonis aliis quibuſcunq;[g].Ideo collegia & monaſteria ſi lædant ſtatũ eccleſiæ vniuerſalis, & ſi ea abutãtur in eius pernitiẽ ſuis inſtitutis,poſſunt tolli, cũ antique eccleſie ex nouis lædi nõ debeãt[k],ſi aliter remedium non poſſit adhiberi.

22 4.Priuilegia merentur amittere, qui conceſſa ſibi abutuntur poteſtate. Sic & in l.generaliter,52.§.eos tamen,C.de epiſco.&cleri.ſtatuitur,monachos eos tantum habere beneficia ibi cõceſſa, qui apud ſacroſanctas eccleſias vel monaſteria permanent, non diuagãtes,neque circa diuina miniſteria deſides: cùm propter hoc ipſum beneficium eis indultum dicitur vt aliis omnibus derelictis Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant.

*De tertio remedio contra abuſum religionis, de non permittendis facilè nouis religionibus, aut collegijs.*

## CAPVT IIII.

REMEDIVM porrò tertium in ſumma admonebit: cauendum maximè ne nouæ religionis vel cõgregationis prætextu pietatis vel religionis, vel alterius cuiuſquã boni ex quo poſſit incommodũ aliquod ſuboriri vel onus reipublicæ,coaleſcãt vel inſtituãtur, atque ideo principia ipſa reſcindi debẽt. Tãta enim eſt veſania & preſumptio hominũ ſibi cõplacẽtiũ, vt exẽplo Phariſæorũ nõ dubitẽt ſe aliis preponere,&ſub ſpecie puritatis &deuotionis ſibi normã viuẽdi nouã fabricare quam ſibi perſuadẽt meliorẽ.plures autẽ quibus noua placẽt,non dubitant etiã illis temerè ſubſcribere. Hic obſeruãdũ itaque,vt canones de his lati renouẽtur vt executioni mãdentur, veluti quod ſtatutũ eſt in cõſilio generali Lateranẽſi ſub Innocẽtio 3.c.13.& in c.f.de religioſ. domib. Idipſum rurſum in conſilio Lugdunenſi à Gregorio decimo in c. 1.de

a c. in 7. ſynodo ſi20. & c.diſ2niuimus, cum n.ſeq. 18. q.2. ſouella 123. de anctiſſimis epiſco.c.36.§. in omnibus autem monaſterijs, l. ſanctiſſimarũ eccleſiarũ (quæ Græca eſt ordine nũc 44.) de epiſco. & cleric.C.

b vt ſcribit Odoramius monachus Senonienſis in Chronico.

c vt in c.abbate,25. de verb. ſignifica.

d c.ſuggeſtum, de decimis ca. generaliter 16. q 1.l.ſi.C.de milita.teſta. c. cũ ceſſante appella.

e ad abolendã, 9 de hæretic. c. cùm nõ ab homine, de iudic.

f c.2.de eccleſiis ædifican.li.3. ti. 48.l. nec auus,C.de adoptio.

g c.ex tuarum, de vſu pallij.c. licet,de offic.ordinarij l.ex facto, de vulga, P.l.Paulus,de prætorijs ſtipulat.P.

h c. quicũque, 16.q.1 c.1.&2. de operis noui nuncia.

i c. tuarum 11. §. verũ de priuileg.li.5.ti.32. ca priuilegium 11.q.3.



1.de religioſ.domi. in ſex ſtatutum, his verbis, quibus & prohibitio & rationes prohibitionis ponuntur. *Religionum diuerſitatem nimiã,ne confuſionẽ induceret,generale conſiliũ cõſulta prohibitione vetauit.Sed quia non ſolùm importuna petentium inhiatio,illarũ poſtmodũ multiplicationẽ extorſit,verũ etiam aliquorũ præſumptuoſa temeritas,diuerſorũ ordinũ præcipuè mendicantium(quorum nondum approbationis meruere principium)effrenatum,quaſi multitudinem adinuenit:repetita conſtitutione diſtrictius inhibentes ne aliquis de cætero nouum ordinem aut religionem adinueniat, vel habitum nouæ religionis aſſumat:cunctas affatim religiones,& ordines mendicantes poſt dictum conſilium adinuentos qui nullam confirmationem ſedis apoſtolicæ meruerunt,perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & quatenus proceſſerant reuocamus*,&c.

2 Prior ratio eius prohibitionis eſt,à diuerſitate nimia religionũ,quæ videtur quodãmodo turbare rudẽ Chriſtianum populum,& dare inquirendi occaſionem, cur potius illi illã quàm aliã ſequantur formulam viuendi,& nũ illi iſtis ſanctiores aut meliores, cũ iam tam bone regule religionib.iam probatis inſtitutæ ſunt,vt ſufficeret illas obſeruare pulchrè,& in hãc ſententiã faciunt quæ ſcribit D.Auguſt. ad inquiſitiones Ianuarij[a].vbi poſtquam traditur reſecanda eſſe,que neque authoritate, neque moribus vniuerſitatis comprobantur,ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut omnino inueniri poſſint cauſæ quas in inſtituendis homines ſequuti ſunt, additur ratio, *Quamuis enim nec hoc inueniri poſſit,quomodo cõtra fidẽ ſint:ipſam tamẽ religionẽ quàm pauciſſimis & maniſeſtiſſimis celebrationũ ſacramẽtis miſericordia Dei liberã eſſe voluit,ſeruilib. onerib.premũt,vt tolerabilior ſit cõditio Iudæorũ: qui etiã ſi tẽpus libertatis nõ cognouerint,legalib.tamen ſacramẽtis non humanis præſumptionib.ſubijciũtur hæc ibi.* Facit quod iuſſit Dominus[b], *Nõ faciẽt ſinguli quod ſibi rectũ videtur.* Et certè niſi cohiberetur hec poteſtas fabricãdi religionẽ pro arbitrio,nunquam finis eſſet nouarum formarum,& cultus diuinus diuerſus breui tempore, cùm tamẽ infinitis à iuris articulis reprobetur[c].Nec tandem futurum eſſet aliquem inuenire qui ſe diceret Chriſtianũ,ſed cum quadam æmulatione imò forſan cum ſchiſmate alij religionum tantum nomina vſurparent, vt accidit tẽpore D.Pauli,quo alij dicebant ſe eſſe Cephæ, alij Pauli, alij Apollo, &c. quod tamẽ valde ei diſplicuit,& ab eodem reprehenſum eſt[d].

3 Secunda reprobandi nouas religiones cauſa, eſt præſumptio temeraria,quæ habet crimen & dicitur importuna petentium inhiatio,præſũptuoſa temeritas[e],quæ meretur retractationẽ conceſſionis ſi quid per eam extortũ aut impetratũ ſit[f]. Siquidem prohibetur ſacroſanctis conſilio nouæ religionis, vnde ambitioſæ importũnæ, & temerariæ dicuntur petitiones. *Religionis cauſa coire*, inquit Martianus Iuriſconſultus[g], *non prohibentur homines, dum tamen non fuit contra ſenatuſconſultum quo illicita collegia arcentur.* Quid eſt autem contra ſenatuſconſulta conuenire? nempe ſi ſine permiſſione conueniant, vel priuatim, vel publicè. Sic enim ait Tertullainus aduerſus Pſychicos ſcribens, Chriſtianos excuſans conuentus, *Niſi forſan in ſenatuſconſulta & principum mandata*

a Epiſt.119.ca. 19.quæ referũtur, in c.omnia talia,12.ſub 12 diſt.

b Deut.ca. 12. verſ.6.

c c.2.de reſcri. in ſex.

d 1.ad Corint. c.1.

e In di.ca.1.de ligio. domi in ſex.

f Per c.f de reſcrip.in ſex.ca. ſententiam,35. q.9. c.cũ olim, de re iudica.l.1 de petit.bonorũ ne lat.

g In l.1.de coll. illici.P.lib.47. tit.22.

*coitionibus oppoſita, deliquimus.* & idem Marcian.[a] *In ſumma autem, niſi ex ſenatuſconſulti authoritate vel Cæſaris collegium vel quodcunque tale corpus coierit, contra ſenatuſconſultum & mandata & conſtitutiones collegia celebrat.*

Sic Iuſtinian. nouella 10. de referendariis, *Apparuerũt,* inquit, *quidam, noſtram largitatem in immenſum vocantes, & multos quidem nobis introducentes ſupplicantes: multis autem petitionibus vſi ita ſemper adiectiones in immenſum incompetens, cauſam ſic perduxerunt honeſtam &c.* Ideo poſtea reſtringẽdo numerum referendariorum ad primam inſtitutionem addit, *Volumus enim in menſura, eos in menſura quidem vſque ad dictum numerum contineri: iuſtitia verò & alijs virtutibus augeri, & ad maius apparere. Multitudo enim numeroſa nihil habet honeſtum, quoniam in paucis ex multis quæ ſecundum virtutem eſt, vita ſaluatur.* Satius etiam eſt maximè in ordinatione ſacerdotum paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros[b]. Et expreſſius Clemens Romanus ad D. Iacobum fratrem Domini[c], *Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui dignè poſſint Dominica ſacramẽta tractare: melius eſt enim Domini ſacerdotes, paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles qui onus graue ordinatori adducant.* Et nimia multitudo & inordinata, facit viles eccleſiæ miniſtros[d]: quemadmodum melius eſt pauca idoneè effundere, quàm multis & vade inutilibus homines prægrauari[e].

4 Temeritas porrò præſumptuoſa ex noua religionis formula apparet, quod contra ius quis eam inſtituere propria authoritate voluerit, cùm tamẽ nemo poſſit ſine authoritate ſummi pontificis nouam dignitatem in eccleſia conſtituere[f]. nec nouum ſanctum facere, vel venerari, aut nouas reliquias colere ſine eiuſdem ſacroſanctæ ſedis licentia[g]. probatio quoque exquiritur ſanctitatis, eáque diligens, ne lateat quippiam ſub eo prætextu, diaboli & mendacij, vel hypocriſeos vel ſuperſtitionis[h], vt neque fidendum ſit miraculis ad probandam perſonam miracula agentis[i]: nam quãdoque per malos Deus miracula operatur[k], facit quod dicitur D. Matthæi c. 7. ver. 22. *Multi in die iudicij dicent mihi, nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & prophetauimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus, & tunc confitebor,* inquit [illegible] *Deus illis, quia nunquam noui vos &c*[l]. & alibi[m]. *Nolite in hoc gaudere quòd dæmonia [illegible]ciuntur vobis, ſed in hoc gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſint in cœlis.*

Et apud Iohannem[n], *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui creae[illegible] ſed probate vtrum ex Deo ſint, quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mũdum &c*[o].

5 Tertia ratio ad euitandam cõfuſionem in religione pertinet: absurdum eſt, ſi promiſcuis artibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alius ſubtrahat[p]. In eccleſiæ corpore, multa & diuerſi muneris ſunt membra, quæ non patiuntur vt alterum alterius ſe immiſceri officio[q], ſingula officia ſingulis committi debent[r], & quiſque in vocatione in qua vocatus eſt, debet ambulare[ſ].

Quid autem maiorem confuſionem poſſet inferre reipub. quàm aliquem ſibi vſurpare vitam quandam ſeu formulam religionis & habitum,

a in l. 3. §. in ſumma, eo. ti. de collegiorum illicitis.
b c. cum ſit ars artium, 14. de ęta. & quali. ordina. li. 1. tit 14.
c epiſt. 2. & in ca. 4. tales 23. diſt.
d in ca. legimus 24. §. ſed dicis 93. diſt.
e l. tãta §. cõtrarium, de verbi iure enuclean. C.
f c. 1. 22. diſt. c. cum olim, de conſuetu.
g c. 1. & 2. de reliquijs & venera. ſanct. lib. 3. ti. 45.
h c. venerabili, de teſtib.
i d. c. 1 de reliquijs & venerat.
k c. teneamus, 1. q. 1. Diuus Thomas to. 2. q. 178. articu. 2.
l idem Lucæ 13. verſ. 26.
m Lucæ 10.
n 1. epiſtola c. 4. verſ. 1.
[illegible] de re[illegible] ligioſ. domib. & c. 1. de religio. domib. in ſex.
p l. cõſulta dua[illegible] 23. de teſtament.
q c. cum ex iniuncto 12. de hæreti. 1. ad Corinth. 12.
r ca. ſingula, 89. diſtinct.
ſ ad Epheſ. c. 4.



habitum, & talem tamen non eſſe, ſed purè laicum vel alium, nequid peius dicam, hypocritam & ſuperſtitioſum.

Quamobrem in conſilio Toletano 4.[a] cautum, vt clerici qui ſe fingunt habitu & nomine monachos, & non ſunt, corrigantur vt veri clerici, & rurſum in c. cum cauſam, 27. de electio. iuſſum eſt, vt clerici quidam non profeſſi cuiuſdam monaſterij, vt vel beati Auguſtini regulam in eadem eccleſia conſtitutam profiterentur & ſeruarent, aut ipſam eccleſiam omnino dimitterent: cùm ſcriptum ſit in lege diuina[b], *Non eſſe in boue & aſino arandum, nec quenquam debere induere veſtem de lana linóque contextam.* id eſt, non eſſe ſociandos in vno officio homines diuerſæ profeſſionis[c]. Vt nemo poteſt & eccleſiaſticis obſequiis deſeruire, & in monaſtica regula ordinatè perſiſtere, vt ipſe diſtrictionem monaſterij teneat, qui quotidie in miniſterio eccleſiaſtico cogitur permanere[d].

Priuata multomagis prohibita religio, vt & olim à Deo prohibitum, priuatim & loco priuato ſacrificare[e], & oratorium quidem in ſua domo quilibet habere poteſt, ſed nõ modum religionis nouum, aut myſteria ſacræ liturgiæ in ſua domo priuatim agere, vel curare agi, ſine licentia ſuperioris, ídque ex cauſa legitima[f], & nouella 58. vt in priuatis ædibus ſacra myſteria non fiant, ibíque pœna etiam publicationis domus priuatæ.

Ante quoque in ſexta ſynodo[g]. *Clericos qui miniſtrant, vel baptizant in oratorijs, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu epiſcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis verò hoc non obſeruauerit, deponatur:* eadem ex aliis conſiliis definita[h]. & ita abrogata nouella Leonis 4. iuxta id quod ſcriptum eſt Deuteronomij c. 12. *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in omni loco quem elegerit Dominus Deus tuus.* ídque nuperrimè confirmatum, vel renouatum in conſilio Tridentino ſeſſio. 22. in decreto de obſeruandis & vitandis in celebratione miſſæ. Et ita fieri tutius deciſum eſt, ne ſub ea ſpecie boni agenti proſilirent homines, vel ad contemptum, vel profanationem, vel ad abuſum, vel ad confuſionem religionis & myſteriorum eius, & quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios, patrum definitionibus anteponunt, à fide Catholica deuiant, ſacramenta Eccleſiaſtica deſpiciunt, & alios ſtudent multipliciter errores ſeminare[i]. Vt qui non ad apoſtolicas literas, non ad Euangelicas authoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt[k]. Sic & dictum ne innitaris prudentiæ tuæ[l]. erat & Lex 12. tabularum, *Nemo priuatim deos habeſſit.* Et aſpergebatur infamia Alcibiades Athenienſes quòd in domo ſua facere myſteria dicebatur, quod nephas etiam apud ethnicos tunc viſum eſt more Athenienſium, ídque non ad religionẽ, ſed ad coniurationem pertinere exiſtimabatur, vt ait Æmilius Probus, qui aliis dicitur Cornelius Nepos, in Alcib. Plutarchus in vita eiuſdem, & Thucydides. Eáque de re damnatum Alcibiadem abſentem ſcribit idem Probus & Xenophon 1. de geſtis Græcorum. Iſocrates oratione περὶ ζεύγους.

6 Hîc tamen notandum eſt, quod ait gloſſa ad ca. 1. ad verbum

a c. 52. & in c. vt clerici 3. de regularib.
b Deut. 22.
c c. in noua actione, 16. qu. 7
d c. 2. nemo poteſt 16 qu. 1.
e Leuitic. 17.
f ca. 8. §. ſi quis in ſua domo, de eccleſiaſtic. tit. nouell. 131.
g ca. 31. & ca. clericos qui 34 de conſecratione diſt. 1.
h In c. ſicut nõ alij, 11. & ca. miſſarum ſolẽnia, 12. eadem diſt. 1 de conſecra. vbi excipitur cauſa neceſſitatis & permiſſio epiſcopi quod nõ eſt iuris communis.
i In extrau. vni. Ioan. 22. de religio. Dei.
k c. quid autẽ iniquius 24. q. 3.
l c. ne innitaris de conſtitutio.

habitum, de religioſis domib. prohibitionem nouæ religionis & noui habitus, pertinere ad eos qui nouas ſectas introducunt; aliter ſingularem perſonam quæ non ſit ſectæ nouæ iuuentor, nouum habitum ſibi inducere poſſe, & in cõſilio Gangrenſe c.f.& ca.parſimoniam, 41. diſtinctio. *Parſimoniam cum veſte humili non reprobamus, ſicut etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus*, &c. Priuatim quippe poteſt ſine ſcandalo tamẽ, quiſque ſibi vel ſaccum vel aliud quippiam ſi velit induere; & ſi contentus non ſit communi ſuæ artis vel vacationis veſtitu, morionis auriculas cum tintinnabulis circumponere.

Et ſunt habitus etiam religionis diuerſi quidam, qui non obligant: quidam qui obligant. non enim obligant ante profeſſionem habitus probationis, aut habitus geſtatus extra monaſterium ſine profeſſione obligat autem cũ profeſſione regulæ habitus geſtatus religionis eius[a], c. conſuluit, qui cleric. vel vouentes. c. ex tranſmiſſa, de renuncia c. ſtatuimus, de regula. Neque ſolus habitus ſolemnizat votum religionis d.c. conſuluit & c. porrectum, de regularibus.

a *ca.* 1. *&* 2. *ca. vidua iunctis gloßis pulcherrimis*, 27. q. 1. *ca. vidua*, 20. q. 1.

Eo pertinere poteſt, quod ſcribit Clemens 5. ſummus pontifex, ex cõſilio Viennenſi[b]. vbi poſtquam prohibuit ſtatum Beguinarũ quæ nulli promittũt obedientiam, nec propriis renunciant, neque profitentur aliquam religionem approbatam, neque religioſæ exiſtunt, quanquam habitum qui Beguinarum dicitur deferant; addit, *Sanè per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerunt fideles aliquæ mulieres quæ promiſſa continentia, vel etiam nonpromiſſa, honeſtè in ſuis cõuerſantes hoſpitijs penitentiam agere voluerint, & virtutum Domino in humilitatis deſeruire, hoc eiſdem liceat, prout Dominus ipſis inſpirabit.* Adfert gloſſa prima ad prædictum caput 1. de relig. domi. exemplum in clementi. tria exempla ordinis minorum, & tertium ait eſſe viuentibus in coniugio, in quo coniuges ſecundum ordinem viuendi eis datum, abſtinent certis diebus qualibet ſeptimana à thoro, & promittunt obedientiam; & quandam habent regulam, ſed non propriè ad tria ſubſtantialia, aítque illum tertium ordinem eſſe approbatũ à ſede apoſtolica vt & conſtat ex c. cum ex eo, 3. de ſententia excom. in Clemẽt, cuius verba, *Minores in ſuis recipiunt eccleſiis, ad audienda diuina officia tempore interdicti, fratres & ſorores de ordine tertio quem beatus Franciſcus inſtituit, exiſtentes qui continentes, ſeu de pœnitentia nuncupantur &c.* Vbi ille ordo non eſt priuilegiatus, vt alij duo beati Franciſci. Sícque ibi gloſſa ad verbum, *tertio*, ait tres fuiſſe ordines fratrum minorum. Primùm qui eſt arctiſſimus & caret proprio, de quo in Clementina 1. de verborum ſignifica. cum ſimilib. ſecundum ſanctæ Claræ qui differt à primò, quia licet ordo ſit etiam fœminis arctiſſimus, habet tamen proprium in communi. Tertium autem eſſe pro viuentibus in coniugio maribus & fœminis adinuentum, & eum profeſſos habere proprium in ſingulari; quem potiùs ait eſſe modum viuendi quàm regulam.

b *Clement.* 1. §. *f. de religioſ. dom.*

7 Sed notandũ eſt, vt ſi qua poſt mortẽ mariti ſacrũ velamen religionis ſibi impoſuerit & finxerit ſe ſub eodẽ velamine ſãctimonialẽ eſſe



eſſe, poſtea verò ad nuptias redierit, quia per hypocriſim eccleſiaſticã religionem conturbare voluit, & non legitimè à voto ſuo permanſit, eam pœnitentiam agere debere de illuſione nefanda, & reuerti ad id quod ſpopondit, atque in ſacro miniſterio permanere, quod inchoauit. Nam ſi conſenſerimus, inquit canon, quòd omnia ſacramenta eccleſiaſtica quiſque prout vult fingat & non verè faciat, omnis Eccleſiaſticus ordo turbabitur, nec Catholicæ fidei iura conſiſtent nec canones ſacri ritè obſeruabuntur[a]. Atque ex conſilio Romano, mulieres obtentu religionis velatæ, aut in monaſteriis regulariter viuere debent aut in domibus ſuis ſuſceptum habitum caſtè obſeruare. In conſilio Romano canon 29. relato in canone 31. mulieres, 27. queſt. 1.

a *ca. quod interrogaſti* 6 *& ſequẽtibus nam ſi* 27. *diſt.*

8 Multo diligentius cauendum in republica, ne ſectarum hæreſiúmque varietates inducantur; & ſola religio Catholica, eáque vna locũ habeat. Religio & veneratio nulla alia quàm vnius Dei tenenda eſt[c], vnionis author vna fides eſt: multiplex autem, diſcordiæ & ſeditionum. neque enim ſibi conſentire poſſunt quorum diſpar eſt de fide ſententia, & hoc ſtratagemate vſi ſunt aliquando reges Ægypti, qui pro ſceptro vt illis videbatur, ſtabiliendo, variam & admixtam religionem induxerunt, vt diuerſa de religione exiſtente ſententia, inter ſe Ægyptij omnes conſpirare nunquam poſſent[d]: errarunt tamẽ valde in hoc, & in ſtatu monarchiæ perfectæ, & in vera fide. Nam tyranni opus eſt non veri regis & principis, factiones in ſuo regno nutrire, vt vtramque partem diſſidentem inter ſe habens, in illum non conſpirent. Rurſum peccatur in Deum & religionem, dum pluribus diuerſis admiſſis religionibus, ſeu impietatibus, Dei veri cultus contemnitur, cum cuius contemptu, ſtatus reipublicæ aut poteſtas quæ à Deo eſt, diu ſtare nequeunt: vbi enim Deus auerterit ſpiritum ſuum à populo & principe, neceſſe eſt eum concidere, tanquam corpus mortuum & cadauer, quod anima & ſpiritu non viuificatur.

c *Lactãtius li.* 1. *Inſtitu. c.* 20.

d *Diodor. ſicul. lib.* 2.

Prudentia tamen opus eſt, & in præcautione, & in emendatione: præcautio in expellendis nouis dogmatibus, & malis doctoribus, in probãdis his quos ad munus docendi, promoueri oporteat, in admonitione & prædicatione verbi Dei ſyncera.

Quod ſi iam error ſerpſerit, latentérque ſe intruſerit, tunc priuati qui iam venenum hauſſerint reuocandi priùs amicè, & leniter ſunt, prædicationibus, exhortationibus piis & veris, nam religio potius ſuadetur quàm imperatur eò quod ſpontanea voluntate ad meritum creditur, & cordis tantum verus iudex eſt Deus.

e *Lactã. lib.* 5. *c.* 14.

Quis enim, inquit Lactantius[e], imponat mihi neceſſitatem vel credendi quod nolim, vel quod nolim non credendi? nihil tam voluntarium quàm religio: in qua ſi animus auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt.

f *Seneca* 1. *de clementia.*

Ingenia noſtra, vt nobiles & generoſi equi, melius facili freno reguntur[f]: acerba rabies eſt, eorum qui labuntur à ſanitate Eccleſiæ, & prius experiendum eſt num quædam medicina poſ-

ſit illis mederi, antequam abſcindantur. medici in atra bile plus interdum quietè quàm mouendo atque agendo proficiunt. ſunt errores qui potiùs ſunt demonſtrandi, & ad veritatis lucem detegendi vt reſipiſcant ſponte errantes, quàm metu in contumacia obfirmandi, & in quibus plus proficimus docendo quàm iubendo, monendo, quàm minando [a].

a *Diuus Auguſtinus epiſtola 65.*

Si verò nihil verba proficiant aut lenitas, tunc ad remedium extraordinarium perueniendum, eorum, primum gratia, vt reſipiſcant metu pœnarum, & fidem à qua naufragium fecerunt repetant, & ne alios corrumpant, vt Diuus Auguſtinus & alij ſacri patres accuratè docuerunt, & armis etiam aliíſque modis cogendos ad bonum quod reliquerunt, vt etiam in hac re principes & magiſtratus deſides, Deo reddituri ſint rationem [b]. Quæ multo magis locũ habebũt aduerſus authores ſectarum, veluti aduerſus maleficos, impoſtores, veneficos publicos, quos quàm citiùs fieri poterit tolli è republica eſt, vt mẽbra putida quæ ſua contagione niſi abſcindantur, reliqua membra poſſunt inficere & corrumpere: melius enim vt citò pereat vnus, quàm reipublicæ vnitas.

b *pluribus authoritatibus ſacrorum patrum & conciliorum hæc docentur apud Gratianum per totam 23. q. 4.*

*De fauore religionis in voto ſoluendo & ſacrificio, abuſu, & remedijs.*

## CAPVT V.

VTI vnus religionis fauor in genere & in ſpecie priuilegia ſanctiſſima habet: ita in eo inuenitur ſuper ſeminatum lolium, quod eſt ſeparandum. proinde tranſeamus nunc à generali fauore religionis, ad ſingulares, & primũ agamus de voto Deo facto exſoluendo, poſtea de malis quæ eo colore irrepſerunt & remediis.

Vouere voluntarium eſt ab initio vel nòn vouere, ſed poſtea neceſſarium eſt implere [c].

c *ca. licèt, de voto.*

Satiùs eſt enim non vouere, quàm votum, prout meliùs fieri poteſt, non perficere, ca. ſcimus, 9. §. quicunque veſtrum. 12. 9. 1. quę verba etiam relata ſunt ex eccleſ. 5. verſ. 3. & pſalmo 75. verſ. 12. *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius offertis munera.* & Deutero. [d] *Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fuerit, reputabitur tibi in peccatum.*

d *23. verſ. 21.*

Sic Diuus Bernardus tractatu de præcepto & diſpenſatione, *Benedicti regula omnibus proponitur, imponitur nulli; prodeſt ſi deuotè ſuſcipitur: non tamẽ ſi non ſuſcipitur obeſt: hoc enim voluntarium non neceſſarium. Attamen hoc quod dico voluntarium, ſi quis ex propria voluntate ſemel admiſerit & promiſerit, tenendum, profectò, in neceſſarium ſibi ipſe cõuertit, nec tam liberum habet, quod ante nõ ſuſcipere liberũ habuit. Itaque quod ex voluntate ſuſcepit, neceſſitate tenebit. quia omnino neceſſum eſt eum reddere vota ſua quæ diſtinxerunt labia ſua. pſal. 65. & ex ore ſuo aut condemnari* iam



*iam oportet, aut iuſtificari. Cæterùm fœlix, vt quidam ſanctorum ait, neceſſitas quæ cogit in melius.*

Quæ ad rationem contractuum referri poſſunt in quibus ab initio liberum eſt contrahere, vel non contrahere; ſed poſtquam promiſſio facta eſt & contractum, liberum non eſt altera parte inuita à promiſſione reſilire [a]. in voto autem promiſſio eſt ſeu pollicitatio facta Deo, vel ob eius religionem & cultum bonúmque finem, ex deliberatione: & ita obligat [b]. *Sunt quædam*, inquit Auguſtinus, *qui etiam non vouentes debemus: quædam etiam, quæ niſi vouerimus, non debemus; ſed poſt quam ea Deo promittimus, neceſſariò ea reddere cõſtringimur* [c]. Ad ſoluendam hãc voti obligationẽ, multa permiſſa extra cõmunes regulas in quib. cauendũ eſt ne coniungatur abuſus. Ita apud Marcianũ [d], *Illud obſeruandũ eſt, ne qui prouinciam regit fines eius excedat; niſi voti ſoluendi cauſa dum tamen abnoctare ei non liceat.* Calixtus ſummus pontifex, cõmunione Chriſtiana priuat eos qui Romipetas & peregrinos ad vota viſitationum ſanctorum apoſtolorum proficiſcentes ceperit, aut exactionibus onerauerit, aut offenderit [e].

a *l. in commodato. § ſunt cõmoda P. l ſicut, de actio. C.*

b *l. 2. de pollicitationi. lib. 50. P. ti. 12.*

c *ca. ſunt quædam 1. cum ſequentibus 17. q. 1. de quo, vt de aliis ad votum pertinẽtibus diximus lib. 3. partitionum iuris pontificij ti. 2.*

d *in l. illud 15. de officio præſidijs in P.*

2 Cæterum quidam, vel ex temeraria ſeu ſuperſtitioſa ſpecie religionis, vota quædam emittunt inconſultè, & deinceps metu inani religionis, impia exequuntur: aliqui etiam malitioſè prætextu voti pollicitationíſve ex cauſa religionis factæ, alios decipiunt & iniqua operantur. Ad primum caput pertinet antiquorum mos Italorum vouẽdi ver ſacrum, quo voto ſe adſtringebant in magnis periculis cõſtituti, & vouebant quæcunque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolaturos, quo nomine quoque pueri puellæve continebantur. Sed cùm crudele videretur pueros & puellas interficere innocentes, perductos in adultam ætatem velabãt, atque ita extra fines ſuos exigebant, vt ait Paulus ex Feſto: teſtimonium adfert & Nonius ex Siſenna lib. 4. hiſtoriæ: poſſunt & exempla veris ſacri vouendi faciendíque peti à Liuio lib. 22. & 34. & Dionyſ. Halicarna. in 1. Et inde Nonius Marcellus ait vernarum nomen pro comitio & maledicto habitum, quod etiam vernas appellarunt eos qui vere ſacro nati eſſent, tanãqu deuotos ſacróſque & deteſtabiles. Iephte prætextu voti quo vouit Domino, ſi tradidiſſet filios Amon in manus ſuas; holocauſtum ſe oblaturum Domino primum egreſſum de foribus domus ſuę, immolauit filiam ſuam primogenitã quæ ei occurrit reuertenti domum ſuam [f]. ſimile adfert de Agamemnone 12. Cicero [g]. *Quid*, inquit, *Agamemnon? quum deuouiſſet Dianæ quod in ſuo regno pulcherrimum natũ eſſet illo annò, immolauit Iphigeniam.* Verùm melius Alexander rex Macedonum, qui cùm forte monitus, vt eum qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet interfici iuberet, & aſinarium fortè ante omnes obuiam factum, ad mortem arripi imperaſſet. Eóque quærente cur, quidnam ſe immerentem capitali ſupplicio, innocentémque addiceret; & ad excuſandum factum ſuum oraculi præceptum retuliſſet, vſus eſt callido reſponſo aſinarij. Aſinarius quippe reſpondit, ſi ita eſt, inquit, rex, alium ſors huic morti deſtinauit. nam aſſellus quem ante me agebam prior tibi occurrit [h].

e *in ca. 23. ſi quis Romipetas 24. q. 3. & Nicolaus Supõti. in ca. illi quĩ 25. ead. 24. q. 3. innouatum in cap. fi. de treuga & pace lib. 1. decretal. ti. 34.*

f *Iudicũ c. 11*

g *3. officiorum.*

h *vt refert Val. Max. li. 7. c. 3.*

Rex Moab vidẽs præualuiſſe aduerſum ſe hoſtes, arripiens filiũ ſuũ primogenitum qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum, ex quo & facta eſt indignatio magna in Iſrael, quare & obſidionem ſoluerunt eius & receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam [a].

a *Reg 4 c.3.*

Perſuaſit in ſumma prætextu religionis Satan & vt acceptabilia eſſent Deo vota immolandos eſſe homines, imò proprios filios. Idq́, opinor, vt obſcuraret fidem futuram & myſterium redemptionis noſtræ, quam operatus eſt filius Dei vnigenitus, verbum factum caro, Dominus noſter IESVS CHRISTVS, verus Deus & verus homo cui pater non pepercit, ſed pro nobis in holocauſtum datum & ſacrificium, in redemptionis noſtræ pretium aſſumpſit.

Cuius myſterium fuit in ipſo Abrahamo, qui iuſſu Dei admonitus vt immolaret filium vnigenitũ Iſaacum, voluit eius obtemperare voluntati, niſi prohibitus fuiſſet ab eodem iubente Deo, & acceptante voluntatis obſequium [b].

b *Gen. c.22.*

3 Eóque prætextu forſan ille humanæ naturæ hoſtis dæmon perſuadere potuit, filiis Iſrael etiam, filios ei eſſe imolandos: cùm tamen eius alia non ſit intentio quàm vſurpatio diuinitatis & deſtructio creaturarum Dei, maximéque perditio animarum immortalium & corporum, vt ſibi ſocios paret pœnarum æternarum in carcere illo cui in perpetuum addictus eſt.

c *Li.6. genialium dierum.*

Refert Alexãder ab Alexan. [c] exempla crudelium ſacrificiorum, vt Scythotauri aduenas Dianæ immolabant, & alij, vt ipſe tradit. Galli olim patere Heſum & Teuthatem Mercurium, quos humano cruore placabant, grauioribus morbis aut periculis affecti, ad placandas deorum ſuorum aras, aut homines immolabant, aut ſe immolaturos vouebant.

Apud Phœnices & Carthaginenſes, nimium diu ſeruatum, vt infantes, principali honore inſignes ſorte ductos, in regio ornàtu Saturno immolarent hoſtias: à quibus ſacris cùm ceſſaſſent poſtea victi ab Agatocle, deos poſtea ſubiratos rati, vt numen placarent, ducentes nobilium filios mactarunt ad aras, adeò cæca mortalitas ſub nomine religionis ad infandas agebatur cædes præceps, vt ait Alexan.

d *Lib.1. Satur. c.7. & c.11.*

Meminit Macrob. [d] de impiis ſacrificiis in Ditis ſacello & Saturni ara, cuius feſta Saturnalia nominauerunt: vbi diu humanis capitibus, Ditem: & virorum victimis Saturnum ſe placare putabãt, propter oraculum in quo erat ϗ κεφαλαὶ ἅδῃ, ϗ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Quæ tamen infauſta ſacrificia pulchra & humana interpretatione infauſta Hercules mutari perſuaſit & inferre Diti non hominum capita, ſed oſcilla ad humanã effigiẽ arte ſimulata: & aras Saturnias non mactatione virorum, ſed accẽſis luminibus exolere, quia non ſolum virum, ſed & lumina φῶτα ſignificant.

Mentẽ corripuit hæc impia ſuperſtitio etiã aliquãdo populo Iſraeli & Iuda commixta gentibus, vt ait Dauid pſal.105.v.35.& ſequent. *& didicerũt opera eorũ, & ſeruierunt ſculptilib. eorũ, & factum eſt illis in ſcãdalum, & immolauerũt filios ſuas, & filias ſuos dæmonijs, diis quos ignorabant, & effuderunt ſanguinem innocẽtem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.* Hoc aut em operabantur in loco dicto Tophet in valle filiorum Ennom, in valle occiſionis, & in excelſis Baalim edificatis ad comburendum filios igni in holocauſtum Baalim [a]. hoc namque ex gentilibus mutuati quodque prohibuit Deus Deutero. c.12. verſ.29. & ſequentibus. *Quando diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris poſſidẽdas, & poſſederis eas atque habitaueris in terra earum, caue ne imiteris eas poſtquam fuerint te introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremonias earum, dicens, ſicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo, omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus fecerũt dijs ſuis, offerentes filios & filias & comburentes igni, quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quicquã vel minuas.* Et Leuitici c.20. verſ.2. *Si quis dederit de ſemine ſuo Moloch, morte moriatur. populus terræ lapidauit eum.* &c. & c.18. verſ.21. *de ſemine tuo non dabis vt conſecretur Idolo Moloch, nec polues nomen Dei tui, ego Dominus.* Rex Ioſias vt tolleret hanc abominationem, contaminauit Tophet, quod erat in conualle filij Ennom, vt nemo conſecraret filium ſuum aut filiam per ignem Moloch. [b]



a *Hieremiæ c.19.*

b *4. Reg. 23. 10.*

4 Deuouerunt & multo crudelius ſe ipſos quidam morti, prætextu religionis: credentes ſe ideo placandos iri Deos, vt M. Curtius, qui cùm in media parte fori Romani vaſto ac repentino hiatu terra ſubſideret, reſponſúmque eſſet, re illum tantummodo compleri poſſe qua populus Romanus plurimum valeret, militaribus inſignibus ornatus equum conſcendens, eum vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit [c]. Sic Decius cùm Latino bello Romanam aciem inclinatam & penè iam proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute reipublicæ deuouit [d], filium Decium & idipſum feciſſe teſtantur [e].

c *vt ait Liuius in 7. Oroſ. in 3.c.5. Valerius Maximus lib.5.c.6.*

d *vt idem Valerius ſcribit eodem loco, & Liuius in 8. & in 10.*

e *vt & Zonaras & Cicero in Catone.*

5 Alij quoque voto ſe obligarunt alios necare, vt in Actis apoſtolorum c.23. verſ.12. collegerunt ſe quidam ex Iudæis & deuouerũt ſe dicentes, neque manducaturos neque bibituros donec occiderent Paulum. Et cùm natus eſſet IESVS in Bethleem, & veniſſent magi ad eum adorandum, & ad offerẽdum ei munera vota; impius & crudelis Herodes, finxit ſe quoque velle eũ adorare, & mittẽs illos in Bethleẽ dixit, ite & diligenter interrogate de puero, & cùm inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum: cùm tamen eius intentio eſſet eum necãdi, vt poſtea apparuit [f]. Iehu rex vt occideret facilius omnes prophetas Baal in Iſrael, congregauit omnẽ populum & dixit ad hos, Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal & vniuerſos ſeruos eius & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat. ſacrificium enim eſt mihi grande Baal, quicunque defuerit non viuet. Porrò Iehu faciebat hoc inſidioſe, vt diſperderet cultores Baal. Et dixit, Sanctificate diem ſolemnẽ Baal. vbi enim cõgregati fuerunt, iuſſit omnes occidi, & deſtruxit ſtatuam & fanum Baal & fecerunt in æde eius latrinas. Fuit quidem bonum opus & Deo acceptabile tollere idololatras & cultum peſſimum, verùm illi qui necati ſunt, ſub ſpecie

f *Diui Mathei c.1. verſ.8. & ſequentib.*

a 4.*Reg.ca* 6.

colendi ſua idola obtruncati fuerunt [a].

6 De alio autem capite & de illis qui prætextu voti ſoluendi, & religionis deceperunt alios, plura occurrunt exempla, ex quibus pauca ſufficiet recenſuiſſe illud inſigne, quod ſub prætextu voti ſoluendi & muneris offerendi Mineruæ, Troya quæ per obſidionem 10. annorum capi à Græcis non potuerat, capta & direpta fuit, admiſſo equo ligneo quo incluſi erant hoſtes Achiui, qui eo munere deceperunt Troyanos, vt ſcribit Tryphiodorus Ægyptius Grammaticus & Poeta, libello qui dicitur Ἰλίου ἅλωσις, Ilij excidium. & Virgilius lib. 2. Æneidorum. Scribit Philippus Commineus [b] Florentiæ duas fuiſſe generis factiones, Medicorum & Pacorum. Pacorum verò partibus fauiſſe ſummum pontificem & regem Neapolitanum, coniuraſſéque domum Pacorum necem Laurentij Medici, qui eius domus erat princeps & ſui generis: vſus autem pro exequenda tam ſceleſta coniuratione religionis occaſione, atque ſolemni die, hora qua miſſa ſolemnis celebrabatur cui aderat dictus Laurentius cum ſuis, aggreſſos tantum ſcelus & inermes Medicos, dato ſigno, vt dum presbyter concineret, Sanctus, Sanctus, Sanctus, tunc illos aggrederentur quod fecerunt. euaſit tamen Laurentius cæteris obtruncatis. Factum & eſt cùm adoraret Sennacherib rex Aſſyriorum in Niniue, in templo Neſroſch deum ſuum, vt A. ramelech & Saraſar filij eius percuſſerint eum gladio [c].

b *in vita Ludouici xi. libro* 1. *cap.* 122.

c *Eſaiæ* 37.38.

Multi & interpretatione voti arbitraria, vel ipſum Deum ſi fieri poſſet, decipere ſatagunt, vt apud Æſopum in 47. fabula ὁδοιπόρου ſeu viatoris, vbi viator qui Mercurio vouerat, ſiquid in itinere inueniſſet, dimidium ſe ei dedicaturum, nactus peram cariotarum & amygdalarum plenam, ea accepta comedit, ſed cariotarũ oſſa & amygdalarum cortices ſuper altari quodam impoſuit, inquiens, Habes ô Mercuri votum, nam rei inuentæ exteriora & interiora tecum partior.

Euaſit Samuel manum Saulis, cùm eſſet profectus ad vngendum Dauidem in regem, dicens ad immolandum Domino veni [d].

d 1.*Reg.ca.*16.

Abſalon occupaturus regnum Dauidis, coniurationibus completis, ſeparauit ſe à patre ſub prætextu voti ſoluẽdi, & ait illi, Vadam vt reddam vota mea quæ voui Domino meo in Ebron: miſit autem interim exploratores in vniuerſis tribus Iſrael, ſtatim vt audietis clangorem buccinæ, dicite regnabit Abſalon in Ebron [e]. compertum & aliquando, ſub ſpecie peregrinorum & Romipetarum, & ſub habitu monachorum quoſdam euaſiſſe, & ſecretas domino actiones, compoſuiſſe reipublicæ pernitioſas.

e 2. *Reg. ca.*15.

Sub ſpecie benè ſoluendi voti, voluerunt decipere Romanos contraria dedicatione Etruſci, ſi quidem vt refert Gellius [f], Ex M. Verij Flacci libro rerum memoria dignarum, cùm Haruſpices ex Ethruria hoſtili & inimico animo à Romanis acciti, quando ſtatua Romæ in comitio poſita Horatij Coclitis fortiſſimi viri de cœlo tacta eſt & id fulgur, piaculis luendum eſſet, contrariis religionibus ſtatuiſſent vt nocerẽt Romanis, ſtatuam in inferiorem locum ponendam quæ eſſet in locum editum ſubducenda, de perfidia detecti & confeſſi necati ſunt, prætextu ſacrificij faciendi decepit & necauit Himilconem

f *Lib.*15.*ca.*3.



nem regem Carthaginenſium, Gelon rex Syracuſorum, vt refert Po-
liænus lib 1. ſtratagematon in Gelone [a]. Sed & Solyſon Callitellis fi-
lius, vir popularis, cùm electus fuiſſet dux à Samiis aduerſus Æoles,
neque illi celebrarent ſolenne feſtum in templo Iunonis longius ab
vrbe remoto, finxit ſe grauiter id ferre & velle celebrare, quod po-
pulus probans & ad locum profectus eſt: verùm Solyſon nocte in
vrbem reuerſus, inductis hominibus, imperium tunc Samiorum oc-
cupauit [b]. narrat & Iuſtinus libro 21. Dionyſium Syracuſanorum ty-
rannum, cum rapinæ occaſio deeſſet, vniuerſam ciuitatem callido
cõmento circumueniſſe, & prętextu voti ſoluendi Veneri, poſtquam
perſuaſiſſet mittendas eſſe electas ex omnibus melius ornatsa, im-
miſſis militibus illas ſpoliaſſe.

a *& latius explicabo infrà c.8.num.*14.

b *vt ait Polyænus lib.* 6. *Stratagem.*

7 Remedia porrò vt obuiam eatur abuſui voti cauſa, conſiderare debent qui ab eo præcauere volunt, in ſumma, res deuotas, ſeu promiſſas, perſonas vouentes, & quibus promittatur, & modum promittendi vel exequendi voti.

Peccarunt namque plures dum vouent & promittunt Deo, quę ei non placent, vel quæ promitti non debent. vt dum filios olim quidã immolarunt & ſe ipſos, ſine diſcretione mortẽ ſibi inferentes. ſe enim Deo vouere hoc laudabile, & ſua quoque, & Deo gratum auth. ingreſſi C. de ſacroſanct. ecc.

At ſibi mortem inferre prætextu voti, hoc reprobatũ eſt per præceptum non occides; ſcilicet nec alium nec teipſum.

Vouere poſſumus quæ noſtra ſunt. ſic enim dictum, Honora Dominum de tua ſubſtantia [c]. At aliena vouere non eſt noſtrum, non minus quàm diſpoſitio de rebus alienis, quæ prohibetur [d]. homo autem, non eſt Dominus membrorũ ſuorum, vt illis poſſit abuti [e]. mala vota, id eſt deſideria, & optare malum: improbantur etiam & ab ethnicis, vt docet Seneca [f].

c *Prouerb.*3.

d *ti. de rebus alien. nõ alienã. li.*4. *C. ti.*31. *l.* 11. *de regu. iur.* P. *l.*3. *de rei vindica. C. l.* 5. *de acquirẽ. poſſeſſ.* P. *l.*28. *de contrah. emp.* P.

e *l. liber homo, ad legem Aquil.* P.

f *li.*6. *de beneficijs c.* 37. *&* 38.

Sed nec de re mala votum eſt recipiendum aut exequendum. vt ſi promittatur adulterium, furtum, ſacrilegium, prohibita in ciuili etiam obligatione, l. veluti, l. generaliter, de verbo. obliga. P. Deus enim cui hæc promiſſio voti fit, reiicit ſuis mandatis huiuſmodi opera. Perſonæ vouentium inſpiciuntur, an poſſint vouere, & ita ſe obligare. ſunt enim quædam quæ non poſſunt vel abſolutè, vel niſi adhibitis circunſtantiis quibuſdam abſolutè, qui non poſſunt ex defectu mentis contrahere, nec poſſunt viuere, vt furioſi infantes, & alij qui iudicio carent [g]. & qui arbitrij ſui non ſunt, vt monachi ſine conſenſu abbatis [h]: quia neque velle habent [i], vt non vxor ſine conſenſu viri [k], in his quæ reſpiciunt debitum mariti.

g *c.*1. *de regula.*

h *c. nõ licet* 20. *q* 4.

i *c. quorundam, c. ſi religioſus, de electio. in ſex.*

k *c. manifeſtũ, ca. noluit* 33 *q.* 5.

l *c. niſi cum pridẽ. de renũcia. c. magnæ, de voto.*

Adhitis circunſtantiis autem non vouent, qui ex voto diſſipant aliunde vinculum religionis quo prius adſtricti erant [l], ſic non vouent clerici in præiudicium eccleſiæ cui debent aſſiduitatem, peregrinationem longam, ſine licentia ſui prælati c. magnæ, de voto: de aliis perſonis quibuſdam prohibitis. idem dicendum [m].

m *in l.*2. *de pollicita. in* P. *cum ſimilib. de quibus nos alibi in partitionibus iuris pontificij.*

Quibus etiam votum ſeu promiſſio fiat inſpici debet, nam vota vel promiſſiones factę dęmoniis reſcindendæ ſunt potius quàm implendæ. Si quis diis argenteis votum vouerit & non reddiderit, neque hoc requirent [n].

n *Baruch c.* 6. *verſ.*34.

Modus & finis pollicitationis voti, detegit eius naturam, vt ſi fiat deliberatè & ad bonum finem, fauore ſuo donetur: ſin minus, nequaquam.

Intentio quippe obligandi debet adeſſe, cum promiſſione firmata[a], quæ ſi aderit cum bono fine non debent admitti qui promiſerunt ad perfidiam, vt ſine cauſa fidem Deo datam rumpant, cùm & Dei vindicta immineat tacentibus hominibus[b].

a *ca. qui bona agunt* 4. 17. q. 1. *c. conſulti, de reg. c. nuptiarum* 27. q. 1.
b *ca. Ananias* 17. q. 1.

Neque poteſt Deum latere diffugium doloſum, quia ipſe occulta mentis nouit, neque explicatio extra bonam fidem voti, illum fallere poteſt, ſed ad ingratitudinē & in caput artificis ars conuertitur.

Superſtitioſa etiam vota reiicienda quemadmodum & in conſilio Tridentino ſeſſione 22. In decreto de obſeruandis & vitandis in celebratione miſſæ, ſic ſtatutum, *Quarundam verò miſſarum & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione inuentus eſt, omnino ab eccleſia remoueant (ſcilicet epiſcopi ordinarij locorum, de quibus agitur ibidem) doceántque populum quis ſit, & à quo potiſſimum proueniat ſanctiſſimi huius ſacrificij tam cœleſtis ac pretioſus fructus.*

Sed & qui ſuſpectos habent vouentes, non debent ſe exponere temere omnibus, neque ſua, neque ſacrorum tempore: ſed ſe premunire etiam tunc, vt & mediceos oportuerat præcauere in eccleſia quoque. neque enim inimicitiæ ceſſant inter improbos tempore ſacrorum, vt docent exempla Himilconis & Solyſonis ſupra relata. Quo tempore etiam veri Chriſtiani intenti religioni ſunt, tunc Sathan inſidias eis maiores machinatur. Chriſtus orabat, dormiebant diſcipuli, Iudas vigilabat, & ad proditionem Iudæos eius inimicos armauit & præparauit.

8 Aliud exemplum poteſt etiam præcautionem admonere, ne arma qui alios ſuſpectos habent relinquant, quod refertur à Polyæno[c] de Megarēſibus quos cùm vellet inermes eiicere vrbe & ex Chalcidenſibus Theocles, finxit ſe belli tempore votum nuncupaſſe, ſi vrbe potiti ſine periculo fuiſſent, duodecim diis: ſacrificia peracturum, pompámq; armis ornatam celebrationē. Item Megarenſes nihil mali ſuſpicantes, Chalcidenſibus arma mutuantibus dederunt ad pompam donec ſacrificium perageretur: at poſtquam armati in foro conſtitiſſent, iuſſit Megarenſes aut ſolis occaſum ex vrbe diſcedere, & ita inermes Megarenſes è Leontino pulſi facilè.

c *lib. 5. Strategema.*

Midas etiam vt refert idem Polyænus lib. 7. ſimulās ſe diis magnis ſe rem diuinam facturum, per noctem Phryges cum tibiis, tympanis ac cymbalis eduxit, quibus enſes occultè geſtandos dederat. Ciues è domibus egrediebantur ad ſpectaculum, at illi tympana cymbaláq; pulſantes, ſpectatores trucidauerunt & in ædes apertas impetu facto Mydam tyrannum conſtituerunt.

*De defenſione religionis & fidei.*

## CAPVT VI.

SEMPER verus amor in ſe ipſo creſcit, nec ei ſufficit, rem amatā ſi diuina ſit, conſequi & colere: ſed vltro cupit vt omnes eandem diligant, ament, colent & ſequantur.

Religio-



Religionis & fidei zelus & feruor, tantum inter homines poteſt, qui de Deo habent & de immortalitate animæ, déque futura vita, vel morte æterna cognitionem, vt nihil non agant eius cauſa & fauore, & contraria omnia non deteſtentur & abhorreāt, & ideo in vindictā offenſæ aduerſum mandata Dei & cultum eius, toti feruntur, omníque impetu corporis & animi.

Ita filius Eleazari filij Aram ſacerdotis, cùm vidiſſet quòd vnus ex filiis Iſrael intrauerat coram fratribus & Moyſe contra prohibitionem, ad ſcortum Madianitidem, arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus[a].

a *Nu. c. 25. v. 7*

2 Moyſes quoque armauit omnes filios Leui contra idololatras qui vitulum aureum fecerant & adorauerant, & cecidit ex illis quaſi triginta millia[b].

b *Exod. c. 32.*

Delere iuſſit Deus gentes idololatras vſque ad internitionem[c]. Elias zelo zelatus pro Domino Deo exercituū, prophetas Baal interfecit in torrente Ciſon[d].

c *Deuter. 7.*
d 3. *reg.* 18. *ver.* 40.

Sic Samuel concidit in fruſta Agag regem Amalech coram Domino in Galgatis[e].

e 1. *reg. c.* 15. *v.* 33.

Mathatias videns Iudæum quendam in omnium oculis ſacrificare idolis, ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis, doluit, & contremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram: ſed & virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare occidit in ipſo tempore, & aram deſtruxit & zelatus eſt legem ſicut fecit Phinees Zamri ſuper filio Salomi. Et exclamauit Mathathias in ciuitate, dicens, omnis qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum; exeat poſt me. Et fugit ipſe & filij eius in montes, & reliquerunt quęcunque habebant in ciuitate[f].

f *Machab. c.* 2 *ver.* 24. *& ſeq.*

Iehu zelo Domini ductus, occidit domum omnem Achab, & vniuerſos prophetas Baal[g].

g 4. *reg. c.* 9. 11 *ca.* 10.

Aod quoque offerēdo munera Eglon regi Moab, qui opprimebat populum Iſrael per inſidias necauit[h].

h *Iudicum c.* 3. *verſ.* 16. *& ſeq.*

3 Nihil magis diſcipulos Domini aduerſum ethnicorū audaciam, impugnationē, pericula illata & aduerſum metū præſens mortis armauit, quàm religio quæ cum gratia ſancti ſpiritus quæ nunquam Deum inuocantibus reliquit, ita ad cōtemptum omnium imò ſui etiam ipſius incitauit, vt Deo eiúſque fidei & religioni poſtponenda cenſuerint vniuerſa. Duóq. hîc maximum robur habent, vnū de immortalitate animæ, recta firmáque ſentētia alterū beatitudinis poſt labores iuſtos, & mandatorum Dei obſeruationem, ſpes certiſſima & ex contrario mortis æternæ aduerſus impios præparata habitatio.

Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans & præponens Theſauro Ægyptiorū, improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem vt ait Diuus Paulus ad Hebræos ca. 11. verſ. 26. Exod. ca. 2. Gedeon, Barach, Samſon, Iephte, Dauid, Samuel, per fidē vicerūt regna,

operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora leonum, extinxerūt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum &c[a].

a ad Hebræos dicto c. 11. Iudicum 6. verſ. 11. & c. 4. ver. 6. & c. 13. ver. 24. & c. 11. 1. &c.

Qui in pugna ſunt, alacriores redduntur ad certandum, vbi opinantur ſe viribus & multitudine hoſtes ſuperare: & quaſi certam tenentes victoriam, vel ſe defendunt vel inuadūt cum maiore impetu.

Hac autem ſententia mens eorum impletur, qui norunt Deum omnipotentem, Deum ſebaoth ſeu exercituum: & qui eius cauſam defendendo credunt auxiliari ſibi; & victorem facilè eum quando voluerit, euaſurum, diuitem & prōptum ad remuneratione illorum qui eo animo laborant vt etiā olim in ethnicorum ſuperſtitionibus, hoc ipſum maximum addidiſſe momentum victoriis legimus, conciliatis numinibus, captis vt videbatur fœlicibus auguriis.

Legi & ſæpe fraudibus religionis vſos duces, animóſque militum veluti numine auxiliarij ad pugnā fuiſſe roboratos, vt apud Polyænum[b]. Archidamus cùm in Arcadia pugnam committere vellet in poſterum diem, Spartiatas confirmauit noctu ſtatuens aram, eámque armis ſplendidiſſimis armans, equos duos circumagens. Cùm enim intellexiſſet, manipulares duces & centuriones noua conſpicientes arma & duorum equorū veſtigia atque ſpontaneā aram, interpretati ſunt Dioſcuros auxilium laturos: & ita Spartiatę ſumptis animis & religione commoti ſtrenuè pugnarūt atque Arcadas vicerunt. Sic accidit etiam victoria Thebanis duce Epaminonda qui cùm pauci eſſent contempſerunt Cleombrotum & quadraginta mille ſociorum Lacedæmoniorum apud eundem Polyænum lib. 2. cùm enim multitudine perterriti ab initio pugnam detrectarent, Epaminondas perſuaſit vt forti eſſent animo duabus rationibus. nam primo ſubornauit virum ignotum coronatum & vitta redimitum, qui progredientibus ex vrbe eos deciperet & diceret, Trophonius iuſſit vt Thebanis renunciarem, ſe victoriam dare his qui principes pugnā inirent. Sicque Thebanis Dei vaticinium adorantibus, Epaminondas iuſſit in Heracleum venientes vota facere: antea quoque cum Herculis ſacerdote conſtitutum, vt templum aperiret & arma repoſita ſubmoueret, & terſa Deo rurſus apponeret, ipſéque cum miniſtris ſuis de medio recederet nemini quicquam enunciantes. Poſtquam verò milites cum ducibus in templum ingreſſi, viderunt apertas ianuas nullo miniſtrorum præſente, ac etiam arma vetuſta perpurgata recens & fulgentia conſpexerunt coram, (eum namque putabant Deum) clamorem ſuſtulerunt, & diuina confidentia impleti ſunt, tanquam Herculem pugnæ ducem habentes, ſícque accidit vt ſumptis viribus quadraginta millia contemnerent.

b lib. 1. Stratagema.

Timoleon etiam pro ſocietatis iure auxilium Syracuſanis ferens[c], oraculi ſuppoſitione ad eandem cauſam abuſus eſt, nam in collem quendā altiſſimum & excelſum aſcēdit, & cùm vidiſſet quinquaginta millia Carthaginenſiū explicata, locū verò infeſtū procellis, & ventū aduerſū hoſtibus fieri; cōgregata concione, in hoc tēpore, inquit, hoſtes capi neceſſe eſt: etenim oraculū extare, eos qui in illo loco aciem

c vt narrat idem Polyænus Stratag. li. 5.



aciē collocarēt, perituros: cōprobari autē oraculū tempeſtate repentina. Quare Græci magnis animis ſumptis, pauci cōplures fuderunt.

Aliud factum refert idem author lib. 7. nō contemnendū, ab Amaſi, in eo bello quod aduerſus Arabes habebat: vbi à tergo Ægyptiorum, conſtituit ſtatuas eorum deorum qui apud ipſos ſummo honore & religione colebantur, vt hoc modo alacrius pericula ſubirent, arbitrantes ſe deos habere ſpectatores, quos nequaquam hoſtibus prodere aut relinquere deberent.

4 Fuit inter Chriſtianos bellum in Turcas & Sarracenos expeditius, ad quod & hominum maior copia confluxit, tempore quo remiſſio peccatorum prædicta eſt euntibus ad illud, vel pecunias cōtribuentibus, crucis ſigno indicto militibus, vnde & ea expeditio aut bellum, Cruciata dicitur. qualis publicata fuit per vniuerſum orbē à Iulio 2. ſum. pontif. anno Domini 1517. Quemadmodum ſcribūt Surius in hiſtoria & Sleidan. lib. 1. ante anno Domini 1188. Fridericus primus imperator cum pluribus principibus & grandi multitudine Germanorum cruce ſe ſignarunt ad eandem pugnam maiori audacia & fortitudine exequendam[a]. Tempore Gregorij & eius ſucceſſoris Clementis ſummorum pontificum Richardus regis Anglorum filius rex Galliarum & alij comites & duces expeditionem pararunt pro liberanda terra ſancta, cruce ſe ſignantes adhibitis ſanctis ſtatutis & conceſſis pluribus à ſummis pontificibus priuilegiis, de quibus ſcribit Guillelmus Venbrigenſis[b].

a vt habetur in æditionibus ad Albertum Schafnaburgū in eodem anno latius.

b lib. 3. rerum Anglicarum c. 20. 21. 22. 23.

Eugenius 3. ſum. pontif. quoque cruce ſignauit, & excitauit contra Turcas Ludouicum regem Galliarum, vt eſt apud Platinam in vita Eugenij 3.

Anno Domini 1280. ſub Clemente 4. ſum. pontif. Albertus Lantgrauius Thuringiæ & Marchio Ottho de Brandeburg cum filio ſuo, Albertus quoque de Brunſvvig, & multi alij in Pruſiam peregrinantes contra paganos cum ſigno crucis profecti ſunt.

Alexandro 4. ſum. pontif. cum Ecellinus tyrannus totam ferè Venetiam occupaſſet & Mantuam obſideret, Philippum Fontaneſium archiepiſcopum Rauennatem, Venetias properè miſit qui prædicata Chriſti cruce comparatóq; exercitu, Anſediſium Ecellini ex vxore nepotem Patauio expulit vt ſcribit Platina in Alexan. 4.

Cruciata quoq; expeditio eſt indicta, contra Fridericū 2. cui Gregorius 9. imperiū abrogauit, celebrato conſilio cū Cardinalibus[c].

c vt ſcribunt Blondius li. 7. deca. 2. Albertus Krantius lib. 8. hiſtoriæ c. 8.

5 Sed nec omittendū Attali factum, quod refert Polyænus lib. 8. Stratagem. Attalus quippe, cum Galatis ſeu Gallis magnum numerum habentibus, prælium cōmiſſurus, milites ſuos timore perculſos confirmare atque alacres reddere volens, ante cōflictus periculum, victimam apparauit, Sudio Chaldęo vate ſacrificium obeunte: ipſe dęos precatus libauit & victimam diſſecuit. Rex contrito gummi, inſcripſit in dextram manum, regis victoria inſcriptionem non à ſiniſtris ad dextera, ſed contra à dextris ad ſiniſtrā: & cum viſcera extraherentur, ſuppoſuit manum in calidiorem ac fungoſum locum, abſterſitque inſcriptionem. vates percurrens fruſtra reliqua, ac bilem, portáſque, menſam, atque omnia ſigna perſpiciens, conuertit parti-

culam quæ inſcriptionem continebat, qua regis victoria ſignificabatur. Itaque tum ipſe gaudium concepit, tum vniuerſis militibus ſignum oſtendit, qui accedẽtes & legentes fiducia replebãtur: omnéſque vociferabantur iubentes ducere aduerſus barbaros & alacres animis in pugnam ruentes, Gallorum multitudinem ſuperarunt.

*De abuſu prætextu religionis defendendæ.*

## CAPVT VII.

GENTILES omnes ferè, prætextu religionis perſecuti ſunt Chriſtianos ad internitionem vſque, vt tempore Antiochi Iudæos[a]. Et Caiphas pontifex religionis Iudęorum prætextu conſeruandæ, conſilium coegit & ſententiam tulit contra Dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM[b]. *Quid facimus*, inquit, *quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum omnes credent in eum, & venient Romani & tollent locum noſtrum & gentem.* & poſtea, *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Et tempore Diui Pauli[c], Demetrius argentarius faciens argenteas ædes Dianæ Epheſi, concitauit ſeditionem in Chriſtianos, prætextu religionis: cùm tamẽ ei magis cura eſſet de lucro quod adimi ſibi videbat, ſi tolleretur Dianę ſuperſtitio per veram fidem Dei. Sícque Domini Pythonicæ, à qua D. Paulus ſpiritum diuinatorem eiecerat, cùm viderent ſpem lucri quod ex illa colligebant, ceſſaſſe, concitarunt turbas prætextu religionis, dicentes Paulum & ſocios contra religionem prædicare[d], & Libertinorum & Cyrenenſium ſynagoga[e], cùm non potuiſſent reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur per os D. Stephani, cõmouerunt plebem & ſeniores & ſcribas, & ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent, homo iſte nõ ceſſat loqui aduerſùs locum ſanctum & legẽ. & ſic primum in Chriſtianos bellũ, vt Optatus Mileuitanus loquitur li. 3. ſeu perſecutio mota eſt ab Scribis, in qua D. Stephanus mortuus eſt, idem & Euſebius lib. 2. c. 1. notat. Hoc prætextu religionis ſublatus Naboth. cùm enim noluiſſet hæredium vel vineam à patre & maioribus relictã vendere regi Achab, Iezabel vxor regis, eius nomine miſit literas ad populum vbi erat Naboth, vt prædicarent ieiunium & facerent ſedere Naboth & ſubmitterent duos filios Belial contra eum qui falſum teſtimonium dicerent, quòd is benedixerat Deum & regem, & lapidarent eum, quod & factum eſt[f].

a 1. *Macha.* 1. & 2. c. 6.
b *Diui Iohan. euã.* c. 11. *verſ.* 47. & *ſeq.*
c *in Actib. Apoſtolorũ* c. 19. *verſ.* 24.
d *Actor.* 16. *verſ.* 18. & *ſeq.*
e *Actor. ca.* 6. *verſ.* 10. & *ſeq.*
f 3. *Regũ* c. 21. *verſu* 8. & *ſeq.*

2 Scribitur & Daniel c. 6. quòd cum cogitaret rex cõſtituere Danielẽ ſuper omne regnũ, Satrapę inuidi, cùm inueniſſent eũ eſſe fidelẽ, dixerũt nõ inueniemus Danieli huic aliquã occaſionẽ, niſi fortè in lege Dei ſui, & proinde curarũt edictũ fieri à rege, ne intra triginta dies à quocunque Deo vel alio fieret vlla petitio, niſi à rege: eóque ſancito curioſius obſeruarunt Danielem, & inuentũ orantem vt mos eius erat in domo flexis genibus Deum, detulerunt & accuſarunt tanquam tranſgreſſorem edicti regij, & in leonum lacum proiici necandum curarunt. vnde tamen Dei adiutorio liberatus eſt.

3 Mirum eſt, attamen verum referunt Sleidanus in ſexto, Surius in hiſtoria, & Gilbertus cognatus in tragicis narrationibus, tantùm valuiſſe religionis opinionem, vt anno Domini 1527. quidam Anabaptiſta Sangalli oppido Heluetiorũ, caput fratri ſuo Germano prę-

cidendo



cidendo præſente vtroque parente, illis perſuaſerit id ſibi diuinitus imperatum: quod tamen non potuit perſuadere magiſtratibus, qui eum eadem pœna ſuſtulerunt. Notum autẽ & de Anabaptiſtis, quod cuiuſdã libertatis Euãgelicæ prętextu gratę, plures velut ad pileũ vocatos facilè commouerunt, & turbarunt ſacroſanctam religionem pacémque publicam.

4 Vt Syrus quidam nomine Eunus, fanatico furore ſimulato, dũ *Syriæ deæ* ceremonias iactaret, ad libertatem & arma ſeruos quaſi *numinũ* imperio concitauit, atque vt diuinitus id fieri probaret, in ore abdita nuce quam ſulphure & nuce ſtipauerat leniter inſpirãdo flammã inter verba fudiſſe fertur: hócque miraculo collegiſſe pluſquam quadraginta millia ſeruorum.

5 Occurrit apologus Æſopicus 6. felis & galli, quò mores fallaces hominum impiorum & nocendi auidorum, atque lucri cupidorum præſtringuntur, qui prætextu vindictæ religionis violatæ, quos perdere volũt, clàm aggrediuntur, poſtea verò dum detegi imposturas ſuas prouident, aperto & ſublato velo opprimunt. Felis enim comprehenſo gallo, cum rationabili cauſa obiecta volebat deuorare, cęterùm accuſabat illum dicendo moleſtum eſſe hominibus nocte clamando neque permittendo ſomno frui. Eo verò reſpõdente ſe illud ob vtilitatem eorũ facere, vt ad conſueta opera excitarentur: rurſum felis cauſam adferebat quod impius eſſet erga naturam, cum matre ac ſororibus coeundo, eo autem & ad vtilitatem dominorum hoc facere dicente, cùm multa huic ipſis oua pariantur, felis prętatus, ſed, etſi tu multis abundes reſponſionibus, ego tamen ieiunus non præſtabo, & ipſum deuorauit.

6 Narrat Ioſephus[a], tẽporibus Claudij & Neronis CC. in Samaria & Iudęa bella excitata ciuilia, cõtra quæ miſſus eſt à Nerone Veſpaſianus. Accidiſſe autẽ peſſimos quoſq; eius patrię cõueniſſe in vnũ, vel cõiuraſſe: atq; ſe ſpecioſo nomine zelatorũ appellaſſe, prætendẽtes ſe arma tãtùm capeſcere pro defenſione religionis & templi Iudęorũ: quo colore quotidie impia & ſceleſta cõmittebãt, neq; de pace quicquã quẽquã proloqui patiebãtur, vt interim ſecurius prędarẽtur, donec ea pertinacia victi, ipſimet ignẽ ſuppoſuerũt tẽplo Hieroſolymorum, pro cuius defenſione dicebãt ſe pugnare. Fertur & intuliſſe bellũ patri Henrico 4. Cæſari, filius, prætextu religionis ab aliquib. perſuaſus[b]. Anabaptiſtę quoq; cuiuſdã libertatis gratæ Euãgelicæ prætextu, plures velut ad pileũ vocatos facilè cõmouerunt, & turbarunt religionẽ pacémq; publicã, cladibúſq; & ſanguine polluerunt eandem. Sed nec incertum eſt Alborum ſectam in Italia inualuiſſe quæ errabunda per regiones currebat, crucem præferebat, hymnos canebat: noctúque eo loco quem ſors obtulerat, quietem capiebat: ſexus vtriuſque ſimul procumbente multitudine[c].

a *lib.* 5. *de bello Iudaico* c. 5. & *lib.* 6. c. 1. 2. & *ſequent.*
b *vt ſcribit Sabellicus & Albertus Krantius lib.* 5. *Saxoniæ* c. 17. 18. & 20.
c *de qua Platina in Bonifacio* 9. *Polydo. Verg. li.* 7. c. 5. *de inuento. rerum.*

Ea ſemper aliorum hereticorum conſuetudo, vt dum ambitione ſuprema, metu ne puniãtur, temporaliũ bonorum habendorũ ſtimulis pelliciũtur & ſtimulãtur, Dei velũ & fucũ obtrudãt, & à legitima pricipũ obedictia ſubditos auocẽt, melius eſſe obediẽtiũ Deo quã hominib. prędicẽt, ſicq; iugũ poteſtatis legitimę ſubuertere conentur,

vt poſtea populo ad arbitrium & ad exequenda furiarum incendia quæ parata habent, abutatur. Aggrediũtur autẽ prius principes ipſos doloſis verbis & piis & religioſis, vt videtur, vt illorũ inſtrumenta aduerſum alia quæ per ſe expugnare nequeũt, vtantur, & ſi nihil apud illos profecerint, vel ſi deprehendi dolos ab ipſis ſentiant, ad alios ſe conuertunt apud quos, eos quos nõ potuerunt decipere calũniantur, zizaniã ſeminãt, faces ſeditionis ſubmittũt, conturbant omnia principes in ſubditos, & ſubditos in principes concitant. Non eſt quod proſequar turbas, tumultus, bella, ſeditiones, infanda ſcelera, rebelliones, proditiones, cõiurationes, ſacrilegia, impoſturas, fucos prætextu religionis quæ in Anglia, Germania, Flandria, Gallia, Italia, orba fuerunt. ea enim tam aperta ſunt, & vtinã Deus vellet dicere poſſemus præterita aut non exiſtentia, vt non egeant ſcripturæ noſtræ teſtimonio. Refert Alexãd. 3.[a] quẽdam nobilem qui ſibi pœnitentiam imponi petebat, Frederico imperatori negaſſe caſtrũ Vernicæ, vnde cõtigit quod quatuor caſtris deſtructis pluſquam duo millia domorũ deſtructa fuerũt, & multi homines interfecti, & alia mala innumerabilia cõmiſſa. Quare quia prædictos Deo recõciliari deſiderabat, mandat ei miſericorditer pœnitentiã imponi à Mediolanẽſi archiepiſcopo, attendẽdo, quòd pro libertate ſua & eccleſię deuotione hoc fecerat: & in his talẽ diſcretionẽ eſſe habendã, vt alij & ipſe idẽ pro auſteritate pœnitentiæ à ſeruitio eccleſiæ nullatenus retardẽtur, nec aliquod ſalutis periculũ debeant formidare, ex quo collige, quanto maiores clades, mala & impiiſſima eius Friderici Ænobarbi, ſeu Barbaroſſæ tẽpore facta fuerint, quæ hiſtoriæ docẽt, & factiones Guelphorũ & Gibellinorũ: aliis ſummi pontificis, alij Cæſaris partes crudeliter defendentib. Conſidera etiã clades, bella, populationes regnorũ & comitatuũ, ducatum, & aliarũ ditionum quæ fuerunt ſub nomine religionis, quo tempore anno 1513. Iul. 2. Papa ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico terras principum omniũ qui miſiſſent ſuos legatos ad conſilium Piſanum & eorũ terras expoſuit in prædam occupãtiũ, de quibus Platina, Bellaius li. 1. memorabiliũ, Guichardinus 11. & alij annales, in quibus iuſta ex iuſta cauſa permiſſio habita ſummi pontificis, ſed ea licẽtia crudelia plura, præter mentẽ põtificis perpetrata.

a *In c. 3. de pœnitent. & rem.*

*Deceptiones & pactiones crudeles prætextu religionis.*

## CAP. VIII.

REFERRE, in hoc loco abuſus commiſſos ſub colore defendendæ religionis, non alienũ erit ab inſtituto, atq. quædã inſigniter atrocia, quæ aliquando occaſione hinc ſumpta, patrata fuerunt, & apud Ethnicos & inter Chriſtianos eius generis erit quod de Lyſandro primũ traditur. Cùm Lyſander Thaſios cœpiſſet, & ibi eſſent plures qui Athenienſes iuuaſſent qui ſe occultarẽt à Lacone, is Thaſios conuocauit in templum Herculis, & habuit humaniſſimam orationem, oportere dare veniam his qui laterent in commutatione rerum, & eos bonum animum gerere iuſſit, nihil enim eos accepturos damni, quippe cùm eam orationem in tem-



in templo haberet, ídque in ciuitate Herculis aui. Cui oratio occulti fidem habentes, prodierunt. Verùm Lyſander intermiſſis paucis diebus quò tutius res adminiſtraretur, correptos interfici iuſſit [a].

a *Polyænus li. 2. Stratag.*

2 Cùm Epaminondæ vxorem amaret Phœbiades qui cuſtodiebat Cadmiam, illa marito rem aperuit. Epaminondas ei mandauit vt erga Phœbiadem ſimularet & noctem cõſtitueret, quaſi etiam amicis alias fœminas adductura. Quibus conſtitutis illæ venerunt, & vſque ad ebrietatem cum Phœbiade & eius amicis biberunt, atque petierunt copiam exeundi pauliſper ad ſacrificium nocturnum, ſtatim ſe reuerſuras pollicitæ, qui permiſerunt mandatis portitoribus, vt iterum illas intromitterent, illæ exierũt. apud portas verò iuuenes mulierum veſtibus permutatis, & vnam ex eis aſſumentes interioris viæ ducem, & quæ pauca cum portitoribus loqueretur intra ingreſſi, tum Phœbiadem ipſum, tum omnes qui circum eum erant interfecerunt [b].

b *Polyænus li. 2. Stratag.*

Narrat & Polyænus lib. 8. Faunum cùm Diomedes in Italia è vita deceſſiſſet funebres ludos inſtituentem, primo die armatorum Græcorum pompam duxiſſe, ſecundo barbarorum: præcepiſſe autem vt barbari à Græcis arma mutuarẽtur, qui cùm eis accommodauiſſent, à barbaris propriis armis ſunt interfecti.

3 Diſcerpſerunt manibus propriis patres Romani Romulum victis Fidenatibus & Veiẽtibus, corporéque in minutiſſimas partes diſſecto, occultè ad ſporta tum ſub veſtibus ſcribunt: alij conſtanter dicunt, nouos ciues parricidij eius authores [c]. Verumtamen interfectores religionem huic vitio & homicidio obiecerunt, & apud Capream paludem cùm concionem haberet, à patre Marte nimbo ablatum adfirmarunt [d].

c *Vt Ariſtob. lib. 2. rerũ Italicarum Dion. Halicarn. in 2. Vale. Max. in 5. c. 3. Auguſtinus lib. 3. de ciuita. Dei ca. 15.*

d *Vt ait Liu. in primo. Et Plinius 29. de viris illuſtrib. Plutarchus in Romulo & Numa. Ouid. 2. faſtorum, & alij.*

4 Iehu rex ſuperſtitionem ſeu impietatem Baal & ſacrificulos eius ſpecie religionis deleuit, & obtruncauit. Finxit enim quod ipſe quoq. Baal coleret, & indixit vt omnes eius cultores ſtato die adeſſẽt ad ſolemne ſacrificium quod ipſe ſtatuerat, vbi poſt peractum ſacrificium iuſſit ad vnum omnes necari [e].

e *4. reg. 11.*

5 Eadem techna vrbe quadam capta, Tamburlanus Iudæos omnes in templum confugientes combuſſit, promiſerat autem omnibus qui Iudæi eſſent, & in tẽplum confugerent, veniam & ſalutem ſe daturum, vt ait Frater Haytonius [f]. Nec mirum. refert enim, hũc crudeliſſium Tamburlanum Tartarum, profeſſum fuiſſe omnia quæ gereret ad laudem Dei, & eius mandato facere: ſe nominans iram Dei, & deſtructionem mundi. Intérque propemodum infinitas eius crudelitates, ea memoratur ab eodem, Dei authoritate defenſa: quod capta & expugnata ciuitate Damaſco, poſt obſidionem vndecim dierum, iuſſit necari vniuerſum eius populum, & capita in plateam magnam deferri, vbi ædificari ex his fecit turrim quadratam, latitudinis quinque vlnarum miræ altitudinis, facie capitum extra inſpiciente.

f *In hiſtoria eius.*

6 In caſtris etiam Conſtantij imperatoris, per ſimulationẽ tuendæ maieſtatis imperatoriæ: nephanda perpetrabãtur. nam ſi quis ſuper occentu ſoricis, vel occurſu muſtellæ, vel ſimilis ſigni gratia

conſuluiſſet quenquam peritum, aut anile incantamentum ad leniendum dolorem adhibuiſſet, quod medicinæ quoque tunc admittebat authoritas, reus vnde non poterat opinari delatus, raptúſque in iudicium pœnaliter interibat [a].

*a Vt ſcribit Ammiā. Marcell. lib.16.*

7 Crudelia notantur quædam facta à perſonis, de quibus, propter habitum regularem quē ferebant, & profeſſionē quam fecerant ſanctitatis, nihil mali ſuſpicandum erat, hac q; cauſa interierūt proceres ab illis proditoriè obtruncati. Quemadmodū ferunt Henricum 7. imperatorem apud Bonauentū veneno interiiſſe, vt rumor erat à quodā Dominicano propinato à Florentinis ſubmiſſo, vt notat Ioann. Fontanus in vita Ioan.22. in procemio extrauagātiū eius, & Genebrardus. Simile quoddā exemplum refertur ab hiſtoriographis de quodā rege Scotiæ, à quodā religioſo ſub ſpecie medicinæ aduerſus calculum dandæ, ad ſuaſionem regis Angliȩ veneno necato eſt. quoddam aliud exemplū nuper in Gallia ſubortum. Sunt, & legi plura alia in hiſtoriis ſimilia, at taceo, ne perſonarum vitia videar velle in odium, quorum fuerunt, recenſere ordinum, qui ſanctiſſimi ſunt, & alunt ſanctos viros plures, nec ideo damnandi ſunt, quòd in illis mali inueniantur, non magis quàm nec ordo apoſtolicus, ob Iudam proditorem.

8 Simulata autē religio, vel infecta hæretica prauitate, clades maximas etiam in rempublic. Chriſtianā inuexit. Vt tēpore Alexandri I. Pontif. Maximi, & Hadriani Cæſaris fuit Cochebas dux Iudaicȩ factionis, pſeudochriſtus, Chriſtianos Græcos & Romanos, variis ſuppliciis perſecutus eſt in Palȩſtina. quo factum eſt, vt circa hæc tempora, ducenta quadraginta millia hominū in Cypro tantùm, à Iudæis ſint deleta, vt ſcribit Dio Caſſius. compreſſi autem fuerunt ab Adriano vt tradit Platina in Alexandro I.

Sicuti & ferunt coniuraſſe in Alexandria Iudæos contra Chriſtianos, & per noctem multos obtruncaſſe accurrentes ad reſtinguendum incendium, quod ipſi data opera per vrbem clamabant ortum in eccleſia Chriſtianorum, quod factum ſub Cyrillo eius vrbis Archiepiſcopo.

Atque iterum in eadē ciuitate Alexandria, ob deſtructionem idolorum, à gentilibus cum Chriſtianis crudeliſſimè pugnatum [b].

*b Annotat Socrates li.5.c.16*

9 Deſiderius Langobardorum rex, anno Domini 769. ſimulans orandi pietatem Romam ingreſſus, multos cœpit & excæcauit.

10 Sed id crudelius quod accidit anno Domi.1514. quando erupit inſperatè quædam incondita ruſticorū multitudo, quæ cruciatorum, ſeu cruce ſignatorū appellabatur, quam Cardinalis Strigonenſis, legatus apoſtolicus, paucis ante menſib. in Hungariā duxerat cum pleniſſimis indulgētiis, pugnaturus contra Turcā. Verùm, vt dicunt, cùm reuocaſſet illam expeditionem, illa turba indignata, ſe cōuertit in Hungaros, in quos crudelius ſæuit quàm feciſſet in ipſos Turcas, ſpoliantes templa, ciuitates, villas, arces, oppida, incēdio omnia vaſtantes & ferro, cum infinitis ſtupris & cædibus, duce Georgio Cæculo, Laurentio presbytero, & Michaele quodam monacho: donec rabies illorū auxilio diuino extincta fuit duce Ioan. comite Zepuſiēſi Vaiuodȩ Tranſyluanicæ, qui ducem eorum captū nouo quodam tormenti

*c Vt ſcribit Paulus Langius Cygnæus monachus Bozauienſis in Cytizēſi Chronico & in prædicto anno.*



menti genere, à ſuis dentibus laniari iuſſit & decollari [c].

Legimus & Ruſticanum bellum ſæuiſſimum contra clerum, principes, & magiſtratus initum, prætextu libertatis euangelicæ. Quod cœpit anno Domini 1524. aduerſus comitem Luphium Sueuum, menſe Nouembri, & ſerpſit per totam ferè Germaniam, Alſatiam & Sueuiam, anno 1525. quo Thomas Muncerus vel monetarius, cæleſtium prophetarum dictus hereſiarcha, infinitam turbam Ruſticorum ad ſeditiones concitauit: qui ducentas arces, & monaſteria, in vna Franconia incenderunt, quíque ad centum triginta millia, vel vt eſt in vita Clementis papæ centum quinquaginta millia in acie ceciderunt [a].

*a vt ſcribunt Sleidanus in 4. & Surius in hiſtoria cōmentariorum rerum in orbe geſtarum.*

12 Illud & crudele factum prætextu ſepulturæ, quæ religionis cauſam habet, toto titulo de religioſ. & ſump. funerum. quod egit Domitianus, nempe quod Titū fratrem ſuum adhuc ſpirantem, ſuccedendi tamen cupiditate in loculum miſit [b].

*b teſte Nicephoro lib 3.c.11*

13 Refert ex Agathia Suidas in verbo ἐλοιδορούμεθα omnes Narſetem fuiſſe inſectatos veluti inſolentem & temerarium, qui quidem reipſa violentus & ſanguinarius eſſet, ſed tamen pietatis & religionis perpetuo cultu fucum hominibus faceret.

14 Vſus & ſacrificij prætextu Gelon Syracuſiorum rex contra Himilconem Carthaginenſium regem. is enim Gelon Siculorum tyrannus, vt refert Polyænus lib.I. στρατηγηματικῶν, Himilconi Carthaginenſium regi expeditionem in Siciliam facienti, è regione caſtris poſitis decertare prælio cùm aduerſum eum non auderet, Pædiarchum ſagittariorum præfectum ſibi forma & aſpectu ſimilem, tyrannica veſte indutum è caſtris progredi, ſacrificium quæ in aris facere iuſſit, & eum ſequi ſagittarios candidis veſtibus amictos, myrthum ferentes, atque ſub myrtho arcus occultantes, qui & cùm viderent Himilconem etiam ipſum ad eundem modum progredientem & ſacrificantē, tela in eum conijcere. Híſque ita factis, Himilconē nihil tale ſuſpicatus progreditur, & diuinam rem facit, verùm repente cōfoſſus ita interiit.

15 Sunt hæc & ſimilia hominum ſtratagemata, ad decipiendum parum cautos fuco religionis, quæ tamen caueri poſſunt à prudentioribus & multa expertis. At quædam alia fuerunt & nunc ſunt, quæ ab impio & crudeliſſimo hoſte humanæ naturæ, ſub eadem ſpecie religionis & pietatis, prudentiores & doctiores huius humanæ ſapientiæ artifices, deceperunt: quibus & perſuaſit eo colore crudeliora veluti in funerandis corporibus, vel illis concremandis mortuorum; & id ad religionem pertinere perſuaſit, vt non ſolùm cadauera mortuorum cremarentur, ſed cum illis animalia quoque magis à mortuis dum viuerēt delecta: nec ea ſola, ſed etiam homines, & apud Indos mulieres prædilectas ad manes ſeu dæmones victimis charioribus pacandos. Cuius fidem faciunt Diodorus, & alij & paucis perſtringit Homerus [c] dum ait,

*c Iliad. 27.*

ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν
τῶν μὲν τῶ ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας
δώδεκα δὲ τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς
χαλκῷ δηϊόων.

Id eſt, *Námque nouem aſſueti menſæ huic catuli ante fuere:*
*Atque pyræ geminos iugulatos tradidit horum,*
*Magnanimûm Troum bis ſenáque pignora ferro*
*Occidit.*

Et cùm magnates ſeu duces in bello mortui eſſent, captiui pro victimis cum illis vrebantur, vt innuit Virgilius [a] ibi,

a *lib. 11. Aeneid.*

*Vinxerunt & poſt terga manus, quos mittere vmbris*
*Inferias, cæſo ſparſurus ſanguine flammas.*

Et rurſum libro 10.

*Quatuor hîc iuuenes, totidem quos educat Vfens*
*Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris,*
*Captiuóque regi perfundat ſanguine flammas.*

16 Exercuit & crudelitatem dæmon aliis modiis variis in genus humanum, cui imperabat tyrannicè, ſumptis occaſionibus ex ſplendidis titulis & cauſis etiam modicis religionis; & cum illa crudelitate, more etiam tyrannorum, retinebat in impietatibus trepidum & metuentem iras illius populum, vt & nunc ſortiarios & ſortilegas memorabo duo exempla eius impietatis, quorũ vnum depromendũ ex Timæo Siculo lib. 2. hiſtoriarum, dum narrat poſt captam Troiam, Aiacem Oileum Locrenſium regem, oppreſſiſſe in templo Mineruæ eius ſacerdotem Caſſandram. Poſtea verò à capta Troia tertio anno, peſtilentiam & famem Locrenſium regionem inuaſiſſe, & oraculum Apollinis reſponſum dediſſe, idipſum ob facinus prædictum contigiſſe, & oportere per mille annos placare Palladem Troianam, & quot annis ſortitos ex ſuis duas virgines in Troiam mittere, vnde poſtea diu viguit conſuetudo Troianis, vt miſſas virgines obuij Troiani caperent ac iugularent, & deinde ſterilibus & agreſtibus lignis comburerent, qui ritus vſque ad belli Phocenſis tempora perdurauit, quæ Locrenſes immunitatem eius ſacrificij ſeu impietatis & immanitatis obtinuerunt. fingunt & alij dæmonis præſtigiis conſentiente, vt poetæ ethnicorum, ob prædictam violatam Caſſandram in loco religioſo dęmonis, magnam partem claſſis Græcorum ſubuerſam, vt apud Virgilium [b],

b 1. *Aneidos.*

*Pallâſue exurere claſſem*
*Argiuûm, atque ipſos potuit demergere ponto*
*Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.*

Dico quidem ſcelus fuiſſe Aiacis in violatione mulieris, nec apud Deum probantur ſcortationes: verùm ex hoc ſcelere ſuam idololatriam Satanam voluiſſe confirmare; ſuperſtitioníſque ſuæ auxiſſe aſtutè, & cum crudelitate authoritatem: id quod Dei veri permiſſione contigit transferens ſacrilege ad cauſam violatæ ſuæ religionis falſæ. Sunt & qui dicunt dæmonem fuiſſe re vera iratum in ipſam Caſſandram, eo quòd ei nomine Apollinis copiam ſui promiſſam, negaſſet, pro qua diuinandi artem docuerat: cuiúſque doctrinam cùm ab ea repetere non poſſet, ita eam repreſſiſſe fertur, vt etiam vera dicendi ei non crederetur. vt & Virgilius canit,

*Ore Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.*

Nec



Nec hæc omnino incredibilia, cùm inter Dæmones conſtet quoſdam eſſe ſalaces, & miniſtros rerum venerearum: quales dicuntur incubi & ſuccubi, ex quorum numero potuit eſſe iſte fictitius deus Apollo, qui voluit concumbere cum Caſſandra, & à ſua pollicitatione deceptus, furens per ſuos ſacrificulos voluit vindictam ſumere de Aiace & Locrenſibus, velut zelotypia commotus, quòd is obtinuiſſet à Caſſandra, quod ipſe nequiuiſſet. Ferunt enim quoſdam Dęmones zelotypia laborare erga amatas: ſi verum ſit quod ita teſtantur lamiæ ſeu ſortiariæ in ſupplicium raptæ de ſuis dæmonibus, & procis, & magiſterculis ſpurciſſimis, cum quibus ſuis turpiſſimis & abominandis modis commiſcentur.

Aliud crudelitatis ex cauſa ſuperſtitionis Dæmonicæ exemplum erat, in Dianæ Triclariæ apud Iones templo, ob quam violatam, per commixtionem Comethûs ſuæ ſacerdotis & Menalippi, ſuppoſuit ſuo oraculo Delphico, placari poſſe Dianam, ſi quot annis virgo & puer qui forma eſſent præſtantiſſima, deæ mactarentur. Et ita vt ſcribit Pauſanias [a], Menalippi & Comethûs inceſtum facinus, attulit pueris & virginibus, qui nulli ipſi culpæ affines fuerunt, perniciem, & parentibus eorum luctum. perſuaſit etiam Dæmon religionis nomine ob contemptum ſuorum templorum quædam dira hominibus accidiſſe, vt apud Iuſtinum ex Trogo in primo ſuæ religionis contemptum acerbè vindicatum contra Cambyſem regem Perſarũ, qui cùm Ægyptũ ditioni ſuæ iunxiſſet peroſúſque ſuperſtitionũ illorũ, Apis cæterorúmq. eorum diuorum templa diruiſſet, & ad Amonis templum nobiliſſimum expugnandum miſiſſet exercitum, creditur eum exercitum inter arenas molliores amiſiſſe & ſeipſum gladio interfeciſſe. Et Pauſanias refert [b], Cabirorum religiones qui violaſſent inexpiabiles ſceleris pœnas eſſugere non potuiſſe & ibi exempla crudélia vindicta refert. Et hæc exempla attuliſſe ſufficiet. nam immorari in ſimilibus, oporteret integrum volumen ſuperſtitionis & impietatis gentilium edere. nihil enim in illorum ſacris erat aliud, quàm pernicies humani generis, fucata titulo religionis.

a *Lib. 9 ſen. in Bœoticis.*

b *Li. 7. in Achaicis.*

*De remedijs contra crudelia prætextu religionis commiſſa, vel committenda.*

## CAP. VIIII.

ERVNT porro duo remedia contra factiones & coniurationes prætextu religionis, minantes tantam cladem reipublicæ, in præcauendo ne oriantur: & in corrigendo iam ortas.

Præcautio vt difficilior eſt, ſic eſt vtilior. Qui præſunt quippe nauibus in ſalo, præſentiunt etiam mare tranquillo, futuram tempeſtatem: & proinde vel anchorã iaciunt, & nauim firmant, vel ad portum tendunt diligentius, vel aliis præſidiis contra tempeſtates con-

ſuetis vtuntur. Sic rectores rerum publicarum, exemplis & experientia rerum diligentiáque inſtructi, ſolent præſentire huiuſmodi prætextu religionis, imminentes tempeſtates, & ita cauere ne hoc prætextu conuenticula fiant, ne nimia ſuperſtitio, cultúſve nouus ſine acerrima indagatione permittatur, non nouæ confratriæ ſine diligenti inquiſitione, nouæ formulæ viuendi ambiantur, & vt vnuſquiſque in vocatione, ad quam vocatus eſt ſimplici modo ambulet: laicus non vſurpet quæ clerici ſunt; aut clericus quæ ſui non ſunt ordinis; néue coniurent aduerſus alios clericos, non aduerſus prælatos, in conſilio Chartaginenſi c.18. & in Vvormacenſi c.74.[a]

2 Erunt itaque inhibendæ publicæ de ſacris rebus diſputationes extra ſcholas vbi agitantur ex more [b]. conuenticula quoque prohibenda [c], ſicut in conſilio Senonenſi in decretis morum, c.30. confratriẹ fieri prohibentur ſine cẽſenſu epiſcopi: & factẹ iubẽtur viſitari & offerri epiſcopis, propter metũ monopoliorum, atque prohibentur in illis comeſſationes, delatio ſacrarum veſtium & baculorum.

Sic & Iuſtinia. rectori prouinciarũ ſcribẽs, nouella 17. §. neque. de manda. principum. *Neque*, inquit, *occaſione religionum hæreſiúmque quæſtionis, permittas alicui prouinciam commouere, aut aliter quandam præceptionem iniungi prouinciæ cui præſides &c. Neque permittere debes aliquid contra, noſtras fieri præceptiones occaſione, religionum. &c.*

Non debẽt permitti nouæ ædificationes monaſteriorum ſine permiſſu epiſcopi, nõ vagi monachi [d], minus nouẹ religiones ſeu ſuperſtitiones [e]. Nam curioſa illa ſuperſtitio facit, vt quis putet aliquando ſic aliis ſanctiorẽ, & ideo perfectiorẽ, & ex hac opinione dũ dedignatur eccleſiæ antiquum probatum & ſanctiſſimum viuendi ritum, & præſumit nouum inſtituere, iam ad arbitrium omnia ſe poſſe reformare arbitratur, & ſuperbia in faſtum, faſtus ad arma concitat, arma ad cladem reipublicæ Chriſtianæ. Sic enim ille publicanus de ſua vita præſumẽs, dum coram Deo ſe iactat, Domine gratias tibi ago quòd non ſum ſicuti hominum, raptores &c.[f] ſtatim incurrit Dei indignationem.

Et ſcriptum, Noli alta ſapere ſed time.[g] &, *Nolite extollere in altum*, &c.[h]

Et alibi qui eſt ſcrutator diuinæ maieſtatis opprimetur à gloria[i].

3 Aliud remedium vt poſtquam apparuerint in aliquibus huiuſmodi crudelia fucata facta, acerrimè puniantur, vt pœna exemplari alij reuocentur ad mentem, iuxta D. Pauli. ſent.[k] *Vtinam abſcindantur qui vos conturbant.* Abſciſſio eccleſiaſtica eſt per gladium ſpirituale excommunicationis, & interdicti ſecularis verò per pœnas legibus impoſitas, & ſupplicia conuenientia.

*De*

a *ca. coniurationum, 21. 11. q.1. & ca. conſpirationũ. 22. ead. cauſa 11. q. 1. in conſil Aurelianenſi 3. c. 21. ca. ſi qui clericorum 25. 11. q.1.*
b *l. nemo, de ſumma trinit. & fid catho. C.*
c *l. conuenticulam. de ſacroſ. eccleſ. C.*
d *ca. quidam monachorũ 10. 18. q. 2.*
e *c. f. de religioſ. domib.*
f *Lucæ 18. ver. 10.*
g *ad Roma. c. 11.*
h *Pſal. 47.*
i *prouerbio. 25.*
k *ad Gala. c. 5.*



*De dominationis, aut regni, & bonorum ereptione, & tranſlatione per Dei voluntatem facta: ob contemptum religionis.*

## CAPVT X.

GRANDE, illúdque grauiſſimum iræ Dei in homines iudicium, quod cùm animaduerſione ſubuerſionem habet publici ſtatus. Illud namque omnibus cognitum propter peccata populi maximè in Deum, & principum impietates & ſcelera, iniuſtitias, dolos diuerſos, Deíque contemptum propter idololatriam, Deum transferre regna de gente in gentem [a]. Et conſtat ideo reſpublicas ſubuerſas, aut transformatas, vel in exilium captiuas ductas: vt latius agemus Deo fauẽte, in mutatione rerũpubl.

Hely ſacerdos Dei, imperauit ex electione ſingulari eius populo [b]: at vita & poteſtate priuatus propter duos filios Ophni & Phinees, qui peccabant coram Domino, detrahentes homines à ſacrificio exiſtentes eis ſcandalo, dum ante immolationem ſacrificandorum mittebãt pueros qui carnes crudas acciperent, vt ex arbitrio coquerent ſibi: dormiebant item cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium Tabernaculi, quare tranſlata fuit poteſtas in Samuelem: cuius adhuc filij Iobel & Abia conſtituti iudices loco patris ſenioris in Berſabea, cùm non ambularent ſecundũ viã patris, dederunt occaſionẽ populo petendi regem, regnúmque tunc tranſlatum à ſacerdotibus in Saulẽ.

2 Sed rurſum cùm Saul ſacrificaſſet holocauſtum Domino, & ſacerdotis munus temerè vſurpaſſet, non veniente Samuele ſacerdote Domini, quamuis expectaſſet eum diu, & neceſſitate vt dicebat inimicorum inſtantium preſſus, cauſaret ſe voluiſſe placare ante pugnam Dominum, accepit à Deo per Samuelem reſponſum: *Nequaquam regnum tuum vltrà conſurget, quòd non ſeruaueris præceptum.*

3 Item quod prẹuaricatus eſſet verbum Domini, & contra eius mandatum poſt victoriam Amalechitarum cõſeruaſſet in vita Agag regẽ, & optima quæq. ex gregibus [d], tranſlatúmq. eſt regnũ in Dauid, & à domo eius in extraneum, qui in regem etiã eo viuente victus eſt.

4 Tranſlatæ deincps decem partes duodecim tribuum Iſrael, à proſapia Salomonis, nempe à Roboam filio ſucceſſore, Dei iuſſu & volũtate in extraneum Hieroboam [f], quod Salomon auertiſſet mentem à Deo, & idola vxorum coluiſſet. Atque contra eum viuentem adhuc ſuſcitauit Deus Adab Idumæum de ſemine regio Idumæorum.

Nec alia cauſa iræ Dei quàm auerſio à Deo, quæ & occaſio ſciſſionis & rebellionis fuit tributorum impoſitorum, non conceſſa releuatio à Roboamo filio Salomonis, qui adhuc maiora etiam minabatur. Hieroboam autem factus eſt dux & caput eius multitudinis, quæ releuationem poſtulabat, quãque non obtinẽs elegit in regem eundem Hieroboam ſuper decem tribus, 3. Reg. c.12. valdéq. notabile ibi quod refertur, ſeparatis illis tribubus, & paratis aliis, & Roboamo pugnare contra Hieroboam, & eius electores, factum eſſe ſermonem Domini ad Semeiam virum Dei dicentem, Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda & Beniamin, & reliquos de populo, dicens. Hæc dicit Dominus, Non aſcendetis neque bellabitis contra fratres veſtros filios

a *Eccleſiaſti. c. 10. verſ. 8.*
b *1. Reg. c.2. verſ. 27.*
c *1. Reg. 8. 10. & 11.*
d *1. Reg. c.15.*
*1. Reg. c.16. & 2. Re. c.2. & 5.*
f *3. Reg. c. 11.*

Iſrael, reuertatur vir in domum ſuam. A me enim factum eſt verbum hoc. Audierúntque ſermonem Domini & reuerſi ſunt de itinere, ſicut præceperat eis Dominus. Idipſum ſcriptum 2. paralipo. c. 11. & in vtroque loco, quod valde mirum eſt, legitur Hieroboamum cui Deus dedit illas decem tribuum partes, nihilominus fuiſſe peiorem idololatram Salomone, nam expulit ſacerdotes & leuitas ne ſacerdotio Domini fungerentur, & conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum & dæmoniorum, vitulorúmque quos fecerat.

Hincque & orta cauſa cur ipſe Hieroboam & eius ſucceſſores, priuati regno fuerant, nam ab eius domo tranſlatum ob idipſum fuit[a], & quod fecerit peccare populũ Dei. Quare Baaſa filius Abiæ de domo Iſſachar deleuit filium Hieroboam Nadab, & omne genus eius, nec dimiſit vel vnam animam ex ſemine eius.

a 3. *Reg. c.* 12. & 13.

5 Poſt Baaſa regnauit filius eius Ela ſuper Iſrael & alias nouem tribus. verùm quia Baaſa imitatus erat peccata Ieroboam, iuxta verbum Domini contra Ela rebellauit ſeruus eius Zambri qui eum necauit, & regnum adeptus ſemen eius omne interemit vt nec relinqueret vnum ex eo mingentem ad parietem[b]. Regnauit autem Zambri tantum ſeptem diebus, nam populus audiens mortuum Ela, creauit regem Ambri, qui erat tunc princeps exercitus Iſrael & obſedit Zambri, qui videns ſe non poſſe effugere, ingreſſus palatium vnà ſe cum domo regia ſuccendit[c].

b 3. *Reg. c.* 16.

c 3. *Reg.* 16.

6 Succeſſit Ambri filius eius Achab, qui idololatra fuit, & duxit in vxorem impiam Iezabelem, & adorauit Baal.[d]

d *eodem c.* 16. 3. *Regum.*

7 Poſt eum Ioram filius eius: verùm paulo pòſt ob eius impietatem & matris eius Iezabelis quæ prophetas Domini iuſſerat occidi, tranſlatum regnum, & vnctus in regem iuſſu Dei per puerum prophetæ Eliſei, Iehu, ſeruus Ioram, qui & occidit Ioram, & omne ſemẽ eius vſque ad mingentem ad parietem & clauſum ex domo Achab, ipſámque Iezabelem[e], occidítque ſeptuaginta filios Achab, & quadraginta fratres eiuſdem, & ſacerdotes Baal.[f] necnon omnes optimates eius. Ochoſiam quoque regem Iuda, & omnes fratres eius 4. reg. 11. Omittam reliqua exempla mutationum ſtirpium in illis decem tribubus, captiuitates, afflictiones populi ob contemptum religionis. nam ex libris regum & paralipomenon, Ezdræ, & aliorum prophetarum ſatis ſupérque per ſe legentibus occurrunt. Cùm mutatione religionis vel ob defectionem ob ea, faciles populi ad rebellandum & quamuis plures aliæ ſint cauſæ ex quibus reges ſublati & regna & monarchiæ transferantur, tamen religio ſpecioſam ſemper habuit cauſam, & ad audendum contra reges addidit animos, & populo ad ſequendos eos qui magis religionem illorum tuebantur & coluerunt.

e 4. *Regum* 9.

f 4. *Reg.* 10.

8 Et vt hiſtorias ſileam veteris teſtamenti inter Chriſtianos fuit hæc cauſa tradita ob quam imperium occidentis à Græcis ad Carolum magnum tranſlatum eſt Deo permittente, cùm iam oriens & eius imperator aduerſum dogmata eccleſiæ maximè imaginum inſurgeret quo tempore Carolus magnus Francorum rex conuenit de diuidendo imperio cum Nicephoro & antea cum Irene, vt ille Nicephorus



cephorus orienti præeſſet, atque ſub Leone 3. ſum. pontif. inunctus eſt petente populo Romano, vt ſcribunt Platina in Leone, Blondius decade 2. lib. 1. & Gregor. 2. ſummus pontifex Leonẽ iconomachum & Monothelitam damnauit, & Italos ab eius imperio & fide ſoluit[a].

Eadem cauſa ob hęreſim Pius V. proſcripſit regnũ Anglię, prędæq; expoſuit. Sunt huic alia in aliis quibuſdam regis ſimiliter facta quæ prætermitto, ne camerinam moueam. fertur & imperatori Henrico 4. filius quorundam ſuaſu ob cauſam religionis bellum intuliſſe, vt eſt apud Sabellicum & Albertum Krantium lib. 5. Saxoniæ c. 17. 18. & 20. Sic in conſilio Lateranenſi generali ſub Innocentio 3. contra principes non purgantes ab hæreſi ditiones ſuas, indicitur propalanda admonitio vt faciant, & ſi non fecerint, proſcriptio ditionis quæ in prædam occupantibus & pellentibus hæreticos ſi dentur ſoluto iuramento fidelitatis ſubditorum[b].

a *vt ait Zonaras tomo* 3.

b *c. excommunicamus* 13. §. *moneantur de hæretic. lib.* 5. *decreta. ti.* 7.

*De his qui abuſi ſunt religione vel hypocriſi, ad lucrum proprium, dominationem, ambitionem & deceptionem.*

## CAPVT XI.

OCCASIO itaq; & vis religionis quia populi oculos detinet, & mentes regit, eum facilius decipit ſuo prætextu, & quo magis eam colit & veneratur, dúmque non præcauet virus hypocritarum & fallacium, eò citius per eos veluti hamo piſcis ineſcatur & capitur.

Quare ſolent plures ex religione, ad commenta præparata confugere: cùm vis aut ratio humana ſatis non valet ad id quod concupiſcunt homines perficiendum. Sic Lyſander cùm machinaretur inuadere tyrãnidem, conatus eſt corrumpere oracula Dodonę Delphos, & Hammonis Iouis, vt pro nutu ſuo reſponderent[c].

2 Et Piſiſtratus tyrãnus, cùm eiectus ciuitate fuiſſet, ab Euboca expeditionem fecit in Atticam verſus Pallenidem: & in primas hoſtium copias incidens eas occidit, progreſſus, aliis pluribus obuiam factus ibi pręcipit ſuis vt ſertis conarentur, neque aduentantes occiderent, ſed adfirmarent ſe cum primis fœdus iciſſe: quod illi credentes pacem ineunt, & vrbem Piſiſtrato concedunt. Qui conſenſo curru fœminam magnam & venuſtam propè conſtituit nomine Phyã, armis Palladicis ornatam, opinionem mouens quòd Minerua ducem Piſiſtratum immiſiſſet ſine periculo, atque ſic Athenienſium tyrannidem occupauit[d].

c *vt ſcribit Æmilius Probus in Lyſandro, & Diod. Sic. lib.* 14.

3 Aſtutè abuſus religione etiam Æmilius, ad obeundum regnum, ſiquidem cùm fratrem ſuum ſeniorem Numitorem in cuſtodia ſeruaret, eius filiam Syluiam, ne ex ea liberi progignerentur, vnidices ſceleris Amulij & Iniuriæ, ſacerdotem Veſtæ effecit. legem enim habebant Veſtales, vt perpetuam virginitatem ſeruarent[e].

d *Polyænus li.* 1. *Stratagema. Herodo. in* 1. *Valer. Max. li.* 1. *c.* 2.

e *Polyænus li.* 8. *Stratagem.*

Pluresꝗ hanc hodie impietatem prætextu religionis tegunt, habentes enim vel filias vel ſorores, vel filios, vel fratres, eos mona-

ſteriis ſæpe coactos conſecrant: vel vt ipſi ditiores euadant, vel filios alios locupletiores efficiant, vel vt eos inhabiles ad ſuccedendum vel regnandum, vt mundo renunciantes, reddant: & ipſi qui hoc curant ſoli ſuccedant, illis remotis, vnde etiam tot ſcelera, religionum caſtiſſimas regulas inquinarunt, cùm nulla deuotione vel religionis aut caſtitatis amore in monaſteria velut in ergaſtula coniiciantur. Annales Germaniæ eo nomine etiam Ludouicum cognomine pium, filium Caroli Magni notant, quòd vt ſolus imperaret, fratres inuitos totonderit & alios, vnde & eum pœnitentiam egiſſe publicam, ait author annalium Pipini, Caroli Magni, & Ludouici, in anno 822. Theodora vxor Iuſtiniani quibuſdam noua tributa indicebat, quaſi malè de religione ſentirent, aliis quòd laſciuè viuerent[a].

4 Religionis etiam prætextu vſus Phalaris, ad vſurpandam tyrannidem Agrigentinorum. is enim[b], Agrigentinus publicanus, cùm ciues Iouis gubernatores tēplum ædificare decreuiſſent in arce, quòd ea ſaxis prædita & firmiſſima exiſtimaretur, & alioquin etiam religioſum putarent in celſiſſimo loco Deum conſtituere: promiſit ſe operi curando profuturum, & fabros optimi generis habiturum, materiámque vtiliter ſuppeditaturum, ac pecuniarum certos arbitros daturum. Credidit populus, quòd eum ob genus vitę qui eſſet publicanus, harū rerū experiētiā habere putaret. Acceptis igitur publicis pecuniis, magnū numerū conduxit mercenariorū, multóſq; captiuos coemit, & materiam non paucam, in arcem comportat, lapidum, lignorum, ferri. cúmque iam ædificarentur fundamenta, ſubornauit quendam promulgantem, quicunque ſignificauerit eos qui lapides & ferrum in arce ſubtrahunt, is tantum argenti accipiet. populus indignè ferebat materiam per furtum ſubduci. Ille verò, inquit, concedite mihi poteſtatem muniendi arcem: permiſit ciuitas vt eam muniret, vallóque circundaret. Ille captiuos vinculis liberauit eóſque lapidibus bipēnibus ac ſecuribus armauit: cúmque Cereris feſtum celebraretur ex inſperato ciues adortus, magnam virorum ſtragem edidit, & ipſe mulierum & puerorum dominus factus tyrannidem in Agrigentinorum republica obtinuit.

5 Mahomet ſub obtentu religionis regnum & imperium ſibi parauit ſeu tyrannidem. Idipſum facturum antichriſtum in nouiſſimis temporibus teſtatur ſacra ſcriptura in Apocalypſi & alibi.

6 Darius Ægyptiorū animos, per religionē fictam illorū ſibi conciliauit. Ægyptiis enim non ferentibus Oryandri Satrapæ crudelitatem, ob eámque cauſam deficientibus: ipſe per deſertum Arabiæ profectus, Memphim peruenit. Per id tempus Ægyptij Apim amiſſum communi luctu perſequebantur: Darius verò promulgauit ſe ei qui Apin adduxiſſet centum auri talenta daturum: illi autem pietatem admirati, non amplius cum defectoribus ſteterunt, ſed Dario ſe tradiderunt[c].

7 Fuerunt aliquando ſacerdotes in Meroe in Æthiopia idolis ſeruientes, qui tantam ſibi vſurparunt authoritatem, vt aliquando illis viſum erat, regibus nunciarent, vt mortem oppeterent, vſque ad Ergamenem regem Græcis doctrinis philoſophiæque deditum, qui tempore Ptolemæi iſtanc ſuſtulit conſuetudinem[a], & ita tyran-

a *Euagrius li. 4. c. 30.*
b *vt refert Polyænus lib. 5. Stratagem.*
c *vt refert Polyænus lib. 7. Stratagema.*
a *vt ait Diod. Sicul. li. 4. Biblioth. c. 1.*



nis illa phariſaica, prætextu religionis à regum ceruicibus excuſſa.

8 Eodem autem modo, quo ſuperiores prætextu religionis inuaſerunt regna: ſic alij eodem prætextu & fuco retinere ſibi & populorum animos conſiliare conati ſunt.

Veluti Hieroboam rex Iſrael metuens ne reuerteretur regnum ad domum Dauid, cùm aſcenderet populus vt faceret ſacrificium in domum Domini in Hieruſalem, & conuerteretur cor eius ad Roboam regem Iuda filium Salomonis, excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit populo, nolite amplius aſcendere in Hieruſalem. Ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti, poſuítque vnum in Bethel alterum in Dan[b].

9 Hanno Carthaginenſis, vt ſibi quæreret cum ducatu tyrannidem, vſus eſt fallacia religionis, quæ tamen ex arbitrio non ceſſit; nam vt refert Ælianus[c], cùm tentaret ſe haberi pro Deo, plures aues nutriuit, quas edocuit dicere Hanno eſt Deus, eáſque poſtea libertate donauit, vt ita illud publicare diuinitus viderentur, ſed deceptus fuit in eo, nam naturalem libertatem adeptæ, oblitæ ſunt eius cantus repetito primo.

10 Numa Pompilius, vt ſibi & ſuis legibus obſtringeret populum, volebat videri ſibi cum dea Ægeria congreſſus eſſe nocturnos, ciuſque monitu accepta diis immortalibus ſacra inſtituere, vt ſcribunt Plutarchus in Numa, Dionyſius Halicarnaſſæus, Valer. Max. li. 1. c. 2. eadem Polyænus refert li. 8. ſtratagema. vbi in hoc & Minoem & Lycurgum eum æmulatum addit. Nam, inquit, ex his alius ab Ioue, alter ab Apolline ſe didiciſſe leges profitentes, alter Cretenſibus, alter Laconibus, vt his vterentur perſuaſit. & hi omnes mihi ſimiæ videntur fuiſſe Moſis, qui verè legem à Deo habuit; & ab eo accepta populo Iſraelitico publicauit. Cuius & alter ſimia Mahomet, qui ſe à Deo & eius angelo impietatem ſuam accepiſſe, falſò perſuaſit populo decepto. Quare Minos Cretenſium rex, nono quoque anno in quoddā præaltum & vetuſta religione conſecratum ſpecus, ſecedere ſolebat: & in eo moratus, tanquam à Ioue quo ſe ortum ferebat, traditas ſibi leges prærogabat[d]. Plato in Minoe.

11 Refert de Lycurgo Polyænus lib. 1. ſtratagema. quod diuino quodam metu Lacedæmonios coegit vt ſuis legibus obtemperarent. Si quam enim legem excogitaſſet, ea Delphos perlata conſulebat oraculum an eſſet vtilis, ſacerdos verò pecuniis corrupta ſemper vtilem eſſe reſpondebat. Ibi Lacones metu Dei legibus tanquam oraculis, obediētia prǽſtiterunt. Latius de Lycurgo & ſimile de Publio Romano Polybius lib. 10. Neque putandum eſt, inquit, ſic Lycurgum fuiſſe ſuperſtitioſum vt in omnibus Pythiæ obſecundans Lacedæmoniorum rempub. inſtituerit: neque Publium ſomniis & diuinationib. notū, tantum acquiſiuiſſe patriæ potentatū. Sed quoniam vterque multos videbat mortaliū, nec paradoxa facilè cōplecti, nec res graues ac periculoſas ſine ſpe Dei aggredi: ideò vt Lycurgus perpetuo quidē cōſiliis ſuis famam ex Pythia contractā adhibēs, reddebat illa & acceptiora & certiora quę ſtatuebat, ſic & Publius. idipſum de Lycurgo refert Herodo. in 1. & Plutar. in eius vita.

b *3. Reg. c. 12.*
c *lib. 14. variæ hiſtoriæ.*
d *vt ait idem Val. Max. li. 1. c. 2.*

12 Subit mentem riſus in facto memorando: verùm res geſta, religionibus addictum populum quodammodo excuſare videtur, nõdum diuino numine illuſtratum. Thracia gẽs, inquit idẽ Polyenus li. 7. Stratagematon in Coſinga gentes Ceronias & Scæboas habet: Hi conſuetudinem habebant, vt Iunonis ſacerdotibus in bello ducibus vterentur. Erat eis ſacerdos & dux Coſingas. Thraces eius dicto audientes eſſe recuſarunt; Coſingas ſcalas plurimas ingentéſque ligneas ædificabat, aliáſque aliis impoſuit, fama erat eum ad Iunonem in cœlum aſcendere in animo habere, ac Thraces accuſare quòd ei obedientiam præſtare nollent. Illi vt Thraces ſtupidi & inertes, metuentes ducis in cœlum aſcenſum, ſuppliciter obſecrabant & iuramento ſe obſtringebant, imperata omnia ſe planè facturos.

13 Q. Sertorius, per aſperos Luſitanię colles ceruam trahebat, ab ea, ſe quænam aut agenda, aut vitanda eſſent prædicans admoneri[a].

14 Zaleucus ſub nomine Mineruæ, habitus prudentiſſimus apud Locrenſes[b].

a *Val. Max. li. c. 2. & Gell. lib. 15. c. 22.*
b *Vt ait Aelianus 2. de varia hiſt Suid. & Cicero 2. de legibus.*

15 Caius Caligula imperator, finxit ſe familiaritate magna vti Caſtoris & Pollucis, quos dicebat fratres, & Liuiæ: vt inde perſuaderet populo ſe participare cum diuinitate & conſuetudinę illorum, Dio in Caligula. Cuius ſtultitiam tamen Dęus vindicauit, nec profuit illi ſuorum Deorum familiaritas cùm necatus fuit à Caſſio Chærea & Cornelio Sabino. ſcribit & Dio quoſdam poſt mortem eius comediſſe de carne eius, vt guſtarent ſi caro deorum eſſet boni guſtus. His coniungi poteſt apocolocynthoſis Claudij Cæſaris, Senecæ periucunda.

16 Iulianus apoſtata à fide, vt imperium conſequeretur, finxit ſe Chriſtianum, & monaſticam vitam profeſſus eſt. Vbi autem imperator creatus eſt virus detexit, & inſurrexit in Chriſtianos[c]. Confeſſus tamen victus à Perſis, vel inuitus, & maieſtate diuina compulſus, viciſſe Chriſtum quem Galilæum vocabat, & cui bellum videbatur ex profeſſo gigantum more indixiſſe.

d *Ammianus Marcelli. li. 21. & 22.*

17 Ferunt prætextu religionis, imperij fatum, in Romanos tranſlatum, hoſpite per religionem decepto. Cùm bos enim in Sabinis nata fuiſſet magnitudinis mirandæ, prodigiíque loco, augures eeciniſſent, cuius ciuitatis ciuis immolaſſet ibi fore imperium, ídque carmen perueniſſet ad antiſtitem fani Dianæ, & Sabinus vt primùm apta dies ſacrificio viſa eſt, bouem Romam actum deduxiſſet, ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuiſſet, ibi antiſtes Romanus cùm eum magnitudo victimæ celebrata fama mouiſſet, memor reſponſi Sabinum ita alloquitur (nota fraudem prætextu religionis vt ſuis imperium aſſereret.) Quid nam tu hoſpes, inquit, inceſte, ſacrificium Dianæ facere? Quin tu ante viuo perfunderis flumine? infima valle perfluit Tyberis, religionéque tactus hoſpes qui omnia vt prodigio reſponderet euentus, cuperet ritè facta, deſcendit ad Tyberim, interea verò Romanus immolauit bouem Dianæ, quod mirè gra-



gratum regi & ciuitati fuiſſe refert[a]. Sic prętextu ſacrificij, aliam deceptionem inſignem refert Polyænus[b], ait enim Lampſacenos & Parianos, de agrorum finibus litem habentes conſtituiſſe, ſub primum belli cantum viros ex vtraque ciuitate ad ſe inuicem mittere: vbicunque verò miſſi, ſibi obuiam fierent, hunc terminum ac finem regionis eſſe debere. Quod cùm omnium ſentẽtiis eſſet approbatũ, aliquos in his locis per mare opus facientes, perſuaſerunt: vt cùm Parianos viderent præterire, maximam piſcium copiam in ignem imponerent, & circumcirca vinum libarent, quaſi Neptuno ſacra facientes, eóſque fauſtis auſpiciis aduocarent ad honorandũ Deum & litationis ſocietatem. Quod cùm piſcatores facerent, illi piſcatoribus morem gerentes, ſimul epulabantur & bibebant, remittentes aliquantum ex itineris contentione. Lampſaceni verò contendentes, ad Hermæum priores venerunt: id à Pario ſeptuaginta ſtadiis diſtat, à Lampſaceno verò, ducentis: tantúmque ſoli per fallaciã Lampſaceni Parianis ademerunt, finibus in Hermæo conſtitutis.

a *Liuius dum de Seruio rege agit. meminit Plutarchus in problem. 5. & ſcribit Valer. Max. lib. 7. c. 3. in 1. exemplo.*
q *l. 6. Stratagematon.*

18 Metu etiam ne religioſæ perſonæ minuerentur contributa pecunia Chabriæ. is enim Chabrias Athenienſibus Thao regi Ægyptiorum bellum gerenti & pecuniis indigenti, conſuluit, vt aliquis diceret ſacerdotibus oportere & mulierum & virorum multitudinem ſacris initiatorum ſubmouere, propter impenſam. Quòd audientes ſacerdotes, ſacerdotium penes ſe manere volentes, ſinguli propriam dedere pecuniam. Poſtquam autem à cunctis accepit iuſſit illis pręcipi decimam partem expenſarum, quas prius in templo faciebant, vt ait Ariſtoteles 2. œconomicorum.

19 Dionyſius tyrannus non minori iniuſtitia quàm impietate, prætextu religionis in ſuos quoque vſus eſt. cùm enim phana expilaſſet, quæ ex his ſublata fuerant, in forum protulit: & per pręconem vendidit: & pecunia exacta edixit, vt quod quiſque à ſacris haberet, id ante diem certam in ſuum quodque phanum deferret, ſícque ad impietatem in homines adiunxit iniuriam, vt tradit Cicero 3. de natu. deorum.

20 Non omittam ſtratagema Cenethi regis ſecundi Scotorum, quod refert Cardanus. Cùm enim pater eius cum maiori parte nobilitatis & militum fuiſſet necatus, in prælio pictis vicinis ſiue Scotis ſylueſtribus, & retineret nobilitas reſidua iterum cum illis congredi, conuocauit ferè omnem nobilitatem, & benignè palatio, & opiparo conuiuio excepit: vbi autem nocte ſuperueniente ſingulos per cameras diſpoſuit dormiendi cauſa, ſub mediam noctẽ ſubintroduxit per ſingula cubicula ſingulos homines deferentes in vna manu ligni putridi baculum qui ſplendet in tenebris, indutos veſtibus corij cuiuſdam piſcis, cuius ſcammæ etiam noctu lucent, & altera manu habentes cornu quo clamarent terribili voce, obtempedum regi, Deum enim vltionem polliceri de pictis. quorum ſpectro ſemiſopiti perterriti euigilantes, nihil amplius videbant quàm interlucentem baculum & ſcammas, quæ poſtea homines elabentes veſte tegebant. Quare manè omnes conferentes de viſione illa cum rege, concluſerunt inuadendos eſſe pictos, quod & factum eſt, & ve-

luti bene oraculi erecti bis & ter vſque ad internecionem profligarunt pictos.

21 Fertur & Celeſtinus 5. ſummus pontifex per cannam deceptus voce tanquam cœlitùs miſſa, inſonante, vt deſereret pontificatum & Bonifacium 8. inſtitueret anno Domini 1294. Plati.

a lib. 1. c. 1. ex Guidone Bonato.

22 Sed multò mirabilius quod ſcribit Fulgoſius[a], quòd Iohannes Vincentius Bononienſis monachus, eam de ſe hominum animis confirmauerat vt cum eo Deus loqui crederetur, & in eius verbo mortui ſuſcitarentur, & per hanc opinionem captis animis in Bononienſis vrbis dominatum ſe inſinuauit, annúmque in ea egit armis ſeptus: ita vt in vrbe manerent, eáque pellerentur quos ipſe aut gratos Deo, aut inuiſos, tanquam diuinitus moneretur, adfirmaret.

b Crinitus lib. 3. de honeſta diſciplina c. 15.

Refert P. Crinitus [b] ex D. Auguſtino & Hieronymo Sarabaitarum ſacerdotum hypocryſim, & impoſturam, quibus abutebantur ad corrodendas pecunias. Sarabaitæ ſacerdotes tales ſunt, inquit D. Auguſtinus, vt eorum genus omni ſtudio atque affectu ſit euitandum. Ipſi denique in Ægypto poſiti ſunt, in foraminibus petrarum habitantes: induti perarum & boum pellibus, cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcanea portantes ad cingulũ ligatas, diſcalceati & ſanguine cruẽtati, cauernis exeuntes ad feſtũ Scenophagię pergunt Hieroſolymam: & ſancta ſanctorum intrantes, paupertatem & abſtinentiam prædicant à ſe ſeruari: tum barbam ſpectante populo, ibidem acriter peruellunt: itaque numis tali aſtu & commento adeptis in ſuam regionem remeant, & in lætitia & dapibus epulantur. Hos nolite obſecro imitari, quia non beatos illos, ſed in magnis ſuppliciis damnatos, meritò eſſe prædicamus.

*Remedia contra prædictas aut ſimiles impoſturas.*

## CAPVT XII.

c 1. epiſt. Diui Iohannis c. 4.

REMEDIVM præcipuum contra impoſturas ambitioſorum hominum & cupidorum, aſpirãtiúmque ad dignitates, ſumendum eſt ex generali regula [c], probandos eſſe ſpiritus antequam eis credatur, ſi ex Deo ſint. Dehinc ſeparãda cauſa publica à priuata: in quantũ enim huiuſmodi homines cauſæ publicæ fauent, laudandi ſequẽdíve ſunt: ſed dum illam cauſam ad priuatum commodum transferre ſatagũt expellendi, aliíque pro eadem cauſa ſubrogandi: nec exprobratio quam in ore habent metuenda, quòd populum ingratum dicant, qui non agnoſcat beneficinm ab illis datum, quæ defenſio vel techna ſuccedit ineſcationi vel prætextui defenſionis religionis, vel ob quam impoſtores dominationes ambientes & beneficiis quibuſdam ineſcantes populos, ſolent paulatim ad ſe vtilitatem transferre, donec occuparint tyrannidem. Intrant enim vt vulpes, regnant vt leo-



vt leones, & depoſita perſona ouis apparent quales ſunt, nempe lu-
pi rapaces, & poſtea etiam moriuntur vt canes. Sic Abſalon vt regnũ
paternum occuparet, poſtquam fecit ſibi currus & equites, & quin-
quaginta viros qui præcederent eum, manè conſurgens ſtabat iuxta
introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium, vt
veniret ad regis iudicium vocabat ad ſe, & dicebat de qua ciuitate
es tu? Qui dicebat ex vna tribu ego ſum ſeruus tuus. Reſponde-
bátque Abſalon, videntur ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt
qui te audiat conſtitutus à rege, dicebátque Abſalon, quis me con-
ſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes qui habent
negotium & iuſtè iudicem? Sed & cùm accederet ad eum homo
vt ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, & aprehendens oſ-
culabatur eum, faciebátque hoc omni Iſrael venienti ad iudi-
cium vt audiretur à rege, & ſollicitabat corda virorum Iſrael.
Poſtea verò cùm iam illis præludiis demulſiſſet populum, præ-
textu religionis & voti ſoluendi, voluit ſibi vſurpare regnum,
cúmque immolaret victimas facta eſt coniuratio valida, quæ ſunt
verba cap. 15. libri 2. Regum. Vnde perſecutio acerrima ſecuta eſt
contra Dauid patrem, donec prælio ſuperatus fuit Abſalon, & de-
bitas pœnas ex arbore ſuſpenſus luit, & haſta transfixus eſt [a], & po- a 2. reg. c. 18.
pulus recognoſcẽs technas impoſtoris Abſalonis, rediit ad ſuũ prin-
cipem. Et hæc ſunt initia, progreſſus, & finis tyrannorum, qui-
bus vigilantem principem, verum proſpicere oportet, ſi regnum
ſaluámque velit ſuam rempublicam. In primis enim obſequiis
principem demulcenti & gratiam eius venantur: vbi autem men-
tem eius faſcinarunt, ſibi committi poteſtatem in populum
contendunt, & nunc illam nunc hanc præcipuam dominatio-
nem aucupantur. Vbi verò iam præpoſituras & authoritatem
acceperint, præſtantiores & fideliores principi detrudunt poteſtate
ſi ſibi conſiliare nequeant, alios ſibi beneficiis obſtringunt non
de ſuo ſed de principis bonis, ſe tamen ea de ſuo largiri perſuadent,
vel promouere: bonos quos ſibi obſtaturos præuident, calum-
niantur, & in eos principes prouocant, & principuum odiis & ini-
micitiis parua, vel nulla occaſione, ab aula, honoribus, muneri-
bus explodunt. Populum demulcent interim beneficiis, vt di-
xi non ſuis, ſed principis ex bonis, ſuo tamen nomine, & vbi iam
conſequuti ſunt popularem auram & fauorem, in regem, aut prin-
cipes incipiunt paulatim inuehi, in eos culpas omnes reiicientes,
cur magis fauere nequeant, quod tamen velle & ſummopere de-
ſiderare obganniunt, & iurant quòd ſi daretur occaſio, auxilium ſe
præſtaturos: idipſum ſtrenuè & ſumma cum populi vtilitate polli-
centur & obteſtantur, ſed non poſſe manente regum & principũ au-
thoritate. Sic paulatim cõmouẽt populum, & minuit populi in ſuos
principes legitimos amorem, in ſe transferentes, cum his propo-
nunt, premi populum tributis, exactionibus indebitis, vitiis, luxu-
ria, vel luxu principum qui parum curent quid patiatur populus,

dummodo ſuis commodis inſeruiant & voluptatibus, hæcque clam ingerunt, & alios ſuæ factionis & ambitionis miniſtros qui idipſum faciant, ſubiiciunt. Populus autem qui beſtia multorum capitum eſt, leuior aura & fumo, flectitur, commouetur, & modum excutiendi iugum, libertatémque quam illi pollicentur, quærunt. eo autem adducti coniurationes fiunt, vel maximè prætextu religionis, accedunt ſubſcriptiones, collegia factionum, apparatus taciti bellorum, & ſubitò non præuidentibus principibus, tanta flamma quæ diu continuit, emicat, & accendit paulatim rebellionis ignem & erumpit, principes incautos adoritur. Quod ſi tributorum releuatio, vel alia cauſa obiecta populo eum non commouet: extrema ſed pernitioſa omnino excuſatio, & prætextus iniuſtitiæ religionis adiungitur: ob quam nec patri, nec matri, nec fratribus, nec principibus, imò ſi illis cordatur, nec Deo parcendum dicitur, vbi agitur de anima, de regno, gloria, & honore Dei. Hæc ſpecioſiſſima querela, quæ & doctiores & theologos conturbat, diſtrahit, diuidit, cœlum terræ miſcet, ſacráque prophanis, monaſteria deturpat, pios & bonos concitat. Videbis regulares armatos abiecto habitu, presbyteros cataphractos à cæde ad altare tranſeuntes, bonos Chriſtianos prædis, blaſphemiis aſſueſcere, diuites & minimè malos ad peram vſque & ſacculum & baculum excuti, dum ab iis pro tam ſancta quæſtione opem non eſſe denegandam illis perſuadent, & pro ea moriendum. Interim autem contrà, videbis in turbido hoc ſtatu, factioſos pauperes & mendicos precationibus ditari, opibus augeri, & ex populi phreneſi, dum oculi illorum perſtringuntur, ſpolia opipara colligi. Phreneſim dico: ſi enim mente conſtarent, cernerent malum præſentaneum, & quod pro vno tributo leui quod innouatores cauſati ſunt. non ferendum continuis exactionibus ob bellum, veluti ab hirudinibus ad poſtremum obolum & ſanguinem vſque exugi, quo cùm reducti ſunt, incipiunt reſipiſcere, ſed ſerò ſapiunt Phryges, exemplum verè deſcriptum in Abſalone reliquit Deus, vt aptius non potuerit conuenire. exempla & alia quoque iam antea expoſita, confirmationem adferunt.

2 Cæterùm remedia ſingulis initio progreſſus & fini quærere oportet conuenientia. Quidam enim apertè ſe ex voluntate Dei audacter dicunt ad reges deiiciendos miſſos & puniendos, vt Cyrus. Quidam flagellum iræ Dei, vt Atila: quidam iram Dei, vt Tamburlanes.

Et iſti vi & aperto marte aggreſſi ſunt finitimos, vel ſuos principes contra quos primum remedium, vt populus vitam in melius mutet & reſipiſcat à peccatis, & redeat in viam mandatorum Dei, vt quæ Dei permiſſione flagella immiſſa ſunt, eius miſericordia ſubmoueantur, ſicque ad auxilium Dei præcipue recurrendum, & humana media ad defenſionem & repulſionem inimici conceſſa, ſumenda.

3 Qui autem callidè fucum addunt religionis ad vſurpandam tyrannidem: & qui prætextu eius vtuntur ad mala exequenda; magis obſeruandi ſunt, & inquirendum primò, num vita & facta reſpondeant verbis. facilis enim eſt coniectura animi fraudulenti, aliter viuere aut agere, quàm loqui. Atque præludia illorum ſunt præſcindenda antequam ſerpant. nec temerè credendum, ſed conſilium opportunè adhibendum.



Princépsque qui ſuſpectos habet ea de re aliquos, probare debet ingenia eorum accuratè ſecretò, & ſi fieri poſſit potius per ſeipſum, quàm per alios, ne detegatur eius mens, & ne contra illam dolis maioribus ſuſpecti ſe præmuniant. Sunt enim qui aliquid tam graue moliuntur ſemper in ſpecula, & exploratores conſiliorum habent aulicorum & principalium, vt ex omnibus tanquam chamaleontes, ad omnia donec inſtituta perfecerint, colores mutent verſipelles.

4 Erant apud Romanos à Cæſaribus conſtituti, qui rectorum prouinciarum & magiſtratuum perinde ac priuatorum actus & commiſſa ſcrutarentur, & deferrent, qui & officia dicebantur, vt in l. vnic. de priua. carcer. C. l. ea quidẽ, de accuſation. Crepundia huius temeritatis & maiora audendi deprehendi poſſunt. Siquis velit poteſtatẽ ſibi datam retinere, ſi nolit parem aut ſucceſſorem habere, ſi maiora quàm poteſtas habeat vſurpare: ſi populum nitatur omnibus modis ſibi conſiliare, quibus omnibus prudentiſſimi principes, & reſpublicæ antiquæ firmiſſimis legibus & pœnis occurrerunt.

5 Conſtituerunt quoque, ne poteſtates in perpetuum darentur ſed eſſent temporales, vt Iulius Cæſar; quia nouerat ſe in poteſtatẽ erectam ob nimiam imperandi licentiam conceſſam, ſtatuit lege ne quis omnino præter anno; conſul biennio amplius à ſuo magiſtratu continuo imperaret [a]. Nec etiam [b] dictatura, quæ erat ſumma poteſtas, vltra ſex menſes dabatur.

Scribit & Caſſiodorus lib. 6. variarum & 7. in forma præſidiatus, recturas prouinciarum fuiſſe annuas tantum. Cicero 3. de legibus legem 12. tab. refert, *Eundem magiſtratum ni interfuerint decem anni, ne quis capito, ciuitatem annali lege ſeruanto.*

Dabant ſucceſſores maioribus poteſtatibus antiqui non tantùm Romani, ſed & alij, ne vſurpata poteſtas in tyrannidem conſurgeret: crimémque maieſtatis erat, cùm ſucceſſum eſſet, de prouincia nõ diſceſſiſſe, aut exercitũ ſucceſſori nõ tradidiſſe [c]. Eóque nomine accuſatus eſt Epaminondas à Thebanis, vt ſcribit Æmilius Probus in eius vita. Et Xenophon in 7. & alij.

6 Cautum & aliquando ad euitandas populi ineſcationes, & ne facilis eſſet ad ambitionem aſcenſus per populi fauorem: ne vlli patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali principis permiſſu permitteretur [d], quod & fuit conſtitutum quondam à Philippo Pulchro rege Galliarum anno, 1302. à Carolo 5. anno 1366. Quamuis hodie non obſeruetur.

7 Non permittebant etiam populũ deliniri vel in ſuas partes addicere donis & largititionibus: vel fauorem eius præter communem modum aucupari.

Et Commodus Cæſar, capite plecti iuſſit Cleandrum Phrygem

a *Dio. Caſſius lib. 43.*

b *vt idem ait lib. 36.*

c *l. 2. & l. 3. ad lex Iul. maieſt.* P.

d *l. f. c. de crimi. ſacrileg.*

genere, præfectum militum & cubiculi ſui, quòd copiam multam frumenti coegiſſet, vt tempore famis, fauorem populi ineſcaret pro ſui imperio dum illud largiretur, ſociíque & filij eius vnâ interfecti, & corpora eorum in cloacas proiecta, vt ſcribit Herodianus [a].

a In 1.

8 Cornelius Gallus Ægypti prouinciæ præfectus, ignominia notatus eſt, vetitúmque ab Auguſto ne reus poſtea prouinciam eandem obtineret, quod vltra quòd ſe geſſiſſet inſolentiùs quàm par erat, ſtatuas etiam ſibi locari paſſus eſſet & pyrammides in altum tolli, quibus à ſe geſta continerentur, vt refert Dio lib. 53.

9 Et Lucilius Capito procurator Aſiæ ſub Tiberio accuſatus eſt in ſenatu à prouincialibus, quòd vim prætoris vſurpaſſet, militúmq. manu ad comitatum vſus fuiſſet, & cõuictus in exilium miſſus fuit [b].

b Vt ſcribit Cornelius Tacitus lib. 4.

10 Apud Athenienſes ceteráſque reſpublicas, quæ populari adminiſtratione regebãtur qui ob amicos, diuitias, aliámve potentiam excellebant relegabantur extra ciuitatem ad tempus: non ad criminis improbitatem caſtigandam, ſed ad potentiam moderandam, ne ad dominationem occupandam efficerentur potentiores, vt ſcribit Ariſtot. [c] quod iudicium Athenienſibus dicebatur oſtraciſmus, quo Themiſtocles, Cimon, & Ariſtides multati fuerunt, vt ex eorum vitis liquet. eodémq. iudicio dicto Petalyſmo, vſi Syracuſani in nimium potentes ciues [d].

c Lib. 2. polit.

d Vt ait Diod. Siculus in 11.

Præcautio illa ſalubris & reipublicæ, & principibus, & ſtudioſè obſeruanda. Talis enim eſt plebs quælibet ac turba, vt facilè fallatur, & ad quiduis inducatur: vnde illi frequenter idem quod mari accidit. Quemadmodum enim mare ſua natura innoxium eſt rectè vtentibus & firmum, ſi verò violenti flatus in illud irruerint, tale redditur vtentibus quales ſunt venti à quibus circumquaque impellitur: ita & multitudo talis redditur vtentibus, quales habet duces & conſiliarios, vt aiebat Publius eximius dux Romanorum militibus deficere volentibus in Iberia [e]. Moderanda erit etiam ſuperbia titulorum officiorũ, quibus plebs ſine iudicio plus quàm ſit poteſtatis, ei tribuit. Et proinde laudatur à Plutarcho Cato Vticenſis, quòd quæſtor factus ſcribarum, officiorum, aliorúmque generis eiuſdem, minuerit eam prærogatiuam quam longo tempore vſurpauerant: iuſſit enim miniſtros non magiſtros ſe eſſe meminiſſent.

e Apud Polybium lib. 11.

12 Nec vltro inſuper tantæ proditionis & ineſcationis populi producenda, vbi detecta, ne coniuratúmque tantæ arma capiant, nec audiendæ excuſationes, quòd olim tales viri qui authores factionis ſibi ſub ſpecie libertatis, vel religionis populum conſiliarunt in pernitiem reipublicæ, vtiles & reipublicæ propugnatores fuerint, & quòd inde mereantur laudem & remunerationem. Nam hîc vtendum erit conſilio & ratione Romanorum qui M. Manilium vnde Gallos depulerat, inde præcipitarunt: quia fortiter defenſam libertatem nefariè opprimere conatus fuerit: cuius iuſtę vltionis nimirum præfatio hæc fuit: *Manlius eras mihi cùm præcipites agebas Senones: poſtquam mutari cœpiſti, vnus factus es mihi ex Senonibus.* Atque



que huius ſupplicio æternæ memoriæ nota inſerta eſt. Propter illum enim lege ſanciri placuit, ne quis patritius in arce, aut capitolio habitaret, vt ſcriptum apud Liuium in 6. Plutarch. in Camillo, Zonarã, & Val. Maximũ lib. 6. c. 3. refert quoque Valer. Max. [a] Parẽ indignationem ciuitatis aduerſus Spurium Caſſium erupiſſe, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici conſulatus ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerint. Senatus enim populúſque Romanus non contentus capitali iudicio eum afficere; interempto, domũ ſuperiecit, vt pœnatium quoque ſtrage puniretur. In ſolo autem ædem Telluris fecit, & quod prius domicilium impotentis viri fuerat, religioſæ ſecuritatis monumentum fuit. quæ & referunt Liuius in 2. Dionyſ. Halica. in 8. Cicero pro domo ſua. Eadem auſum Spurium Mellium conſimili exitu patria multauit. Liuius in 4. Cicero pro domo ſua. Alia huiuſmodi ſeueritatis iuſtæ exempla in citato loco refert Valerius & alij, quæ prætermitto.

a prædicto loco.

13 Poterit iuuare principem legitimum in præcauenda proditione & rebellione, cùm eam aliquo modo ſubolfecerit: Si comitia quæ vocant ſtatus, haberi & cogi mandauerit, & ſe illis adfuerit. intelliget namque quid noui quiſque in prouinciis moliatur, & de his quos habet ſuſpectos, clam & inquiſitione facta apertius per ſe cognoſcet intelliget politiam ſui regni, ſubditorum deuotionem, vel alienationem à ſe, cauſam & authores, & ita medebitur ſingulis, & inſtitutas coniurationes præuidebit & præcauebit. Sic principes imperatores & reges, his publicis conuentibus veluti comitiis & conſiliis vſi, optimè ſibi commiſſos populos rexerunt, nec erat vnus annus tempore Francorum regum, Pipini, Caroli magni, Ludouici pij & ſequentium imperatorum, qui non haberet conſilium huiuſmodi & conuentum in aliqua parte regni ſolemniter indictum & peractum, vbi rex aut imperator munera conſueta ex toto regno & imperio ſuſcipiebat, & ſingulorum cauſas audiebat: de procerum, comitum, ducum, & regum, vaſſallorum negotiis, iniuriis, publico conſilio iudicabat, oppreſſiones populi releuabat, de bello ineundo, mouendóve exercitu, & in ſumma de priuatis publicíſque negotiis in maieſtatis throno decernebat, vt olim Romulus adhibitis curiis populi de bello quoque ſtatuebat, vt liquet de antiquis Francis ex annalibus prædictorum regum & imperatorum: de Romulo ex Dionyſ. Halicarnaſſeo & aliis.

14 Hîc tamen cautè agendum, neque tantum deferendum comitiis iſtis, vt regia maieſtas libera non ſit, neque hic ſtatus aut comitia quæ colligi poſſunt à ſolo principe quandiu viuit ſui compos, tantum robur habere debent vel ſibi vſurpare, vt imperare velint principi, cùm tantum conuocentur à principe loco conſilij, & vt audiat ab eis ſi quid prouincia quælibet habeat, quod remedio indigeat, ſicut dicimus ſummum pontificem conſilia generalia cogere, non vt ei imperet, ſed vt quæ commodiora ſunt, quæve ſtatuenda & corrigenda oſtendat & ille firmet: diſtinctióque adhibenda eſt inter comitia quæ fiunt à populo libero, & ciuitatibus ab imperio ſuperioris ſolutis: & ea quæ fiunt ſub monarcha & rege, qui non habet ſuperiorem, vt dicitur de rege Galliarum [b].

b in c. per venerabilem, qui filij ſunt legit.

Si quidem in democratia ſeu populica republica, comitiorum ſuffragia legem faciunt, vt olim quando Roma regebatur ea forma reipublicæ. Et apud Grecos quando ciuitates erant ſui iuris, ſeptem conueniebant apud Trœzenam, vbi erat aſilum Neptuni. Et apud Onchestum in Cadmea duodecim primùm conuenerunt ciuitates, & poſtea plures, vel Pylagoram ſeu legatum bis in anno autumno & vere mittebant ad Amphyctionum conuentum habitum ad Thermopylas, vbi tractabatur de communibus negotiis Græciæ, vt eſt apud Strabonem [a]. Quemadmodum & in Germania ſunt ea ratione dictæ, conuentus gentium liberarum. Quæ forma comitiorum non poteſt admitti, manente rata mageſtate regia & ſine præiudicio eius monarchiæ, in populo, vbi eſt aliter viuendum ſub voluntate regis [b]. fuit enim lex regia lata ex conſenſu populi, vel tacitè vel expreſſè admiſſa monarchia, per quam populus omnem poteſtatem quam habebat, in principem tranſtulit, vt latè docuimus [c]. Ita ſubditorum lex eſt obedire, præpoſitorum imperare, vt omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. non eſt enim poteſtas niſi à Domino: & qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, lex præcipua & fundamentalis monarchiæ eſt, imperandi poteſtas abſoluta data principi ex conſenſu populi: vt tyrannidis violenta ſibi vindicata poteſtas, & eam legem ſine populi vſurpare conſenſu.

a *lib. 8. & 9.*

b 1. *Regũ c. 8.*

c *li. 47 ſyntagma c. 20.*

15 Fuit autem magis probata poteſtas monarchica, quàm democratiæ aut ariſtocratiæ: & proinde curandum eſt, vt ea nouis ſeditioſorum & ambitioſorum cuniculis, non ſubruatur. Tum quia melior, tum etiam quòd omnis inuocatio reipublicæ, trahit ſecum ingentes miſerias, ſtrages & populi calamitates, & ea quæ ex bellis ſolet crudelibus oriri: vt melius viſum fuerit aliquando, malam rempublicam retinere & vt licet emendare, quàm nouam introducere: cùm enim fundamentales leges rerum publicarum ſubmouentur: neceſſarium eſt, vt omnia quæ ſuperædificata ſunt ruant, & omnia conturbentur cum iactura omnium non ſolùm malorum, ſed etiam bonorum: reſtat enim ſublata anima eius reipublicæ confuſæ ferale cadauer, canibus & feris laniandum expoſitum, quippe quia ſublatis illis legibus, peſſimorum quilibet ſibi omnia licere ex arbitrio exiſtimat, & dum poſt ſublatas primas leges aliæ inſtitui curantur, interim in interregno populus ſine freno, ſine duce certo, mutuis ſeditionibus ſe lacerat, & in ſeipſum manus conuertit: audaciores & peiores, & vis omnis dominatum vt tyrannidem exercent: vnde adhuc nihil miſeriùs, quàm ipſa victoria oriri poteſt: quæ etiam ſi ad meliores recidat, tamen eos ipſos impotentiores & ferociores reddit, vt quanuis natura tales non ſint, neceſſitate tamen eſſe cogantur. Multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit facienda ſunt, vt ait Cicero [d].

d 4. *lib. epiſt. famil. epiſtola Marcello ſcripta.*

16 Princeps itaque ſolicitè animaduertet, ſi qui ſint qui ad defectionem populum concitent. Populum ipſe vt filios habebit, ſpecies enim regni habet paſtoris, & patris officium: at ad ſuperbiam eũ pgredi pati nõ debet, & inſurgẽtes ab initio opprimet. beſtia. n. eſt multorũ capitũ. docẽdus populus nõ ſequẽd⁹. rationes adfert c. Oſius de electio. quod eius conſilium inſtabile ſit, varium, deſultorium, corruptioni per preces pretium, odium, obnoxiũ. vt vanæ etiam populi, ſeu plebis maximè voces non dicuntur audiendæ [a]. Plebs leuis ad ſeditiones prona, ſuis vtilitatibus ſæpius aduerſaria, inconſultáque, vt non immeritò apud antiquos Gallos penè ſeruorum loco haberetur & nihil auderet per ſe & nulli conſilio adhiberetur. Multo minus in conuentibus generalibus quos Druidæ certo tempore anni congregabant in finibus Carnutum, quæ regio media totius Galliæ habebatur, quo vndique qui controuerſias habebant confluebant, & iudiciis decretiſque Druidum parebant, vt refert Iulius Cæſar [b].



a *In l decurionũ, de pœnis C.*

b *Lib. 6. de bello Gallico.*

17 Obſeruaui, plerunque ambitioſos homines, qui bene conſtitutas reſpublicas regias ambierunt in ſuas trahere partes populum & plebem, primum in ſuos principes commouiſſe: dehinc velut ad pileum & libertatem eos prouocaſſe, non in fauorem ipſius verè populi, ſed ſui ipſius vtilitatem, vt duces fierent rebellium, & poſtea armati principatum inuaderent, dulce nomen democratiæ, ſed vtilior monarchia. Neque in magnis & arduis negotiis, potuit Democratia Romanorum ſibi plenè conſulere, quin neceſſariò, poſtquam popularis adminiſtrationis variam aleam experta eſt, coacta ſit ad monarchiam redire, & ita deſiſtens ab ea monarchia per gradus ſemper lapſa eſt in peius, & poſt tentatas alias ſpecies tandem rediit ad eam vt neceſſariam & faciliorem. Vagus populus primum ad Romulum & ſequentes confugit, poſtea excuſſo iugo regio prætextu ſuperbiæ & luxuriæ Tarquinij, tentauit per conſules, regimen inire & per comitia, rurſum per decemuiros, & his quoque faſtiditis, rediit ad conſules, & ex conſulibus, neceſſariò ad vnius dictatoris imperium ſemeſtre: poſtea ad conſules & Tribunos prætores. Et tandem ad illam regiam dignitatem, cuius nomen quidem exoſum habebant, ſed vtilitate compulſus ſub alio titulo imperatoris ſub Auguſto eandem recepit, & omnem poteſtatem in eum tranſtulit, ad tempus primum decemnij, poſtea in perpetuum, vt ait Zonaras, & alij claſſici hiſtoriographi Romanorum. Populi ſeu principatus democratiæ, vt ait Dio Caſſius lib. 44. in republica ſpecioſum nomen habet, videtúrque ex legum æqualitate non plus vni quàm alteri tribuere: verùm reipſa cõprobatur, nihil ei cũ ſua appellatione cõueni re. Cõtrà monarchiæ nomen, auditu difficile, penes vnũ tamen, ſummam eſſe reipublicæ, conducibile omnium maximè eſt. Facilius enim quiſpiam vnus vir bonus, quàm plures, reperitur. Et ſi illum difficile inuenire quis putet: neceſſe eſt vt fateatur, & plures inueniri difficilius.

Non hìc diſputo de comitiis, ſeu conuentibus ſtatuum, in regnis etiam liberis habendis, quæ neceſſariò congregantur ad conſulendum ſecundum leges regni, non contrà, quid ſtatuendum ſit: veluti ſi interregnum ſit, nullo exiſtente rege, vel nullo ſucceſſuro ſi regnum ſit ſucceſſiuum, vel ſi ſit electiuum, nullo adhuc electo, vel ſi rex ſit mente captus, ſi minor, vel infans ſi ab hoſtibus captus. nam de his loqui non eſt inſtitutũ, quia neceſſariò colligi tunc & auocari

&cõuenire debẽt,ſed ago de comitiis nõ cõuocãdis,vel nõ ſequẽtis, vbi ſupicio,de proditione,vel defectione vel cõiuratione,principis mẽtem præmonuerit,niſi putet per eadem comitia poſſe malis commodius occurri: quo caſu rectius faciet ſi in conſilium omnes adhibeat, & fideles præcautionibus præmuniat,& locum tutiſſimum conuitiis imperet & eligat. Omnium horum, & proditionis, ſeu factionis,& præcautionis vnum mihi ſufficiet Ludouici pij imperatoris filij Caroli magni adferre exemplum, quod abundè deſcriptum inueniet lector in annalibus Germanicis excuſſis poſt Eginhartum, continentes annos Pipini,Caroli magni,Ludouici pij, qui deſcripti feruntur à quodam erudito Aſtrologo qui fuit tempore ipſius Ludouici pij,eiúſque aulicus.

18 In his ergo in anno 829. ſcribitur tunc circa tempus quadrageſimale cùm imperator Ludouicus Pius loca circumiacentia mari peragraret,principes factionis in eum iniquæ occultatum diu virus detexiſſe.adfert autem initium,& progreſſum coniurationis his verbis, *Et primum quidem*,inquit,*inter ſe primores quodam fœdere coniurant: deinde minores ſibi adgregant,quorum pars mutationis ſemper cupida more canum auiúmque rapacium,alienum detrimentum,ſuum quærunt ſuppletionis augmentum. Freti ergo multitudine & aſſenſu plurimorum,filium imperatoris,Pipinum adeunt,prætendentes abiectionem ſui, morum Bernhardi inſolentiam,cui fauebat imperator deſpectionem cæterorum. Aſſerentes etiam eum,quod dictu nefas eſt,thori inceſtatorem paterni,patrem verò adeo quibuſdam illuſum præſtigijs,vt hæc non modò vindicare,ſed nec aduertere poſſit. Oportere ergo,dicebant,bonum filium indignè ferre dedecus paternum, ablatiſque è medio talibus patrem reſtituere, & menti, & dignitate,* &c. Addit eo prætextu coniurantes & in patrẽ imperatorem,filios concitaſſe,vt deturbarent poteſtate. Et poſtea in anno 830. ſubiicit, *Cùm autem inſtaret autumnalis temperies,hi qui imperatori contraria ſentiebant, alicubi in Francia conuentum generalem volebant, imperator autem clanculum obnitebatur,diffidens quidem Francis, magíſque credens Germanis.* (& hîc notanda præcautio imperatoris)*obtinuit tamen ſententia imperatoris,vt Neomagi populus cõueniret. Veritas porro ne multitudo contrariorum ſuperaret paucitatem fidelium ſuorum, iuſſit vt vnuſquiſque ad idem veniẽs placitum ſimplici vteretur comitatu: præcepit etiam comitem Lambertum finium ſibi deputatorum cuſtodiam habere, cui Heliſacharem abbatem iuris reddendi cauſa aduexit* (hi erant aduerſarij.) *Tandem ergo Neomagum ventum eſt,omníſque Germania eo cõfluxit auxilio imperatori futura. Imperator autem volens adhuc vires aduerſariorum attenuare,Hildunum abbatem culpans interrogabat, cur cùm ſimpliciter venire iuſſus ſit, hoſtiliter aduenerit: qui cùm negare nequiret, continuò ex palatio exire iuſſus eſt, & cum pauciſſimis hominibus iuxta Padæbrunam, in expeditionali hyemare tabernaculo. Valah abbas iuſſus eſt ad monaſterium redire Corbeiæ, ibique regulariter obuerſari. Hæc cùm hi qui imperatori aduerſaturi conuenerant,viderent,ad deſperationem vltimam fracti viribus, ſeſe verterunt. denique per totam noctem coæuntes,* &c. Sicque diſſipata fuit coniuratio. Et in annis ſequent. refertur detectio plenior,& clementia Ludouici;quæ quia nimia fuit in reos maieſtatis, fuit



fuit occaſio cur iterũ illum aggreſſi ſunt vſque ad deiectionẽ & depoſitionem ab imperio, donec ex monaſterio cui addictus erat, fuit ope ſuorum fidelium in ſedem reſtitutus. Atque in hoc exemplo elucet coniuratio, deceptio populi, impoſturæ, quibus perſuadere voluerunt deponendum imperatorem, & comitiorum prætextus,& remedium quo cautè vſus eſt imperator.

Sed & conſtat, in quo poſtea peccauerit imperator, quòd non condignis pœnis vſus fuerit. Quamobrem coniuratores tam clementer habiti non depoſuerunt, ſed deſtiterunt animum coniurandi. Atque cùm viderent adhuc multitudinem reliquam Germanorum partes imperatoris ſequi, ad vltimam fraudem & machinam peruenerunt,nempe ad prætextum religionis. vt eo prætextu animos ſubditorum reliquorum, à ſuo legitimo principe auocarent: & proinde vt in prædictis annalibus dicitur, anno 833. *Veriti inauditi ſceleris conſpiratores, ne verſa vice retro lapſa ferrentur quæ geſta erant, callido vt ſibi viſum eſt, cum aliquibus epiſcoporum vtuntur conſilio,vt pro his de quibus iam pœnitentiam egerat imperator, iterum publica pœnitentia, armis depoſitis irreuocabiliter, quodam modo eccleſiæ ſatisfacere iudicaretur. ( cùm tamen & leges forenſes, non contra vnam culpam ſemel commiſſam bis iuuebantur, & lex noſtra habeat, bis non iudicari delictum.) Cui iudicio pauci contradixere, plures aſſenſum præbuere: maxima pars vt aſſolet in talibus, ne primores offenderent verbo tenus conſenſere. Et ita damnatum & abſentem, & inauditum, neque confitentem, neque conuictum, ante corpus Sancti Medardi confeſſoris & ſancti Sebaſtiani matyris, arma deponere cogunt, pulláque indutum veſte, adhibita magna cuſtodia ſub tectum quoddam detruderunt &c.* Grauiſſima occaſio ſeparandi populum hæc fuit, prætextu cauſæ religionis, donec populus ad ſe conuerſus,cognouit impoſturam, & totis viribus poſtea reſtituit loco ſuum imperatorem,vt eodem anno,& ſequenti 834. notatur.

19 Vidimus, non ſine lacrymis in Gallia, & Germania, hunc prætextum religionis populum demulſiſſe & armaſſe, perſuaſum à ſeditioſis contra legitimos principes, tandem & perſonatam cauſam detectam, euanuiſſe cùm ſuis authoribus: non tamen omnino: fieri enim non potuit, vt ex tantis incendiis veſtigia cinerum ſaltem, & ibi latentes ſintillæ non remanſerint. Sic tempore Moſis viri mitiſſimi & electi à Deo, Chore, Dathã, Abiron, & Hon, ambientes dominationem, factiones contra Moſem inierunt, & in ſuas partes traxerunt ducentos etiam quinquaginta viros proceres ſynagogæ, & qui tempore conſilij per nomina vocabantur: & prætextum religionis addiderunt, dicentes aduerſus Moſem & a *Numer.16.* Aaron, *Sufficiat vobis, quod omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur eleuamini ſuper populum Domini &c.*[a] in quibus verbis notabis hos defectionis à Moſe & Aaron authores, primùm deliniuiſſe populum, & ad libertatis cauſam & à ſubiectione ducis legitimì voluiſſe retrahere, quia perſuaſerant æquales Moſi, eiuſdémque ſanctitatis eum eſſe: & tamen finis erat, vt ipſi ſibi dominationem vſurparent, fictione defenſionis & quod

in libertatem eos aſſeruiſſent, qua techna vſi prædicatores & ſectatores falſæ libertatis etiam euangelicæ. Quemadmodum & [a] Maria ſoror Moſis & Aaron, conſpirãtes contra Moſem locuti ſunt irati in eum propter vxorem Æthiopiſſam, & prætenderunt cauſam religionis, dicentes, *Num per ſolum Moyſem locutus eſt Dominus, nonne & nobis ſimiliter eſt loquutus?* Quorum tamẽ ſuperbiam Deus vindicauit vt & illam Chore, Datanis & Abyronis, in prędictis locis, ipſéque Moyſis viriliter executus eſt vltionem à Domino impoſitã & indictam, vt & principes quoque Germani, aduerſum turbam libertatis euangelicæ temerè & ſeditioſe contra legem diuinam aſſertricem; quos & principes alij imitari debent ſtrenuè, & huiuſmodi initiis & progreſſibus ſolicitè obſiſtere, ſi ſaluam ſartam tectámve velint, & reipublicæ ſibi commiſſæ adminiſtrationem conſeruare deſiderent.

a *Numerorum c.12.*

20 Cęterùm quod pertinet ad impoſturas per quas prętextu religionis olim principes populos ineſcarunt tempore idololatriæ, & poſtea. Remedia hodie promptiora ſunt & præcautiones quàm olim; vt enim olim ſuperſtitio & dæmonum deceptio, facilè nouas & multiplices de religione inculcabat hominibus opiniones, nulla vera aut certa apud illos exiſtẽte, ſic facilè principes poterãt ex ea quod volebant perſuadere. At hodie inter Chriſtianos certa fides, de Deo certa nobis dogmata, quæ habent regulas, quibus ſuperſtitiones, hypocryſes, & hæreſes breui tempore & modico negotio detegi poſſunt, niſi vis aut furor obſtiterit ſeditioſorum & ſchiſmaticorum.

21 Chriſtiani etiam principes, ſi verè Chriſtiani ſunt, qui animæ immortalitatem norunt vel noſſe debent, quíve credunt iudicium futurum ante tribunal Dei & regũ & reliquorum, in quo omnia occulta manifeſta fiant, quíque poſt hoc vel vitam æternam vel ſupplicium æternum, prout quiſque in corpore ſuo geſſerit, norunt parari; non ſolent huiuſmodi impoſturis & falſis perſuaſionibus & exterioribus ſimulationibus religionis, imponere populis: cùm quia ita ſciunt populum eſſe Chriſtianum, tum etiam quia norũt omnia Deo nuda & aperta eſſe, & ſecreta cordis & cogitationum illi patere; & quòd, ſi ſimulent ſe verè religionem amplecti exterius, interius autem ſint alij, iam Dei iudicium vident inſtare, vel in barathrum neceſſe eſt incidere eos malorum, vt Deum non credant. ſi enim credant eſſe, nunquam in religione mentiendum eſſe, vel ratione impulſi naturali, neque imponendum proculdubio in mentem non veniet. Scio quid Machiauelus vir pernitioſiſſimus, voluerit principibus perſuadere, lib.4. de principe c.18. ſufficere principi, ſi quod pertinet ad exteriora, habeatur pius & religioſus, & ſi talis non ſit, vt decipiat multitudinem talem eum arbitrantem. Scio etiam quod idem furcifer & ſacrilegus ſcripſerit libro 1.cc.12 13,14. principem probare debere falſa miracula in populo, vt deuotionem populi augeat: deberéque imitari antiquos principes, qui ad excitandos milites & ſubditos ad obedientiam & pugnam, falſis vtebantur reuelationibus, vt tanquam à numine dictatis. Scio & plura alia his peiora addita, quæ à pluribus in praxim non ſine abominabili exemplo & malo reipublicæ adducantur. Sed quid mihi cum atheis? Si enim crederent



derent Deum eſſe, ſi mandata eius reuererentur, & ſequerentur, tantas blaſphemias non admiſiſſent.

Præceptum primum, *Nõ habebis deos alienos coram me* [a], *diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, tota anima, totis viribus.* & aliud, *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Deut.20, repugnant ex diametro. Item quod ſcriptum D.Matthæi c.22. Marci 12. D.Lucæ c.10.

a *in L. Dei Exodi 20. Leuit 26. Deuter. c.5.*

Miracula fingere, tribuere ſanctis & Deo quę non adſunt, hoc eſt fingere deos, ad idololatriam declinare: vnum dicere, aliud facere in religione, hoc eſt ſine religione eſſe, nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, nemo mendacium & veritatem aſſerere [b].

b *D.Matth.c.6.*

Non ſunt facienda mala vt inde eueniant bona [c]. Et melius eſt ſcandalum naſci, quàm metu eius veritatem omittere [d].

c *vt notat gloſ. ad l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccleſ. & c. magnòpere ne cleric. vel monac. ſecu. neg. ſe immiſc.*

d *qui ſcandalizauerit de reg. iur. in ſex.*

Atque aliud eſt loqui de principibus Ethnicis, qui nullam certam habebant religionem, & quam vellent poterant ſubditis perſuadere.

Aliud agere de principibus Chriſtianis, penes quos vt apud omnem populum Chriſtianum vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma.

Et penes quos non eſt arbitrium iudicandi de religione, ſed neceſſitas, ſi velint dici Chriſtiani obſequendi ſanctæ matri apoſtolicæ & catholicæ eccleſiæ, quæ vna eſt & ſibi in omnibus conſentiens in vniuerſo orbe.

Et vt ait D.Paul. ad Hebræos c.10.verſ.26. *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij &c.*

Et ad Galatas 1. *Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.*

Admonetur & populus per Deum, cauere ab huiuſmodi ſimulatoribus religionis mendacibus [e]. *Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut qui ſomnum ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt: & dixerit tibi, eamus & ſequamur deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, aut ſomniãtis quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, num diligatis illum an non in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra.*

e *Deutero.13.*

Admonetur & princeps Deutero.17.c.vt poſtquam in ſolio ſederit, legis Dei volumen deſcriptũ habeat, & legat illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Deum Dominum ſuum, & tenere legis præcepta.

Munus regis eſt dimittere ſacra & tractationem plenam religionis eccleſiæ ſecundùm eius & Dei præcepta viuere: in reliquo, non ſuperſtitionibus ſtudere, ſed arma ſtrenuè, quãdo, quomodo & contra quos oportet, tractare. Quemadmodum enim pro mõſtro habetur videre monachos ſolitarios, perſonas eccleſiaſticas, arma mouere & curare, vel exercere: ſic pro monſtro mihi eſt, nec quicquam boni vnquam illinc ominandum puto, principem velle cum armis & ſecularibus negotiis, vnà profiteri regularium & ſolitariorum ſeu eccleſiaſticorum munus, & exercitia publicè. hæc enim non poſſunt hodie ſe compati: & qui ſuſcipit militiam cœleſtem, deſinit eſſe reipſa miles ſeculi [f], & amittit feuda factus clericus

f *c. vni. de vaſſallo milite qui arma depoſuit, li.2. feud. ti.21.*

NNN j

& ex militia cœleſti [a], & alia eſt militia armata, alia cœleſtis [b]: ideo militans Deo minimè ſe negotiis ſecularibus implicat: ita nec ſecularis viciſſim rebus diuinis præſidere debet [c]. Regi gladium materiale exercendum commiſit Deus.ca.non ſolum 23.q.5,ca.ſicut.ca.quæſitum 23,q.4.

Eccleſiaſticis gladium ſpirituale [d].

Vterque quidem gladius ad Chriſtianam perfectionem & vitam pertinet, & ſe mutuò iuuant vt ambæ in hac cauſa ſe fouent poteſtates [e].

At duæ ſunt ſeparatæ poteſtates, duæ viuendi ſeiunctæ formulæ, duo maxima imperium & ſacerdotium [f].

Sed qui ſpiritualem gladium habet illud exercere ſolum debet, nec ſecularem vſurpare,& qui ſecularem habet, illo contentus, eccleſiaſticum iuuare non vſurpare debet, ſecularem militiam exercere: terram defendere,de præliis tractare, & de armis, terrenæ poteſtatis eſt,& contra profeſſionem eccleſiaſtici ordinis [g].

22 Erit & præcautio in poſterum contra has fictiones periculoſas principum: quærere præceptores qui ex tenellis principum plantis, hæc axiomata, blaſphemias,& doctrinas euellant;& contraria doceant.

Itaque prius præceptoribus quàm diſcipulis illorum, inculcanda & diſcenda doctrina,ne Deum ſimulationibus his prouocare velint, vel fucum,cum periculo animæ, religionis eius inuehere. Deus enim non fallitur nec irridetur [h].

Mali præceptores,vitia ſua transfuderunt ſæpe in diſcipulos principes,vt ex bonis orti præſtantes.

Præceptoribus data præcepta, profutura ſunt iuuenibus, non ſecus quàm pharmaca à medicis dãtur nutricibus,vt per illas lactentes curentur.

Æquum etiam eſſet ſęuire in huiuſmodi pernitioſos homines,quibus commiſſa ſunt ingenia inſtituenda & non corrumpenda, vt in authores ſceleris quódque eorum facto tráſmiſſum in ea fuit virus, vtque in veneficos ingeniorum & venenorum nocentiorum compoſitores,& propinatores animaduertitur meritò: cùm magis ſit animam quàm corpus lædere.

23 Conſideraui aliquando,hypocriſim deceptricem,arguere ſemper tempora valde periculoſa dum occupauerit vel regnum,vel ciuitatem,vel domum,non minus quàm quando proditores incogniti nobiſcum conuerſantur, obſeruantes & captantes per ſingula momenta occaſionem nocendi. vt non immeritò illud *væ*, ſæpe hypocritis à Domino noſtro IESV CHRISTO fuerit obiectum [i].

Et diuus Paul [k]. *Spiritus manifeſtè dicit, quòd in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide,attendẽtes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ in hypocriſi loquentiũ mẽdaciũ, & cauteriatã habentiũ ſuã conſcientiã prohibentiũ nubere &c.* Et rurſum [l], *Hoc autẽ ſcito, quod in nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa: & erunt homines ſe ipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi,blaſphemi,parẽtibus nõ obediẽtes,ingrati,ſceleſti:ſine affectione,ſine pace,criminatores,incõtinẽtes,immites,ſine benignitate,proditores,proterui, tumidi,*

a c.qui cleric.ſi de feudo cõtrouerſ.fuerit &c. & c.f. an mutus vel aliter imperfectus &c.in li.feud.
b c.19. reprehenſibile, 23.q. 8.
c c.8.quoniam idem mediator. 10.diſti.
d §.1.23. q. 8. & §.1.23.q.8. ca.authoritatẽ, 15.q.6.c.interfectores, §. in hoc,33.q 2.
e c. 8.quoniam idẽ 10.diſtinct. c. cum ad verũ,96.diſtinct.
f §.1. quomodo oporteat, epiſcop.&c.in nouellis ca. duo sũt quippe, 96. diſt.ca. humanum genus 1. diſtinct.
g c.1.23.q.8,
h ad Gala.c.6.
i D. Matth.c. 23.
k 1. ad Timo. c.4.
l 2. ad Timo. c.3.



*tumidi,cæci,& voluptatum amatores magis quàm Dei:habentes quidẽ ſpeciem pietatis,virtutem autem eius abnegantes,& hos deuita,*&c.

24 Duplici modo hoc genus Deo exoſum, & quod peccent, & quod Deũ,ſeu pietatem & religionẽ Dei,veluti peccatorum authorem facere nituntur.vnde grauius aduerſum ſe concitãt iram Dei, & miſerrimè, vel in hoc ſeculo, vel poſt mortem, iuſto eius iudicio cruciantur,& vt plerunque còncidunt detectis fraudibus,quas Deus non patitur diu latere, vt nec abuti gloria ſua quam alij non dat, & eam vſurpantes exemplariter punit, vt nec Ieroboam rex impunè tulerit volens ſacrificare Deo.3.Regum 13.nec ante eum Saul.1. Regum 13.

Perpendere licet exitum ſimulantium religionem, & quid illis contigerit,vt alij principes, ſibi ante oculos exempla eorum obſeruent,proponant ſibi Salomonem,qui vbi claudicare cœpit in religione, propter vxores alienigenas, ſcindendum regnum ſuum,& reſponſum accepit à Deo:atque ſuſcitauit ei Dominus aduerſarium Adad Idumæum de ſemine regio, qui erat in Edom, & Ieroboam filium Nabat ſeruum eius, & Razon filium Eliada,3.vt habetur Regum cap.11.

Vindicta & acerbiſſima contra Achab & Iezabelem,qui vt poſſiderent vineam Naboth Iezraelitæ, ſimulato & prædicato ieiunio, impoſuerũt per duos falſos teſtes quod benedixerat Deũ, & regẽ,& lapidari curarũt.quamobrẽ factus eſt ſermo Dei per Eliã ad Achab, *Occidiſti inſuper & poſſediſti,hæc dicit Dominus,in loco hoc in quo linxerũt canes ſanguinem Naboth,lambent quoque ſanguinem tuum:& venundatus es,vt faceres malum in conſpectu Domini,ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua,& interficiam de Achab mingentem ad parietem,& clauſum,& vltimum in Iſrael. Et dabo domum tuam,ſicut domum Ieroboam filij Nabat, & ſicut domum Baaſa filij Ahia. Quia egiſti vt me ad iracundiam prouocares,& peccare feciſti Iſrael,* &c.[a] Quod poſtea factum [b]. Non proſequar quod Ioas rex, quamuis bonus, tamen propter ſimulationem,quod excelſa non abſtulit, & idololatriam patiebatur,templique theſaurum pro redimenda pace Hazaeli regi Syriæ miſit, à propriis ſeruis necatus eſt [c], ſimilia exempla obſeruamus in regibus aliis Iudæ & Iſrael,qui eo quòd cum vera religione Dei,voluerunt quoque permittere & diſſimulare, & idololatriam miſcere, aut ipſi,aut filij eorum,perierunt miſerè.

25 Herodes ille rex Iudæorum,vel qui vſurpauerat ſibi regnum, ſub quo natus eſt Chriſtus qui voluit per hypochriſin detegere Chriſti natiuitatem, quíve fruſtratus ſua intentione malitiam in necem innocentum euomuit,tam miſera morte finem vitę impoſuit. vt lento igne intrinſecus vexatus,putredine vermibúſq.ſcatens,diſtentione rigoréque membrorum intolerabili expirauerit, vt ſcribit Ioſephus lib.17.antiquit.Iudic.c.7. &de bello Iudaico ca.f.Nicephor. Calix.libro 1.ca.15.Euſeb.Pamphil.lib.1.hiſt.eccleſ.c.8.Alius Herodes,qui vt placeret Iudæis perſequebatur Chriſtianos occidit Iacobũ fratrem Domini, & appoſuit apprehendere Petrum [d], cùm inter populũ ornatus veſte regia ſediſſet pro tribunali,& cõcionaretur ad

a 3. reg.21.
b 4.regum. cap.9.& 10.
d 4.Reg.12.
d Vt habetur Actorum 12.

NNN ij

eos, & populus acclamaret Dei voces non hominis, confeſtim percuſſus eſt ab Angelo Domini, eo quòd non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus interiit.

26 Fuit Antonius quidam Picentes, ordinis eremitarum, magnus hypocrita, iuſto Dei iudicio decreto & punitus: nobilitatus quidem prius, quòd per quadraginta dies & noctes perpetuò ieiunare ferebatur, & ita Italiam, Siciliam, atque Hiſpanias compleuerat nomine ſanctitatis & abſtinentiæ, pluribus in locis à cuſtodibus cella incluſus & obſeruatus ſi ederet, aut biberet, angelóſque illum viſitare opinabantur. Verùm ipſi erant candelæ fiſtulatæ, & in fiſtulis cannarum concluſa erat tacitè & clam farina infarta ex contritis phaſianorum & caponum carnibus, zacharo & aromatibus immixtis. Aiũt enim & cingulum geſtaſſe fiſtulatum, plenum nectare quod hypocraticum dicitur, & his epulis clanculum vixiſſe, vulgi opinione tamen abſtinentiſſimum. Qui tandem vermiculis & acerbiſſimo genere morbi abſumptus miſeram animam efflauit, iactans plurima conuitia in Chriſtum & eius matrem. Cuius mors fuit hypocrita digna: vt palam eſſet vindicatus, qui palam deceperat pios[a].

27 Accedit Iob[b], *Hoc ſcio*, inquit, *à principio ex quo eſt homo poſitus ſuper terram quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti: ſi aſcenderet, vſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius vbi nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderunt, dicent vbi eſt*, &c. & c. 36. verſ. 13. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabũt cum vincti fuerint, morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.*

a *Vt ſcribit Antonius Panorm. lib. 2. de geſtis & factis Alphonſi c. 9 huius etiã meminit Iouian. Pontanus li. 2. de ſermone ca. 16.*

b *c. 20. verſ. 4.*

28 Refert Bernardus Lutzemburgenſis in Catalogo hæreticorum, Raymundum Lullium monachum Catalanum, Tuneti in Africa multa ſcripſiſſe, verùm annotatos fuiſſe pluſquam quinquagentos errores à Petro Terracenſi archiepiſcopo, vt Deum plures habere eſſentias, Patrem priorem Filio, ſpiritum Sanctum conceptum à patre & filio, &c. quæ tamen omni à temeritate aſſerebat plus quàm hæretica, ſe à Chriſto in forma crucifixi apparente in quodam monte accepiſſe, vt totum orbem à tenebris quibus detinebatur, liberaret.

*De aliis imposturis inter Chriſtianos ſub prætextu religionis factis.*

## CAP. XIII.

INTER Chriſtianos itaque vt inter ethnicos per religionem fucus factus eſt ſępe hominibus piis à quibuſdam, vt illos deciperent eo prætextu, & ambitionē, cupiditatem, & habendi deſiderium impium tegerent, de quo adhuc placet alia quædam exempla proponere.

Deſiderius rex Italiæ, occupabat bona eccleſiæ, ac ſimul ſummum pontificem ſequebatur: & tamen voluit religioſus haberi, aut Chriſtiani nominis valde diligens & ſtrenuus cultor, amouendo à

numis



numis antiqua forma percuſſis Herculis imaginem, ſubrogando ſanctum Laurentium[a]. Sicut Acham rex Iuda, cùm eſſet idololatra, tamē religionem Dei ſe habere ſimulauit, admonitus à propheta vt peteret ſignum à Deo. *Non petam*, inquit, *nec tentabo Dominum.*

2 Iulianus imperator apoſtata à fide eripuit bona eccleſiis & ſibi vſurpauit prætextu religionis, dicens ſe ideo facere eccleſiaſticos expeditiores ad regnum cœlorum, quoniam in ipſorum libris ſcriptum eſſet, beati pauperes quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

3 Prætextu religionis, quod diceret ſe velle ædificare Xenodochium ad pauperes peregrinos excipiendos, Iohannes Hircanus Simeonis filius rex Iudæ, ſacrilegium tegere conatus eſt, quo tria millia talentorum ex ſepulchro Dauidis effodit[c].

a *vt ſcribit Annius Giterbienſis lib. de antiquitatib. & rebus Etruriæ, in quinta tabula & decreto Deſiderij regis.*

b *vt ipſe in epiſt. & oratione quadam Græca teſtatur, & Pomponius Lætus in eius vita.*

c *vt ſcribit Egeſippus lib. 1.*

4 Abuſus religione & quidam nobilis frater epiſcopi cuiuſdam, vt eius equum extorqueret ſtrenuum & ſibi valde idoneum, quo ſolo tamen epiſcopus equitaret, & ideo facilè ei non fuiſſet daturus. Is enim vt ſcribit liber qui dicitur Scala cœli, titulo ſeu capite de oratione ſuper prædictum equũ clàm frater ſolitus erat equitare, dúmque calcaribus vrgebat dicere, Deus in adiutorium meum intende, quibus validè infixis equus ſaltu crebro ſe extollebat cum impetu: eáque tandiu conſuetudine vſus, donec equus quoties audiret, Deus in adiutorium meum intende, metuens ſibi à calcaribus ſaltibus crebris ſe extolleret: voluit autem in eo equitare epiſcopus, quia optimum erat, & vbi viam ingreſſus fuiſſet, cœpiſſet dicere cum capellano ſuo matutinas, & pronunciare, *Deus in adiutorium meum intende*, id audiens equus, metuénſque calcaria, tam validè ſaltu ſe extulit vt ſeſſorem epiſcopum excuteret & in lutum proiiceret, vnde miles frater qui equo inhiabat, occaſionem captans, perſuaſit illi ne vnquam in poſterum eum equum conſcenderet, qui potius requireret militem quàm epiſcopum, atque ita facilè equo potitus eſt.

5 Referuntur in eodem libro, c. de quæſtoribus duæ aliæ technę c. de impoſturis quæſtorum qui abutuntur populo, prætextu reliquiarum ſanctarum, vt auaritiæ ſuæ ſatisfaciant; quæ & referuntur in libro ſpeculi exemplorum. Fuit enim in primis vnus inſignis impoſtor circumcellio, qui dicebat ſe habere vnum dentem ſancti Laurentij; cùm autem è prædicatione reuerſus inueniſſet à ſociis ſuppoſitum carbonem pro dente, reuerſus eſt continuò ad eccleſiam dicens, ſe etiam attuliſſe carbonem quo toſtus fuiſſet, & quòd eo die illum ad orandum præberet: in craſtinum autem dentem. ſed oſtenſo carbone & collectis eleemoſynis, craſtino die euanuit.

Refertur de alio ſimili impoſtore quæſtore, qui in eccleſia finxit lachrymas vberes, & interrogatus quare fleret, reſpondit; quod tota nocte fuerit luctatus cum dæmone, qui eum non reliquiſſet donec fuiſſet ei pollicitus ſe ei daturum, vel populum cui erat in craſtinum prædicaturus, vel eleemoſynam quam ab illo colligeret, quare metuebat ne ſi largæ non eſſent eleemoſynæ, & his dæmon contentus non eſſet raperet quoque populum, ſícque à ſimplici po-

pulo copioſas accepit eleemoſynas.

6 Simon Magus, ambitione & cupiditate inflatus mercari voluit pecunia virtutem miraculorum ſub ſpecie pietatis, vt ſe poſtea his extolleret, & in his negotiaretur, ſed reiectus cum ignominia & perpetua nota[a].

a Actorū c. 8. Euſeb. lib. 2. hiſtoriæ eccleſiaſticæ c.13.

7 Narrat Theodorus Lector [b], quod Timotheus Ælíurus, ambiens epiſcopatum antequam occideretur Protherius, nigra veſte indutus, cellas monachorum noctu circuibat, & vnumquenque monachum ex nomine vocabat: cùm autem illi auſcultarent, vnum ſe ex adminiſtratoriis ſpiritibus eſſe dicebat ad hoc miſſum vt cunctis ediceret, ne Protherio communicarent, ſed Timotheum Ælíurum epiſcopum deſignarent, & ita ſe illis inſinuabat.

b li.1. collectaneorum ex hiſtoria eccleſiaſtica & Niceph. Callixt. lib.15.c.16.

8 Sunt etiam qui dicant, vt ſcribit Bartholomæus Platina in vita Bonifacij octaui, Bonifacium ambitione contra ius fáſque pontificatus ſedem occupaſſe reiecto fraudibus Celeſtino, eodémque in carcerem coniecto. eúmque, ſubornatores clanculum immiſiſſe quoſdam, qui noctu dimiſſa quaſi cælitus voce in cubiculum Celeſtini hominis ſimplicis, ei perſuaderent vt pontificatum dimitteret ſi ſaluus fieri vellet. quod & latiùs proſequitur in vita Celeſtini quinti.

9 Phariſæi ſeparati ab hominibus formula viuendi & hypocriſi, ſuperbiam ſuam & ambitionem ſpecie religionis obumbrabant[c]. Quos & ſcribas Dominus noſter arguit, quòd ſub prætextu orationis deuorarent domos viduarum, proſelytos ſibi facerent diligēter vt opes illorum ad ſe traherent, etiam in iniuriam parentum, ſub prætextu religionis & muneris offerendi Deo[d], qui vellēt prætextu eodem vocari rabi, haberéque primas cathedras. D. Marci c. 12. D. Lucæ 28.

c vt ait Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico c.7. & lib. 18. antiquita. c. 2. Epiphan. lib. 1. tomo 1. contra hæreſes.

d Matth. c.23. & 7.

Dilatabāt enim phylateria & habitum ſanctitatis, exterminabant facies ſuas vt viderentur ieiunantes, cùm nihil minus eſſet intra illos quàm religio, ſimiles ſepulchris dealbatis, quæ intus plena ſunt oſſibus mortuorum, fuco religionis bona populi expiſcantes, vt vel inde appareat quod ait Saluianus in 4. pallio ſanctitatem plures mentiri. *Licet enim*, inquit, *de conuerſorum venerabili choro videaris, religionem veſtibus ſimules, licet fidem cingulo adferas, licet ſanctitatem pallio mentiaris, non credis, & vulgò circunfertur, quod habitus non faciat monachum &c.* Fuit hæreticorum in eccleſia ambitio & nimia honoris cupiditas, pernitioſior aliquando ipſis hæreſibus, quia ipſa cauſa hęreſum & ſchiſmatum ſæpe fuit, vt Nouatus ſacerdos Romanus ambitionis vitio laborans, lapſis ſemel omnem ſpem veniæ denegauit[e]. Manes, dum ſe Chriſtum & paracletum haberi voluit, ad impia impulſus vt Simon Magus, & lucifer in Sardinia, & alij ferè omnes hæreſiarchæ antiqui & noſtrorum ſeculorum qui radices traxerunt ab eodem initio & religionis nomine ſe latere poſſe arbitrati ſunt.

e Euſeb. lib. 6. c.43. Epiphan. lib. 2. hæreſ. 59.

10 Quemadmodum & philoſophi quidam barba & pallio philoſophiam mentiebantur. Quos imitatur dæmon, quum ſe transfigurat, quod ſæpe facit, in angelum lucis vt decipiat fraudulentius[f], 2. ad Corinth. c.4.





Sicut aliquando ſpecie Baſilij magni ſub habitu monachali fuit Dæmon detectus à Sancto Equitio, apparuiſſe circa annum Domini 554. vt ſcribit Gregorius Magnus [a].

a Lib. 1. dialogo. c. 4.

Refert & Sigebertus circa annum 591. in Gallia quendam ſub religionis habitu magum exiſtentem, ſe prophetam iactitaſſe primò, poſtea aliquot ægrotos ſanantem Chriſtum ſe dixiſſe, & pro eo adorari voluiſſe.

11 Plures aliquando filij diuitum decepti, prætextu relegionis, intrare religionem: & tracti veluti in naſſam piſces, vt monaſteria inde ditarentur, non vt augeretur pietatis cultus, vt pluréſque monaſteria ingreſſi, vt vitarent onera & delitioſè viuerent, vt factū refert frequenter Beatus Rhenanus [b], tempore Clodouei, Martelli, Pipini, Caroli Magni regum.

b Lib. 2. rerum Germanicarū.

12 Rauiſius Textor in dialogo 13. eccleſię epiſc. & hypocritarū, graphicè & veriſſime depingit, quomodo quidam ſimulatione ſanctitatis exigua ſacerdotia, ſeu beneficia eccleſiaſtica recuſant, & ſimulant contemptum rerum ſeculi, donec deceptos epiſcopos ea ſententia illiciant ad pingua beneficia conferenda, quib. certè cōſequutis, detecta & reuelata perſona, quales ſint ſe prodant.

13 Fuerunt & plures qui etiam prætextu catholicæ & veræ religionis celebria loca quæ incolebant reddere artib. & dolis auſi ſunt, ſubiicientes fucum falſorum miraculorum, quibus pij homines deuotè illecti venientes ſtipem ingentem inferrent, artificiis & artib. imagines aliquando flentes, vel ſudantes populo exhibentes, quibus credebant homines ſimplices, donec detectis fraudibus condignis pœnis artifices puniti ſunt [c].

c Vt exempla extant apud Paponem li. 1. Rhapſo. areſtorum tit. 1. areſt. 5. & ſexto.

14 Quemadmodum & legimus apud Euſebium in hiſt. eccleſ. in templo Serapidis fuiſſe inter parietes occultos cuniculos, quibus Idoli ſacerdotes clam ſubibant idolum cauum, & reddebant reſponſa ſeu oracula, quæ gentiles ſuperſtitione decepti putabant ab idolo tradi. Scribit & Dion in Nerone, Neronem quoque templum Apollinis diruiſſe, eiúſque ſacerdotes necaſſe ob ſimiles detectas impoſturas. Quod & Daniel refert aliquando factum de ſacerdotibus & altari Idoli Bel [d].

d c. f. eius librū Daniel.

15 Author & Segebertus, ſub annum 841. pſeudoprophetiſſam quādam per ſuggeſtionem presbyteri, lucri cauſa diē iudicij inſtare dicentem, Moguntiam turbaſſe, multis ſibi ex clero accedentibus.

16 Qui ſuperſtitionem inculcant, nempe falſum diuinum cultum, id enim eſt ſuperſtitio & quę minimis rebus magnum timorem ingerit, facilè decipiunt, vt & explicat Lactantius [e], Liuius libro 27. præuenit enim liberum iudicium & ſententiam veram, iam primum anticipata & veluti primum admiſſa de religione opinio. Superſtitio autem augetur eorum vafritie qui quæſtum quærunt, ex his quorum iam capti ſunt ſuperſtitione animi. Liuius in 4. tales ſunt falſorum diplomatum indulgentiarum, & falſorum miraculorum delatores, circulatores, ſeu circumforanei, vulgo *Porteurs de rogatons*. qui inde ſibi ſegetem faciunt, de quibus & meminit Tertullianus in apologetico

e Lib. 4. c. 28.

c.13. *Circuit*, inquit, *cauponas religio mendicans, exigens mercedem templi pro auditu ſacri: non licet deos gratis noſſe: venales ſunt.*

17 Vidi lites eáſque frequentes, inter regulares & curiones ſeu presbyteros parrochianos, conquerentes quod perſuaſionibus ſuis monachi quos confeſſione audirent, ad eligendam ſepulturam legata eis & bona relinquenda excitarent: fuerunt & conqueſti aliquando hæredes contra huiuſmodi, qui ſpecie religionis perſuadebant reſtitutionem faciendam ſub pœna mortis æternæ, quod & veriſſimum eſt, quum non dimittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum regula iuris.

Verùm non læſis ſed ſuis congregationibus & eccleſiis vtilitatem reſtitutionis adiudicabant. quæ omnia aduerſantur decretis ſacroſanctis, quæ inhibent vt dicemus in remediis, accipere ab impiis manifeſtis oblationes, ex quibus tamen quidam eccleſiaſtici vel melius ambitioſi & cupidi, contra regulas iuris diuini & pontificij ditati ſunt ſummo cum malo reipublicæ, pœnas delinquentium exemplares peccatis debitas, in pecuniarias, ſpecie religionis & benefaciendi eccleſiæ, transferendo.

18 Meminit Iuſtinianus in edicto 2. titulo, ne præſides in fiſcalibus cauſis fidem publicam dent, in c.1. nonnullos in diuerſis prouinciis, inquiſitione in eos qui ſe hæreticorum dediſſent erroribus facta, cùm multos ſubditos ob hanc cauſam comprehẽdiſſent, ſportularum nomine, magnam vim auri ab ipſis accepiſſe, quod prohibet & punit ibidem imperator: fuerunt & plures qui prætextu eorundem hæreticorum quæſtionúmque eorum turbarent res publicas, vt docet idem Iuſtinianus dum prohibuit nouella 17. de manda. principum c.11. §. neque occaſione, ne occaſione religionis hæreſeíque quæſtionis permitteretur alicui prouinciam commouere, reiecítque omnem illam curam ad epiſcoporum ſolicitudinem.

*Remedia contra deceptiones & dolos prætextu religionis.*

## CAPVT XIIII.

VNVM ſaltem præcipuum remedium videtur ſuperioribus fraudibus & ſimilibus detegere ſuperſtitiones: & omnem vanum metum ex animis hominum demere, caſtigare illos qui falſis vtuntur, & qui ad decipiendum meticuloſos etiam ſacris abutuntur, vt Scæuola[a]. *Senatuſconſulto*, inquit, *cauetur, ne quis imaginem imperatoris in inuidiam alterius portaret, & qui contra fecerit, in vincula mittetur*, cui propemodum conſentit Vlpia[b].

Teſtatur & Modeſtinus[c], *Si quis aliquid fecerit quo leues hominum animi ſuperſtitione numinis terrerentur, diuum Marcum huiuſmodi homines in inſulam relegandos reſcripſiſſe.*

2 Fuerũt cõſtitutiones aduerſus impoſturas quæſtorũ latæ, qui prętextu reliquiarũ ſacrarũ ſępe falſarũ, & ſuppoſititiarũ indulgẽtiarũ, animos credulorũ & ſimpliciũ hominũ demulcebãt, & eleemoſynarũ ſibi multã meſſẽ eo fuco parabant, & in primis cautũ, ne venales ſint reliquię, ne paſſim oſtẽdantur, néve extra capſã qua tenentur, oſtendantur: vt inuentas de nouo, nemo venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ: & ne prælati permittant eos qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis figmentis, aut falſis documentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione queſtus fieri conſueuit, quæ ſunt verba Innocentij 3.[a]

a *in l. ſenatuſconſulto*, 38. *de iniur. li.* 47. *P. ti.* 10.
b *in l. in eum*, §. *de extraord. crimi. eo. li.* 47. *ti.* 11.
c *in l ſiquis aliquid*, 30. *de pœnis lib.* 48. *P. ti.* 1.



Alexander etiam 3.[b] prohibet venerari reliquias etiam eorum qui miracula facere dicuntur: niſi de vita eorum approbatio habita fuerit à ſede apoſtolica. mali quippe interdum miracula faciunt[c]: ideo non omnis qui miracula facit pro ſancto haberi debet, niſi habita prius inquiſitione eius probitatis[d].

Exoſum eccleſiæ eſt, quod piè venerandum eſt quódve ſpirituale eſt, vel ſpiritualibus annexum, ſordidis illis nũditiationibus exponi, quo ſæpius detractũ eſt Chriſtianæ religioni, vt ait ca. 2. de reliq. vt venera. ſacto. eiecit Deus ementes & vendentes de templo, etiam ea quæ ad oblationem pertinebant ſacrificiorum ſubminiſtrantes eo modo[e].

Hoc ipſum voluerunt Honorius & Theodoſius Cæſares in l. 3. de ſacroſanct. eccleſ. *Nemo*, inquiũt, *martyres diſtrahat, nemo mercetur, hoc eſt* λείψανα ἁγίων *reliquias ſanctorum.* ſic enim explicatur in baſilicis, titulo 5. libro 1. ecclogæ, μηδεὶς λείψανα ἁγίων πωλείτω. Nemo reliquias ſanctorum diſtrahat.

Prohibuit & Leo Cæſar, non niſi conſultis prius vt oportet epiſcopis, & arbitrio ſolum eorum & non quorumdam vſurpatione, reliquias ſanctorum martyrum collocare certis locis, in l. decernimus, 26. de epiſcop. & cler. C. qua lege iſti quæſtuarij reliquiarum portitores, damnantur.

3 In conſilio generali ſub Innocentio 3. c. 62. relato in c. cùm ex eo. de pœnit. & remiſſio. libro 5. decret. tit. 38. Prohibitum eſt eleemoſynarum quæſtores admitti, niſi apoſtolicas, vel diœceſani epiſcopi, veras literas exhibeant, & tunc, præter id quod in ipſis continebitur literis, nihil proponere populo permitti. Item inhibitum ne falſæ religionis aſſumant habitum, néve ſuperfluæ indulgentiæ à prælatis indulgeantur, ne claues eccleſiæ contemnantur: ne pœnitentia in indulgentiis à prælatis conceſſis, quadraginta annos excedat. cautúmque vt qui ad eleemoſynas colligendas mittuntur, modeſti ſint & diſcreti, ne in tabernis, aut aliis incongruis locis hoſpitentur, aut ne ſumptuoſas expenſas faciant.

Innocentius etiam 3. in can. tuarum 11. de priuileg. lib. 5. titul. 32. Statuit huiuſmodi quæſtuarios falsò cruce ſignatos, & excedentes, excommunicatione & aliis modis puniri. Clemens porro 5. ex conſilio Vienneſi[f], audaciam, abuſus, deceptiones, refert & caſtigat, dum ait eos deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu proprio ſuo, de facto concedere, ſuper votis diſpenſare, à periuriis, homicidiis & peccatis aliis ſibi confitentes abſoluere male ablata, incerta (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittere tertiam

a *In c. f. de reliquiis & veneratio. ſancto. lib.* 3. *decreta. tit.* 45.
b *Id ca.* 1. *eiuſ. ti.* 1.
c *c.* 1. *teneamus* 1 *qu.* 1.
d *Iuxta c. venerabili. de teſt.*
e *Vt habetur D. Marci* 11. *c. D. Lucæ* 19.
f *In cl. de pœnit & remiſſ.*

aut quartam partem de pœnitentiis ſibi iniunctis relaxare, animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum qui eis eleemoſynas conferunt, de purgatorio, vt aſſerunt mendaciter, abſoluere & ad gaudia paradiſi perducere: benefactoribus locorum, remiſſionem plenariam peccatorum, indulgere: & aliquos ex ipſis eos à pœna & culpa abſoluere quæ fieri prohibet in poſterum, reuocando priuilegia, ſiquæ de his fuerint conceſſa, ne ob id vileſcat cenſura eccleſiaſtica, & clauium poteſtas eccleſiæ in contemptum ducatur. & [a] iubet eoſdem queſtores, vel priuilegiis abutentes, etiam exemptos, per ordinarios locorum puniri.

a in §.f.

Accedit Clemens 4. in c. vt officium, 11. §. compeſcendi, de hæretic. in ſex. *Compeſcendi,* inquit, *monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita prædicatores quæſtuarios, datur poteſtas inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, inuocato etiam ſi opus ſit, brachio ſeculari, & appellatione & priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus.*

De his & in conſilio Tridentino ſeſſione 5. c. 2. de reformatione, *Quæſtores eleemoſynarij qui etiam quæſtuarij dicuntur, cuiuſcunque conditionis exiſtant, nullo modo nec per ſe nec per alium prædicare præſumant: & contra facientes ab epiſcopis & ordinarijs locorum, priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus, oportunis remedijs omnino arceantur.*

4 Et ſeſſio. 21. c. 9. de reformatione, cum de emendatione abuſuũ quæſtuariorum eleemoſynarum deſperatum, dictum eſt, fuit ſtatutum vt poſthac in quibuſcunque Chriſtianæ religionis locis, eorum nomen atque vſus penitus aboleretur, & ne ad officium huiuſmodi exercendum vllatenus admittantur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, eccleſiis, monaſteriis, piis locis, hoſpitalibus, & quibuſuis cuiuſcumque gradus ſtatus ac dignitatis, perſonis conceſſis, aut conſuetudinibus etiam immemoriabilibus: permiſſis tamen indulgentiis publicandis per locorum ordinarios cum duobus ex capitulo, & permiſſa gratis colligendi oblata facultate.

5 Accedit remedio, Quod ſacra lipſana & reliquiæ ſanctorum non niſi cum reuerentia & non hiſtrionicè adiri & viſitari debent, *Eo quòd mirabilis Deus in ſanctis ſuis ſit.* pſalmo 67. &, *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius,* pſal. 113. & eo per tinet c. 2. de relig. & vener. ſanct. & quod recenſet Tritemius libro breuiarij annalium Francorum, in Clodoueo 52. reg. Francorum. Clodoueum propter contactum corporis ſancti Dionyſij minus reuerendum, biennio dementem, & amentem mortuum, anno Domini 661.

Peccatur enim non ſine diuina vltione, in ſacras reliquias hoc modo per abuſum in defectu; quando minus eis & Deo cuius ſerui ſancti ſunt, minus quàm oporteat tribuitur.

Peccatur etiam in exceſſu; cùm plus quàm oporteat tribuitur, dum quis reliquiis magis quàm Deo, defert: dũ eas reliquias ex affectione carnali veneratur, quæ dignæ non ſunt habitæ ab eccleſia quæ probarẽtur, vt antè dictũ eſt, & in hoc etiam curiones & epiſcopi debent eſſe ſoliciti, ne homines affectione quadam humana, ſeu amore quo dilexerunt viuos, ſine probatione eccleſiæ, mortuos tanquam ſanctos & cultu dignos proſequantur. Amor namque humanus & timor ſæpe in eo fallit mortales, & quæ idololatriæ aliquãdo dederunt initium. dum enim quidam aliquos admirati eſſent in vita, vel beneficia plura accepiſſent ab illis, vel metu pro diuinis habuiſſent, poſt mortem eorundem ſimulachra fecerunt, vt patris, matris, regum, amicorum, vxorum, & venerati ſunt: & paulatim ad diuinos eis honores deferendos impulſi & poſteri, pari errore & maiori delibuti ſuperſtitionem ſuperſtitioni, adiicię̃tes ad impietatem cultum traduxerũt. Tantum valet apud homines opinio.



6 Quinimò & affectio naturalis videtur, memoriam mortuorum prudentum, vel dilectorum, vel de quibus benè ſentimus, per aliqua quæ eorum fuerunt retinere & conſeruare, hincque ſtatuæ poſitæ, his qui memoria & exemplo habiti digni ſunt, quas ignarum vulgus traduxit ad impietatem.

Sic refert Lucianus [a], plures libros ſibi comparantes quendam Epicteti philoſophi Stoici lycnum fictilem, trecentis denariis mercatum: aliúmque quendam Prothei Cynici baculum, quem cùm in flammis inſiluit, reliquerat, emiſſe talento, cuſtodiiſſéque inter clariſſimas opes, oſtentaſſéque non ſecus quàm Thegeatæ apri Calidonij tergus, & Thebani oſſa Geryonis, & Memphitæ Iſidis capillos, ſicut nec Dionyſium tyrannum nullis impenſis peperciſſe, vt potiretur Æſchyli pugillaribus ſeu ceris, quibus ille carmina ſua ſcribebat.

a libello aduerſus indoctum.

Non piget recitare verba quæ in libro Sapientiæ, c. 14. verſ. 12. & ſequẽtibus ponuntur. *Initium fornicationis eſt, exquiſitio idolorum. & adinuentio illorũ corruptio vitæ eſt. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum, ſuperuacuitas enim hominum hæc aduenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis eſt inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit in agmen, & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia: deinde interueniente tempore, conualeſcente antiqua conſuetudine, hic error, tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta &c.*

7 Poterit vindicta ſumpta de impoſtoribus & fictoribus miraculorum, alios deterrere, ne ſimile audeant in poſterum.

Quemadmodum anno Domini 1509. quatuor monachi prædicatorij ordinis, Bernæ Heluctiorum, ſimplici fraterculo ſumma calliditate ſtigmata ſanctitatis infigentes ad Frãciſcanorum contumeliam, detecto dolo combuſti fuerunt [b].

b vt ſcribit Munſterus lib. 3. Geographiæ.

Damnauit & Senatus Pariſienſis, quoſdam cordigeres Frãciſcanos Aurelianos anno Domini 1534. qui conati fuerant perſuadere, cuiuſdam animã mortui, poſtulare quædam diuina obſequia pro liberatione à Purgatorio, dolis eorum detectis [c]. Puniuit & ſæpe prædicta curia & aliæ, impoſtores qui ementitis, ad quæſtum vſi erant miraculis, vt ſcribit Paponus [d].

c vt ſcribit Sleidanus lib. 9.

8 Remedium poſſet etiam eſſe aduerſus eos qui prætextu religionis bona, dignitates & beneficia venantur indebitè, vt cum igno-

d lib. 1. Rhapſodiæ Areſtorũ tit. 1. ar. 5. & 6.

minia & pœna priuentur hoc modo obtentis,& reuiuiſcant ſacri canones eorúmve leges de his poſitę,&ſine perſonarũ acceptione ſeruentur. Ita [a] perſonæ eccleſiaſticæ quæ dolo vel alias illicitè induxerunt quemquam ad eligendam in ſua eccleſia ſepulturam, priuabuntur omni ex eo percepto commodo quod reſtituerę compelluntur. Reiiciemus & cum diuo Auguſtino quod cum damno & iniuria filiorum datum eſt à parentibus eccleſiis [b]. habemus & eius rei Chriſti Domini iudicium quo reprobauit cum maledictione captiones phariſæorum, qui prætextu religionis extorquebant à filiis munera, & retrahebant à ſubuentione debita præſtanda parentibus [c]. *Bene*, inquit, ô Phariſæi, *irritum feciſtis præceptum Dei vt traditionem veſtram ſeruetis, Moſes enim dixit, honora patrem tuum & matrem tuam, & qui malè dixerit patri vel matri morte moriatur: vos autem dicitis, ſi dixerit homo patri aut matri, Corban, quod eſt donum, quodcunque ex me, tibi profuerit, & vltra non dimittitis quicquam facere patri ſuo aut matri, reſcindentes verbum Dei &c.* In Germania ex lege regum Francorum, Germanis ſubactis lata à Clodoueo, Martello, Pipino, Carolóque magno firmata; libero homini nõ licuit ſe addicere monaſterio incõſulto principe. Cùm quidam ante hoc feciſſe detecti fuiſſent, non ſtudio pietatis, ſed vt pericula bellorum, ciuiliúmque munerum & functionum vitarent moleſtias: Et quidam qui opibus pollebant, à callidis monachis circunuenirentur, & veluti piſces in naſſam traherentur, & ob id quoque legitimis teſtibus opus erat ſiquis aliquid eccleſiæ donare voluiſſet, vt refert beatus Rhenanus [d], & habetur in conſilio Moguntinenſi, & Cabillonenſi 2.c.7. [e] *Conſtituit*, inquit, *ſacer conuentus vt epiſcopi ſiue abbates, qui non in fructum animarum ſed in auaritiam, turpe lucrum inhiantes quoſlibet homines circunueniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt: pœnitentiæ canonicæ, vtpote turpis lucri ſectatores, ſubiaceant. Hi vero qui illecti, comam depoſuerũt, in eo quod cœperant perſeuerare cogantur, res verò eorum hæredibus reddantur.*

10 Sed & reputatur hic ſimoniacus religionis ingreſſus, & proinde à monaſterio quod hoc modo quis ingreſſus eſt, in aliud debet eiuſdem tamẽ ordinis, transferri in ca. veniens de Simonia. videndus Burchardus libro 8. decretorum c.93. ſua parte 7.c.101.

11 Eccleſia non debet ex illicitis ditari, ne vel malorum fautrix commiſſorum, vel occaſio cõmittẽdorum videatur. Quare in conſilio Carthaginenſi 4.c.93.& 94. [f] ſtatutum, *Oblationes diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophilacio recipiãtur: ſimiliter dona eorum qui pauperes opprimunt, à ſacerdotibus refutanda ſunt.* Item dona ſacrilegorum [g], eorum qui peccant in eccleſiam, & inde extrahunt ſeruos eo cõfugientes [h], raptorũ [i], vſurariorũ [k], pœnitentiũ quãdoq; [l].

12 Quod autem pertinet ad ambitionem & cupiditatem, quam quidam explere prętextu religionis ſatagunt, remedia quoque appoſita ſunt, & in primis cõtra monachos mendicantium ordinũ, in extrauagan. 1. de regular. & transeun. ad religio. cuius verba, *Viã ambitioſæ cupiditatis religioſi potiſſimè mẽdicatib. præcludere cupientes, ad alios ordines præſertim monaſticos (fucatis tamẽ colorib. aſſerẽtib. ob frugẽ melioris, vitæ aut arctioris obſeruãtiæ) tã S. Benedicti, quã Ciſtercienſis, Camaldulẽſis, vallis*

[a] iuxta c. in noſtra 10. de ſepultur.
[b] cum ca. fin. 17. q. 4.
[c] D. Marci c. 7. verſ. 9.
[d] lib. 2. rerum Germanicarũ.
[e] relate in ca. 42. conſtituit, 16. q. 7. & in can. fin. 20. q. 3.
[f] relato in ca. 2. oblationes, & ca. eorum 8 90. diſt.
[g] ca. de vero. 12. q. 2.
[h] ca. miror. 17. q. 4.
[i] c. ſuper eo, de raptori.
[k] c. quia in omnibus, de vſur.
[l] ca. eos, de cõſecra. diſtin. 4.



*vmbroſæ, canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel aliorum monaſticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam à ſede apoſtolica, ſeu à legatis aut nuncijs eiuſdem ſedis, ad transferendum ſe de mendicantium ordinibus, ad alios ordines præſertim ea ratione, prout veriſimile eſt, prout facti euidentia docet, vt liberiùs degant, dignitatéſque ac beneficia cõſequi valeant, & ex certis alijs cauſis honeſtati non conſonis obtinentibus &c. Statuimus &c. non dandas tales licentias & datas nullas, impetrantéſque ſententiam excommunicationis ipſo iure incurrere à qua non poſſunt niſi à ſummo pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolui.* Reprehenditur in extraua. Ioha. 22. vnica, de preben. execrabilis. quorumdam, tam religioſorũ quàm ſecularium ambitio, quę ſemper plus ambiens, eo magis fit inſatiabilis quò ſibi amplius indulgetur & ſtatuitur, ne pluralitas beneficiorum permittatur per rationes ibi propoſitas [a].

13 Cupidi ordinari prohibentur, quod de facili à vero deuient [b]. cùm radix omnium malorum ſit cupiditas [c], item prohibentur ordinari & beneficiis donari ambitioſe [d].

14 Conſtat etiam præpoſitos animabus, dignos honore eſſe, vtpote qui præſint melioribus partibus hominum & diuinioribus, ſintque in miniſterio Dei: vt honorabiliores qui principibus adminiſtrant & officium ſuum exhibent [e], Deo ipſo vocati dij [f] & angeli Domini exercituum nuncij [g], & alibi Chriſtus, qui vos ſpernit me ſpernit [h]. Et Deutero. c. 17. *Veniéſq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore, quæréſque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui præſunt loco quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequeríſque ſententiam eorũ, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, auferéſque malum de medio tui* [i]. Item ſcriptũ, *presbytero humilia animam tuam* [k], *in tota anima tua time Deum, & ſacerdotes eius ſanctifica. &c. & honorifica ſacerdotes.* & qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni ſunt. [l] Et ad Titum [m], D. Paulus, *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.*

15 Cæterùm honor hic à ſacerdotibus ſibi non debet vſurpari, ſed in Deum referri ob quem honorãtur; vſurpantes quippe ſacrilegi ſunt & cum phariſæis annumerandi qui volebant vocari rabi ab hominibus, & petebant primos accubitus, & primas cathedras [n], quamuis enim mererentur eadem, tamen valde faſtus Deo diſplicuit quòd eadem ambitioſè petebant, non ad honorem Dei conſeruandum, ſed vt viderentur ab hominibus: ſic autẽ oportet in omnibus ſacerdotibus adhærere vt congruè decentérque Deum in eorum perſona cuius miniſtri ſunt, videamur honorare [o].

Et honorem prælatorum ita ad eccleſiæ dignitatem & Dei referendum, tradit Gregorius Eulogio Patriarchæ ſcribens, epiſto. 30. lib. 7. & in ca. ecce. præfatione, 99. diſtinct. Quinimò dignitas quã eccleſiaſtici gerũt Dei, magis illos modeſtos & minus ſuperbos reddere deberet, ſi bene cogitarent de quibus reddituri ſunt rationem, quàm inflare: conſiderantes, non ſibi ſed religioni hoc deferri. Quo pertinet apologus Gabrię, vnde ſumpſit emblẽma ſuum 7. Alciatus.

Ὦ μοὶς, inquit, ὄνος παρῆγαν ἀγνεσῶν βρέτας,

[a] vt in c. de multa, eodem tit. apud Gregorium, c. cum ſingula, c. quia in tantũ, eo. ti. ca ſingula, 39. diſt. in conſilio Tridẽtino, ſeſſio. 7. de reformatio. c. 2. 4. & 5. & ſeſſio. de reforma. c. 17.
[b] 1. ad Timotheum, c. 8. tota 47. diſtinct. ca. virũ 100. diſt. cano. dilectiſſimi 8. q. 2.
[c] ca. virum catholicum, 6. & ſeq. 47. diſt.
[d] l ſi quequã, 31 de epiſco. & cleric. ca. per illicitam, §. ſeq. 1. q. 7. ca. multi. 40. diſtinct. ca. qui eccleſiaſticis, ca. hoc ad nos 49. diſtinct.
[e] ca. ſacerdotibus 41. 11. q. 1.
[f] vt Exod. 22.
[g] Malachiæ c. 2.
[h] Lucæ 10.
[i] facit c. 2. c. omnes principes 4 c. ſolitæ 6. de maiori. & obedien. li. 1 ti. 33. extra. vnã ſanctam eo. titu. in communibus.
[k] eccleſ. 4. & in c. 7.
[l] 1. ad Timot. c. 5. verſ. 17.
[m] 1 c. 4.
[n] Marci 12. & Lucæ c. 11
[o] ca. 6. habet hoc propriũ, in fine. 2. q. 5.

Ὅπερ συναντῶν πᾶς τις αὖ ἐπροσκύνει,
τύφῳ δ' ἐπαρθεὶς μὴ θέλων μένειν ὄνος,
ἤκουσεν, οὐ θεὸς σύ, τὸν θεὸν δ' ἄγεις. id eſt,

*Simulacrum aſellus baiulans argenteum,*
*Cùm id tranſeuntes flexo adorarent genu,*
*Sui hoc honoris gratia eſt fieri ratus:*
*Iámque inſolenti elatus arrogantia,*
*Nolebat ambulare, donec aſpero*
*Probè dolatus fuſte clunes, audijt,*
*O ſtultè non es tu Deus, ſed fers Deum.*

a ca. multi, 40. diſt. c. ſicut, 1. q. 6. c. ſunt, 8. q. 1.
b ca. rationis 100. diſt. c. viliſsimus 1. q. 1.

Honor per ambitionem ſuſceptus, vergit ad culpam & pœnã[a]. Et qui maior eſt in honore, is præſtantior in ſanctitate & perfectione debet eſſe[b]. cęterùm honor qui defertur ob dignitatẽ & miniſteriũ eccleſiaſticis à pluribus in vanitatem & inanem gloriã conuertitur, vnde & Dei nomen blaſphematur: & cùm Deus detrahit illis ſuam dignitatem, citò qui præſtantiores haberi volunt, ſublata cauſa eorũ dignitatis, contemptibiles efficiuntur: & hoc eſt quod per Oſeam c. 5. Deus præmonuit, *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi, & erit ſicut populus, ſic & ſacerdos.* Et per Malachiam c. 2. *Vos receſſiſtis de via & ſcandalizaſtis plurimos in lege, irritum feciſtis pactum Leui. Propter quod & ego dedi vos cõtemptibiles, & humiles omnibus populis ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.*

c D. Matthei ca. 20 verſ. 29.
d Ad Philip. ca. 2.

Sed & Chriſtus repreſſit ſuorum inanem gloriam[c]. *Scitis*, inquit, *quia principes gentium dominantur earum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent inter eos: non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.* Et D. Paulus[d], *Idipſum ſentientes, nihil per contentionem aut inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes,* &c. *hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto* IESV, *quod cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiẽs, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo,* &c.

16 Et certè nunquam quicquã boni, ſed ſemper maximũ malum ominata eſt ſuperbia cleri in eccleſia. nam illa non potuit ſe continere intra fines ſimplicitatis, & humilitatis, quam pro fundamento præcipuo reipublicæ Chriſtianæ poſuit Deus: ſed cõfudit & miſcuit ſacra prophanis, & dedit occaſionem laicis, vel ſecularibus principibus, prærupto, vel aperto ab eccleſiaſticis propugnaculo quod continebat firmam eccleſiam, in eam ingrediendi, contemnendi, & prædandi. ex quo & maxima veráque gloria cleri corruit iudicio Dei, quod à domo ſua ſæpe incipit. Abominatio Domini eſt omnis arrogans. nam etiam ſi manus ad manum fuerit, non eſt innocens, Prouerbiorum 16. verſ. 5. & poſtea verſ. 18. *Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltabitur ſpiritus.* & rurſum[e], cap. 18. verſ. 14. *Antequam cõteratur exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur humiliatur.*

e c. 34.

Sic duriſſimè exprobrat paſtoribus ſuperbiam Deus per Ezechielem[e], *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur: ac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſũ erat*



*occidebatis, gregem autem meũ non paſcebatis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis: & quod ægrotum, non ſanaſtis: quod confractum eſt, non alligaſtis: & quod abiectũ eſt, non reduxiſtis: & quod perierat, non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia &c.* Et Diuus Petrus[a] paſtores admonet. *Paſcite*, inquit, *qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deũ, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo &c.* Diuus Paulus, etiam cum inſtruit Timotheum[b], modum arrogantiæ & ſuperbiæ in docendo adimit; *Seruum*, inquit, *Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati, ne quãdo Deus det illis pœnitentiã ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.*

a 1. epiſt. c. 2. 5. verſ. 2.
b in epiſt. 2. c. 2. verſ. 24.

17 In quo hodie maximè peccãt noui quidã theologaſtri, qui & zelo ſe traduci mentiuntur qui in cathedris, non verba modeſtiæ aut verbi Dei, ſed fulgura, tonitrua vomunt, dicteria, ſcõmata, gladios, ignes, furores, megeras, cruenta, neces debacchantur: vt potius maledicos, furioſos, demẽtes, coniuratores, ſeditioſos, inuidos pacis Chriſtianæ, milites, prædones, latrones, quã euangelicę veritatis prædicatores & enarratores dixeris, ſimiles paſtoribus his qui in auſteritate imperare volunt, qui putant oues potiùs necandas quàm ad gregem cum lenitate reuocandas: cùm tamen dictũ ſit de euangelio cuius ſe enarratores eſſe mentiuntur eadẽ ſuperbia, quod ea ſit lex gratiæ, & cum miſericordia Chriſtíque beneficio & bonitate publicata: ſed nihil eſt impudentius arrogantia ruſticorũ, qui garrulitatẽ authoritatẽ putant, & parati ad lites tumidi in ſubiectos intonant, hoc habet proprium doctrinã arrogantiũ, vt humiliter neſciant inferre quod docent, & recta quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſint: &c.[c] Atque in conſilio Carthaginenſi c. 67. ſtatutum, ſeditionarios nunquam ordinandos clericos, & ordinatos deiiciendos.

c in c. 1. 46. diſt. ex diuo Gregorio in moralibus, lib. 23 parte 5. c. 12. ad c. 33. Iob.

18 Lex antiqua cum tonitruis terroribúſque publicata, rigore ſupplicij ſancita: euangelij non ita. Sed & ben Gerſon ad c. 19. lib. 3. reg. putat horrendum ventum, & fragorem. Et ignem à Domino Eliæ oſtenſos, in illo capite, dum fugeret Iezabel, & conquereretur de ea, vt illum doceret impiorum hominum magis deſiderandam pœnitentiam quàm perditionem, & ſuſtinendum peccatorẽ ad tempus, quàm ſubitò perdendum. Elias autem nimio feruens zelo nullum putabat peccatori dandum pœnitendi locum: ac Dominus nõ inuenitur in turbine impetuoſo, in fragore omnia cõcutiente, in igne deuaſtãte, ſed in voce placida & gracili quod ferè omnib. canonibus 45. diſtinctionis apud Gratianum, ex ſacris patribus oſtenditur & docetur qualiter benignitas & diſciplina miſcenda ſint, & quomodo vt in ca. ſed illud. eadem 45. diſt.) peccantes etiam corã omnibus arguendi ſint, vt cæteri timorẽ habeant, iuxta c. 5. prioris ad Timoth. & etiam dandi ſatanæ vt reſipiſcant. vt. 1. ad Corint. 5. & eiiciendi ab eccleſia contumaces, ouéſq; morbidæ ſunt ſeparãdę: verũ quod ad necẽ peccãtes dedant, quódve aduerſus eos manus armatas concitẽt, abſit, quod id ſuadeatur faciundũ, cũ contra prohibeatur, & deiici ab eccleſia epiſcopos & clericos, dũ dominari magis cupiũt, q̃ cõſulere ſubditis.[f]

d in ca. 1. & 2. c. licet 6. & ſeq. epiſcopum, 45. diſt.

Hoc norunt etiam pij viri theologi,in ſolida doctrina exercitati, & in homeliis & ſermonibus ſanctorum patrum qui in eccleſia catholica & apoſtolica Romana vixerunt, edocti. qui iuxta fidem catholicam, exardeſcunt quidem totis viribus & zelo diuino incenſi vt par eſt, in hæreſes & vitia mortalium quæ inundarunt ſuper terram: ſed perſonas delinquentium vt creaturas Dei, vocatos ad vitam æternam quantum conſequi poſſunt ſatagunt ad gregem reducere non propellere. Sic vocant ad pœnitentiã, contumaces pœnis æternis terrent, & ad beatitudinem alliciunt: nunquam de ſalute cuiuſquam quandiu viuit deſperandum putant, permiſit Deus Petrum labi, & eum negare quod magis pietatis diſpenſatione actum cognouimus, vt is qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret qualiter aliis miſereri debuiſſet: & priùs ſibi oſtendit, poſtea præpoſuit cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret
a ca. cõſiderãdum 53. & ſeq. 50. diſt.
quàm miſericorditer aliena infirma toleraret[a]. Si Dominus ſtatim poſt trinam negationem Petrum Apoſtolum, præceptorẽ noſtrum,
b ca. 4. licet pleruque 45. diſt.
iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet[b].

Imitari & certè oportet maximarum animarum noſtrarum paſtorem, qui calamum concaſſatum non conteret, & lignum fumigans
c Eſaiæ 42. verſ. 13.
non extinguet[c]. conſiderandum euangelici paſtoris officium præſ-
d c. 33. Ezechielis.
criptum[d], quod deſperantes confirmat, & promiſſione miſericordiæ Dei erigit.

e D. Lucæ c. 9.
Audiamus & quid dixerit Chriſtus diſcipulis[e]. dum enim Samaritani euntem in Ieruſalem noluiſſent recipere, & diſcipuli dixiſſent: *Domine vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos?* conuerſus increpauit illos dicens, *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare.* Nec hîc palpones & adulatores qui nutriũt peccata & conſumunt puluillos dormiẽtibus in peccatis, fieri etiam concionatores cupimus. hi enim quoque reiecti à Deo
f Ezechiel c. 17.
ſunt[f], & peccant in defectu. Verùm modum adhiberi deſideramus, qui in omnibus optimis, vt neque remiſſi ſint verbi Dei pręcones, neque etiam in crudelitatem & ſanguinis effuſionem proni.

19 Neque ad rem facit, quòd quidam ex illis, ex religione contra religionem vtuntur exemplo Chriſti, vt dicunt, quod ipſe iratus eiecit ementes & vendentes è templo, quod vocauit Phariſeos germina viperarum: quòd arguendum ſit inſtanter & oportunè, & importunè. Nam aliud eſt iraſci in peccata, aliud in homines peccantes: aliud eſt iraſci, arguere, vt conuertãtur, aliud vt tollantur. medici officio funguntur ſpirituales eccleſiaſtæ, ſeu prædicatores verbi Dei, vt ſanent non vt occidant: occidere enim ſcopus eſt contrarius ſaluti, neque audita eſt vox Apoſtoli, vel diſcipuli cuiuſquam ad populum, tollite hunc, vel illum necate, damnate, vel alia deterior.

Modeſtior fuit doctrina & vtilior reipublicę Chriſti data à D. Paulo Timotheo in epiſtola 2. c. 4. *Prædica verbum, inſta opportunè, importunè argue, obſecra, in omnipotentia & doctrina.* in eccleſia miſcenda ſunt miſericordia ſeu lenitas & diſciplina, vt vinum & oleum in curanda
g vt docetur in ca. diſciplina 9. 45. diſt.
plaga vulnerati[g].

20 Gladium quidem habet eccleſia, non materialem ſed ſpiritualem,



Sola quippe miſericordia & facilitas veniæ, dat incentuum delinquendi[a], vt contrà nimia ſeueritas retrahit à fide, maximè hodie & — a c. vt clericorum, de vita & honeſta. cleri. c. eſt iniuſta, 23 q. 4.
in hoc peruerſo ſeculo, quo homines facilè in contemptum eccleſię ſunt proniores, & minus religio ferueat in populo, qui nimium emungit elicit ſanguinem[b], ſicque leniùs animarum periculis eſt — b Prouerbio. c. 3. ca. denique, 4 diſt.
prouidendum[c]. iuſtè quidem eccleſia in contumaces, ſeueritatis ſuæ aculeos exerit medicinales; ſed ex indiſpoſita materia ſuſcipientis, ſæpius mortalis afficitur medicina[d]. ſic ex interdictione eccleſiaſtica ob delictum alicuius, plebe diuinorum frequentatione priuata, — c c. 2. de conſtitutio. in ſex. ca. 1. de iureiura. in ſex. c. 1. de ſepultur.
incidit in peius plerunque peccatum, quàm eſſet ante interdictum. Ita & orta in populo tempore interdictorum indeuotio, pullularunt hæreſes, oblita ſunt myſteria c. f. de ſentent. excom. in ſex. vbi gloſſ. ad verbum *inſurgunt*, notat quòd in quadam parte in Marchia, tanto — d c. 1. de ſenten. excom. in ſex.
tempore ſteterat interdictum, quod facta relaxatione inuenti ſunt homines triginta vel 40. annorum, qui nunquam audierant miſſas, & deridebant presbyteros celebrantes. Simile quod refert D. Hieronymus ad Atherachiam, dum loquitur de natis in obſidione, qui non deſiderabant quam non norant libertatem: vt ſcribit & Iohan. Andreas in additio. ad dictam gloſſam. Et ſcimus per interdictiones regnorum, populos fideles nunc cum rege infideli & peſſimo, à Romana obedientia deſciuiſſe poſtea, & inde ſatanam prædam ſibi cõparaſſe, bella concitaſſe, & ad orcum infœlices animas cum ſeditionibus detruſiſſe, vt cautiores illis euentibus fieri debeant pontifices, in emitendis in poſterum ſimilibus interdictis. ſatius enim eſt reipublicæ Chriſtianæ, regem vel principem impiiſſimum excommunicatúmque & reagrauatum relinquere quàm cum eo vel eius occaſione tot bella, turbas & diſcenſiones concitando, Chriſtianam rempublicam ſanguine & impietate fœdari: & iactum vnius facere mercis, quàm totam nauim periculo exponere, ca. denique, 4. diſtinct. ca. non poteſt 23. q. 4. ca. diſpenſationes. 1. q. 7. tolerauit & Iudam Chriſtus, quò docuit vt malos tolleremus, ne corpus Chriſti diuidamus, ca. 1. 2. 3. & ſeq. 23. q. 4.

20 Gladium quidem habet eccleſia, non materialem ſed ſpiritualẽ, nõ occidit ſed viuificat c. interfectores, 5. & ſeq. inter hæc, 33. q. 2.

Notat Panor. ad c. 1. Num. 3. de furt. quod perſona eccleſiaſtica interrogata generaliter de pœna delicti poteſt quidem reſpondere, quòd eſt pœna mortis, ſi ea impoſita ſit à legibus, & ex eo non fit irregularis, attamen fieri irregularem, ſi caſus immineat in pręſenti, ſuper quos conſulatur: item ſi ex conſilio ſuo, & reſponſione ſua ſequeretur mors, vel effuſio ſanguinis, quare & deiiciendus ex clero dicitur, in ca. 8. ſi quis viduam 50. diſtin. c. ex conſilio Braccharenſe, apud Martinum papam c. 26. facit c. ſicut dignum, §. f. de hon.

Epiſcopus etiam qui conſultus à ſuo ſeu ſuæ iuriſdictionis iudice de fure, de quo multa malè dicebantur, reſponderat tantum, *Audiſtis quantus eſt clamor populi, omnes dicunt, malum eſt, ſi ſic euaſerit impunitus*, & nihil aliud, iuſſus eſt vt tanquam irregularis cederet epiſcopali, & ſi nollet ſponte, deponeretur, in c. ex literis 10. de exceſſib. prælanam etiam in reos merentes vltimũ ſuppliciũ, perſona eccleſiaſtica

non poteſt ſententiam mortis ferre, vel ferentibus ſubſcribere, vel intereſſe iudicio c. ſententiam, ne cleri. vel mona. c. in archiepiſcopatu, de raptorib. cum ſimil.

21 Blanditiis primùm, poſtea minis, potius quàm exaſperatione inuitandi ſunt peccatores ab eccleſiaſticis, ad fidem & reſipiſcentiã, ca. qui ſyncera, 45. diſtinct. c. penul. de apoſta. quandoque & pręmiis, ca. debet homo, 23. q. 4. quòd ſi nihil proficiant, tunc, ſi agatur de eccleſiaſticis contumacibus, à ſuis iudicibus ordine iudiciario ſunt cõpellendi vel puniendi, non tumultuosè, in d. c. penul. de apoſta. c. at ſi clerici, c. cùm non ab homine, de iud.

Quòd ſi adhuc contemnant eccleſiaſticas pœnas, exauthorari debent, & remitti ſeculari curiæ. c. nouimus. de verbor. ſignifica.

Sic etiam laici contumaces debent relinqui principibus & eorum iudicibus temporalibus puniendi, qui vti gladio poſſunt; ſed non cũ furore, ſed cum iudicio & probationibus interuenientibus, quas cõtra iuſtitiam videntur interuertere, qui zelo inconſiderato cõmoti debacchãtur. vanæ enim voces ſunt niſi probentur: & ſi iſti concionatores cognouerint delicta quorundam, non populo, ſed iudicibus & principibus debent indicare ſecretò: non populum commouere, cuius vanæ voces non ſunt audiendæ à bonis & iuſtis iudicibus, l. decurionum filij, 12. C. de pœnis c. oſius, de electio. vbi rationes facit l. 2. C. de ſeditioſis. Qui concionatur officium gerit publicum nunciationis verbi Dei, non delatoris.

Dixit quidẽ D. Iohannes prædicando genimina viperarum quis vos docuit fugere ab ira Dei? & Chriſtus, Vę vobis ſcribę & phariſęi.

Verùm neminem nominauit vterque non cõcitauit turbas in illos, quin Chriſtus iuſſit Scribis obedire, & cùm de Iuda loqueretur, tamen noluit nominare, ſed dixit, vnus veſtrum me traditurus eſt, & væ illi. Cùm autem D. Iohannes argueret Herodem, *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*, D. Matthæi c. 14. verſ. 4. non legitur illud dixiſſe publicè, aut quod prædicando dixerit populo, illum prehendite, occidite, diſcerpite. Sunt certè hæretici & delinquentes gladio compellendi, & contumaces puniendi, vt docetur per totã 23. q. 4. ſed illud ibidem dicitur faciundũ per principes, quibus gladium dedit Deus & poteſtatem ad vindictam malefactorum &c. ad Rom. c. 13. at id negatur eccleſiæ licere cui dictum cõtrà eſt, reos ſanguinis defendat eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat: ca. reos ſanguinis, 7. 23. q. 5. ca. hi qui in furtis 14. q. 6. vel ſufficit illi, ſi non defendat, tamen nõ condemnet morte: nam hęreticos excommunicatos lapſos, vel relapſos declarat, pœnas autem imponendas reiicit ad ſeculares iudices.

*De fauore religionis in bonis eccleſiarum.*

## CAPVT XV.

SICVT ipſe cultus Diuinus per ſe fauorabilis eſt: ſic etiam patrimonium eccleſiæ[a]. *Vt ſicut ipſa eccleſia*, inquiunt Cæſares Leo & Antemius, *religionis & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum.* Cultus diuinus & altare ſine ſacrificio & ſacerdote eſſe nequit, & ſine his quæ ad ali-

a *l. iubemus nulli.* 14. C. de *ſacroſanct. eccleſ.*



ad alimenta miniſtrorum, & ad impendia miniſtratorum neceſſaria ſunt, c. nemo 9. de conſecra. di. 1. §. 1. vt nullus fab. oratorij domos, &c. in nouel. & docuimus abundè tracta. beneficiorum c. 3. & 4. Iuſſúmque à Deo in lege, honora Dominum de tua ſubſtãtia[a]. Non apparebis in conſpectu meo vacuus[b], de conſecra, di. 1. 7.

Quare & probatum & laudatũ hæredes inſtituere eccleſias, bona illis mobilia & immobilia relinquere, & donare[c]. Sícque breui tempore ex pietate hominum religio peperit diuitias, pluréſque ſe cum ſuis Deo conſecrarunt[d].

2 Coniunctæ eis decimæ primitiæve[e]. Splendida ædificia, vtpote Deo regum principi extructa, vnde & eccleſiæ baſilicæ dictæ, bonis eccleſiaſticis multæ immunitates & priuilegia data, quæ liquent ex toto titulo de ſacroſanct. eccleſ. C. & tit. de rebus eccleſ. non alienan. de immunitate eccleſiarum & ſimilib. Licuit & gentilib. legare ſuis ſacerdotibus & hierophylacis[f].

3 Intentio largitionum Deo & eccleſiæ eius factarum, multiplex & laudabilis fuit, éſtque vt primum, teſtari muneribus & oblationibus, Deum Dominum noſtrum eſſe authorem, largitorem cunctorum bonorum ſpiritualium & corporalium, quódque nos noſtráque cum gratiarum actione ei debeamus, vt Geneſ. 4. Abel profeſſus eſt. Sic honorem debitum tribuimus, & idipſum teſtamento in decimarum & primitiarum oblationibus, ex quibus & vbertatem quoq; maiorem expectamus à Deo[g], decimæ tributa ſunt egentium animarum[h].

2 Vt ſit cibus in domo Dei eius ſacerdotibus, & miniſtris[i], ídque vt liberius poſſint perſonæ eccleſiaſticę vacare legi diuinæ & cultui diuino[k]. qui enim altari ſeruit, de altari viuere debet[l].

3 In redemptionem peccatorum, vt hi quibus dantur, orent pro peccatis largitorum[m], quare & dicuntur clerici comedere peccata populi[n], ſicut dictum Daniel 4. *Peccata tua eleemoſynis redime*[o].

4 Vt tempore perſequutionis quo eccleſia parum iuuatur, illa habeat ex immobilibus quibus cultum diuinum poſſit reparare[p].

5 Vt per præpoſitos eccleſiarũ, nomine relinquentium ad honorem Dei & remedium animarũ eorum, bona & alimenta diſtribuantur pauperibus quorum ipſa bona cenſentur[q].

6 Fuerunt & bona addita eccleſiis, vt & templa ſacræque ædes reficerẽtur. Quare & quatuor partes de reditib. eccleſiæ ſolebant fieri, quarũ vna dabatur epiſcopis pauperib. qui non abundabant, vt nunc bonis, altera, ſeruientibus clericis: tertia, fabricæ & inſtaurationi eccleſiæ: quarta, pauperib. & peregrinis[r]. Sic clerici ſi bona eccleſię illorum ſufficiunt, ad reparationem ſuarum eccleſiarum tenentur[ſ].

Referam D. Chryſoſtomi perpulchram ſimul ac grauem diſputationem de bonis eccleſiæ, & de cauſa cur ea poſſideantur, in homilia quippe 86. in ca. 26. Diui Matthei, inter cætera hęc ſcribit deplorandum eſſe, quod Domini ſacerdotes vindemiæ ac meſſe & venditioni & emptioni frugum aſſiſtunt: & cùm olim Leuitæ &

a *Prouerb. c. 3.*
b *Exod. 24. c. omnis Chriſtianus.*
c *c. Conſt. c. vidẽtes*, 12. q. 1 *l.* 1. *de ſacroſ eccleſ. C.*
d *Auth. ingreſſi de ſacroſan. eccleſ.*
e *ca. 13. diſt. tit. de decimis & primitijs.*
f *l. annua.* 20. § 1. *Attitia. delega.* 1. *li.* 33. P. *ti.* 1 §. *ad municipiũ. li.* 35. P. *ti.* 2
g *c. reuertimini* 65. *& ſeq.* 16
h 16. q. 1. *c. decimas* 6. *& c. maiores*, 8. 16. q. 7.
i *di. c. decimas & dicto c. reuertimini* 16. q. 1. *Malac.* 3. *ca. placuit* 1. q. 2. *c. nemo, de conſecra. di.* 1. *ca. vt quiſque* 3. *de vita & honeſta. cleri. nu.* 5. *&* 1. *c.* 18. *Deut.* 18.
k 2. *Paral. c.* 31 *verſ.* 4.
l 1. *ad Corint.* 9 *c. ex his*, 12. *q.* 1. *c. cum ſecundum Apoſt.* 16. *de præben.*
m *c. fin.* 10. *q.* 1.
n *c. ipſi ſacerdotes*, 91. 1. *qu.* 1. *Oſeæ c.* 4. *v.* 8.
o *c. f. de teſt. c. animæ defunctorũ*, 13. *q.* 2. *c. presbyter.* 82. *diſtinct.*
p *c. futuram, c. vidẽtes* 12. *q.* 1.
q *c. fin.* 16. *q.* 1. *c. quod autẽ*, 23 *q* 8. *c. aurũ*, 12. *q.* 2. *c. clerici* 1. *q.* 2. *c. paſtor. eccleſ. c. ſacerd.* 1. *q.* 2.
r *c. Vulteranæ* 25. *c. conceſſo* 25, *c. quatuor autẽ*, 2 7. *c. de reditibus, cum* 2 *ſequent* 12. *q.* 2.
ſ *Vt ibidẽ dicitur & in c. decernimus* 10, *q.* 1. *& c.* 1 *de eccleſ. ædific. lib.* 3 *tit.* 48. *ex conſilio Maguntiaco ſub Carolo Magno c.* 42.

ſacerdotes qui vmbras tantùm colebant, nihil horum habebãt, &
quamuis corporalior eis adminiſtratio erat commiſſa; hodie tamen
ſacerdotes qui ad penetralia cœlorum vocãtur, quíque ad vera ſan-
cta ſanctorum ingrediuntur, mercatorum & propolarum curas ſuſ-
cipiunt: vnde & magna ſcripturarum oritur negligentia, ingens in
orando ſegnities, & cæterorum omnium cõtemptus: illúdque euan-
gelium vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni &
ſequere me. D. Matth. 19. oportunè nunc ad eccleſiæ præſides pro-
pter latas eccleſiæ poſſeſſiones & meritò dici poteſt. &c. & paulò an-
tè ibidem, *Veniat in mentem vobis, octo millia Leuitarum Iudæos alere
fuiſſe ſolitos: & cum his viduas & parentibus orbos: præterea muneribus ſub-
iectos militiæ, quoque operam dediſſe. Nunc autem agros, domos, locationes
ædificiorum, vehicula, equos, mulos, multáque alia eiuſmodi propter vos ve-
ſtrámque crudelitatem eccleſia poſſidet. oportebat enim vos hunc eccleſiæ the-
ſaurum retinere, ac eccleſiam non paruos ex veſtra deuotione cõſequi fructus.
Modò autem duo mala quædam committuntur. Nam & vos quaſi nihil
dare debeatis, nihil confertis: & Dei ſacerdotes à ſacerdotio aliena pertra-
ctant. An non poterant etiam tempore Apoſtolorum, domus & agri ab ec-
cleſia poſſideri? cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? quia
id multò melius erat profectò. Nunc verò ſecularium cura rerum, vobis fu-
rentibus loquitur populo, timor noſtros inuaſit patres, ne dum nihil colligere,
aut nihil ſeminare ſtudeatis, viduarum, orphanorum & virginum multitudo
fame depereat, qua re commoti hæc ſibi comparare coacti ſunt &c.*

Propter eaſdem cauſas fuerunt prophibitæ bonorum eccleſiaſti-
corum alienationes[a].

a *c. non liceat papæ, 12. q. 2. explicat lib. in ea. ſine exceptione eo. & titulo, de rebus eccleſiæ non alienan. in iure pontificio & nouellis iuris ciuilis.*

### *De abuſu bonorum eccleſiaſticorum, in acquiſitione & de remedijs.*

## CAPVT VI.

SVB ſpecie pietatis aut religionis tamẽ rurſum inter Chri-
ſtianos inuenitur abuſus multiplex bonorũ eccleſiæ, qui
poteſt concludi tribus capitibus. Nam is pertinet, vel ad
acquiſitionem, vel ad retentionem, vel ad profuſionem
prohibitam.

Itaque primùm, abuſus ille videtur exprobrandus, nihil de ſacris
cõmunicare, niſi mediante pretio. Quod reprehendit Deus per pro-
phetam Micheam c. 3. verſ. 11. *Sacerdotes eius in mercede docebant.* &
per Malachiam c. 1. verſ. 10. *Quis eſt in vobis qui claudat & incẽdat alta-
re meum gratuitò?* contra id quod iubet D. Petrus 1. epiſt. c. 5. *Paſcite qui
in vobis eſt gregẽ Dei, prouidentes, non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum,
neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè.*

Et quamuis ſit dignus mercenarius mercede ſua.

Et qui euangelizat viuere debeat de Euangelio & altari[b].

Tamen multa debentur, quæ non ſemper honeſtè petuntur[c].

Et D. Paulus ne quenquam grauaret, ſuo labore ſe vixiſſe teſtatur
inter prædicandum, ne quenquam vexaret aut grauaret[d].

Poteſt dari alicui presbytero pro operibus ſpiritualibus ad quas
non

b *c. cum ſecundum Apoſtol. de cenſib.*
c *l. 1. §. in honorarijs de varijs & extraordin. cogni. P.*
d *2. ad Theſſalonic. 3. c. ver. 8. Actor. 20. verſ. 33.*



non tenetur, ca. charitatem, 12. q. 2. c. ſignificatum, de præbend. dum
modò non ea intentione is accipiat vt velit ſpiritualia vendere, aut
pecuniam principaliter pro his accipere, ſed potius pro ſeruitio &
pro compenſatione aliqua laborum, aut damnorum quæ ſubit ob
moram quam ibi facit, & pro ſuo victu, non habent aliunde ſumptus
neceſſarios. alioquin ſi pro compenſatione ſpiritualium acciperet,
ſimonia eſſet[a], pariter ſi exigeret pro his quæ aliunde tenetur exhi-
bere, vt ſi exigeret curio à ſuis parrochianis pro præbendis ſacramẽ-
tis, quæ præſtare tenetur ex debito officij: excepta laudabili conſue-
tudine dandi quæ non reiicitur[b].

a *ca. iudices. 1. q. 1.*
b *c. ſuam nobis, de mun.*

2 Dehinc & peccant vel abutuntur monaſteria, vel eccleſiarum
præfecti, ſi præter modum in acquiſitione temporalium laborant, &
opes augent ſupra modum. nam hæc cura facit vt contemnatur di-
ſtributio quæſitorum in pauperes: dum ſibi conſeruant diſtribuen-
da, & in acquiſitiones conuertunt, ex quibus ſæpe accidit vt priuen-
tur meritò priuilegiis quæ erant ob paupertatem errogata, cùm in
tantum augmentantur poſſeſſionibus vt aliis præiudicium faciant,
& de iure ſcandalum oriatur[c].

3 Vnde quia exceſſus in acquirendo, & cùm opes potius pietati
detraherent, quàm augerent vbi religio peperit diuitias; & diuitiæ
ſuffocauerunt alicubi matrem; placuit prohibẽdas eſſe aliquibus ec-
cleſiis prædiorum emptiones, vel etiam non permittendas relicto-
rum defenſiones ſine iure morticinij, & poteſtatis regiæ authoritate,
ex qua iudicarentur num expediret eccleſiæ vel populo adhuc alia
retinere.

c *vt dicitur in c. ſuggeſtum, 9. & c. dilecti filij, 8. de decimis.*

Charthuſienſibus & Celeſtinis aliquando ſenatus inhibuit Pari-
ſienſis acquiſitiones nouas Lutetiæ, vt refert Papus lib. 1. Rhapſo. a-
reſtot. ti. 7. areſto. 3. ne inciderent in auaritiam reprobandam, cùm ni-
hil venale eſſet quin ſtatim per illos emeretur. per c. nuper. de deci-
mis in ſex. cùm magis in regularibus quàm in aliis auaritia, quæ per
ſe culpabilis eſt, deteſtanda videatur[d]. quanquam ſine illa regula vi-
deatur eſſe communis, non poſſe reſtringi poteſtatem cuiuſquam
collegij liciti, vt non poſſit acquirere, vt notat Panor. per l. penul. de
pact. P. In conſilio Londini habito Angliæ, ad Vueſt monaſterium,
placuit Edoardo I. regi & principibus, anno 1290. cauere, vt perpetua-
retur iam pridem conſtitutum in magna charta c. 36. vt nemini ho-
minum liceret dare prædia collegiis monachorum. Et additum ne
liceret monachis aut aliis ſacerdotibus emere poſſeſſiones: ne poſ-
ſeſſiones huiuſmodi cœnobiorum aliorúmve ſacerdotiorum dotis
fierent. Et legem hanc ad manum mortuam vocant, quod res data
ſemel collegiis ſacerdotum, non vtique rurſus venderentur, veluti
mortuæ, id eſt vſui aliorum mortalium in perpetuum ademptę. Po-
lydorus Virg.[e] qui & idipſum rurſum confirmatum refert per Hen-
ricum 5. eius nominis regem Angliæ, cùm decreuiſſet mouere bel-
lum in Francos pro repetendo regno Franciæ à Carolo, in conſilio
de ſtatu regni.

d *de auaritia, de præben.*
e *lib. 7. hiſtor. Anglicæ.*

Ius amortizationis ſeu morticinij eſt relaxatio legum quæ pro-
hibent eccleſiis immobilia acquirere, quæ iam à multis ſeculis vi-

guerũt in Italia, & in alijs locis Romano imperio ſubditis[a], & fuerũt receptę in Hiſpaniis[b]. In Gallia[c], diſponunt autem prędictæ leges de rebus immobilibus quærendis eccleſiis, antequam fiãt eius iuris, nã poſtquam res eccleſiarum factæ ſunt, nullum ius diſponendi de illis pertinet ad principes, nec ſtatuere de illis poſſunt niſi authoritatem aut priuilegium à ſummo pontifice & iudice eccleſiæ acceperint[d]. Et ante legẽ Conſtantini Magni quæ ponitur in l.1. de ſacroſa. eccle. nõ licuiſſe liberè eccleſiis immobilia relinquere, ex ea lege conſtat: erãt enim decimis & primitiis cõtentæ, iuxtà legẽ Leuiticã & diſtributionem factam per Dionyſium ſum. pontif. anno Domini 267[e].

Poſtquam circa annum 311. Conſtantinus Magnus imperauit, qui permiſit legare & relinquere liberè eccleſiis.

Secutum dehinc circa annum 40. imperium Archadij & Honorij, quorum Archadius rurſus prohibuit quicquã eccleſiis relinquere[f]. Quo tẽpore dixit D. Hieronym. qui mortuus eſt anno Domini 422. in Bethleem, anno verò ſuæ ætatis 91. vt ſcribit Proſper, vel 94. vt ſcribunt Paulus Diaco lib. 14. & Sigebertus in Chronicis aut 99. vt ait Tritemius. Hic autem Hieronymus eius legis videtur mentionẽ facere, dum ait ad Nepotiam 7. part. 3. *Pudet dicere, ſacerdotes idolorũ, aurigæ, mimi, & ſcorta hæreditates capiunt: ſolis monachis & clericis id lege prohibetur, non à perſecutoribus, ſed à principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror, ſed doleo, cur meruerimus hãc legẽ. cauterium bonum eſt, ſed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio. Proindè ſeuerâque legis cautio: & tamẽ neceſſe refrenetur audacia per fideicommiſſa legibus illudimus &c.* Ante Archadium & apud Ethnicos Veſtalibus, omnino prohibitum quicquam ex teſtamentis capere[g].

Fuit Archadij tamen lex obliterata reuocata Conſtantiniana, dũ ius nouum compilaret Iuſtinianus, in quo leges illæ Archadij expunctæ ſunt. Videtúrque Iuſtinianus in alia lege Gręca, quæ nunc in nouè excuſſis codicibus occupat 46. locum, *ſancimus, de epiſco. & cleric.* c. eadem ſenſiſſe cum Conſtantino. Attamen ſacri canones vt dixi, non tam fauent opibus eccleſiarum, vt velint occaſione illarum deformari ſtatum religionis, ſe per illas diſciplina labitur & ſcandalum in populo & in aliis eccleſiis oririri poſſit[h]. Et certè ſi velimus quod eſt fateri, proculdubio illud dicemus veriſſimum, diuitias monaſteriorum retentas & non diſpenſatas pauperibus alicubi effeciſſe, vt ibidem religio & cultus diuinus diminutionẽ, ne dicam peius, acceperint. Etenim diuitiæ in cauſa ſunt, cur ſeculares ambiant prępoſituras, ſiue in commẽdam vel coadiutorium, vel alio modo, nihil intereſt. adepti autẽ ſtatim quanti locari poſſint fructus, quantúmve percipere, ineant rationem, vt extra, in portatis vt dicunt, fruantur. Interim monachi ſine capite, prioribus clauſtralibus incipiunt obſiſtere, portiones partiri, ex libito agere, ſeorſum partem, veſtiariũ, pecuniam, præbẽdam accipere, in his negotiari, & ſecularium more viuere, & à regula ſe ſeparare, vt certè in pluribus monaſteriis, ſi patres qui ordinis ſacri fuerunt fundatores, vt vitam reſtituerẽtur, vix imò nullum veſtigium ſuæ diſciplinæ, nec aliud quàm inane nomen agnoſcere poſſent.

a *vt teſtatur D. Hieronym. ad Nepotianum, & D. Ambroſius lib. 5 epiſt. epiſt. 31.*
b *vt teſtatur Petrus Belluga, in ſpeculo principis ti. 14.*
c *Iohannes Faber ad l. quoties, C. de rei vindi. Maſſuer. tit. de locat. & conducto. Guil. Benedic. ad c. Raynucius, ad verba & vxorem num. 3. & 4. de teſta.*
d *c. quæ in eccleſiarũ, 7. & c. eccleſia ſanctæ Mariæ, 10. de conſtitutio. c. f. de reb. eccleſ. non aliena.*
e *in c. 1. 13. q. 1.*
f *l. 20. & 27. de ſacroſanct. eccleſ. in codice Theodoſiano.*
g *Gellius lib. 1. c. 12. Symmach. lib. 1. epiſtola. epiſt. 40.*
h *d. c. ſuggeſtũ, de decimis.*

4 Quæ



4 Quæ reformatione indigent non quidem ſolùm iuſſa, id enim ſæpe iuſſum eſt, vt & conſi. Tridentino ſeſſio 25. c. 21. eſt; ſed ad effectum perducta. Quam conſequetur ſum. pontif. ni fallor facilè, duobus modis, primùm, ſi conuocatis ad ſe generalibus præpoſitis ſingulorum ordinum, illis hoc fieri iubeat: & ipſę ſtatuat, nullos abbates vel præpoſitos regularium eſſe; niſi ordinis profeſſos: & ſi qui ſint alij, reuocet eorum commendas, & præcipiat vel rẽgularem habitum ſuſcipere, vel beneficium dimittere, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis & diſpenſationibus conceſſis, quas reuocet. Et ſi neutrum velint, permittat & iubeat vniuerſis & ſingulis monaſteriis, vnum idoneum ex profeſſis, ſiue in locum cuiuſque commendatarij eligi, & per ſuperiorem ordinis admitti; adhibita etiam cautione, vt ſi deſtituti noluerint cedere loco, brachium ſeculare inuocetur in auxiliũ, cui etiã virtute & authoritate apoſtolica iniungatur, & principibus curiiſque ſecularibus communitatibus & ciuitatibus ſub pœna excõmunicationis vel interdicti, huic executioni fauorem, opem, auxiliúmque præbere. Secundò, ſi quando contingat in prædictis monaſteriis inueniri pertinaces, qui corruptelam ſeu conſuetudinem malam viuendi, contra tenorẽ regulæ quam ſe ſeruaturos profeſſi ſunt, noluerint relinquere; iniungatur iiſdem præpoſitis, fieri idipſum curare, inuocato prædicto brachio ſeculari, adhibitis pœnis quas poterit ſum. pontif. pro ſua ſapientia, maximè de conſilio prælatorum ordinum conuenientes ſtatuere. Et certè ſi ſummus pontifex probaret, ſatius Chriſtianæ reipublicæ videretur & vtilius, huiuſmodi diſcolos homines contra regulas viuentes nec reſipiſcere volentes, extra ſæpta monaſterij viuere & proiici, quàm tam ſanctas patrum inſtitutiones conſpurcare, vt ſecularis poteſtas de his quid agendum eſſet proſpiceret poſtea.

5 Non eſt hoc remedium nouum. erat enim tritum antiquis dũ regulæ ſeruabantur, vt qui non ſeruaret, cogeretur ad regulam; vel ſi eſſet incorrigibilis expelleretur: vna enim pecus inficit omne pecus[a]. & expreſſè in l. ea quæ pro religionis, 8. de ſtatu mona. vbi forma viſitationis & caſtigationis: & in caſu rebellionis, datur ius epiſcopis ordinariis locorum inexemptos etiam. Scio quoſdã poſſe excuſationem quærere, quòd videatur ſcandalum excludere monaſterio, eos qui iam in ſua corruptela vixerunt, & nolunt in meliorẽ ſtatum reformari ſecundùm regulam, dicentes ſe ita inueniſſe vtentes regula monachos vt ipſi vtuntur. Nã hæc excuſatio non ſufficiet. iurarunt enim non ſecundùm modum viuẽdi exiſtentem tẽpore profeſſionis ſe profiteri religionem, ſed ſecundum regulam religionis, vt ſancti Bernardi vel Benedicti, vel alterius. Neq; tantum erit ſcandalũ abutentes regula expellere, quantũ populum decipere & Deum irritare, relinquendo tales irregulares cõcedere bona regulariũ ſub falſo nomine regulariũ, ſicuti nemo magis in eccleſia plus nocet, q̃ qui peruerſè agẽs nomẽ habet ſacerdotis[b]. multi ſacerdotes & monachi nomine, ſed pauci re. Sic D. Auguſtinus ſermone 52. ad fratres de heremio. & in ca. certè ego ſum, 18. 12. q. 1. non impedit abire ex collegio ſuo, qui ſuo more nollent viuere in recepto propoſito; & ſi

a *c. velatum, ne cleric. vel mona. ſecula. neg. ſe immiſceant, c. ſicut nobis. 17. de regul. & tranſeunt. ad reg.*
b *ca. neme. 83. diſtinct. 1.*

hoc malum ſit. *Nam*, inquit, *malum enim eſſe quis neſciat? malum eſt cadere à propoſito. Si non ſeruat ſanctitatem foris, dimidius occidit: ſi verò intus habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi.* Sic etiam eiicit clericos incorrigibiles ab eccleſia,& dat iudici ſeculari: non metuens illud ſcandalum, cùm non habeat, quod in contumaces amplius exerceat, ne poſſit vltra eſſe perditio plurimorum[a].

a *c.cum nõ ab homine, 10. de iudic.ca. nouimus de verbo ſignif.cũ ſimili.*

6 Peccatur rurſum,& alius abuſus eſt in conceſſione, vel acquiſitione bonorum eccleſiaſticorum, quando prætextu religionis fit quidem largitio,ædificatio, & dotatio eccleſiæ, ſed intentio alia eſt. Vt Iuſtinia.in nouella 67.vt nullus fabricet oratorij domos, præter voluntatem epiſcopi,in principio,ait,plurimos nominis cauſa, non pietatis ad opus ſanctarum eccleſiarum ædificandarum accedere. multos ſimulantes quaſi oratorij domos fabricare, ſuis mederi langoribus,non orthodoxarum eccleſiarum ædificatores factos,ſed ſpeluncarũ illicitarum. Quare & prohibet & ædificationes non incipi, vel fieri,ſine epiſcopi conſenſu & authoritate,vt in c.9.

In conſilio Vuormacenſi detecta eſt etiam fraus ædificantium eccleſias,vt aliarum compendia ſua facerēt,quod prohibetur ibidem[b].

b *Et in c.44. quicunque 16. q.1.facit & c. 1.& 2. de noui operis nuncia.*

7 In conſilio Africano c.50.[c], reprobantur altaria quæ per ſomnia & per inanes reuelationes quorumlibet hominum vbique conſtituuntur, vt qui rectè ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione deuicti teneãtur. Sic etiã liber Theophraſti χαρακτῆρες dicitur cap. περὶ δεισιδαιμονίας, de ſuperſtitione cõnumerat inter ſuperſtitioſa,&ſuperſtitioſũ dicit, καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄψιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. id eſt,& ſi quando viderit viſionem in ædibus ſuis,ſacellum ibidem inſtituere.

c *Et in ca.26. placuit, de conſecratio. diſt.1.*

7 Abuſus & mihi videtur reformandns, quod prætextu fauoris eccleſiæ, & propter ſtipendia vt dicunt clericorum, eccleſiæ, vſuras à debitoribus debentibus pecunias, accipiant. Quamuis enim & illæ dicantur modicæ,attamen vſuræ ſunt, ſiue magnæ, ſiue paruæ,& prohibitæ iure diuino.Lucæ 6. mutuum dantes, nihil inde ſperantes.& pſal.14.

d *Et in c.1. de vſur.*

Et in conſilio generali Turonenſi ſub Alexand.3.S.pont.[d] *Generalis conſilij decernit authoritas, vt nullus cõſtitutus in clero, vel hoc, vel aliud genus vſuræ exercere præſumat, cùm & omnibus prohibitæ ſunt.* cap.2.3.4.eod.titul.

Et vt reſcripſit Alexand.3.in c.ſuper eo.4.de vſur.Panorm.archiepiſcopo, *Cùm vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur: ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus. Quia cùm ſcriptura ſacra prohibeant pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus eſt quis ne etiam pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluãtur,* Prętextu boni malum faciendum non eſt[e].

e *c.non eſt putãda, 1.q.1.c.ſi dicat 33.q.5.c. 1. 2. 3.14.qu.5.*

Quemadmodum nec ſub obtentu languentium fratrum curandorum,& conſulendi corporibus eorum, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi,regularibus permittitur exire clauſtra ad phyſicam diſcendam, vel leges ciuiles[f], cum tamen & phyſica & leges, artes ſint vtiles & permiſſæ, id tamen prohibitum: ne ocaſione ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſum actionibus inuoluantur. vt ibidem dicitur,multo magis vſuræ per ſe omnibus prohibitæ, etiam occa-

f *In ca.nõ magnopere 3. ne cleri. vel nõ ſecul.nego.ſe immiſc.lib.3.ti.5.*



ſione iuuandi fratres,vel clerum,vel proximum non ſunt in eccleſia admittendæ. vnuſquiſque in qua vocatus eſt, ambulare debet[a]. Et iam docui in explicatione tituli de vſuris, nunquam ex quacunque cauſa permiſſas fuiſſe vſuras quę ex mutuo pendent,vel ex debito quantitatis eccleſiæ. niſi pro mora,vel ratione eius quod intereſt nomen accipiatur[b].

a *1.ad Corinth. c.7.verſ.20.*

b *Vt puto intelligendum c. 3.§.oportet, autem competentem nouellæ 59. de debita impenſa in exequijs defunctorum.*

8 *Vel niſi* iuxta permiſſionē & approbationē Martini 5.& Callixti 3. *in ca.1.& 2.* de emptio.in extrauag.cõmunis eccleſ.emat reditus an*nuos* cēſum ſuper immobilibus conſtitutũ pretio legitimo,& ibidē definito fuerunt iidem contractus declarati,recepti poſtea per conſtitutionem 41.Pauli 3. in Bullario Cherubini quæ incipit *delectus*, ſub data pridie Non.Martij,anni 1545.ſui pontificatus vero 11. & per Nicolaum 5.conſtitutione 4.incip. *Solicitudo*, &c. dummodo,inquit, annualis cenſus huiuſmodi cenſualium, decimam partem principalis recepti, ſeu pretij eorundem non excedat declarationem formandi huiuſmodi contractum, tradit Pius Quintus conſtitutione 80.incip. *Cùm onus*, in dicto Bullario.

9 Ea dē ratione & nomine emptionis reditus, ſuſtineri poſſunt illi prouentus, ſeu reditus qui accipiuntur ex mõtib. dictis pietatis, cum authoritate ſummorum pontificum, maximè Leonis 10. qui in conſtitutione ſua 10. iuxta ordinem traditum in Bullario Laertij Cherubini declarauit, ita demum dictos montes pietatis eſſe licitos, ſi nihil ab his vltra neceſſarias impenſas recipiatur, & ſi detur pro impenſis & indemnitate moderatè: & excommunicat eos qui contrarium prædicauerint,& dixerint eſſe illicitos. Neceſſitas vt videtur, conquirendæ pecuniæ requiſitæ ad negotia exiſtimata conducibilia, quæ ſine præſenti pecunia expediri non poſſent, videtur cauſam dediſſe erectioni,vel permiſſioni horum montium. Irrepſerunt tamen poſtea multa quæ occaſionē malis abutendi forſan dediſſe plurib. nõ immeritò videtur: nihil eſt enim tã piũ, quod violari abuſu nequeat, quod mereretur emendationē certè, ni fallor. Referã porro montes quoſdã cõſtitutos pietatis,& cauſas eorũ, prout mihi occurrerũt: neq; tamē omnes ſimiles ciuitatũ montes referã, qui burſæ dicũtur: ſufficiet enim mõtes pontificia authoritate probatos recenſere, vt videãt ſummi pontifices ſi quando ſub authoritate illorũ peccetur, ne prętextu pietatis, religionis præcepta & dogmata ſacroſancta peruertãtur: ipſi enim ſunt maxime de his reddituri rationem ante tribunal Dei,& ab iis quibus plus commiſſum eſt, plus exigetur. Arbitror & accuratè ſolicitéque prouiſuros, ne pauperes quorũ gratia iſti montes precipuè introducti dicuntur, mutuúmque datum eſt, reditibus iſtis, fœnore non dicã aut vſuris, lędantur. néve occaſio fœnerãdi hoc ſpecioſo nomine pietatis, tegatur, cõtra Dei & Domini noſtri IESV CHRISTI præceptũ expreſſum, Lucę 6. *Mutuum dantes, nihil inde ſperantes*, quod fieret certè contra intentionem ſummorum pontificum, qui montes permiſerunt.

10 Clemens 7. erexit montē dictum fidei & collegium eius, cùm ad conquirendas pecunias ad defenſionē almæ vrbis egeret, vt liquet ex conſtitutione eius 17. ſecundũ ordinē Bullarij Laertij Cherubini,

ex cuius Bullario,& ſequentia extraximus & incipit, *Illius qui veritas eſt*,ſubſcripta à Cardinalibus anno Domini 1526.14.Nouẽb.pontificatus ſui anno 3.atq; in ea ſtatuit Dohannã mercium ſancti Euſtathij de vrbe,cum omnibus iuribus ſuis & emolumentis ei perpetuò applicãdũ,& quod quilibet eorum qui pecunias in dicto monte ponerent,eorúmq; hæredes & ſucceſſores quicunque, pecuniis ſuper dicto monte poſitis,ad rationem decem pro quolibet cẽtenario annis ſingulis,& ſingulo menſe ad ratam decem pro centenario huiuſmodi habere deberent.declarauit inſuper,quoſcunque religioſos etiam in eo monte poſſe pecunias ponere, neque reditus, vel debita poſſe confiſcari. Item poſſe de poſitis quemlibet alioquin prohibitum teſtari,diſponere etiam fauore, *Illegitimorum abſque ſuperiorum licentia*. Obligat omnia bona ſedis & cameræ apoſtolicæ pro aſſeueratione dicti montis.

Declarat pecunias in dicto monte ponentes non teneri ad probandum verſas fuiſſe ad vtilitatẽ eccleſiæ. Indulget quoq; vt mulieres impudicè viuentes,non teneãtur relinquere quintã partem bonorũ monaſterio conuertitarũ:cùm tamen alia conſtitutione 13.ſtatuiſſet bona quæcunq; mulierum impudicè viuentium,& monaſterio conuertitarũ dicto de vrbe,ſaltem quintã partem non relinquẽtium ipſo iure eadem monaſterio applicanda mulierúmq; earum diſpoſitiones & teſtamenta nullius eſſe momenti. cui tamen derrogauit, montem hunc fidei auxit Paulus 3.vt habetur in eius cõſtitutione 33. quæ incipit decens.Ampliauit Sixtus V.conſtitut.68.incip.humani plerunq; anno Domini 1587.13.Kal.Nouemb.cũ reductione fructuũ ad ſex pro centenario.Cùm etiã Paulus 3.in di.conſtitut.3.aſſignaſſet tantum montaniſtis ſeptẽ cum dimidio pro cẽtenario, ſoluenda pro rata quolibet bimeſtri. In hoc montis erectione cauſa videtur fauorabilis, defenſio vrbis quæ caput continet religionis. Durum autem videtur quod permittitũr religioſis quibuſcunq; in eo pecunias ponere,& de his ſine ſuperioris licentia teſtari. id permittit tamen tantum ſummus pontifex etſi memor ſit eius quod ſcribitur in cap. cùm ad monaſterium,6.dẽ ſtatu monachor.in fine. *Nec æſtimet*,inquit,*abbas quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpẽſare,quia abdicatio proprietatis,ſicut & cuſtodia caſtitatis eſt annexa regulæ monachali,vt contra eam nec ſummus pontifex poßit licentiam indulgere*.& ibi gloſſa refert,quòd Ioannes & Vincentius dixerint, quod Papa non poteſt diſpenſare vt monachus habeat proprium exiſtendo monachus,ſed de monacho poteſt facere non monachum. Alij dicunt quòd non debet hoc facere,quamuis de plenitudine poteſtatis poſſit.alij vt gloſſa ait abſolutè non poſſe etiam ſi vellet,vt & ait gloſſa ad c.propoſuit,4.ad verbũ diſpenſare, de conceſſion.per vrbẽ proprietarius monachus in ſterquilinio ſi cũ proprietate nõ euocata moriatur,eſt ſepeliendus, di.c.cũ ad monaſteriũ,in princ.c.monachi.c.ſuper quodã,de ſtatu mona.& in vita debet expelli de monaſt. di.c.cũ ad monaſterium,& aliis proximè citatis bona quæ reperitur poſſidere, in vtilitatem monaſterij conuerti debent, c.quanto de offic.ordina.ca.abbates 18.quæſt.2.

Non



Sed nõ valde immorabor in poteſtate data diſponẽdi de quęſitis ex illis monte pietatis; quia & ſummus pontifex ex plenitudine poteſtatis,permittit diſponere de quæſitis in cardinalatu & occaſione eius,vt tenet Iaſon.ad auth.ingreſſi numero 11.de ſacro.eccl.doctores ad c.relatum in 2.de teſta.Barbatia in tracta.de cardinalium præſtantia 3.q.Marti.Laudenſis tracta.de cardina.q.8. quamuis de monachis negat.Panor.in 1.repeti.c.cũ eſſes,de teſta.aſſerit Iaſon pro loco.Valde tamẽ miror cur in prędiciũ monaſterij permittatur monacho in monte illo ponere pecunias quæ monaſterij cenſentur: quia nihil habet monachus ,& permittatur nihilominus monacho de illis diſponere,& de alienis & in vſus ſpuriorum, quæ nec nominari nec alimentis digni ſunt. auht.ex cõplexu de natur.liber. Sed forſan mẽs aliqua alia conditori & defenſoribus montiũ pietatis , de qua nollẽ, ſi bona videatur,iudicare:mihi tamẽ,vt verũ fatear,adhuc non occurrit, quæ probabilis videatur: at ſedis apoſtolicæ iudiciũ nõ detrecto.

11 Ita illud priuilegium videtur offendere quorundam aures niſi excuſet authoritas ſummi pontif.quod qui habet ſuperiorem ſeu monachus,ſine ſuperioris licentia poſſit illegitimum vel verius ex complexu nephario genitum inſtituere de his reditibus. Tertiæ enim ſubſtantiali cauſæ monachiſmi vis infertur,nempe obedientiæ. tria enim vota monachi ſunt, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ. Paupertas,expeditam viam cœli facit,veluti depoſitis omnibus huius mundi illecebris & ſolicitudinibus.ecce,inquiunt diſcipuli Domino,nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te [a].

Caſtitas,mundam & Deo placentem vitam reddit.

Sed obedientia vinculum eſt diſciplinæ, veluti anima monachiſmi.nam monachus viuit in anima ſuperioris.velle enim aut nolle nõ habet [b],dicitur & ſeruus [c],vnde non habet liberum arbitrium [d].

Imò ſi monachus ſine licentia ſui abbatis, & inuito eo factus eſſet papa,tenetur redire ad monaſterium , & ſi ipſum ipſe compellet qui aliis debet iuſtitiam [e]. Quid ſentiam de illegitimo inſtituendo prætermittam : ſufficit me admonuiſſe , ex his priuilegiis poſſe dari anſam non obediendi,quod corrumperet valde mores : & ideo nacta etiam iure ciuili ſublata ſunt & reprobata , per quæ contra bonos mores obedientia tolleretur [f]. ſed neque credidi vnquam etiam intentionem fuiſſe ſummi pontificis,vt occaſione pietatis, eo priuilegio abutantur Montaniſtæ.

12 Secundò occurrit alius mons dictus nouennalis, ad nouem vſque tantum annos durationis erectus per Paulum 4.cõſtitutio.12. inci.*ſuperioribus* &c. vſque ad ſummam centum octoginta ſeptẽ millium ſcutorũ auri,ad rationem præſtandorum decẽ iuliorũ pro quolibet ſcuto poſito.Pius autẽ 5.prorogauit hunc montẽ ad maiorẽ pecuniæ quantitatẽ,ſed fructus ad 7.pro centenario reduxit,vt habetur in eius conſtitutio.77.incip.*cũ fœlicis recordationis &c.*in dicto bullario.Permiſerũt prędicti pontifices religioſis etiam quibuſcunque in eo monte pecunias ponere,&de illis etiam in fauorem illegitimorũ diſponere,& non obſtãtibus quibuſcunque condemnationibus,noluerunt poſſe confiſcari.

13 Tertius mõs aluminariũ dicitur,pro negotiis aluminis Tulphæ

a *D. Matthæi c.19. D. Lucæ c.8.*

b *ca.non dicatis 11.12.q.1.*

c *ca.multos 54. diſt.*

d *ca.vnico 32. q.3. l.velle,de reg iur.*

e *iuxta gloſſã ad cano. quam ſit neceſſarium, 5.ad verbũ ad ordinandum 18.q.2.*

f *l.cõuenior.de pactis dota. P. l.alia,§.elegãter,ſolut.matrimo.*

inuenti, primum introductus vſque ad 12. annos, ad rationem decem cartenorum pro quolibet ducato cum vno tertio annuatim, dandis mutuantibus illi pecunias, vel 12. pro centenario qui fuit erectus per Paulũ 4. vt liquet ex conſtitutione eius 46. incip. *ea fuit* & cõfirmatus per Gregorium 13. & perpetuus factus, reductis fructibus eius ad quinque pro centenario, vt docet eius conſtitutio in dicto bullario Cherubini, numero 101. incip. *cum alias fœtus* &c.

14 Quartum & quintum inueni montem Auinionenſem. Cum enim hæretici qui Hugonoti dicebantur, infeſtarent ciuitatem Auinionenſem & domitatum Venayſſi, ad comparandas pecunias, Pius 4 conſtitutione ſua 96. inci. *ad vniuerſalis* &c. 15. cal. Octobris 1563. erexit montem primi ſuccurſus, pro ſumma ducentorum triginta millium ſcutorum, ſuper introitibus cameræ apoſtolicę, & emolumenta aſſignauit montiſtis ad rationem duodecim pro centenario, ſoluendorum annuatim pro rata, quolibet bimeſtri: eadem priuilegia regularibus & ſecularib. dedit, quæ cõceſſit Clemẽs 7. Montiſtis mõtis fidei. Ob eandem cauſam, & cum hiſdem priuilegiis poſtea Pius 5. cõſtitutio. 103. incip. *oneroſum*, erexit Auinioni ſecundum montem ſuccurſus, cum emolumentis duodecim pro centenario.

15 Sextus mons erit quem erexit prædictus Pius 4. conſtitut. 122. incip. *cum ſicut* &c. dictus mons Gabellæ ſtudij almæ vrbis gratia, vacabilis, cum fructibus ad vndecim pro centenario cum iiſdem priuilegiis, quibus fuerũt donati ſuperiores. hic mõs auctus fuit cum moderatione tamen fructuũ à Gregorio 13. cõſtitutione 81. inci. *dilectos*.

16 Septimus erit, quem erexit Pius 5. conſtitutio. 130. incip. *ſacro huic loco* 12. calend. Iunij 1571. & dictus *mons religionis non vacabilis*, cum emolumentis ſcutorum ſeptem cum dimidio pro cẽtenario, ad bellum Turcicum, pro quo obligauit bona cameræ apoſtolicæ, permiſitque in eo monte perſonis eccleſiaſticis pecunias ponere, & poteſtatem diſponendi de bonis & fructibus ad arbitrium, excepto quòd eccleſiaſticis non permiſit *diſponere in vtilitatem illegitimatorum*, in conſtitutio. eius 152. incip. ad *Romanum*.

17 8. Ex eodem Pio 5. qui conſtitutione ſua 142. inci. *cum perturbatiſſima* 16. ianuarij 1571. erexerit montem ſacri fœderis. vacabilem, cum emolumentis ſcutorum decem cum dimidio pro centenario, additis priuilegiis aliorum montium vacabilium.

18 9. Eſt mons Iulij, dictus vacabilis, quem Iulius 3. erexit in vrbe anno 1550. vt iuuaret regem Galliæ aduerſus hæreticos regni, de ſcutis ducentis millibus ad rationem duodecim pro centenario, reduxit autem Pius 5. conſtitutione 157. incip. *ad Paſtoralis*. &c. 7. Martij 1569. reditus ad decem pro centenario.

19 10. Mons alius erectus per prædictum Pium quintum non vacabilis ſuper emolumentis collegij proxenetarum ripæ Romæ, ſcutorum viginti ſex millium & quingentorum, cum fructibus & priuilegiis, & ſecuritate aliorum montiſtarum, in conſtitutio. eius 181. incip. *cum ſimul accepimus*.

20 11. Erectus mons prouinciarum, cum emolumentis ſex cum dimidio pro centenario & pro extinctione vectigalis quaterni pro



pro libris quinquaginta carnis ſuilæ, ex conſtitut. 41. Greg. 13. incip. *pro paterna*, anno Domini 1576. pridie Kal. Septem.

21 12 Sixtus quintus, conſtitutio. 8. incip. *Multa & grauia erexit*, montem panis non vacabilem, trecentorũ millium ſcutorum cum aſſignatione fructuum quinque cum vno quarto pro centũ, cum iiſdẽ priuilegiis quæ aliis fuerant conceſſa & regularib. & irregularib. & vt diſponere poſſint in fauorem illegitimorum.

22 13 Idem Sixtus quintus, erexit montem Ceſarinum non vacabilem conſtitut. 9. *volentes*, &c. centum millium ſcutorum, ad extinguendum contracta debita Iuliani Cæſarini, cuius ipſe Sixtus cùm eſſet cardinalis, fuerit deputatus tutor & curator in teſtamento paterno, cum emolumentis ſcutorum quinque cum dimidio pro centum.

23 14 Idem Sixtus 5. conſtitut. 67. in di. bullario Cherubini incip. *Quantis ærumnarum*, &c. 13. Calendis Iunij, anno 1587. erexit montem ex ſuo nomine Siſtum, vacabilem, quingentorum millium ſcutorum, cum fructib. ſcutorum decem pro centenario cum priuilegiis, & iuribus quibus alij donati erant.

24 15 Et idem etiam erexit montem camerariatum vacabilem, cum fructibus ad nouem pro centenario, cum priuilegiis iiſdẽ. conſtit. 71. incip. *Non ſecus*, pridie id. Septem. anni 1587.

25 Omittam alios montes Romæ exiſtentes, vt montem farinæ, & alios anonymos, in quibus otioſi & epicureè viuentes Romæ quidam victum habẽt ex reditibus ſine labore, vacantes voluptatibus, quod certè deteſtabile eſt: vbi enim quis infimæ ſortis corradere poteſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè pecunias alicunde, ad montes illos confugit, & reditus ſibi comparat, vt reliquum vitæ tempus, ſine labore inſtar brutorum animantium tranſigat, non dicam etiam, ſcorta plurima ex pietate montium ſplendere & ornari, non dicam fructus beneficiorum ex prouinciis & egentibus pauperibus & clericis locorum, eo forſan impunè trãsferri & poſtea in illegitimos iuxta priuilegium expendi. Ignoro tamen num ea ad cognitionem ſummi pontificis perueniant. ego enim nolo os in cœlum tollere, aut reprehendere quæ ipſi non niſi cum iuſtis rationibus ſolent & debent probare: dixero tamen cum bona illorum venia, hæc ſi ſcandalum generent eccleſiæ & populo, eſſe priuilegia reuocanda iuxta c. ſuggeſtum, 9. de decimis vbi gloſſa iuxta textum hos pulcherrimos verſus refert, & probat.

*Indultum tollit, contemptus, crimen, abuſus,*
*Oppoſitum factum, damnum, tempus variatum.*

Sed & res de facili redit ad ſuam primam bonam naturam, vt qui pietatem exercere velint in pauperes, gratis hoc faciant, nihil iuxta verbum Domini ex mutuo ſperent: & conſiderent, quod ante Leonẽ 10. qui circa annum Domini 1510. adeptus eſt ſedẽ, qui mõtẽ pietatis primus vt videtur ex conſtitutionibus ædificauit, tam perfecta fuerit pietas, religio, vt non appareat ſaltem mihi veſtigium, quod per mille quingentos decẽ annos hęc formulæ mutuãdi cum reditibus ex pecunia quæ nihil generat, receptæ vllo modo fuerint, ſaltem

à Leonis 10. tempore plures montes pietatis & redituum fuerunt inſtituti, quàm à diui Petri tempore vſque ad illius ſeculum legantur, & plures ni caueatur, futuri ſunt; vt forſan impedire poſſint ne liberè Chriſtiani viam ad Dei pietatem accedere poſſint quæ charitate mutua hortatur ſibi inuicem gratis compati. excuſantur apud Deum & homines qui penuria preſſi, & nulla exiſtente diuitum charitate ob neceſſitatẽ ad vſuram mutuum accipiunt, & iſti non peccant, ſed qui dant mutuum, & vſuras accipiunt obnoxij ſunt reſtitutioni & cõdemnationi legis [a].

26 Quanquam autem qui ſub fœnore mutuum accipiunt non peccent penuria & neceſſitate compulſi [b], tamen illis ſuaderem ob pernitiem & impietatem vſurarum, potius extrema pati & alia remedia tentare, quàm ad fœneratores confugere. Ita Plato rectè vetat, vt refert Plutarchus, à vicinis petere aquam, niſi prius domi foderis vſque ad terram, quam ceramitidem vocant, repererîſque non eſſe ſpem venæ: id eſt prius excutiendum parſimonia aliáque via tibi neceſſaria ſuppedites quàm à menſariis pecuniam mutuam petas. Sed de his ſatis. ad alia pergamus.

a c. cum tu, de vſur. cum ſimilib. ibi. notatis, c. 1. & 6. de iureiura.
b vt notat gloſſa fin. ad verbum reddere in c. debitores 6. de iureiura.

27 Abuſus eſt etiam in largiendo eccleſiis, prætextu religionis, aliena illis concedere & in iniuriam aliquorum. vnde eccleſia ſolet huiuſmodi etiam reiicere [c]. ſic enim tantum fauetur eccleſiis & pietati, vt nemini iniuſtitia fiat [d]. nec debet iniuriarum occaſio inde naſci, vnde iura naſci ſolent [e]. Reiicit eccleſia ordinationes ſeruorum alienorum non manumiſſorum; & ſi obrepſerint, reſtitui depoſitos iubet Dominus, & quod infirmari vel vituperari poteſt præcauet fieri [f], & maior eſt triſtitia de talibus, cùm reuocantur, quàm naſcatur gratia de accitis ſeu vocatis [g]. Quemadmodum ſi obligati ad ratiocinia, vt actores, procuratores, executores, tutores, vel curatores pupillorum, ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, eccleſia dicitur infamari [h]. Leo imperator conſtitutio. 10. reiicit ſeruos à monaſteriis, illud inſciis dominis ingreſſis ne ingratitudinis & improbitatis velamen, ſit monaſticę vitę dignitas ſeruis fugitiuis.

c in c. ſ. 17. q. 4.
d in c. ex tenore, de foro compet.
e L. meminerint. c. vnde vi.
f c. 1. & 2. de ſeruis non ordinan. lib. 1. decretalium ti. 18.
g ca. præterea, ca. deſignata, 51. diſt.
h in c. 1. de obligat. ad ratioci. vel non lib. 1. ti. 19.

*De prætextu & abuſu religionis in retentione bonorum eccleſiaſticorum.*

## CAPVT XVII.

OCCASIO pietatis & religionis, quemadmodum in acquiſitione bonorum periculoſa & damnabilis eſt, & plures decipit. Sic & pluribus in retinendis iiſdem dedit deteſtabile argumentum. porro abuſus bonorum eccleſiaſticorum in retentione indebita, prætextu religionis, plura habet etiam capita; intérque quædam pertinent ad eos qui cùm debeant eccleſiis, prætextu tamen quodam pietatis ſibi retinent: quædam ad ipſos, qui eccleſiis præpoſiti ſunt, qui alio modo quàm par ſit, eccleſiaſtica bona conſeruant.

Sic quidã imitantur Iudã proditorẽ, qui largitũ Deo perditionẽ vocabat, prętextu quòd dandum eſſet pauperibus. cùm enim Maria Magdalena alabaſtrum & vnguẽtum pretioſum Domino obtuliſſet, & ſanctiſſimè caput eius vnxiſſet, murmurauit, *vt quid perditio hæc*, inquit,



inquit, *potuit enim multo hoc vnguentum vendi & dari pauperibus.* Quare vnguentum hoc non veniit trecentis denariis, & datum non eſt egenis. Dixit autem hoc, ait D. Iohannes, Euang. c. 12. verſ. 6. *Non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.*

2 Abuſus quoſdam retinentium decimas ſub prętextu pietatis, & remedia refert c. tua nobis fraternitas 26. de decimis, *Alij*, inquit, *de portione fructuum, quam à colonis accipiunt partem decimæ ſeparantes, eam capellis ſuis, aut alijs clericis, aut etiam pauperibus cõferunt, vel in vſus alios pro ſua voluntate cõuertunt. Nonnulli etiam vitam clericorum tãquam abominabilem deteſtantes, decimas eis ob hoc ſubtrahere non verentur.*

3 Hîc remedium vt integrè ſoluantur ſine diminutione iuris eccleſiaſtici: nec occaſione malè vitæ clericorum retineantur, quia Deus decimas in ſignum vniuerſalis dominij ſibi retinuit, & reddi præcepit: ſuas eſſe decimas & primitias aſſeuerans, clericíſque exhibendas quibus dedit pro cultu diuino, ideo iubetur, vt cogantur qui debent cum diſtrictone ſoluere [a] excommunicari, & debent qui decimas admoniti non ſoluunt [b] cum compoſitione banni Papæ [c].

Prætextu verò nequitiæ clericorum vt dicitur in d. c. tua nos, non poſſunt decimæ niſi quibus mandato diuino debentur, pro arbitrio cuiuſque corrogari, cùm nulli ſit licitum, aliena cuiquam concedere præter Domini voluntatem.

Nec eſt ideo ſacrilegium committendum, quòd diſpenſatores bonorum Dei mali ſint.

a vt & in cõſ. Trid ſeſſ. 25. de ref. c. 12. in Cõſ. Matiſc. 2. c. 4.
b c. præter hoc 32. diſt.
c vt dicitur in in c. ſtatuimus. 16. qu. 1.

4 Abuſus alius in eccleſiaſt. perſonis in nimia exactione, & abuſus laicorum in impia denegatione iuris perſonarum eccleſiaſt. ponitur cũ remediis in c. ad Apoſtolicam, 42. de ſimo cuius verba referã, quia omninò ſubſtantialia ſunt, *Ad Apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam clerici pro exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, & ſimilibus pecuniam exigunt & extorquent, & ſi fortè eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra verò quidam laici laudabilem cõſuetudinem, erga Sãctam Eccleſiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere ſub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter ſuper his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes vt liberè conferantur eccleſiaſtica Sacramenta, ſed per Epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur qui malitioſè nitantur, laudabilem conſutudinem immutare.*

5 Nicephorus Phocas imperator Oriẽtis, vt legitur in Nouella eius 4. in lib. 1. iuris Oriẽtis collecti per Bonifidium donationes monaſteriis atque templis relictas à quibuſdã piis imperatoribus, prorſus aboleuit, lege lata etiã, ne eccleſiæ immobilibus locupletarẽtur bonis: cauſatus Epiſcopos malè prodigere ea quę pauperibus darẽtur, militibus interim deficiẽtibus, id etiã grauiſſimũ quod legẽ tulit, cui & Epiſcopi quidã leues atque adulatores ſubſcripſerunt, ne imperatorũ iniuſſu, vllus crearetur Epiſcopus: & mortuo Epiſcopo aliquem ſuorũ ſubmiſit, qui definitos faceret ſumptus, ipſe de redit. accepit. & cõſti. 5. ſtatuit, de nouo non eſſe conſtruẽda monaſteria, xenodochia,

noſocomia:ſed eorum quæ erant curam geri oportere. Cuius tamen conſtitutiones poſtea ſuſtulit imperator Baſilius iunior Porphyrogeneta,vt habetur in prædicto loco.Et apud Balſamonē Anthiochenū patriarcham; eóque vt ibidem dicitur, non ad iniuriam contumeliámque eccleſiarum & religioſarum domuum duntaxat, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ.ſed etiam ipſius Dei,fuiſſent factæ.

6 Abutuntur perſonæ eccleſiaſticæ bonis in conſeruatione, quando ori vel fructus eorum non expendunt iuxta intentionem & legem fundationis beneficiorum, vel donationis bonorum, ſed vel in ſuos vſus conſeruant,vel parentibus proximíſque, aliíſque perſonis elargiuntur(de quibus non cogitarunt largitores,) imò aliquando in aliis negotiis quàm Chriſtiano dignis conſumunt.

Arguuntur vt ſacrilegi, qui habentes vnde poſſint ex patrimonio viuere,ſibi beneficiorum eccleſiaſticorum reſeruant. *Clericos*,vt ſcribit Damaſo Papæ Diuus Hieronymus, *illos, conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari quibus parentum & propinquorum nulla ſuffragantur. Qui autem bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiant,ſacrilegium pro facto committunt, & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt.* Refertur & in ca.f.16.q.1.can.clericos 1.q.2. docetur & in dicto c.f.Quod quicquid habent clerici,pauperum eſt, & quod domus illorum iure hoſpitalitatis debeant eſſe communes.

Bona clericorum etiam eſſe pauperum dicitur [a], nempe pauperibus tempore neceſſitatis diſtribuenda [b],vt res eccleſiæ [c], vt & patrimonium Chriſti [d],& religionis [e]:imò Conſtantinus in l.2.c.de epiſco.& cleri.cùm indulget rebus eccleſiæ priuilegia,ab exactionibus; addit rationemhuic cauſę accommodam:*Si quid enim*,inquit,*vel prouiſione vel mercatura,honeſtati tamē conſcia conececerint, id in vſum pauperum atque egentium miniſtrari oportet.* Poſſet tamen tolerari vſus eccleſiaſticorum bonorum in clericis pro victu, veſtitu & moderatis in res neceſſarias expenſis,ſed magis in cibis.

a *in can.conuenior.23.q.8.*
b *ca.ſunt hi 47.diſt.*
c *ca.quod autē 23.q.7.can.aurum eccleſia habet, 12.q.2.*
d *c.cum ex eo de electione in ſex.*
e *in l.iubemus nulli,14.de ſacroſanc.eccl.*

Magis damnandus abuſus profuſionis horum bonorum in accipitres, canes,apparatus equorū,& curię,& in ſumptuoſas operas quę omnia damnantur in c.cum apoſtolus,6.de cenſib.Quia & ipſa venatio,& canes & accipitres vetantur cū maximis pœnis perſonis eccleſiaſticis,maximè epiſcopis in c.1. & 2.de clerico venator. lib.5.ti.24. can.quorundam 34.diſt. vbi & contumax epiſcopus in relinquenda venatione,excommunicatur,& tandem à miniſterio eiicitur.

Damnabilis illa voluptas venationis in clericis,qui quieti& contemplationi,ſtudiíſque ſacrarum literarum,& pietati iugiter intenti eſſe debent.ſed eo damnabilior, quòd bona eccleſiæ & fame pereuntium pauperum,canes impinguent:quod labentibus ædificiis ſacris, cultu diuino diminuto, ſubtractis alimentis & ſtipendiis clericis, diuitiæ impiis & nihili hominibus venatoribus dico [f], concedantur. Qui venatoribus donant, non homini, donant ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantum eſſet & venator non eſſet, non donares:honoras in eo vitium non naturam, vt ait Diuus Auguſtinus in pſal.102.ad verſ.faciens miſericordias, relatus in ca.qui venatoribus,8.& ſeq.86.diſtinct.& rurſum [g], *Qui vident venatorem & delectantur videbunt ſaluatorem,& contriſtabuntur.*

f *ca.eſau 86.diſtinctio.*
g *in pſal 147. & in ca. qui vident.10. eadem 86.diſtin.*



Quare abuſus profuſionis in venationem habet peccata,profuſionem pecuniæ preter intentionem fundatorum,ſacrilegium,quia bona eccleſiæ in impietatem, ratione artis damnatæ,& tranſgreſſionem ratione prohibitæ venationis eccleſiaſticis.Quibus dictū eſt à Chriſto,faciam vt eritis piſcatores hominum,non venatores beſtiarum.

8 Sumptuoſæ epulæ habent ſacrilegiū quoque, & abuſum in ſuperflua ſubductis neceſſariis pauperibus & cultui diuino;& delictum perſonæ eſt eccleſiaſticæ,quæ voluptuoſè & contra vitæ ſuæ decus & modum viuit,ſéque quodammodo ipſum ad luxuriam &mundi perniciem impellit.De quibus iudicium eſt D.Hieronymi ad c.2.in Micheam relati in c.4. eccleſiæ principes,34.diſtinctio.cuius hæc verba, *Eccleſiæ principes qui delicijs affluunt, & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt,propheticus ſermo deſcribit, quod eijciēdi ſunt de ſpatioſis domibus lautíſque conuiuijs, & multo labore epulis conquiſitis: & eijciendi propter malas cogitationes & opera ſua. & ſi vis ſcire quo eijciendi ſunt,Euangelium lege:in tenebras ſcilicet exteriores,vbi erit fletus & ſtridor dentium. An non confuſio & ignominia eſt,Ieſum crucifixum magiſtrū pauperem atque eſurientem,fartis prædicare corporibus? ieiuniorúmque doctrinam,rubentes buccas,tumentiáque ora proferre. Si in apoſtolorum loco ſumus,non ſolùm ſermonem eorum imitemur,ſed conuerſationem quoque,& conuerſationem amplectamur.* Hæc ibi Hieron. Quæ verba certè rubicundiores galero vultus primorum & aliorum ordinum eccleſiaſticorum,prę pudore &confuſione reddere poſſunt.Si nolint reſipiſcere,nec putent hoc ſine ſcandalo fidei Chriſtianæ, populíque fidelis eſſe,quod omnium oculis,cùm latere non poſſit ſubiicitur.&quamuis qui talia agunt iudicium ſuum proculdubio portabunt:adhuc tamen exemplo ſuo inferioris ordinis clericos turbantes, vel à regula & diſciplina bene viuendi dimouentes,expectare debent à Deo durius iudicium & ſeueriorem condemnationem.Nonne dignum hoc erit reformatione,vidiſſe vilem quondam antè clericum,ad dignitatem eccleſiaſticam promotum,qui vix antea in domo paterna pane ſaturabatur furfureo,& aqua nunc ita ſplendidè viuere, vt ſeculares principes auláſque regum æquet? quaſi verò eccleſiæ data ſint bona eam ob cauſam vt adipem epiſcopi, & ſeruorum inutilium ſuorum mollitiem,nutrirent:aut quaſi eccleſia eſſet epicureorum collegium. Quibus tegamur & viuamus, contenti eſſe debemus, inquit Diuus Paulus [a]. debent nutriri plures clerici & perſonæ eccleſiaſticæ cum epiſcopis,dignæ tamen, & quibus ad verbum Dei diſſeminandum vti poſſit,ſed illæ etiam cum epiſcopo honeſtæ parcè, non ad voluptatem nutriendæ,epiſcopus ex paupere factus,non mutat inteſtina vt pluribus eſcis aut delicatioribus quàm antea indigeat. nec etiam qui cum eo ſunt lautius penes epiſcopum expenſis pauperum,quàm penes ſeipſos viuere expetere debent. Et ſi in vinea Domini laborent,non debent remunerationem in vili cibo petere, vt Eſau [b], ſed idoneo victu ad leuandam famis neceſſitatem contenti,debēt à Domino expectare mercedem & premium.

a *1.ad Timo.6.verſ.8.*
b *Geneſ. c.25.*

9 Quòd ſi mihi quidam epiſcopi obiecerint, quod ex nobili

PPP j

illuſtríve proſapia orti fuerint, & aliqui ex regum ſemine, & oportere illos domus ſuæ ſplendorem retinere in famulitio & victu ſplẽdido. Reſpondet eccleſia ſuis impenſis primum illos idipſum facere debere, ſi tanta ſeculi adhuc voluptate detineantur, vt pluris faciant inanem mundi gloriolam quàm veram cui ſe manciparunt perſonę eccleſiaſticæ, in quorum albo ſe deſcribi voluerunt. Si diuitiæ in eccleſia ſunt, ſi comitatus, ducatus, & ſimilia: ea certè eccleſiæ addita ſunt, ad ſplendorem domus Dei ex gratitudine principum; non autẽ ad mutandam aut deſtruendam formam diſciplinæ eccleſiaſticæ, ſed potius ad eam retinendam, augendum cultum diuinum, ad benefaciendum pluribus meritis & indigentibus piis.

Nec honor eſt, imò dedecus eccleſiæ, habere præpoſitum qui non regulis eccleſiaſticis velit ſubiici, ſed velit ſeculari modo viuere. vileſcit ſpiritalis dignitas cuipiam commiſſa exercenda loco Dei, ſi ſe ad temporalia curanda & potius colenda demittat. non enim retinet honorem cuius perſonam gerit. Chriſtus non elegit multos nobiles, aut inter ſeculares præſtantes, ſed ignobiles, vt fortia quæque confunderet, & doceret reipſa, ſe non egere auxilio mundano ad fidem ſuam ſeminandam & conſeruandam, niſi quatenus illud vocat & diſponit, cùm poſſit ſuæ eccleſiæ rector & conſeruator ſufficere ſine humana illa vanitate & extollentia inani, quæ plus eſt eccleſiæ ſcandalo quàm ædificationi, Chriſtus & eius diſcipuli apoſtoli, & poſt eos pluribus ſeculis prępoſiti, habuerunt quidem loculos & bona, ſed tamen pauperem vitam voluntariam & frugalem gerebant, & verè niſi eccleſiaſtici redigantur ad eandem conſeruatis nihilominus in eccleſia bonis, & ſi fieri poſſit in ea quibus deſtinantur impendendis, futurum vereor ne ſtatus Chriſtianæ fidei, in dies magis ab improbis & hæreticis, inde occaſione ſumpta, impugnetur, quamuis expugnari nunquam poſſit, vtpote firmæ & inuiolabili petræ innixus.

Scio quidem hæc quæ dico, non omnibus grata fore. at parcant obſecro. non enim ad ſingulorum opiniones ſcribendum eſſe ipſi norunt, propoſui & mihi veritatem ante oculos, & Dei honorem. Quod ſi me exiſtiment non omnia, & cauſas ob quas aliter viuatur hodie quàm viuendum cenſeam, fuiſſe aſſecutum, parcendum quoque mihi putent, meliora ſi mihi occurriſſent ſcribenti dicturo. Cupio de me id arbitrentur, quod teſtor coram Deo veriſſimum, eam mihi ineſſe condicionem, & permittant dicere ſcribendi conſuetudinem, vt nunquam odio vel inuidia cuiuſquam in vniuerſum vel in ſingulari ſcripſerim, aut malitioſè. Falli que tamen aut errare me poſſe, nunquam negauerim. Et ſi de rebus quę non forſan conueniant, ſecundùm eorum ſententiam, voluerim dicere, recordentur quandoque olitorem opportunè verba locutum, & quod ſpiritus Domini vbi vult ſpirat. Iacuit aliquando ſtatus eccleſiæ ſub negligentibus præpoſitis, hoc negari non poteſt, ſed vexatio dedit intellectum; permiſit Deus perpetuò eccleſiam habere aduerſarios, vt magis ſolicitè ſuo muneri præpoſiti vacarent, & à ſomno ſuſcitarentur, & ſat ſcio ingenia multorum prælatorum

quæ



quæ aliquando viuendi modum vulgarem ſequuti ſunt, ad diſciplinam eccleſiaſticam perueniſſe, & nihil prohibet quin & reliqui ſi velint, idipſum faciant: iudicium vltimum recogitantes, in quo reddituri omnes cuiuſcunque dignitatis ſunt rationem, de his quæ fecerint vel facere debuerant. Scio plures illuſtriſſimos cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, & alios prælatos ſumma cum laude regere populum ſibi commiſſum, quamuis dignitate ſeculari & apparatu ſplendido vtantur extrinſecus. quare & digni ſunt laude qui ita inter ſeculi delitias poſſint munere ſuo fungi. Nec quemquam reprehendo. Cæterùm permittent me illud adiicere, futurum vt meliores & ſanctiores ſint, ſi ea quæ perfectionem eccleſiaſticam impediunt & obtenebrant, quæve poſſunt eſſe ſcandalo, circumcidant & reforment, & ſumptus illos in vtilitatem Chriſtianæ reipublicæ impendant. vident hæreſibus regna vexari: vident Turcam fines Chriſtianorum inuadere: vident clericos in opprobrium cleri mendicare, vident pupillos ope carere, pauperes fame mori, virgines quod non habeant vnde nubere poſſint, ſe proſtituere ſtudioſorum penuriam. Quæ omnia ſi auxilium ab illis ex ſuperfluis & in luxum impenſis, aliquod caperent, certiſſimè coronas & remunerationes apud Deum ſibi acquirent in æternum permanſuras, non ſufficit illis quod boni ſint, niſi & meliores ſint. eſtote perfecti, inquit Deus, & non proficere in via, deficere eſt.

Morituri, ſat certum habent, ſe omnia relicturos, vanam hanc gloriam extinguendam, in terram proſternendos non ſecus ac pauperes & inopes, eſcam vermibus futuros corrumpendóſque. Si autem quippiam geſſerint quod Deo gratum fuerit, hoc in æternum permanſurum; opera enim illorum ſequuntur illos. ô quanto maior eſt gloria æterna quàm gloriola hæc momentanea, quæ omittenti Dei opera, eſt potiùs dedecus & condemnatio quàm gloria. Quòd ſi quis ſit qui differat hæc ſuperflua reiicere & reformare, quòd vereatur corrupti populi irriſionem, vt poteſt perſuadere dæmon qui delectatur noſtra damnatione & eccleſiæ vituperio; cõſideret quęſo non eſſe verendum à gloria in maiorem gloriam conſcendere, & in perfectiorem vitam conſideret, quanto maior erit confuſio in die vltimi & generalis iudicij, quando eorum omnibus hominibus vtriuſque ſexus, Deo, angelis, & dæmonibus, manifeſta erunt delicta, quæ nunc coram paucis emendare noluimus. conſideret item quod per electionem vitæ præſtantioris eccleſiaſticæ, iam vale dictum ſeculo, neminem Deo & mãmonæ ſeruire poſſe. Nihil prodeſſe homini ſi vniuerſum mundum lucretur: ſi omnibus placeat, animæ autem ſuæ detrimentũ patiatur; reprobatos plures quod dilexerint magis gloriam hominum quàm Dei: finem gloriam hominum eámque ſæpe citiſſimam habere; at Dei gloriam, aut mortem æternam, in æternum permanere debere, multa teſtimonia hic ad hanc ſententiam cõiungere poſſem, ſed quia peritioribus & pręceptoribus ſapiens loquor, ſufficit hoc omnium ſolam cuiuſque cõſcientiam in medium proferre vt eam excutiant.

10 Sed rurſus recordabũtur ſi placet,& inquirẽt ne ſint ex paſtori-
bus quos ſacra pagina maledixit ex ſententia Dei per Zachariã pro-
nunciata,c.11.verſ.4.& ſeq. *Hæc dicit Dominus Deus meus,paſce pecora
occiſionis,quæ qui poſſederant occidebant, & non dolebant, & vendebant,
dicentes,Benedictus Dominus,diuites facti ſumus,& paſtores eorum nõ par-
cebant eis. Et ego non parcam vltra ſuper habitãtes terram,dicit Dominus.
Ecce ego tradam homines vnumquẽque in manu proximi ſui, & in manu
regis ſui, & concident in terram,& non eruam de manu eorum*,&c.

Magna ibi eſt comminatio quæ leuis non conſiderantibus vide-
tur, vt pro caſtigatione paſtorum eccleſiæ,det Deus eos in manu re-
gis ſui:hoc eſt vt eccleſiæ bona committat ſolicitudini regis & po-
teſtati laicali.non enim aliud remedium.videtur, quando perſonæ
eccleſiaſticę abutuntur bonis eccleſiaſticis,& in alios vſus quàm de-
ſtinata fuerunt, quàm vt cura & ſolicitudo principis ad ipſum illos
cogat. Debent enim hoc Chriſtiani principes ſanctæ eccleſiæ
matri, vt quemadmodum religionem, ſic & patrimonium e-
ius teneantur,& conſeruent gladio etiam temporali contra vſur-
pantes.

Exemplum 4.regum c.12.vbi Ioas rex Iſrael, permiſit ſacerdoti-
bus pecuniam ſanctorum quæ illata erat in templum Domini à præ-
tereuntibus quæ offerebatur pro pretio animæ, & quam ſponte &
pro arbitrio cordis ſui inferebant in templum Domini, accipere.
Iuxta ordinẽ ſuũ & inſtaurarent ſarta tecta domus,ſi quid neceſſariũ
vidiſſent inſtauratione. Cùm autem vſque ad vigeſimum tertium
annum non inſtauraſſent ſarta tecta domus templi, vocauit rex Ioas
Ioiadam pontificem & ſacerdotes dicens eis: quare ſarta tecta non
inſtauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta or-
dinem veſtrum,ſed ad inſtaurationem templi reddite eam:prohibi-
tíque vltra ſacerdotes accipere pecuniam, & præſente, & ſcribente
ſcriba regis à pontifice numerabatur poſtea pecunia operariis & in-
ſtauratoribus templi.

Hoc ipſum eccleſiaſtica iura probabunt, vt in conſilio Toletano
9.c.1.& in c.filiis 31.ſub 16.q.7. *Filiis*, inquit, *nepotibus ac honeſtioribus
propinquis eius qui conſtruxerit,vel ditauit eccleſiam,licitum ſit hanc bonæ
intentionis habere ſolertiam:vt ſi ſacerdotem,ſeu miniſtrum aliquid ex colla-
tis rebus præuiderint defraudare,aut commonitionis honeſta conuentione
compeſcant,aut epiſcopo,vel iudici corrigenda denuncient. Quòd ſi talia e-
piſcopus agere tentet,metropolitano eius hæc inſinuare procurent. Si autem
metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare non differant.* Facit
c.conſtitutum 60.in finem 16.q.1.Permittunt & canones,regem cum
poſſe corrigere,quem iudex eccleſiaſticus corrigere non poteſt ca.
petimus 11.q.1.c.nec licuit,17.diſtinct.vel quando etiam iudex deeſt
vel negligens eſt,c.ex tranſmiſſa de foro competen. cùm aliter adiri
regulariter pro eccleſiaſticis ſecularis iudex nequeat, c.placuit, c.vt
quiſquis 11.q.1, c.at ſi clerici. de iudic.

11 Legimus principes regia ſolicitudine,ne bona ſacerdotiorum
extra regnum fraudatis pauperibus & eccleſiis deferẽtur, cauiſſe, ne
alienigenis, ſeu allophylis non degentib.in regno, beneficia eccle-
ſiaſti-



ſiaſtica conferrentur. & ita ſtatuiſſe Henricum eius nominis quin-
tum regem Angliæ, refert Polydor. Virgilius [a] in conſilio Angliæ
pro regni ſtatu coacto quod & ante Richardum 2. regem ſtatuiſſe
antè referunt. Meminit & Papus [b], extraneum à regno Galliæ non
poſſe conſequi aut poſſidere in Gallia beneficium ſine naturaliza-
tione impetrata à principe ſeu rege, eáque de cauſa ordinationem
regiam mandare & iubere omnibus capitulis ne reciperent alieni-
genam in beneficiis ſine literis naturalizationis: & iudicibus regis,
vt hanc conſtitutionem obſeruari curarent. extat ea de re conſtitu-
tio Ludouici 12. *des lettre de naturalité*,hócque priuilegium datum à
ſummo pontifice regno Gallię docetur in procemio pagina ſanctio-
nis ad verbum, *exterorum*,probatur idipſum iure communi, ſi extra-
neus non intelligat idioma beneficij,vt non poſſit ei conferri [c], & id
eget expreſſa diſpenſatione [d].

a *lib.22. hiſtor. Anglicæ.*
b *lib.2. Rhapſodiæ Areſtorũ ti.3. Areſto 4.*

12 Prætextu religionis rurſus bona eripiuntur eccleſiis: prætex-
túq; conſeruationis eorundẽ bona in diſcrimen periculúmque præ-
ſens perditionis transferuntur. Dum quæritur epiſcopus aliquando
ex illuſtri proſapia, quò præſule hæretici non audeant inuadere e-
piſcopalia iura.Accidit autem ſæpè inde, vt quod hæretici vix ten-
tare auderẽt,iſte præſul ſecurè exequatur & palàm.Nam ſtatim pro-
ximis & bonis epiſcopalibus oppignerat,vendit,& iura lacerat,ſub-
trahit, documenta meditatur,cauſam alienationis per quam ad ſuos
commodiora transferat,& eccleſiæ eripiat: metuunt canonici ei re-
pugnare ob proximos, conſentiunt: imponitur facilè ſummo pon-
tifici per obreptitia & ſubreptitia reſcripta: ſícque mus,vt dicunt,
nutritur in pera: expenduntur pro defenſione eccleſiæ centum for-
ſan aurei tantum, pro duplo res diſtrahitur ea quæ mille aureos ha-
bet in iuſto valore,pro ducentis,& proximis vel amicis epiſcopi da-
tur:& ſucceſſores in dignitate tandem ſentiunt,quantum nociua di-
tiorum prælatorum adminiſtratio,& ſit ſplendida eccleſię,titulo te-
nus defenſio.Et vereor ne hęc expilatio ſi fiat magis offendat Deum,
quàm alia quæuis: cùm ab his qui conſeruare debebant, fiat. *Si ini-
micus homo maledixiſſet mihi*,inquit Deus per prophetam [e], *ſuſtinuiſſem
vtique, tu verò vnanimis & notus meus, qui dulces mecum capiebas ci-
bos &c.*

c *regula cancellariæ 19. ca. neminẽ 70. diſt. l. in eccleſiis, C. de epiſco. & cleri.*
d *gloſſ. ad c. ſi proponente de reſcrip.*
e *Pſal. 54.*

13 Qui ea intentione nobiles ad beneficia eligunt, vt tempo-
rali remedio velint conſeruare bona Dei,per perſonas quorum mu-
nus non eſt arma mouere: iam peccant in Deum, quòd putent eum
inſufficientem, nec poſſe ſuæ eccleſiæ ſuccurrere,cum alioquin bo-
nis prælatis deuotis & doctis brachium carneum ſpem ponentes.

Bonus zelus tamen eſt, iuuare eccleſiam Dei, defendere per au-
thoritatem illuſtrium eius bona, fateor:ſed non omnino ſecundùm
Deum. plus enim pollet in eccleſiaſticis oratio aſſidua, lachrymæ,
verbum Dei ſtrenuè prædicatum,mores reformati,vita pura & ſim-
plex, quàm arma temporalia, iiſdem modis res conſeruari facilè
poſſunt quibus quæſitæ ſunt. Eccleſia Dei, acquiſiuit bona non
armis, ſed deuotione, ſanctitate, martyrio, confeſſione, bono ex-

emplo, pura vita conſentiente cum fide quam prædicat & cum mãdatis Dei. apoſtoli, diſcipuli prępoſiti ab apoſtolis, non illuſtres non cum pompa ſeculari prædicarunt aut docuerunt, ſed armati ſancto Spiritu reſtiterunt impietatibus hæreticorum & gentilium imperatorum & principum furoribus; iiſdem modis quæſita bona etiam ſunt nobis conſeruanda. Recordari debemus quod D. Paul. 1. ad Corinth. ca. 1. verſ. 26. *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu qui factus eſt &c.*

Sic diuus Hieronym. ad Damaſum, *Fatiſcat inuidia*, inquit, *Romani culminis, recedat ambitio, cùm de ſucceſſore piſcatoris & diſcipulo crucis loquor.* refertur & in can. 25. quoniã vetuſto 24. q. 1. vbi gloſſa ad verbum *inuidia*. cùm duo, inquit, certarent de electione, & vnus allegaret ignobilitatem alterius, alius ex aduerſo reſpondit; *Piſcatori Petro, Fabri filio, ſucceſſorem quærimus, non Auguſto.*

*Nobilitas faſtum, faſtus litem parit, armat*
*Lis odium, capiunt hæc tria mortis iter.*

Cum his & recordari oportet exempli Ozæ, qui, vt ſcriptum eſt 2. regum c. 6. & 1. paralipo. c. 13. cùm arca transferretur plauſtro nouo, & calcitrantes boues qui eam ferebant, declinaſſent arcam vt ei videretur lapſura, manum ad arcam Dei amouiſſet & tenuiſſet arcam, vt auxilium daturus, iratus eſt indignatione in eum Dominus, & percuſſit eum ſuper temeritate, & mortuus eſt ibi iuxta arcam. notant ibi factum illud ſacri interpretes, quòd arca non portaretur à Leuitis, & quòd opera hominum nolint gloriam facti ſibi adimi. Quemadmodum & Tertullianus refert, & pòſt eum Nicephor. Callix. lib. 2. c. 8. Admonitum à Pilato Tiberium de paſſione & reſurrectione Chriſti, cum voluiſſe inter Deos referre, ſed quia id fecerat antequam cum ſenatu de ea re tractaret, cuius erat authoritatem deitatis dare, ſenatum renuiſſe: idque diuinitus factum eſſe, ne ab hominibus Chriſtus diuinitatem habuiſſe videretur, & hominum fauore.

14 Sæpe etiam eccleſia grauiſſima damna ab iis ipſis qui defenſionem eius ſuſcipiunt paſſa eſt, & noſtris oculis in miſero hoc ſeculo, noſtros milites qui pro fide & religione arma ſumpſiſſe ſe dicebant, inſolentius ſe in eccleſiæ bona & ſacra geſſiſſe quàm ipſos hoſtes alicubi vidimus. Si hoſpitia quærenda eſſent, potiùs in terris & ditionibus eccleſiaſticis factum, quàm in pagis ſecularium, præter intentionem tamen ducum, vt dicebant, exercitus, & neceſſitatis excuſatione fucata, impunita remanebat eccleſiaſticorum ſpoliatio, priuilegia nulla eccleſiis integra ſeruata, & prætextu quòd pro religione arma gererentur, armatis propriis vtplerunque peſſundata & polluta, vt ſæpius dum tacitus apud me cõtemplor, toties mihi occurrat quod minatur Deus per Hieremiam



miam ca. 25. verſu 29. *Quia ecce*, inquit, *in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum ego incipio affligere. Et vos quaſi innocentes & immunes eritis, non eritis immunes.* & 1. Petri ca. 4. verſ. 17. *Quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelium*, &c. Nam laici debent defenſionem matris eccleſiæ ſuis ſumptibus. habent enim ideo gladium vt defendant non vt opprimant eandem, aut priuilegia perſonarum eccleſiaſticarum violent, quorum tamen inter tumultus armatos vix vlla cura. *Et ſicut populus, ſic ſacerdos, & ſicut ſeruus ſic dominus eius*, quod eſt maledictio deſolationis terræ[a]. Videtur renouata reipſa impia ſanctio & conſtitutio, ſeu permiſſio Nicephori imperatoris orientis, quæ, vt habetur in conſtitutione eius nouella 3. qua ducibus exercituum iuſſit, epiſcopis & clericis mancipiorum loco vti, pro ſua authoritate in ædes epiſcopales & monaſteria diuertere, eorúmque rebus pro arbitrio abuti vituperarabátque eos qui ab omni ætate Deo aurea, vel argentea vaſa conſecraſſent: & res templorum ſacras in publicos debere vſus conuerti ſtatuebat.

a *Eſaiæ c. 24. v. 2. Oſeæ c. 4. verſ. 9.*

15 Fuit & aliquando idem prætextus impietati factus tempore Caroli Martelli patris Pipini, cuius fuit filius Carolus Magnus. Is enim primus inter reges Franciæ & principes, res eccleſiarum ab eis ſeparauit ac diuiſit militibus. Quo tempore eius malo exemplo laici homines ſolebant diuidere epiſcopalia, & monaſteria relinquentes epiſcopis, quantum erat illis neceſſarium vt canonicis, & monachis, & abbatibus quantum neceſſaria eſſent. Quod tempore Hadriani Papæ & Caroli Magni, & Ludouici imperatorum emendatum & prohibitum fuit, conſilio habito Aquis, ſub Paulino legato ſedis apoſtolicæ, quemadmodũ habetur in li. 1. capitulorum, capitu. 83.[b]

b *Et in c. quia iuxta ſanctorũ* 59. 16. q. 1.

Refertur autem cauſa iſtius reparationis abuſus in vita ſancti Eucherij epiſcopi Aurelianenſis, qui in monaſterio S. Trudonis requieſcit, & hiſtoria S. Rhigoberti archiepiſcopi Rhemenſis, quod poſt mortem Caroli Martelli per angelum reuelata fuit viſio, eum in inferno inferiori torqueri, ob illam diuiſionem eccleſiarum, & in comprobationem eius aperto eius ſepulchro corpus non fuiſſe repertum, ſed loco eius draconem exiiſſe inuento interius ſepulchro denigrato.

Ferunt viuentẽ voluiſſe vel promiſiſſe accepta reſtituere: verùm nullo effectu ſecuto, morte interceptum & punitum veluti ob ſacrilegium diuinitus creditur.

16 Refert etiã Petrus venerabilis abbas Clumacenſis, li. 2. de miraculis, comitem Matiſconenſem qui occupauerat tyrannicè res eccleſiarum, raptum die ſolemni à Dæmone, qui in forma equitis cum equo nigro aduenit, ingreſſus eius domum oſtio eum eduxit inuitum, iuſſit equum conſcendere, ínque aera ſublimauit, nec vnquam poſtea comparuit. in cuius rei memoriam oſtium quo eductus erat fuit obturatum. Quod cùm Ogerius Guillelmi comitis procurator ob aliquam reipublicæ neceſſitatem vellet reſerare, qui

operas locauit eius rei cauſa dum cœpit demoliri, raptus à dæmone iterum eſt, & in aerem eleuatus, poſt modum lapſus colliſúſque eſt; manu qua id tentauerat confracta. Ob quod miraculum rurſum ciues in perpetuam rei memoriam iuſſerunt obturari. Atque eius comitis filius Ouido nomine cum triginta militibus venit Cluniacum, & cum his illius religionis habitum ſuſcepit.

17 Gunctranus rex Pariſiorum & Galliarum, cùm miſiſſet exercitum in prouinciam Narbonenſem quæ ſeptimana vocatur, vt eam Gothis, qui tum eam tenebant imperante & illos regente Lemeldo, eriperet, in expugnatione Carcaſonæ amarè tulit, audire, quòd eius exercitus tranſeundo, eccleſias itinerum, in Armenia & alibi, & in illa ſeptimana prouincia diripuiſſet, & violaſſet: & ne poſtea idipſum fieret, comitiis habitis cum ducibus & epiſcopis in feſto S. Symphoriani, ſub pœna capitali ſanciuit, vt ſcribit Gregorius Turonen[a]. Idem & author ſcribit[b], aliquos ex Gunctrani exercitu, qui perſequebatur Gundaualdum qui partem regni vſurparat mortuo Childerico vltra Garumnam in Conuenarum & Agennenſium finibus. Sancti Vincentij baſilicam incendiſſe, & ianuis apertis inuenta ibidem delata ab incolis diripuiſſe: at vel vſtos fuiſſe, vel à dæmone obſeſſos debacchantes confugiſſe ad inuocationem martyris, alios mortem ſibi conſciuiſſe.

*a Lib. 8. hiſtor. Franciæ c. 30.*
*b Lib. 7. c. 35.*

18 Dagobertus verò rex Galliarũ, faſſus eſt ſe fuiſſe raptum ante thronum diuinæ maieſtatis, & accuſatum à patronis eccleſiarum quorum bona erant rapta & deſtructa. quod cùm non fuiſſet auſus præ conſcientia negare, à proprio patrono diuo Dionyſio fuiſſe defenſum, qui precibus ſuis ei pœnitendi tempus obtinuerit. Et ob id vouit & fundauit monaſterium in loco dicto de Vinſembourg, cum adiacentibus ſyluis, &c. vt narrat Tritemnius lib. 1. Annalium Francorum, & in breuiario eius libri in fine.

*De fauore religionis ratione dilectionis & charitatis mutuæ.*

## CAP. XVIII.

LAVDABILE, naturale, & veluti cognatum vinculum ſocietatis humanæ eſt dilectio. Omne enim animal diligit ſibi ſimile. ſic omnis homo ſimilem ſibi[c]. In religione omnis lex in vno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut te ipſum[d]. *Chariſſimi*, inquit Diuus Ioannes[e], *Diligamus inuicem, qui non diligit non nouit Deum.* Et Diuus Paulus[f], *Qui diligit proximum legem impleuit.* Quid enim dixit lex[g]? *Dilige proximum tuum ſicut teipſum. Quid Chriſtus, is certè perfectiorem dilectionem proximi inimici & amici mandat.* Et Diui Ioannis c. 15. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ.* Quæ autem continebat illa dilectio, Dominus rurſum in epitomen coniecit[h], *Omnia quæcunque vultis vt faciãt vobis homines, ita & vos facite illis. hæc eſt enim lex.* & vt Tertul-

*c Eccleſiaſt. ca. 13. verſ. 19.*
*d Ad Galat. 5 verſ. 14.*
*e 1. Epiſt. 1. 4.*
*f Ad Rom. c. 13*
*g Deuter. 6.*
*h Mathei c. 7. verſ. 12.*

lia-



lianus ait lib. de patientia, *Dilectio ſummum fidei ſacramentum, Chriſtiani nominis theſaurus.*

Diligendus Deus propter ſe ipſum, homo propter Deum, & ſimilem naturam, multo magis & ob ſalutem, ſimilem fidem & religionem, quæ arctiorem facit coniunctionem.

2 Et tempore feruentis fidei & initio religionis, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuũ eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõmunia[a]. Solebant in ſacra ſynaxi, Chriſtiani in teſtimonium dilectionis, cauſa religionis ſe mutuo oſculari[b]. Clemens Roman.[c] *Salutent inter ſe*, inquit, *viri, & inter ſe mulieres oſculo in Domino, ſed caueant ne quis doloſe id faciat, ſicut Iudas oſculo Dominum tradidit.* Et Diuus Paulus ad Romanos[d], *ſalutate inuicem in oſculo ſancto.* quod & repetit[e] & D. Petrus[f]. Sicque excipiebantur homines olim maximè inter Iudæos cũ ſymbolo hoc amicitiæ oſculi[g]. Sic oſculabantur Paulum fratres ſeu fideles[h]. Séque ab inuicem ſeparantes Ionatas & Dauid flentes[i]. Et Laban cùm audiuiſſet Iacob filium ſororis ſuæ veniſſe, occurrit obuiam ei, complexúſque eſt eum, & in oſcula ruens duxit in domum ſuam[k]. Iacob moriturus, applicitos ad ſe filios Ioſephi, Manaſſem & Ephraim deoſculatus & circumplexus eſt eos[l]. pater prodigum filium reuertentẽ miſericordia motus, accurrens cecidit ſupra collum eius, & oſculatus eſt eum[m]. Et alicubi adhuc in capitulis eccleſiarũ cathedralium durant veſtigia, vt canonici fratres, ſub ſacra ſynaxi ſe excipiant vt ſalutent viciſſim dato oſculo[n].

3 Efficit religionis amor & charitas ab initio, dũ Chriſtiani palam adhuc ſua nõ poſſent myſteria exercere, cúmque non initiati & catechiſati poſſent eadem participare: vtque etiam omni tempore ſui cultus exhiberent obſequium Deo vt congregationes & diurnas, & nocturnas, & matutinas peragerẽt, vigilias laudibus diuinis obſeruarent in domibus primùm priuatis, cùm ſacras ædes non haberent; dehinc conceſſis baſilicis & templis, in ædibus Deo dicatis, perſtiterúntque diu ſancti & caſti inter Chriſtianos tales cõgreſſus, valdéque probati ab eccleſia, ſicut ſcribit Euſebius li. 4. de vita Cõſtãtini.

*a Actorum c. 4. verſ. 32.*
*b vt ait Diuus Dionyſius Areopagita, Cyrillus in myſtagogicis orationibus.*
*c lib. 2. conſtitutio. apoſtolicac. 61.*
*d c. 16. verſ. 16.*
*e ad Corinth. 16. verſ. 20. & priore ad Corinth. c. 13. verſ. 12. Ad Theſſaloni. 5. 11. 26.*
*f 1. epiſto. c. 5. verſ. 14.*
*g Lucæ 7.*
*h actorum 20.*
*i 1 Reg. 20.*
*k Geneſ. 29.*
*l Geneſ. 48. verſ. 10.*
*m D. Lucæ c. 15 verſ. 20.*
*n in C. dilecto filio, 25 de prębendis.*

4 Fiebant & conuiuia ſeu cœnæ ἀγαπαὶ dictæ, fraternitatis charitatíſue ſtabiliendæ & conſeruandæ gratia, de quibus ſcribit D. Gregorius lib. 2. regeſti. Indict. 10. epiſt. 37. Natali epiſcopo, & refertur In ca. conuiuia, 44. diſt. *Conuiuia*, inquit, *quæ ex intentione charitatis impendẽdæ rectè fraternitas veſtra in ſuis epiſtolis laudat, ſed tamen ſciendum eſt quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cùm in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus irriſione reprehenditur, nec in eis ſecularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cùm non plus quàm neceſſe eſt ſeruitur corpori, ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendæ virtutis habeatur.* Agapas dehinc has aliquando valde probatas inter Chriſtianos, quibus & charitas mutua, & pauperum amor & alimonia exercerentur, conſtat ex c. ſiquis agapas, 42. diſt. explicat & Diuus Clemens Romanus lib. 2. conſtitutio. apoſtolica. c. 32.

*Qui ad agapas*, inquit, *ſiue vt Dominus nominauit Lucæ* 14. *ad conuiuiũ*

*inſtituerũt vocare presbyteros, id eſt viduas.* quam diaconi nouerint oppreſſam, eam frequenter vocent, &c. poſteáque proſequitur, quæ ſint epiſcopis, diaconis & clericis ex illo conuiuio ſeparanda. Arguit D. Ioannes [a], Diotrepem quòd in hac communione agapes nõ reciperet peregrinos, & recipientes contemneret. Et Chriſtus [b], ad hoc conuiuium vocandos monet pauperes, debiles & claudos. Et in diebus maximè ſacratis religioni, fuiſſe hæc conuiuia etiam inter Iudæos, indicat Ezdras lib. 2. c. 8. verſ. 10. & ſequentib. vbi admonetur populus, vt in die ſolennitatis Domini, nõ doleret, ſed lætaretur & comederet pinguia, & biberet mulſum, ſed & vt mitteret partes his, qui non præparaſſent ſibi.

a *Epiſtola 3.*
b *Lucæ c. 14.*

5 Permiſerunt & leges ciuiles fratrias, ſeu ſodalitates, & congregationes religionis, & pietatis cauſa [c].

c *l. 1. §. ſed religionis, de coll. illi. lib. 47. P. ti. 22.*

6 Fuerunt congregationes nocturnæ in primitiua eccleſia laudabiles, & maximè pernoctabant in orationibus in diebus, vel noctibus antecedentibus ſolennitates maiores, vel feſta martyrum, vt ait Baſilius Magnus [d]. vnde dictæ ſunt dies antecedentes, vigiliæ [e], probatæ ab eccleſia, vt habetur apud Euſebium [f].

d *In Pſal. 114*
e *c. noſſe, 76. di.*
f *4. Lib. de vita Conſtantini.*

7 Tanta fuit etiam probitas in naſcenti eccleſia Chriſtianorum, vt & mulieres comitarentur turbam, & diſpenſatio fieret cõmuniter illis oblatorum perinde ac viris, vt liquet ex c. 6. actorũ in principio, & ex eo quod ait D. Paul. 1. ad Corint. 9. verſ. 4. *Nunquid non habemus poteſtatem mulierculam ſororem circunducendi, ſicut & cæteri apoſtoli & fratres Domini, & Cephas?* Sed ex regula ſancti Baſilij, aliquando fuerũt monaſteria mulierum & virorum vnita [g]. & excubabant mulieres tempore Moſis in hoſtio tabernaculi [h], quod perſeuerauit vſque ad Heli ſacerdotem [i].

g *In c. 21. diffinimus 18. qu. 2.*
h *Vt liquet ex c. 38. Exodi v. 8.*
i *1. Reg. c. 3.*

*De abuſu dilectionis in religionis prætextu, ad luxuriam & voluptatem, & de remedijs.*

## CAP. XVIIII.

IN ſuperioribus aliiſque ſimilibus exemplis fidei ardor & puritas vinculo amoris diu Chriſtianos continuit & ethnicos quoque ad ſuperſtitiones iucundas coniunxit. verùm aliquando ſub hoc charitatis & dilectionis cum religionis nomine, (fictitio tamen, quia dilectio vera malum non operatur. ad Roma. 13. verſ. 10.) degeneres animi, caſtos deceperunt, vel ad luxuriam interdum pellexerunt, vel vt bonis & caſtis abuterentur, religionis fucum ſæpe fecerunt, non tantum inter ethnicos, ſed inter eos etiam qui ſub lege antiqui teſtamenti, & noui veri Dei cultum habuerunt. Qui tamen, vel apud Deum, vel apud homines, detecti, impunè non tulerunt, remediis etiam ne talia ab aliis in poſterum committerentur, adhibitis, quorum exempla & probationes quaſdam referam.

2 Exordiar verò ab hiſtoria Bacchanalium quam adfert Liuius [k]. *Græcis,* inquit, *ignobilis in Ethruriam primùm venit, nulla cum arte earum quas multas ad animorum corporúmque cultum, nobis eruditiſſima omniũ gens*

k *Lib. 39.*



*gens inuexit, ſed ſacrificulus & vates, nec is qui aperta religione propalam & quæſtum & diſciplinam profitendo animos horrore imbueret, ſed occultorum antiſtes ſacrorum. Initia erant quæ primò paucis tradita ſunt, deinde vulgari cœpta per viros mulieréſque. additæ voluptates religioni vini & epularum quo plurimum animi allicerentur. Cùm vinum animos, & nox, & mixti fœminis mares ætatis teneræ maioribus, diſcrimen omne pudoris extinxiſſet: corruptelæ primùm omnis generis fieri cœptæ, cùm ad id quiſque quo natura pronioris libidinis eſſet, paratam voluptatem haberet. Nec vnũ genus noxæ, ſtupra promiſcua ingenuorum fœminarúmque erant: ſed falſi teſtes, falſa ſi qua, teſtimoniáque & iudicia, ex eadem officina exibant: venena indidem inteſtinæque cædes, ita vt nec corpora quidem ad ſepulturam extarent. Multa dolo, pleraque per vim audebantur. Occulebat vim quod præ vlulatibus tympanorúmque & Cymbalorum ſtrepitu, nulla vox quiritantium inter ſtupra & cædes exaudiri poterat. Huius mali labes ex Etruria, Romam veluti contagione morbi penetrauit,* &c. quæ ibi adiicit Liuius: quibus narrat quæ ſcelera, ſtupra committerentur ibidem, & quare, originem & progreſſus eius impiæ religionis ſeu verius ſuperſtitionis & impietatis, & quomodo illa impia myſteria Saturnaliorum fuerint detecta per conſulem Poſthumium, vindicatáque condignis ſuppliciis, extritis & abolitis ex tota Italia Bacchanalibus: conſtitutis præmiis maximis iis qui talia ſcelera detexiſſent.

3 Cicero [a] ſcribit Diagondam quendam Thebanum primum apud Græcos, perpetua lege ſuſtuliſſe nocturna ſacrificia, quæ tranſlata fuerit in leges duodecim tabularum Romæ, alij Romulo tribuũt: *nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter illa quæ pro populo ritè fient.* dabatur enim magna delinquendi anſa mulieribus nocturnis ſacrificiis, ob illarum fragilitatem & temporis occaſionem, de Adonidis ſacris aliquando dictum οὐδὲν ἱερὸν, *nihil ſanctum.* Clodius prætextu religionis nocturnæ contaminauit ſacra quæ dicebantur Bonæ deæ.

a *In 2. de legibus.*

Ariſtophanes facetiſſimus poeta, in Cerealibus nouos Deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes ſic vexat, vt apud eũ Sabazius & quidam alij dij de peregrinis iudicati, de ciuitate eiiciantur.

Et Eupolis vetus poeta comicus, in ſuis Babtis, nocturna illa Athenienſium ſacra quæ Cotyttia dicebantur, quominus damnaret ne mortis quidẽ periculo abduci potuit. Apud Plautũ in Aulularia, Lyconides adoleſcẽs, dicitur filiã Euclionis vitiaſſe in Cereris vigiliis.

4 Atque illis luxuriæ explendæ fuit religionis prætextus, vt loco oportuno delecto, & tempore. At aliis religio fuit prætextus deceptionis earum qui aliter ſponte non conſenſiſſent, niſi numinis metu vel perſuaſione deceptæ fuiſſent. Quemadmodum Dionyſ. Halicarnaſſeus ſcribit, Iliam Veſtalem quæ Rhea dicitur à Liuio in 1. ab Anulio patruo armato amore eius capto, ſpecie Martis fuiſſe compreſſam, vel à ſacerdote quodam vel Pontifice, Martiſque congreſſum graphicè depingit Naſo lib. 3. faſtorum, Cicero lib. 1. de natura deorum vt fabuloſum deridet.

5 Refert Hegeſippus [b] & poſt illum Antoninus Florentinus [c] Paulinam nobilem Romanam adamatam à duce Mundo & cùm nec precibus nec pretio corrumpi poſſet, deceptam tandem hoc modo.

b *Et Ioſephus lib. 8. antiquita. c. 4.*
c *Parte 1 ſpeculi hiſtorialis ti. 6. c. 21. §. 2.*

Mundum, inquam, cum ſacerdotibus Iſidis pactum fuiſſe & conueniſſe, vt dicerent Paulinam ab Anubi Deo in amplexus deſiderarit quod & ipſi fecerunt, quare illa læta quòd digna Deo haberetur, ex conſenſu mariti ad templum noctè venit, ſed ibi ex ſacerdotum arte Mundus ſub ſpecie Anubis concubuit cum illa. Quod paucis poſt diebus cùm Mundus detexiſſet Paulinæ, effecit vt illa dolens de pudicitia violata, marito cõqueſta fuerit apud imperatotem Tiberium, qui comprehenſos & confeſſos ſacerdotes, iuſſit occidi, & Iſidis ſimulachrũ Tiberim demergi. Simile quoddã exẽplũ refert Euſeb.[a] Alexandriæ contigiſſe, vbi Sacerdos nomine Tyrannus, quaſi ex reſponſo numinis, adorantibus in templo nobilibus quibúſque & primariis viris, quorum ſibi marronæ ad libidinem placuiſſent, dicebat Saturnum præcepiſſe, vt vxor huius vel illius pernoctaret in templo, & quod tum is qui audierat gaudens, quòd vxor ſua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptiùs & donariis onuſtam ne repudiaretur, cõiugem mittebat ad templum: & ibi in cõſpectu omnium concludebatur, & Tyrannus clauſis ianuis, & traditis clauibus diſcedebat: ſed facto noctis ſilentio per occultos meatus, & ſubterraneos aditus, intra ipſum Saturni ſimulachrum patulis irrepebat cauernis, nam erat ſimulachrum à tergo concauum, & parieti diligenter annexum, vnde vocem per ſimulachrum æris concaui intonabat, ita vt pauore & gaudio infœlix mulier trepidaret, poſtea loqnutus quæ ad irritamentum libidinis pertinerent & alia, arte quadam linteis obductis repentè lumina extinguebantur vniuerſa, tum deſcendens obſtupefactæ, & conſternatæ mulierculæ ſtuprum inferebat. detectus autem tãdem à quadam pudica muliere quæ eius vocem cognouit: quocirca ad tormenta deductus tyrannus, faſſus rem omnem aperuit.

a lib 11. hiſto. Eccleſiaſt. c. 25.

6 Mahometes quanuis ipſe prohibuiſſet adulterium, tamen permiſſum fuiſſe ſibi à Deo, ad alienas vxores accedere dixit, vt generaret Prophetas & viros fortes, vt ſcribit Antonius Florẽtinus Archiepiſcopus[b].

b in 4. parte ſũmæ Theologiæ ti. 11. c. 6. §. 1.

7 Romulus vt raperet Sabinas, ludos ex induſtria equeſtres parauit Neptuno, Conſualia vocãt, & indici finitimis ſpectaculũ iuſſit: vbi verò ſpectaculi tempus venit, ex compoſito orta vis, ſignóque dato iuuentus Romana ad rapiẽdas virgines diſcurrit, & magna pars, fortè vt in quem quæq. inciderat, raptæ &c[c]. Et ita vt ait Liuius, parentes mœſti virginum turbato per metum ludicro profugerunt, incuſantes violati hoſpitij fœdus, Deúmque Conſum Neptunum, cuius ad ſolemne, ludóſque per fas ac fidem decepti, venerant.

c vt ait Liuius in 1. Plutarch. in vita Romuli. Oroſ. in 2. c. 4. Plinius li. 1.

8 Notat Lyranus[d], quòd mulieres ſub colore honoris idoli, ſe proſtituebant, & in tali luxuria credebant ſacerdotibus.

d in c. 23. libri 4. Regum.

9 Pauſanias, libro ſeptimo, ſeu in Achaicis, tradit quandam virginem Cometho nomine, Sacerdotem Dianæ, in ipſa æde Dianæ cum iuuene Menalippo cupiditatem ſuam expleuiſſe in Triclariæ ara, ac ſæpius deinde templo ac thalamo geniali abuſos, addit

tamen



tamen vltionem illos quidem breui morte conſumptos fuiſſe, & impietatis pœnas dediſſe: conſecutam verò ex læſi numinis ira ſummam terræ ſterilitatem, & miſerandam hominum luem, cuius cauſam indicauit oraculi Delphici vox tãdem, Comethûs & Menalippi libidinem. Refert Egnatius[a], fuiſſe quendam captum amore Venetæ pulcherrimæ mulieris, cuius maritus peregrinabatur in Anglia, & perſuaſiſſe D. Michaelem Archangelum ſe eius amore detineri & ad eam venturum poſtridie in ſuo habitu & figura, atque abuſum muliere ita, ſed à proximis mulieris detectum & comprehẽſum ſupplicio traditum.

a Lib. 1. de reb. ven. c. 3.

9 Religione quoque veri Dei, impios abuſos ad luxuriam, conſtare poteſt pluribus exemplis, quorum quædam referam.

Narratur enim[b]. Quod filij Heli ſacerdotis, dicti viri Baal, neſcientes domum dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi Dei ſe purificaturæ poſt partum. vnde Lyranus ad c. 19. Leuitici notat, vota mulierum eſſe perículoſa.

b 1. reg. ca. 3. v 12. & ſ. q. & verſ. 22.

Rofredus Beneuentanus[c], recenſet ſub prætextu ſoluendarum decimarum, inductam fuiſſe mulierem à quodam ſacerdote, vt de coniunctionibus cum marito habitis, ei daret decimas, quod & ſcribit Guillielmus Bened.[d] nu. 45. & 46. de teſtament.

c In libellis iuris canonici, ſub ti de decimis.

d In c. Raynucius, ad verba cuidam Petro tradiderunt.

11 Scribit & Philippus Bergomas[e], fratricellos quoſdam hæreticos decepiſſe ſuo ritu, & ſub ſpecie religionis mulieres ad commixtionem.

e Lib. 13. ſupplemẽti Chron.

12 Circa annum 1308. orta hæreſis noua apud Nouarienſes per Dulcinũ & Margueritam inuenta, qua mares & fœminæ ſimul habitantes, in omnem libidinem prolabebantur, & Anabaptiſtarum more, ſenſerunt, nihil habendum proprium, non eſſe adminiſtrãdas reſpublicas Chriſtianis, & ſimilia abſurda, vt refertur in ſumma conſiliorum, & à Platina.

13 Eodem tẽpore fuerunt Begardi, & Beguinæ, hæretici in Germania, qui prætextu ſcripturæ ſanctæ & religionis, inter cæteros errores illud aſſerebãt, mulieres quidẽ oſculari cùm ad hoc natura nõ inclinet, eſſe peccatum mortale, actũ autem carnalẽ, cùm ad hoc natura inclinet, non eſſe peccatum, maximè cũ tentatur exercens, quorum hæreſes damnatæ in conſilio Viennenſi[f].

f Et hæc quoq. in Clem 3. de hæret. in clem.

Sub Clemente etiam 5. in conſilio Viennēſi[g], idem ſtatus Beguinarum damnatus, quæ quibuſdam adherebant religioſis ad quos ſpecialiter trahebatur affectio. & ſic Hoſtienſis ad c. fraternitatis, de frigidis & malè, & ad c. monaſteria, de vita & honeſta. cleric. cauendum eſſe à Beguinis admonet.

g In clem. 1 de religio. dom.

14 Fuerunt Adamitæ hæretici, authore Picardo Gallo, in Bohemia orti, qui nudi vt dicitur cum fæminis conueniebant[h], meminit & de aliis Adamitis qui nudi incedebant & conueniebant, c. 39. quidam autem, 34. qu. 3.

h Vt ait Aeneas Syluius c. 41.

15 Nicolaitæ quoque temporibus Apoſtolorum, à Nicolao vno ex 7. diaconis ab Apoſtolis creatis, orti, ritus gentilium retinentes promiſcuos docebant concubitus[i]. Iuſſit Deus D. Ioanni Apoc. c. 2. verſ. 14. ſcribere Angelo, ſeu epiſcopo Pergami eccleſiæ, *Habeo*

i Vt referũt Ireneus lib. 1. c. 27. Epiphanius lib. 1. to. 2. hereſ. 25.

*aduerſus te pauca,quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac*[a]*,mittere ſcandalum coram filijs Iſrael,edere & fornicari,ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.*

16 Quidam fraternitatibus & comeſſationibus,ſanctiſque conuiuiis abuſi ſunt,& nocturnis quoque conuentibus inter Chriſtianos,vt poſtea eccleſia cauendum ne amplius committerentur ſimilia cenſuerit, Chriſtiani ab initio religionis quidem in eccleſiam conuenientes,ſimul epulabantur:quare & eorum conuiuia,quoniam amore & charitate mutua celebrabãtur,ἀγαπαὶ dicebantur.Cæterùm & poſtea,quòd eccleſiæ Corinthiorum confuſionem adferrent,bidem fuerunt reprehenſa à Diuo Paulo [b]. rurſum longum poſt tempus conſilium Laodicenum prohibuit c.2.in eccleſiis fieri, & conſilium Carthaginienſe 3.c.30.in c.non oportet in Baſilicis,4.& ſeq.nulli epiſcopi 42.diſt.& Diuus Auguſtinus[c],reprehendit etiam comeſſationes illicitas prætextu religionis. Refert & Ioſephus [d],Caium Cæſarem edicto prohibuiſſe in vrbe,omnia collegia,excepto Iudęorum καὶ οὐκ ἐκώλυσεν οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν.

Et fuiſſe comeſſationes has cauſas diſſoluendarum collegiorum, Plinius refert [e].Prohibuit etiam Franciſcus I. eius nominis rex Galliarum,fratriarum comeſſationes, anno Domini 1539. Siquidẽ,vt ait etiam de collegiis, Alexandrinorum Philo ad Flaccum, in his,οὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ ἄκρατος καὶ μέθη καὶ παροινίαι.Et ſæpe obſeruatum eſt, quæſtores ſacrarum pecuniarum fratriarum, expendiſſe partem in conuiuiis, partem ſibi in proprióſque vſus conuerſam retinuiſſe, quibus penè catholicorum feruorem extinctum cognouimus,quódque dedit anſam Franciſco I.de tollendis artificum confratriis &ſocietatib.anno 1539.neque mirum,ſi profani abutãtur aliquando oblationibus,cùm &in lege antiqua filij Heli ſacerdotis etiam abuſi fuerint eſcis ſacrificiorũ oblatorum, qua ratione etiam ſublatum fuit ſacerdotium à domo Heli [f]. Quemadmodum & collegium ſacerdotum Belis Idoli in Babylonia, detecta illorum fraude. perſuaſerant enim regi dolum Bel edere & bibere appoſita, & proinde extorſerant à rege in cibum eius per ſingulos dies ſmilæ artabas 12. oues 40. vini amphoras ſex:ſacerdotes autem noctu per oſtiolum ingrediebantur in templum clam,& ea appoſita cum vxoribus & liberis vorabant donec dolus detectus fuit per Danielem [g].

17 Occaſione etiam vigiliarum nocturnarum in ſolemnitatibus à Chriſtianis piis obſeruatarum,aliquando data eſt maledicendi occaſio de Chriſtianis ethnicis, & aliquando quoque harum prætextu multa impudicè clam commiſſa fuerunt. Elibertinum itaque conſilium inHiſpania nocturnas ſuſtulit mulierum in cœmiteriis peruigilationes.[b]extat & Conſtantij conſtitutio.lib.16.C.Theodoſiani.vt abolcantur nocturna ſacrificia Magnentio authore permiſſa.

18 Ex cauſa quoque fragilitatis ſexus & abuſu familiaritatis nimiæ quæ ſæpe dat occaſionem delinquendi: prohibitum fuit Chriſtianis eccleſiaſticis &ordinatis,habere mulieres ſecum,etiam quas dicebant ſe habere vt ſorores,ſeu ſubintroductas [h]. Imò & conſortium mulierum omnium,exceptis matre,& ſorore, & filiabus, cum qui-

a *Nu.c.24.v.14.& c.25.v.1*

b *1.ad Corint.11.*

c *Ad Aureliũ epiſcop.64. & in c. comeſſationes,44.di.*

d *Libro 14. ἀρχαιολογίας.*

e *Lib.10.epiſt. Dio.in Claudio. Ammian. Marcelli li.28 Lampridius in Alexã.Seuero.*

f *Reg. ca.2.v.12.& cap.*

g *Daniel 14. cap.*

h *c.nullus miſſam audiat 5. c.præter hoc,6. c.interdixit 16. ſub.32.diſt.ex conſilis Niceno c.3.*



quibus natura ſuſpicionem mali non præſumit,inhibitum eſt [a].

19 Leo imperator [b] ſtatuit,vt nemo cũ mulierib.in eccleſiarũ cœnaculis inhabitet. & confirmauit ſtatuta in Trullenſi ſynodo,c.98.quo prohibitum in eccleſiarum cœnaculis quæ promiſcuũ vulgus vocat [illegible], viris cum mulieribus inhabitare,& puniuntur depoſitione à ſacro,ordine ſacerdotes qui ita inhabitauerint: laici verò,ſeparatione à cõmunione rerũ ſacrarum.Iuſſerũt apoſtoli ſeparatim à viris ſedere mulieres,vt habetur apud Clementem Roma [c].

20 Prohibitum etiam iiſdẽ & maioribus rationibus, ne gemina eſſent monaſteria;id eſt ne ſub eodem tecto eſſent monaſteria mulierum & virorum,etiam eiuſdem ordinis , in Nicena ſynodo c.20.[d] ne offendiculum & ſcandalum id ipſum multis fiat [e].

21 Imò & poſtea iuſtis rationibus quoque prohibitum fuit ſub pœna excommunicationis,monialibus clauſtra egredi; & monachis vel aliis ſecularibus clericis aut laicis, monaſteria illarum frequenter adire abſque cauſa maxima eáque neceſſaria , & niſi admittantur ab his qui habent poteſtatem admittendi [f]. dictum & in conſilio Lateranenſi [g].*Monaſteria ſanctimonialium ſi quiſquam clericus ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit,per epiſcopum arceatur: ſi non deſtiterit ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis.Si laici, excõmunicationi ſubdantur,& à cœtu fideliũ fiãt penitus alieni.*Bonifacius VIII.[h]*præsẽti,*inquit,*cõſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura,ſancimus, vniuerſas & ſingulas moniales præſentes atque futuras,cuiuſcũque religionis ſint aut ordinis,in quibuſlibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſterijs debere de cætero manere clauſura:ita quod earũ religionẽ tacitè vel expreſſè profeſſæ, ſit,vel eſſe debeat,quacunq; ratione vel cauſa ( niſi fortè tãto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret , quod non poſſet cũ alijs abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari)monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas.Nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, niſi rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia )ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem,vt ſic à publicis & mundanis aſpectibus ſeparatæ,omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi oportunitate ſublata,eadem corda ſua & corpora,in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.*Itáne conſtitutionẽ renouauit conſilium Tridentinum ſeſſione 25. titulo, de regularibus & monialibus c.5.& prohibuit ingredi intra ſepta monaſterij monialium omnib. cuiuſcunque generis aut conditionis,aut ſexus,vel ętatis,ſine epiſcopi aut ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta,ſub excõmunicationis pœna ipſo facto incurrenda.Dare autem ait epiſcopum vel ſuperiorẽ licẽtiã debere,in caſibus neceſſariis,nec aliũ vllo modo poſſe, etiam vigere cuiuſcunque facultatis vel indulti hactenus conceſſi vel in poſterum concedendi.Reuocatę & ſunt licentiæ quibuſcunque mulieribus conceſſæ, ingrediendi monaſteria & loca quorumcunque ordinũ regulariũ à Pio 5.conſtitutio.22.incipiente *regularium*,item ingrediendi monaſteria virorũ,à Gregorio 13.cõſtitutio.36. incipiẽte, *vbi gratiæ* ſecũdũ ordinẽ bullarij Cherubini.Et à Pio 5.vbi proximè, pœna imponitur religioſis eas admittẽtib. priuatio officiorũ quę obtinẽt & inhabilitationis ad alia obtinẽda in poſterũ , & ſuſpẽſionis à diuinis ipſo facto.& rurſũ idẽ Pius 5.cõſt.100.incipiẽte,*decori & hone-*

a *cap.1.2.& penul.de cohabi.cler.& mulierũ l.eum quẽ probabilẽ, 19. C.de Epiſco.& cler. & cõſil. Anchyrañ c.18.Euſeb.li.7. hiſtor.c.30.& Nouella 123.c.29.§.presbyteris autẽ, de ſanctiſſ epiſ.in nouel.*

b *conſtitutione nouella 73.*

c *lib 2 conſtitutionũ apoſtolicarum c.61.*

d *c.diffinimus, 21.& ſeq.in nullo loco 18. q 2.c.36. nouella 123.§.in omnibus autem monaſterijs, de ſanctiſſ.epiſcop.*

e *vt dicitur in conſilio Niceno 7.c.18. & 20. & ca.47.ſynodi in Trullo.*

f *in cõſilio Cabilonẽſi 2.c.57.62 63. Matiſconenſi 1.c.2. Aurelianenſi c.7.*

g *& in c. monaſteria, 8. de vita & honeſta.clerico.lib.3.ti.1.*

h *in c.vnico, de ſtatu regular.in ſex.*

*ſtati*, &c. ſtatuit iuxta ſtatuta in conſilio Tridentino, nulli abbatiſſarum, prioriſſarum, aliarúmve monialium cuiuſcũque ordinis, ſtatus, proſapiæ etiam regiæ, de cætero etiam infirmitatis cauſa ſeu aliorum monaſteriorum etiam eis ſubiectorum viſitandi cauſa aliáue occaſione ac prætextu, à monaſteriis exire, niſi ex cauſa incendij, aut infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen ſuperioribus, ab epiſcopo etiam in exemplis, fuerit cognita, & in ſcriptis ſit approbata. & nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere. Aliter autem quàm dictum eſt egredientibus, egredientes & licentiã egrediendi concedentes comitantes, receptantes, ſiue laicæ, ſiue eccleſiaſticę, ſint perſonę, excõmunicationis maioris vinculũ latæ ſentẽtiæ incurrere eo ipſo, abſque aliqua alia declaratione, à qua non poſſint abſolui ab alio quam à ſummo pontifice niſi in mortis articulo, declarans inſuper egreſſas & permittentes, ab omni dignitate, officio, & adminiſtratione decidere &c. reuocatis licentiis exeundi contrariis datis, ídque Romæ ſtatuit Kalend. Februarij anno 1569. Probabit & caſus prædictos tantum exeundi Gregorius 13. conſtitutio. 36. incip. *vbi gratiæ*. Sed & vltra idem Gregorius 13. cõſtitutio. 75. incip. dubiis quæ emergunt ſecundum ordinem Bullarij Laertij Cherubini, ſtatuit vt prælati & alij monaſteriorum monialium curam habentes, in caſibus tantummodo neceſſariis, ea ingredi poſſint non aliter, alioquin vt prælati ingredientes pro prima vice ab ingreſſu eccleſiæ ſint interdicti: pro ſecunda à munere pontificali & à diuinis ſuſpenſi, & ipſo facto excommunicati: Regulares ab omni officio & adminiſtratione priuati, nihilominus excommunicati ſint non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, &c.

Frequentia mulierum, & cohabitationis vtriuſque ſexus, ignem ſuggerit luxuriæ, vt ideo rectè factum & ſancitum fuerit, ne penes ſe haberent mulieres viri eccleſiaſtici & ne alloquerentur eas l. c. 2. 3. 4. penul. de coha. cleri. & & mulier. c. 3. ſimil. à nobis adductis antè.

22 Vt facilis enim lapſus vbi occaſio offertur, maximè domeſtica, ex quo ſequitur à fide ſæpe apoſtaſia. dum enim tranſgreſſæ leges eccleſiaſticæ minantur pœnas tranſgreſſoribus, lubrica via ad expugnandam poteſtatem eccleſiaſticam, ádque defendendam voluptatem, vt liquet ex hęreſiarchis, qui eiuratis votis regularibus, in contrarias partes fidei declinarunt, ne meretrices vel concubinos relinquerent eóque machinamento vſus Vitiſa Rex Hiſpaniæ flagitioſus, pontifices veritus, ne ob ſuas libidines & ſtupra populum à ſe abalienarent cenſuris eccleſiaſticis; ideo enim edixit, vt quot quiſque ſacerdotum vellet aut poſſet vxores ducere vel concubinas, domi aleret, néue conſtitutionibus pontificiis obtemperarent [a].

a *vt ſcribit Vaſæus, è Luca Tudenſi. & Roderic. Tolet.*





*De fauore religionis circa immunitates ſeculares, perſonales, ob tranquillitatem animi otiúmque ſanctum conceſſas, vt Deo eccleſiaſticæ perſonæ diligentius inſeruire poſſent.*

## CAPVT XX.

DVDVM Cæſares & principes, ſacríque canones; epiſcopis, presbyteris, diaconis, monachis & aliis eccleſiaſticis perſonis, vacationem & immunitatem à pluribus ſecularibus perſonalibus negotiis & muneribus dederunt: ne eſſent circa diuina officia deſides; & vt aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreãt, in omni terra vbicunque Chriſtianorum nomen colitur, vt liquet ex conſtitutione Iuſtiniani l. generaliter ſancimus, 52. C. de epiſco. & cleric. datæ ita ibi iiſdem immunitates à tutela, curatela[a]. Habent & prædia illorum immunitatem ab omnibus nouis exactionibus[b], ab extraordinariis collationibus, & ſordidis muneribus[c].

Et Conſtantinus[d], *Iuxta ſanctionem quam dudum meruiſtis, & vos & mancipia veſtra nullus nouis collationibus obligabit, ſed vacatione gaudebitis: præterea neque hoſpites ſuſcipietis.*

Imò placuit neque clericos in neceſſitatibus ciuitatum ſeu aliorum locorum, etiam vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubuenire cogendos, niſi prius Romanus pontifex conſulatur: & reiiciuntur ſine hac licentia factæ impoſitiones, & irritæ ſunt cum ſententia excommunicationis, conſtituta imponentibus[e].

2 Vt contrà, etiam iura interdixerunt ſecularia negotia, & alia quæ auertere poſſunt à cultu diuino Deo conſecratos eccleſiaſticis perſonis: cùm nemo Deo militans implicet ſe negotiis ſecularibus[f], ne ſacra myſteria impediantur[g].

Religionis cauſa excuſationem dare à negotiorum ſecularium adminiſtratione, docuit etiam l. aut religionis, de procura. l. 32. §. ſacerdotio, de recep. arb. P.

Vita eccleſiaſtica libera à negotiis ſecularibus quidem ſed non à negotiis eccleſiaſticis, quæ cùm oriatur à ſecularibus, diligentius tractare debet alio non diſtractus. monachus ita fugitans ſecularia ciuitates, clauſtro ſuo contineri debet vt viuat, vt piſcis in aqua[h], aut intentus ſacris ſcripturis, aut alicui manuali operi, ne otioſum dæmon aggrediatur.

3 Eſt in cauſa religionis otium conceſſum, ſcilicet vacatio à ſeruili opere, Chriſtianis & ob Dei liberiorem cultum, in ſacris & feſtiuis diebus.

Et vt dixit Moyſes populo Exod. c. 16. verſ. 23. *Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: requies ſabbathi ſanctificata eſt Domino cras: quodcumque operandum, facite, & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vſque ad mane.* & c. 23. verſ. 12. *ſex diebus operaberis, ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena*[i]. & pœna mortis in eo die laboranti, imponitur[k], repetita iuſſio obſeruationis[l]. In ſabbatis legebatur & explanabatur verbum Dei[m].

a *vt & in c. generaliter, 40 16. q. 1. ca. monachi à monaſterio, eo. imò prohibitum in c. epiſcopus, 88. diſt. ca. præſentium 16. q. 1.*
b *ca. vnic. ca. quia cognouimus, 10. q. 3. c. cùm apoſtolus de cenſi.*
c *l. 2. & auth. item nulla cõmunitas, de epiſco. & cler. C. & in Codice Theodoſiano lib. 16. ti. 11. l. 8. & 40.*
d *in l. 1. C. de epiſcop. & cleric. ad clericos ſcribens.*
e *c. aduerſ. cõſules 7. de immunito. eccleſ. lib. 3. ti. 49.*
f *c. 1. & c. ſed ne cleric. vel mona. ſecula. nego. ſe immiſ. li. 3. ti. 50. ca. 1. 2. 3. 21. q 3. & 2. ad Timot. 2.*
g *§. ſed neque, c. 6. nouel. 123. de ſanctiſſ. epiſ.*
h *ca. ſi cupis c. placuit, 16. q. 1.*
i *idipſum repetitur c. 31. verſ. 14 & c 34.*
lz *vt & c. 35. & Leuitici c. 23. ver. 3. & 15. & Numer. c. 15. verſ. 32.*
l *Hierem. 17. verſ. 21. & 2. Eſdræ ca. 13. verſ. 16.*
m *vt liquet ex D. Marco. c. 6. ver. 2. & D. Lucæ c. 4. verſ. 16. verſ & 31. & c. 13. verſ. 19. & c. 14. verſ. 1. & Actorum c. 13. verſ. 14. & 27. & 44.*

Erat & communionis ſeu ſacræ euchariſtiæ tunc inter Chriſtianos diſtributio[a].

a Actorum c. 20. verſ. 7.

Erat & feſtum Neomeniæ initio menſis cuiuſque, in quo vacatio ab opere ſeruili quoque, ſed erat offerendum Domino holocauſtum, vituli duo de armento, aries vnus, & alia iuſſa[b].

b Numer. 28. verſ. 11.

Dictum & de feſto Pentecoſtes, dies primitiuorum, *Quando offeretis nouas fruges Domino expletis hebdomadibus*[c], *venerabilis & ſancta erit, omne opus ſeruile non facietis in ea*[d]. idipſum & ſtatutum de aliis feſtis, vt tubarum[e], tabernaculorum[f], item expiationum. In quo quidem die mandatum quoque abſtinere à ſeruili opere; verùm iniuncta ſacrificia, & afflictio animarum, & expiatio & emendatio ab omnibus peccatis coram Domino[g]. Et eccleſiæ catholicæ conſtitutiones idipſum in diebus feſtiuitatum approbatarum ſancerunt, vacandum ab opere ſeruili, non ſuperſtitioſè quidem vel iudaicè, nam & quædam permittuntur in die etiam Dominica, quæ non permittebantur in Sabbato, in cuius locum ſubrogata eſt: nempe cibaria arguere, & alia. Celebrantur in his Chriſtianis ſolennitatibus, memoriæ beneficiorum Dei, martyrum & confeſſorum exempla imitanda propoſita, gratiarum actiones fiunt bonorum acceptorum, ſupplicationes accipiendorum, & alia quæ ex ſanctæ matris prudentiſſima inſtitutione Chriſtianis exequenda proponuntur, cuius præcepto ſanctificandi dies ſunt[h]. & in conſilio apud Compendium & c. 1. de feriis & dilatio. li. 2. ti. 9. *Omnes dies dominicos, à veſpera in veſperam cum omni veneratione decernimus obſeruari, & ab omni illicito opere abſtinere, à mercatu, placitis, ſententia ad mortem, iuramento, niſi pro pace vel alia neceſſitate.* vel vt in c. 2. eius tituli propter neceſſitatem alimentorum. iunge c. fin. eiuſdem tituli. idem de aliis ſtatutum feſtis[i]. Iunge quæ diximus à quibus ceſſandum in feſtiuis diebus, lib. 1. partitionum iuris pontificij tit. 19. c. 3.

c de quibus Deuteron. 17. verſ. 9.
d Numer. 28. verſ. 26.
e Leuiti. 23. verſ. 24. Nũ. 29. verſ. 2.
f Deutero. 16. verſ. 13.
g Leuitici c. 13. verſ. 30. & c. 23. verſ. 27. & Numer. 29. verſ. 7.
h ca. proponẽdum, 1. & ſeq. de conſecra. diſtinct. 3.
i in l. omnes, C. de ferijs, c. licet 3, eo.

4 Erat, & eſt nunc in ſacris ſolemnitatibus lætandi in Domino permiſſio, ſolutis ab opere: & veluti occaſio recipiendi ſpiritus, & reparandi vires ad labores. Sicuti & legimus in ſolemnitate reductionis arcæ, Dauidem cum populo ante arcam ſaltaſſe totis viribus ante Dominum, repletum omni iocunditate ſancta tamen ob illam reductionem, vt & omnis Iſrael ludebat coram Domino in omnibus lignis, fabrefactis cytharis, lyris, & tympanis, ſiſtris & cymbalis[k]. Ipſéque Dauid Pſal. 146. *Laudate Dominum quoniam bonus eſt pſalmus Deo noſtro, ſit iucunda decoráque laudatio &c.* & Pſal. 149. *Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum & filiæ Sion exultent in rege ſuo, laudent nomen eius in choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei.* & Pſal. 150. *Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio, & cythara, laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo, laudate eum in cymbalis beneſonantibus. omnis ſpiritus laudet Dominum.* in templorum quoque dedicatione feſtum egerunt Iudæi aliquot diebus, vt lætantes & manducantes. vt tempore quo Salomon templum dedicauit[l]: & in alia dedicatione ſub Eſdra[m]. deinceps eiuſdem dedicationis fiebat feſtum ſingulis annis pari lętitia per octo dies[n], dictum feſtum encęniorum[o], huiuſmodi etiam lætitiam publicam obſeruarunt ethnici in dedicatione ſuorum

k 2. Reg. c. 6.
l 3. Reg. 8. ver. 66.
m 3. Eſdræ c. 7. verſ. 14.
n vt 1. Macha. c. 4. verſ. 59.
o D. Ioh. c. 10.



ſuorum tẽplorũ ob honorem domus diuinæ, vt innuit Vlpian.[a] adhibebant iis ludos gẽtiles. atque in quibuſdam feſtis, ne luctus aliquis remoraretur lætitiam publicã curabant, eámque augebant aliquãdo ſolutione vinctorũ vt Theſſali in feſto annuo Pelori apud Athen.[b] In feſto paſchæ Iudæi[c]. vt & homicidæ inuoluntarij anno iubilei ad ſuos impunè reuertebatur[d]. Sed & permiſit eccleſia ſpectacula etiã in templis edi ſeu repræſentationes, ſine laruis tamen & cachinnis, quibus populus ad martyrum, vel myſteriorum memoriam & ad cõiunctionẽ ſanctã, & imitationẽ vitæ repræſentatę adduci poſſet[e].

a In l. ſi interueniẽte 12. ad ſenatũ Turp. lib. 48. P. tit. 16.
b dipnoſo c. 17
c D. Matthei ca. 27. v. 15. D. Ioannis c. 18. v. 39.
d Nu. 39. facit l. 3. C. de epiſcopali audient.
e c. cum decorã de vita & honeſt. cleric. quod & firmatur in ca. ſemel Chriſtus 51. de conſ. diſt. 2. & c. quæris, de cõſecra. di. 4.

*De immunitatum perſonalium, otiique in religione abuſu, & remedijs.*

## CAP. XXI.

EXTITERVNT itaque pij principes valde ſoliciti, vt Deo cultus aſſiduè & diligenter impenderetur ideóque priuilegia, ſeu immunitates perſonarum eccleſiaſticarũ & monaſteriorum conſtituerunt, ne qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria miniſteria debent. vagare cogantur & nõ ſint circa diuina miniſteria deſides[f], vt ex his quæ præcẽdẽte capite dicta ſunt conſtitit. Quare qui abutuntur otio in monaſteriis, & in ſacris ordinib. eccleſiaſticis, & qui prætextu beneficij eccleſiaſtici cuius nõ implent officium, otioſè deſides, & luxurioſè viuunt, indigni ſunt qui fruantur priuilegiis ordinibus ſacris conceſſis. Imò maiori pœna digni cæteris otioſis, qui in tali gradu poſiti non ſunt, qui minori ſcandalo, vel offendiculo proximi delinquunt.

f In l. generaliter 52. de epiſc. & cler.

Et vt dixit Theodoſius[g], qui ſuo nomine ſuperioris loci, teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, ſi hoc ipſo, quòd nihil metuant, vera ſuppreſſerint, multo magis pœna digni ſunt quibus plurimum honoris datum eſt.

*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.*

g In l. presbyteri 8. de epiſc. & cler. de preſbyteris.

2 Valentinianus & Valens[h], ſcribunt quoſdam ignauiæ ſectatores, deſertis ciuitatum muneribus captare ſolitudines, ac ſecreta: ac ſub ſpecie religionis cum cœtibus monazonton, id eſt ſolitariorum Ægypti congregari, & proinde iubẽt eos à latebris erui, & reuocari ad munera: vt & Leo nouella 10, iubet dominis reſtitui ſeruos, qui occaſionem ex religione capientes, re honeſta ac monaſticæ vitæ profeſſione ad tegendã malitiam abutebantur. Rurſum imperatores Theodoſ. & Valentinian.[i] *Qui ſub prætextu decanorum, ſeu collegiatorum cum id munus non impleant, alijs ſe muneribus conantur ſubtrahere, eorum fraudibus credimus eſſe obuiandum. Nequis ſub ſpecie muneris quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur.* Fuerunt aliqui qui prætextu otioſorũ & inutiliũ monachorũ in cõdẽnationẽ vitę monaſticæ lapſi ſunt. vt enim religioſi irreligioſi viuẽtes ſcãdalũ & offẽdiculũ in deficiẽdo, ſeu in defectu poſuerũt. Sic alij cõtrà mediũ non

h In l quidam ignauiæ, 26. de decurioni. li. 12 C. tit. 31.
i In l. qui ſub prætextu 9. de ſacroſ. eccleſ.

tenentes poſſunt vitam monaſticam in vniuerſum damnare volentes, ſe ipſos dignos reprehenſione & damnatione reddiderunt. vt Guillelmus de ſancto Victore quidam Sorbonicus doctor, iudicatus hæreticus, dum monachos ex eleemoſyna viuentes, vt ipſe dicebat in otio, ſcripſit non ſaluandos [a].

Cùm etiam tempore antiquo plures monaſticam vitam profiterentur, non ſtudio pietatis, ſéd vt pericula bellorum, & ciuilium functionum moleſtias euitarent, lege ſancitum eáque repetita à Clodouico, Martello, Pipino, Carolo Magno, ne libero homini liceret ſe addicere monaſterio, niſi conſulto principe [b].

Maſſilienſes, veteres ſacrificulos, qui quæſtus cauſa ſacra circumferebant, ſuis oppidis exegere, ne religionis prætextu otium ſectarentur [c].

3 Multam malitiam docuit otioſitas. eccleſ. c. 33. verſ. 29. & vt ait Ezechiel [d], *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas, panis abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius*, &c.

4 Sunt opera quædam ſpiritualia, eáque veluti exercere ſufficiunt ad tranſigendam vt oportet vitam, & ad continendam mentem ſeu replendam, ne inanibus cogitationibus agitata gliſcat in illicita. *Attende*, inquit Paulus ad Timotheum [e], *lectioni, exhortationi & doctrinæ*. & Diuus Hieronymus in Leuitici ca. 8. *Moyſes & Aaron non diſcedebant de tabernaculo, eius opus erat aut aliquid à Deo diſcere, aut populum docere, aut orare pro populo, quæ & officia ſunt ſacerdotis* [f] ca. fin. 36. di.

5 Quod ſi mens capax non ſit eccleſiaſticæ perſonæ, lectionis, vel eruditionis literariæ ſaltẽ ſuo muneri & miniſterio in primis intentus eſſe debet: dehinc licitè operibus quibuſdam honeſtis ſe exercere [g]. ſic enim iubetur ſemper aliquid operis eſſe faciendum ne diabolus inueniat otioſum [h].

Sic & conſultius eſt, quàm in variis & inutilibus, & peruerſis cogitationibus peregrinari, vel in vanis ſermonibus occupari, cùm nobis ſit de omni verbo otioſo reddenda ratio [i].

Sic Diuus Bernard. 2. de conſideratione, *Fugienda eſt otioſitas mater nugarum, nouerca virtutum, inter ſeculares nugæ, nugæ ſunt, in ore ſacerdotis blaſphemiæ*. Et Baſilius Magnus lib. exameron homilia 7. *Otium maleficij eſſe principium nemo eſt qui ignorat*. & homil. 8. *otium, Dei metu ſi careat, præceptor intempeſtiuis & hominib*. Et Nilus epiſcopus & martyr eſt in gnomis, *Matrem vitiorum ſegnitiẽ putato. quæ enim poſſides, auferre ſolet: quæ verò non poſſides, ne ea conſequaris prohibet*.

*Clarorum virorum, non minus otij quàm negotij ratio extare debet*, ſecũdum etiam Catonem in principio de originib. & Ciceronẽ pro Plãcio, Symmachum patri ſuo li. 1. epiſt. D. Antonius & alij patres Anachoritarum, ſic laborandum manib. eſſe docebant ſuos ſolitarios. Sic & ſacrorum ordinum monaſticorum inſtitutores, ſuos monachos, aut religioſos intendere quibuſdam operibus honeſtis, iubebãt defeſſos ab oratione.

6 Ad euitandum otium eccleſiaſticarum perſonarum, conueniet diſciplinam eccleſiaſticã conſeruare inſtauratam: monachos in ſuis clau-

a *Vt refert Platina in Alexãdro 4.*

b *Vt ſcribit Beatus Rhenanus lib. 2. rex Germanicarũ.*

c *Vt refert Alexan. ab Alexan. lib. 3. genial. dier. c. 3.*

d *c. 16. v. 49.*

e *1. epiſt. c. 4.*

f *& l. inc. quiec cleſiaſticu 2. § hinc etiam 36. diſtinct.*

g *ca. 1. de celeb. miſſa.*

h *c. nunquã de conſecra. diſt. 5*

i *c. quoties verò loquimur, 21 22. qu. 5.*



ſtris & exercitiis permiſſis per regulas imbuere: ibidem lectiones, diſputationes, & ſtudia replantare: ſi cibis nimium adfluant, circumcidere, & pauperibus vel eccleſiæ vtilitatibus ſuperflua diſtribuere. ſilẽtium quod garrulitates compeſcit, ſeruandum iniungere, familiaritatem ſecularium extrudere.

7 Secularibus verò clericis, ea quæ iure prohibentur [a], debent interdici: & contra interdicta, admiſſa, puniri, lectiones, orationes, & officia ſeu miniſteria eis commiſſa, diligentius iniungi. Narratur in lib. 2. Macchabeorum c. 4. verſ. 13. fuiſſe non initium quidem, ſed incrementum & profectum gentilis & alienigenæ à religione Dei, conuerſationis; propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus, quod ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis, feſtinarẽt participes fieri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ; & in exercitiis diſci: & præter honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. Quarum gratia periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia illis conſimiles eſſe capiebant, quos hoſtes & exemptores habuerant &c. quibus verbis argui videntur perſonæ eccleſiaſticæ, qui pila ſeu ſphærula, & palæſtra delectantur, vt eadem ex iſtorum more, ac ex ſimili antiquorum, in eccleſia expectandam eſſe deſolationem coniicere poſſimus. vtinam autem non ſim in eo propheta, & quieſcat ira Dei ſuper nos, emendatis & repurgatis prauis conſuetudinibus vel corruptelis.

8 Refert Albertus Cranzius lib. 3. c. 22. Conſtantinum imperatorem 9. eius nominis monachorum plurimos in otio viuentes, eieciſſe ſuis clauſtris, aſſerẽtibus epiſcopis melius eſſe paucos Deo ſeruientes paſcere, quàm magnum gregem otioſorum habere nulla in re reipublicæ vtilium, quia neque Deo ſatis ſeruiat, ſed monaſtico habitu, ſeculi ſequatur voluptates.

9 Otioſarum perſonarum ſigna ſunt, maximè eccleſiaſticorum, vagari, circuire domos: ſícque notauit D. Paul. 1. ad Timoth. 5. verſ. 17. *Otioſas viduas deuita, qui diſcunt circumire domos: imò & non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.*

10 Vagari ſine cauſa eſt huc atq; illuc inutiliter fieri: in l. quid ſit fugitiuus 17. §. erronẽ, de ædilit. edict. lib. 21. ti. 1. *Vbi & Labeo definiuit erronẽ eſſe paruum fugitiuum, vt ex diuerſo fugitiuum magnum erronem. Et erronem propriè qui non quidẽ fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis, ſeriùs domum redit.*

Inter vagantes rectè curiales qui aulas ſequuntur principum, annumerandi ſunt, ſine neceſſitate inter nugas ne dicam abominationes aulicorum perditiſſimorum degentes.

11 Cui malo vagantium remedium obiiciendum eſt, quod antiquitus obtinuit. In primis ex conſilio Pariſienſi, & Moguntinenſi, ſub Carolo Magno c. 22. & ſecundum ca. nulla ratione 8. ſub 93. diſtinct. *Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur. tales enim acephalos, id eſt ſine capite priſca eccleſiæ conſuetudo nominauit* [b].

Alexander 2. de monachis ſic etiam ſtatuit [c], *Iuxta Chalcedonenſis*

a *in c. 1. ne cleri. vel mona. ſecul. nego. ſe immiſc. & in c. clerici 15. de vita honeſta cleric. & ſimil.*

b *accedit c. 18. abbatibus 18. q. 2.*

c *c. iuxta 11. 16. q. 1.*

*tenorem optimi conſilij, monachis quamuis religioſis, ad normam ſancti benedicti intra clauſtrum morari præcipimus: vicos, caſtella, ciuitates, peragrare prohibemus, & à populorum prædicatione omnino ceſſare cenſuimus niſi quis de ſuæ animæ ſalute ſolicitus, vt eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere voluerit.*

Conſilium verò Chalcedonenſe c.4.[a] *Qui verè*, inquit, *purèque ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore &c. eos verò qui per ciuitates ſingulas ſiue poſſeſſiones in monaſterijs sũt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubiectos, & quieti operam dare, obſeruare ieiunia & orationes in locis quibus ſe ſemel Deo deuouerunt, permanentes, & neque communicare eccleſiaſticas, neque ſeculares aliquas attrectare actiones &c.* Remedium adhibuit eadem Synodus Chalcedonenſis c.23. contra monachos vagantes, vt ſi inueniantur in ciuitatibus regiis, vel aliis ſine legatione vel mandato epiſcopi, admoneantur redire ad propria: ſi nolint ſponte, cogantur inuiti[b]. Et in c. probum 18. eadem 16. q.1. Pelagius papa prehendi iubet monachos vagantes, & incorrigibiles in exilium inſulare deportari. Theodoſius & Valentinia. CC. etiam ſtatuunt[c], vt clerici vel monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad regiam vrbem eccleſiaſtici negotij vel religionis cauſa proficiſcuntur, literis epiſcopi muniti veniant, ſcituri, quòd ſi citra hanc fiduciam acceſſerint ſibimet imputabunt, quòd non clerici aut monachi eſſe putabuntur[d].

In conſilio quoque Aurelianenſi 1. c.21[e]. *Monachi abbatibus omni obedientia & deuotione ſubiaceant. Quòd ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit: omnia quæ acquiſierit, ab abbatibus auferantur ſecundùm regulam monaſterio profutura: idipſum autem qui fuerint peruagati, vbi inuenti fuerint cum auxilio epiſcopi, tanquã fugaces ſub cuſtodia retineantur. Et reũ ſe ille abbas futurũ cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonas non regulariter animaduerterit, vel qui ſuſceperit monachum alienum*[f].

12 Erat lex, *Vagus vir ad militiam non recipiatur*[g].

Gregorius iuſſit Anthemio ſubdiacono[h], vt Pimenium Amalphitanæ ciuitatis epiſcopum, qui foris ab epiſcopali eccleſia per diuerſa loca vagabatur, admoneret, ne hoc in poſterũ faceret: & ſi poſt interminationem non deſiſteret, monaſterio deputaret. adde conſilium Carthaginenſe 5. in c.5. vt Africanum in c.83. & in c. placuit 21. 7. q.1. quæ prohibent, ne ſedem ſuam epiſcopalem relinquat prælatus, etiam ob vtilitatem ſuam propriam, vt & prohibuit Iuſtinianus epiſcopis adire aulam principis ſine ſyſtaticis literis Metrapolitani, vel patriarchæ, etiam ex neceſſario negotio, ob quod etiam diſpenſati breui ab illa diſcedere deberent[i].

12 Notantur 12. abuſiones præcipuæ clauſtri, inter quas eſt monachus curialis, prelatus negligẽs, diſcipulus inobediẽs, iuuenis otioſus, ſenex obſtinatus, clericus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in clauſtro, diſſolutio in choro, irreuerentia iuxta altare[k]. 14 Otioſorũ aliud ſignum, videre eos in choreis ſaltationibus & ſpectaculis, quæ omnia ab hominibus rebus ſeriò occupatis procul abſunt, & ab iis qui piè ſecũdùm mãdata Dei viuere volunt[l].

a relatum in c. qui verè 12. eadem q.1.
b idẽ in c. quidam monachi, 17. 16. q.1.
c in l. ſi qua per calumniã l. 22. §. f. de epiſc. & cler.
d idem in §. neque autem monachum c.8. nouellæ 86. vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogãtur ab epiſcopis hoc agere.
e c. abbates 16. §. monachi 18. q.2.
f iunge capitula lib. 6. ti. 37. c. penul. de apoſtat. lib. 5 ti. 9. c. monachum 20. q.4.
g l.1. de tyroni. lib. 12. vbi & notatur quod vagus ſcholaſticus, non debeat fieri magiſter.
h lib. 5. epiſtol. ep. 123. & in c. peruenit 20. 7. q.1.
i in c. 3. §. non autẽ aliter, nouella 6. quomodo oporteat epiſcopos &c.
k in gloſſa in clement. ne in agro dominico, de ſtatu mon. Chaſſa. ad cõſuetud. Byturigũ titulo, des iuſtices, ad verba, ſi aucũ commet ſimple larrecin. num. 76.
l vt de choreis & ſaltationib. diximus lib. 12. ſyntaxeos artis mirab. c.19. & ſequent. & de ſpectaculis lib. 39. ſyntagmatis iuris c. 5. vt & c. 6. de crimine alio extraordinario otij.



Ita prohibitum ne clerici choreis inter ſint[a], aut moniales, nec laici[a]. neque etiam admittendæ choreæ ſunt prætextu religionis in diebus ſacris marium & fœminarum, vt nec theatra, ſicut expreſſe cautum in conſilio Baſilienſi, & in pragma. ſanctio. ti. de ſpecta. in eccleſ. non facien. Obſeruauit Albertus Kranzius[b], Ludouicum deſignatum archiepiſcopum à pontifice in Mandeburgo, dum in oppido Caluem, die feſto cum ſuis nobilibus eorúmque vxoribus, & filiabus choreas in prætorio vaniſſimas duceret, domũ pondere preſſam, vt putatur, iuſto Dei iudicio corruiſſe extincto cõſule cum quibuſdam ſuis contribulibus. periculoſa enim ſexuum commixtio[c].

15 Mos fuit idololatrarum, ſanctificare ſuas ſuperſtitiones conuiuiis, & inanibus ludis. Sic enim ſcribitur de populo adorante vitulum aureum, quod poſt hoſtias pacificas manè oblatas ſedit manducare, & bibere, & ſurrexit ludere[d]. Nõ enim iſtæ choreæ ſunt ad Dei honorẽ, & ad teſtandam iocunditatem ſpiritus in Deo introductæ: eſſent enim alioquin probandæ, ſed ad corpoream & ſpurcam voluptatem, & in Dei potiùs & honeſtatis iniuriam & contumeliã quàm laudem. Quòd ſi quis requirat probationem, inquirat, imò audiat & videat quæ in iſtis choreis cantantur & gerantur, quales motus corporum, qui ſermones in illis collati. nihil enim minus ibi agitur, quàm Dei etiam memoria. omnia enim impudicitia plena ſunt, & otioſorum verè hominum & malignorum effectus, & occaſiones maiorum delictorum.

Quòd ratione & ſpectacula hodie interdicũtur, non tantùm in eccleſia[e], ſed alibi. & quibus otium illicitũ prohibitũ eſt, iiſdem & ſpectacula, ſcenæ, & theatra, maximè clericis & perſonis eccleſiaſticis[f], imò & laicis, diebus feſtis, ſaltem pendente tempore diuini officij, vel verbi Dei audiendi[g]. Et ſi hiſtrio, vel ludio ſuperueniat conuiuio cui intereſt clericus, debet de menſa ſurgere potius & abire, quàm illum audire, aut motus & geſtus eius videre[h].

Conſilium Toletanum 3. ca. 23. relatum in c. irreligioſa, de conſecrat. diſtinct. 3. emendat quæ prætextu iucunditatis ſed malæ, in diebus ſacris peraguntur. *Irreligioſa*, inquit, *conſuetudo eſt, quam vulgus per ſanctorum ſolemnitates agere conſueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, ſaltationibus & turpibus inuigilant canticis, non ſolum ſibi nocentes, ſed & religioſorum officijs perſtrepentes. Hoc enim vt ab omnibus prouincijs depellatur, ſacerdotum & iudicum à conſilio ſancto curæ committitur*, & in cõſilio Carthaginenſi 4. ca. 88. & c. qui die, 66. de cõſecra. 1. *Qui die ſolẽni, prætermiſſo ſolẽni eccleſiæ cõuentu, ad ſpectacula vadit, excõmunicetur.*

16 Potuit eſſe ſignum otij pernitioſi ludus, vt taxillorũ, tabularum, alearum, & ſimilium, quibus inaniter tempus teritur meliorib. deſtinatũ: quare idipſum & meritò interdictũ cum maxima pœna eccleſiaſticis[i], à venerabili miniſterio trib. annis prohiberi, & in monaſteriũ redigi pœnitẽtiæ cauſa. monachis autẽ qui iã in monaſterio sũt, ſi id cõtigerit carcerẽ puto dandũ triennalẽ, vel quãdiu ſuperiori placuẽt[k] & S. põtifex Innoc. 3. ait, ſe ex officij debito, peſtes huiuſmodi proponere ſibi extirpindos, atq. ludos hos voluptuoſos improbare penitus, quorum occaſione ſub quadam curialitatis imagine, ad

a Clem. 1. de celebra. miſſar.
a Vt notat Antonius parte 2. tit. 6. c. 6. Hẽricus ad c. cler. de vita & honeſta. cleric.
b Lib. 10. c. 5.
c c. diffinimus, 18. q. 2. c. mulieres, de iudic. in ſex.
d Exod. 32. v. 6. & 1. ad Corin. 10. v. 7.
e c. cum decorẽ de vita & honeſta. cler.
f c. presbyteri, 24. diſt. c. his ergo, 23. diſt.
g ca. in die, de conſecrat. diſt. 1. l. f. C. de ferijs
h c. non oportet de conſecra. diſtinct. 6.
i Authẽ. interdicimus de epiſcop. & cleric. nouella 123. ca. 10 vbi pœna.
k Argu. l. autẽ damnũ 8. inter cos, de pœn. P.
l In c. inter dilectos 11. de exceſſ. prælato. lib. 5. tit. 31.

diſſolutionis materiam deuenitur, & ideo ibidem, aleatorem beneficio eccleſiaſtico priuat.

*De eccleſiarum ſeu templorum aſylis, & immunitate à pœna.*

## CAPVT XXII.

OPPRESSIS & ſupplicibus, religionis pietas auxilio nunquam deeſt quoque, & proinde inter priuilegia religionis egregia & vtilia in fauorem cultus diuini introducta, illud non minimum putandum; quòd omnes nationes cuiuſcunque ſectæ aut religionis tantùm tribuerunt numini ſupremo & Deo, vt ad ſuam tutelam confugientes & ſupplices inuiolabiles, & à vi immunes conſeruarint: & eos qui violaſſent, dignos ira Dei & pœnis arbitrati fuerint, vt alibi abundè docuimus[a] ex Ethnicorum, Iudæorum Chriſtianorum moribus, legibus & geſtis. vocarunt autem Græci hæc refugia, locáque immunitatem contra vim dantia, ἄσυλα, vt ibidem explicauimus.

a lib.33. ſyntagma iuris c.21. & 22.

2 Quæ tamen alibi quàm in templis conſtituta aliquando fuerunt, quale aſylum quod aperuit Cadmus, dum Thebas conderet; & quod Theſeus Athenis cõſtituit[b], & Romulus Romę[c], ſcribit Theophilus in paraphraſi inſtitutionum[d], apud Athenienſes βωμὸν ἐλέου, aram miſericordiæ, & tam officioſè ad ſe confugientes excipere, vt præ ingenti humanitate pro his ſæpe bella gerere non ſint veriti.

b vt eſt apud Herod. in 2. & Plutarch. in Theſeo.
c apud Dionyſ. Halicarnaſ. in 2. Lactant. lib.2.c.7. Eutrop. lib.1.c.4. Virgil. 8. Æneid. Ouid. 3. Faſtor. Iuuen. ſaty 8. & alios.
d in §.1. in fine de iuſtit. & iur.

3 Omnia tamen religione quadam obſtricta & munita, quamuis ſupplicum defenſio mediatè ad alium quendam ſuperiorem quàm Deum pertineret. Cauſam autem religioſam faciebat pietas & commiſeratio confugientium, & conſenſus vel priuilegium loco vel perſonis donatum. Priuilegium immunitatem habebat vel ratione loci, vel perſonarum, ſeu numinis ad quæ confugiebatur. Interdum & cauſa propter quam refugium dabatur, quod ex Pauſania lib.7. in Achaicis, & oraculo ibi relato perſuaſum ethnicis etiam conſtat. Refert enim apud Iones fuiſſe templum religioſiſſimum Neptuni Heliconij, à quo cùm Achæi ſupplices extractos trucidaſſent, non fuiſſe lentam ad repoſcendam vindictam iram Dei, & repentè ingentem terræ motum, non ipſa tantùm mœnia & ædificiorum ſuperficiem ſubuertiſſe, ſed vrbis etiam totius aream obruiſſe, vt nec veſtigia quidem vlla poſteris agnoſcenda relinquerẽtur: atque paulo pòſt refert, ob violatos in templis ſupplices, iram & vindictam per exempla in violatores, ex Dodonei Iouis oraculo.

*Ara tibi Eumenidum fumans, & curia Martis*
*Sint cordi: huc bello domiti. nám fortè Lacones*
*Suppliciter triſtes venient. tu proiice tela,*
*Suppliciter parcens, diuûm quos cura tuetur.*

Iuſſit Deus ſeparari vrbes refugij, tam filiis Iſrael quàm aduenis atque peregrinis, vt confugeret ad eas, qui nolens ſanguinem fudiſſet: in quibus cùm fuiſſet profugus, cognati occiſi non poſſent eum occidere, donec ſtaret in conſpectu multitudinis, & cauſa eius iudicaretur[e].

e Leuit. 35. ver. 11. & ſequent. Deutero. c.19. verſ.2.15. e c. 20. verſ.2.

Numen



Numen etiam ſeu Dei reuerentia, faciebat cõfugientes ad aram templi tutos regulariter, vt ibi necari non poſſent. vt prohibuit ſacerdos Ioiada Athaliam occidi in templo Domini[a], & Salomon in dedicatione templi, inter cætera quæ rogauit Dominum[b] addit, *Si fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos (quia peccaturus eſt tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Iſrael, & reduces eos in terram quam dediſti patribus eorum.* Exprobrauit Chriſtus Iudæis homicidium Zachariæ filij Barachiæ, quem occiderant inter templum & altare, cuius vindictam in illis futuram perduxit[c], vltra vindictam quæ ſumpta erat de rege Ioa & populo à quibus ita necatus eſt[d].

a 4. Reg. 11. verſ. 15.
b 3. Reg. c.8. v. 33.
c D. Mathei c. 23. verſ. 35.
d 2. Paralip. c. 22. verſ. 22.

4 Omitam quæ de templis & aſylis eorum apud ethnicos retuli[e], de eccleſia tantùm agam in qua verus Deus eiúſque cultus honoratur. de qua dictum à Lucio 3. S. pontifice[f], in hæc verba, *Cùm eccleſia Dei, ſecundum euangelicam veritatem, domus orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum: ſeculares iudices cauſas, vbi de ſanguinis effuſione & corporali pœna agitur, in eccleſiis, vel cœmiterijs agitare, ſub interminatione anathematis prohibemus: abſurdum enim eſt & crudele, ibi iudicium ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugij conſtituta.* hæc ibi

e In prædicto lib.33. ſyntag. iuris.
f In c. cum eccleſia 5. de immunit. eccleſiã lib.3. tit. 49.

Rursũ Innocentius III.[g] *Iuxta ſacrorum ſtatuta canorũ & traditiones legum ciuilium ita duximus diſtinguendum, quod fugiens ad eccleſiam aut liber aut ſeruus exiſtit. Sic liber quãtumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter ab eccleſia extrahendus: nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam: ſed rectores eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam. Super hoc tamen quod iniquè fecit eſt alias legitimè puniendus, & hoc verum eſt niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publica ſtrata obſidet aggreſſionis inſidiis, ab eccleſiis extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. ſi verò ſeruus fuerit qui confugerit ad eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua, dominus eius iuramentum clericis præſtiterit, ad ſeruitium domini ſui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à domino poterit occupari.*

g c. inter aliqs 6. eo. tit.

Diuus Auguſtinus ad Bonifacium[h], confugientem ab eccleſia, reſtitui eccleſiæ iubet: & interdicit ne oblationes rapientes ab eccleſia ſuſcipiantur, donec impoſita pro auſu pœnitentia, per conſtitutum tempus impleretur.

h Epiſt. 187. & in can. miror. 8. 17. qu. 4.

Sic in conſilio Moguntinenſi 1. c.39. & lib.5. Capitularium ca.90. & can. reum ad eccleſiam 9. eadem 17. q.4. *Reum ad eccleſiam confugientem nemo extrahere audeat, neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor Dei & ſanctorum eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarum pacem & vitam ac membra eius obtinere ſtudeant, tamen legitimè cõponat quod iniquè fecit.*

Gelaſius[i], ſacrilegium exiſtimat, hominem reũ ad ſanctuaria confugientem reluctãtem violenter abſtrahere. & ideo eos ab omnium eccleſiarum ingreſſu qui hoc auſi ſunt, prohibet. In conſilio quoque Ilerdenſi c.8.[k] nullus clericorum ſeruum aut diſcipulum ſuũ fugientem ad eccleſiam, extrahere audeat, vel flagellare præſumat. Quod ſi fecerit donec dignè pœniteat, à loco cui honorem non dedit, ſegre-

i In c. frater & coepiſcopus ca. 17. qu. 4.
k c. nullus clericorum 19. eadem 17. q.4.

getur. Et conſilio Tuburienſi c.20 [a]. *Si quis contumax vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum; vel quem ipſe perſequutus fuerit de atrio eccleſiæ vel de porticibus quolibet modo eccleſiæ adhærentibus per vim abſtraxerit, pro immunitate, nongentos ſolidos epiſcopo componat: & ipſe publica pœnitentia, iuſto iudicio epiſcopi multetur.* In conſilio Toletano 12.c.10. [b] ius ſecuritatis in eccleſia, & in 30. paſſibus circum eam defenditur, & qui violauerit eò confugientes excommunicatione notantur, & regiæ ſeueritatis ſententiæ ſubiiciuntur. Demetrius concedens genti Iudæorum plura, inter cætera adiecit [c], *Et quicunque confugerit in templo quod eſt Hieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeant.* In iure ciuili extat conſtitutio Honorij & Theodoſij c c [d]. *Fideli deuotáque deuotione*, inquiũt, *ſancimus, nemini licere, ad ſacroſanctas eccleſias confugientes abducere: ſub hac videlicet definitione, vt ſi quiſquam contra hanc legem venirē tentauerit, ſciat ſe maieſtatis crimine eſſe retinendum.* Et à Leone imperatore [e] eo.titu. capitale ſupplicium imponitur inuadenti, & abſtrahenti confugam ex eccleſia, pro quo adeundus epiſcopus & clerici eccleſię, reuerentia religionis & loci non violata, confirmantur priuilegia eccleſiarum, clericorum & confugarum, in l.ſi qua per calumniam, 22.§.de epiſcop.& cleric.

5 Miſericordia Dei tanta eſt, vt pro ſatisfactione, cui humana potentia non potuit Deo Patri ſatiſfacere, Dominus noſter IESVS CHRISTVS Filius Dei, ſe obtulerit ſponte. D. Matthæi c.9.ver.13. *Euntes autem dicite quid eſt, miſericordiam volo & non ſacrificium. non enim veni vocare iuſtos ſed peccatores.* & Lucæ 9.verſ.56. *filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Deus expectat ſemper ad pœnitentiam, & confugientes ad ſe non reiicit [f]. Quanta enim maieſtas Dei eſt, tanta & eiuſdem miſericordia [g], imò miſericordia ſuperexcellat iudicium. Et vt ait Deus per Eſaiam [h], *ad pũctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abſcōdi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui, dixit redemptor tuus Iſrael.* In ſumma, *miſerator & miſericors Dominus.* [i] Quamobrem templum Domini alienum debet eſſe à crudelitate & ſecuritate, quia & Deus in templo Sancto ſuo habitat [k], *quicunque iurat in illo, & in eo qui habitat in eo.* Qui miſericordiam faciẽdam negant, ipſum Chriſtum qui eſt miſericordia, negant [l]. ſupplices fatentur culpam, & venialis eſt culpa, quam ſequitur profeſſio delictorum [m]. Venite, inquit Chriſtus, ad me, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos [n]. & eccleſia nemini claudit gremium, nõ nouit etiam iudicium ſanguinis, nec fundit ſuo iudicio, nec licet eccleſiaſticis tale iudicium proferre vel ſubſcribere. [o] Quamobrem nec prius reos ad ſe confugientes reſtituit, quàm & caueatur de ſecuritate vitę, & membrorum abſciſſione redditorum. [p]

6 Sunt & quædam abolita delicta per ingreſſum religionis ſeu monaſterij, & eorum omnis criminis macula [q] tollitur & ingratitudo [r].

a Et in legibus Boiariorum ti. 7. ca.ſi quis contumax 20. eadem 17.q.4.
b Et ca.diffinimus 35. eadem 17.q.4.
c 1.Macha.c. 10.verſ.43.
d In l.2.de his qui ad eccleſias confugerunt lib.1.Cod. ti.12.
e In l.præſenti lege 6.
f 2. Paralip. c.30. ver.9. eccle. c.17.ver. 28.
g 2. Paral.c. 30. Eccleſ.22.
h C.54.ver.7.
i Pſal.85.verſ. 25. Pſal. 144. verſ. 8. & 9. Pſal.32.5. Sapient.15.ver.1. Ionæ 4. & alibi ſæpe.
k D.Matth. c.23.verſ.21.
l Ca. omnis 7. q.1.
m Ca ſerpens. 47. de pœnit. diſt.1.
n D.Matthei c.11.
o C.clericis c. ſententiam ſanguinis, ne cleri. vel monach. ſecul. neg.ſe immiſc.c.in archiepiſcopatu de raptor.
p Dicto ca. reum, ca. metuentes, ca.conſtituimus 17. q.4.ca.reos 23. q.5.ca. de raptoribus ea. q.
q Nouella 5. de monachis in princi. facit c. 1.de filiis presbytero.c.2.de apoſta.lib.5.ti.9.
r Ca.non licere, 19.q.fin.

Abuſus



## *Abuſus immunitatis ſeu aſylorum Eccleſiæ, & remedia.*

## CAPVT XXIII.

CVM poſſint abuti homines ſacroſanctis etiã myſteriis, ipſáque fide: non mirum erit ſi ſacroſanctarum eccleſiarum immunitate quoque abuti nitantur, quemadmodum & Ioab voluit tẽplo abuti, confugiens ad cornu altaris cuius munimine conatus eſt ſe liberare à mortis pœna, quam meruerat ob proditoria & impiiſſima homicidia perpetrata [a].

Theodoricus rex apud Caſſiodorum [b] eò confugientem pollutum homicidio collegæ, à morte liberauit & relegauit, in inſulam Vulcaniam.

2 Quidam ad monaſterium tranſeunt, vt lateant potius & effugiant vindictam criminum, quàm vt ad veram conuerſionem & remedium animarum, & pœnitentiam redire decreuerint, delinquendi animum retinentes: quod pręuidens Iuſtinianus in Nouell.5.de monachis.§.hinc autem ſtatuit, probationem trienij adhibendam ante monachiſmi profeſſionem, vt cognita eſſet eorũ mens, & honeſtas, quia non facilis, inquit, vitæ mutatio, ſed cum animæ ſit labore, & ne alioquin monaſteria fiant foueæ latronum: ne detur refugium à vitiis peſſimis vitæ malignę & furtis, ſub ſimulatione monaſticæ conuerſationis: & ne eo potius propter turpitudinem vitæ diffugiant, quàm pro veritate ſanctimoniæ habitum concupiſcant. Multos, inquit Leo, conſtitutionum Nouella 10. fugiendi dominos ſuos occaſionem cœpiſſe, ac re honeſta monaſticæ vitæ profeſſione, ad tegendã malitiam abuti videmus. ibíque remedium vt loco pellantur.

3 Nonnulli etiam impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes, homicidia & mutilationes mẽbrorum in ipſis eccleſiis vel earum cœmiteriis cõmittere non verebantur, quæ niſi per Eccleſiam, ad quam confugiunt crederent ſe defendi, nullatenus erant commiſſuri: contra quos ſtatutum eſt, vt immunitatis Eccleſiæ non gauderent priuilegio [c]. primùm quia nemo ſub ſpecie veniæ peccare debet, & ſe indignum venia fecit [d]. tum quia in eo priuilegio Eccleſiæ in quod deliquit puniendus eſt [e], facit l. 3. C. de epiſcopa.audien. ibi *reus maieſtatis, de Domino, aduerſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet*, & qui turbat ſeruitium diuinum inde eiectus debet caſtigari, l.fin.græca, iuncta l. 5. de his qui ad Eccleſiam conf. C. Sancerũt legem Archad. & Honor. C C [f]. vt Iudæi qui reatu aliquo, vel debitis fatigati ſimulãt ſe velle Chriſtianæ religioni cõiungi, vt ad eccleſias cõfugientes euitare poſſint crimina, vel pondera debitorũ, arceãtur: nec ante ſuſcipiãtur quàm debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocẽtia demõſtrata purgati, & ſeruatur Auinione. & ita tenet Oldradus [h] quãuis doctores velint contrariũ ad c. inter alia, de immuni.eccleſ.& Fel.ad c.Iu.in 1.de Iudæis.

4 Regula hic generalis ad vitandos & caſtigandos omnes abuſus prætextu immunitatis Eccleſiæ commiſſos erit, vt quicunque cõtra intẽtionẽ Legiſlatoris vel cõcedẽtis has immunitates & ſecuri-

a 3. Reg. c. 3.
b li 3. variarũ epiſt.47.
c c.ſi.de immu. Eccl.li.3.ti.49.
d c.illud de cle. excommuni. miniſtrã. ca. quãdo quis, de cõſectra diſt.4.
e d.c.ſ & c.litteras, de temp. ordina. c. paſt. de iure patro.
f in l. 1.de his qui ad Eccle. cõfu.
h cõſil 54.inci. an fugiens.

tates ad eccleſias confugerit,priuilegio non vtatur: multo magis & arceatur,quando religionis pietatibus cauſa, ob quam cōceſſum eſt, læditur ne quod fauore religionis introductum eſt, contra regulas communes in odium eius conuertatur[a], néve iniuriarum occaſio naſcatur. vnde iura ſolent naſci[b], eatenuſque fauendum eſt pietati & religioni,quatenus iniuſtitia aliis non fiat[c],inquit Pontifex,*non eſt fauor eccleſiaſticus concedendus.*

Porro intentio aſylorum fuit prima, vt quibus facilè numen veriſimiliter parceret, eiſdem ad eum vel eius templa confugiētibus, parcatur ab hominibus,& illi relinquantur Deo puniendi, tanquam de maiori foro facti. ſicuti enim minor iudex ſeu alij ſubordinatus non cognoſcit de his quæ ſunt iuriſdictionis ſuperioris,aut extra forum[d]. C.cum inferior,de maiori & obedient.

Sic & homo non cognoſcit de his quę reſeruata ſunt Dei iudicio, quæ ei relinqui & eius debent denominationi[e]. videndum itaque iudici & eccleſiæ, quæ noluerit Deus & legiſlator ſub hac immunitatis cauſa contineri, quod colliget vel ex exceptis, vel ex affinibus illis quæ excipiuntur.

5 In primis ergo inueniemus vrbes refugij conſtitutas à Deo, non ſponte delinquentibus ſed vel caſu,vel ſe defendendo,ſi quis nolens ſanguinem fudiſſet abſque odio,non ſi ferro vel lapidem iaciēdo per odium,per inſidias.Numer.35.Deuter.19.Ioſue 20. atque idipſum maximè conſtitutum, vt confugiens poſſet euadere iram proximi occiſi cui licebat homicidā occidere.euaſio autem illa erat ad diſcernendum num pœna dignus eſſet vel non homicida,vt ibi dicitur,non autē vt liberaretur à pœna ſi per odium vel inſidias occidiſſet:nā tūc expellebatur ab vrbibus refugij,&pœna ab eo ſumebatur.

Quare & eccleſiæ & templa & aſyla,fuerunt immunitates,nō ſpōte peccātibus[f]. Si verò quidā exiſtimantur rei grauiores,dum petuntur ab eccleſia,ius inclinat ſemper ad miſericordiam,ne potiſſimum in dubiis & nondum conuictis reus: vel probatis criminibus, intercedit pro illis,& déprecatur vt parcatur vitæ eorum vel abſciſſioni membrorum,vt dixi ſuperiori capite[g].Quemadmodum cùm clericus incorrigibilis ab eccleſiaſtico foro proiicitur exauthoratus, & ad forum ſeculare per eccleſiam remittitur iudicandus, eccleſia tamen debet efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum ſententiam moderetur[h].

6 Lex Dei Exod. 21. verſ. 14.*Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur*[i], iuxta quam repelluntur ab eccleſiæ aſylo,latrones, qui vias obſident, depopulatores nocturni agrorum,quia per inſidias delinquunt[k], excipitur & publicus latro[l]. videtur ratio optima in l.prouinciarum, 10. de feriis lib.3.C.ti.12.*Prouinciarum præſides moneantur vt in quæſtionibus latronum maximè Iſaurorum nullum quadrageſimæ tempus, nec venerabilem paſchæ diem exiſtimēt excipiendū,ne differatur ſceleratorum proditio cōſiliorū quæ per latronū tormēta quærēda eſt, cū facillime & in hoc ſummi numinis ſperetur venia,per quod multorū ſalus, & incolumitas procuratur.*

7 Iuſtinia.in nouella 17.de mandat.princip.c.7.§.neque autem homi-

a *L. quod fauore. C. de leg. c. quod ob gratiam. de regul. iur. in ſex.*

b *L. meminerint. C. vnde vi.*

c *C. ex tenore. 11. de foro compet. li. 2. Decretal tit. 2. c. nuper, 6. de dona. inter vir. & vxor. li. 4. ti. 20. contra iuſtitiam.*

d *In l. f. de iuriſ. om. iudic. P. c. at ſi clerici de iudic.*

e *Ca. ſi omnia, 26. q. 1.*

f *Vt ait Luthprandus, lib. 1. c. 9. Sozomenus lib. 8. c. 7. Socrates lib. 13. c. 5.*

g *Ex ca. reū, ca. metuentes, c. conſtituimus 17. q. 4.*

h *C. nouimus expedire 27. de verbor. ſignifica. li. 5. ti. 40.*

i *Relatum in c. 1. de homici. lib. 5 ti. 12.*

k *C. inter alia, 6. de immunita. eccleſia.*

l *In ca. ſicut antiquitus 6. 17. q. 4.*



homicidis,excipit alias perſonas:neq; autē inquit homicidis,neq; adulatoris,neq; virginū raptoribus delinquentibus, terminorū cuſtodies cautelam;ſed etiam inde extrahes & ſupplicium eis inferes.ratio quia non erit poſſibile ſine iniuſtitia videlicet, vtrunque tueri cautela ſacrorum & lędentem & læſum permittit & publicorum tributorū fieri exactiones in eccleſia,ſine tumultu talē,violētia & ſeditione cū auxilio defenſorū eccleſiarū. & quia iure ciuili adulter ad eccleſiam confugiens non euitat pœnam, multo minus qui in eccleſia tractauerit de adulterio.§.f.vt liceat matri & auiæ,nouella 117.Et Seruatur potius ius ciuilis hodie in raptoribus à ſacris templis eruendis,quàm ius Pontificum, quod non permittebant[a]. & ratio quia etiam ius canonicum ſæpe circa pœnas raptorum mutauit iudicium, vt liquet ex canonibus relatis in eadem 36.cauſa,per totam quæſtionem 2.

8 Excluduntur & ab hoc priuilegio immunitatis hæretici,[b] eodem argumento quo Iudæi, in l.1.c.de his qui ad eccleſ. confug. ſed &alia ratione quòd iam extra communionem eccleſię expulſi ſunt & præſciſi.[c]

9 Idipſum dicendum de blaſphemo, vt iudicatum refert in ſenatu Burdegalenſi Nicolaus Boerius.[d]

Item id obtinet in reo diuinæ maieſtatis,& in reo humanæ locum habet, cùm multo grauius ſit diuinam quàm humanam offendere maieſtatem[e]. Adonias reus maieſtatis,ab ara & cornu altaris eiectus, necatus fuit[f]. Neque meretur beneficio legis vti, qui contra authorem legis committit[g], expreſſi is in c.f.de immunita. eccleſia. Idem de apoſtatis à fide reſpondetur, vtpote qui omnibus fauoribus & defenſionibus eccleſiæ catholicæ,deſtituantur[h].

10 Sacrilegiū cōmittentes quoque indigni ſunt hac defenſione eccleſiaſtica[i],& per rationem proximè citatam[k].& ita tradit,de Turre Cremata in c.ſacrilegium 17. q.4.facit l.ſi quis in hoc genus,de epiſco. & cleri. ideo qui occidit clericum, non gaudebit immunitate[l],quia committit ſacrilegium[m].

11 Hodie in Gallia praxis eſt, propterea quòd plura ſunt crimina quæ non gaudent eccleſiæ immunitate quæ defenſa potiùs iniuriam religioni adferunt quàm fauorem mereantur religionis,vt ſoleant delinquentes ad eccleſias confugientes capi ſaluo iure ſi reintegrari debeant, nempe quia poſt captionem cognoſcitur contra captum,primū an immunitate eccleſiæ debeat gaudere, & ſi pronūcietur debere gaudere,remittatur ad eccleſiam:ſi verò inuentum ſit quòd non debeat eo priuilegio vti,idipſum etiam primum pronunciabitur per ſententiam:&poſtea fit ei proceſſus,ſicque ſeruatum tradit Rebuffus tomo 1. commentariorum ad conſtitutiones regias, in procemio num.40.& ita ſtatuit faciendum Franciſcus I.rex eius nominis Galliarum,in conſtitutionibus publicatis anno Domini 1539. articulo 166. quæ praxis & conſtitutio videtur expreſſè conſtituta antea per Iuſtinianum,c.6.§. ſed neque hoc, nouellæ 17. de mandat. principum,ex qua ſumpta proculdubio praxis eſt, & bene ad cautelam, vt cautione data eccleſiæ, interim contineatur carcere reus,

a *Ca. de raptoribus, 36. q. 1.*

b *Secundum Panor. ad c. inter alia, num. 23.*

c *Ca. 1. & ſeq. 14. q. 3. ca. natiuus, cum 2. ſequen. 24. q. 1.*

d *Q. 110. incip. ſed an conſuetus.*

e *Authentica Gazaros, de hæreti.*

f *3 Reg. c. 2.*

g *L. auxilium de minori, c. quia, de vſur.*

h *In l. hi qui ſanctam, 3. de apoſtatis lib. 1. C. ti. 7.*

i *Per c. f. de immunita. eccleſia.*

k *Et c. quia fruſtra, de vſur.*

l *Berberius in viatorio iuris.*

m *Ca. ſi quis ſuadente 29. ſub 17. q. 4.*

& non detur fugiendi occaſio: vide Rebuffum in tomo 2. commentariorum conſtitutionum regiarum tractatu de immunitatibus eccleſiaſticis.

Hic tamen obſeruandum modum putarem, vt quando educuntur rei criminum ex eccleſia inuiti, idipſum fiat ſine tumultu, aut ſcandalo ſacrorum, propter reuerentiam numinis; neque excuſandos puto impios, vel crudeles ſatellites, qui prætextu mandati iudicialis capiendi aliquos in locis etiam ſacris, inſolentiùs quàm reuerentia loci poſtulet ſe geſſerint: ne videantur Chriſtiani inferiores veri Dei cultu & irreuerentiores ipſis ethnicis in templorum ſuorum & idolorum religione conſeruanda. ciúſque rei gratia non pigebit aliqua exempla referre, & in primis Sybillæ oraculum, quod habetur lib. 3. oraculorum eius,

τείχεα δ᾽ ἐν ποιητὰ χαμαὶ πεσέονται ἅπαντα
ἀνδρῶν δυσμενέων, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἔγνωσαν,
οὐδὲ κρίσιν μεγάλοιο θεοῦ, ἀλλ᾽ ἄφρονι θυμῷ
πάντες ἐφορμηθέντες ἐφ᾽ ἱερῶν ἤγετε λόγχας.
καὶ κρινεῖ πάντας πολέμῳ θεὸς, ἠδὲ μαχαίρῃ,
καὶ πυρὶ καὶ ὑετῷ τε κατακλύζοντι, καὶ ἔσται
θεῖον ἀπ᾽ οὐρανόθεν, αὐτὰρ λίθος, ἠδὲ χάλαζα
πολλὴ καὶ χαλεπὴ, θάνατος δ᾽ ἐπὶ τετράποδ᾽ ἔσται
καὶ πότε γνώσονται θεὸν ἄμβροτον, ὃς τάδε κρίνει.

id eſt,

*Muri affabrefacti in terram cadent omnes*
*Hominum inimicorum, qui legem non agnoſcunt*
*Nec iudicium magnum Dei, ſed inſipientes mente*
*Omnes impetu adacti leuantes contra ſacrum lanceas ſunt.*
*Iudicat Deus omnes bello & gladio,*
*Et igne & pruina demergente & inundante; & erit*
*Sulphur è cœlo, ſed & lapis & grando*
*Multa & grauis, & mors in quadrupedibus erit:*
*Et tunc cognoſcent Deum immortalem qui hæc omnia fecit.*

Sunt ſacrilegi reputati qui res in templo depoſitis, etiam non ſacras de ſacro rapiunt [a].

a 21. c. ſi quis in uetus fuerit 17. q. 4.

12 Vt etiam aues quæ ibidem nidum habent olim piaculum fuerit eiicere, multo magis vt homines eò confugientes ſupplices. quo pertinet etiam oraculũ de quo meminit Herodotus in 1. Cùm enim, inquit, Pactyas profugus Cumæ tẽplum ſupplex ingreſſus fuiſſet, & Ariſtidicus Cumeorum nobilis templum circuiens paſſeres aliáſque auiculas quæ fortè in templo nidulabantur è nidis exemiſſet, vox ex adito audita tũc ad Ariſtodicum, Hominum ſceleſtiſſime quænam libido te inceſſit, vt auderes meos ſupplices diripere?

*Miracu-*



*Miracula vera ex Dei poteſtate.*

## CAP. XXIIII.

OMNIPOTENTIA Dei optimi maximíque, ad quem ſolum pertinet creatio, in veris miraculis nobis etiam inſinuatur, Deus eſt, qui facit mirabilia magna ſolus[a], nempe ex propria authoritate, propria poteſtate, vt author creatórve omniũ creaturarum, qui cùm omnipotens ſit, ita legem rebus naturámve ordinariam ex voluntate conceſſit, vt ſibi nihilominus retinuerit eadem poteſtate, mutandi, alterandi, tollendíve potentiam. Eius enim eſt legem interpretari, tollere, euertere, mutare, cuius eſt condere [b]. Alij autem qui miracula operari videntur: non ex ſe, ſed vel ex nobis incognitis per eáque Deus creauit, educunt formas nobis inuſitatas, vel ex permiſſione Dei vel eius nomine præter contráve ordinariam rerum naturam, operantur.

a Pſal. 71. ver. 18. & Pſal. 135. ver. 4.

b L. 1. & f. C. de legib.

2 D. Auguſtinus lib. 83. quæſtionum ait magos facere miracula per priuatos contractus cum dæmone: bonos Chriſtianos, per publicam iuſtitiam: malos verò Chriſtianos per ſigna publicæ iuſtitiæ. Explicat autem Sprenger in Malleo maleficorum parte 1. q. 5. Quia, inquit, iuſtitia diuina eſt in toto vniuerſo, ſicut lex publica in ciuitate: virtus autẽ creaturæ cuiuſlibet ſe habet in virtuoſo, vt virtus alicuius priuatæ perſonæ in ciuitate. Ideo boni Chriſtiani, in quantum per diuinam iuſtitiam miracula faciunt, dicuntur facere miracula per publicã iuſtitiam. Magus autem, quia operatur ex pacto inito cũ dæmone, dicitur operari per priuatum contractum, quia operatur per dæmonem, qui ſua naturali virtute poteſt facere aliquid præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ, per virtutem creaturæ nobis ignotæ, & erit miraculum quoad nos, ſed non ſimpliciter, quia non poteſt operari præter ordinem totius naturæ creatæ, & per omnes virtutes creaturarum nobis ignotam. Sic enim ſolus Deus dicitur facere miracula. Mali autem Chriſtiani faciunt per ſigna publicæ iuſtitiæ, ſicuti exhibendo aliqua ſacramenta, vel etiam inuocando nomen Chriſti. Hic & videndus S. Thomas in 1. parte quæſt. 111. artic. 4.

3 Miracula ita vera à ſolo Deo fiunt, ſed tamen negandum non eſt etiam per ſanctos eius & illius nomine fieri, idque ſine eius iniuria. alioquin qui id dicunt, videtur errare cum rege Iſrael impio Ioram, qui acceptis à rege Aſſyriorum litteris[c], vt Naaman curaret à lepra, indignationis ſuæ, & diuinæ vt putabat magnitudine contumeliæ exacerbatus, veſtimenta ſua ſcidit, cuius præpoſteram in eo pietatem reprehendit Eliſeus, & iuſſit hominem ad ſe accerſiri, vt cognoſceret eſſe Prophetam Dei in Iſrael, qui & in nomine eius eum curaret. Mirabilia opera Domini, mirabilior ipſe qui poteſtatem eadem operandi ſuo nomine poteſt concedere, vt & creaturæ eius, nomen eius maiorem in modum adorent, & numen reuereantur, tantíſque beneficiis donati, bonitatem eius & liberalitatẽ in genus humanũ contẽplẽtur, ardẽtius amẽt, & ex toto corde eidẽ vt ſoli

c 4. Reg. 5.

Deo inſeruiant, nihil eſt ab eo productum & creatum, quod non oſtendat illam admirabilem diuinitatis poteſtatem, neque enim certiùs aliud nobis poteſt occurrere quàm illud præſtantiſſimum, *Credo in Deum Patrem omnipotentem &c.* nónne enim diuinæ poteſtatis & maieſtatis abyſſus profundiſſima, Deum fuiſſe ante mundum ſine principio, principium omnium creatorem mũdi & ſpirituum ex nihilo, conſeruatorem omnium, renouatorémque in diluuio [a], quanta illa mirabilia quæ in Abrahamo oſtendit [b].

a *Geneſ.7. & 8.*
b *Geneſ.12. & 14. & 15.*

4 Quot prodigia daturus in monte legem oſtendit, ſicuti in Exodo, & alibi legim9, ſicut & Dominus noſter IESVS CHRISTVS reparaturus collapſam naturam humanam, & ſublimem quandam viuendi rationem introducturus, atque diſciplinam perfectiſſimam, quæ à Iudæis, aut aliis, antea nunquam fuiſſent verè audita, authoritatem mandatis ſuis præſtrinxit claritatem ſignorum [c].

c *vt ait D. Chryſoſtomus t. 2. ho.14. in D. Matth. ex c.4. D. Matthei.*

5 Quemadmodum autem Deus per Moſem, Eliam, & alios pios antiquos patres, operatus eſt mirabilia magna ad gloriam nominis ſui manifeſtandum [d], ſic & Chriſtus mirabilem illam poteſtatem dedit Apoſtolis, diſcipulis, & fidelibus, iuxta verba, *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet, & maiora horũ faciet* [e].

d *Deut. c. 34. verſ.12. Eccleſiaſt. 48. verſ.4.*
e *D. Chryſoſt. in orat. de sãcto Babyla. quæ habentur D. Iohan. Euãge c.14. verſ. 12.*

6 Cæterùm miracula facere, donum Dei eſt, vt donum Prophetiæ, quæ ſola non ſufficiunt ad iudicandum de ſalute vel ſanctificatione eius qui ea agit. Quod idem D. Chryſoſtomus eximiè explicat, homilia 2. in Matheum, ex c.7. D. Mathei. *Loquens*, inquit, *Chriſtus de his qui prophetizauerunt & ſigna fecerunt, & voluntatem Dei non fecerunt, dixit, futurum vt eis dicat, non noui vos, illis præ admiratione dicentibus, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus &c.* D. Mathei c.7. *Quid, inquam, dicere ſibi vult iſte finis, nec à nobis aliquando prouiſus? ſed mirentur illi, qui poſtquam tot ſigna fecerint, punientur. Non mireris tu omninò hoc, omnis quippe gratia donum eſt ſolummodo largientis. Illi autem nihil ei de proprio attulerunt, propter quòd etiam meritò puniuntur, qui erga eum à quo honorati ſunt, vt talia etiam indignis dona conferret, ingrati exiſtere maluerunt, tantorúmque beneficiorum prorſus immemores.*

Et Alexander 3. [f] prohibet, ideo quenquam venerari pro Sancto, etiam ſi per eum miracula fierent abſque authoritate Romanæ Eccleſiæ, eo quòd & miracula fiant quandoque per malos. Diuus etiam Auguſtinus [g] apud Gratianum, *Teneamus fratres mei vnitatẽ: præter vnitatem, & qui facit miracula nihil eſt. In vnitate enim erat populus Iſrael, & non faciebat miracula: præter vnitatem erant magi Pharaones, & faciebant ſimilia Moyſi. Populus Iſrael vt dixi, non faciebat miracula. Qui erant ſalui apud Deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus Apoſtolus reſuſcitauit mortuũ: Simon Magus fecit multa: Erant ib multi Chriſtiani qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon: Sed vnde gaudebant? Quia eorum nomina erant ſcripta in cœlo: adde iſta* c. 10. Lucæ, *quòd prophetauit, & Saul malus rex, & tunc prophetauit cùm Dauid proſequebatur* [h]. *Nec dicet Deus his qui ſine charitate habuerunt hoc munus Dei Sanctum, qui ſanctis non ſanctè vtũtur, dicentibus, nonne in no-*

f *in c.1. de reliquiis & venera. sãctorũ li. 3. Decreta. Gregorij lib 45.*
g *tracta.13. ad c.3. Iohãnis, relatus in c. 56. teneamus 1.q.1.*
h *1.Reg. c.19. verſ.23.*



*in nomine tuo prophetauimus &c. mentimini, ſed non noui vos* [a]. vide plura de his apud Bea. Thomam 2.2.q.178. arti. 2.

a *D. Auguſtin. in pſalmũ 107. verſ. qui tegis. can. prophetauit 79. eadem 1. q. 1. apud Gratianum.*

*De miraculis veris & non veris, & prodigijs.*

## CAPVT XXV.

NON minus autem erratur & peccatur prætextu religionis in miraculis & eorum cenſura, quàm in aliis: & proinde oportet hîc diſtinctione vti, vt confuſio nobis non perſuadeat omnia quæ mirabilia videntur à religionis veræ vi & efficacia pendere.

Miraculum dicitur, quicquid admirationem adfert quaſi ſit contra naturam cognitam rerum & ordinarium effectum, portentũ, prodigium: mõſtrum, quæ quomodo fieri potuerint & qua arte vel cauſa, non planè nobis conſtat: vnde tot miraculorum ſpecies eſſe poſſunt, quot nobis tales res occurrere poſſunt: & ita aliquibus ignorãtibus quædam mirabilia & miracula apparent, quæ eadẽ aliis cauſam cognoſcentibus, ſunt naturalia & non admiranda.

2 Vt illa opera eximia quæ ſeptem mundi miracula dicuntur apud Priſcos, templum Dianæ Epheſinæ [b], Mauſoli regis ſepulchrum [c].

Coloſſus ſolis apud Rhodios [d].

Iouis Olympici ſimulachrum quod Phidias fecit ex ebore [e].

Muri Babylonis à Semiramide conſtructi.

Pyramides Ægypti [f].

Domus Cyri Medorum regis, quàm Menon ante prodigia illigatis auro lapidibus fabricauit. Quibus & alia adiuncta præſtantia opera ab ingenio vulgari admirata, quæ apud vulgus maximè fuerunt miracula.

b *Plinius li.7. c.48. lib. 16.c. 4. & lib.36. c. 5. & 14.*
c *Plinius lib. 35.c.14.*
d *Plin. lib.34. c.7.*
e *Plinius lib. 7.c.18. & lib. 14.c.3. & lib. 35.c.8. lib.36.c. 5.*
f *Plinius li.36. c.12.*

3 Sicut & in rebus obſeruatis nec ante cognitis repentè miraculum naſcitur, vt ſi quis audiat quod recenſet Guillelmus Poſtellus [g], de Boranetz agnóve terra naſci ſolito Scytharum, & de arbore Pyllobammane Indorum, cuius videlicet folia ambulant.

g *libello de cauſis c.8.*

4 Mirabile magnum, quia non planè comprehenditur virtus & omnipotentia Dei, vt pullus intra oui corticem cõcluſus, antequam vel putamen effringat, pipiat ales factus intra concluſus poſt vndeuigeſimum diem ab incubitu gallinæ in oua.

Magnum & miraculum homo ipſe, vt ait Mercurius Trimegiſtus in pymandro magna quæ de prodigiis & mirabilibus quæ acciderunt aliquando in cœlo & natiuitatibus monſtroſorum hominum in ſeptem libris edidit Fridericus Nauſea Blancus Campanus: Iulius Obſequens, & alij.

5 Inſolitum, miraculum quoque videtur dicere Plinius lib.7.c. 50. *Ergo*, inquit, *pro miraculo & id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum muſicum centum & quinque annis vixiſſe ſine vllo corporis incommodo.* cum etiam non ſoleamus mirari cõſueta, vt ait Iuuenal. *nõ plus*

*Quàm tumidum guttur miramur in alpibus, aut quàm*
*In Meroe craſſo maiorem infante mamillam.*

6 In miraculo omni non adeſt prodigium: ſed prodigium vix eſſe poteſt ſine miraculo. dicunt enim prodigium quod inſolitè accidit & quod procul ſeu futurum quippiam prænunciet vel demonſtret. inde quoque & monſtrum à demonſtrando, & oſtentum ab oſtendendo. Vlpianus etiam[a]. *Oſtentum*, inquit, *Labeo definit omne contra naturam cuiuſque rei genitum factúmque. Duo autem genera ſunt oſtentorum: vnum quod quoties contra naturam naſcitur, tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt: alterum cùm quid prodigioſum videtur quæ Græci* φαντάσματα. id eſt, *viſiones, vocant.* quibus accedit Feſtus in verbis, *portentum* & *oſtentum*.

a in l. oſtẽtum, 38 de verbor. ſigni lib. 50. P. ti. 16.

Quia autem quæ fiunt præter præſcriptum, vel nobis cognitum ordinem, miraculum dicitur. Ideo, quo magis idipſum ab ordine & vſu rerum ſeiungitur, eò præſtantius & admirabilius erit, vt ſuſcitare mortuos, morbos verbo ſeruare, ſiſtere ſolem, ſopire, excitare ventos, tempeſtates, fulgura, & ſimilia.

7 Prodigioſum putatum antequam Craſſus à Parthis vinceretur, Bubo, & Lupi qui apparuerunt, quòd canes oberrantes vlulauerunt, ſimulachra alia ſudauerunt, alia de cœlo tacta ſint, Dio Caſſius libro 40. qui & lib. 41. refert eadem contigiſſe in controuerſia imperij Cæſaris & Pompeij; & lib. 43. ante prælium inter eoſdem, ad Mundam ſudaſſe in Hiſpania ſimulachra, ſonitum in aere exercituum auditum, monſtra nata, faces cœli in occiduam partem cucurriſſe.

Idémque refert lib. 54. antequam Erithream & Æginam vnde fructus perciperent Athenienſes, ademit Athenienſibus Octouianus, quòd Antonium recepiſſent; ſtatuam Mineruæ in arce poſitam ad ſolem orientem ſpectantem, obuerſam ad occaſum, ſanguinem expuiſſe. Dehinc libro 56. ante Octouiani mortem ſolem totum defeciſſe, magnam partem cœli ardere viſam, ignita ligna de cœlo cecidiſſe, apparuiſſe crinitas ſanguinolentas, ſtellas fulſiſſe &c.

Et lib. 60. ante mortem Cæſaris Claudij, cometam tandiu viſum, pluuiam ſanguinolentam, ſigna militum prætorianorum fulmine icta, ſponte templum Iouis victoris apertum.

8 Rurſum Xiphilinus ex Dione in Nerone narrat, cùm Nero iuſſit perfodi Iſthmum in Peloponẽſi, iis qui id agreſſi ſunt primò, & qui rem attigerunt ſanguinem è terra erupiſſe, auditáque lamenta & mugitus & ſpectra multa apparuiſſe, non tamen deſtitiſſe Neronem, ſed ipſummet rem incepiſſe.

9 Item idem in Vitellio narrat, tempore quo Veſpaſianus bellum cum Iudæis gerebat & Vitellius Romæ imperabat, Romæ cometam apparuiſſe, Lunam contra rationem ſtatuti temporis bis viſam fuiſſe deficere: quartò enim & ſeptimo die obſeruata eſt in oriente & occidente; duos ſoles viſos eodem tempore quorum hic imbecillis & pallidus, ille potens & clarus erat.

Inuentáq;



Inuentáque in capitolio magna & multa veſtigia quorundam (dicebant deorum) qui ex eo deſcendiſſe videbantur, templum Iouis cum magno fragore per ſe apertum fuiſſe. ob eámque cauſam nonnullos cuſtodes perterritos & exanimatos fuiſſe.

10 Antequam Antiochia ciuitas caperetur à Coſroe, ſigna militũ qui ibi conſiſtere iamdudũ ſolebant fixa, ac in ſolis occaſum ſpectantia, conuerſa fuerunt in orientem: ac rurſum in ordinem priſtinũ reuerſa nullo contingente apparuere, quod nõnulli interpretati ſunt à rege occidentali ad orientalem vrbis huius potẽtiam peruenturam. Procopius lib. 2. de bello Perſico.

Sunt his alia ſimilia, quæ propemodum infinita, & quæ admirationis cum quibuſdam ſignificationibus dederunt & prudentioribus occaſionem. Facta enim perhibentur vi occulta diuina, & quorum ſaltem cauſa non fuit cognita hominibus tunc cùm fierent.

11 Fuerunt & alia quædam miracula habita, per cauſas naturales efficientes in lucem producta, olim tantum philoſophis & ſecretiorum arcanorum naturæ indagatoribus peruia, quamobrem & illi qui illis vterentur, vel qui ea cognoſcerent dicti erant ſapientes & admirabiles, & Perſico nomine idem ſignificante, magi. tales enim dicebantur à Perſis qui nominabantur à Græcis philoſophi, & à Latinis ſapiẽtes, vt ait Plinius lib. 16. in fine & ab Aſſyriis Chaldęi: Gallis Druidæ. Conſentit Apuleius in prima apologia, Strabo li. 15. Geographię. Diogenes Laert. lib. de vitis philoſ. in procemio. Et Suidas, μάγος, inquit, παρὰ Πέρσαις, οἱ φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι. Et Heſychius, τὸν θεοσεβῆ καὶ τὸν θεολόγον καὶ ἱερέα. magum ait à Perſis vocatum, quia Magi ſapientiæ ſtudiis & diuinarum rerum notitiæ Perſis præcellebant & prælucebant. quo & pertinet illud Euangelicum de magis, qui venerunt ab oriente adoraturi Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, ſtella admoniti, D. Matthęi c. 2. iuxta illud vaticinium Balaam, orietur ſtella ex Iacob. Numerorum c. 24. verſ. 17. Quanquam & reges conſtet ſapientes fuiſſe dictos & magos in oriẽte quoſdam, quòd ex ſapientib. & magis eligerentur, vel quòd inſtituebantur in omni ſcientia reges & filij regum Perſarum à magis & ſapientibus, vt liquet ex hiſtoriographis & Platone. Erant enim ita illi ſapientes primi Magorúmque ſcitis omnia publica & priuata ſacra ſubiiciebantur, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinóſque acciſcendo, turbaretur, vt innuit Herod. in 1. & Ammian. Marcellinus lib. 2[illegible]. quo loci de eorum origine incremento, & progreſſus fusè agit, ex Platone: vt & Diogenes Laertius in prologo. cognoſcebant magi iſti & philoſophi, vires ſingulares & admirandas arborum, herbarum, lapidum, aquarum, ſtellarum, quas vocat ſæpe Plinius in ſuo opere miracula. Atque ideo hoc nomen Magorum erat primum admirabile & penè diuinum & honorificum, quia etiam fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

44 Verùm vbi acceſſit ſuperſtitio, vanitas, fictio, idololatria, prætextu & colore ſapientiæ & cognitionis ſacrorum, rerúmque diuinarum, cœpit hoc nomen inter probos & peritos abominabile eſſe: non minus quàm apud philoſophos nomen ſophiſtæ, &

RRR ij

tyranni, apud Græcos fuit faſtidium, propter abuſum, & magi pro vanis & impiis hominibus poſtea ſunt habiti. Dum enim voluerunt mirabiliores haberi quàm eſſent, & nollent fateri herbarum, lapidum, & aliarum rerum naturali & à Deo indita vi, admiranda ſe facere, & ſibi voluerunt adſcribere, addiderunt ſuperſtitiones & impietates, quibus dæmon occaſionem nactus inculcandi opinionem noui numinis, aſtutè miſcuit primùm idololatriam, & poſtea apertè ſe ipſum adorari fecit. ita magorum facto, ſolis, lunæ, & ſyderum vires magnificatæ ſupra quàm oporteret, cultúſque diuinus creaturis illis, omiſſo creatore, à quo pendet illarum vis aſſignatus: vt ſcribit Clemens Alexandr[a]. Sic & facti, ope dæmonis hi magi, diuini, & necromantici[b], quorum impoſturam tegebat dæmon per ementitas herbarum vires, quas idipſum poſſe concedere perſuadebat. & ſic & ipſi profitebantur ſe per herbam theangelidem potam, diuinare: & per vſum herbæ Agalophontis, quæ & marmaritis dicebatur, deos, ipſi dicebant, euocare ſe poſſe. vt refert Plinius lib. 24. c. 17. & ibi de aliis magicis herbis, & lib. 26. c. 4. & alibi de ſimilibus vanitatibus & ſuperſtitionibus, quibus cœperunt tegere malas & dæmonicas artes ſeu impietates: vt cùm ex notis corporis prædicebant, vt ait Velleius Paterculus[c].

> a in protreptico, & meminit Lucianus in Ioue tragœdo. Epiphanius in 3. contra hæreſes c. 5.
> b vt ait Strabo lib. 16. Aelianus libro 2. variæ hiſtoriæ. Cicero 1. de diuina.
> c lib. 2. hiſtoriæ.

13 Fuerunt eius perditionis inſignes artifices plures nomine illo Magi dicti, celebres. Ex quibus quoſdam recenſebo qui mihi occurrunt. Qualis Zoroaſter, qui authore Hermippo, in orbe interiore ſuper igneam Zonam refertur: alius Bactrianus, cuius geſta Cteſias in primo exponit, Armenius Zoſtrani nepos. Fertur & Cyri Magus Apollonius. habiti & magi Damigero, Dardanus & Velus, Iulianus & Bebulus vt ſcribit Arnobius[d]. Et Beroſus lib. 3. de antiquitate tradit Zoroaſtem fuiſſe Cham filium Noachi, veneficum & cantatorem maleficum, ideo & dictum Cham eſſem, id eſt *Cham infamem.*

> d 1. contra gentes.

14 Fuerunt duo peritiſſimi artis magices in India Nachor & Theodas, dæmonibus imperantes, viuentes in ſpeluncis, qui ab Auennio rege Indorum acciti ſunt vt diuerterent à fide Chriſti ſuſcepta filium ſuum Ioſaphat, facto ſecretò à quodam heremita Barlaam Chriſtiano, qui ex deſertis Ægypti venerat. Qui tamen deuicti ab eodem Ioſaphat, magia abdicata Chriſtiani facti ſunt, teſte Iohanne Damaſceno in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat. Chaldæi in ſacra pagina, pro magis & diuinis ponuntur. Daniel c. 2. vb. כשדים *cheſdim* quod Rabi Saadias putat eſſe, כמו שדים *cemo ſcadim* quaſi dæmones, quia quaſi dæmonica virtute quædam facerent.

15 Narratur ex Cæſaribus, Didium Iulianum magum fuiſſe, inuito populo creatum: qui vt odium populi & militum læniret, multa per Magos experiebatur. & ita non conuenientes Romanis ſacris, hoſtias immolari curauit, & carminibus incantari: & ea quæ ad ſpeculum dicunt, fieri, in quo pueri perligatis oculis incantato vertice reſpicere dicuntur, Iulianus ipſe fecit, vt ait Ælius Spartianus in Didio Iuliano. meminit & de eius inſania circa magica, quodque eius gratia pueros necauerit Xiphilinus ex Dione in Didio Iuliano.



Fertur & Adrianus imperator artibus magicis & incantamentis quibuſdam, aquam intercutem omnem qua laborabat, eduxiſſe, qua tamen rurſus & celeriter repletus fuit, vt ſcribit Dio Caſſius, in Adriano: vbi addit Adrianum diuinationibus atque magicis ſacris vtentem crebrò, dicere ſe indigere anima quæ ſponte occubuiſſet, atque Antimi animam celebraſſe quæ eſſet huiuſmodi.

16 Antonius Caracallus magicis etiam delectabatur, & euocauit animas patris Commodi & aliorum, vt medicinam quæreret furiarum quæ illum exagitabant, ex quibus tantum duæ reſponderunt. quarum vna Commodi reſpondit,

σίχε δίκης ἆσσον. id eſt, *perge ad ſupplicium.* deinde altera,

κρυφίοισι τόποισιν ἔχων δυσαλθέα νοῦσον. id eſt, *hunc occulta, grauis vexat circum loca morbus.* Erat & hic cum ſua magia vaniſſimus imperator, auſus interdum & ſcribere ad ſenatum, animam Alexandri Magni orientalis inter ſe introiſſe: vt quoniam in ipſo fuerat vita breuis, in hoc viueret diutius: ſicuti vtrunque narrat teſtis oculatus Dio Caſſius in Antonino Caracalla.

17 Recenſetur & à Iuſtino in 3. Comarus Magus, Cambyſi dilectus. Item Oſthanes quoque qui Xerxem regem Perſarum bello quod is Græciæ intulit, comitatus eſt, qui non ad auiditatem modò ſcientiæ eius, ſed ad rabiem Græcorum populos egit, vt ſcribit Plinius lib. 30. c. 1. quo loci addit eius vanitatis fuiſſe participes & Magos Pythagoram, Empedoclem, Democritum, Platonem, & alium Oſthanem ſecundum, qui comitatus Alexandrum Magnum; Iamnẽ, Iothapem, Iudæos, Druidas Britanniæ. & in c. 2. Tyridatem tempore Neronis, qui tamen ab eo artem accipere, cùm tamen regnum ei daret, non valuit: crudelitate nihilominus populum repleuit vmbris.

18 Eius quoque tempore fuit Simon Samaritanus, de quo in Actibus Apoſtolorum c. 8. pernitioſus ambitioſus, magus & hæreticus, qui & ſub Claudio antea Cæſare propter magiam ſtatua donatus fuerat, vt ait Irenæus lib. 1. cõtra hæreſes, c. 20. Iuſtinus Martyr ad Antoninum, vbi & addit, ob id, eo ſuperbiæ perueniſſe vt ſe filium Dei Iudæis mentiri auſus ferit; in reliquis gentibus, Spiritum ſanctum. tot enim impoſturas, præſtigia & portenta miniſterio dæmonum edebat, vt aciem oculorum corporis & mentis hominum faſcinaret ad id credendum, donec à beato Petro fuit ſuperatus opere Dei, & verus impoſtor apparuit. vt liquet ex libris recognitionum Diui Clementis, ex Abdia Babylonico in 1. & aliis.

19 Obſeruatum & eſt iis temporibus Apoſtolorum, & poſt Chriſti paſſionem, quibus Chriſtiana fides veris indubitatis & admirabilibus miraculis, ſignis & prodigiis infideles ad verum Deum congregabat, dæmones omni ſtudio procuraſſe in contrarium magicas impoſturas & præſtigia, adnitentes confundere falſis vera, & eleuare authoritatem diuinorum miraculorum. Fuitque tunc temporis viriliter inter tot pericula à Chriſti fidelelibus certatum, donec apparuit illuſtris illa diuina & inſuperabilis veritas per vniuerſum orbem.

20 Fuit in illis primis congreſſibus, Theudas Magus, qui ſe prophetam dicebat, & eduxit viros quadringentos contra Romanos, captus tandem & necatus[a]. Fuit Elymas Bariehu Magus à Diuo Paulo increpatus, in Cypro[b], & in ſumma, tunc omnia fuerunt magorum & impoſtorum plena[c]. Sequentibus nihilominus temporibus, eædem artes viſæ fuerunt: & in eccleſia quidam ex Chriſtianis abuſi illis ſunt, potiſſimum hæretici: & ferè omnes hęreſiarchæ, falſis illis miraculis magicíſque præſtigiis, nouam doctrinam conati ſunt perſuadere tanquam à Deo approbatam, vt Menander Simonis diſcipulus, qui ſuo nomine cenſebat eſſe baptizandum, blaſphemans Chriſtum non verum hominem fuiſſe, nec mundum à Deo ſed ab angelis factum[d]. & Cyrus pſeudochriſtus anno 5. imperij Leonis 3. Iſaurici imperatoris orientis cum his præſtigiis apparuit in oriente primùm Iudæos ſeducens, dum ſe Meſſiam & Chriſtum falſò aſſereret, vt ſcribit Eutrop. lib. 21.

a *Actorum c. 5. Ioſeph. li. 20. antiquita. c. 2.*
b *Actorũ c. 3.*
c *vt ait Ioſephus li. 20. Antiquita. c. 6.*
d *vt ſcribũt Irenæus lib. 1. c. 21. & in hæreſibus D. Auguſtinus, & Epiphanius, Euſeb. 3. c. 26.*

21 Fuit & Stauſus quidam maleficorum hęreſiarcha in Bernenſium territorio, in præſtigiis ita peritus, vt ſeſe in murem conuerteret, vel conuerti videretur: & ſic inimicorum manus ſæpe euaſit, qui tandem cum in hypocauſto eſſet cautius obſeruatus ab iis qui inſidiabantur, gladiis & haſtis improuidè confixus eſt. Hic tamen dereliquit duos impietatis diſcipulos; vnum nomine Hoppo, alium Stadlin, qui poterant tertiam partem vini aut fœni aut rerum vicinorum, in proprium agrum transferre, grandines, arua lædentes, & fulmina ciere, & alia peſtifera plura procurare[e].

e *vt narrat Iacob. Spreger in 2. parte mallei maleficarum c. 15.*

22 Poſſunt his alij plures & propemodum infiniti addi, qui illas falſas impoſturas dæmonicas pro miraculis venditarunt; de quibus minimè amplius agendum nunc cenſeo; nec fieri poſſet, vt paucis literis infinitas eorum technas explicare liceat. Sufficiet in genere Deum prohibuiſſe illorum artificia, & operandi modos vel ſeptem voculis admonuiſſe, in quibus pernitioſè errarent & diuinam maieſtatem offenderent. Ex quibus Iohannes Vincherius libro 2. præſtigiis, c. 1. colligit, ſeptem ſpecies prohibitas maleficiorum.

Prima כסף *caſaph* Exodi 22. quæ eſt, cùm malis artibus nocetur pecoribus, ſegetibus aut hominibus.

2 קסם *kaſam*, quod eſt præſagium futurorum, prohibitũ Deuter. 18. Hieremiæ 27.

3 עונן *gnonen*. id eſt, diuinatio & obſeruatio ſomniorum, Deuter. 18. 2. paralip. 33. Item & augurari, Hieremiæ 27.

4 נחש *nahaſch*. id eſt, obſeruare auguria, Deuter. 18. 2. Paralip. 33.

5 { חבר *heber*. i. incantatio per verba, Pſalmo 57.
{ לחש *labas* idem ſignificans.

6 אוב *ob*. i. pythonicos habere aut conſulere ſpiritus. Deutero. 18. Ieſaiæ 19. 1. Reg. 28.

7 ידעוני *idogni*. id eſt, diuinare ex ventriloquo ſpiritu, Deutero. 18. Leui. 20.

23 Prædixit hæc Deus populo ſuo poſſe illos decipere ſub ſpecie diuinitatis, & tamen cauendum eſſe veluti deceptiones & decipulas



pulas animarum religioſarum.

Quemadmodum Dominus noſter IESVS CHRISTVS per ſe ipſum & per ſacros præcones veritatis admonuit Chriſtianos & fideles, vt ſibi cauerent à falſis prophetis, & ab impoſtoribus miraculorum & prodigiorum, nec illis crederent[a].

Dedit remedium & diuus Iohannes ne credamus omni ſpiritui, ſed probemus cuius ſint an Dei an dæmonis[b].

24 Cæterùm quemadmodum peccari poteſt tribuendo impoſturis miraculorum vim & diuinam authoritatem; ſic poteſt peccari quoque negãdo miracula vera & ea aſſignare ſeu tribuere impoſturis & præſtigiis dæmonum: eſt enim veritas in medio ponenda & conſideranda. Non minùs enim committitur negando vera & ea falſa dicere, quàm cùm falſa pro veris admittantur.

a *D. Matth. c. 24. verſ. 23. Marci 13. ver. 21. & ſeq. Lucæ c. 21. verſ. 8. Apocal. c. 13. verſ. 13.*
b *1. epiſt. c. 4. verſ. 1. & ſeq.*

Quamobrem & Dæmon, cùm virtutibus & miraculis diuinis non poteſt obſiſtere, prætextu religionis nititur illius miracula cõuellere. Quemadmodum Iudæi ſuggerente dæmone, confuſi & conuicti per ſigna quæ dominus noſter IESVS CHRISTVS faciebat, quæ nemo alius quàm Deus facere non poterat, confugerunt ad hanc calumniam, dicentes, hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum[c].

c *D. Matth. c. 12. verſ. 24. D. Marci c. 3. verſ. 22. Lucæ 21. verſ. 15.*

Fuerunt ab ethnicis aliquando Chriſtiani, miraculis & ſignis cõfirmantes fidem, habiti pro magis & præſtigiatoribus impellente dæmone. Sunt & multi potiſſimùm vulgares homines cùm non poſſint aſſequi dona Dei quæ dantur à Deo quibuſdam, qui eadem adſcribant magicis artibus: à quorum opinionibus legitimus iudex præcauere, neque ſecundum illas, ſed inſpecta & inquiſita veritate iudicare debet. Et ea ratione probi viri & ingenij ſingularis, habiti olim ſunt pro magis contra rei veritatem. Referam exemplum de Syluestro 2. ordine 147. pontifice ſummo, in cuius vita Platina ſecutus quendam Martinum authorẽ, ſcribit Syluestrum 2. antea dictum Gerebertum, malis artibus ſedem adeptum; & quod in Floriacenſi monaſterio in Aurelia poſito monachus pius, relicto monaſterio diabolum ſequutus ſit, cui ſe totum tradiderat, & largitione primùm archiepiſcopatum Rhemenſem, dehinc Rauennatenſem aſſequutũ, pontificatum deinceps maiore conatu adiuuante diabolo, hac tamen lege, vt poſt mortem eius totus eſſet: additque alia plura eius argumenti de eo quę meritò vt fabuloſa refellit Onuphrius Pannuinus in additionibus ad Platinam, & quæ narrantur à Martino Ciſterſenſe & Galphrido in additionibus ad Sigebertum, aitquẽ rei veritatem fuiſſe, prædictum pontificem doctiſſimum mathematicum, & ex monacho per imperatores ad epiſcopatus promotum, vulgus autem eius temporis crediſſe propter mathematicorum diſciplinarum raritatem tunc in occidente, eum ideo fuiſſe magum, atque ita referre eorum temporum ſcriptores ait Aimonium lib. 5. de reb. geſtis Francorum c. 46. & Guillelmum bibliothecarium, & vetuſtiſſimum librum regni Siciliæ qui eſt in bibliotheca Vaticana.

25 Vulgus ſine iudicio multa ſibi placita, vera eſſe ex arbitrio confingit, & aliis talia eſſe pertinaciter ſuadere nititur: tum in

RRR iiij

aliis, tum in his quæ ad religionem pertinent, nunc in ſuperſtitionem, nunc in impietatem declinando, niſi maiori vi & præpoſitorum diligentia contueretur ne defluat, & in ſententiis vagetur.

Quemadmodum perſuaſerunt ſibi Perſæ magos oriri ex nefanda commixtione matris & filij, quo pertinent Catulli verſus ad Gellium,

*Naſcatur magus ex Gelli matriſque nefando*
*Coniugio, & diſcat Perſicum Aruſpicium.*
*Nam magus ex matre & filio gignatur oportet,*
*Si vera eſt Perſarum impia religio.*

Putant & quidam natos cum binis pupillis in ambobus oculis, vel in altero binam pupillam habentes, ad maleficia inclinatos, ex Plinio & Didymo. Exiſtimant enim dæmones, teneros fœtus matrum ſortilegarum opera ſibi conſecratos, ita notare. Quod & patres & matres interdum maledicta illa arte imbutis, conentur nõ tam ſeipſos, verùm quoque & filios, & partus inſtinctu impiiſſimi dęmonis, perdere. vt comprobatum ſit, eoſdem & maximè ſortilegas obſtetrices, ſæpe recens natos dæmonibus obtuliſſe, & ita dæmonibus mancipaſſe. Dicunt & quidam ex incubis & ſuccubis natos huius modi magos, vt Merlinum. Sed & certius eſt, quod plures magi & ſortilegi fiunt, ſeipſos perdendo & obligando ad miniſteria dæmonis expreſſe, vel tacitè.

*De magicis impietatibus, & religionis*
*in eis abuſu.*

## CAP. XXVI.

SED agamus de cauſis quibuſdam, quæ ad magicas impietates viam ſtrauerunt ex fuco religionis incantationum & magicarum, itaque impietatum originem veram & præcipuam earum quæ ex malitia ad idololatriam inclinarunt, proculdubio à dæmonibus pendere exiſtimandum eſt. Eo enim res peruenit, vt cum poteſtate & verbo Dei fugentur dęmones, per quod prouidentiam Dei eſſe declaratur, ars magica, vt ait D. Clemens lib. 8. recognitionum inuenerit ad infidelitatem confirmandam, quomodo etiam hoc ex contrarijs imitetur. Sic & ſerpentum venena mitigare, carminibus inuentum eſt, & verbo & poteſtati Dei contrarias inducere ſanitates. Angelis quoque Dei contraria reperit ars magica miniſteria, animarum ſuſcitationes, contra hæc & figmẽta dæmonum ponens. Et vt rurſum lib. 4. recognitionum ait, idem Clemens, *Angeli quidam, relicto proprio ordinis curſu hominum fauere vitijs cœpere, & libidini illorum quodammodo indignum præbere miniſteriũ, quo illorum opera, ſuis magis voluptatibus morem gererent: quique nec ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria, docuerunt homines quod dæmones artibus quibuſdam obedire mortalibus hoc eſt incantationibus poſſet. ac velut ex fornace quadam & officina malitiæ, totum mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis fumo replerent. Pro his etiam ac alijs nonnullis cauſis diluuium mundo introductum eſt.*

2 Ta-



2 Tatianus Aſſyrus, oratione cõtra gentes, incãtatorũ characteres,
ſuſpenſiones, amuleta, & reliqua id genus, refert ad dæmonũ dolos,
aſtutias, & artes quib. venãtur animas incautorũ & curioſorũ. Nullus,
inquit, affectus per alterius rei diſſenſionem tollitur, nec inſanus ali-
quis curatur amuletis (ἐξαρτήμασι) vt pelliculis appenſis: dæmonum iſtę
aggreſſiones ſunt: & qui ægrotat, & qui edit, vel appetit vltionem i-
ſtos ſibi auxiliatores adſciſcunt. vtuntur autem dæmones hoc artifi-
cij modo. Quemadmodum figuræ literarum & verſus qui inde
conſcribuntur, non per ſe poſſent iudicare quod ſcribitur, ſed hęc ſi-
bi cogitationum ſuarum ſigna homines conſtituerunt ex certa ipſo-
rum coniunctione, ita vt ordo literarum definitus eſt, rem intelli-
gentes: ſic etiam variæ radices, & neruorum, & oſſium adhibitio, non
ſua natura aliquid efficiunt, ſed tanquam elementaris inſtitutio ſunt
improbitatis dæmonum, qui, ad quid ſingula valere debeant, præ-
ſcripſerunt: vbi verò vſurpari ab hominibus viderint miniſterium &
curationem ipſorum, ſuperueniunt, & eos in ſeruitutem redigunt, &
abducunt à cultu diuino homines per dolum, dum herbis & radici-
bus fidem habere moliuntur.

Item Arnobius[a], *Magi*, inquit, *non tantùm ſciunt dæmonas, ſed etiam quicquid miraculi indunt per dæmonas, faciunt, illis aſpirãtibus & infundentibus, præſtigias edunt, vel quæ non ſunt videri: vel quæ ſunt, non videri eorum magorum & eloquio & negotio.*

a *Leb. 8. aduerſus gentes.*

3 De Socrate refert Plato[b], quod ab ineunte ætate ſorte accidit Socrati, ſignum dæmonis habere: idque fuiſſe vocem quæ vbi eſſet edita, eum retineret, ne faceret quod eſſet facturus, hortaretur autem nunquam. Simile ſed mirabilius & cum ſua vindicta refert Ariſtoteles in republica Phocenſium, & poſt illum Clemens Alexandrinus[c]. Exceſtum Phocenſium tyrannum, duos geſtaſſe in ciuitates amulos. quive ex ſonitu inuicem ab eis edito, ſciebat tempus gerendarum rerum, mortuum tamen à dolo interfectum, etiam ſi illud ei prius ſignificaſſet ſonitus.

b *In Theagẽ.*

c *Li. 1. Stroma.*

4 Vt autem dæmonibus adſunt fallendi modi plures, ſic & Oſthanes qui tempore Alexandri Magni ſcripſit, notauit, vt refert Plinius[d], plures fuiſſe magię ſpecies, vnam, quæ vmbrarum inferorúmque colloquia permittit: alteram quæ ex aquis, ſphæris, aere, ſtellis, pelui, lucernis, ſecuribus, multiſque aliis modis diuinare docet. De quibus etiam nos egimus lib. 34. ſyntag. c. 3. & aliis ſequent.

d *Lib. 30. ca. 1.*

5 Quidam putarunt, ex obſeruationibus coniunctionum aſtrorum, & ſympathia, vel antipathia rerum, magica illa, ſeu mirabilia quæ pro magicis habuerunt, ſumpſiſſe originem, & ex aſtronomia ſecretiſſima quæque, vel non vulgo cognita, coniiciendo & operando. Narrat de Moſe Vincentius[e], quod iuuenis factus dux Ægyptiorum iuit in bellum contra Æthiopes qui populabantur Ægyptum, quos debellauit, & fugientes proſequutus eſt in ciuitatem Sabba: filiam autem regis Aethiopiam dictam Thaibim, pulchritudine & amore Moſis captam, obtuliſſe ſe & ciuitatem daturam ſi illam accepiſſet in vxorem, quod & fecit, quia alioquin erat illa ciuitas inexpugnabilis. Eam autem fuiſſe Æthiopiſſam, propter quam dicuntur

e *Lib. 3 hiſtor.*

contra eum murmuraſſe Aaron & Maria. tandem autem cùm Moyſes vellet redire in Ægyptum. nec vxor permitteret, ait, Moyſem feciſſe annulum, eíque incluſiſſe gemmam habentem imaginẽ efficacem ad indicendam obliuionem, quem ei dedit: vnde eius amoris oblita fuit, Moyſes autem rediit in Ægyptum. Erat autem Moyſes peritus in arte aſtrorum, ſicut refert ex Vincentio Antoninus[a].

a Prima parte ſpeculi, hiſtoria lis tit. 2. c. 4.

6 Narrat Ælius Spartianus in Aelio Vero, Marium Maximum retuliſſe, Adrianum Cæſarem, vſque adeò peritum matheſeos, vt de ſe ſciuerit, & omnium dierum vſque ad horam mortis futuros actus, antè pręſcripſerit.

7 Notat autem Plinius in principio libri 30. quòd magica ars fraudulentiſſima artium, plurimum in toto terrarum orbe, plurimíſq; ſeculis valuit, authoritatem maximam accepiſſe, quandoquidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis complexa in vnam redegerit. Atque, inquit, natam primùm è medicina nemo dubitat, ſpecie ſalutari irrepſiſſe, velut altiorem ſanctiorémque quàm medicinam: itẽ blandiſſimis deſideratiſſimíſque addidiſſe vires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus. Atque vt hoc quoque ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes mathematicas, nullo non auido futura de ſeſe ſciendi, atque ea de cœlo veriſſimè peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantum faſtigij adoleuit, vt hodiéque etiam, in magna parte gentium præualeat.

Et certè credibilis eſt opinio Plinij, atq; dæmones ad decipiendas curioſas mẽtes clam irrepſiſſe prætextu rerũ naturaliũ & ſalutarium, quæ cùm veriſſimos habeant & optimos effectus, ſuæ ſcientiæ mirificos addunt igniculos & deſiderium cognoſcendi. Et cœli qui per ſe enarrant gloriam Dei, habent ſigna dierum & temporum, & mutationum & alterationum, generationis & corruptionis, & alia plurima digna obſeruatione, quibus Deus author mirabilium qui eis vim & naturam dedit admirabilem, mirabilior prædicatur, vnde ſupremus artifex agnoſci poteſt: quæ omnia dæmones curioſis, & qui intra fines naturæ conſiſtere nolunt, & maiora ambiũt Deíq; obliuiſcuntur, falſis perſuaſionibus prætexerũt, & in ſuperſtitionẽ prætextu religionis conuerterũt aſtutiſſimè. Sic ſcribit Baſilius Magnus[b], genus magorum qui venerunt adorare Chriſtum natum, fuiſſe genus Perſicum eorum qui incantationibus & magicis, & naturalibus quibuſdã effectibus, aſtronomiæque & rebus ſublimibus vacabant, eiuſdem ferè magiæ ac Balaam qui à Balac fuit miſſus vt malediceret populo, Iſraeli, quíque loco maledictionis prophetauit, de vẽturo Meſſiach. Num. c. 24. ecce orietur ſtella ex Iacob, &c. Quę fuit cauſa, vel forſan, inquit, quia magi adueniente CHRISTO, ſuis incantationibus defuiſſe robur viderent: quod & magis credendum ſit eos in Chriſtum credidiſſe, vt ait D. Ambroſius[c]. Quod muneribus oblatis palam profeſſi ſunt, aurum, thus, & myrrhã ſupplices offerentes: vt auro, regem fatentes: Thure, Deum venerantes: myrtha, ſepulturam glorioſam teſtantes.

b Li. de humana Chriſti generatione.

c To. 2. li. 1 de fide ad Gratianũ c. 2. & Arnob. in annotatio ad c. 2. diui Mathei.

De an-



*De antiquorum magorum quibuſdam prodigiis & impoſturis.*

## CAP. XXVII.

EX his quæ propemodum incredibilia referunt aliàs à magis effecta, & nunc quoque fieri putantur à ſortilegis, lamiis, ſtrigibus, diuinis, & aliis mancipiis dæmonum, nõ quidem per ſe, ſed ex permiſſione Dei, & ex impoſturis & miniſterio eorum, operante diabolo: quędam iam in libro 34. ſyntag. c. 20. exhibui, quæ non repetam, adferam alia quæ nunc aliunde occurrunt. Omitto illa trita quæ de magis Pharaonis relata ſunt in Exodo, qui ſe oppoſuerunt miraculis diuinis, & ſuis præſtigiis tot tantáque efficere vel imitari conabantur, ſuccubuerunt tamen, vt ibi docetur.

Ferunt inter Aſſyrios & Bactrianos Nino quondam Zoroaſtréque ductoribus, non tantùm ferro & viribus dimicatum, verùm etiam magicis, & Chaldæorum abditis diſciplinis, vt ait Arnob[a].

2 Laban Arameus ſocer Iacobi patriarchæ[b], vt author eſt Zohar, fuit omnium orientalium magus celeberrimus: erántque illi idola quædam, dicta Teraphim quæ furata erat Rachel,[c] nempe imagines, quibus ille diuinabat, ligabat, & offendebat hoſtes.

a 1. contra gentes.

b Gen. 28. 29. 30. 31.

c cap. 31. Gen.

Erat & temporibus Moyſis, Balaam filius Beor ariolus & diuinus, ad quem miſit Balac filius Sephor, rex Moabitarũ, vt veniret & malediceret populo Iſraelitico, cui non poterat reſiſtere, & ſi quo modo poſſet eum eiicere è terra ſua dicens, Noui, inquit, quòd benedictus ſit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta coniceris.[d]

d Numero. c. 22.

3 Scribit Dion Caſſius,[e] cùm Cn. Sidius Geta, contra Salabum ducem expeditionem feciſſet, neque aqua ei eſſet ad ſitim extinguẽdam, quendam indigenarum confęderatorum incantationibus è cœlo plurimam aquam elicuiſſe. Scripſit Suidas in verbo *Arumphis*, Arumphim Ægyptium philoſophum, Marco philoſopho imperatori familiarem, cùm aliquando Romani ſiti laborarent, effeciſſe, vtque ſubitò nubes obſcuræ exiſterent, & ingentem pluuiam effunderent cum tonitruis & fulgoribus crebris. Alij & dicunt Iulianum Chaldęum hoc miraculum edidiſſe. In dialogo Meliſſæ & Bacchidis apud Lucanum, incantatio quædam apponitur amatoria. Suidas in verbo ἀνεμοκοῖται notat Corinthi fuiſſe familiam qui ventos ſopirent.

e Lib. 60. hiſtoriæ Romanæ.

4 Admirabiles impoſturæ & impietates referuntur Simonis magi, qui diſputaturus contra diuum Petrum, ſe iactabat eſſe filium Domini, & ſine initio, ingreſſum vterum matris ſuæ Rachel, natum poſtea, per aera volare igne commixtum, ſtatuas moueri facere, animaſſe exanima, lapides panes feciſſe, de monte volatu tranſmeaſſe, manibus Angelorum ſe ſuſtentatum ad terram deſcendiſſe, ſe facere vt à volentibus non comprehenderetur inuiſibilem, & rurſum volentem palam fieri. Si fugeret montes perforare, ſaxa quaſi lutum pertranſire,

vinctum ſeipſum ſoluere, & eos qui vincula inieciſſent vinctos reddere, clauſtra carceris aperire, nouas arbores ſubito oriri facere: ſeipſum igni iniicere ſine ardore, & alia ſimilia varia, de quibus Abdias Babylonicus[a].

a *Lib.1 hiſtor. apoſtolicæ. Irenæus lib.1. contra hæreſes c. 20.*

b *Prædicto loco.*

5 Narrat & Abdias[b] Zaroen & Arphaxad Perſas, magos fuiſſe celebres, ſub Xerxe rege, tempore SS. Simonis & Iudæ, eámque artem vel impietatem in tantum calluiſſe, vt omnes diſertiſſimos regni aduocatos congregatos Babylone poſtquam ij locuti eſſent mutos redderent, impotentéſque loquelæ & greſſus, poſteáque vtrunque illis reſtituerent, verùm hos aduocatos territos, à DD. Simone & Iuda qui in ciuitate aderant, ſignatos crucis ſigno in fronte (qui & poſtea Chriſtiani facti,) ad certamen aduerſum eos rediiſſe, & præualuiſſe. Quo ira perciti magi aduocarunt ſerpentes qui omnes curiæ adſtantes terruerunt, iiſdem incantationibus, donec accerſiti apoſtoli ſerpentes in vnum collegerunt, & eos in magos non in mortem, ſed in vindictam immiſerunt, qui eos coram rege vlulantes miſerè torquebant.

c *Lib.34. ſyntag. c.21. num. 8.*

6 Obſeruauimus aliquando[c], hæreſiarchas ferè ſemper fuiſſe magicæ & dæmoniacæ artis infectos, vſúſque conſortio & opera atque impoſturis dæmonum. Imò & Carpocratiſtæ & Gnoſtici hæretici, magiæ ſcholas introduxerunt, vbi horribiliũ & pernitioſorum conatus operum aſſeſſores habebant dæmones, vt per multa prodigia, in magna poteſtate omnibus dominarentur quibus vellent, diuerſæque incantationes ab illis inuentæ, ad amorem & ad illectamenta, vt ait Epiphanius[d].

d *Tomo 2. lib. 1. contra hæreſes, hæreſ. 27.*

e *Lib.4. c.8. contra hæreſes, refert autem eius impoſturas c.9.*

f *Tomo 3. lib. 21. primi, hæreſ. 34.*

Marcus quidam hæreticus Valentinianus, erroris magicæ impoſturæ peritiſſimus, decipiebat homines ſuo errore, immiſcens Anaxilai ludicra & magiam, vt ait Irenæus[e], & Epiphanius.[f]

7 Refert Baſinus libro de artibus maleficis, apud Salamancam vrbem Hiſpaniæ, idolum marmoreum fuiſſe in profundiſſima cauea poſitum, & cultum, cui dæmon aſſiſtebat, inſtruens magicis artibus eos qui ſibi certis pactis & inuocationibus ſe ſubiicere volebant, qui & poſtea in quibuſdam effectibus ſe mirabiles oſtendebant. quę tamen poſtea cauea obſtructa, fuit ſuper ædificata eccleſia: idolo verè prædicto in via publica poſito, quod à tranſeuntibus fuit ita conculcatum, vt vix ſculpturæ aliquod veſtigium appareret.

g *Lib.4. Argonauticôn.*

8 Medea recenſetur inter execrabiles maleficas vel veneficas antiquorum, quæ pharmacis magicis cuſtodem velleris aurei ſerpentẽ ſopiuiſſe fertur, quæ erãt aſperſa ex ramo iuniperi recens exſecto, ſicut refert Apollonius Rhodius[g], vbi & refert de Circe Perſes & Elij filia, quę habitabat in portu Deæ, vbi veneficiis demulcebat viros.

9 Aeris perturbationes, fulmina, grandines & ſimilia meteora, aliquando à dæmonibus efficiuntur, vt in aere varia phaſmata, quæ homines maleficij, eorum actione commouent & ſedant, vt eſt apud Herodotum lib. 7. dum de ſedata tempeſtate agit quæ ex claſſe Xerxis quadringentas naues iam depreſſerat.

Ita Olaus Magnus in hiſtoria refert Haguinum Nouergiæ principem, contra Danos pugnaturum, ſuborti imbris maleficio, ita



ita hoſtium vertices inuſitatis grandinis ictibus cõuerberaſſe, vt eorum oculi, veluti quibuſdam nimborum ſpiculis laceſſiti, proſpiciendíque facultate priuati, grauiorem ab elementis pugnam quàm ab hoſtibus ſuſtinerent.

Henricus Suetiæ rex, vt idem Olaus teſtatur, tam familiaris dæmonibus erat magiáque imbutus, vt quocunque ſuum pileum verteret, confeſtim inde optatus vẽtus ſpiraret. qua ratione inditum & ei fuit nomen, vt *Ventoſus pileus* nominaretur.

Finni etiam, vt idem teſtatur, negotiatoribus in eorum littoribus contraria tempeſtate ventorum impeditis, ventum venalem exhibere ſolebant, mercedéque oblata tres nodos magicos non caſſioticos loro conſtrictos eiſdem reddebant, eo ſeruato moderamine, vt vbi primùm diſſoluiſſent, ventos haberent placidos: vbi ſecundum, vehementiores: at vbi tertium laxauiſſent, ita ſæuas tempeſtates paterentur, vt nec oculo extra proram in euitandis ſcopulis, nec pede in naui ad vela deprimenda, aut in pupi pro clauo dirigendo, integris viribus potirentur.

Circa annum Chriſti 965. Baianus filius regis Bulgarorum, homines in lupos conuertebat, vt ait Luithpran.[a], & præliis magica vtebatur & imperatorem orientis turbauit, circa annum 975. vt ait Platina, in Dono 2.

a *Lib.3. c.8.*

10 Scribit & Iacob. Megerus in Chronicis Flandriæ, quendam Robertum ruſtici filium, familiari dæmone vſum, Tornacenſem Arienſem Atrebatenſem & Cameracenſem epiſcopatus adeptum, virum plenum ſimonia, & ambitione nimium infamem circiter annum Domini 1175.

b *Lib.1. rerum Anglicarũ c.19.*

Sed mirabilius quod fertur & ſcribitur à Guillelmo Neubrigenſi Anglo[b], de quodam Britone natione, cui nomen Eudo, & cognomen de Stella: qui ita ludificatione dæmonum dementatus fuit, vt ſe putaret Deum, dominatorem, & iudicem viuorum & mortuorum, & per diabolica præſtigia numeroſam deceperat multitudinem quæ eum comitabatur. cui erant in promptu quotieſcunque volebat, panes, carnes, piſces, & quique cibi lautiores: verùm quòd idẽ cibi, non ſolidi ſed aerij fuerint, ſubminiſtrantibus inuiſibiliter ſpiritibus aeris huius, ad capiendas potius quàm paſcendas animas repletio, vel ructu euaneſcebant, & tanta ſequebatur eſuries vt cibos eoſdẽ repetere opus eſſet. hic militi proximo admonente, vt reſipiſceret non audiens, oſtendit fantaſticas multas opes, quas tamen cùm ipſe contẽneret & abiret, accipitrẽ comiti militis dono dedit pulcherrimũ, quem, cùm miles vt abiiceret, admonuiſſet, non auem ſed dæmonem eſſe iudicans, & ipſe non abieciſſet, tandem ab accipitre in pugno læſus, poſtea & in aerem ſublatus fuit, nec poſtea apparuit. Cæterùm poſtea hic Eudo captus in conſilium Rhemenſe adductus mancipatus fuit cuſtodiæ perpetuæ: quidam ſocij eius non reſipiſcentes combuſti, alii dilapſi ſunt.

## *Num quæ ab ſtrigibus, lamijs ſeu maleficis & ſortiarijs fiunt, verè fiant.*

## CAPVT XXVIII.

CVM incidiſſem aliquando in librum de Strigibus Magiſtri Bartholomæi de Spina, ordinis Dominicani ſeu prædicatorum, & palatij Apoſtolici magiſtri, in quo in vtramque partem diſputatur per argumenta & rationes, quæſtio, num ea quæ narrant ſtriges ſeu ſortiariæ ſeu maleficæ & malefici, ſibi accidere, & à ſe fieri, verè contingant aut fiant, an verò illudãtur phantaſmatibus & præſtigiis dæmonum collegi ſeorſum quædam quæ notanda viſa ſunt, & ad vſum religionis ſolidum pertinere. Ibi ergo in tribus primis capitibus adfirmatiuam adſtruit, in illuſione mentis talia contingere illis, in ſequentibus verò ſentẽtiam contrariam vt veriorem, defendit.

Adfertur primũ, pro eo ꝙ illudi dicantur à dæmone, dum ſe equitare cum Diana, & conuentus & conuiuia agere arbitrantur, conſiliũ Ancyritanum relatum in ca. Epiſcopi 26.q.5.2. quòd quanuis videantur ſibi epulari ſortilegæ, tamen redeũt ita famelicæ, ac illæ quæ non dicunt ſe interfuiſſe: neque etiam in domibus illorum in quorum cellis & pennariis dicunt ſe conuiuaſſe, quicquam deeſſe ideo inuenitur. Addit hiſtoriam Sancti Germani, qui cùm hoſpitaretur alicubi, vidit poſt cœnam, aliam cœnam apparari, cuius cauſam qui apparerent, cùm interroganti reſpõdiſſent, quòd mulieribus qui de nocte irent, ipſe Sanctus ea nocte vigilauit, & videns magnam turbam virorum & mulierum circa menſam, quibus pręcepit ne abirent, & excitauit dormientes in hoſpitio, inquirens ſi eas perſonas agnoſcerent, & illis reſpõdentibus vicinos & vicinas eſſe, miſit ſtatim ad eoſdem vicinos & vicinas, qui reperti ſunt in domibus propriis: & proinde coegit dæmonas circa menſam ſub illorum ſpecie viſos, fateri quòd tales eſſent qui ſic hominibus illuderent.

2 3. Probat à fatuitate ſeu ſtultitia quam referũt huiuſmodi ſtriges, Ferrariæ ſe cõuenire bis in hebdomada coram ſibilla, quæ illis præeſt, vt dicebãt aliæ in d.ca. Epiſcopi de Herodiade & Diana. Dicunt autem congregationem illam fieri ad fluuium Iordanem cuius aquam nitatur dicta Sibilla tangere, ſed non poteſt, & fluuius potius exſiccatur. qua ratione illa tanto furore accendatur, vt à facie illius illa multitudo aufugere cogatur, alioquin interitura.

3 4. Ex eo quòd illæ narrent alia impoſſibilia: dicunt enim, quòd poſtquam comederint aliquem pinguem bouem, vel dolium vino, vel arcam ſeu cophinum panibus euacuauerint & conſumpſerint ea vorantes, domina illa percutit virga aurea, quam manu geſtat, ea vaſa vel loca, & ſtatim vt prius plena ſunt vino, vel pane, ac ſi nihil fuiſſet ſumptum. Similiter iubere cõgeri omnia oſſa mortui bouis ſuper corium eius extenſum, ipſúmque per quatuor partes ſuper oſſa reuoluendo, virgáque percutiendo bouem reſtituere in priſtinum ſtatum, & iubere reſtitui in locum ſuum.

4 5 Adferun-



4 5 Adferuntur exempla mulierum & aliorũ, qui credebant & aſſerebant poſt factas quaſdam vnctiones ſe in ludum & cœtum ſtrigum deferri, quinquæve tamen quo tempore ſe dicebant tranſlatas, viſæ fuerant graui ſomno & veluti conſopitæ immobiles iacuiſſe, ſextò negat quòd in formas diuerſas animalium vt catorum ſe tranſmittent, neque id Deum permiſſurum.

5 In contrariam dehinc ſententiam, vt probetur re vera eadem illis contingere quæ aſſerunt, & corporaliter transferri, adfert plures confirmationes 1. acta inquiſitorum ex quibus eadem facta apparet.

6 2 Ex eo quòd talia puniantur vtraque lege diuina & humana[a], in 26.q.5.ca.illud, 26.q.2.in decreto Gratiani.ca.igitur, 26.q.4.

a *Exod.22. Deuter. 18. Leuitici 19 & 20.*

Doctorum approbatione ſacrorum, apud Auguſtinum lib. de doctri. Chriſtia. lib. 8. de ciuita. Dei c. 29. & lib. 7.c.f.lib.10.c.9.lib.18.c.18.& 17.lib. 21. c. 7. fieríque opera nefandiſſima per ipſos dæmonas opera maleficarum ſcribit Diuus Thomas 2.2.q.93.& 92.& 3. contra gentiles c.104.& 105.&c.

Item additur deciſ. Tholoſanæ capellæ 38. incipiens *quædam de tali.* item epiſtolæ ſeu de legatione ſummorum Pontificum ad inquiſitores Germaniæ, Titulo de maleficis & mathema. in codice Iuſtin. illa eadem oſtendunt.

7 3 Quòd corporalia in motu locali obediant Angelis ſecũdum Auguſtinum, 3. de trinitate, Thomam in 1.q.110. articulo 2.&3. cum ſimilib. facit nemo. l. multi c. de malefic. & mathe.

8 4 Quòd certum ſit, ſpiritus corpora citius etiam hebdromadariis, deferre poſſe ſine fatigatione; vt dæmon Hermogenem magũ ligatum ex domo ſua ad diuum Iacobum per aera vexit, eius iuſſu, vt in eius hiſtoria legitur, & in hiſtoria recognitionum diui Clementis habetur, Simonem magum per aera delatum, & orationibus diui Petri in terrã collapſum. Sed & conſentit omnium Necromantiorũ teſtimonium cum Auicenna, in libro de Necromantia, fieri ita, vt & plura in Malleis maleficarum extant exempla. nec dubium Deum hæc permittere, cùm & multo maiora permiſerit exigente ſic malitia non timentium eum, provt fuit Angelorum irreparabilis caſus, & permiſit Chriſtus ſeipſum ferri à dæmone ſupra pinnaculum templi D. Matthei c.4.

9 5 Poſſunt apparere dæmones in forma hominum vel aliarum rerum. Sic enim & boni Angeli in figura humana apparuiſſe referũtur, iudic. 13. Tobiæ 5.9.& 12. Geneſ. 18.& 19. imitantur bonos mali, & in Angelos lucis ſe transfigurant aliquando. 2. ad Corinth. c.11. ſed ſæpius in animalibus brutis habitant, vt ſub ſerpente, Geneſ. 2. In grege porcorum, Matthæi 8. in forma cuborum & ſuccuborum. Ea de cauſa nec temere exorciſtarum ordo habetur in eccleſia, ca. perlectis 25. diſtin. c. cleros 21. diſt. ad expellenda huiuſmodi portẽta. ex quo apparet & dęmones poſſe apparere in forma illa ſibyllę emẽtitę.

10 6 Quòd de bonis fertur comeſto & reſtituto, de panibus & vino, idipſum multis modis euenire poſſe docet prædictus author: nõ quidem reſtituta eadẽ re, vel creatione facta aliqua quia hæc Dei

ſunt opera. non enim dæmon pulicem mortuum ſuſcitare poſſet, vel quid eadẽ numero comeſis ſubſtituat, ea qua valet agilitate præſtigiis aliunde adducens, vel ſtatim hiſdem præſtigiis imponendo, veluti ſi vnus dæmon corium ingrediatur, & ita videatur bos, vel quia dæmõ poteſt ex aere formare corpus ad ſimilitudinem bouis, & illud ſe immiſcendo quaſi viuum oſtentare.

11 7 Quod ad formas mutatas catorum & aliorum animantium, poſſe illis illudi per dæmones, & ſenſus mutari vel decipi docet, poſſe & pueris interdum verè, interdum per illuſionem ſanguinem ſugere, eóſque intuitu, oſculis faſcinari, vel veneficiis vel tacito puto conuento cum dæmone, qui per eas operatur. vt & ait Diuus Thomas 1.q.67.arti.4.ad ſecundum. Inuocant enim dæmonem ſortiariæ, & quæ tangunt ei ſacrant vel exſecrantur, vel offerunt. Infantes porro maleficiis læduntur, iuſto quodam, ſed nobis incognito Dei iudicio, vel non baptizati, vel baptizati, ob parentum delictum, quod aliquando in quartam generationem vindicatur. Exod.20. vel ex malitia magna dæmonum & maleficarum, quorum arbitrium eſt liberũ ad malum. Sunt & plures qui aliquando ope maleficarum vſi, eodem quo peccarunt modo puniuntur. Eueniunt & hæc quoque ad laudem Dei: nam ex his cognoſcimus eſſe intellectuales potentias fortiores hominibus, eſſe dæmones, & præſtantiam Chriſtianorum qui Dei virtute & fide eis imperat in Dei nomine quod perſequuntur, ideóque religionem eam veram, quæ habet dæmones inimicos.

12 8 Accedit reſponſio argumenti, quod aſſerebat exemplis ſortiarias vel ſtriges quæ ſe dixerant, fuiſſe in ludum vel cœtum eius congregationis delatas, inuentas fuiſſe dormientes & ſopitas. Et demonſtratur interdum quidem hoc accidere poſſe per illuſionem phantaſticam: ſed nihilominus quoque contingere verè etiam dormientibus vel vigilantibus, vt vidit D. Petrus clara luce vigilans Angelum qui eduxit eum è carcere. Inueniuntur ſæpe dormientes ambulantes & verè in ſomniis operantes, vt & quidam corpore quieſcente loquuntur & concionantur, inuenti qui dormiendo ſurgentes ſine lumine ſcripſerint meditata. Et quemadmodum negandum nõ eſt, poſſe Satanam quæ in ſomniis repræſentat imaginationi poſſe operari, & perſuadere dormientem operatum: ita non eſt negãdum, poſſe & verè dormientem & non dormientem eius miniſterio plura operari præter humanam ſeu communem intelligentiam. Et ſi quis dicat, inuentas fuiſſe aliquando ſortilegas & ſtriges in lecto vel alicubi dormientes vel ſopitas, quo tempore dicebantur abiiſſe in cœtum deteſtabilem. Quis contrà poterit aſſerere verúmne corpus illarum inuentum, an dæmonicum fictitium, cùm poſſit loco corporis illarum dæmon aliud fingere, vel ex aere vel alio modo, quo nitatur auertere credulitatem tantæ impietatis? Nec id nouum ſpiritibus vt poſſint ita corpora imitari, ſicuti & refertur, ſanctos Angelos aliquãdo feciſſe, & perſonam ſeu formam virorum ſanctorum alio iuſſu Dei tranſlatorum induiſſe. Sic ferunt diuum Ambroſium, cùm miſſam Mediolani celebraret, hora exequiarũ B. Martini Turonis defuncti, ſuper altare caput inclinãtem ſpatio trium horarum





dormire viſum, & poſt modum excitatum à ſomno vt putabatur, à clericis cauſantibus populi tædium in expectando benedictionem & miſſæ finem, reſpondiſſe, officium exequiarum fratris ſui Martini Turonis ſe perfeciſſe, in cuius rei teſtimonium chirothecam Turonis reliquiſſe fertur. ex quo patet eo corporaliter tranſlatum, verùm in eius figura interim angelum in altari Mediolanenſi remanſiſſe, corpori enim mortali repugnat in duobus locis ſimul & ſemel & eodem tempore eſſe.

Simile contigit beato Clementi D. Petri ſucceſſori: cùm enim Romæ miſſam celebraret, obdormire viſus eſt; & poſt tres horas ad ſeipſum reuerſus, vt videbatur, excuſationem populo attulit, quòd iuſſu beati Petri: ſibi neceſſarium fuit illo tempore ſpatio Piſanam eccleſiam quæ diuo Petro dicata fuerat, conſecrare: in cuius rei fidem indubiam tres guttas proprij ſanguinis Piſis in eccleſia illa reliquerat, quæ in hanc vſque diem in ſumma veneratione habentur in eccleſia cathedrali eius vrbis.

13 9. Adferuntur & c.18. Bartholomæi de Spina libro de ſtrigibus, plura exempla maleficarum inuentarum alibi nudis corporibus, delatarum à dæmonibus ex vnguentorum adhibitione, vnde mortis ſupplicio affectæ fuerunt.

10. Adferuntur c. 19. exempla ſtrigarum, quæ in catos conuerſæ necarent infantes, & quomodo in eadem forma vulneratæ inuentæ fuerint.

14 11. In argumentum & illud realiter ad ſynodos illas diabolicas peruenire & deferri maximam vim habet & extra phantaſiam, quòd priuſquam ad eum curſum accedant, ſanctiſſimam hoſtiam quam alicubi furatæ fuerint vel retinuerint, vbi poſt modum ad determinatum locum peruenerint, pro munere offerunt diabolo, quam, & in diaboli gratiam eiúſque requiſitione opprobriis affectam, ibi dimittunt, & nullatenus apud ſe poſt modum inueniunt, quod non accideret ſi tantùm ſomniarent ſe illud facere. Idipſum conuincunt alia munera quæ offerunt dæmoni, quæ ſecum euntes deferunt, vmbilici puerorum, galli, gallinæ & alia huiuſmodi, quæ communiter requirunt dæmones in ſacrilegis eorum ſacrificiis. Item quod cùm ſtriges ad dæmonem peruenerint & abnegatis fide, Chriſto, ac baptiſmo, faciunt hominium ſeu homagium diabolo, accipiunt tradente ſibi eodem dæmone, pugillum terræ, qua ſecum portata & realiter inuenta apud ſe, conſeruatáque toto vitæ ſuæ tempore peſſimæ iſtæ perſonæ vtuntur ad maleficiandum non ſolùm pueros, verùm etiam viros & mulieres cuiuſcunque ſint ætatis, proiecto illius terræ modico ſuper eas perſonas quas volunt perdere. quæ ſi deluſoriè in ſomniis darentur, realiter non reperirentur apud illas vigilantes.

15 12. Eo pertinet, quòd maleficæ aſſerũt etiam ſe bis in hebdomada languere, manè diei Veneris, & diei Lunæ: propterea quòd ex velociſſima reportatione qua præcedentibus noctibus rapiuntur & recipiuntur ſeu referuntur in propria, depoſitæ patiuntur quaſi vertiginem, & ob hoc lecto decumbentes, toto pene manè quieſ-

cunt. Ex quo etiam ſigno qui eas cognoſcunt, vt effectu clariſſimo & apertiſſimo, eaſdem ſuſpectas habent vehementiſſimè quod ſint ſtrigæ, dum alioquin præſtigioſis operibus intendunt.

16 Reſpondetur autem ad ca. epiſcopi, 26. q. 5. qui videtur aduerſari ex conſilio Ancyrenſi quod ſit ſuſpectus, & conſilium quoque Ancyrenſe falſitatis, & inter paleas quæ apud Gratianum non habent probandi authoritatem, annumeretur; non minus quàm Cabillonenſe & Bellocenſe conſilia. ca. placuit, ca. annis 18. diſtinct. quæ in eo apocrypha cenſentur: quia neſciatur quo anno & ſub quo pontifice facta vel cuius authoritate indicta. Et damnantur quoque propter falſa quædam admixta. damnata & conſilia vniuerſalia quæ non fuerunt à ſummo pontifice indicta vel probata, vt liquet ex conſilio Ariminenſi damnato in ca. ſancta 15. diſtinctio. & ex conſilio Baſilienſi damnato ab Eugenio 4. & ex aliis conſiliis ſchiſmaticis. Ignoratur autem tempus Ancyrenſis conſilij & author. Idipſum quoque damnatur tanquam ſuſpectum de fide & non catholicum, quia nonnulla obſcura proferat, & ſacris literis non benè conſona. Nam falſum illud quod ait dæmonem non poſſe portare corporaliter de loco ad locum. portauit enim etiam ipſum Dominum IESVM CHRISTVM, D. Matthæi cap. 4. multo magis poteſt & alios ferre, vt & Abacuc per capillum capitis ſui, tranſportatus eſt in longiſſimam regionem ad Danielem, Daniel 14.

Item falſum quod ait non poſſe dæmonem ſe transformare in aliquam deam Hecatem vel Dianam. nam liquet illum ſe poſſe transfigurare in angelum lucis, 1. ad Corinthios 9. multò magis in illam vel aliam corpoream Dianam.

Contrarium etiam ſacris literis, quod aſſerit; infidelem & pagano deteriorem qui credit fieri poſſe aliquam creaturam, aut in melius mutari, aut in deterius, aut transformari in aliam ſpeciem, aut in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta ſunt. Huius enim contrarium legitur quantum ad aliam ſpeciem, expreſsè in c. 7. & 8. Exod. vbi habetur, magos Pharaonis conuertiſſe virgas ſuas in ſerpentes; aquas etiam in ſanguinem verum, veráſque ranas: non deluſoriè, vt ibidem notat diuus Auguſtinus, & diuus Thomas, Magiſter ſententiarum, & alij Theologi. adferuntur & à dicto Spineo aliæ ſolutiones ad dictum cano. epiſcopi. præſupoſito quòd illud conſilium fuerit generale, quas perſequitur à cap. 21. vſque ad 28. nos etiam de eo egimus aliàs lib. 34, ſyntag. c. 20. ver. num. 7. & ſeq.

17 Reſpondetur autem ad 2. contrariam rationem quòd famelicæ redeant ex illo cœtu maleficæ, vt per illuſionem videantur ſatiatæ non verè, id eſt, interdum fieri ita poſſe, ſed non ſemper: famelicas verò & defeſſas ſe inuenire ex alia cauſa; vel ob longam choream & tripudium, vel ob citiſſimam relationem vel tranſlationem, ob quam & laborant vertigine, vel quia vapulant à dæmone ſæpe, vt parum obedientes ad eius nutum. Quod autem inductum erat



erat ex legenda ſancti Germani, pluribus rationibus firmare potius quàm repugnare docetur. quia verè cibos hoſpes parauerat, quod dæmones apparuerant; quod poterat fieri quòd dæmones in ſtrigum figura remanſiſſent in eorum domibus, vt demerent opinionem hominibus quòd verè transferrentur, & perſuaderent fieri per illuſionem quæ dicerent, & ita non punirentur &c.

18 Ad 3. & reſpondet, id fieri poſſe ex potentia dæmonum, vt antea in probationibus docuit contrariæ ſententię.

Ad 5. exempla ex vnguentis & tranſlatione non ſecuta ſumptos, reſpondet: per ſe vnguenta id non efficere, ſed dæmonis vim ex eo ſymbolo operari. item aliquando ſubtrahere dæmones hanc efficaciam ab illa vnctione, quando volunt inducere eos qui volunt in perniciem ſacrilegarum ſortilegarum experiri, ad credendum nihil aliud illud eſſe quàm illuſionem, & ideo non puniendas. Item quòd potuit tunc illud contingere ex vnctione illa in exemplis non fuiſſe delatas vel tranſlatas vnctas, quia non erat tunc hora conueniens delationi ad curſum vel cœtum. *Sicut, enim* inquit, c. 30. *ex ſtrigum confeſſione cognouimus, antequam ſe inungant audiant nocte ſonitum multiplicem præeuntis dominæ illius, cum multitudine tripudiantium, & non niſi tunc inungere ſe conſueuerunt, vt illam delatæ per aera ſequantur, vſque dum veniant omnes ad locum determinatum pro voluntate dominæ curſus.*

Item tempore illo quo actuali iudicio ſubduntur inquiſitoris, neque alicui nocere præualent, aut etiam de carceribus fugere, vel aliter quolibet auxilio diaboli liberari, aut aliò deferri.

19 Ad 6. docet c. 32. præſtigiis dæmonum fieri poſſe, vt appareant in alia figura ſtriges; vt catorum, & aliorum animantium; vt de muliere conuerſa vt videbatur in equam legitur in vita ſancti Macharij, qui ab ea præſtigium amouit de iuuene mercatore, qui in aſini figuram à maga conuerſus videbatur: vt & in aſino Apuleij; de Circe peſſima maga quæ conuertit ſocios Vlyſſis in beſtias: de ſociis Diomedis conuerſis in aues, & de aliis ludificationibus dæmonum.

20 Quod autem dicunt de calamita lapidę, nempe quòd aiunt domum propriam reuertentes accipere quandam calamitam de ſubliminari oſtij domus ſuæ, quam calamitam ipſæ ad hoc dum abeunt in curſum, relinquunt vt in reuerſione eam accipientes ſtatim in propriam figuram (vt ſibi videtur) redeant fœminarum à forma qua ſibi ipſis videbantur cati. Reſpondet in c. fin. hoc non eſſe ex virtute calamitæ, ſed ex pacto habito cum diabolo ſuper calamita exſecrata à dæmone, qui ea accepta ſtatim deſinit earum phantaſiam perturbare; cuius perturbatione ſibi videbantur cati. & hoc modo dicuntur ad proprium ſenſum reduci. Dantur & exempla maleficarum ſub forma catæ vulneratarũ; & rationes quod dæmon, ictus in ea forma ſuſceptos, transferat in ipſas maleficas, ratione pacti inter ſe initi; quemadmodum quomodo in cereis,

imaginibúſque nomine aliquorum & figura factis & punctis, tranſeant læſiones in eos qui repræſentantur, & in libro mallei maleficarum fratrum Iacobi Sprenger & Henrici inſtitoris parte 2. quæſtio. 1. c. 9.

21 Maleficæ inſtrumenta ſunt dæmonis, quibus vtitur vt ingerat opprobrium & contumeliam quantum in ſe eſt, creatori, iam de ſua ſalute deſperans, & certo ſciens quòd breui in carcerem perpetuum mittendus ſit, ſuppliciis incomprehenſibilibus coercendus & torquendus, ſine vlla ſpe in ſempiternum conſequendi veniam. Ideo interim cùm videat ſe deiectum & ſuperatum à fide Chriſti, omnibus artibus, dolis & impietatibus ſatagit ſibi diuinitatem aſſerere, & cupit adorari, & omnino Chriſtianam fidem conſpurcari qua torquetur & ſuperatur. Nam & conſtat maleficas non poſſe ſpurcitias ſuas in eccleſia ob efficaciam cuſtodiæ Angelicæ perpetrare. Aſſerunt enim & illæ, nunquam ſe habere pacem, niſi tempore diuinorum, cùm præſentes ſunt in eccleſia. ideo ſe citius eam ingredi, tardius egredi: licet in eccleſia ceremonialia impiiſſima exerceant. veluti quòd tempore alienationis ſacroſanctę euchariſtiæ in terram ſpuāt, abutantur ſacramentis, vt imaginem ceream, ſub palla altaris ponentes. quando filium etiam per chriſma ſacrum trahunt, abutantur & quibuſcunque rebus conſecratis. Sanctioribus quoque abutuntur temporibus, & præcipuè circa aduentum Domini, & natalitia feſta, ſua maleficia exercere ſolent, vt Deus grauius offenſus, ſeruiēdi poteſtatem dæmoni permittat.

Quanta porro mala per has ſequantur, tot tantáve eáque quotidiana adferri poſſunt exempla, vt nō opus ſit tot ſcelerum facies depingere: quot enim veneficia, impietates per malos homines & hoſtès humanæ naturæ dæmonas inferri poſſunt, tot & per has maleficas inferri poſſe dubitandum non eſt. vnde nomen maleficarum & maleficorum obtinuiſſe conſtare diximus, ex l. nemo, de malef. & mathema.

Dona illarum, verba, tactus, habitus, aſpectus, ceterǫque actiones, inſtrumenta ſunt maleficiorum. Et vt ſerpentes, omnes eſcas in virus conuertunt, quantumuis bonas, ſic iſtis, nihil tam bonum eſt támve ſanctum, quod non in pernitiem conuertatur per contractus, conuentiones, & ſpurcitias dæmonum, vt & ipſa oua quæ corticem habent ſuppoſita inhumatis corporibus, maximè eiuſdem impietatis additis aliis ceremoniis, & execrationibus, ad epilepſiam comedentibus præparent, peiores in hoc Druydis magis, qui ouum ſerpentis non pernitioſum ſed auxiliarem, & ad gratiam obtinendam excantaſſe feruntur à Plinio, lib 39. c. 3.

22 Dæmonum porro ſcientia, atque virtute magicæ artes exercentur: quibus tamen non tam ſcientia quàm poteſtas à Deo data eſt, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandámque iuſtorum patientiam, vt explicat magiſter ſententiarum libro 2. diſtinctione 7 litera f. g. h. i. k. l.

5 Vtitur



Vtitur dæmon vt & maleficæ eius operatione, rebus interdum naturalibus, quæ applicatione mirabiles operantur ex natura & vi occulta nobis effectus, interdum non ex ſeipſis, ſed ex pacto, vel actione dæmonica, quæ his abutitur, vt refert Ælius Spartianus, in diadumeno Antonino, pueros quoſdam naſci pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt: ſiquidem cauſidici hoc iuuari creduntur.

*De maleficio & maleficis ſeu ſortiarijs aut lamijs.*

## CAPVT XXIX.

REFERT Conſtantius Cæſar[a], Chaldæos, Magos & cæteros impoſtores incantatores & veneficos, ob facinorum magnitudinem à vulgo dictos maleficos, nempe ab inſigni & deteſtabili maleficio ſeu ſcelere eadem appellatione mulieres & viri qui ſe dæmonum miniſteriis dedunt, & eorum iuſſu ope & circumuentione mala, neces, morbos & alia ſimilia pernitioſa inferunt, contineri palàm eſt.

*a in l. nemo aruſpicem, 5. & l. & ſi excepta, 7. de maleficis & mathematicis, lib. 9. Codicis Iuſtiniani titu. 18.*

Sunt malefici & maleficæ huiuſmodi, vt dictum antè, mancipia dæmonis, inſtrumenta nocendi, quibus abutitur, exiſtimans ſe in contumeliam Dei à cuius iuſtitia meritò opprimitur, & torquetur, & in pernitiem creaturarum eius, maximè hominum, poſſe nocere perdere & necare.

2 Captat autem huiuſmodi miſeras perſonas, & in ſuam tyrannidem traducit vt plerunque dæmon, aliquando ſumpta occaſione impatientiæ maleficarum vel maleficorum, quibus tædio damni forſan accepti, triſtibus vel odio vindicandíque iniuriæ illatæ incenſis, & modum quærentibus, vel paupertate nimia laborantibus aut ad luxuriam & venerem pronis ſe inſinuat, opem primò pollicetur, non detegens quis ſit in principio; poſtea cùm animum traduxerit, ſe paulatim qualis ſit ſe detegit, dehinc ante præſtationem polliciti obſequium ſibi fieri, reuerentiam, honorem, & tandem adorationem extorquet, profeſſionémque eius promiſſi priuatam aut publicam: priuata eſt, dum ei apparenti in forma hominis vel alia conſtituta, vt proprio dæmoni ſeu magiſtrulo ſe obſtringunt & deuouent. Solemnis & publica, quæ fit conuocatis in concionem maleficis ante quas nouitia recipitur, & dæmoni in viſibili hominis ſpecie exiſtenti: facit hominium corporis & animæ, & iuramentum dat de præſtanda fidelitate abnegata fide Chriſtiana: impietatis ſceleſtiſſimę eſt hæc ſeries, vt pacto præſtito die Dominica antequam aqua conſacretur, quæ benedicta aqua dicitur, diſcipulus vel diſcipula futura cum magiſtris coram magiſterculo (ſic enim vocant dæmonem) eccleſiam introeant, & ibi abneget coram illis Chriſtum, eiúſque fidem & baptiſma, & vniuerſalem eccleſiam: deinde homagium præſtet magiſterculo. dæmon verò futura bona ad nutum pollicetur. Hæc penè incredibilia, ſed ita ſe ha-

bere & comprobatum fuiſſe docet Iacobus Sprenger, libro 1. mallei maleficorum, parte 2. q. 1. c. 2.

3 Vt minus dubium ſit quod idem refert eadem quæſtione c. 16. maleficos ſagittarios in crucifixum mittere tela aut bombardas die ſacroſancto ſextæ feriæ paſſionis Dominicæ ſeu veneris: cum pacto dæmoniaco: vt quoties crucifixum attigerint, toties ineuitabili nece poſſint aliquem ſuffigere deferente telum dæmone, atque ibi refert exempla.

4 Sunt iſta imitationes impiæ, impiiſſimarum artium. arbor enim mala malos fructus facit: ſunt & antiquæ impietatis dæmonum artes, qui ex aliquo ſpecioſo numinis & rerum naturalium apparatu, ſua venena oblinierunt, in quibus vt ait Plin. lib. 30. c. 1. in fine, monſtra hominem occidere religioſiſſimum erat; mandi verò ſaluberrimum, & vt c. 2. magicis cœnis initiabantur, id enim dęmonis crudelitas expoſcit artem, promittentis quę tamen per ſe nulla, irrita, inanis habens tantum quaſdam veritatis vmbras, alioquin quæ veneficas non magicas habeat artes, vt eodem idem ait.

5 In maleficiis tria concurrunt, dæmon, maleficium ſeu maleficus, & diuina permiſſio[a]. Malefici & maleficæ fidem catholicā abnegant, in parte vel in toto, ſe in corpore & anima dæmoni deuouent, vt & infantes nondum baptizatos quoque exſecrantur eidem dæmoni: quod maleficæ obſtetrices maximè agunt quæ nocent fidei Chriſtianæ: quia dum ſuſcipiunt pueros natos, extra cameram exeūtes quaſi aliud acturæ, offerunt dæmonibus, & per pactum expreſſum vel tacitum cum dæmone initū, operantur, cum incubis & ſuccubis dæmonibus, ſpurcitiis miſcentur.

a ca. ſi per ſortiarias, 23. q. 1.

6 Septem modis maleficos generaliter nocere poſſe tradit Iohannes Nider [b]: ad amorem, ad odium, vim generatiuam impediendo, faciendo membrum aliquod ægrotare, vita priuando, vſum rationis adimendo. Et quidam infantes vorant, abortus procurant. Putant & ſub limine oſtij lacertam poſitam, animalium & hominū impedire fœturam, & ſublata reſtitui: idipſum & ſublatis pulueribus in quos cōuertitur, coquunt & quędam deuorántq; pueros, hincque vnguentum faciunt maleficiis & tranſuectionibus accomodum, cum quibuſdam ceremoniis.

b lib. 5. formicarij, ſeu de maleficijs c. 3.

7 Inueniuntur & maleficę ſpeciei triplicis; quædam ſunt quæ ſanant & lædunt, quædam quę lędunt & ſanare non poſſunt. quędam quę ſanare videntur. Contendunt autem detegi num ex maleficio morbus acceſſerit, fuſo plumbo liquefacto in aquam in ſcutella inſidente ſuper infirmum, ſi in eo aliqua imago cōdenſata appareat, vt ait Sprenger 1. parte mallei, q. 18.

*De iudicijs ſortilegarum, & maleficorum.*

## CAPVT XXX.

AD vſum iā reuocatū eſt, vt proprius iudex maleficorū & maleficarū, ſit ſecularis, nō eccleſiaſticus aut inquiſitor hereticę prauitatis,

uitatis.



uitatis, qui ſe immiſcere non debent cognitionibus ſortilegiorum aut diuinationum, niſi hæreſim ſaperent manifeſtè, iuxta conſtitutionem Alexandri 4.[a]

a In c. accuſatus, §. ſanè, de hæreticis in ſex.

2 Cautiones plures in iudiciis criminum horum, adferuntur obſeruandæ diligenter. Illud vel primum: vt dum maleficæ capiuntur, ſtatim perquirantur omnes arcæ & anguli domus accuratè, num inueniantur inſtrumenta malefica, pyxides, vnguenta, pulueres, neque permitti debent ingredi domum ne taciturnitatis maleficia capiant.

3 Cautè & cum teſtibus agendum, dum vocantur in ius teſtimonij dicendi in maleficas cauſa, nec incutiendus eis timor, vel terror talionis ſi non probauerint, propter occultum crimen. neque etiam temere eis credendum in tanto crimine, vbi agitur de capitis diſcrimine. teſtes tamen ſingulares ſi deponant de maleficio magna faciunt indicia, cum fama, ſed non plenam probationem. Et maleficus contra maleficum in defectum probationum non pro eo teſtari poteſt. minæ malæficarum præcedentes ad maleficium ſunt iudicia ſufficientia.

4 Cautiones quoque iudices ſibi adhibere debent. Quamuis enim vbi maleficæ iuſtitiæ cognitioni addictæ ſtatim maleficiorum vim emittant: tamen antequam inter reas retulerint eas iudices, admonentur à Iacobo Sprēger, & fratre Henrico inſtitore inquiſitoribus maleficorum & hæreticorum in malleo maleficarum parte 3. quæſtione 15. Ne patiantur ſe ab illis tangi ſuper nudam iuncturam manuum & brachiorum, & vt deferant ſal exorciſatum in dominica die palmarum, & herbas benedictas, cum cera benedicta in collo: quia hæc proficiunt, ferunt & viſu faſcinare eos iudices ſi priores aliis aduenientes conſpexerint, vt mitiores ſint, & eas abſoluant, & ideo producendas dicunt maleficas ante iudices, tergo aduerſas.

5 Maleficæ interrogatæ, prima fronte eáque perfricta negant, & talia quæ obiiciuntur poſſe fieri. Sed nihilominus tortura & quęſtione ſi indicia, aut probationes adſint, expoſitæ coguntur verum fateri. Cauendum tamen ne maleficiis taciturnitatis ad quæſtionem admouendę ſe præmuniant. Ea autem idem Sprenger parte 3. qu. 14. & 15. tradit compoſita eſſe ex membris pueri non baptizati, incinerati & in puluerem redacti, inſtigatione dæmonum quæ vel pilis abſcondunt, & ideo radendi ante turbam vndequaque pili. Sed & refert ceræ benedictæ guttulam in calicem aquæ benedictæ immiſſam cum inuocatione ſanctiſſimæ trinitatis, ſi aqua ter ieiuno ſtomacho miniſtretur, maleficiū taciturnitatis abigere. Atque intra miſſarum ſolemnia tortas maleficas indictis orationibus, populo, admirādo Dei auxilio cogi ſecreta detegere. Addit & q. 16. Secūdo, inquit, & ea quæ ſupra tacta ſunt, de ſale, & aliis reb. benedictis, ad eadē proſunt ſi cum ſeptem verbis quæ Chriſtus protulit in cruce, in ſcedula cōſcriptis, in ſimul colligatis collo eius alligētur, ſi lōgitudo Chriſti ſuper nudū corpus & extra benedicta circūcingatur. ſiquidē lōgitudo ipſa cōmodè haberi pōt experientiáque docuit miro modo his rebus

ipſas moleſtari, víxque retinere præcipuè reliquias ſanctorum, &c. feriarum etiam ſextarum tempore, faciliùs per aduentum Chriſti compulſæ confitentur. Sic & Sabathô, & feſtis beatiſſimæ virginis Mariæ tortos maleficos, crimina confiteri plerunque ſcribit Ioannes Nider in 5. libro formicarij c.7. Signum maleficarum eſt etiam in tortura, quod non lacrymantur verè obſtinatæ.

Aliud quando ea quæ ſeorſum dicuntur remotis teſtibus, & nulli poſtea declarata, ipſæ ſciunt. fieri enim non poteſt, ſine miniſterio dæmonis cui ſe dicarunt, & ex cuius ope diuinationibus vetitis inſiſtũt, vt aliter nouerint. Audiui à iudicibus maleficarum, hoc argumẽtum ab illis probatum, vt malæficæ nudæ manibus cum pedibus ligatæ ſi proiiciantur in aquam, non poſſint in profundum demergi, ſed ab aqua ſtatim ſubleuentur.

9 Pœnæ variæ pro diuerſitate maleficiorum à nobis explicatæ fuerunt lib.34. ſyntag. lex Dei ſtatuit, non ſolùm maleficas vitandas ſed etiã necandas, Deut.c.18. & 20. 1. reg.28. & alibi, *Non patieris maleficos ſuper terram*, Deut.c.22. cum ſimilib. in quibus illæ magicæ artes prohibentur iure diuino. Vt & iure etiam gentium, apud Platonẽ 11. de legib. Caſſiod. lib.9. varia. c.18. Arrianum in iudiciis, Herodian. in 4. Dionem li.52. Corn. Tacitum li.2. Suet. in Tiberio c.32. Columellã li. de re ruſtica c.8. vide & alia plura quæ nos hac de re proponimus lib.34. ſyntag. iur. c.14. & 15.

7 In foro pœnitentiali, ſi notoriæ ſunt màleficæ, eſt illis deneganda euchariſtia, ſi occultæ, pœnitentia apponẽda quadraginta dierum. can. pro dilectione, de conſecr. di.2. Si clerici malefici inueniantur, debent deponi, & in monaſterium detrudi: ſi laici excommunicari, ca. non oportet, 26. q.5. & per totam q.5. multæ aliæ pœnæ ponuntur. Sunt & malefici infames, nec poſſunt accuſare niſi ſocios. ca. quiſquis nec. 2. qu.5.

8 Iure ciuili, capitalis pœna imponitur l. nemo, l. nullus, l. multi, de malefic. mathema. preterquam iis qui humanis remedia adhibẽt corporibus, aut à ſatis ac vineis auerterent imbres, lapidationes, vẽtos, fulmina l.4. eo. ti. Leo tamen imperator nouella cõſtitutione 65. de incantatoribus, ſtatuit, vt ſi quis aliquo modo vſus eſſet, deprehenderetur incantationibus, ſiue reſtituendæ, aut cõſeruãdę valetudinis, ſiue auertendæ calamitatis cauſa feciſſet, apoſtatarũ ſubiens pœnam ſupremum ſupplicium ſuſtineret, dicens ex malis incantationibus credere ſe nihil boni poſſe emanare.

Damnati ſunt ab Antonino Caracalla, qui remedia tertianis quartaníſque febribus, collo annexa geſtarent, vt ait Ælius Spartianus in Antonino Caracalla.

Tiberius Cæſar etſi Thraſillo aſtrologo peritiſſimo quotidie vteretur, ac ſingulis diebus vaticinia acciperet, tamen accuratè re conſiderata cùm aliquando per ſomnium iuſſus eſſet cuidam argentum dare, hominem interemit, quòd intelligebat ſibi per magicam artem dæmonem immiſſum fuiſſe, reliquóſque omnes aſtrologos, magos, aut qui alio auxilio diuinationes exercerent,



cerent, exteros, necauit: ciues, qui prius edictum Auguſti neglexerãt, extorres fecit niſi deſtitiſſent. Dio Caſſius lib.53. hiſtoriæ. Auguſtus quippe Octauianus antè, anno ab vrbe condita 764. vatibus interdixerat, ne abſentibus arbitris, vel coram aliis, de morte prædicerent, de quo ipſe pro ſe tamen nihil eſſet ſolicitus, adeò vt publicè ſtellarum conſtitutionem ſub qua in lucem editus erat propoſuerit, vt refert idem Dion lib.56.

9 Refert Monſtreletus, lib.2. anno Domini 1440. Dominum de Raiz, in Amorica ſeu Britannia nunc, equitum præfectum ſeu *Mareſchalcum* Galliæ, magicis & ſortilegiis ſe dediſſe, vt per eam viam ad ſummos honores perueniret: eámque ob cauſam necaſſe plures pueros, vt eorum ſanguinem ad maleficia vteretur, quorũ reus peractus conuictus, per Britanniæ ducem igni addictus, combuſtus Nancti fuit.

10 In caſtris Auguſti Conſtantij, per ſimulationem tuendæ maieſtatis imperatoriæ, multa & nefanda perpetrabantur. Nam, ſi quis ſuper occentu ſoricis, vel occurſu muſtellę vel ſimilis ſigni gratia, cõſuluiſſet quemque peritum: aut ciuile incantamentum ad leniendum adhibuiſſet dolorẽ, quod medicinæ quoque admittit authoritas, reus vnde non poterat opinari delatus, raptúſque in iudicium pœnaliter interibat. Ammian. Marcellinus lib.16. hiſtoriæ.

*De remediis aduerſus maleficia & maleficas & maleficos.*

## CAP. XXXI.

VARIA quamuis & plura iam libro 34. ſyntagmatis noſtri c.22. remedia ex obſeruatione bonorum authorum aduerſus maleficia diuina & humana attulerimus, tamẽ alia quædam etiam nunc breuiter recenſebo, quæ in aliis occurrerunt libris aut diſputata aut relata. Prima illa quęſtio mouetur in Malleo maleficarum fratris Iacobi Sprenger, parte 2. q.2. An liceat maleficiis maleficia tollere vel per illicita. Sũt enim quædam maleficæ, quæ lęſos curant & maleficiatos, vel à ſe vel ab aliis: quædam quæ non poſſunt curare: maleficium nanque aliquando ita perpetuum eſt, vt nulla ope humana ſed beneficio ſingulari Dei curari poſſit, vt aiunt DD. Thomas & Bonauentura in 4. ſententia diſtinct. 34. & Scotus ad d. 34. diſtinct. agens de frigidis & maleficiatis, ait fatuitatem aſſerere, quòd etiam per varia & ſuperſtitioſa non debeant maleficia tolli, neque in hoc eſſe infidelitatem aliquam, quia deſtruens non aſſentit operibus dæmonum, ſed credit eos poſſe & velle fatigare dum durat tale ſignum, & ſic deſtructio ſigni imponet finem vexationi, imò ait eſſe meritorum opera diaboli delere. Hoſtienſis quoque[a] ad medicos relegat cognitionem horum impedimentorum, & ſatis tolerare poſſe eccleſiam, retundere vana vanis. Vbertinus etiam ad d. 34. diſtinct. li.4. ſentent. ait, poſſe ma-

a *Ad c. liberis § mulierem, de frigi. & malef.*

leficia aut perorationes, aut per artem per quam facta ſunt, deſtrui.

In contrariam ſententiam videntur inclinare in di. diſtinct. 340. Thomas Bonauentura, Petrus Albertus & cõmuniter omnes Theologi, dicentes quòd per aliquid aliud quàm per licitos exorciſmos, vel per veram pœnitentiam, vel remedium naturale tolli non debeat maleficium, vt in ca. ſi per ſortiarias, leges vero ciuiles permittunt maleficiis maleficia tollere, l. eorum C. de malefic. & mathematic.

Media ſententia probabiliorum videtur, cum diſtinctione, vt maleficium, per aliud maleficium, à malefico illatum tolli non debeat: nam hoc fit virtute alicuius dæmonis. Sic nec licet tollere maleficia per non maleficium etiam, ſi ita per honeſtam perſonam etiam tollatur, ſic tamen quod ſuperſtitioſis remediis maleficium, quod vni perſonæ aufertur, alteri infertur. nam & hoc illicitum. Si tamen quis vtatur vanis & non illicitis, non eſt prohibitum.

2 Inter vana remedia quæ omnino non ſunt inutilia, nec reprobata ſi non fiant à maleficis referuntur aliqua.

Vt ſunt quædam mulieres quæ ſigno notant maleficas, quarum miniſterio vaccæ vbertate lactis priuatæ ſunt: vrceúmque lactis ſuper ignem appendunt, & certis verbis ſuperſtitioſis inſiſtendo, vrceum cum baculo percutiant, & ſic diabolus omnia verbera dicitur in deorſum maleficæ deferre per quæ ſic dæmon cum malefica fatigatur. Vanum id dum modò ſine inuocatione dæmonis fiat: nam tunc impium eſſet. Aliud exemplum, dum quidam vaccas huiuſmodi læſas ad paſcua emittere volunt & explorare etiam ipſam maleficam nituntur, & braccham viri, vel aliud immundum ſuper caput aut dorſum vaccæ ponentes, hócque potius feſtiuis & ſacratioribus diebus, vaccam cum bacculo fortaſſis iterum ſub tali vt ſupra expreſſione percutiendo, expellunt, & tunc vacca ad domum maleficæ recto tramite properat, & cornua in eius hoſtium vibrat, cum magno eiulatu continuè pulſando, & hæc vtique diabolus in vacca operatur tandiu, quod per alia maleficia ſedatur. Et hæc remedia prædicti doctores, reuera putant tolleranda, ſed non meritoria, & ideo imponendam & pœnitentiam vtentibus.

3 Sicut & aliud quando quidam volentes explorare, num iumẽtũ quod interierit, ex maleficio mortuum fuerit, vel naturali modo: ad locum vbi cadauera beſtiarum excoriantur ſe conferunt, & inteſtina cadaueris ſuper terram trahendo, ad domum deferunt, non autem intrò domum per oſtium ſuper, ſed ſub limine domus ad coquum trahunt: & igne facto ſuper cratem inteſtina ponunt, & tunc vt ex relatu, inquit Sprenger, talia practicata ſæpiſſimè informati ſumus, ſicut inteſtina caleſiunt & ardent, ita inteſtina maleficæ calore & ardoribus crucientur, vnde aduertunt illi exploratores vt oſtium domus optimè ſit obſtruſum, eo quòd malefica præ doloribus cupiet carbonem de igne auferre: nam tunc omnis cruciatus effugaretur. Relatum denique ſæpe nouimus: vbi maleficæ introitum habere non poterant, ex tunc denſiſſimis te-

nebris



nebris domum intus vallaſſe cum commotione horribili & ſtrepitu, vt ex ruina domus, omnes interire proximè putarent, niſi oſtium aperiretur.

4 Refertur & aliud experimentum ad detegendas maleficas. Nam certi volentes ex multitudine mulierum in eccleſia exiſtentium experiri maleficas, quæ etiam ſine eorum conſenſu eccleſiam diuinis peractis exire non valeant, tali experimento inſiſtunt. Nam die Dominica, ſotularia iuuenum, axungia ſeu pinguedine porci vt moris eſt perungunt, & ſic vbi eccleſiam intrant, tandiu exire maleficæ non poterunt eccleſiam, quoad vſque exploratores aut exeant aut illis licentiam vt ſuprà, exeundi concedant.

Simile etiam inquit, fit per certa verba quæ annotare non expedit, ne quis per diabolum ſeducatur, aut quempiam temere calumnietur.

5 Detegere dicunt etiamnum per maleficia ſint morbi immiſſi, plumbum liquefactum ſupra membrum affectum illud tenendo in cocleari ferreo, & infundendo in ſcutellam aqua plenam. tunc enim vt ferunt, ſi maleficium ſit, diuerſarum rerũ ſpecies & imagiunculæ formantur, & tunc puncta aliqua in parte imaginis facta dicunt plagam inferri malefico vel maleficæ in ſimili loco, dicúntque rationem eſſe naturalem, quòd ſeptem ſunt metalla quæ ex natura ſeptem planetarum participant: Saturnum autem dominari plumbo, & eius eſſe proprietatem, vt ſi plumbum ſuper maleficium aliquod fuſum fuerit, per ſuum influxum beneficium demonſtret.

6 In partibus Sueuiæ, inquit Sprenger, parte 2. c. 7. practicatur plurimum quod prima die Maij ante ortum ſolis, mulieres villanæ exeunt, & ex ſyluis vel arboribus referunt ramos de ſalicibus, aut alios frondes ad modum circuli plectentes, & in introitu ſtabuli ſuſpendunt aſſerentes, quòd per integrum annum iumenta cuncta illæſa à maleficis remanent & præſeruantur, ſic iis qui vana vanis confundi poſſe putant, non eſſet hoc remedium illicitum: verùm vt ſine offenſione procedatur, dicit, non eſſe reprehenſibile, ſi quis non habens reſpectum ad ſolis occaſum vel ortum colligit herbas, vel frondes aut ramos, cum oratione Dominica, aut ſymbolo fidei, & ſuſpendit illa ſuper oſtium ſtabuli bona fide, committens effectum cuſtodiæ diuinæ voluntati.

Sic & probari poſſunt qui intra vineas aut ſegetes ſignum crucis, frondes aut flores benedictos, in die palmarum continent, erigunt & aſſerunt, quod vndique frugibus per grandines læſis, ſegetes in eorum campis illæſæ remanſerunt.

Item & probatur, dum pro conſeruatione lactis, ne eo vaccæ per maleficia priuentur, id quod colligitur, die ſabbathi pauperibus gratis in nomine Dei quidam diſtribuunt, diuinæ prouidentiæ pro ſuo bene placito cuſtodiæ effectum relinquentes.

7 Rurſum Nider in formicario, tradit impediri maleficia eccleſiaſticis rebus exorciſatis contra dæmones, aquæ benedictæ aſperſione, ſalis conſecrati ſumptione, vſu candelarum

in die purificationis beatæ Mariæ, vt & palmarum conſecratarum vſu.

Remedium item non mutare vel commodato dare, vel donare ſuſpectis de maleficio: nã ſolẽt maleficę modicũ lactis, vel butiri coagulati petere ex illo iumẽto vel animali quod volunt ſuis impiis artibus maleficiare. At in remediũ etiam, quædam mulieres, ex ſuſpectæ maleficæ domo, ſolent viciſſim modicum butyri habere, & ex illo tres bolos faciunt, & ſub ſanctiſſimæ trinitatis inuocatione patris & filij & ſpiritusſancti, in vaſculum iniiciunt, & ſic omne maleficium fugatur, quod eſſet irreprehẽſibile, ſi ſub eadem inuocatione orationem Dominicam adiungendo etiam, ſi de proprio butyro fieret ſiue de alieno: ſi propriũ non haberet tria illa fruſta immitteret, effectum diuinæ voluntati committẽdo, vel ſi aſperſio fieret aquæ benedictæ, vel ſalis exorciſati cum oratione Dominica.

9 Non erit etiam reprobandum inquirere maleficia ſub liminibus oſtij, ſtabuli, præſepis, vel vbi adaquantur iumenta: nam in his locis ſæpe inſtrumẽta maleficij ſæpe ſe occultaſſe, maleficæ inſtinctu dæmonis confeſſæ ſunt. vnde quæ ibi inueniuntur amouenda ſunt, quamuis ſæpe vel ridicula inueniantur, vt mus, ſerpens, puluis, lapis, lignum, in quibus dæmon operatur.

10 Receptum & contra grandines remedium, accipere tres lapides ex grandine & in ignem iniicere cum inuocatione, & in nomine ſanctiſſimæ trinitatis, cum oratione dominica & angelica ſalutatione bis aut ter dicta, & Euangelio in principio erat verbum, cum ſigno crucis, vndique contra tẽpeſtatem ante & retro & ex omni parte terræ ſubillato, replicando ter, & verbum caro factum eſt, & ter poſtea per euangelica dicta fugiat tempeſtas iſta ſubitò; ſi quidem ſi tempeſtas fuerit ex maleficio procurata, ceſſabit. Sprenger parte 2. Flagelli q.2.c.7.

Refert & ibi per alia verba adiurari poſſe tempeſtates maleficas, vt faſſæ ſunt ipſe maleficæ. Adiuro vos grandines & ventos per quinque vulnera Chriſti, & per tres clauos qui eius manus & pedes perforarũt, per quatuor ſanctos Euangeliſtas, Matthæum, Marcum, Lucam, & D. Iohannem: vt in aquam reſoluti die noſtra deſcendatis.

11 Fatẽtur multæ maleficæ, vt aiunt Nider & Sprenger, quinque eſſe quibus maleficia impediuntur multùm, aliquando in toto, aliquando in parte, aliquando ne in perſonam hominis fiant, aliquando ne in ſuis amicis.

1 Fides integra: ſeu ſeruare Dei mandata.
2 Se ſigno crucis & orationibus munire.
3 Ritus & ceremonias Eccleſiæ colere.
4 Publicam iuſtitiam benè exequi.
5 Verbo & mente Chriſti paſſionem ruminare.

Hinc & campanæ Eccleſiæ pulſantur, vt populus in tempeſtatibus Deum orent.

Sacramentum quoque alicubi corporis Domini, in ſupplemento defertur.

Aduerſus



12 Aduerſus maleficia minutorum animalium, quæ populantur ſata, arbores, & plantas, remedium excommunicationis inuẽtum eſt, imò & contra animalia proceſſus, vocatio in ius, accuſatio, defenſio & iudicium factum, de quibus fuſè diſputat per plures columnas Bartholomæus Chaſſanæus, conſilio 1. per quinque capita: quanquam videatur alicubi in ſuis conſiliis repugnare doctor Nauarrus, fitque maledictio in eas creaturas nocentes, non reſpectu animalium tantum, ſed per modum concluſionis quæ referri debet ad Diabolum, qui vt nobis noceat, vtitur irrationabilibus creaturis, vt ait Diuus Thomas c.2. q.90. Sic maledixit Deus ſerpenti c. voluiſſent, §. denique de pœniten. diſt.1. ca. ſexto die, §. vt ſciamus 35. di. Geneſ.3. propter eius calliditatem, in quantum calliditate & dolo dæmonis agebatur. ita calliditas & deceptio referenda eſt ad dæmonem. Innuit illud & Deus Lucæ 10. ego dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentem, & ſuper ſcorpionem, & ſuper omnem poteſtatem inimici, & nihil vobis nocebit. Hinc legitur DD. Simonem & Iudam, adiuraſſe dracones, & eis præcepiſſe abire in deſertum.

Maledictæ & punitæ quoque corporaliter creaturæ propter immanitatem delicti per eas commiſſi, Leuitic. ca. 18. & 20. ca. mulier. 15. quæſt.1.

Vt maledixit Deus ficulneæ non ferenti fructum, & exaruit. Marc. c.11. ca. cùm ego in ſingulis 24. qu.3. terræ c.3. Geneſeos c. cum ſancti viri, §. item ſcriptura, 24. quæſt.4. & aliis creaturis Leuitic.26. Deutero.27.

Frequẽtes fuiſſe latas ſentẽtias maledictionis anathematizationis erucarum, limacium, murium, & aliorum animalium turmatim nocentium, ab officiali Heduenſi, Lugdunenſi, Matiſconenſi, & proceſſum, refert prædictus Chaſſ. conſil.1. in 5. parte num.123.

13 Eſſet improbandum remedium, vt per maleficos, vel maleficas alias, maleficij cura procuraretur: illud enim remedium perinde ac illatio morbi dæmonem habet operatorem. Similes enim ſunt dæmones latronibus, vt ait Tacianus Aſſyrius oratione contra Græcos: ſi quidem vt illi viuos aliquos capere ſolent, deinde pacta mercede familiaribus eos reſtituere, ſic qui à magis & ſortilegis, vel à gentilibus exiſtimantur dij, quorumdam hominum morbis ſe inſinuantes, deinde per ſocium in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire iubent, & in conſpectu omnium poſtquam deſideratis rebus ſe expleuerint, ab ægris auolant, & morbum ſuo dolo productum obliterantes priſtinæ valetudini hominem reddunt.

Vtitur dæmon aliquando ſortilegis ad lædendos, & ad decipiendos credulos, non ſecus quàm auceps, qui vt tendere aliis auibus inſidias queat, alias eiuſdem generis aues, obretia & laqueos occultè illigat, vt quę ſolutæ ſunt, illarum vocibus citatæ ad pabulum conuictúmque deſcendentes, irretiantur.

13 Remedia naturalia quædam adhibentur contra maleficia ſine tamen ſuperſtitione, vel pacto expreſſo, vel tacito dæmonis, quod prohibẽtur per verba quæ referuntur Eſaiæ 28. ibi, *Percuſſimus fœdus*

*cum morte,& cum inferno fecimus pactum*, expellitur porro naturalibus dæmon rebus,non directè,quia non eſt credendum dæmonem corporalibus virtutibus ſubiacere ſecundum D.Thomam,in 4.ſentent. diſtinct.7.artic.fin.nec eſt poteſtas quæ ei ſuper terram comparetur. Iob cap.41. Sed per indirectum adhibitis remediis læſis, vel obſeſſis.

Extat apud Tobiam c.6.verſ.9. quomodo particula cordis piſcis dæmones pellebat, ſi ſuper carbones ponebatur, cuiuſcunque ſexus fumo,vt vltra non accederent.Saul,pulſante cithara Dauide, lenius ſe habebat,& recedebat ab eo ſpiritus malus,1.reg.c.16.

Et dæmonum ſuſtinenti, vicere petras,& herbas habere ſine incãtatione,probat D.Hieron.c.fin.26.qu.7.

14 Cauendum tamen vbi adiungũtur characteres,imagines,ſiue à cæleſtibus influxibus, ſiue ab aliis impoſturis fucum accipiãt,quæ ex naturali cauſa non poſſunt operari,& niſi cũ aliquo pacto dæmonis expreſſo,vel tacito.nam res quæ non habent naturam efficiẽdi id ad quod adhibentur,ſunt quaſi ſigna & pacta tacita prohibita, vt ait D.Thom.in 2.q.96.artic.2.

15 Tradit Albertus Magnus ſuper Lucam c.9.& Nicol.Lyra.1.regum c.16.& ibidem Paulus Burgenſis, ſine ſuperſtitioſa appoſitione dæmonicis facta,& per ſenſibilia quædã, dæmoniacos poſſe releuari,imò & poſſe liberari. Sunt enim certæ res quæ habent à Deo certas proprietates quarum cauſa nobis occulta eſt, vt & contra dæmonas dicunt valere herbam dictam,fugam Dæmonum. Proclus etiã lib.de ſacrificio,nonnunquã,inquit, viſi ſunt dæmones leonina fronte,quibus cumg allus obiicer etur repentè diſparuerint.

Sulphuris & fœtidarum rerum incenſum, expellere dæmones perſuaſum eſt forſan,non tam natura earum rerum, quantum cogitatione pœnarum,quib.affligũtur,nempe in inferno ſtagno ſulphureo fœtidóve,cui addicti ſunt. confunduntur enim, dum vident ſibi propria & per quæ torquentur & magis torquendi ſunt,obiici.Vt enim mirabiliter cupidi ſunt honoris,vt volunt pro diis haberi,& ita facile miſeri thure &incẽſo boni odoris accedũt.Sic valde indignantur & recedunt, dum propriis fœtorib.repelluntur, quib.digni,non thure ſunt. Sic & aſphalto & ſulphure etiam dæmones ab ethnicis ſacrificulis expellebantur & ab illis expiationes fiebant, vt apud Ouidium de Medea,

*Terque ſenem flamma,ter aqua,ter ſulphure luſtrat.*
&alibi,
*Adueniat quæ luſtret anus lectúmq;ue locúmque*
*Deferat,& tremula ſulphure & oua manu.*

16 Experientia quoque probatum dicitur, quòd ſi argentũ viuum calamo plumæ includatur cera,vel intra putamina auellanæ maius,obturato cera foramine:& ponatur ſub puluino faſcinati,vel ſub limine domus eius,aut cameræ tolli faſcinum & maleficium,aut ligaturam,eiúſque rei indiciũ apparere, quòd argentum viuũ quaſi coagulatum,inuenitur luridum,ſeu nigrum.

17 Ray-



17 Raymundus Lullus li.2.de quinta eſſentia,in quæſtione,quomodo fieri poſſit quod dæmones per medicinas poſſint à corporibus eiici, cùm non habeant corpora in quibus poſſint recipere impreſſiones medicinarum,& omnis potentia, circa obiectum operetur,reſpondet 1.quia omni cauſa remota remoueatur eius effectus:& dæmones plerunque ad corpora iunguntur humana,vel maleficia in illis operantur propter malam diſpoſitionis humoris corrupti, aut infecti,aut melancholici,qui malas figuras,nigras & terribiles horribileſque format in phantaſia,& intellectum conturbat.Dæmones autem has formas conſueuerunt accipere, & habitare in locis obſcuris, ſolitariis & opacis. Quare dum per virtutem vel quintæ eſſentiæ vel aliarum rerum, talis humor peccans à corpore expellitur, qui & cauſa videtur ex qua dæmones in eo corpore tam pernitioſa operantur, tunc dæmones ſimul cum humore euaneſcunt.

Poteſt & Deus per exteriora remedia, ad iuſtitiæ ſuæ manifeſtationem facere vt dæmones patiãtur, ſicut per actionem ignis inferni torquentur animæ & dæmones, quanuis illorum ſubſtantia non ſit ex quatuor elementis compoſita.

18 Pro remedio etiam contra maleficia eſt, herba quæ dicitur hypericon ſeu perforata, ideo & dicta fuga dæmonum, fumigatio quippe ſeminis eius, fugat omnem dæmonem appropinquantem corpori vel domui,cùm adeſt potiſſimum Dei inuocatio.

19 Irridentis etiam dicta vel facta, offendunt dæmonem qui maleficium facit vel obſedit corpora vt fœtida amara incenſa & huiuſmodi iniuriæ, quia illa ſunt ſigna & afflictiuorum ingerunt memoriam quibus vexantur dæmones,& durius poſt iudicium vexandi ſunt.

20 Neſcio planè an numerem inter naturalia an ſupernaturalia remedia, verbera, quibus maleficæ affectæ ſoluere maleficia illata ſæpiſſime coguntur.id tamẽ veriſſimum eſt, remedium eſſe præſentiſſimum, potiſſimùm vt ipſę faſſæ ſunt,ſi verberentur trunco vitis. Nam cùm dicant aliorum ictus non ſentire, tamen fatentur illo ligno affligi, imò & reſti facta ex palmitibus inuolutis in modum laquei collo iniecta, maximè compelli: putarem ego id ex myſterio vini & vineæ dilectæ Deo, ex cuius vino quotidie ſacramentum ſacro ſancti ſanguinis Domini conficitur,cuius memoria torquet impiiſſimum dæmonem in certamine crucis proſtratum.

Fuit & ſententia Pſelli de dæmonibus, dæmones quanuis ſpirituales, tamen impuros craſſitiem quandam adipiſci, ex qua per voluntatem Dei ictibus patiuntur affecti.Quo fit vt aliquando ſortilegæ quæ ſibi videntur transformatæ in catos & alia animalia, in ea forma vulneratæ,inueniantur verè in proprio corpore vulneratæ & interdum enecatæ, transferente dæmone ictus in ipſas, ſic incubis aduenientibus pectines ferrei quibus carminatur linum & canales locis quibus aduenire ſolent ſubiiciuntur, ſpinæ, enſes iacula opponuntur.

Maximus Tyrius ſermone 27. dæmonem quidem dicit nudũ animũ,corpore depoſito,in immortaliũ ordine,ſed in ordine patibulũ.

quomodo autem & quatenus explicauimus iam lib. de Angelis c. 3. tomo 4. commentariorum in ſyntaxes artis mirabilis.

21 Memini cuiuſdam hiſtoriæ relatæ per Paulum Diaconum li. 6. de geſtis Langobar. c. 3. quæ & abſciſionem illam mirabilem probant. Chunibertus enim rex Langobardorum, ſecreto in palatio cum ſtratore ſuo determinauit de nece Aldonis & Granſonis. cùm autem conſultaret, apparuit muſca in feneſtra quam cultello quod tenebat occidere volens, non potuit, ſed pedem tantum abſcidit. Cùm verò Aldo & Granſo in palatium regis venirent decreti necis inſcij, apparuit quidam claudus obuius altero pede ligneo, iubens vt ſecederent, eo quòd de illorum nece determinatum fuiſſet à rege: cui credentes, in baſilicam ſe receperunt in aſylum ſancti Romani martyris. Quod nunciatum Chuniberto, cùm tamen ſtrator à ſe non diſceſſiſſet, interrogauit per nuncium cur fugiſſent, & poſtea quis conſilium de nece aperuiſſet, & audiens factum fuiſſe à claudo illo obuio, intellexit eum eſſe malum dæmonem, qui ſpecie muſcæ eo conſultantibus adfuit & pedem ei abſcidit.

*De exorciſmis & incantationibus morborum & maleficiorum.*

## CAP. XXXII.

INfœlicis Malleoli tractatu de exorciſmis, approbatur vulgares incantationes ſeu exorciſmi ad curanda animalia, vulnera & alia ſimilia, dummodo quiſpiam his non ſit contra fidem catholicam immixtum, diſputat & ab initio & probat, carmen ruſtici cuiuſdam quo vtebatur ſuper vaccam contritam. Si ſancta Maria virgo peperit Chriſtum re vera, liberetur hoc animal hac paſſione, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen.

2 Et explicatur ibi dictionem ſi, non eſſe dubitãdi, ſed pro quia accipi, vt in verſu, *Si Deus eſt animus, nobis vt carmina ferunt*, pro quia: vt Ezechielis ſi iudicas eos, pro *quia iudicas*. & Pſalmo 57. *ſi verè vtique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate*, id eſt quia.

Et reſoluitur curam non eſſe contemnendam animalium quæ à Deo in vſum hominum, & ad neceſſitatem & iuuamen data ſunt: nam & Deus illis prouidere dicitur, vt & pullis coruorum inuocantibus eum. [a] admonet & Deus etiam in ſabbatho curam ſalutis iumenti habendam, diui Lucę c. 14. item alibi, *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex eis non cadet in terram ſine patre veſtro?* [b] Conſeruauit & ſpecies in arca Noe animalium. [c] & Pſal. 144. *aperis tu manum tuam Domine, & imples omne animal benedictione.* Item Pſ. 35. *homines & iumenta ſaluabis Domine.* Nec dubitauit pietatis affectione motus D. Hieronymus, euellere ſpinam de pede leonis ad habitationem ſuam venientis, & facta cruce benedictionis, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI leonem ſanauit. Sanctus Eulogius pedem equi confractum, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI reſtaurauit: hinc etiam nunc habetur cuſtos equorum.

a D. Matthæi c. 12.
b Matthæi c. 10.
c Geneſ. 7.

Sanctus



Sanctus Germanus epiſcopus, in curia regis Britanniæ aſinum ſuum mortuum reſuſcitauit.

Beatus Ægidius ceruam à venatoribus inſequutam, defendit, & vulnus ſagittæ ſub benedictione facta, ſanauit.

Benedictionibus vti ſuper animalia non magis alienũ à fide quàm maledictionibus quibus vſus & Deus contra ſerpentem, Geneſ. 3.

Lauſanenſis epiſcopus contra ſanguiſugas damna piſcibus inferentes exorciſmi dictamina de ſacris ſcripturis collecta dictari fecit, & per certa interſtitia publicari multipliciter profecit.

Proceſſum & iudicialiter & ſententia excommunicationis contra vermes radices, ſegetum edentes & locuſtas in dioceſi Curienſi & Conſtantienſi.

Benedicimus carnes crudas vt proficiant ad ſalutem mẽtis & corporis, non minus viuentes beſtias, & legimus conuenire ad ſanctum Blaſium vt illius benedictione ſaluarentur à crudelioribus beſtiis.

Caſtrantes aſinos & porcos, inuocant magnũ ſanctum Antonium, vt ſuo præſidio præſtet illis animalibus ſalutis auxilium.

3 Multò magis non reprobandi, qui carmine curant vulnera hominum, aut aliqua eorum membra, & dolores, quia apoſtolus iubet omnia in Chriſti nomine facere.

Nec ideo ſuperſtitioſæ & reprobæ iudicandæ ſunt curationes, quòd rithmis à quibuſdam adhibitis ritibus fiant: non minus quàm hymni quidam eccleſiaſtici: ideo minus non probatur quid rythmis conſtant, vt *conditor almæ ſyderum &c.* nec illuminatio cæci ideo reprobatur quòd Chriſtus liniuerit eius oculos luto: aut minus curatio probanda Elizęi propter varios ritus & geſtus extenſionis adhibitos &c. 4. Regum 4.

4 Fides magnam vim habet in inuocatione Dei ad ſanitatem impetrandum, & ad mirabilia efficienda, iuxta Dei & Domini noſtri IESV CHRISTI virtutem & promiſſionem. Marci c. 14. *Signa eos qui crediderint hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt &c.* Atque diuus Petrus Æneam ſanauit dicens, *Sanet te Dominus noſter* IESVS CHRISTVS, *ſurge ſterne lectũ tuum*, Actorum 9. Et Chriſtus c. 17. Marci 17. *Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem tanquam granum ſinapi, & dixeritis monti huic, tranſi hinc, tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.*

Dixerunt & 72. diſcipuli Domino, Lucæ 10. Domine etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo. Et rurſum, non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo nos oporteat ſaluos fieri.

5 Refert Magiſter [a] Salomonẽ excogitaſſę coniurationes, quib. ægritudines ſolebãt mitigari, & alias quoque quibus dęmones eiicerentur, & alias quibus obſtricti non redirent. & characteres qui inſcribebantur gemmis, quæ poſitæ in naribus arreptitij cum radice Salomoni monſtrata, ſtatim à dæmonibus liberabat.

6 Cauendum autem eſt, ne nomen Dei in vanum accipiatur, neque enim inſontem id eſt innocentem habebit Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Dei fruſtra [b].

a in hiſtoria 3. Reg. 4. c.
b Exod. c. 10. & ca. neceſſe 22. q. 4.

TTT j

Si tamen res in dubio ſit, in meliorem partem erit explicanda: & ſi boni ſunt fines, bona opera ſunt iudicanda quandiu de contrario non liquet, & intentio etiam præpollet & indicat actum.

7 Diuus Thomas 2.2.q.93. Incantationis licitæ cõditionem eſſe ait. Primùm vt verba non contineant inuocationem dæmonis expreſſam vel tacitam.

Item videndum 2. ne contineant nomina incognita; quia ſuſpecta de ſuperſtitione ea ſunt.

3. Ne materia verborum aliquid falſitatis contineat, vt dicere beata virgo Iordanem tranſiuit, Stephanus ei obuiauit aut ſimilia.

4. Ne vana ibi ſint, vt characteres, excepto ſigno crucis.

5. Ne ſpes ponatur in modo ſcribendi & legendi ligatum.

6. Vt in verbis, tantum reſpectus habeatur ad virtutem diuinam à qua ſperatur effectus, & ad ſacras reliquias ſecundario vt à Deo principaliter.

7. Vt committatur effectus voluntati diuinæ, de quo & D. Thomas in 1. ſecundæ in materia de gratia, diſtinct. 15. adde 8. ne ad oſtentationem, ſed ex neceſſitate & vtilitate fiant. non enim myſteriis fidei & miraculis, vt modum hiſtrionum vtendum eſt: ſed ad laudem & gloriam nominis Dei, & vtilitatem publicam maximè, & interdum priuatam. qui enim faciunt aliter, ſæpe Dei iuſto iudicio reprobantur & intereunt, vt incantatores ſerpentium, qui ſæpe ab his interimuntur. abuſus diuinorum in malis, prouocat iram Dei in eos qui abutuntur, non minus quàm in Baltaſarem vindicta fiunt manifeſta, quòd vaſis ſacris in conuiuio profano abuti voluit[a], & ſpiritus maligni irruerunt in exorcizantes in nomine Pauli[b].

a Daniel. c.5.
b Actor. c.19.

Item & Elias iuſſit ignẽ de cœlo deſcendere & conſummare legatos qui eum vocabant in auxilium, dicentes, homo Dei rex præcepit vt deſcendas[c]. Et Dominus adductus Herodi qui ſperabat ſignum aliquod ab eo fieri, volens illo abuti tanquam hiſtrione, nihil ei reſpondit etiam interrogatus[d].

c 4. Reg. c.1.
d D. Lucæ ca. 23. verſ. 8. & 9.

8 Efficaciſſimi ſunt exorciſmi qui à perſonis quæ habent ab eccleſia poteſtatem fiunt, ordine accepto: & maximè ſi ſe ad ipſum diſponant, ſi confiteantur peccata ſua, ſi reuerenter exequantur, & orationes & exorciſmos aliáque ſolemnia eccleſiæ adhibeant quę ad hanc rem ſapienter & ordinatè conſtituta ſunt, & relata cùm cautionibus per fratrem Hieronymum Mengum, ordinis minorum, in lib. dicto flagellum dæmonum ſeu exorciſmi efficaciſſimi & remedia probatiſſima ad malignos ſpiritus expellendos, eorúmque facturas & maleficia effuganda, extat pro energumenis ſeu à dæmone obſeſſis exorciſmus & oratio apoſtolorum, apud Clementem Roma. li. 8. cõſtitutio apoſtolic. c.8. Et iſti propriè exorciſare maleficia poſſunt, qui habent authoritatem & ordinem eccleſiaſticum. Poſſunt nihilominus & aliæ bonæ & deuotæ perſonæ laicorũ, vt ait D. Thomas in 4. ſententia. diſt, 23. item & mulieres adhibitis orationibus eccleſiæ, euangeliorum, oratione Dominica, ſalutatione angelica, ſymbolo fidei & ſimilib. vt docet Sprẽger lib. mallei. malef. parte 2. q.2. c.6.

8 Aduerſus omnia maleficia diuina maxima ope & benedictione,

quædam



dam generaliter proponuntur vt aqua benedicta aſperſa in nomine ſanctiſſimæ trinitatis, & cum oratione dominica ad ſalutationẽ hominum & iumentorum, quia vim eam in benedictione accepit.

Cereum benedictum incenſum in loco.

Herbas conſecratas adiungere in fumigatione loci occultè.

Sal benedictum accipere in ore.

Miſſam audire & euangelium in principio erat verbum.

Plurimum & ſunt præſeruatiua locorũ hominum & iumentorum verba tituli triũphalis ſaluatoris noſtri: dũ ſcilicet per quatuor partes loci in modum crucis inſcribuntur.

Nazarenus
IESVS ✝ rex
Iudæorum.

Vel etiam iungendo nomen virginis Mariæ aut euangeliſtarum, aut verba diui Ioannis *Verbum caro factum eſt.*

9 Angeli etiam ſancti cooperantur ad defenſionem, excitant ad bonum interius ad bona nos mouent, quorum monita acceptare nobis liberum eſt: vt mali Angeli ad mala nos alliciunt permittente Deo.

Sunt & Angeli exterius motores orbium, virtutes cœlorum dicti, qui & per voluntatem Dei nos poſſunt influentiis bonis donare, & à malis præſeruare.

Sunt & proprij Angeli cuſtodes.

Quemadmodum enim ſunt Angeli mali, qui incendunt ad libidinem: ſunt etiam boni qui defendunt, & qui Dei voluntate conferũt caſtitatem, vt legimus de ſancto Egnitio ab Angelo Dei ad eius preces caſtitatem petentes, in ſomniis eunuchato apud Greg. lib. dialogorum. Idipſum & Elia abbate apud Heraclidem in lib. qui paradiſus de ſancto Sereno, apud Caſſianum in collationibus patrum, collatione Sereni abbatis prima.

10 Pelluntur & dæmones incubi, & ſuccubi, per confeſſionẽ obſeſſorum, per ſacramenta, Angelicã ſalutationem, per verbum benedicite, loci mutatione, excommunicatione eccleſiaſtica, exorciſmis eccleſiaſticis, vt percurrit Sprenger in malleo maleficarum parte 2. q.2. c.1. & 2. c. ſi per ſortiarias 33 q.8.

11 Morbus nõ exorciſatur, ſed ipſe homo morbo affectus, & maleficiatus, ſicut in puero non exorcizatur infectio formicis, ſed puer infectus. Item ſicut puer prius exorcizatur, & poſt diabolus adiuratur vt recedat, ita maleficiatus prius exorcizatur, & poſtea diabolo & eius facturę imperatur vt recedat. forma exorciſandi perſonas ponitur apud eundem Sprengerum parte 2. q.2. c.6.

12 Suſpenſio etiam fit euangelij ſecundum Ioannem *In principio erat verbum*, & alligatur ad collum infirmi ſcriptum.

13 Norunt magi fidem Chriſtianam, & Chriſtianos pios, & in Deum ſperantes, verè illis valde aduerſari. quod vel exemplum relatum à Nicephoro Calixto[a], confirmauit Licinius quippe Valerianus ſucceſſor Galli in imperio. primis quidem temporib. fuit pius in Chriſtianos quos & maximo fauore in ſua curia proſequebatur. Sed magorum poſtea Ægyptiorum princeps impoſturas & præſtigias docens magicas, ei perſuaſit vt non ſolùm ſanctos viros

a Lib. 6. hiſt. 10.

domo eiiceret & quàm longiſſimè repelleret, ſed ferro quoque tolleret, vt qui eorum artibus incantationibúſque illorum obſtarent & reſiſterent, quod & fecit & cœpit grauiter Chriſtianos perſequi.

Sic Iulianus imperator, primùm pietatem Chriſtianam ſequutus, ariolorum conſuetudine abiecit, vt idem Nicephorus ait [a].

a *Lib.12.c.1.*

b *Lib.in proœmio lib.de exhortatione ad martyrium.*

Et Cyprianus [b], *Aduerſarius*, inquit, *vetus eſt hoſtis, cum quo prælium gerimus, ſex millia annorum plenè complentur, ex quo hominem diabolus impugnat, ſed ſi quis dominica præcepta cuſtodiens, & firmiter Chriſto adhærens contra cum ſteterit, vincatur neceſſe eſt, quia Chriſtus quem confitetur inuictus eſt.*

c *Oratione cõtra gen te.*

Tatianus etiam Aſſyrius [c], *Aliquãdo videntur dæmones etiam ab iſtis qui animo reguntur non ſpiritu: cùm ipſi ſponte conſpectui ſe offerunt, vt aliquid eſſe exiſtimentur, vel vt noceant hominibus, vtpote inimici amicitiam ſimulantes, ex ingenij malignitate, vel vt ſui ſimilibus conferendi in ſe cultus occaſionem præbeant: & enim ſi poſſent & cœlum ipſum cum reliquis omnib. à Deo conditis, detraherent & ſubuerterent: nunc cùm id efficere nequeant, inferiorem ſaltem & ſibi ſimilem materiam impugnãt. Hos vincere qui velit, materiam repudiet, armatus cum thorace cœleſtis ſpiritus, quicquid ſuum eſt ſeruare poterat.*

14 Collegi aliquando, aliquot remedia ſeu verborũ cantationes, in quibus nihil mali mihi quod animaduertere potuerim, vel illi à quibus exſcripſi, vel audiui ineſſe viſum eſt, quæ referre ea lege non pigebit, vt ſiquis putet ea conducere, in virtute Domini noſtri IESV CHRISTI ſine ſuperſtitione vtatur, abſque ambitione, & cum fide, ſalute & conſeruatione rerum, & perſonarum, & ad deſtructionem operum dæmonis quæ eſt meritoria.

*Ad vulnera curanda Germanicè.*

*Chriſtus vuard geborn, Chriſtus vuard verlorn*
*Chriſtus vuard gefunden, der geſenet die ſe numden.*
*In namen deſz vuatters*, &c.

Latinè Chriſtus eſt natus, Chriſtus eſt perditus, Chriſtus eſt inuentus, & ille benedicat hoc vulnus in nomine patris & filii & Spiritus ſancti. Quæ excantantio fuit aliquando dicta à quodam fratre Vuernobo Auguſtinenſi ſuperſtitioſa & improbanda inter prædicãdum, ſuum tamen errorem poſtea reuocauit in aula epiſcopi Spirenſis, anno 1405. ſexta Februarij. Sunt & plures qui hac benedictione vſi ſe iuuatos dixerunt. refert fœlix Malleolus in 1. tractatu de exorciſmis, vbi & duos ſequentes exorciſmos ponit & probat.

*Benedictio vel exorciſmus ad vaccam in gutture quadam paſſione contritam ex Malleolo.*

15 *Ob das ſen daſz Mariagd, oder Iung frauw. E in Kind* IESVM *gebahr ſo tomme dieſem Thier das blatt ab in Namen deſz vatters*, &c.

id eſt,

Si (pro quia) ſancta Maria peperit Chriſtum re vera, liberetur in fide eius hoc animal hac paſſione, in nomine patris, &c.

*Contrà peſtilentiam.*

16 Portatum hoc nomen valere ſcriptum teſtatur idẽ Malleolus *anani-*



*ananiſapta* vel aliis *ananeſob*: quod ſi legas inuerſè erit Germanicè *Boſnana* quod dicitur *abigens malum*.

Contra ſerpentes, colubros, aſpides, viperas, natrices, nepes, ſtelliones, dipſas, angues, cæculos, lacertas, buffones, exuuias, aut quorumcumque vermium venenoſorum genera, ſi his habitatio domus ruralis occupata vel contaminata fuerit. ſic excantatio ſequens prodeſt vt expertum ſæpe tradit fœlix Malleolus 2. tractatu de exorciſmis circa finem, ſi ruſticus vel alius bona fide ſic dicat.

*Ich beſchvvère euch VVurm ben den Allmachtzgen Gott, dak euch dieſe Statt oder hauſz als vnmahr ſene, als vnmahr Gott iſt der Mann, der ein falſch Vrtheil ſpricht, vnd ein rechtes tan, im Namen deſz vuaters &c.*

id eſt,

Ego adiuro vos vermes (ſeu ſerpentes vel ſtelliones &c.) per omnipotentem Deum, vt ille locus ſit vobis tam deteſtabilis, prout Deo eſt vir ille qui falſam ſententiam tulit & iuſtam nouit in nomine patris &c.

Et verba inquit Malleolus ſimiliter, mutatis mutandis dicta proficiunt, dummodo equum aut mulam ſeu alia animalia lumbrici & vermes in viſceribus corrodunt prout fide digni nobis patenter retulerunt & experienter probauerunt.

*Ad eadem ex eodem Malleolo.*

18 Vbi proceſſum contra vermes & alia nocentia animalia expediuit, & ſententiam Malleolus ſubiungit cum aqua benedicta & proceſſione procedendum ad maledictionem animalium, & benedictionem aquarum vel camporum, vt ſequitur.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.

*Oremus.*

Preces noſtras quæſumus clementer exaudi, vt qui iuſtè pro peccatis noſtris hanc vermium ſeu murium perſequutionem patimur, pro tui nominis gloria ab ea miſericorditer liberemur, vt procul à tua potentia expulſi, nulli noceant, & hos campos vel vineas vel aquas in tranquillitate & quiete dimittant, quatenus ex eis ſurgentia & orta, tuæ maieſtati deſeruiant, & noſtræ neceſſitati ſubueniãt, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Item ſubiungatur mox alia & ſequens collecta. Omnipotens & ſempiterne Deus omnium remunerator, & peccatorum maximus miſerator, in cuius nomine omne genu flectitur, cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorum, tua potentia nobis peccatoribus omnipotens cõcede, vt quod de tua miſericordia confiſi agimus, per tuam gratiam efficacem conſequatur effectum, quatenus hos peſtiferos vermes vel mures, per nos ſeruos tuos maledicẽdos, maledicas: ſegregandos ſegreges: exterminandos, extermines: vt per tuam clementiam ab hac peſte liberati, gratiarum actiones maieſtati tuæ referamus, per Chri-

ſtum Dominũ noſtrum. Item mox ſubiungatur exorciſmus talis, vt ſequitur. Exorciſo vos peſtiferos vermes ſeu mures, per Deũ patrem omnipotentem, & IESVM CHRISTVM filium eius, & ſpiritum ſanctum ab vtroque procedentem vt confeſtim recedatis ab his aquis, campis, ſeu vineis &c. Nec amplius in eis habitetis, ſed ad ea loca trãſeatis, in quibus nemini nocere poſſitis, pro parte omnipotentis Dei & totius curiæ cæleſtis & eccleſiæ ſanctæ Dei vos maledicens: quod quocunque ieritis ſeriò maledicti, deficientes de die in diem vos ipſos & decreſcẽtes, quatenus reliquiæ de vobis nullo loco inueniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem & vſum humanum: quod pręſtare dignetur qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Item ſequitur oratio ſuper aquas.

Domine IESV CHRISTE, qui Iordanis flumen benedixiſti, & in eodem baptizatus aquas mundaſti & purificaſti, vt elementum ſalubre efficerentur in remiſſionem peccatorum; has aquas quoque benedicere & ſanctificare & mundare digneris, vt nihil in eis noxium, nil peſtilens vel inficiens, nil corrumpens remaneat, ſed omnia pura & munda in eis efficiantur: quatenus quæ ad vſum humanum ex eis creata ſunt, cum ſalute noſtra & gloria tua aſſumamus per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Et prædicta ad verbum tranſcripta ex dicto Malleolo. Tractat & hoc ipſum argumentũ anathematizationis animalium nocentium pluribus rationibus in vtranque partem deductis, Bartholomæus Chaſſaneus lib. conſiliorum conſilio 1, in parte 5. eius conſilij.

*De prophetis veris: & de vatibus & diuinis.*

## CAPVT XXXIII.

TRANSEAMVS nunc à miraculis ad prophetias, & pauca indicemus quæ religionis cauſam in his habent; & poſtea de abuſu eius in vaticiniis & diuinationibus agemus.

Propheta dicitur, qui futura à ſe prius intellecta prænunciat. προφήτης Græcis videns antiquis dictus[a]. Hoc nomen dæmonum cultores, vt pleraque alia veræ religionis, ſibi vſurparunt etiam, vt prophetæ Baal & aliorum idolorum dicantur. & Feſtus de verborum ſignificatione, *Prophetas*, inquit, *in Adraſto Iulius nominat antiſtites fanorum, oraculorúmq; interpretes*. Et aliquando etiã in ſacra pagina, prophetæ, non tantùm prædicẽtes futura, aut ſacri vates, ſed & interpretes diuinorum eloquiorum dici vel modicè in ſacris literis tinctis & verſatis, conſtat[b]. quanquam etiam & pro iis qui occulta declarãt accipiantur iidem & vates, quaſi fates à fando: & diuinus à genitiuo Διὸς nominis Ζεύς, Iupiter: quaſi à Deo pendens: & vt diuinus adiectiuum quod ad Deum pertinet dicitur, ſic & ſubſtantiuũ diuinus קסם *koſem* θεοπρόπος, qui ex Deo ſe reſpondere profitetur. Vt & D. Chryſoſtomus[c] ad illa verba, *Nubibus mandauit ne pluant*, in eam, ſcilicet vineam imbrem. *Nubes*, inquit, *hoc loco quidam interpretantur prophetas, quippe qui excepta ex ſupernis pluuia oraculorum, eam quæ ſibi dicitur doctrinam, in populum tranſmittunt*.

a 1. Reg. c. 1.

b vt 1. Corinth. c. 12.

c in c. 5. Eſaiæ tomo 1.



Propheta Dei loquitur quod Deus ponit ei in ore. 3. reg. 22. non præmeditatè, vt & teſtatur Balaam ad Balac[a].

3 Permiſit imò ſæpe voluit & iuſſit Deus verus, multa prædici per idolorum ſacrificulos, & per oracula illorum, veriſſima, non ſecus quàm per aſinam Balaam annunciari eius voluit voluntatem[b]. Et per elementa cœli, iræ ſuæ & voluntatis prædictionem, & per noſtra, oſtenta, cometas, & alia huiuſmodi prodigia, quæ non niſi ex Dei permiſſione immitti poſſunt, & ad probationem bonorũ, quibus interdixit Deus ne falſos prophetas ſequerentur, ſed necarent[c], quales occidit Elias[d].

a Num. 24.

b Num. 24.

c Deut. c. 18 & 13.

d 3. reg. 18.

4 Sed intereſt, inter veros & Dei veri proprios prophetas, & ethnicorum vates atque diuinos. Quod vates gentiliũ quíve reſponſa canebant, multa quidem dicebant: eorum autẽ quæ dicebant, nihil ſciebant: ſed non ita facit ſanctus ſpiritus: ſed permittit vt cor cognoſcat quæ dicuntur, vt annotauit D. Chryſoſt.[e] Aliam & conſtituit differentiam Hermas diſcipulus D. Pauli[e]. Inter Spiritum Dei propheticum & ſpiritum falſum. Quod Spiritus Dei, de ſurſum eſt, quietus, humilis, ſine nequitia, & ſine deſiderio vano huius ſeculi, homine omni ſe facit humiliorem, non ſemper omnibus, nec de ſingulis loquitur interrogatus, ſed cùm Deus vult. Spiritus autem terreſtris & fatuus & homo qui eum habet, vult primã cathedram, improbus verbis ſuis, in deliciis, in voluptatibus multis, & mercedẽ accepit diuinationis. Quo pertinet quod dicitur Deut. c. 18. ver. pen. & fi. *Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere verbum quod Dominus nõ eſt locutus: hoc habebis ſignum, quod propheta ille (falſus) prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non eſt locutus, ſed per timorem animi ſui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum*. Ad queſtum etiam diuinos & falſos prophetas prędicere, docet Micheas c. 3. ibíque de vltione eorum, & de contrario more verarum prophetarum Dei.

e Ad pſal. 44. tom. 1.

e Li. 2. qui dicitur Paſtor, c. vel mãdato 12.

5 Prophetia eſt donum Dei[f], quod ſingulari beneficio, plurib. ex antiquis patribus datum ex ſacra pagina non ambigitur, & quibuſdam etiam poſt legem Chriſti acceptum & optandũ dicitur[g]. Idque in fauorem horum quos diligit. Quia non facit Dominus verbũ niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas[h]. eligit Deus quos vult, ſiue illorum etiam quos loqui facit præcedentibus meritis, per quos iubeat verba ſua, vel prædici, vel eloqui, implendo mentem & os illorum. Sícque ait ad Hieremiam[i], *Priuſquam te formarem in vtero noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gẽtibus dedi te: noli dicere quia puer ego ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis, & vniuerſa quæcunque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ſum, & eruam te, dicit Dominus.*

f Ad Rom. c. 13

g 1. ad Corint. c. 14.

h Amos c. 3. v. 7.

i c. 1. verſ. 5.

6 Neque propheta de ſua ſalute ſecurus eſſe debet, ex eo quòd Dei verbũ recenſeat, cõcionetur, prædicet, & proponat, imo maiori peccato ingratitudinis plectẽdũ nouerit, ſi tantũ ſibi beneficiũ conceſſum & honorem, per bona opera non committetur, vt propheta ille ad Ieroboam à Deo miſſus, à leone necatus fuit Dei permiſſione & voluntate, quòd mandata eius non ſeruaſſet, & contra præceptum

a 3. *Regum, c. 13.* manducaſſet in loco prohibito[a]. Et Chriſtus[b] proteſtatur ſe nõ co-
b *Matthæi c. 7.* gnituros in die iudicij poſtremi, eos qui malè vixerint etiam dicen-
tes, *Nonne in nomine tuo prophetauimus &c.* Diuus etiam Paulus[c], *Si*
c 1. *ad Corinth. c. 13.* *habuero*, inquit, *omnem fidem, ita vt montes transferam: ſi omnem ſciētiam,*
*&c. charitatem autem non habuero, nihil ſum.*

Plures à Deo dona gratiæ & fidei acceperunt, qui tamen Domi-
d *Marci 9.* num non ſequebantur & perierunt, vt Iudas[d].

Interdum & Dei gratia datur alicui ad ædificationem & vtilita-
tem cæterorum cùm ipſe alienus à Deo ſit vt prophetauit Balaam à
e *Numero. 24.* fide & probitate vitæ prorſus alienus[e]. Talis Pharao extitit verum-
tamen & Deus ipſi oſtendit futura, Geneſ. 41. Nabuchodonoſor & i-
niquiſſimus fuit, ſed huic quoque quę in nouiſſimo futura ſunt, reue-
f *Daniel. c. 2.* lata ſunt[f]. Saul ſpiritu malo correptus, pulſante cytharam Dauide
prophetauit, & rurſus dum perueniſſet ad chorum prophetarum, e-
xuit quoque ſe veſtimentis & cum illis prophetauit[g]. Caiphas cùm
g 1. *Reg. c. 18. & c. 19.* eſſet pontifex, tamen impiiſſimus Simoniaca prophetauit, *Expedit*
h *D. Iohan. euangel. c. 18. verſ. 14.* *vnum hominem mori pro populo &c*[h].

7 Per prophetas reſpondebat Deus[i] in viſione apparens, vel
per ſomnium locutus ad eos, interdum os ad os loquens, palàm non
i 1. *Reg. 28.* per ænigmata & figuras, illis Dominum videntibus cuius generis e-
k *Num. c. 12.* rant prophetiæ Moſis[k].

Hic magnus propheta Moyſes, ſed maior & propheta & Deus fi-
lius Dei, ſacerdos & ſacrificium, & redemptor generis humani IE-
SVS CHRISTVS: quem Dominus Deus iuſſit audiri & recipi tãquam
l *Deuter. c. 18. verſ. 15.* ſeipſum[l]. *Prophetam*, inquit, *de gente tua & de fratribus tuis, ſicut me,*
*ſuſcitabit Dominus Deus tuus, ipſum audies &c*[m].

m *Actor. ca. 3. verſ. 22. & c. 7. ver. 37. D. Iohan. euang. c. 1. verſ. 45.* 8 Pertinet prophetæ munus & prophetiæ explicatio, ad futura
præſentia, & præterita. ſic Moſis prophetia eſt narratio de Adamo, dé-
que temporibus ante lapſis, vt & prophetia eius quod eſt occultum
inuentio, quam habuit Petrus Actor. c. 5. dum furtum Ananiæ & Sa-
phiræ detexit. Eſt autem magis propriè prophetia quæ futura præ-
dicit, eáque eſſe obuentura poſt multas generationes, vt prophetæ
prædixerunt de aduentu Chriſti.

Omnes prophetarum Dei prophetiæ habuerunt effectus certos
tempore definitos in Dei voluntate, ſed non ſemper apertè omni-
bus manifeſtatos, neque etiam ita clarè vt ab omnibus concipi poſ-
ſent. quamuis certa futura propheta habuerit. Ideo complures enũ-
ciatæ ſunt prophetiæ, quas oportuit cùm editæ fuerint obtegi, vt nõ
n *homilia in Pſalmum 117.* ipſi etiã libri abolerẽtur, vt notat D. Chryſoſto[n]. Mos & hic eſt pro-
phetis creberrimus, vt idem ait[o], vt dicant quæ ventura ſunt, aliis
o *in c. 2. Eſayæ tomo 1.* ſubiectis perſonis, & interim vtantur aliorum nominibus pro aliis.
Id quod in Canaam factum cernitur. Neque enim videmus illum
fratribus ſeruiuiſſe. Necverò ob id inefficax fuit aut intercidit patris
in illum maledictio, ſed exitum ſortita eſt in Gabaonitis, qui ex ge-
nere Chanaam prognati ſunt. etenim quod in ſerie illius execratio-
nis dicebatur, erat prophetia profeſſa. Rurſum & idem in cap.
1. Eſaiæ moris fuiſſe prophetis, non illa ſolùm prædicere quæ
paſſuri



paſſuri eſſent grauia delinquentes, ſed & quæ digni erant perpeti: vt
ipſo in tempore ſupplicij, multam gratiarum actionem noſſent re-
pendere Deo, quod non pro demerito delictorum luant pœnas, ſed
multo minores. Item in pſalmum 136. ait prophetas ſæpe multa lo-
qui, non tanquam ſua ipſorum, ſed tanquam aliorum affectiones nar-
rantes & in mediũ adferentes, vt dum dicunt, beatus qui allidet par-
uulos ſuos ad petram, &c.

Neque etiam futurorum enunciatio accipienda eſt verbo tenus,
cùm ea ſit interpres conceptûs, vt ait Ariſtoteles libro περὶ ἑρμηνείας, con-
ceptus autem rei ſimilitudo ſit: res autem quæ futura dicitur non-
dum ſit in ſeipſa, ſed inſpicienda ſit vt habet eſſe in cauſis, & nihil
contingentium tale in ſe habet, ſecundum quod Catharinus Politus a *Li. 1. de præ-*
tradit[a]. Loquuntur tamen prophetæ de nondum factis, vt de factis, *ſcientia Dei.*
quia mentis oculis videbant quę poſt multorum annorum curricu-
la erant futura.

Et ita prophetiæ, quæ futura certò erant, prædixerunt: non autem
futura facta ſunt, eo quòd prædicta erant. Cuius rei perpulchra
eſt diui Athanaſij conſideratio, dum ait in Sermone de paſſione
& cruce. Aliqui, inquit, Iudæos qui Chriſtum crucifixerunt excu-
ſare voluerunt, eóque quæ fecerint à prophetis facienda prædicta
ſint, & illos feciſſe vt adimplerentur ſcripturæ. Ideóque & cau-
ſam illis tribuunt, cur Iudæi non crediderint: aufer, inquiunt,
ſermonem prophetæ, & omnino futurum eſt, vt illi credant. Cæ-
terùm maximè huiuſmodi hallucinantur: nam id pro certo in ſum-
ma habere debet, prophetas non ſolùm legum eſſe magiſtros, vt
quæ præcipiunt fieri debeant, ſed rerum quoque futuros iudices eſ-
ſe. Si quidem non ideo quòd dicunt, illud fit: ſed quia illud futu-
rum eſt, ideo ab illis prædicitur. Nec fieri poteſt vt prophetæ
mentiantur, cùm verè videant. ſi enim res ſub conditione & in du-
bio hæſiſſent, non vtique pronunciaſſent prophetæ. Iudæi ergo ſua
voluntate inducti ſunt, vt ea facerent, neque ſancti per ſua verba
neceſſitatem addunt negotiis vt cogantur ita fieri, ſed cùm præui-
deant ſtudia eorum voluntatéſque qui talia acturi ſunt, rem vt eſt
futura, denunciant. Neque, vt aiunt, qui refragantur, tolle prophe-
tiæ verba & futurum eſt vt omnes Iudæi credant, ita quoque ego di-
xero, ſed in contrarium aufer acta Iudæorum, & prorſus nihil præ-
dicet Ieſaias. Sicuti oculus non poteſt videre ſine re oppoſita, ita
nec propheta quin facta præuideat. vt Chriſtus verè proſpexit quæ
in eius paſſione verè facturi erant ei, item & prophetæ. Hoc i-
pſum pluribus explicat Diuus Auguſtinus ſermone 101. de tem-
pore & ſermone 3. dominicæ paſſionis. Atque Hieremias per totos
threnos, Iudæorum exponit contumaciam, & pœnas illis obuentu-
ras ob Chriſtum crucifixum, & pſalmus 68. & 108.

9 Antiquiſſimum hoc donum Dei prophetiæ, quod homini-
bus datum eſt, vt nullum fuerit ab Adamo ſeculum, quod non
habuerit prophetam vel plures, cum ſacrificio & miniſtro. ſic b *Gen. 2. c. v.*
Adam ipſe primus homo & propheta[b], *Hoc eſt os de oſſibus meis*, &c. *23 prophetan*

*a Geneſ. 4. verſ. 23.* Prophetauit & poſtea Lamech [a].

*b Iudæ epiſt. c. vni. verſ. 14.* Henoch [b].

Noe [c].

*c Geneſ. 6. & 7. & 9.* Abraham [d].

Iſaac [e].

*d Geneſ. c. 15. & 20.* Ioſeph [f].

*e Geneſ. c. 27.* Iacob pater eius [g].

*f Geneſ. c. 40. & 41. g Geneſ. 49. h c. 21.* Circa illa tempora, & Vates & Prophetæ ferũtur etiam inter gentiles Balaam, & pater eius Iob, Eliphas Themanites, Baldad Suites, Sophar Naamathites, Elihu, Berachael Buzites, vt ſcribit liber Seder gnolam [h]. Gregorius tamẽ Niſſenus, libro de trinitate, & Baſilius epiſtola ad Euſtathium medicum, ex hoc catalogo excludunt Balaam, nam vatem fuiſſe Satanæ, non Dei exiſtimant, quare & Deum & *i Num. 22. 23. 24.* Dominum quem conſuluiſſe dicitur [i], diabolum intepretantur qui homonymè ſic appellatur.

10 Dicunt autem iidem authores, poſt datam legem à Deo per Moſem, ſpiritum Propheticum deſiiſſe afflare gentes, quod tamen non cõceditur, cũ & poſtea Sibillæ Ethnicę de Chriſto prophetarint.

Fuit & magnus Propheta Moyſes tempore legis.

De quo refertur in libro Hebręorum maiemonim 1. c. 7. & apud *k Hæreſi 78.* Epiphanium,[k] quod ex quo munus Prophetæ ſuſcepit, vxoris notitia abſtinuit, vt puriùs tam ſanctæ functioni vacaret.

Huius & tempore prophetarunt in deſerto ſeptuaginta viri, ex *l Num. 11. ver. 25.* quo ſuper eos deſcendit Spiritus Domini [l]. & nominantur inter illos Eldad & Medad, qui prophetabant in caſtris.

*m Exod. ca. 7.* Propheta Moyſi Aaron [m].

Feruntur & Prophetiſſæ eorum temporum & ſequentium ab Hebręis in libro Seder gnolam c. 20. & 21. Sara vxor Abrahæ.

Maria ſoror Moyſis.

*n Iudic 4.* Debora [n].

Anna, mater Samuelis Olda [o].

*o 2. paral. c. 34* Fuerunt iſtæ vt & aliæ, aliíque ad Prophetiæ donum extra ordi- *p Amos 1.* nem vocati, prout licuit Deo Sanctum Spiritum in illis ſuſcitare, vel immittere, vt & Amos è pecudum paſtu ſuſtulit Deus [p] & Eliſeum ex *q 3. regum 19.* agricultura [q].

11 Fuerunt & collegia Prophetarum ordinariorum à Samuelis *r Actorũ c. 3.* tempore, quem Hebręi propheticorum collegiorum fundatorem faciunt: vt & Diuus Petrus [r] à Samuele Prophetas nempe ordinarios deducit. Erant enim homines huic profeſſioni expreſſè ſe deuouentibus, vt precibus, contemplationi, ſcripturarum interpretationi, prædicationi, ſtudio cõmodius vacaren. ex quibus Deus aliquos interdum ſuſcitabat, qui rerum prædicendarum apud reges, populos & alios fungerentur, vocabantur, & parui Prophetæ & filij Prophetarum, qui apud Prophetas habitabant, vt notauit D. Chryſoſtomus in procœmio in Pſalmos, tomo 1. fuerúntque in repub. Hebręa aliquando reges ſacerdotes, & Prophetæ ſimul, vt habetur in Chronico Hebręorum, Seder gnolam Zutha.

Sic ſub Dauid Sacerdos Abiathar: Prophetæ, Nathan, Gad.

Sub



Sub Salomone rege, ſacerdos Sadoc, & Prophetæ Ionatas, Iddo, Achias, Silonites.

Sub Roboamo rege, ſacerdos Achinna: Prophetæ Sammaia Iddo.

Sub Abia reg. ſacer. Azaria, Propheta Iddo.

Sub Aza, reg. ſacerdos Ioram & Azarias filius Oded, Prophetæ verò Anani & Iehu filius Anani.

Sub Ioſaphat rege Iohas ſacerdos, Prophetæ verò, Iehu, Abdia, Michea, Iehiel, filius Zachariæ, Eleazar filius Dodiæ.

Sub Ioram reg. ſacerd. Ioarib, Propheta Elias.

Sub Ochozia rege ſacerd. Ioſaphat, Propheta Eliſeus.

Sub Athalia Regina & Ioha rege, ſacerdotes Ioiada, & Pedaia: Prõpheta Zacharias iuſſu Ioæ necatus.

Sub Amaſia rege ſacerdos Sedechias: Propheta Amos, Amaſiæ regis pater & Eſa iæ Prophetæ.

Sub Ozia rege, ſacerdos Iohel: Prophetæ Oſeas, Eſaias, Amos.

Sub Ioatham rege, ſacerdos etiam Ioatham dictus, Prophetę Eſaias, Oſeas, Amos, Ozias, Micheas Moraſtites.

Sub Achaz, Pontifex ſeu ſacerdos Vrias: Prophetæ, Eſaias, Ozeas, Amos, Micheas, Oded.

Sub Ezechia rege, pontifex Neria, Prophetæ Ozeas, Eſaias, Amos, Micheas.

Sub Manaſſe rege, ſacerdos Ozaias: Propheta Iohel, Naum, Abacuch.

Sub Amone rege, Sellum ſacerdos, & Propheta ipſe Sellum & Hozai.

Sub Soſia rege, ſacerdos Helchias, Prophetæ Sephonias, Hieremias, & Olda Prophetiſſa.

Sub Iechonia rege, idem ſacerdos, & Hieremias etiam Propheta.

Sub Ioachimo rege, ſacerdos Azarias, Prophetæ Hieremias, Vrias.

Sub Ieconia rege, pontifex Seraias, Propheta Hieremias in tranſmigratione 2.

Sub Sedechia rege, idem pontifex, Prophetæ verò Ioſadac frater Ezræ ſcribæ Hieremias & Ezechiel.

Sub anno 11. Sedechiæ tranſmigratio 3. quo tempore regnauit Nabuchodonoſor anno mundi 1338. vſque ad 37. annum exilij Iechoniæ.

Poſt Nabuchodonoſor regnauit Euilmerodach in Iſrael, qui eduxit de carcere Iechoniam, mortuus tamen poſt. Salatiel verò eius filius captus imperante Balthaſar tribus annis, cui ſucceſſit filius Zorobabel, dehinc Darius, & poſtea anno 52. ab excidio templi, id eſt anno 70. imperij Babylonici, imperauit Darius Medus, deſiitque imperiũ Chaldęorũ, poſt Cyrus: tũc primus reditus Hebręorũ, & aſcẽdit & Zorobabel Hieroſolymã, & exules cũ ipſo anno 1. regni Cyri

regis Perſarum:túncque fuit ſummus ſacerdos Ioſue filius Ioſedech; & Prophetæ, Aggæus, Zacharias, Ezras.

Poſt Cyrum ſuſcepit imperium Aſſuerus, aliis Xerxes, cum eo erat Aman impius inimicus Hebræorum.

12 Secundus verò reditus Hebræorum in patriam, fuit anno 18. imperij Medorum, anno 70. templi exciſi: quo tempore Ezras ſcriba & alij exules redierunt Hieroſolymam, & ibi Zorobabel mortuus ædificatis muris & ſanctuario, cui ſucceſſit Meſula filius. Quo tempore cœpit imperium Græcorum. Tunc mortuus Aggæus, Zacharias, Malachias, & ceſſauit Prophetia in Iſrael. Anno ab orbe 3404. quod & firmat Ioſephus contra Appionem. fuerunt, & his antè paulò temporibus, Daniel & alij diſperſi. defeciſſe etiam Prophetiam tempore Oziæ in Iſrael: tamen poſtea reſtitutam innuunt ſacri vates ſequente cauſa. Cùm rex Ozias voluiſſet ſibi officium ſacerdotis vſurpare, atque in templi adyta eius gratia ingredi, à ſacerdote ſummo repulſam paſſus non quieuit, ſed in adytum irrupit, quo facto Deus iratus lepram in fronte miſit,[a] & ex eo fuit non ſolùm ſacerdotio ſpoliatus, ſed etiam regno, tanquam leproſus ab aliis ſeparatus. Atque populus quod illatam ſacerdotio vim & iniuriam non vindicaſſet, pœnam ſenſit, priuatúſque de reſponſis Domini & Prophetis, donec Ozias mortuus fuiſſet, vnde Eſaias notanter ſuæ Prophetiæ tempus exprimens, ſignat mortem Oziæ dicens, c. 6. *factum eſt autem anno quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum*, &c. vt diuus Chryſoſtomus obſeruauit, explicans illud c. 6. tomo 1. homilia 4. de verbis illis, *vidi Dominum*.

a *4. reg. c. 15. & 2. paralipomenon c. 26.*

13 Poſt aduentum Filij Dei, quemadmodum alia dona humano generi diuina conceſſa ſunt, ſic & ſpiritus Prophetiæ, & Dominus noſter IESVS CHRISTVS in eccleſia quoſdam poſuit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, quoſdam doctores, &c.[b] & quidam fuerunt etiam Apoſtoli & Prophetæ, vt diuus Iohannes euangeliſta, qui myſteria plura in Apocalypſi reliquit, ſicut & alij. narratur & Actorum c. 21. verſ. 9. quod Philippo Euangeliſtæ erant quatuor virgines filiæ prophetantes, & verſ. 10. quod erat vir in Iudæa Propheta nomine Agabus qui prædixit captum iri D. Paulum.

b *Ad Epheſ. c. 4. verſ. 11. c. cum ex iniuncto 12. & c. ſicut in vno corpore 14. de hæreti. lib. 5. decreti 7.*

Iohannes Ægyptius monachus, prophetiæ donum, & rerũ quæ multis ignotiſſimæ ſunt agnitionem, adeò accepit, vt futuras res perinde ac præſentes, non minus quàm priſci vates cerneret, apud Niceph. Calixtum.[c]

Refert & idem[d] ſub Iuſtino Cæſare, Zoziman quendam & maritimæ Phœnicia oriundum, Sidam patriam ſortitum, apud quendam Archeſilaum in Cæſarea præcipua ciuitate Paleſtinæ, diuturno ieiunio aliiſque ſtudiis quibus Deum delectari par eſt, non ſolùm ad ſummum indolentiæ ſtatum perueniſſe, verùm etiam donum id vt futura veluti præſentia videret à Deo conſequutum: cúmque, cùm cladem Antiochia ex terræ motu acceptura eſſet prolixè illachrymantem, éxque intimo animo ingemiſcentem ſumpto aliunde in manus ignis catillo circumquaque obambulando lo-

c *Lib. 20. 11. hiſtoriæ c. 4.*
d *Lib. 17. hiſtoriæ c. 4.*

cum



do locum omnem ſuffitu impleuiſſe, demum humi prouolutum, precibus Dei opem imploraſſe: & ſuperuenienti Archelao, & quare id faceret interroganti, excidium Antiochię fieri dixiſſe, quod hora annotata verum fuiſſe cognitum eſt.

Refert Sozomenus[a] Athanaſio per ciuitatem ambulanti, contigiſſe corniculam auolantem clamitare, quo facto multitudo paganorum velut mago, arrogantes petebant ab eo, quid cornicula illa ſignificaret. Illam autem ferri ſilentio dixiſſe ſubridentem, cras Latina lingua dies ventura ſignificatur. Hoc ergo clamans triſtem vobis ſignificat diem per imperatoris Romani iuſſionem, & ita contigiſſe, vt Athanaſij ſermo licet deriſus venerit ad effectum. Altera nanque die principis literæ venerunt ad iudices, iubentes vt pagani ſua non permitterentur ingredi templa, neque ſolennes feſtiuitates ſuperſtitionéſve celebrarent, & tunc eorum feſtiuitas venerabilis, generaliſque deſtructa eſt.

a *Lib. 5. hiſtoriæ tripertitæ c. 27.*

14 Deus optimus maximus aliquando permiſit inter gentiles & abhorrentes à lege Dei eiúſque vera cognitione, vates vera quædam prædicere & præſcire aliquando etiam dæmon Deum ſimulãs, falſa & ſpiritus mendacij poſuit in viſionibus, ſomniis & locutionibus pſeudoprophetarum, permittente Deo, ad decipiendos eos qui Dei ſpem, potentiam & cognitionem abiecerant, vt aliquando decepti reſipiſcerent. Sic enim bonitas Dei erga genus humanum ſe habet, & amor creatoris erga ſuam creaturam, vt velit eã ſaluam eſſe, & ad agnitionem veritatis peruenire: vt facítque oriri ſolem ſuæ miſericordiæ ſuper bonos & malos, & prædici vult mala, vt homines fugiant à facie arcus, & fiant meliores, vel vt Deum agnoſcãt mirabilium rerũ ſolum authorum; & rerũ futurarum ſolum verè præſcium: ſic enim dictum Eſaiæ c. 41. verſ. 23. *annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quod dij eſtis vos*, &c.

Sicuti enim prodigia proferri gentibus permiſit & voluit, ad euitanda mala, ſic & per ſpiritum ſuum etiam inter gentiles declarauit mala aduentura & futura vt ſibi proſpicerent homines ne vt ſine admonitione ſe interceptos calumniarentur.

15 Oenones Cebrenis filia, vxor prima Alexandri filij Priami, Alexandro prædixit ferè eum rapturum Helenam ex Europa, & bellum ſuæ patriæ inducturum, quódque ipſe in bello ſauciandus eſſet à nemine ſanandus, aliáque ſæpe à numine correpta futura denunciabat, vt refert Parthenius in Eroticis c. 4. ex Nicandro libro de poetis, ex Cephalone Gergitio in Troicis.

16 Cùm etiam idem Alexandro qui rapuit Helenam in Græciam tranſire decreuiſſet, Hellenius vaticinari cœpit, Graios venturos, Ilium euerſuros, parentes & fratres hoſtium manu interituros, ſi Alexandro vxorem ſibi ex Græcia adduxiſſet, idipſum & cecinit Caſſandra, vt refert vtrunque Dares Phrygius libro de excidio Troyæ.

Hæc Caſſandra quoque, filia Priami, capta, Agamemnoni tradita, multa in Agamemnonem pronunciauit, & vniuerſo exercitui pro-

fectionem ad ſuos incommodam exitialémque Deo repleta, vt ait Dictys Cretenſis [a]. Calchas etiam in exercitu Græcorum, vates futurorum eximius, vt idem Dictys ait libro 2. De quibus vide Homerum & Virgilium.

a Lib. 5. & 6. de bello Troiano.

17 Amphiaraus & Martius, quondam vates incliti Ammian. Marcell. libro 14. hiſtor.

18 Tempore legis Moſis, vt Satan legem Dei vehementius obſcuraret, vt ait Tatianus oratione contra gentes, Telmiſci excoluerunt diuinationem ex inſomniis Cares, ex aſtris Phryges, & Iſauri, ex volatu auium: Perſæ ex Magia.

19 De falſitate quoque poematis Homeri, quódque cæcus futurus eſſet, & deos fictурus eſſet pugnantes, prædixit Sibylla lib. 5. oraculorum verſu 122.

20 Refert Aimonius in hiſtoria in primo, Baſſinam vxorem regis prius Thuringorum, quæ poſtea adhæſit relicto primo marito, Childerico regi Galliarum, arte vaticinandi valuiſſe, & prima nocte nuptiarum cum Childerico initarum, eum rogaſſe abſtinere à concubitu, & ter nocte extra palatij feneſtras annotare viſa: eum autem vidiſſe primum vnicornes, leones, leopardos, deinde ſecunda vice vrſos & lupos rapaces: tertia canes, vulpeculas, & alia ſimilia minuta animantia ſe mutuò lacerantia. Quæ ipſa explicauit eſſe indicia trium generationum, ex illo oriendarum & naturarum earum, primam fore generoſam monocornium & leonum inſtar. Secundam, rapacem inſtar luporum & vrſorum. Tertiam autem fraudibus ſeditionibúſque refertam: quæ ſe mutuò morderet, inſtar canum, & aliarum beſtiarum quæ apparuerant. quæ contigiſſe in trina ſucceſſionis regiæ mutatione plures obſeruarunt.

21 Longius Proculus, publicè prædixit in Germania Domitiani diem quo exceſſit è vita. hac cauſa Romam miſſus, damnatus capite, tamē executione remorata, Domitianus eo interiit die, & abſolutus à Nerua imperij ſucceſſore quadraginta ſeſtertia dono accepit. Apollonius etiam Tyaneus, quo tempore ab Stephano liberto Domitianus occidebatur, cùm perexcelſum ſaxum, atque editum aſcendiſſet, conuocata magna populi turba, ſiue is Epheſi eſſet ſibi alibi dixit, rectè Stephane, euge Stephane, percute homicidā: percuſſiſti, vulneraſti, occidiſti [b].

b Xiphilinus ex Dione in Domitiano.

22 Quidam etiam vates in Africa, prædixit Macrinum præfectum prætorio Antonini Caracallæ, & filium eius Diadumenum futuros imperatores, quod accidit. Item Serapio quidam in Ægypto, palam paucis ante necem Antonini diebus, dixerat ipſum breui tempore victurum, eíque Macrinum ſucceſſorum [c].

c Xiphilinus ex Dione in Antonino Caracalla.

23 Cùm Iulianus etiam nouè receptus in conſortium imperij à Conſtantio 2. Viennam ingreſſus eſſet ciuitatem, & ciues de eius aduentu conclamantes lætarentur: tunc anus quædam orba luminibus, cùm percunctando quiſnam eſſet ingreſſus, Iulianum eſſe cæſarem comperiſſet, exclamauit, hunc deorum templa reparaturum. Ammianus Marcellinus lib. 15. quod & contigit, quia is fuit apoſtata à fide.

24 Agi-



24 Agilulphus dux Taurinenſis ciuitatis & Langobardorum, tempore quo Autharis rex 12. Langobardorum Theodelindam filiam Garibaldi Baioariæ regis (quæ nunc Bauaria) vxorem in Sardis ad fines Veronæ ad Idus Maias duceret, habebat quendam de ſuis haruſpicinæ peritum, qui per artem diabolicam intelligebat quid futurum ictus fulminum portenderent. Et cùm tunc turbato aere lignum quoddam in ſeptis regiis ſitum cum magno tonitruorum fragore fulminis vt ictum eſſet, is eſt interpretatus Agilulpho futurum, vt ipſe paulò pòſt nouam ſponſam regis ſibi in vxorem duceret, quod contigit [a].

a Paulus Diaconus lib. 3. de origine & geſtis Langobardorum c. 14.

25 Refertur etiam à Nicephoro Calixto [b] & à Socrate [c] prædictio quædam de ſucceſſore Valentis imperatoris, quæ quamuis ſortita fuerit effectum, tamen propter ſui ambiguitatem arte dæmonis pluribus exitio fuit. Siquidem qui Græcam ſuperſtitionem & philoſophiam ſequebantur, natalibus pręclari necati ſunt à Valente Cæſare orientis, propter oraculum quod ipſi exegerant incantationibus. Quis Valenti ſucceſſurus eſſet poſt mortem. Quod fuit huiuſmodi, ex tripode ex lauro facto, verbíſque peractis & euocationibus quibuſdam, vt fieri in talibus mos erat, peractis, quod volebant effecere, vt ſcilicet literarum machinis quibuſdam tripodis & oraculi, eas ordinantibus, collectione, imperatoris nomen appareret (fuit autem literarum ordo, inquit, ſcholiaſtes Nicephori ΘΕΟΔ vel Theod.) inhiantes ad Theodorum quendam Valentis aulicum, ſuperſtitione quidem Græcum, doctrina Philoſophum. Quod reſciens Valens vnà cum Theodoro capite mulctato, oraculi opifices vna creari fecit, & pariter per omne imperium in ſimiles philoſophos eſt animaduerſum, nec in eos tantùm, verùm & in eos qui eorum veſtitu vterentur, neque Valens alicui pepercit qui Theodorici cognomine vocaretur, aut alicui cuius nomen per Theo, initiaretur itaque Theodoti Theognoſti Theodoſij, Theoduli necati ſunt. addit autem & Nicephorus [d]. Succeſſiſſe tandem Valenti mortuo Theodoſium conſortem imperij à Gratiano lectum poſtquam victor in Thracio Barbarorum fuit.

b Lib. 11. c. 45.

c Lib 7. hiſtoriæ tripertitæ c. 35.

d Lib. 12. c. 1.

26 Plato in Phædro duas ſpecies diuinationis facit Manian μανίαν & οἰωνιστικήν. Manian, à qua vocem μανικὴν, & interiecta litera τ. μαντικὴν fluxiſſe coniicit, vocat illam ex afflatu dæmoniaco conflatam, cum furore vim vatidicam & diuinatricem. οἰωνιστικὴν verò partem ex legibus aut regulis certis ex ſignis, aut phyſicis aut aliis ſuperſtitione adſumptis textentem prædicta. Aliunde iſtæ quàm quæ ex Spiritu ſancto procedit, nempe ex dæmone quæ improbata. Ex ſignis verò cauſiſque naturalibus quædam alia, quæ rectè callentibus Phyſognomiam & Phyſicam, multa cognita vulgo occulta faciunt, vt ex libris Ariſtotelis de Phyſica, Polemone, Adamantio & aliis conſtat.

27 Erant & apud Germanos, ſacræ vocatæ mulieres, quæ fluuiorum vortices proſpicientes, fluentorúmque ſonitus ac circumuolutiones, futura coniiciebant ac prædicabant, vt ait Clemens Alexan. [e]

e Lib. 1. Stromatωn.

28 Singulare quod notat Plato in Apologia Socratis, Socratem ita allocutum ciues, vobis qui me condemnaſtis vaticinor, cùm in eo ſtatu ſum, in quo homines morti proximi vaticinari ſolent, &c. vnde colligunt, commune ferè omnibus morituris, ſub mortem & vitæ exitum vaticinari & futura prouidere. Quod & Romanos credidiſſe ſcribit Arnobius [a]. Sic, inquit, ventura prędixit Agamemnoni Polyniſter: Patroclus Hectori, Hector Achilli: Calanus imperatori Alexãdro, vt alij innumeri, forſan quia tunc animus veluti propemodum vinculis corporeis abſolutus, vel ſe expediens, cùm de alia vita cogitat, acutiùs & fortiùs vires ſuas colligit: & ita plura quæ antea ob terreſtrem molem cõſiderare non poterat, ſpeculatur, & inter Deum verum colentes, proximiùs ad Deum accędit, vnde haurit rerum notionem veluti ſpeculi diuinitatis, factus quodammodo particeps. Et dicebat Plato epiſtola 2. validiora eſſe diuinorũ hominum præſagia.

a lib. 2. contra gentes.

29 Erat diuinandi prædicẽdíque quoddã genus vaniſſimum antiquis gẽtilibus, Augurium, quod plenum erat ſuperſtitionis: quo probabatur concederent ne dij vt loquebantur, populo ſalutem poſtulare, quaſi nefas eſſet, priuſquam concederetur eam petere, & dies deſtinabatur ſingulis annis, ad quã diem nullus exercitus ad bellum eſt profectus, nullus in hoſtem aciem eduxit, aut pugnatum eſt, vt ait Dio Caſſius [b] de iuribus auguris, tractat Cicero 2. de legib. Nullus in ſumma apud Romanos actus ferè fiebat legitimè abſque augurio vel pontificum vel vatum ſententia: decémque iuuenes filiíque principum Ethruriam ſingulis annis mittebantur, ad diſcẽdam eam rerum ſacrarum peritiam, vt ait Valerius Maximus lib. 1. c. 1. extat lex Romuli apud Dionyſium Halicarnaſſęum explicata à Cicerone in legibus. *Quæque augur iniuſta nefaſta, vitioſa erat defixerit, irrita infectáve ſunto. quique non paruerit capitale eſto, qui agent auſpicia, ſeruanto, auguri parento.* Plato dicebat in Phedro, ſapientem inueſtigationem futuri, per auguria. *Fertur*, vt Valerius Maximus ait, *Tarquinius Priſcus cùm auguria & legem de augurijs irrideret, Mæuij auguris nouacula qua cotem diſſecuiſſe dicitur, ad eandem ſuperſtitionem rediiſſe, religione ſibi iniecta.*

b lib. 73. hiſto.

c lib. 49. hiſt. Rom. vide quæ de augurijs diximus lib. 34. Syntag. c. 3. & quæ tradit Gulelmus du chou de religione & ſacerdotijs antiquorum.

30 Augurum ſacerdotum inſignia erant 1. lituus, id eſt baculus incuruus, quo quatuor partes cœli notabantur. 2 Simpula, qua ſacrificabatur. 3 Galerus. 4 Vas. 5 Malleus. 6 Gladius. 7 Pulli. 8 Veſtimentum proprium, quod lena vel trabea murice tincta erat, à capitis vertice ad talos vſque corpus omne amiciens. Quæ, cùm ſacerdotalem illam dignitatem Antonius, Iulius Cæſar, Pompeius & alij oſtendere volebant, incidi iuſſerant cum moneta. Fuit collegium augurum ab initio, tres ex tribus tribubus habens ordinatos, poſtea quatuor: poſtea quinque: & poſtea nouem, qui reſponſa dabant, ídque in templo illorum quod Augurum, vbi augur capite velato, lituo in manibus ſigno dignitatis exiſtente, augurabatur. Auxit Octauianus Cęſar munerum augurum, dum Valerium Meſſalam augurem fecit, vt author Dion Caſſius [c].

d libr. 34 ſyntax. c. 5. 6. 7. 8. 9. & lib. de angelis, in ca. 14. nu. 27. & 28. ca. 16. num. 17. & ca. 17. num. 10. parte 1. to. & commentariorum ſyntax. artis mirabilis.

31 Fuerunt antiquis vatum diuinationes ex oraculis, de quibus copioſè diximus, & de fallaciis & prohibitione illorum [d].

32 Verùm non erit alienum addere, quod ſcribit Dio Caſſius libro



Romanę, in Apollonia Macedoniæ circa Anam fluuium, in loco qui dicitur Nympheum fuiſſe oraculum ignem vomens, qui tamen non combureret fruges vicinas quæ ibi germinabant & creſcebant, editum autem thure accepto, precibus eius rei quam petebant factis, & iniecto thure in ignem tanquam ſocium precum vt ſecum illas deferret: túmque ſi ratum futurum eſſet votum, è veſtigio fuiſſe correptum thus ab igne: ſi irritum, minimè, & effugiſſe à flamma, & ita in vtranque partem ignem futura prædixiſſe, morte nuptiíſque exceptis. de illis enim non licebat cuiquam oraculum conſulere.

33 Fuerunt antiquitus oracula multa vel ex captione & deceptione ſeu impoſtura dæmonum, vel ex dolo & fraudibus ſacrificulorum idolorum edita per vias & meatus abſcondité. Theodoretus etiam[a] oracula antiquorum dæmonum fuiſſe in homines laqueos ait. Hi enim veluti tyrãni occupata in orbe dominatione iniuſta, hominibus ita impoſuerũt, cùm pro diis ſe haberi voluerint, futura tentãdo prędicere. Et Plutarchus libro περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηςηρίων, de defectu oraculorum, tradit eos qui darent reſponſa in oraculis, fuiſſe non Deos ſed dæmonas, cùm Deus ab omni paſſione & affectione ſit immunis, vocátque eos dæmonas malignos. Quare & aduentu Chriſti ceſſarunt illorum oracula domiti à Deo, vt & Athanaſius firmat.[b]

a Libro 10. de curatione Græcarum affectionum contra infideles.

b Lib. de humanitate verbi.

Treueris in Germania cùm eã ciuitatẽ inuiſendi cauſa adiiſſem, plura antiquitatis, pietatis, & religionis veræ monumenta mihi demonſtrata, & quantum nunc diſtaret à prima idololatriæ cultura per veſtigia antiquitatis, non ſine animi voluptate cognitũ habui, ſtatuáque quædã lapidea vetuſtiſſima Veneris, quæ nunc in angulo cœmiterij omnino deformis cum veteri inſcriptione iacet, quę olim oracula per miniſterium dæmonis reddere dicebatur. Item & circa portam ciuitatis ad Occidentem ad littus Moſellæ fluuij locus Capitolij maximíque templi, ſedes idolorum, vbi non minus quàm centum fuerant poſita idola ab omni populo culta, qui ab illis reſponſa accipiebat præſtigiis dæmonum.

34 Vt autem Chriſti fides euertit omnem poteſtatẽ in Chriſtianos & alios vſurpatam à dæmone, ſic quoque aliunde factum fuit, vt impoſturæ ſacrificulorum qui eo prętextu imponebant hominibus, fuerint detectæ, deiectæ & ſubuerſæ, & Nero ipſe, Apollini iratus, vel quòd ei graue & moleſtum reſponſum dediſſet, vel alio modo, Cyrræam regionem ei abſtulit, eámque dedit militibus, & locum vnde oracula petebantur deleuit, hominibus ad os ipſum ex quo ſpiritus emittebantur, interfectis: vt ſcribit Xiphilinus ex Dione Caſſio in Nerone. Detexit enim reſponſa oraculorum paganorum, ad decipiẽdos auditores ab aſtutis & cautis hominibus, vel ad lucrum, vel ad gratiam, vel ad odium concipi, & vt plerunque ambiguè ad vtramuis partem & vtrumlibet euentum fuiſſe compoſita acutè, vt dixit Euſebius Pamphil [c].

35 Deprehenſum eſt, vt narrat Nicephor. Calix.[d] cùm euerteretur templũ Serapidis Alexandrię, ſimulachra omnia inuenta, ſiue ærea, ſiue lignea, caua & elaborata, vt caua pars & terga templorum parietibus adaptarentur occultis quibuſdam meatibus in muro reli-

c Li. 4. de præparatio. euangelica c. 1.

d Lib. 12. c. 26.

ctis, qua deinde per alia quædam arcana adyta in ſimulachrorum caua impoſtores ſubibant, & inde quæ eis viſa fuiſſent, reſponſa dabant.

Non prætermittam cenſuram de vatibus & diuinis, eorúmve artibus, quam Euripides in Helena[a], non minùs ſapienter quàm Chriſtianè protulit ſi pluralem deorum, in ſingularem numerum conuertas.

a actu 2. verſ. 359.

— ἀλλά τοι τὰ μάντεων
Ἐσεῖδον ὡς φαῦλά ἐστι καὶ ψευδῶν πλέα.
Οὐδ' ἦν ἄρ' ὑγιὲς, οὐδὲν ἐμπύρου φλογὸς,
Οὔτε πτερωτῶν φθέγματ'. εὔηθες δέ τοι
Τὸ καὶ δοκεῖν ὄρνιθας ὠφελεῖν βροτοῖς.

& poſtea,

Εἴποις ἂν οὕνεχ' ὁ θεὸς οὐκ ἐβούλετο;
Τί δῆτα μαντευόμεθα; τοῖς θεοῖσι χρὴ
Θύοντας αἰτεῖν ἀγαθὰ, μαντείας δ' ἐᾶν.
Βίου γὰρ ἄλλως δέλεαρ, εὑρέθη τόδε
Κ' οὐδεὶς ἐπλούτησ' ἐμπύροισιν ἀργὸς ὤν.
Γνώμη δ' ἀρίστη μάντις, ἥ τ' εὐβουλία.

Id eſt,

*Cæterùm nunc planè intelligo,*
*Quàm vani vates, quámque pleni mendaciis.*
*Nihil ſani neque in diuina flamma ignis*
*Sacri, neque auium in vocibus:*
*Imò dementia eſt, vel opinari*
*Hominum rebus prodeſſe poſſe volucres.*

& poſtea,

*Sed dicas fortè Deus id ſciri noluit:*
*Quid ergo vates conſulimus?*
*Dii nobis ſacrificiis placandi, &*
*Petenda ab illis bona, omittendáque*
*Vaticinia: vita enim inutilis*
*Hæc eſt excogitata illecebra:*
*Nemóque ignauus ex prædictionibus*
*Ditatus eſt. Sed & vates eſt*
*Mens bona & bonum conſilium.*

Addit & Chorus:

Εἰς ταυτὸ κἀμοὶ, δόξα μάντεων πέρι,
Χωρεῖ γέροντι τοὺς θεοὺς ἔχων τις ἂν
Φίλους, ἀρίστην μαντικὴν ἔχει δόμοις.

Id eſt,

*Eandem ego de vatibus ſententiam*
*Cum ſene habeo. Qui deos ſibi*
*Beneuolos habuerit optimam habet domi diuinationem.*

Obſeruatum etiam eſt, ipſa dæmonum oracula ſeu reſponſa, maximè inſigniora & Delphica dæmonis Apollinis, ſemper dubia & obſcura fuiſſe, vt in quamcunque partem ſe fortuna inclinaret veritatem dixiſſe viderentur: cùm tamen ex ſua natura veritatis hoſtes eſſent,



eſſent, quemadmodum & dux eorum Satan, vt ſcribit diuus Auguſtinus lib. 3. de ciuitate Dei c. 7. quale illud apud Liuium à Pythia filiis Tarquinii de futuro imperio inquirentibus, vt primus qui Romam reuerſus matri oſculum daret imperaturus eſſet: quod de matre naturali, Brutus verò intellexit de terra matre cõmuni omnium. Simile exemplum ex Ennio allegat Cicero lib. 2. de diuinatio. & Herodotus lib. 1. legitur & apud eundem oraculum obſcurum Siphyniis à Delphico Pythio datum, lib. 3. Spartianis libro 1. Argiuis lib. 6. Simile & illud, Aio te Æacida Romanos vincere poſſe.

FINIS LIBRI XIII.

# INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM QVÆ IN HIS tredecim libris prioribus de Republica continentur.

*Tres ſunt in hoc Indice numeri quorum primus librum, ſecundus caput, tertius capitis ſectionem denotat.*


*A*

ABEL *fundauit ciuitatem Dei* 12.3.1.

*Abel iecit fundamẽta eccleſiæ militantis* 1.3.7

*Abiaſar rex Indiæ tempore Alexandri Magni* 7.4.10

*Abimelech, nomen commune regum gentium* 6.10.2

*Abimelech nothus ſeptuaginta fratres necauit vt ſolus regnaret* 7.8.4

*Abimelech ſuper vno lapide quinquaginta fratres regnandi cauſa occidit* 7.11.86

*Abner proditoriè necatus* 13.1.5

*Abrahæ liber citatus* 12.5.44

*Abraham conſeruatus in lingua Heber aui* 12.3.1

*Abraham aliquando idololatra* 12.18.4

*Abraham primogenito Iſaaco præcipua dedit* 7.5.9

*Abſalon viuente patre, demulcebat populum iudicando ambiens regnum* 6.6.12

*Abſalon quibus technis vteretur ad regnum patris occupandum* 13.12.1.

*Abſalon prætextu ſoluendi voti coniurationem vt regnum vſurparet vſus* 13.5.6

*Abuſus* 12. *generales cleri* 12.21.13

*Abuſus clericorum non expendere fructus beneficiorum iuxta legem fundationis & canonum* 13.17.6

*Abuſus collegiorum & fratriarum & remedia per totum cap.* 3. *lib.* 13.

*Abuſus in decimis retinendis, & remedia* 13.17.3

*Abuſus fori eccleſiaſtici in Gallia, à parlamentis per appellationem emendantur* 13.1.28. *& in quibus eo. &* 29.

*Abuſus in ædificandis eccleſiis prætextu religionis & remedium* 13.16.6. & 7.

*Abuſus prætextu religionis eccleſiæ permittere à debitoribus vſuras* 13.16.7. & 8.

*Abuſus religionis in quæſtoribus eleemoſynarum impoſtoribus* 13.13.5.

*Abuſus bonorum eccleſiæ in venationes* 13.17.7

*Abuſus collegiorum ſocietatum templi etiam fuerunt in cauſa, cur tollerentur vide exempla* 13.3.15

*Abuſus exactionis pro collatione ſacramentorum, & abuſus pro denegatione iuris eccleſiaſtici &*

remedia 13.17.4
Abuſus religionis ad luxuriam 13.19.num.2.& 3.
Abuſus religionis largiri eccleſiis aliena 13.16.27
Abuſus religionis & ſacrificiorum circa dominationes tyrannides, & pecunias cogendas toto cap. 11.lib.13.
Abuſus religionis in retentione locorum eccleſiæ toto cap.17.lib.13
Abuſus principũ in violatione iurium eccleſiaſticorum, prætextu defenſionis eccleſiæ 13.17.14
Abuſus bonorum eccleſiæ in victu clericorum ſplendido nimium 13.17.8
Abuſus religionis in ſortilegijs 13.28.21.& cap.29.
Abuſus religionis in Magia 13.26.6
Abuſus in nomine religionis 12.2.8
Abuſus immunitatum & otij prætextu religionis declaratur cum remedijs toto cap.21.lib.13
Abuſus rei non debet ſufficere ad rem reprobandam 6.2.11
Abuſus in bonis eccleſiæ acquirendis, conſeruandis & diſtribuendis, per totum cap. 16.li.13
Abuſus eccleſiaſticorum prætextu familiæ in bonis eccleſiæ 13.17.9
Abuſus montium pietatis 13.16.25
Abuſus votorum quomodo occuratur 13.5.7
Abuſus votorum tractatur & remedia cap.5. num.2. & ſeq.lib.13
Academia Athenienſium murò cincta cura Hipparchi Piſiſtrati filij 3.6.32
Academia Iudæorũ ab Ezra inſtituta 12.5.20
Academiis quæ cõueniret reformatio, circa abuſus 13.3.8.& 9
Accuſationes in republica quã rariſſimæ eſſe debent & quare 5.2.2.
Acephali clerici de ſe nõ agnoſcentes aliquem ſuperiorem reijciuntur 6.2.1
Achab filius Ambri rex Iſrael qualis 13.10.6
Achab parcendo incidit in iram Dei 16.2.7
Achab vineam Nabothi petendo quare peccauit 9.1.8
Achab regis peccatum abuſus religionis, pro necando Nabotho, & vltio 13.12.41
Acham regis hypocriſis 13.13.1
Achilli pugillares multo à Dionyſio emptæ 13.14.6
Acies in cælo & terra cum portento viſæ diſcurrentes, & veſtigia pugnantium incertorum 12.17.10
Acilius Glabrio Antiochum ſuperauit 12.13.3
Acquiſitio nimia eccleſiis vituperanda quando 13.16.2.& 3
Acta Chriſti conficta 12.6.3
Adamitæ hæretici adorabant Adamum vt Deum 12.18.22
Adamitæ hæretici nudi cum fœminis 13.19.14
Adelulphus Angliæ rex 3.4.16
Adonidis deploratio annua 12.18.24
Ἀδέσποτα bona cuius ſint 9.1.25
Adminiſtratio diuerſa eſt diuerſarum rerum publicarum 10.6.1
Adminiſtrationis reipublicæ tres potiſſimum ſpecies 5.1.2
Adminiſtrationis qualitas, informat materiam reipublicæ 1.1.17
Adonibezech crudelis, eadem quæ intulit recepit 11.12.8
Adonibezech rex habebat ſeptuaginta reges victos truncatis fumitatibus manuum & pedum ſub menſa comedentes 6.3.14
Adorabant Perſæ regem ſuum 6.5.2.
Adorabantur reges Perſarum à ſubditis 6.12.9
Adorabantur in prima ſalutatione rerum Imperatores 6.20.6
adorare licuit olim licuit & ſacrificare quocunque loco ante legẽ non poſt 12.21.8
adorarunt ignem Perſæ, Lituam & alij 6.20.13
adoratio ſtatuarum & imaginum 12.13.13
adiuratio ſit poſt exorciſmum 13.32.11
adoratio crucis 12.16.4
adorationis ſpecies Dei, imaginum & ſanctorum, diuerſæ 12.15.7
adiurationes contra morbos & dæmones Salomon inuenit 13.32.5
adiurationes tempeſtatum & ventorum 13.31.10
adraſtia neceſſitatis legum regina 10.5.18
pro prouidentia Dei, eod.
Adrianus Imperator Magicis addictus 13.25.15. & ca.26.6
Adrianus Cæſar Magus & Diuinus 13.26.6
adulari neſcierunt Solon, nec Philoxenus 8.7.6
adulationis mala in republica tractantur lib. 8. per totum cap. 7. tres ſpecies 8.7.3
aduena quis dicatur, & quomodo differat ab incola 4.4.22
adulationis tres ſpecies 8.7.3
adulationis vnde oriatur deceptio 8.7.4
adulatores quare dilecti à tyrannis 8.7.6
adulatores peiores coruis, ſimiles tineis. 8.7.4.pediculis, eod.5.
adulatores quare infidum ſint genus principibus 8.7.7
adulatores quomodo dignoſci & pelli debeant à principibus 8.7.9
adulatores omnia præter virtutem imitari poſſunt, 8.7.8. ſunt bonorum inimici, eod.
adulatorum mala 8.7.4.& 10
adulterium extrahi poſſit ab eccleſia ad pœnam 13.23.7
adulteria aliis prohibens, Mahometes, ſibi à Deo permiſſa mentitur, quare 13.19.6
adulterium deſideratum punitum 13.8.2
aduocati muti & debilitati greſſu redditi à Magis reſtituti ſigno crucis 13.27.5
aduocati de religione contenderunt Iudæorum & Samaritanorum, cum diſcrimine capitis ſui 12.4.6
aduocatos quid iuuare credatur 13.28.22
aduocatorum & procuratorum leges 2.6.19
adura theſaurarius Roboami lapidatus à populo 3.9.15
acca laurentia piatrix Romuli 6.20.35
ædes vnde dictæ 2.1.3
ædificandi publica nimia libido in ægyptijs regibus reprehenſa 2.9.17
ædificare cogere & ita opprimere populum tyrannicum habitum 2.9.21
ædificia prohibenda quæ ad æmulationem vel ſeditionem pertinere poſſunt 2.9.24
ædificia imperfecta relinqui non debent 2.10.4
ædificia publica à gubernatoribus curanda 2.9.6
ædificia antiqua cur præſtantiora noſtri ſeculi 2.9.8
ædificia priuata quantum diſtare debeant à publicis 2.3.2
ædificiorum deiectio in criminis admiſſi deteſtationem 2.10.5. ibi exempla.
ædificiorum ſeu domorum media pars mercedis locationis in penuria reipublicæ poſtula Venetijs 3.6.38
ædificiorum ex lege Romana altitudo impoſita 2.10.1

Aedificiorũ tabulata in vias prominentia & portas quæ aperiebantur foris, venditæ priuatis ab Hippia ad pecuniam conflandam 3.6.22
Aedificiorum tabulæ, & penſiones in tributum aliquando vocatæ 3.6.7
Aedificiorum publicorum à cura diligens inſtauratio & ædificatio, plures fecit nomine celebres apud poſteros 2.9.7
Aedificiis adhærentia auferri nequeunt & quare 2.10.3
Aedificiis in publicis ædificandis quid conſiderandi 2.9.16
Aegon ſorte Aquilæ rex Arguiorum deſignatus 7.14.9
Aedilium ſollicitudo circa vias 2.9.13
Aegypti reges in ædificando nimij 2.9.17
Aegyptus ſimulachrorũ & idololatriæ origo 12.21.1
Aelij Tuberonis parcitas 8.6.2
Aequalitas in republica Arithmetica pernitioſa reipublicæ eámque ſubuertit 6.1.5
Aequalitas arithmetica repugnat iuri rationis diuino & humano 5.3.25
Aequalitas reipublicæ ex diſſimilibus 1.1.8
Aequitas & iuſtitia præcipua imperatorum inſignia 7.16.7
Aequũ vel æquale fœdus quid & forma 11.11.8
ærarium duplex publicum ſeu fiſci & principis 3.2.10
ærarium fieri ciuem, quæ erat pœna 4.1.12
ærarium facere quid in cenſoria nota 4.12.3
ærarium Romanæ reipubl. ex quibus conflabatur 3.3.3
ærarium principis & reipublicæ pecunia conſeruatur ſobria diſpenſatione, & ſuperfluis reſecatis ſumptibus & ſtipẽdiis & officialibus 3.8.12
ærariũ perpendendum ante bellum 11.2.1
ærarium reipublicæ qui principes ditare voluerunt ex mercatura ſua 3.6.46.& 47
ærarium & fiſcus quomodo differant 3.3.3
ærarium non minus debet conſeruare princeps, quam implere 3.8.1
ærarium militare ab Auguſto factum 3.3.6. ſimile Caroli Magni eod.num.7
ærarium ſanctius Romæ vbi 3.3.4
ærarium Romanum triplex 3.3.5
ærarij & fiſci in republica neceſſitas 3.3.1.& 2.& quid ærarium
æraria diuerſarum gentium vbi erant poſita 3.3.9
ærarium Minyas primus ædificauit 3.3.9
æris nomine quid veniat 3.3.2
æris ſimulachra vnde fiant 12.17.1
ætas in magiſtratibus petẽdis quãdo Romæ conſiderata vel non 4.5.34
aeris tempeſtates quomodo commouentur & ſedantur à magis 13.27.9
æſymnetæ principes Grecorum cum plena poteſtate 9.8.9
ætas liberorum hominum quare in cenſum relata & profeſſa 3.4.11
ætate quomodo diſtingueretur populus Romanus 4.1.2
æthiopes rege debilitato ſe debilitant 8.3.9
æthiopum rex ex præſcripto legum regnabat 7.19.7
affectus ſubditorum cognoſcat princeps & modus cognoſcendi 10.1.3
affinitates fortiora reddunt fœdera 11.11.3
afrania impudentiſſima in dicendo in tribunali 7.11.79
agabus propheta 13.33.13
agalophons herba dæmones cacocans 13.25.12.
Agamemnon vnicæ filiæ nece mercatus principatum 6.3.3
Agamemnon, prætextu voti ſoluendi imolauit filiam Iphigeniã 13.5.2
Agapæ ſeu conuiuia fraterna, antiquitus probata 13.18.4
Agapæ quæ & quando in eccleſia Dei probatæ 13.3.6
Agatocles tyrannidem occupauit Siciliæ crudelitate & dolis 7.7.10
Agatocles quomodo ad tyrannidem doloſè peruenerit 7.18.16
Agatoclis regis factum 4.10.10
Agiographa ſcripta veteris teſtamenti 12.5.12
Agilulphus dux Langobardorum 13.33.24
Agnatus proximior primogenitus & filius primogenitus in regno ſuccedunt 7.5.6
Acquetz noueaux, quæ bona dicantur in Gallia in iure principis 3.2.19
Agni duo, vnus matutinus alter veſpertinus quotidie ſacrificabantur 12.21.14
Agni figura, cur Chriſtus ſignificatur 12.13.7
Agnus terra natus 13.25.3
Agorononiorum circa forum venale cura 2.8.2
Agreſtium hominum contra nobilitatem in Germania tumultus & exitium 4.3.11
Agricola fuit primus Adam 4.8.3
Agricola ex aratro creatus rex Perſarum Gordius 2.14.3
Agricolæ iuſſi certa ex ſuis iugera ſerere duci Cerſobleptæ qui penuriam pecuniæ reipublicæ ad bellum hinc conflauit 3.6.17
Agricultura neceſſaria reipublicæ & agricolæ 4.8.1
Agriculturi & paſtoralia ars in quibus conueniant 4.8.2
Agrippam interfectum quidam ſe falſo mentitus eſt 7.18.7
Agrippina mater Neronis 7.11.30
Agrippina cum Claudio legationes audiebat quod pro monſtro habitum 7.11.21
Agrorum diuiſio in inſtitutione reipublicæ & de parte ſeruata com muni cauſæ 3.2.1
Alba ſceptrum eſt & faſces imperij 7.11.37
Albanorum regni in democratiam mutatio 4.5.32
Albini vnde dicti in Gallia 4.4.1
Albini homines inter eſpanas 9.1.23
Album & nigrum colores inſigniũ metentum 6.17.3
Alcibiades damnatus abſens, quod priuatim ſacrificia haberet 13.4.5
Aldenborga Vandaliæ vrbs nobiliſſima eſſe deſijt portu ſublato 2.9.2
Alexander Magnus hæredem imperij Perdicã dato annulo elegit 7.12.6
Alexander Magnus fratres & proximos necauit ne ſeditio Macedoniæ eo abſente oriretur 7.17.15
Alexander imperator vetuit ſe more Perſarum adorari 6.12.14
Alexander Magnus 12.annis imperauit 6.19.3
Alexander Seuerus imperator habebat in larario, Chriſti & Abrahami imagines 12.14.1
Alexander Cæſar reſtituit corrupta ab Heliogabalo 6.3.9
Alexander Seuerus imperator nullam legem ſine iuriſconſultis aut peritis ferebat 10.5.13
Alexander ſucceſſor Heliogabali, ademit indignis præfectis à prædeceſſore ab officijs alios ſubſtituens 4.6.1

alexander Seuerus magnam pecuniæ quantitatem coaceruauit & reliquit filiis 3.6.4
alexandri magni reſponſum de tributis moderandis 3.9.15
alexandri magni ſuperbia 6.11.7
alexandri magni in regnis ſucceſſores omnes parricidæ 7.7.2
alexandro imperatori matris profuit cura in inſtitutione 8.1.14
alexandro magno conſpirantes in eũ obiecerunt ei cauſam quod ſe pro Deo adorari voluiſſet 6.12.12
alexandra vidua regis ad nutum Phariſeorum regebat 7.18.14
alexandra regina Iudæorum male rexit ex cõſilio Phariſæorũ 8.2.17
algarbiorum regnum regi Portugalliæ in dotem dat 7.16.3
albagib. & Almanzor quid 6.11.11
alienari non poſſunt res domanij vel annexæ coronæ vel principatui, & alienata reuocantur cur dantur rationes 3.8.2. & ſequentib.
alienata etiam authore principe poſſunt repeti ex fœdere pacis quo reſtituuntur 5. quorum bona alienata 7.20.45
alimenta publica decreta filiis eorũ qui in bello pro patria occubuerunt 11.1.6
alphonſus Aragonum rex largus dictus 6.14.6
alphonſus rex Neapolitanus, viliter mercaturam exercens reprehenſus 3.6.50
altare portabile 12.22.2
altare ſemper vbi religio 12.21.7
& in quibus locis eo. 8
altaria erigi idolis probibitum, Deo iuſſum 12.15.6
albero epiſcopus Leodicenſis 3.5.4
almaricus, hoſtis imaginum cuius diſcipuli combuſti 12.14.14
alumen multum Talphæ inuentum & prouentus & mons pietatis eius 13.16.13
aman voluit adorari ſed ſtatim iuſto iudicio ſuſpenſus 6.12.11
amaſan proditoriè necatus 13.1.5
amazonum militaris peritia 7.11.47
amaſis ſtratagema ex prætextu religionis 13.6.3
ambientes dignitatem vel beneficia reijci debent 4.5.4
ambientium regna & principatu technæ & prætextus ex populo & aliis 13.12.17
ambitio belli iniuſti cauſa 11.1.9
ambitio cauſa hæreſum & ſchiſmatum 13.13.9
ambitio cultus diuini, prima cauſa dæmoni apoſtatandi à Deo 12.20.12
ambitio religioſorum in quo, & emendatio 13.14.12
ambitio regnandi violat omnia iura 7.7.2
ambitio ſolet nobiles comitari vt naturale vitium 5.1.23
ambitio honorem debitum conſpurcat 13.14.15
ambitio regnandi vix impletur ſine crudelitate 7.18.15
ambitioſa decreta, ſeu liberalitates de publico reuocantur 3.8.22
ambitioſa reipub. gubernatio quæ 5.1.21
ambitioſus à magnanimo vt differat 7.7.1
ambri rex Iſrael 13.10.5
ambroſius eodem tempore quo miſſum Mediolani celebraret quomodo interfuerit ſepulturæ diui Martini 13.28.12
amæſia ſentia cauſam ſuam rea defendit publice 7.11.80
amicitia adulatorum durat tantum in proſperis 8.7.5
amicos certiſſimum eſſe theſaurum dixerunt etiam tyranni 3.9.5
amor vinculum omnium rerũ 11.13.5
amor vinculum primum reipublicæ 1.3.12





Amortiſatio rerum eccleſiis relictarum 13.16.3
Amortiſatio bonorum quæ ad eccleſiam veniunt quid 3.2.16
Amortiſationes etiam in rebus eccleſiæ rationes, 3.7.40. & in quibus regnis locum habeat eo.
Amortiſationem non petit à principe eccleſia pro rebus ſibi ab illo purè donatis, ab aliis contra 3.7.38
Amphiaraus vates inclitus 13.33.17
Amphyctionum conuentus bis in anno Græcorum vbi 13.12.14
Annauleta contra morbos aliquando prohibita 13.30
Amulius voluit perdere nepotes ex fratre regno pulſi ne ſuccederent 7.7.5
Amulij abuſus religionis ad vſurpandam tyrannidem ſeu regnum 13.11.3
Amulius Tyrannus habitus occupato regno ab fratris primogeniti Numitoris 7.5.4
Ana fluuius 13.33.32
Anabaptiſta perſuaſit patri & matri, ſed non magiſtratibus agni punitus, ex Dei iuſſu ſe decollare fratrem 13.7.3
Anabaptiſtarum congregationes & errores damnantur 13.3.18
Anabaptiſtarum prætextus libertas Euangelica 13.7.6
Ἀνάρχεια contra naturam 6.1.11
Anchoræ imagine Seleucus quare vſus in inſignibus 6.16.6
Ancyrenſe conſilium multis rationibus reiicitur 13.28.16
Andromachus qui Craſſum Parthis prodiderat miſerè periit 7.17.22
Andronicus aduocatus Iudæorum, 12.4.6
Andronicus ſuum pupillum necauit vt imperaret 7.18.10
Angelus Græcis quid 12.7.1
Angelus gubernat ſedem eccleſiæ catholicæ 12.22.2
Angeli Luciferi & ſequentium eum lapſus 12.23.10
Angeli & Dæmones in figura corporea poſſunt apparere 13.28.9
Angeli eſſentia ab homine non viſa niſi à virgine Maria Gabrielis 12.17.6
Angelorum ruinæ quomodo dicuntur reparari ex creatione hominis 5.5.19
Angelorum auxilium contra maleficia 13.32.9
Angelorum reſpublica 1.1.16
Angelorum ſocietatis duæ ſpecies 1.3.3
Angelis obediunt corporalia in motu locali 13.28.7
Angelos qui putauerunt Deos 12.18.21
Angelici hæretici 12.18.21
Angiportum vnde dictum 2.1.3
Anglia cur facile à diuerſis ſubacta 2.3.5
Angliæ primogenitus dicitur princeps Vvalliæ 2.16.4
Anima in corpore vt Deus in mundo 6.1.13
Anima viuit ex verbo Dei 12.8.5
Anima ex verbo Dei viuit, vt corpus pane 13.1.34
Anima eſt quæ gubernacula reipublicæ moderatur, non corpus 7.11.76
Anima corporis quod mortem ſponte opetiiſſet deſiderata in magicis 13.25.15
Animæ cum ſint ſpiritus, quare corporis patiuntur 13.31.17
Animæ immortalitas credita multum conducit ad beatè viuendum 5.5.18
Animæ puritas confert ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum 12.8.11
Animæ immortalitatis fides quantũ robur addat in aduerſis 13.6.3

*Animalia omnia loca tutiora & ad victum cōmodiora eligunt* 2.1.2
*Animalibus nocentibus excommunicationes & ſentētiæ latæ, proceſſúſque facti* 13.31.12
*Animalium ſalus vita curáque à Deo hominibus commiſſa* 13.32.2 *benedictio, maledictio, excantatio, iudicia, eod.*
*Animam mortui poſtulare ſuffragia ſingentes puniti* 13.14.7
*Animam Alexandri in ſuum corpus introiſſe dicebat Carracallus* 13.25.16. *ibi quod animas commodi & altius ab inferis euocauit & quid ei reſponderent.*
*Animarum ſeruandarum methodus eccleſiaſticorum* 13.14.21.
*Animarum nulla diſtinctio ſexus* 7.11.25
Animus *muliebris dictus in contumeliam pro effortunato* 7.11.6
Annata *pro feudis regi* 3 2.14
Annatæ *beneficiorum datæ* Summo *pontifici quæ* 3.7.15
Annona *pro exercitu præparanda ante bellum* 11.3.13. *eius defectu exercitus deperditi, eod.* 14. *eius curanda diſpenſatio. eod.* 15.
Annuli *incantati exceſſûs tyranni* 13.26.1. *Moſis,* 5.
Antichriſtus *per fictam religionē occupabit tyrannidem* 13.11.5
Antigonus *Euergetes* 6.14 3
Antimus *mortem ſponte oppetijt* 13.25.15
Antiochi *lachrimæ in mutatione fortunæ* 6.3.10
Antiochus *2. rex Syriæ Deus dictus, veneno ſublatus ab vxore* 6.12.17
Antiochū *ſuperauit Glabrio* 12.13.3
Antiquiſſimi *nomine cœli dicti & Saturni* 6.12.2
Antonius *Lauretanus Venetæ claſſis contra Turcas imperator* 7.11.62
Antoninus *Caracallus Magnus intentus & vanus* 13.25.16
Antonius Heliogabalus *dictus ſcenicos & artifices dignitatibus præfecit, exoſus populo, &c.* 4.6.1
Antoninus *Pius imperator non eſt peregrinatus ſed certum domicilium Romæ elegit* 2.1.12
Antoninus *Philoſophus imperator quare dictus* 6.14.1
Antonini *necem qui prædixerint* 13.33.22
Antropomorphitarum *hæreſis* 12.17.8
Antonij *Pincentis hypocritæ ſors turpiſſima* 13.12.26
Antonij *à lena præfecti Mediolano crudelis Neſuatio* 3.6.50
Antropomorphitarum *hæreſis.*
Apelles *hæreticus libros ſacræ ſcripturæ reprobauit* 12.6.5
Apes *quantum regi adhæreant* 6.2.1. *& ſi plures ſint quando interimant, eo.*
Apes *vnum tantum regem volunt proſapiam ideo plurium regem interimunt* 5.4.2
Apocalypſis *Diui Iohannis canonica* 21 6.1
Apocalypſis *Diui Iohannis eſt* 12.23.4
Apocalypſim *Diui Iohannis qui reiecerint* 12.7.9
Apocryphi *libri & probibiti quomodo differant* 12.7.11
Apocryphi *libri Chriſtianorum habiti* 12.7.8. & 10
Apologus *vulpis vulneratæ & muſcarum* 2.19.2. *equi & cerui* 7.19.3
Apologus *de ſuæ capta clamante* 6.19.8
Apologus *luporum & ouium tradentium canes* 6.1.7
Apologus *felis & galli, contra nocendi vim prætextum adferens* 13.7.5
Apoſtolorū *nomine ſcripta quædam euulgata reiecta ab eccleſia* 12.6.1
Apparitiones *Dei, quibus formis fiant* 12.17.5
Appellatio *non eſt à ſententia principis* 9.1.37
Appellatio *ab abuſu fori eccleſiaſtici ad ſenatus quare recepta* 13.1.28. *& pro quibus eodem*
Appellatio *ad populum, de quibus in democratia* 9.1.38
Appellatio *omiſſo medio ad principem* 9.1.37
Appellatio *erat primum a conſulibus ad populum* 4.5.32
*appellatio remedium contra ſententias iudicum* 4.6.7
*apolloniæ in Macedonia oraculum diuinatorium exiguæ* 13.33.32
*apollonius Tyaneus vates* 13.33 21
*apri Celidonij tergus pro reliquiis ſeruatus* 13 14.6
*aquæ & terræ petitione facta a principis petitur ſubiectio dantium* 6.18.17
*aquam è cœlo qui incantationibus euocarunt* 13.27.3
*aquam offerre & terram, erat ſignum ſubiectionis* 9.1.28
*aquarum nauigabilium & publicarum poteſtas & tributa ad principem pertinent* 9.1.27
*aquila corrupit ſeptuaginta interpretes Bibliorum ſacrorum, & quis ille* 12.5.32. & 35
*aquila biceps, quid ſignificet in inſignibus imperij* 6.13.18. & 19
*aquila alba inſigne Polonorū* 6.16.7
*aquilæ ſors in deſignando rege* 7.14.9
*ara miſericordiæ apud Athenienſes* 13.22.2
*aræ paci dicatæ Deæ* 11.13.7
*aratorum animantia à militibus non capiantur* 11.5.10
*arbitri dati à prætore & ex compromiſſo accepti à litigantibus quomodo differant* 4.5.9
*arbitri dati à iudicibus datis quomodo differebant* 4.5.9
*arbitrium liberum hominis, quid potuerit ante peccatum & quid nunc poſt peccatum* 1.3.16
*arbor religioſa ruſcis, quæ curabat à Dæmone læſos, ſine dolore* 12.20.13
*arbores à Chriſtianis probibitæ diligenter coli,* 12.21.5. *vide quæ de lucis eodem c. 21. ver. 3. & 4*
*arbores fructiferæ non ſunt ob obſidionem ciuitatis ſuccidendæ* 11.10.3
*arborum fructus in viam publicam dependitiam facta pro publici venditio* 3.6.21
*arcanum vnde dictum* 2.5.2
*arcæ tabernaculi captiuitas & tranſlatio in diuerſa loca, & tandem in templum* 12.21.14
*arces an conducat reipublicæ habere* 2.3.4
*arces Babilonis & perſopoteos admirabiles* 2.5.3
*arcium in republica neceſſitas* 2.5.1
*arcium munitarum & murorum in ciuitatibus & principatu commoda & incommoda* 2.3.4. & 5
*archebuſeos habere minores probibitum Romæ* 9.1.19
*archelaus mentitus ſe filium eſſe regis Mithrydatis. & decepit alios* 7.18.3
*archelai Perdice filij vt regnaret parricidia* 7.17.17
*archidamæ mulieris Sparthiatæ fortitudo* 7.11.32
*archidiaconi munus* 13.1.12
*archipresbyteri iuuant epiſcopos* 13.1.13
*archondes Athenis primum perpetui, poſt biennales poſt vinos anni* 4.5.31
*arcus cœli fœderis cum Deo ſignum* 12.16.1

Ardydus vt regnaret ſolus patrẽ & fratrem necauit 7.17.19
Areopagus ex incorruptis hominibus & probatis inquiſitione & facto 4.5.41. vide & num.33
Areopagitarum ſenatus de quibus iudicabat. & eius differentia cũ alio ſenatu quingentorum 4.5.33
Areus nepos ex primogenito prælatus patruo in regno Cleomenis aui 7.10.6
Argentum viuum faſcinationibus aduerſatur 13.31.16
Argumentum à legibus ad contractus receptum 7.20.35
ariminenſe conſilium reprobatum 13.28.16
ariſtippi Tyranni arctiſsima cuſtodia quæ tamen nihil profuit 6.19.13
ariſtobuli & Hircani fratris de regno Iudæorum contentio 2.7.1
ariſtocratiæ ſtatus periculoſior monarchiæ 5.3.8
ariſtocratia quid 5.1.2
ariſtocratia plures poteſt generare tyrannos vno rege perintioſiores 5.3.8
ariſtocratiam & democratiam reiecit Deus in forma regiminis orbis & populi monarchiam iubens 5.3.14.& 15
ariſtocratica politia quibus deferat magiſtratus 4.5.15
ariſtocraticæ reipublicæ gubernatio raro bona & difficilis quare, quod contra eſt in monarchica 5.3.9
ariſtocratiæ finis 5.5.4
ariſtocratiæ rationes magis monarchiam confirmant 5.3.7.& ariſtocratiæ reprobatio eo.
ariſtogitogito donatus ſtatua 12.13.3
ariſtoteles Rhodius Phoceorum imperator 3.6.20
ariſtoteles explicatus aut notatus 6.18.15
arma non omnibus ferre permiſſum in republica 4.1.17
arma ſunt preparanda tempore pacis & ea quæ ad munitiones belli pertinent 11.3.16
arma non ſemper milites deferebãt, & quando ea caperent 9.1.18
arma ferre in conceſſu iuridico recte & quare interdictum 2.6.21
arma probibentur ſubditis ne ſe ipſos lædant 9.1.19. & vt latrocinia impediantur ib.
arma & leges coniunguntur neceſſario 10.1.6
arma qui poßint tempore pacis ferre vel non & quæ 11.14.3. in conſtit. Friderici.
arma à ſe dedentibus tradenda vincentibus & præſidia ab illis in vrbem admittenda 11.11.5. vide & numer. 7
arma à priuatis non habeantur non conficiãtur nec habeantur 11.5.15
arma bonorum contra dæmones, quæ 12.20.11
arma alienantis militis pœna 11.7.22
arma deferentibus ad hoſtes pœna capitalis 9.1.20
arma mouere ſine poteſtate eius qui gladij ius habet, crimen maieſtatis eſt 9.1.16
arma populo data in tumultu 9.1.13. alioquin haberi, certis perſonis exceptis probibita in monarchia eo. & in Democratia eo. num. 14
armorum Domini, ſunt & Domini ſtatus reipublicæ & mutationis 16.1.5
armorum & legum ſcientia imperanti neceſſaria 10.14
armorum ad tempus ſuſpenſiones induciæ ſunt 11.11.2
armaniæ vel armandiæ. vel armamentaria quæ. & quare inſtruũtur 9.1.13. quaréque in poteſtate principis per ſequentes numeros.

armoirics



armoiries vnde 6.16.1
arrogatio fœminarum olim difficilis 7.11.11
ars imperari quadruplex à fine 10.6.12
ars militaris in ordinanda & ducenda acie 11.4.1
ars ciuilis in quo conſiſtat 10.6.9. à quibus diſcenda eo. numer. 10
ars & experientia pro bona adminiſtratione requiruntur 10.6.5
ars regia iuris prudentia & quid 18.4.1
ars gubernandi aliud quam principalis 6.3.4
artium & ſcientiarum in repub. finis proprius & communis 1.1.25
artes iberales quatenus neceſſariæ principi 10 6.16
arſacidæ reges Parthorum vnde dicti 6.10.8
arſaces formauit regnum Parthicum, vnde poſteri dicti arſacidæ 7.12.8
artabani præfecti Xerxis ambitio ad regnum vſurpandum & eius cauſa homicidia & pœnæ 7.7.8
artaxerxæ quando omnes reges Perſiæ dicti 6.10.18
artemiſia Cariæ regina arma tulit in Athenienſis 7.11.54
artemiſia regina Cariæ ſtrenua armis 7.11.45
artifices quando Romæ in numerum ciuium recepti 4.5.21
artificum & artium collegia & ſocietates & ſacra introducta à Numa Pompilio Romæ 13.2.2
artificum conuerſationes ſublatæ in fratriis 13.19.16
artificum conſtitutiones ad monopolia pertinentes improbatæ edictis imperatoris & Franciſci regis Galliarum 13.3.4
Artobazanis & Xerxis filiorum Darij de regni primogenitura contentio 7.9.1
Artaxerxes rex Perſarum Darium conſortem imperij fratrem conuocantem necari fecit 5.4.4
Arura terræ quid in menſura 4.3.12
Arx vnde dicta 2.5.2
Aſiæ procurator, minor prætore 13.12.9
Aſinarij callidum inuentum, ad eludendum oraculum mortis 13.5.2
Aſinum ſuum mortuum ſuſcitauit S. Germanus 13.32.2
Aſinus ferens ſacra quid 4.10.10
Aſmonaim occuparunt principatum 2.4.2
Aſtarot idolum Sydoniorum 12.18.19
Aſtarthe idolum Sydoniorum 12.18.10
Aſtulphus Langobardorum rex 3.5.14
Aſtiages, Cyrum nepotẽ exponi & necari iußit metu ne ſuccederet in regno 7.7.4
Aſtutia ſapiens in populo domando 10.6.11
Aſylorum cauſæ 13.22.3
Aſylorum & eccleſiarum immunitatúmue cõſeruandarum praxis Galliæ 13.23.11
Aſylorum eccleſiæ & aliorum locorum abuſus & remedia toto 23. lib. 13
Aſylorum immunitas à pœna toto c. 22. lib. 3. quid Aſylum eo. 1. à quibus alibi inuentum quam in loco templi. eo. 2. violantium pœnæ 13 22.4
Ataulphus Gothorum rex Romam debellauit 6.11.12
Athalia ſemen regium extinguere conata vt regnaret 7.17.24
Athenæ plenæ adulatoribus & improbis hominibus 3.7.4
Athenais dicta poſtea Eudocia virgo erudita 7.11.75
Athenienſes iuramẽto regnum Codoro & poſteris detulerunt 7.4.3

Athenienſium mores 4.4.8
Athenienſes magiſtratus multiplices & à quibus & quomodo eligerentur 4.5.33
athenienſium forma in deligendis magiſtratibus 4.5.41
athenienſium reges dicti Cecropide & Erichtendæ 6.10.11
athenienſibus modus datus de lege conſtituenda 6.5.16
atreus regnum legauit 7.12.4
attalus pergami regnū legauit Romanis 5.12.3
attali ſtratagema ad animandos milites, ex hoſtiis clam victoriæ promiſſione notatis 13.6.5
auari principis in republica mala 5.1.22
auaritia nimia cauſa cōtemptus & mortis Visburi regis Gothorum 8.4.10
aubeme quid Gallis 3.2.8
audire oportet vtroſque litigantes, antequam ſtatuatur à iudice 4.5.48
auemonenſis eccleſiæ bonorum alienatio 7.10.63
aues edoctæ dicere hanno eſt Deus, 13.11.9
aues nec in templo capiēdæ 13.23.12
augarus Toparcha curatus 12.13.32
augur in ſingulis tributus poſitus Romæ 4.1.3
auguriorum irriſio 13.33.13
augurum inſignia 13.33.30
augurij diuinatio 13.33.29
auguſtus quare Octauius dictus, & deinceps Cæſares Auguſti 6.10.9
auguſtus metu incuſſo ſenatui conſulatum inuaſit 2.6.2
auguſtus teſtamento inſtituit imperij hæredem Tiberium 7.12.5
aulas principum non debent adire epi. & quando & quandiu permittatur 13.21.12
aulici cameleontes 13.12.3
aurea vaſa priuatis prohibita 4.11.6
aurelianus imperator ſibi primus diadema Romæ impoſuit, & aurata veſte vſus 6.20.22
auri quantum licebat mulieri ex lege Romanorum habere in ornatu 4.11.10
aurum inutile niſi ſint agricolæ & artifices 7.11.31
aurum gerere interdictum mulieribus in penuria pecuniæ Epheſiorum 3.6.28
aurum argentúmque cælatum habentes iuſſi, egente repub. Venetorū in monetariam deferre promiſſa ſupra valorem decima parte 3.6.39
autharis rex Langobardorum 13.33.24
autharus rex Langobardorum 3.2.4
authoritatis prætextu peccantes pœna grauiori digni 13.1.6

B

BAal quid, & eius idolum 12.18.6
Baal-berith 12.18.6
Baaſſa ſuſtulit proſapiam regiam Hieroboam, & ipſe parum regnauit 13.10.5
Babel turris ſuperbia ædificata habuit confuſionem 2.9.18
Babiloniā Semiramis ædificauit & Dei eius magnitudine & magnificentia 2.9.10
Babilon ciuitas ſtructa à Nabuchodonoſor 2.9.19
Babilonij, pietate & ex miſericordia proditi Dario 13.1.5
Babtiſmata & mundificationes Iudæorum, 12.5.26
Babtizatorum nomina debent ſcribi à curione 3.5.4
Bacchanalium origo & abuſus impius 13.19.2
Baculus Cynici Prothei talento emptus 13.14.6
Baculus officialium principis Maſcouiæ vt aliorum præpoſitorum domibus regni quid ſignificet 6.20.21


Baculus




Baculus regis pro ſceptro 6.20.21
quare à iuridicis Germaniæ ſequatur & lata ſententia confringatur 6.20.21
Baianus Bulgarorum rex Magus 13.27.9
Balaam filius Iob, num propheta Dei vel dæmonis 13.33.9
Balaam Magus 13.27.2
Balnea ab impudicitia conſeruanda 2.9.5
Bainba ex agricola factus rex Hiſpaniorum & fudit inſigni victoria Mauros 7.15.10
Bannitam mulierem quam licet cuique necare, non licet violare fornicatione 11.10.6
Barbam radere iubebant magiſtratibus Ephori quare 7.20.11
Barlaam heremita 13.25.14
Barnia ducale eſt ornamentum ducis Moſcouiæ 6.20.28
Βασιλεὺς qui & vnde Græcis 6.3.16
Baſilicæ cur eccleſiæ dictæ 13.15.2
Baſilicæ quare eccleſiæ dictæ 2.2.4
Baſilienſe conſilium reprobatum 13 28.16
Baſſina Vaticinatrix 13.33.20
Beatitudo vera, in quo conſiſtit 5.5.13
Beatitudo tyrannorum ſine voluptate vt docetur Damoclis experientia 6.19.1
Begardi & beguinæ eorúmque hæreſis & luxuria 13.19.13
Beguinarum & begardorum ſublatæ congregationes 13.3.17
Beguinæ & begardi qui 13.1.10
Beguinarum ſtatus quidam permiſſus 13.4.6
Bel antiquum idolum Babyloniæ 12.18.5
Bela rex Panoniæ remiſit vectigalia & tributa 3.9.7
Belgicus tumultus vnde cœperit 12.4.9
Beli ſacerdotes edebant quæ dicebant edi ab idolo 13.19.16
Belli & pacis duo tempora 10.1.1
Bella ob mulieres 11.1.8
Bella per magicas artes actum 13.3.7.49
Belli in Turcos & in alios gratia ſæpe ex prouentibus beneficiorum pars militantibus aſſignata 37.4.9
Belli & pacis penes populum prius in principem Romanum tranſlata poteſtas 6.1.5
Belli & pacis poteſtas quando à populo Romano in principem translatum eſt 7.19.8
Belli ius ſolis ſpartiatis regibus datum 8.2.9
Belli bona mala habent 11.13.6
Belli iuſti circunſtantiæ conſiderandæ antequam ſuſcipiatur 11.1.6
Belli denunciatio facta hoſti 11.3.2
Belli immunitas Perſis nemini conceſſa 7.3.9. nec Romanis 7.3.10. nec Athenienſibus 11.3.11
Belli fons, pax 11.1.15
Belli inter Philippum regem & Athenienſes cauſa 12.8.13
Belli & prælij tempore imagunculam quam ferebat Sylla, oſculabatur 12.17.9
Belli Veſpaſianici in Iudæos prodigia præcedentia 13.25.9
Belli Troiani futuri vates 13.33.15 & 16
Bellica virtus à quibus exculta 11.1.2
Bellicoſi populi mercenarij 11.1.2
Bello concluſo maturè exequendum 11.2.1
cum conſilio eod. num. 2
Bello occumbentibus quales honores habiti à repub. olim 11.1.6
Bellorum mala 11.1.5
Bello in iniuſto capta, reſtituenda ex conſcientia 11.1.5
malum neceſſarium Bellum 11.1.6
Bellorū cauſa cupiditas interdum

poßidendi theſauri 3.9.6
Bellorum mala quædam 12.4.8
Bellum iuſtum in ſubditos nolentes parere 11.1.3
Bellum & vis prohibita in ſtatibus imperij inter ciuitates liberas imperij 11.14.11
Bellum materia rei militaris, neceſſarium ſuo tempore in republica, ſi iuſtum 11.1.1
Bellum indicendum 11.10.1
Bellum non patitur omnino iuſtas leges, tamen adhibendæ quædam præcipuè in cuſtodia ſubditorum 11.4.2
Bellum releuari vel tolli poteſt qutuor modis fœdere, pactione, ſponſione, inducijs 11.11.3
Bellum concitare facile, ſed extinguere difficile 11.1.4
Bellum iuſtum pro quibus rebus 11.1.6. & 7
Bellum ſtudio ampliandæ ditionis cauſa iniuſtum habitum 11.1.9
Bellum ruſticorum prætextu libertatis euangelicæ 13.8.11
Bellum non omnes mouere poſſunt, ſed ab his quibus Deus gladium conceßit 11.1.12
Bellum iuſtum vel iniuſtũ ex modo inferendi quo pacto dicatur 11.1.13. vt non iuſt niſium denuncietur 11.1.3
Bellum non ſuſcipiendum niſi ex neceßitate, remediis aliis tentatis 11.1.11
Bellum mouere priuata authoritate capitale 16.1.5
Bellum quid à tumultu differat 11.3.12
Bellum flagellum Dei ad probandos bonos, & malos puniẽdos 11.1.15
Bellum iuſtum malum neceſſarium 11.1.6
Bellum gerere & de eo diſputare multum differunt 11.4.1
Bel-phegor 12.18.6
Benedictiones & maledictiones animalium & ciborum eorum 13.31.2
Beneficia vel officia plura vni conferre, quid mali habeat 4.6.5
Beneficia eccleſiaſtica aut officia regia alienigenis ſine adoptatione regis habere non licet in Gallia 4.6.10. quod & in alijs regnis obtinuit eod.
Beneficia eccleſiaſtica, non poſſe teneri ab extraneis regni Angliæ & Galliæ 13.17.11
Beneficia eccleſiaſtica perpetua 4.5.37. quibus modis tantum adimantur poſſeſſoribus eod.
Beneficiati de quibus diſponere bonis poßint 7.20.59
Beneficio indignus, qui officium nõ exequitur 13.1.34
Beneficiorum eccleſiaſticorum pluralitas deteſtabilis 13.14.12
Beneficiatus non tenetur ſtare contractibus ſui prædeceſſoris 7.20.46
Beneficiatus quando teneatur pro debitis ſui prædeceſſoris vel non 7.20.59
Bene timere quid 5.5.15
Beneuentum muris nudata ciuitas à Totila quare 2.3.7
Pampelonæ vrbis Nauarrorum muri dirruti ne rebellarit Carolo Magno 2.3.7
Beneuolentiæ tributum exactum à regibus quibuſdam Angliæ 3.6.29
Beroſo ſtatua cum lingua aurea, erecta 12.13.3
Berythus in metropolim erecta 2.1.9
Beſans in inſignibus quid ſignificent 6.16.9
Bibere nemo cogat, lex Caroli Magni 11.9.8
Bibliorum ſacrorum conuerſiones, in linguam Chaldaicam 12.5.31. & 32.
Bibliopolæ libros vetitos vedentes quomodo





quomodo puniantur 12.7.16
defenſio excudendi ſiue licentia 13.7.18
Blandinenſis Abbas, Hildebertus martyr 12.14.10
Blemmyes monſtra hominum ſine capite 6.1.15
Boemiæ regum à fœminis inuaſum 7.17.26
Bona reipublicæ dominicalia & alia 3.2.1
Bona eccleſiarum diuerſi generis temporalia 3.7.37. & ſequentibus quæ ſubijciantur oneribus.
Bonæ fidei ſunt omnes contractus cum principe geſti 7.20.26
Bona priuatis adiuit ex cauſa publica princeps 7.20.41
Bona aperte quædam bona, quædã mixta malis 13.1.2
Bona ſubditorum an ſint in dominio principis vel imperatoris 6.13.35
Bona adeſpota cuius ſint 9.1.25
Bona eccleſiæ & clericorum ſunt pauperum 13.17.6. Chriſti & religionis, eod.
Boni ſummi diuerſæ ſententiæ 5.5.12
Boni diuerſa opinio conſtituit diuerſas reſpublicas quæ bene ſe putant 5.5.17
Boni prætextu multa mala incautis appoſita 1.cap.1.num. lib.13
Bonifacij Summi pontificis actus 13.12.4
Bonifacius viij. Papa priuilegium dedit regi Galliæ exigendi ex eccleſiis, quod voluit poſtea reuocare 3.7.46. ſed male, vt ibidem.
Boranetz agnus, terra natus 13.25.3
Borboniæ domus delata nepoti ex primogenito præmortuo & nepos prælatus patruo 10.8
Bonum ſummum omnes & gentiles ponunt fœlicitatem ſed quod ſit illud non conueniunt 5.5.9
Boues locuti 12.13.22
Bracararum mulierum ſtrenuitas in armis 7.11.41
Britannicę mulieris ex ſtirpe regia fortitudo 7.11.33
Brunechildis vxoris Sigeberti regis Franciæ impietates & parricidia & pœna 7.17.26
Brunechildis regina Galliæ de epiſcopo indicauit ex commißione Papę 7.11.88
Bulgari & auari contenderãt prælio cui ex duabus nationibus deberetur regni ſucceßio 7.4.9
Buſyris Thebas centum portarum, ædificauit 2.9.11

C

CAan quare dictus princeps Tartarorum 6.10.8
Cabala Hebręorum quid, & quando ad Latinos notio eius peruenerit 12.9.3. Pytagorę eo.
Caballiſtici libri quidam indicati 12.5.27
Caballiſticarum & Talmudicorum interpretum differentia 12.5.19
Cacatione & podicem diſtendendo, honoratus pegor 12.18.6
Cachanus dictus rex Hungarorum 6.10.13
Caculę debent expelli ab exercitu tantum vno pro tribus militibus relicto 11.7.43
Cadmi aſylum Thebis 13.22.2
Cadurcum 7.16.2
Cęcorũ & claudorũ collegia 5.5.16
Cœli conſtitutio conducit ad mores formandos nationũ 4.4.11. & 13
Cęli opparitiones nauium, acierum, diſcurrentium, & aliorum, portentáque earum 12.17.10
Cęlibem vitam ducentes à legibus Romanis aliquando puniti poſtea ſublatis 9.1.51
Cęmiteriis aliquando factę à Chriſtianis vigiliæ 13.19.17
Cœnę ſumptuoſæ Heliogabali & Apitij 8.6.3

Cæſares vnde dicti 6.10.7
Pij Cæſares vnde dicti ſint 6.10.10
Cain dicitur fundator ciuitatis viſibilis ciuitatis 1.3.8
Cain fundauit ciuitatem Dæmonis 12.3.1
Caiphas prætextu conſeruandæ religionis Chriſtum damnauit 13.7.1
Caius Calligula Cæſar, ſe mentiebatur fratrem Caſtoris & Pollinis, & eorum conſilio & familiaritate vti, & de eis ſtultitia & ſorte 13.11.15
Caira diuus Pirata quomodo occupauit regnum Argel. 11.3.4
Calamita lapis ſortilegorum, quo amittunt & recipiunt propriam formam mutatam 13.28.20
Calaſiries milites Aegyptij & eorum immunitas 4.2.12
Calcei æquitum quare limati olim Romæ 4.3.10
Calcei punicei coloris pro inſigni Imperatoribus Conſtantinopolitanis 6.20.8
Calipha Summus pontifex ſuperſtitionis Sarracenorum 7.4.7 vngit reges.
Conſecratur rex Turcomanorum à Calipha Summo pontifice Agarenorum 7.4.7
Calligula notatus ſuperbiæ ſe cupiens dici caſtrorum filium, patrem exercitus 1. & 6.11.4
Calligulæ Imperatoris noua & inaudita impoſita vectigalia vel tributa 7.6.5
Calligulæ Cæſaris impia optatio 8.1.21
Cambyſes rex inuidit filio quod ſibi eſſet ſucceſſurus 5.4.4
Campana pulſata per ſe tempore aduerſitatum reipublicæ chriſtianæ 12.13.25
Campart & droit d'iceluy quid 3.2.14
Campſoris munus reſeruatum publico commodo 3.6.9
Candaces dicebatur à prima regina omnes quæ imperabant in Meroe Aegypti 7.11.51
Candaces dictæ omnes reginæ Meroes 6.10.16
Candelarum numerus adhibitus certus in miſſis vt ſuperſtitioſus prohibetur 12.2.5
Candelarum numerus ſuperſtitioſus in miſſis prohibitus 13.5.7
Candys inſignè regum Lydorum 6.20.23
Canis ex prora nauis inſpiciens, ſigillum Galbæ 6.16.5
Canon genus penſitationis publicæ inuariabilis 3.2.13
Canon librorum ſacræ ſcripturæ antiquæ quare non contineat libros qui à nobis recipiuntur 12.5.13
Canones Apoſtolorum nomine qui reprobati aut approbati 12.10.5
Canonicæ ſcripturæ præferendæ doctorum interpretationibus 12.10.7
Canonicæ ſcripturæ noui teſtamenti quæ ſint 12.6.1. & ſequent.
Canonici libri ſacræ ſcripturæ antiqui teſtamenti qui ſunt in eccleſia 12.5.15
Canonicorum abuſus in ſeruitio eccleſiæ 13.3.2
Canonicum ius, præſtat ciuili 12.10.4. ſeruandúmque in terris ſecularium
Canonis epiſcopi 26.9.5. explicatio 13.28.16
Capellæ ſanctorum quorundam in quas impunè ingredi nequeunt mulieres 7.11.19
Capilli longi interdicti ſtudentibus à rege Hiſpaniæ 4.11.6
Capillis permiſſis impoſitum vectigal 3.6.21
Capitanei regni qui 6.4.3
Capitatio in cenſu quid 3.5.1
Capitationis peregrinorum ſeu inquilinorum tributum Athenis & in Gallia 4.4.24
Capite cenſi qui 3.5.1
Capitibus ſtatuarum deorum demptis ſuum iuſſit apponi Calligula 6.12.15. item commodus imperator 12.16
Capitis ornatus proprij diuerſarum gentium 6.17.5
Capitonis piſcis natura in venando paſtum 12.20.10
Capra Amalthea 12.11.1
Capta in bello & corpora & res capientium ſunt 11.10.6. & ibi. in margine num liceat conſtuprare captas.
Capta à gentibus non fœderatis, capientium ſunt 11.15.2. & ibi ius poſtliminij eo.
Capta ab hoſtibus partim in publicum redacta 3.2.7
Captiuis etiam regibus honor habitus ab inimicis 8.3.6
Captiuorum cauſa bona eccleſiæ diſtrahi poſſunt 3.7.24
Captiuorum redemptio poteſt certa fieri pacto inter duces 11.15.14
Caput neceſſarium omni corpori ſiue ciuili ſiue naturali 5.3.14
Caput populi princeps in capite vt plerunque principatus gerit inſigna, nihilominus & alibi 6.20.2
Capitatio Romanis ab Aiſtulpho Langobardorum rege impoſita 3.5.14
Capitatio integra interdum ſingulis, viris vna, interdum duobus aut tribus vna 3.5.7
Capitationis tributum qui non ſoluebant 3.5.8
Captiuitas in bello 11.10.6. num captiuos necare & quando liceat ibidem in margine.
Captiuitate quæ amittantur 11.15.5
Captiuitatis ius ab humanitate ortum 11.12.7
Captus ab hoſtibus ſeruus hoſtium ſed num inter Chriſtianos 11.15.1. & ibi ius poſtliminij.
Captus ab hoſtibus, antequam in præſidia eorum perueniat remanet ciuis 11.15.2
Carcer vnde dictus 2.1.3
Carceratorum cura debet eſſe commentarienſi & iudici 2.7.4
Carceres iuxta tribunalia tuti & muniti eſſe debent 2.7.1
Carceres violant aut es effringentes aut inde euadentes qua pœna digni 2.7.5
Carceres publici iuris nec priuatis conceduntur 2.7.2
Carceres diuerſi cuſtodiæ coercitionis, ſupplicij, virorum & fœminarum diſtincti 2.7.3. & 4
Cardinalatus tres galeri ob penuriam pecuniæ à Clemente ſeptimo licitationi expoſiti 3.6.42
Cardinales quare purpurati & cum galero purpurato 4.11.7
Cardinalis ex quæſitis ex cardinalatu diſponere poteſt ex priuilegio 13.16.10
Cardinalium ſacerdotia, à decimis præſtandis ob bellū turcitum exempta, quod aliquando populum Chriſtianum exacerbauit 3.7.49
Caricæ mulierem ex lege nunquam cum maritis cibum ſumebat aut proprio nomine compellabant, ibi ratio 7.11.28
Caricę gentis tria præcipuè iuuenta 6.16.2
Carinthiorum Archiducis quomodo fieret electio 6.20.45
Carinthiorum Archiducis electio qualis 7.15.16
Carmitum in medio Galliarum 13.12.16
Carnes quæ debeant dari militibus 11.5.1
Caroli 5. Cæſaris ſepulchralia ab eo ante quinquennium facta ſecreto 6.3.8

Caroli 6. regis Gallorum de regno in Anglos transferendo conuentio irrita 7.16.9
Caroli Martelli bonorum eccleſiaſticorum 28. vſurpatio 13.17.15. viſio poſt mortem eius animæ damnatæ eo.
Bona eccleſiæ eripuit & diuiſit Carolus Martellus & eo tempore alij relictis neceſſariis epiſcopis & aliis eccleſiaſticis perſonis quod emendat ſub Adriano Papa 13.17.15. vindicta diuina eo. 16. & aliorum qui vſurparunt illa bona 13.17.16.& 17
Carolus magnus iuſsit etiam deſcribi bona pontificum & ſacrarum virginum 3.4.12
Carolus duratus 3.7.33
Cartago facta regia Africæ à Genſericho 2.3.7
Caſſander necauit filios & vxores & matrem Alexandri magni vt regium nomen haberet 7.4.3
Caſſandra vaticinatorum 13.33.16
Caſſandræ violatæ in templo vindicta 13.8.16
Caſtella limitanea non debēt detineri ab aliis quàm militibus 11.5.5
Caſtrantes aſinos & porcos, inuocant Sanctum Antonium 13.32.2
Caſtrati qui fuerunt dormiendo ab Angelis in concupiſcentia 13.31.9
Caſtrum caſtellum quid 2.1.7
Caſus grauior principum vt ex altiori loco 6.3.10
Cathari hæretici qui 13.1.10
Cathedra Galthea, ſcolici regni omen 6.6.8
Catholica religio, vera eſt, & qualis illa, & quomodo cognoſcatur 12.2.6.
dicta ab hæreticis & Ethnicis ſuperſtitia 1.2.3.& 8
Caudis iumentorum tributum impoſitum 3.4.17
Caſus non expreſſus in lege pro omiſſo habendus quando 7.10.31
Cauſæ ciuiles & criminales in iudicio Iudæorum 4.5.29
Cautiones adhibendæ in iudiciis & captionibus maleficarum 13.30.2.3.4
Celeſtini ſummi Pontificis deceptio 13 13.8
Celeſtinis Lutetiæ probibitum amplius prædia acquirere & quare 13.16.3
Celeſtinus voce per Cannam vt cælitus miſſa deceptus, ſe abdicauit Pontificatu ſummo 13.11.21
Celſus charus Traiano 12.13.3
Cenethi regis Scotiæ religionis prætextus ad incitandos Scotos ad pugnam contra Pictos 13.11.20
Cenſitio à Catone facta de rebus etiam minutis poſſeſsio 3.4.12. item & de ſacris à Carolo magno facta eo.
Cenſoriæ poteſtatis abrogatio quare 4.12.8
Cenſor non accuſabatur poſt depoſitam cenſuram de geſtis 4.12.4
Cenſores duo eligebantur vnus ex patritiis alius ex plebe 4.12.4
Cenſoris notæ in ordinibus 4.12.3
Cenſoris poteſtas in mutandis ordinibus populi Romani 4.1.11. & 12
Cenſorum quorum fuit munus 3.5.3
Cenſu ſeu æſtimatione poſſeſſorum diuiſus populus Romæ & apud Græcos per claſſes 4.1.2
Cenſu dum deferuntur honores reipublicæ eſt malum 5.1.25
Cenſuales tabulæ vaſorum dictæ 3.4.9
Cenſualis profeſsio ſeu deſcriptio quomodo fieri debeat 3.4.9. & ibi quæ in cenſum deferri deberent vel non
Cenſum agere perſonarum & facultatum fuit primum regnum, his exactis, Conſulum 3.5.3
Cenſum quomodo inſtituerit Seruius Tullius 3.4.7
Cenſum agere quid 3.4.7
Cenſuræ poteſtatis origo 4.12.1
Cenſura eccleſiaſtica quid & ad quos pertineat 4.12.10
Cenſuræ poteſtas ad quos annos data 4.12.2
Cenſuræ quæ erant obnoxia 4.12.4
Cenſus acti & agendi vtilitas 3.5.2
Cenſus & deſcriptio perſonarum quomodo Romæ ageretur 3.5.3
Cenſus actus populi Iſraelitici ante cenſum Romanorum iuſſu Dei 3.5.5
Cenſus capitationis quid 3.5.1
Cenſus tributi quando pro rebus, quando pro capite exactus apud Romanos 3.4.1
Cēſus datus per ſingulos naſcentes adoleſcentes & morientes 3.5.4
Cenſus quadruplex diſtinctus Athenis à Solone 3.5.11
Cenſus ſubiectionis non poteſt præſcribi contra dominum 3.8.1
Centeſima, tributum quoddam 3.6.3
Cephalatio capitationi tributum impoſitum à Leone Iſauro Imperatore 3.5.13
Cera benedicta contra maleficia 13.30.4
Cerberus triceps canis, dicitur lenipus 10.4.5
Cerberus canis triceps, quare teſſera dæmonum 12.20.11
Cerei accenſi etiam apud Ethnicos in feſtis eorum 6.20.14.& 15. in iuramento Syracuſarum 6.20.15
Cereus prælatus Pontifici in Vtropia 6.20.27
Cerites qui & in Ceritum tabulas referri punitum ciuem quid eſſet 4.1.12
Chaldæi qui 13.25.11.& 14
Chaldaicæ paraphraſes ſacrorum Bibliorum 12.5.31
Chaldæi vrbe Roma expulſi edicto 13.1.23
Chaldericus rex Galliarum 13.33.20
Cham Magus 13.25.13
Cham Magus 7.11.37
Chamos idolum Moabitarum 12.18.9
Characteres Magici nulla ex ſe aut vnde vires habeant 13.26.2
Charmidas ex lege ſua ſibi mortem conſciuit 2.6.21
Chartuſianis probibitum prædia Lutetiæ acquirere 13.16.3
Cherpe regis Aegypti immenſæ pyramides 2.9.17
Chephrenes pyramis 2.9.17
Cherubinorum deſcriptio & pictura 12.13.9
Choreæ ſignum otioſorum 13.21.14.
interdictę eccleſiis eo. ab idololatria 13.21.15
Chorepiſcopi ſublati 13.3.17
Choſroes imperium Aſiæ in gente ſua per trecentos annos per ſucceſsionem durauit 7.4.6
Chriſtologus imperator Pertinax cur dictus 6.14.3
Chriſti regnum terrenum veritus Domitianus imperator 7.7
Chriſti acta ficta & ad corrumpendos Chriſtianos legi mandata per Maximinium 12.6.3
Chriſti linteamiña & ſudaria, magnæ virtutis, vt crux, veſtes, & quare 12.16.2
Chriſti fides & aduentus deiectio omnium oraculorum & dæmonum 14.33.34
Chriſtiana fides & religio, Magis valde contraria 13.32.13
Chriſtiani, non tam rudes qui lignū imaginum Deū putent, vel exiſtiment ſanctos eſſe eos 12.15.1
Chriſtianorum pugna cum mundo, dæmone, carne, & victoriæ præmium 12.23.11

*Chriſtianis fidem ſimulare atheum eſt* 13.12.21
*Chriſto data inſignia imperij* 6.20.5
*Chriſtus & imperatoris & ſacerdotis poteſtatem exercuit vt ſignificaret vtramque ab illo pendere* 7.1.8
*Chriſtus à Tiberio referendus erat in numerum deorum, niſi contempſiſſet is ſenatum* 13.17.13
*Chriſtum ſe haberi voluit manes,* 13.13.9. *alius quidam in Gallia eo.* 10
*Chriſtus, quare agni figura ſignificatur* 12.13.7. *non ouis vel alterius animalis, eo. blaſphema pictura eius* 12.13.10
*Chryſargyrum cenſus qualis* 3.5.9. *ſublatus eo.*
*Cibum ex fictilibus capit alioquin honoratiſſimus præfectus iaponiorum* 8.3.10
*Cicadas in capite cur ferrent Athenienſes* 6.17.5
*Ciceronis & Appij de definienda vera nobilitate contentio* 4.2.7
*Ciceronis ædes dirrutæ quod non iudicatos ſuſtuliſſet* 2.10.5
*Cidaris regia quid* 6.20.22
*Cincinnatus ab aratro dictus dictator* 7.15.5
*Cincinnatus* 7.15.5. *Hiſpaniorum rex Bamba* 2.15.10
*Circe venefica* 13.27.8
*Circes & Vlyſſis explicata fabella* 8.5.3
*Circunciſio ſignum fidei* 12.16.1
*Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere* 2.6.21
*Ciuem ſeruare plus quam mille hoſtes occidere* 11.1.11
*Ciuem quæ faciant* 4.4.23
*Ciues Romani, qui ſub imperio erãt* 1.3.18
*Ciues admiſſi extranei num ad honores ciuitatis & magiſtratus admitti debeant* 4.5.22
*Ciues dicuntur quidam etiam vrbem habitantes* 1.3.21
*Ciues diuerſo modo dicti aut ratione domicilij aut munerum aut aliorum iurium ciuitatis* 1.3.22
*Ciuibus in interimendis & opprimendis clearchi tyranni doli* 7.18.16
*Ciuilis ſcientia regia* 10.4.1
*Ciuilis ars in quo conſiſtat* 10.6.9 *à quibus diſcenda eo.num.* 10
*Ciuis quid & vnde dictus* 1.1.7
*Ciuis cum is qui extra ſed iuxta vrbem habitat* 2.4.2
*Ciuis is qui in cenſum referebatur* 3.5.2
*Ciuis plus quam incola* 4.4.23
*Ciuis Romanus per decẽnium militare debebat* 11.6.11
*Ciuitas & ciues vnde dicantur* 1.3.1
*Ciuitas cœleſtium ſpirituum cœleſtis, & malorum infernorum* 1.3.3
*Ciuitas cœleſtis propria hominibus & de ea multa* 1.3.5
*Ciuitas Poniropolis in qua collocauit Philippus rex omnium maleficiorum reos* 1.3.8
*Ciuitas communis omnibus hominibus vniuerſus orbis* 1.3.4
*Ciuitas antiquitus erat quatuor opidorum* 1.3.19
*Ciuitas generalis malorum hic viſibilis* 1.3.8
*Ciuitas muris deiectis quando retineat priuilegia vel amittat* 2.3.8
*Ciuitas ſine magiſtratibus eſſe non poteſt* 4.5.1
*Ciuitas data prætio* 3.6.9
*Ciuitates hodie quæ dicantur* 2.1.6
*Ciuitates maximæ metrapoles, magnę vbi forum cauſarum. minores reliquæ* 2.1.13. *earum circa profeſſores ſcientiarum immunitatis, eodem*
*Cuitates & opida quomodo cœperint* 1.2.2
*ciuitates ab oppidis quid hodie differant, & vt ſint magnæ & paruæ* 2.1.5
*ciuitates qui ædificarunt* 2.9.7
*ciuitates duæ hominum generales, bonorum Dei, & malorum & dæmonis* 1.3.5
*ciuitates Dei & diaboli, quando fundatæ* 12.3.1
*ciuitates priuilegiatæ facilius replentur habitantibus quam non priuilegiatæ* 4.4.18
*ciuitates imperiales quibus articulis fecerunt pacem cum imperatore* 11.14.11
*ciuitatis princeps quis dictus* 6.4.2
*ciuitatis vel ciuium quæ fuerunt Romæ iura* 4.4.14
*ciuitatis expugnationis lex* 11.10.2
*ciuitatis obſeſſæ leges* 6.13.11
*ciuitatis interitus propinquus, in qua magiſtratus legi imperant* 17.20.2
*ciuitatum cœleſtis & terreſtris & dæmonum conuenientia & differentiæ* 1.3.9
*ciuium partitio Romæ per cenſum, id eſt valorem patrimonij* 3.5.7 *item apud Græcos* 3.4.8
*claritas debet adeſſe legibus* 10.5.22
*claſſes quot populi Romæ diſtinctæ* 4.1.2
*claudius Caligula caput ademit ſtatuis deorum & iuſſit ſuũ poni, & ſe adorari fecit & ſacrificia inſtituit ſibi* 6.12.15
*claudius epiſcopus Taurinenſis iconoclaſtes, ex immodico zelo* 12.14.2
*claudij Cæſaris in ædificiis publicis agendis reprehenſio* 2.9.16
*C. Claudij Caligulæ principatus initio bonus poſtea impius* 8.1.3
*claudus ne in regnum admitteretur prædictum ab oraculo Lacedæmoniis* 7.10.16
*claues portarum ad præfectum militum pertinent* 11.9.1
*clauſtri abuſus* 13.21.13
*Cleander præfectus cubiculi commodi cum ſuis morti addictus, quod frumenti copiam coegiſſet vt populi fauorem demergeretur* 13.12.7
*clearchus Heracleotarũ tyrannus honores diuinos ſibi vſurpauit* 6.11.6
*clearchi ad occupandam tyrannidẽ dolus & crudelitas* 7.18.16
*Clemens quomodo, quo tẽpore miſſam Romæ celebrabat piſcis conſecrauerit eccleſiam ſancti Petri* 13.2.12
*clementia dignior principe crudelitate quare* 11.12.4
*clementia nimia Ludouico Pio nocuit* 13.12.18
*clementia principis non debet eſſe contra iuſtitiam* 10.2.9
*clementia nimia principis damnabilis* 6.18.18
*clientum & patronorum leges amicitiæ* 4.3.14
*Cleomedes etiam non mentis compos patri in regno ſucceſſit ca.* 6. *num.* 2.
*Cleomenes Alexandridæ primogenitus etiam mentis impos prælatus fratribus in regno Lacedæmoniorum* 7.5.5
*Cleopatra Demetrium virũ ſuum & Seleutium interemit* 7.17.16
*Cleopatra mutauit virtutem Antonij* 7.11.21
*Cleopatræ maleficia & parricidia vt regnaret* 7.17.29
*Cleopatra reginam reginarum ſe dixit* 6.11.3
*Cleorelphus rex Nottuhumbriorum* 5.3.13
*Clericus non tenetur ad guidagia & alia vectigalia etiam pro rebus ſuis quemadmodum nec pro rebus eccleſiæ* 3.7.8

Clericus coniugatus quibus priuilegijs eccleſiaſticis clericorum vtatur 3.7.42
clericus de pace violata damnari poteſt coram epiſcopo, 11.14.3. in 5. capite Fredericanidæ conſtitutionis.
clericus abutens priuilegio, eo nudandus & ſecularibus relinquendus 13.3.20
clerici in periculo hoſtili imminente rectius facient ſi orent quam ſi militent 3.7.31
clerici non debent viuere de bonis eccleſiæ ſi habent ex patrimonio 13.17.6
clerici tenentur Deum orare pro laicis etiam, ſine vlla noua illorum largitione 3.7.47
clerici ad onera & munera patrimonialia tenentur pro rebus 3.7.28
clerici non debent militaribus negotijs vacare ſed orare 3.7.23
clerici negotiãtes pro rebus in quibus negotiantur, ſubiiciũtur portorijs gabellis & vectigalibus principum ſecularium 3.7.48. ſi ter prius admoniti non deſtiterent negotiari, eod. ibi & num priuilegia clericalia negotiando amittant, & fori, eod.
clerici acephali non decipiuntur 6.2.1
clerici negotiari non debent 3.6.48
clerici non ſunt ſubditi principibus ſecularibus 3.7.11
clerici pro rebus eccleſiæ habent onera ad quæ non tenentur laici 3.7.12
clerici delitioſè viuentes damnãtur 13.17.8
clerici militare non debent armata militia ſed ſpiritali 11.1.14
clerici debent ſine onere participare in priuilegijs laicorum, quia laici ſine onere participant in officio clericorum 3.7.6
clerici non debent hoſpicia 13.20.1
clerici quomodo ab otio inani retrahantur 13.21.7
clericorum res & bona quibus muneribus & oneribus ſecularibus teneantur 3.7.45
clericorum bona quæ ſunt muneribus & indictionibus laicorum obnoxia aut non, 3.7.38. & ſequentibus 39.40.41.42. & 43.
clericorum habitus qualis eſſe debeat 4.11.19
clericorum nobilium ſumptuoſè viuentium excuſatio à progenie ſumpta, reiecta 13.17.9
clericorum duodecim abuſiones 13.21.13
clerus non reuocandus ad paupertatem 7.2.4
clipeo eleuati reges creati alicubi 6.20.26
clodoueus irreligioſè reliquias ſancti Dionyſij tangens mente captus 13.14.5
coactio iuxta ſubditorum contumaciam 11.1.3
cochebas pſeudochriſtus eiúſque crudelis perſecutio contra Chriſtianos 13.8.8
codrus ſe deuouit pro ſalute populi 8.1.17
confiſcatio non habet locum in poſitis in mentibus pietatis pecunijs 13.16.10.11. & 12
confiſcationes quare in democratia non ſunt vtiles 5.2.1
cognitio boni & æqui & honeſti naturalis, neceſſaria ad ſocietatem humanam 1.3.13
cognationis & agnationis differentia ſublata in ſucceſsionibus iure ciuili 7.11.91
cœli terræ ſyderúmque nominibus qui & quare antiquitus appellati 6.12.2
cœlum aſcendere velle, finxit Conſingas ſacerdos 13.11.12
cœnatus

cœnatici nomine nihil exigant milites ab hoſpitibus 11.5.12
cœnæ Tyberij & aliorum quorundam imperatorum frugales 8.6.4
collatio omnis noua pecuniarum ab alio non fit quàm à principe 9.1.30.
collectæ ob neceſsitates publicas, quibus concurrentibus poßint imponi eccleſijs & eccleſiaſticis 3.7.34
collectas imponentes perſonis eccleſiaſticis ſine licentia Summi Pontificis, ſunt excommunicati 13.20.1
collegia illicita conſtituentes qua pœna puniuntur 13.3.16
collegium prophanum poteſt libere diſponere de bonis ſuis 13.2.8
collegium prophetarũ, quid 13.33.11
collegium militum Romæ ſancti Petri propter alũnum mineram 4.7.9
collegia & congregationes vetãtur contra ſenatuſconſ. & legis Eugi 13.2.5
collegia latronum cæcorum claudorum mala 5.5.16
collegia ob comeſſationes ſublata 13.19.16
collegia reformanda & reſtituenda primæuo ſtatui 13.3.2
collegia quædam probata pia iure ciuili 13.2.7
collegiorum ſingularium & artificum & artium prima Romæ introductio quando 13.2.2 leges 13.2.3
collegiorum inſtitutio, deſtitutio, reſtitutio pro occaſione temporum Romæ 13.3.14
collegiorum & fratriorum abuſus & remedia cap.3.lib.13
collegium initum ſpecie ſanctioris degendæ vitæ, vt coniuratio à Crotoniatibus punitum 13.3.15
collegiorum religionis gratia, laus abuſus remedia, toto c.2.lib.13
collegiorum & congregationum diſſoluendarum rationes 13.3.19 & 21.22.23
collegiorum cauſæ 13.2.2
collegiorum diuerſæ ſpecies ex diuerſis congregationum generibus & cauſis 13.2.2
collegiorum literarũ abuſus 13.3.4
Colomanus quamuis balbus gibboſus & imperfectus prælatus in regni Vngariæ 7.6.2
Coloniæ vnde dictæ 1.2.2
coloniarum duces qui 6.7.3
coloribus diſtinctæ veſtes meretricibus alicubi 4.81.9
Coloſſus Rhodius refectus ex eleemoſynis 3.6.33
colus & fuſus propria mulierum 7.11.7
comam nutriebant Perſarum reges & Gallorum 6.16.10
comburendi ſunt libri prohibiti 12.7.11. & 19
Comes Matiſconenſis raptus à dæmonibus in aera & exportatus ob occupationem bonorum eccleſiæ 13.17.16
cometes ortus aut malum maximũ ſi malus, aut bonum ſi bonus portendit 17.19.1
comitatus titularis ſine poſſeßione 6.7.6
comitatus ſancti Seuerini adiudicatus nepoti contra patriam iure repreſentationis primogenituræ 7.10.12
comitatus Burgundiæ ex ſtatibus imperij 9.4.3
comitia Iulius Cæſar partitus eſt cum populo, 7.10.8. poſtea alij principes omnino
comitia populi tempore coniurationum quæ agenda, 13.12.13 ibique quæ comitia & quando habita ſunt vtilia & ſequentibus.
comitiorum Democratiæ & ſub regia poteſtate differentia 13.12.14

*Comitijs, fœminæ non intererant* 7.11.11.
*Commeatus pro exercitu ante bellum parandus eſt* 11.3.13
*commeatus non datur tempore expeditionis aut raro* 11.7.14
*commeatus militi quando non debeat dari à duce* 11.9.4
*commentaria quæ Hebræa in ſcripturam ſacram Hebræam,* 12.5.18. *Thalmudica eod.* 19.
*commentarienſium cura erga carceratos* 2.7.4
*commercia ad ſocietatem humanam conſeruandam inuenta* 1.1.21.
*commercia quarum rerum prohibita* 4.7.8
*commerciorum facultate carere inter homines maxima pœna* 7.20.29
*comeſſationes & conuiuia prohibita in ſacris ædibus & feſtiuis congregationibus* 13.3.6
*comethe ſacerdos Dianæ* 13.19.8
*comites dicti olim præfecti adminiſtrationi ciuitatum temporales* 6.7.5
*commodum rei ſentiens, debet ſubire & eiuſdem incommodum* 3.7.30
*Commodus Imperator voluit adorari* 6.12.16
*Commodus Imperator in die natali ſuo imperauit tributum Senatoribus & eorum vxoribus* 13.6.34
*Commodus Imperator ex bono Imperatore malus* 8.11.14
*communia erant omnia tempore Saturni* 3.3.4
*communitas quid* 1.1.7
*Compoſtella vrbs Hiſpaniæ olim Brigantia* 6.6.8
*concentus ex inæqualibus ſonis* 1.1.8
*concionatores arrogantes ſeditioſi & turbulenti reprehenduntur* 13.14.17
*concionatoris eccleſiaſtici abuſus in decipiendo & perſuadendo populo* 7.18.10. & 14
*concilia œcumenica quædam damnata, ſine Summo* Pontifice *celebrata* 13.28.16
*concilia eccleſiaſtica contra oppugnatores virginum ſacrarum* 12.14.8. & 11
*concordia in rebus omnibus eas continet, diſcordia diſſoluit* 1.1.16
*concubinæ plures Dauidi & Salomoni* 9.1.45
*num iure regis poſſent illas habere inuentas*
*Condalus Mauſoli regis legatus, ſubtilis exactor pecuniarum à populo* 3.6.21
*confeſſorum quidam deprehenſus abuſus in præiudicium & curionum & dominorum rerum* 13.13.17
*confirmatio officiorum mortuo rege petitur à rege ſucceſſore in Gallia* 4.5.38
*confiſcationis poteſtas ex iuribus regijs & principis eſt abſoluti* 9.1.32
*alijs tamen iuridicis ex priuilegio conceſſa, eod.*
*confratriæ quæ probatæ religionis cauſa vt diſciplinatorum* 13.2.8. *an habeant priuilegium piæ cauſæ, eod.*
*quod conueniantur coram iudice ſæculari, eod.*
*confratriæ religionis cauſa probatæ iure ciuili* 13.18.5
*quando probandæ* 3.9.2
*confuſio ex æqualitate* 6.1.2
*congregationes hominum etiam boni prætextu ſuſpectæ habitæ coniurationis* 13.3.15
*congregationes hominum ſine principis authoritate probitæ* 13.4.3
*coniurationes vocant Ligues, tempore pacis probibitæ* 11.14.5
*coniurationes teguntur prætextu conuenticulorum, ratione religionis, ideo probibentur* 13.3.10.
*coniurationes & modi earum in Ludouicum* Pium 13.12.18
*conſcientia bona, vera gloria principis, contra mala* 8.9.2
*conſecrationis tabula non comburenda ſed ſepelienda ex ſtatuto Maſcouitarum* 12.14.11
*conſilia ſacra conſeruanda in terris imperij, recepta à Summo pontifice* 12.10.4
*conſilia dux ſecreta habere debet ne hoſti prodantur* 11.2.3
*conſilia Belli delata apud Celtab mulieribus* 7.11.29
*conſiliabulum Græcum contra imagines ſacras* 12.14.6
*conſiliarij iudicum vnde ſumpti* 4.5.14
*conſiliarij quales eligendi à principibus* 18.3.6
*conſiliorum ſacrorum generalium prouincialium & epiſcopalium vtilitates ſi frequenter babeantur* 13.1.16. & 17.18
*conſilium* Piſanum *diſplicuit Iulio* 13.7.6
*conſilium magnum* Iudæorum *& iudicum vbi* 4.5.29
*conſilium populi non ſequendum* 5.7.26. & 28
*conſilium mulierum inualidum* 7.11.13
*conſilium in bello ſuperat militum magnam manum* 11.2.2
*conſulum imperij inſignia alternatim per menſem apud vnum ex conſulibus ſolum* 5.3.10
*Conſtantia regina Galliæ* 7.11.88
*Conſtantia monialis educta à monaſterio vt nuberet ad conſeruandum in genere regnum* 7.16.5
*Conſtantij tempore multi in caſtris necati prætextu puniendæ ſuperſtitionis* 13.8.6
*Conſtantinus V. Imperator Orientis, iconoclaſtes & apoſtata à fide* 12.14.9
*Conſtantinus Magnus, eccleſiam ſeu tabernaculum cum miniſtris ſuum circungerebat* 12.22.2
*Conſtantinus Magnus reliquit* 7.12.2.
*Conſtantinus non imperauit vniuerſo mundo* 6.13.32
*Conſtantini Magni mores* 6.13.33
*Conſtantini Magni auxilium multum profuit eccleſiæ* 13.1.24
*Conſtantini nomine laudabant omnes bonos principes antiqui* 6.11.4
*conſuetudo contrarijs moribus tollitur* 7.11.88
*conſuetudinis & legis differentia* 10.5.6
*conſules annui* Romæ *cum regia poteſtate* 4.5.31
*conſules cur non gererent faſces in vrbe* 9.1.38
*conſules annui* Romæ 7.3.3
*contemptum ſui ob ſenectutem preuenit* Nerua 8.4.8
*contemptus principis non ſeruantis dignitatem* 8.4.7 & 9. *euitandus, eod.* 9. *mala, eod.* 11. & 12.
*continentia vrbis quid differant à ſuburbijs* 2.4.2
*continentia Scipionis Africani in virginem captiuam* 8.5.2. *Alexandri Magni in Darij vxorem*

& eius puellas eod.
contractus inuenti ad facilitatem commerciorum 1.1.22
contractus cum principe initi, habent vim legis 7.20.28
contractus à principe factus reuocari ex ſola ſua poteſtate non poteſt, 7.20.26. & illo obligatur, eod.
contractus ſunt fœdera ideo ſeruanda 11.11.13
contractus. conſenſu fiunt & diſſoluuntur 7.20.33
contractus cum principe facti, omnes bonæ fidei 7.20.26
contractus ſunt ex genere relatiuorum & vtrinque obligant 7.20.29
contractus de quibus non poſſunt fieri à principibus ſi agatur de alienatione 7.20.61
de quibus poſſunt, eod. 7.20.6
contractus factus per principem an obliget principem in dignitate ſuccedentem 7.20.34. & ſequentibus.
contraria explicatio num. 8. vera num. 10
contrariæ rationis quod deterior 5.3.2
contrarietas communi quodam principio & principe temperatur, 6.1.2. ea conſeruat rempublicam, eod. 5
contumaces eccleſiæ quibus modis ab eccleſia compelluntur vel caſtigantur 13.12.21
conuenticula eccleſiaſtica vetita quæ coniurandi habent occaſionem 13.3.10
conuenticula olim quæ nunc ciuitates dicantur 1.3.2
conuenticula ratione fidei punita quare 13.3.9
conuenticula prohibita 13.9.2
conuenticula quacunque occaſione etiam parentelæ tempore pacis prohibita 11.14.5
conuentiones eſſe ratas, omnium intereſt 8.8.3
conuentiones publicæ & priuatæ quæ 8.8.6. & 7
conuentiones publicæ inuiolabiles 7.20.60
conuentus religionis cauſa antiquitus priuatim ante templa conceſſa, poſtea in templis, maximè probati 13.18.3
conuentus ſortilegij fiunt die Iouis & dominico noctu 15.28.15
conuentus & conuiuia ſortilegarum imaginariæ contingere adſtruitur 13.28.1. & 17
conuentus iuridici non erant olim ita frequentes nec lites 2.6.2
quando in Gallia & Germania 2.6.3
conuiuij prætextu vocati parricidio necati 7.17.17
conuiuia fraterna antiquitus valde probata in eccleſia ſeu agapæ 13.18.4.
& temporibus feſtiuis. eod. ſublata 19.16
conuiuia ſortilegarum 13.28.3. & 10
conuiuiorum ſocietatum & collegiorum artificum & fratriarum & graduatorum improbatio 13.3.5
Cordius rex ſorte electus 7.14.4
coria pecorum immolatorum regum Spartiatarum erant 8.2.9
Corinna vicit certamine literarum vel poeſi quinquies Pindarum 7.11.71
coriolanum cum exercitu mater reuocauit à clade inferenda Romanis 7.11.36
Cornelius Gallus præfectus Aegypti, damnatus, quod paſſus fuiſſet ſibi





ſet ſibi rerum à ſe geſtarum pyramides erigi 13.12.8
corollæ quid 6.20.32
corona pacis & honoris ſignum 6.20.37
corona differt à diademate 6.20.31
corona regni augurium 6.20.31
corona metaphoricè pro omni circulo, in capite vel alibi 6.20.33.
corona ſignum eorum qui præſunt in ſpiritualibus vt ſacerdotum, & in temporalibus vt regum 6.20.40
coronæ quibus datæ aureæ vel alterius generis 6.20.32. vnde dictæ, eod.
coronæ militares quot, 11.8.7. in margine.
coronam generat Sacerdos Magnus 6.20.39
coronabantur cur ſacrificantes deis ſuis 6.20.36
coronamenta florum cur conuiuijs adhiberentur 6.20.35
coronarum diuerſæ materiæ, diuerſæ formæ, & diuerſis cauſis, vnde & illis diuerſa nomina quæ vt quædam dictæ triumphales, ouales, ciuicæ, &c. 6.20.33
coronarum etiam variæ ſpecies ponuntur in ſacra pagina & vitæ æternæ & honoris, & amicitiæ regulis 6.20.38
corpora finguntur à bonis & malis angelis 13.28.12
corporea bona voluptatis diuitiæ non eſſe ſummum bonum docetur 5.5.9
corpus ciuile quid 1.1.7
corpus iuris, quare dicatur 12.10.3
corpus mortale non poteſt vno momento in diuerſis locis eſſe & de inſtantiis DD. Ambroſij & Clementis 13.28.12
corpus ciuile etiam monſtroſum ſine capite 6.1.15
corporis ciuilis & phyſici in agendo comparatio 1.1.8
corruptiones ſcripturarum quot modis factæ à Iudæis 12.5.30
Coſmas Alexandriæ epiſcopus excommunicatus, ob reiectas imagines ab eccleſia 12.14.8
cõſingæ ſacerdotis figmentum, de aſcendendo in cælum 13.11.12
Cotyllia nocturna ſacra Athenienſium 13.19.3
Crana Helerna filia Noachi regina ab eo conſtituta 7.11.37
craſſi deuincendi à Parthis prodigia & ſigna præcedentia 13.25.7
Craſſus ab Andromacho proditus Parthis 7.17.22
credendum quare non eſt iudicantibus de moribus nationum 4.4.12
crepidas ferre plebeijs & ſeruis prohibitum Romæ 4.11.16
cretenſes mendaces 4.4.7
Criniti Perſæ 6.16.10
Crœſi ſententia ex Solone 6.3.10
cruces veſtibus apparentes ædificantium templum cum terrore vt deſiſterent 12.21.23
cruci affixus Polycrates Samiorum tyrannus 7.17.17

Cruciata prædicata & remiſſio peccatorum euntibus in prælium contra Turcas, 13.6.4. ibi exempla.
Cruciatorum ruſticorum crudelitas & tumultus 13.8.10
Crucifixi confoßi ſanguis medicinalis 12.13.29
Crucis ſignum explicatur toto capite 16.lib. 1.num.2.& ſequentibus
Crucis ſigni apparitiones, & in inſignia translationis publicæ 12.16.6
Crucis miracula & vires 12.16.5
Crucis ſigno incantatos aduocatos ab incantatione liberarunt, Diui Simon & Iudas 13.27.5
Crux alba pro inſignibus cur Meſſenijs ab Archadio data 6.17.1
Crucis ſignum quo tempore monetis inſculptum 8.17.1
Crux quomodo ſignum, & quomodo imago 12.16.2
Crudelibus talio rependitur 11.12.8
Crudelia commiſſa colore religionis toto cap.8.lib.13
Crudelia religionis cauſa, quomodo curentur, 13.9.1. in vocatione qua vocatus quis eſt, ſe continere debet 13.9.1
Crudelitas Tamburlani Tartari 13.8.5
Cumen nomine cenſus 3.5.9
Cuter inſules & in mare precipitatus Hyperbolus 7.18.11
Cultellos minores trium palmorum habere prohibitum Romæ 9.1.19
Cupidi principis in republica mala 5.1.22
Cupidi non ordinandi in eccleſia 13.14.13
Cupiditas eccleſiaſticarum perſorum emendata 13.14.12
Cupiditas & auaritia principum vacat augendis theſauris cum detrimento populi 3.9.7
Curati ſeu curiones, iuuant epiſcopos in plebibus ſibi commiſſis 13.1.14
Curia ſenatus, non niſi in loco inaugurato 12.21.3
Curiæ & fratriæ in diuiſione populi per Romulum 13.2.2
Curij deitati frugalitas 8.6.1
Curiones noſtri præpoſiti parrochijs quare ita dicti 4.1.3
Curiones ad exibendas prædicationes eccleſiaſticas per ſe vel per alium idoneum, cogendi & quomodo 13.1.34
Currus ſoli dicati & in eius templo 12.18.8
Curſus ſorte Epeus regnum adeptus 7.14.10
Cuſtodiæ regiæ & tyrannicæ differentia 6.18.10
Cuthei Samaritani hæretici habiti & ſchiſmatici à Iudæis 21.21.18
Curatores viarum lib. 2. cap. 9. num. 13
Curia ambulatoria per diuerſa loca ſingulis annis & ſtata principis certo loco in Iſrael, lib.6. ca.6.num.2
Curiales, phratores, &c. qui 13.2.2
Curiæ & curiones quid Romanis 4.1.3
Cyane Alexandri Magni ſoror arma fœliciter tractauit 7.11.57
Cyniſca virgo vicit in olympicis 7.11.48
Cypſelidæ dicti reges Corinthi 6.10.19
Cyrbaſis tiara recta quid 6. 20.23
Cyrus prius nato æquum eſſe regnum relinqui dixit 7.5.11
Cyrus expoſitus 7.7.4


Cyrus




Cyrus Perſarum primus rex tributum non exegit ab illis 3.9.15

D

Dagobertus rex Francorum diuiſit regnum inter duos filios 7.12.7
Dagobertus pro direptis bonis eccleſiæ ante tribunal Dei raptus 13.17.18
Dagon idolum Philiſtæorum 12.18.20
Damocles probauit infœlicitatem tyranni, quem beatum dicebat 6.19.1
Damna vbi tractentur in Talmud. 12.5.24
Dangier cenſus ſpecies in Normania 3.2.15
Daniæ rex quomodo à Priſcis eligebatur 6.20.46
Daniel prætextu religionis accuſatus 13.7.1
Darius quomodo tributa moderatus 3.9.15
Darius diuiſit in 24. prouincias regnum ad faciliorem tributorum diuiſionem 3.4.14
Darius ſe dixit regem regum, & pulcherrimum & optimum, ſed proximè inſtabat caſus & priuatio imperij 6.11.2
Darius Perſarum rex quis ille qui ab Alexandro magno fuit ſuperatus 5.4.4
Darius Hiſtaſpis filius ſorte hinnitus equorum electus 7.14.3
Darius euaſit manus Alexandri magni ſed non ſuorum 6.19.3
Darij abuſus religionis ad Aegyptios conſiliandos 13.11.6
Darij præſagium de futura ruina imperij Perſarum 6.3.12
Dauid quando in regem vnctus 13.10.3
Dauid numerando populum in quo peccauit 9.1.8
Dauid quare templum Deo ædificare ſit prohibitus 2.2.4
Dauid cur geßit pro inſignibus Leonem 6.16.4
Dauid in quo peccauit numerando populum ſubiectum 3.5.5
Dauid nomine omnes principes boni dicti 6.10.3
Dauidis progeniem inquiri & necari iußit Domitianus metu ne regnum terrenum Chriſti aduenirет 7.7.7
Dauidis ciuitas 12.21.15
Dauidis & Salomonis in regno ſucceßio quandiu durauit 7.4.2
Dæmon voluit in excelſis ſibi ſacrificari vt ante Deo 12.21.8
Dæmon in Rußia viſibiliter adoratus 12.20.13. habitu viduæ apparens eo. in calicuth eo.nu. 16
Dæmon inops, Deus diues in omnibus 12.20.9
Dæmon in ſpecie arietis ab amatore adoratus 12.20.16
Dæmon operatur per pacta expreſſa vel tacita in rebus naturalibus 13.31.14
Dæmon homagium accipit à ſortiarijs, & eis dat terram quam ſecum deferunt & qua vtuntur ad maleficia 13.28.14
Dæmon magnus Serapidis nomine & Plutonis dictus 12.20.11
Dæmon in muſca truncata pede, poſtea in ſpecie hominis claudi apparuit 13.31.21
Dæmon non impugnat ſuos iam, ſed quos videt ſtare 12.20.11. quibus execrationibus cogebatur verum dicere à magis eo.
Dæmon ſe transfigurat in Angelum lucis, & in monachum 13.13.10
Dæmonis apoſtaſia ab ambitione cultus diuini proceßit 12.20.12
Dæmonis ope conſequutus epiſcopatus Robertus quidam 13.27.10
Dæmones crudelitas prætextu religionis 13.8.16
Dæmonis aſtus & ſtratagemata in decipiendis ſortilegis magis, &

*aliis hominibus. & remedia* 12.20.8. & 9
*Dæmonis miniſtri contra eccleſiam quales, & qui* 12.23.12
*Dæmonis pugnæ aduerſus eccleſiã & fideles* 12.23.11
*Dæmonis fœdus initum fuſo ſanguine iuxta foueam* 12.20.4
*Dæmones apparent adorandi iu forma caprorum & Piloſorum* 12.19.10. *vide & c.*18.*nu.*14
*Dæmones quarum rerum naturalium viribus effugari poßint* 13.31.15. *vt ſulphure & fœtidis eo.*
*Dæmones quia ſpirituales an patiantur per ictus & gladios* 13.31.20
*Dæmones irriſione pelluntur* 13.31.19. *& ictibus* 20
*Dæmones coboli qui inferant domibus in quibus coluntur ex alienis horreis fruges* 12.20.14
*Dæmones deferre poſſe corpora ſine fatigatione dicetur exemplis* 13.28.8
*Dæmones cum ſint ſpiritualia, quare pati corporalibus poßint, & corporalibus pellantur* 13.31.17
*Dæmones quomodo pertraxerint homines ad ſui apertam adorationem ſceleſtam* 12.20.1
*Dæmones eſſentia creati boni à Deo* 1.3 9
*Dæmonum aſtutia in magicis ſerẽdis artibus prætextu religionis* 13.26.1
*Dæmonum fuga dicitur hypericon mille perforata quæ dæmones ſuffitu percellit* 13.31.17
*Dæmonium Socratis* 13.26.3
*Deboræ Propheteiſſæ virtus* 7.11.42
*Decemuiri iudices qui* 4.5.10
*Decij duo pater & filius, pro repu. ſe morti deuouerunt* 13.5.4
*Decij duo pater & filius pro reipublicæ ſalute ſe deuouerunt* 8.1.17
*Decima expenſarum in ſacrificia poſtulata à Chabria* 13.11.18
*Decimarum & primitiarum obſeruationes ex prima parte Talmud* 12.5.21
*Decimæ poſtulatæ à ſacerdote ex vicibus concubitus mulieris cum marito* 13.19.10
*Decimæ omnium ab Athenienſibus per Piſiſtratum exactæ* 3.6.31
*Decimæ beneficiorum & annatæ conceſſæ principibus ad bellum maximè contra Turcas* 3.7.49
*Decimæ, bona eccleſiæ* 13.15.2
*Decimæ agris ab hoſtibus captorum impoſitæ* 3.2.14
*Decimas retinentium prætextus pietatis quidam* 13 17.2. *remedium eo.* 3. *& quomodo ad ſolutionẽ cogãtur qui debent* 10
*Declamatores in rempublicam illam perdiderunt & ſeditionibus repleuerunt* 5.3.12
*Decorum & indecorũ ex moribus locorum iudicandum* 7.11.78
*Dedicatio rerũ Deo olim fiebat apud Ethnicos per principem aut populum hodie per epiſcopos* 2.2.2
*Dedítij conſeruandi* 11.12.10
*Deditio non fit populi niſi liberi non qui habet ſuperiorem* 11.11.5
*Deditio duplex abſoluta & pactitia* 11.11.7
*Deditioni & protectioni alicuius ſe ſubmittentium differentia* 11.11.6
*Deditionis ſigna non contemnenda victoribus* 11.10.15
*Deditionis plenariæ duæ formulæ populorum collatiuorum & campani* 6.18.16
*Deditionis populi formula* 11.11.5
*Defectionis ciuitatum Medorum cauſa* 7.19.4
*Deus per creaturas etiam mediatè mundo & hominibus imperat* 6.2.6

*Deus*



*Deus omnium iudex* 6.6.1
*Deus inuocandus ſupplicationibus publicis in belli exordio* 11.3.1
*Deus per ignem myſteria docuit & virtutes* 6.20.15
*Deus tentandus non eſt* 12.20.10
*Deus an in templis habitet* 12.21.2
*Deus ab idololatris & aliis non negatus, quanuis ignorauerint quis is eſſet verus & qualis* 12.3.2
*Deus ſemper in populi ſui gubernatione vnius ſemper non plurium voluit eſſe ſummum imperium* 5.3.14. & 15
*Deus ope hominum non eget* 13.17.13
*Deus finis vltimus hominis* 5.5.1
*Deus num ſolus princeps excluſis alijs regibus habendus ſit & quomodo* 6.2.3
*Deus aliquibus locis ſingulari iure ſe manifeſtat vt libet* 12.13.19
*Deus quomodo loqueretur ad Prophetas* 13.33.7
*Deus membra corporalia non habet* 12.17.8
*Deus ſibi ſupplices, defendit* 13.22.3.
*Deus omnibus abſolutè imperare poteſt* 1.3.9
*Deus leges regibus & populis ex arbitrio dat* 7.19.14
*Deus per tyrannos ſe vindicat de malis regibus rurſumque tyrannos tollit & eorum genus* 6.19.5
*Deus quomodo appareat hominibus* 12.17.5
*Dei vicarius & delegatus in temporibus princeps ſeu imperator* 6.5.4
*Dei prouidentia & numen & fauor potißima cauſa bonæ adminiſtrationis reipublicæ* 10.6.10
*Dei timor & cultus principibus dat ſapientiam & virtutem* 8.2.3. *& ibi exempla.*
*Dei omnipotentia in miraculis toto cap.* 24. *lib.*13. *ignorantia reip. pernicies* 6.1.6
*Dei nomen in adiurationibus in vanum non eſt accipiendum* 13.32.6
*Dei religio iuuata & inſculpta mentibus hominis naturaliter* 8.2.5
*Dei viſio duplex, cum velamine & ſine eo* 12.17.6
*Dei auxilium contra tyrannos neceſſarium* 13.12.2
*Dei honor quanto zelo à bonis curetur* 13.6.1
*Dei liber quid* 12.11.1
*Dei figura & Spiritus ſancti. quæ* 12.17.7
*Dei nominis communicatio permiſſa, & ſacrilega vſurpatio* 6.12.1
*Dei principatus cum poteſtate abſoluta & omnimoda* 7.1.1
*Deo potius quàm hominibus obediendum* 6.2.4. & 8
*Deo quomodo ſimilis lex* 10.5.4.
*Deo potius obediendum quàm hominibus* 7.20.5
*Deo crudelia facta ſua tribuebat Iohannes Baſiliades Moſcouiæ princeps* 6.13.9
*Deum relinquere fons omnium malorum & vindictarum grauiorum Dei* 12.22.6
*Deum colere in lucis prohibitum, more Ethnicorum,* 12.21.34. *non aliter* 1.21.4
*Deum vidit vnquam quiſpiam, in vtramque partem examinatur & reſoluitur* 12.17.3. & 4. & 5
*Deorum nomine res plures ab Ethnicis donatæ per totum cap.* 19. *lib.*12. *vt mucrones, manes, nebulæ & alia num.*5. *& quæ nunquam fuerunt* 6.
*Deorum ſibi delatam originem qui riſerint & reſpuerint* 6.12.3

Deos conſtituebat Senatus Romæ 13.17.13
Deioces tyrannidem prætextu boni & conſeruandæ libertatis vſurpauit 13.1.4
Deioces ex priuato, bonus iudex, ad regnum euectus à Medis vt eos iudicaret 6.6.3
Deioces electus rex à liberis Medis 2.5.2
Deiocis in inquirendis, & puniendis delictis commendatio 13.3.12
Delatorum vſus & auſcultatorum 13.3.12
Delicioſè viuentes clerici damnantur 13.17.8
Delicta proprie militaria & communia quæ lib.11.per totum c. 7
Delicta qui non punit, ſæpe ab his quibus indulſit punitur 1.2.7
Delinquentes & delicta inquiri diligenter & caſtigari debent 13.3.12
Demetrius Poliorcetes rex cur dictus 6.14.7
Demetrius ab anni ſui officij admonitus 6.6.13
Demetrius Soter nepotem ex primogenio necauit vt imperaret ipſe poſtea pulſus regno 7.17.13
Democratia videtur pertinacia rebellandi 5.3.14
Democratia habet huniores vno rege tyrannos 5.3.8
Democratia quid 5.1.2
Democratia habet ſummam poteſtatem penes populum 6.18.15
Democratica adminiſtratio quibus deferat poteſtates 4.5.16
Democratica adminiſtratio nunquam introducta à Deo, nec à Domino noſtro IESV CHRISTO 5.3.21
Democratiæ nomen dulcius, monarchia vtilior 13.12.17
Deo ſemel conſecratum ſine res ſiue perſona, non debet ad vſus humanos transferri 3.7.7
Democratia videtur repugnare rationi humanæ 5.7.25
Democratiæ hodiernæ melius dicentur Ariſtocratice reſpublicæ dempto nomine 5.3.22
Democratiæ & Ariſtocratiæ tandem ad monarchiam vnde diſciuerant redierunt 5.3.11
Democratiæ leges accommodatæ 10.5.8
Democratiæ bene gerendæ quædam leges 5.2.1.& ſequentibus.
Democratiæ tempore quare peccata abondent & iniuſtitia 5.3.24
Denunciatio belli 11.3.2
Depopulatio ciuitatum ſtulta victori 11.12.7
Depoſitus, vſa reſpublica Venetorum 3.6.37
Deſcribere libros prohibitos capitale & habet manus amiſſionem 12.7.11,& 12
Deſerta loca ſunt principis vel reipublicæ 9. ea incorporata Domanio imperatoris per Aegyptum eodem
Deſertis in locis Perſæ ſacrificabant 12.21.9
Deſertoris militis pœna 11.7.10.& 12. excubias deſerentis pœna 11.7.11
Deſberance quid in Gallia. 9.1.25
Deſiderij Langobardorum regis hipochryſis 13.8.9
Deſiderij regis Langobardorum hypocriſis 13.13.1
Deſtructionis templi primi cauſa 12.21.23.& quare fuerit primum reædificatum & non ſecundum eo.
Deuouerunt ſe morti quidam pro republica 13.5.4
Deuteronomium, liber quare dicatur 12.5.10
Diadema inſigne regium 6.20.22. & quid illud erat & quid Cidaris. Carbaſia &c. eo.
Diadema differt à corona 6.20.31





Diademate ſancti Stephani regis Vngariæ, tantum fas inaugurari reges in Pannonia 6.20.30
Diæte Germanorum 13.12.14
Diagondas Thebanus ſacra nocturna ſuſtulit 13.16.3
Dianæ adeſſe ſe putant ſortiariæ 13.28.1
Dianæ argenteæ ædes 13.7.1
Dianæ templum celeberrimum à quo & quare cōbuſtum 12.21.28
Dictator quando & quare Romæ creatus 4.5.32
Dictatores ſemeſtres tantum Romæ 7.3.4
Dictatura fuit gradus ad monarchiam Iulio Cæſari prohibita eo. 6.9.6
Didius Iulianus imperium Romanum mercatus eſt quod non diu poſſedit 7.13.5
Didius Iulianus regnauit ſeptem menſibus 6.3.13
Didius Iulianus Imperator, Magus 13.25.15
Dies auguralis quo pugnare antiquis Ethnicis non licuit 13.33.29
Dies dominicus loco ſabbathi 13.20.3
Dies ſabbathi ſignum creationis perfectæ 12.16.1
Diffidentia cuſtodiuit ciuitates 11.7.37
Diffidatio ante illationem damni faciendi 11.14.10
Dignitas patris quando pertineat ad filios natos & quando adempta noceat naſcituris 7.9. numeris 9.10.11.12.13
Dignitas in rege ſupremo tantum eſt maieſtas 8.4.1
Dignitas nimia humilitate cōtemnitur, 8. 4. 6. quod faciendum non eſt, eod.
Dignitas medium inter ſuperbiam & abiectionem 8.4.2
Dignitas quibus modis aucta principum 3.3.9
Dignitas quæ præſtantior & honorabilior dici debeat 4.10.13
Dignitas promiſſa ſpe pecuniæ conferendæ in vtilitatem reipub. 3.6.8
Dignitatis honorem ad eam vocatus ſuſtinere debet non minuere 4.10.11
Dignitatem ſuam principes debent omni ſtudio conſeruare, & quomodo 8.4.1
Dignitatum debent in republica conſtitui gradus vt ordo quare 4.6.8
Dij gentium, ex arbitrio artificis materia ficti inſenſibili 12.15.4
Dij ſceleſtiſsimi habiti 12.19.7
Diis gentium & impoſturis eorum decem & ſeptem rationes obiectæ 12.19.8
Dilectio mandata Chriſtianis diligenter, quare, & de ea dilectione ob religionem per totum cap. 18.lib.13. de abuſu dilectionis eius per totum cap. 19. eius libri 13.
Dionyſius 2. tyrannus Siciliæ fratres & proximos ne haberet cōſortes regni necauit 7.7.11
Dionyſius 2. initio principatus bonus poſtea crudeliſsimus tyrannus regno pulſus 8.1.7
Dionyſius Arch. Alexandrinus errauit in fide 12.7.10
Dionyſij Areopagitæ libri, & quæ eorum authoritas, 12. 10. 6. & qui eius eſſe negarint, eo.
Dionyſij Syracuſani prohibendis pecuniis techna in vendendis rebus ſacris 13.11.19
Dioniſij tyranni metus & modus ideo viuendi cum omnia ſuſpecta haberet 9.19.11
Diphthera Iouis ſeu pellis in qua ſcribit 12.11.1
Diſcere & docere vetita, pari modo prohibitum 13.3.9

Diſciplina & miſericordia miſcenda in eccleſia 13.14.19
Diſpenſatio data à Celeſtino 3. nubendi Conſtantiæ moniali & cauſa 7.16.5
Diſpenſatio ex cauſa contra dictum Apoſtoli Sum. Pontif. ex cauſa permiſſa 7.20.6
Diſputari non debet de iam in conſilio generali decretis 13.1.17
Diſputationes de fide extra ſcholas probibitæ in conuentu populi 13.9.2
Diſputatur in tractatu, non de eo quod re ipſa fit ſed de eo quod fieri debere videtur 7.10.22
Ditis ſacrificia crudelia, in melius mutata 13.5.3
Diuinatio per mortuos dæmoniaca 12.20.5
Diuinatio ex tripide & lauro 13.33.25
Diuinatio per os cuiuſdam animalis ex impoſtura dæmonis conceſſa 12.20.6
Diuinatio ex vorticibus fluminum 13.33.27
Diuinatio per lignum parte decorticatum probibita & quæ eſſet 12.20.7
Diuinationis duæ ſpecies apud Platonem, 13.33.26. & vnde procurentur eod.
Diuinitatē dabat ſenatus, qui Deus tamen non erat 13.19.6
Diuinationibus vacantes tempore Moſis, ex inſomnijs aſtris & alijs 13.33.18
Diuinorū punitio à Valente 13.33.25
Diuinus quid & vnde 13.33.2
Diuiſio in eum quæ eſt ordinis, & iuriſdictionis rurſum ſubdiuiſio eius quæ eſt ordinis, &c. 7.2.7
Diuiſio familiæ minuit dignitatem familiarum. 7.5.2
Diuiſio bonorum in inſtituenda republica in publica ſacra & priuatorum 3.2.1
Diuitiæ omnia ſubijciunt 7.13
Diuites noua regna in Gallia erigere conatos, 7.13.4. ſub Iulio Caſare eod.
Diuites dum tantum honores gerunt, malum eſt reipublicæ 5.1.25
Diuitibus num admittenda gubernatio reipublicæ an pauperibus 4.5.18
Docere illicita babet vltimum ſupplicium 12.7.11
Doctoratus inter Talmudices Gaon dicitur, 12.5.30. qui denegatus Anan, fuit cauſa cur ipſe Talmudica reprobauerit eod.
Doctorum ſanctorum quamuis opinionibus, præferuntur Pontificū decreta, & leges, & quare 12.10.2
Doctorum eccleſiæ authoritas & quanta fides libris eorū 12.10.7
Dolo plures occuparunt regna & quod parum imo malè quibuſdā ipſum ceſſit, 18. per totū ca. 1. li. 7
Doloris leniendi cauſa incantamenta punita 13.30.8. & 10
Doloſorum pœna 7.18.14
Domanialia ſeu patrimonialia reipublicæ aut principe quæ bona ſint, lib. 3. per totum cap. 2.
Domanij mutabilis nomine quæ contineantur 3.2.14
Domanium reipublicæ à principe non poteſt alienari 3.8.2
Domanium mutabile & immutabile quid 3.2.12
Domanialia bona principis quæ 3.2.10
Dominialia alienata, nulla temporis præſcriptione obſtante reuocari debent iure gentium 3.8.6
Domanij alienandi quæ cauſæ legitimæ babentur 3.8.8
Domicilij iura 4.4.19
Domicilium vbi habere quis dicatur 4.4.23
Dominandi ſeptem dignitates ſecundum naturam 6.1.11





Dominanij alienatio etiam iuſta reuocabilis reſtituto pretio 3.8.10
Dominatio vtilis ſeruo & domino principaliter, regnum principaliter ſubditis 6.13.12
Dominatio & ſeruitus quatenus non contra naturam ſed potius probantur iure gentium & diuino 6.13.11
Dominatio ſpecies reipublicæ viſa eſt tyrannica 13.1
Dominatio eſt legitima poteſtas in cælo & inter homines 6.13.3
Dominari & obedire quibus innatum 6.1.8
Dominus abſolutè, dicitur Deus 12.18.6
Dominus abſolutè & verè ſolus Deus alij vel vſurpatione, vel ab eo tales 6.13.3
Dominij appellationem repudiauit Octauius, 13.4. item & Tiberius 6.13.5. ambiuit Domitianus dominium & Deum ſe dici ſtatuens 6.13.6. & Phariſæi Rabi, eod. 7.
Domini appellatio mitior ex vſu et ciuilis facta & honoris 6.13.10
Domini mūdi an recte dicantur Imperatores Romani 6.13.14
Domini territorium ſponſarum ſui territorij primam noctem delibabant, ex lege ſcholaica poſtea ſublata 9.1.45
Dominialia vel dominicalia iura præſcribi non poſſunt contra dominum ſuperiorem 3.8.1
Dominicus Michael dux Venetorum 3.6.27
Dominorum ſæueritas in ſeruos repreſſa 6.13.10
Dominorum diſtributio, quomodo ad ſocietatem humanam conſeruandam pertineant 1.1.20
Domitianus conſortem Veſpaſianū iuſſit adhuc viuentem ſepeliri 5.4.5
Domitianus Titum fratrem adhuc ſpirantem ſepeliri curauit 13.8.12
Domitianus veritus eſt Chriſti regnum terrenum ne veniat 7.7.7. fratrem adhuc ſpirantem ſepeliri iuſſit
Domitianus initio principatus bonus poſtea malus 8.1.5
Domitianus voluit dici dominus & Deus 6.13.6
Domitiani mortem qui præuiderint è longinquo 13.33.21
Domus ſubruuntur pro grauibus reorum maleficiis vt exempla 2.10.5
Domus non reparata vt pro derelicto habita ad principem pertinet 9.1.25
Domus ruina deiecta non poteſt inconſulto magiſtratu in hortum conuerti 2.10.3
Domum priuati poteſt iubere princeps dirui ob vtilitatem, publica item & fundum capi 7.20.42
Donata à principe in Luſitania non diuiduntur inter ſucceſſores ſed vni & proximiori deferuntur ſucceſſione 7.5.2
Donatio facta à principe ſupremo eccleſiæ purè, non eget amortiſatione 3.7.38
Dormientium quieſcente corpore mirabiles actiones quædam corporis & animæ in ambulando & loquendo 13.28.12
Doſo id eſt Dabo dictus quare Antiochus rex 6.14.3
Dos reipublicæ dominicalia bona 3.2.10
Dos & dotalia in quibus caſibus iuſtè à marito vel vxore cōſtante matrimonio alienari poteſt 3.8.8
Dotis filiarum cauſa tributa qui impoſuerunt primi reges in Anglia 3.4.17
Dotes tres eccleſiæ catholicæ, quib. diſcernitur ab hæreticorū eccleſiis ſeu conciliabulis 13.22.2

Dotis nominę imperia & regna data per totum cap.16.libr.7
Draconis cognomine quare vltimus Conſtantinus dictus 6.14.6
drabomiræ vxoris regis Boemiorum crudelitas vt regnaret & mors horrenda 7.17.30
droict de Varech. regum in Normandia quid 9.1.29
droict de desberance quid 9.1.25
Druydum conuentus annuus in Gallia apud Carmitum 13.12.16
druydæ ſacrificuli in Gallia, & immunes à militia & tributis 3.7.2
druidæ qui 13.25.11
druidarum ſacrificulorum authoritas in Gallia 4.1.14
druſum extinctum quidam ſe falſo dixit 7.18.6
ducatus munus aureus vnde dictus 6.7.5
ducis munus & officium 10.9.2.& ſequent.
duces in Gallia pro militum rapinis coram iudicibus regijs ordinarijs conueniri poſſunt 11.7.38
duces noſtri temporis qui 6.7.5
dulcini & Margaritæ collegia ſublata 11.7.15
dulcini & Margaritæ hæreſis & luxuria 13.16.12
duello ambiguæ ſucceſsionis nepotis & patrui controuerſia ex ſtatuum decreto iudicata 7.10.13
Dux qui dicatur, & quo nomine diſtat à rege 6.7.1.& 4
dynaſtiæ Aegyptiorum, & circa Carthaginem 6.8.8
dynaſtia Aegyptiorum quod genus reipublicæ eſſet 5.1.12

E

EBrietas in principibus maximè & in alijs pernitioſa 8.6.7
Ebrietatis & ebriorum deteſtatio in leg. Dei 8.6.9
Eccleſia non debet ditari de male quæſitis, & quorum oblationes reijciat 13.14.11
Eccleſia eget principibus ſecularibus & contra principes eccleſia 13.1.20.& 21.27
Eccleſia catholica bonis & malis conſtat & quare 1.3.10
Eccleſia non poteſt erigere dignitatem ſine authoritate Sūmi Pontificis 13.4.4
Eccleſia catholica prior hæreticis 12.23.5
Eccleſia in neceſsitate inſtantis periculi hoſtili ad quid teneri poſſit 3.7.31
Eccleſia tanquam anus apparet & quare 12.23.4
Eccleſia quid pro ædificio 12.22.2
Eccleſia & eccleſiaſticis quomodo abutantur ſortiariæ 13.28.21
Eccleſia quibus conſtet, bonis & malis, & quod impugnata ſæpe ſit non expugnata 12.23.8
Eccleſia duplex, cæleſtis & terreſtris, & earum ſymbolum & figuræ 12.21.13
Eccleſia catholica in omnibus ſequenda 12.23.7
Eccleſia quid & cæleſtis & terreſtris 13.2.1
Eccleſia militans quæ ſocietas hominum 1.3.7
Eccleſia malorum quæ 1.3.8
Eccleſia abutuntur in nūtiādis ſuis ſortilegis dæmones 13.29.2
Eccleſia quæſita bona tenetur amortiſare apud principem & quid id ſit 3.2.16
Eccleſia perſequutionibus proficit 12.23.15
Eccleſiæ conceſsit Imperator bona temporalia poſsidere 3.7.29
Eccleſiæ ſuffraganeorum debent ſeruare matricis morem 2.1.9
Eccleſiæ donata vel legata debent amortiſari expenſis hæredis vt donantis, 3.7.41. vel ſi ipſa emat debet ipſa amortiſare, eod.
Eccleſiæ Romanæ regimen quomodo conceſſum dicatur Imperatori 6.13.28
Eccleſiæ Romanæ res, non recognoſcunt in ſuperiorem Imperatorē 6.13.27
Eccleſiæ bona & res ad quæ onera re alia tenentur ex legibus Cæſarum 3.7.25
Eccleſiæ bona tenentur ad munera patrimonialia ſecundum ius ciuile 3.7.28
Eccleſiæ aſylo non gaudent proditorio occidentes, 13.23.1. in eis delinquentes
Eccleſiæ Dei fundatio & continuatio ab origine mundi 12.3.1
Eccleſiæ nouæ conceſſum priuilegiū intelligitur ſine præiudicio aliarum antiquarum & aliorum 13.3.21
Eccleſiæ cēſuræ ſe ſubmittit author 13.1.11
Eccleſiæ bonorum & malorum differētiæ, 1.3.10. & finis quādo, eo.
Eccleſiæ ſeu templa Chriſtiana explicantur per totum cap.22. libri 12
Eccleſiæ non ordinant alienos ſeruos non manumiſſos quare 13.16.17
Eccleſiæ bona à Summo Pontifice, vel eius permiſsione alienari poſſunt 7.20.63
Eccleſiæ res propria onera habent, ideo aliis non debent onerari 3.7.12. quæ onera etiam num.15.
Eccleſiæ bona ad quem vſum deſtinata ſint 3.7.10
Eccleſiæ bona prætextu religionis erepta 13.13.2
Eccleſiæ lgees quos & quando teneant & ligent, 7.20.12. & quando non, eod.13
Eccleſiæ profanatio multa mala ominatur breui futura 12.22.5 & 6
Eccleſiæ ædificij quæ debeat eſſe forma per ſtatuta Apoſtolorum 12.22.3
Eccleſiam qui perſequuti ſunt 12.23.9
Eccleſiam honori habendam à regibus prædictum in antiqua lege 8.2.4
Eccleſiarum immunitas & ſecuritas 13.22.4
Eccleſiarum ob reparationem, fructus capi poſſunt beneficij 13.1.34
Eccleſiarum ædificationes ad nomen & ad alia quā ratione pietatis prohibitæ 13.16.6.& 7
Eccleſiarum bona & perſonæ quando ſubiaceant oneribus realibus & collectis diſtinguitur 3.7.37 & ſequent.
Eccleſiarum & rerum earundem cura & conſecratio ad epiſcopū pertinet, 2.2.2. reparatio ad quē pertineat vt conſecratio, eod.
Eccleſiarum quando dicantur eſſe pauperum & pro redemptione captiuorum, & ad quos etiam vſus alios pertineant & reſeruentur 3.7.45
Eccleſiarum bonis & perſonis immunitates ab oneribus & tributis datæ iure ciuili 3.7.14
Eccleſiarum & locorū ſacrorū cura quomodo etiam ad magiſtratus principem pertineat 2.2.5
Eccleſiarum bona & clericorum in quibuſdam caſibus poſſunt onerari ſecundum aliquos à principibus ſecularib. de quibus, 3.1.7.17. & ſeq. per 13. comprobationes ex iure diuino vt videntur depromptæ & humano maximè in cauſa vrgentis neceſsitatis reipublicæ quæ poſtea explicantur.
Eccleſiis imponi non debent collectæ à laicis, ob neceſsitates communes ſine conſenſu ſuperioris, 3.7.34. & quomodo conſenſus ſit habendus, ibid.
Eccleſiis relinquere & acquirere

poſseſsiones quando & vbi & quare prohibitum, 13. 16.3. & plura ibi de legibus diuerſis eius negotij
Eccleſiis etiam prælati aut patroni nouum cenſum imponere non poſ ſunt, aut impoſitum augere ſine pontificis maximi authoritate 3.7.15
Eccleſiijs & perſonis eccleſiaſticis expreſſo dederunc immunitates ab omnibus oneribus Etheluolphus rex Angliæ, & Boleslaus rex Poloniæ 3.7.16
Eccleſiis & eccleſiaſticis comeſſæ immunitates, à conſtitutione ad muros feſtata à talijs & aliis exactionibus non potuerunt tolli per leges ciuiles 3.7.45
Eccleſiis immobilia prohibuit retinere Phocas 13.17.5
Eccleſias vt Dei regias principes onerare debent 2.2.4
Eccleſiaſtica perſona non reſpondet de pœna ſanguinis in hypotheſi 13.14.20
Eccleſiaſtica poteſtas quomodo formaliter in Sũmo Pontifice 7.2.3
Eccleſiaſtica cẽſura quid quotuplex & quibus detur & in quo à coercitione diferat 4.12.10
Eccleſiaſtica bona non omnia immunia à cenſu & tributo ſed aliqua 3.7.22
Eccleſiaſticæ perſonæ digniores, & honore maiori dignæ, quare, 13. 14.14. quomodo illo abutuntur eod.15
Eccleſiaſticæ perſonæ num ad vigilias & cuſtodiam murorum poſſunt compelli & explicatur ca. 2.de immunita. eccleſiarũ 3.7.23
Eccleſiaſticæ perſonæ pro ſecularibus vt pro pridijs obnoxiæ poteſtati ſeculari 7.1.8
Eccleſiaſticæ perſonæ honorandæ nõ onerandæ ſunt 3.7.3
Eccleſiaſtici ordinis certi dignitatis 4.10.3
Eccleſiaſtici otioſi & luxurioſè viuentes alijs maiori pœna cur digni 13.21.1
Eccleſiaſtici nõ debent hoſpicia iure 13.20.1. non debent ſe immiſcere ſecularibus negotiis 13.20.2
Eccleſiaſticis prohibitæ mulierum conſortia 13.19.18
Eccleſiaſticis rebus aut perſonis vectigalia imponi nequeũt à ſecularibus perſonis 3.7.1.& ſeq.
Eccleſiaſticarum perſonarum opera ne otioſæ ſint 13.21.3.& 4.& 5
Eccleſiaſticarum perſonarũ & rerũ immunitates tractãtur prætextu religionis toto cap.20.lib.13.
Eccleſiaſticorum bonorũ fauor per totum c.15.lib.13.rationes cur eccleſiæ largiamur, eod. num.3.
Eccleſiaſticorum bonorum diſtributio iuris poſitum eſt 7.20.63
Eccleſiaſticus liber eſt receptus in eccleſia 12.5.14
Effigies vultus Chriſti miſſa Augaro, eiuſque vis 12.13.32
Effœminati peiores fœminis 7.11. 68.
Effœminatorum imperium indicat iram Dei 7.11.5
Egica rex Hiſpaniæ 12.4.12
Electio principatus conceſſa à Mileſiis Pariis 7.15.15
Electio locum habet deficiente ſtirpe regina 7.15.12
Electio Summi Pontificis adempta Imperatoribus 6.13.28
Electio vnius iudicis ex ſenedrin quibus myſterijs & ceremonijs fieret apud Iudæos 4.5.29
Electio magiſtratuum penes populum vel ſenatum Romanum 7. 15.5
Electio magiſtratuum per ſortes 4.5.32.
Electio vtilior via conſtituendi regem ſed non ſimpliciter 7.15.1 & toto cap.15.de electione illa.
Electiones



Electiones principum non omnino liberæ ſed certis legibus & perſonis obſtrictæ 7.15.16
Electionis regnorum leges ſeruandæ 7.20.24
Electio prelati fieri debet de gremio eccleſiæ vacantes 7.15.19
Electus à principe, dignus præſumitur 13.1.18
Eleemoſynis gentium refectus Coloſſus Rhodius 3.6.33
Eleemoſynarum ſanctorum quæſtoribus quæ interdicta & promiſſa, 13. 14.3. Sublati ij quæſtores conſilio Tridentino, eod 4
Eleemoſynarum quæſtorũ duæ impoſturæ, prætextu religionis 13. 13.5
Elemẽtorũ colligatio inter ſe, 1.1.16
Elias Abbas dormiendo, ab angelis enuchatus, id eſt luxuriæ ſtimulis priuatus 13.32.9
Eloquentia quare neceſſaria principi 10.6.15
Elymas Bariehu Magus 13.25.20
Emanſores milites & Vagi qui & quomodo puniantur 11.7.13
Emendatio aliorum debet eſſe bono animo facta 12.19.5
Eumolpis generationem deorum primus poſuit 12.19.5
Empuſi dæmones qui 12.20.2
Enoch mandata legis reliquit 12. 5.3
Enſe cincti qui populi ambulabant 11.1.2
Eunuchati virtute Dei dormientes, ab angelis id eſt priuati libidine 13.32.9
Epaminũdas propter retentam vltra tempus poteſtatem reus factus 13.12.5
Epaminundæ ad Phœbiadem vxorẽ ſolicitantem ſacrorum ſimulatio 13.8.2
Epeus equi Troiani fabricator 12. 13.16
Epeus ſorte curſus nactus eſt regiũ inter fratres 7.14.10
Ephororum & regum Lacedæmoniorum menſtrua iuramenta inuicem 7.19.7
Ephororum Lacedæmoniorum poteſtas in reges 7.20.11
Epicteti lychnus amplius trecentis denariis 13.14.6
Epiſcopatus quidam Robertus cõſequutus opere dæmonis 13.27.10
Epiſcopatus nõ facit ciuitatem neceſſario 2.1.6
Epiſcopus extra epiſcopatum vagus puniendus 13.21.12
Epiſcopi debẽt viſitare prouincias & diœceſos bis aut ſemel in anno 13.1.12
Epiſcopi iudicati à reginis Galliæ ex delegatione Papæ Gregorij 7.11.88
Epiſcopi Viridumenſis Tullenſis et Metenſis dicuntur principes imperij 6.4.3
Epiſcoporum ex genere illuſtri ortorum circa inania reiecta excuſatio 13.17.9
Epiſcopis principes etiam in quibus obedire debent 2.20.12
Epiſcopis venationes prohibendæ & ob eas deponendi 13.17.7
Equeſter ordo & cenſus 4.1.6
Equeſtris ſtatua auara ore & pede aquam dedit 12.13.21
Equi cauda exercitus vincendi datum à Sertorio in exemplum 11. 4.6
Equi caudæ alligata tractatáque per montes punita Brunechildis 7.17.26
Equi ſe vindicari à ceruo poſtulantes apologus 7.19.3
Equi ſors in eligendo rege Boemiæ 7.14.6
Equi in Polonia non habuerunt ſoleas ferreas vſque ad Leſcum qui eas iniecit 7.18.13
Equi hinnitus Darium regem fecit & quomodo 7.14.3

Equites quomodo ex plebeijs fieret, & ordine mouentur per Cenſores 4.1.11
Equites qui erant tempore Romuli, non fuerunt ſimiles equitum inuento poſtea ordini 4.1.9
Equitius dormiendo Eunuchatus luxuriæ ſtimulis priuatus ab angelis 13.32.9
Equitum Centuriæ quæ Romæ 11.3.10
Equorum cuſtos Eulogius 13.32.2
Equorum curſu ſors dicta pro rege eligendo Polonorum 7.18.13
Equum ad potãdum in Euphratem pro adeptionis imperij ſignũ ducebat Sultanij Aegypti 6.20.43
Equus aſſuetus, ad Deus in adiutorium &c. ſaltare 13.13.4
Equus militaris extra prouinciam non debet permitti duci 4.7.8
Equus locatus, 1.13.22. pictus hinniuit eod. 24
Errantibus quomodo ſubueniendũ 12.4.8
Error gubernationis rerum publicarum naſcitur, ex ignorantia diſtinctionum earum 10.6.1
Ericteidæ dicti reges Athenienſium 6.10.11
Eſcuſſon vnde 6.16.1
Eſpaues gallis, quid 3.2.8
Eſpices & raports in Gallia 2.6.18
Ethnici, an cogendi ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam 12.4.11
Ethnicorum ſalus & Deo quoque curæ fuit, nihilque omiſit quo eos reuocare poſſet 12.13.20
Etruſci quomodo decipere volentes prætextus voti Romanos decepti ipſi ſunt 13.5.6
Euangelium quid Græcis, 12.7.1. & Chriſtianis, eod. & 2.
Euangelium ſuum, præter noſtra habebat Valentinianus 12.6.4
Euangelia in eccleſia Dei quatuor tantum authorum, eo. 4. & quo tempore ſcripta & qui alia reiecta ſcripſerunt nomine Apoſtolorum & aliorum. & 5.
Euangeliorum veri libri demonſtrantur, toto cap. 7. lib. 12.
Euangelicæ legis & antiquæ diſcrimen in miſericordia 13.14.17. & 18
Euangeliſtas qui hæretici & ex quibus reprehendere voluerunt, & defenſio 12.7.7
Euangelij Diui Iohannis in principio erat verbum, &c. vis 13.32.12. & 8
Euangelium fuit prædicatum ab initio mundi 12.7.2
Euangelium ſecundum Hebræos Tatiani 12.7.7. Secundũ Thomã. ec.
Eubolus Anaphliſtius ærario locupletando vacauit 3.9.9
Eucratiſtæ vtebantur ſcripturis apochryphis quibuſdam enumeratis 12.7.8
Euenus 3. Scotorum rex luxurioſus valde & edicta talia propoſuit 9.1.45. & 49
Eugenis bonis parentibus nati non boni ipſi, non nobiles dici debent 4.2.1
Eulogius equi pedem confractum curauit benedictione 13.32.2
Eunus ſimulato numine ſeruos ad arma coniurauit 13.7.14
Eurydicis Amynthæ regis vxoris parricidia vt ambitio regnandi 7.17.25
Eutichetis libri prohibiti 12.7.11
Exactorum crudelitas vexat ſubditos & remedia 3.9.19
Exarchus quis 6.7.5
Excantatio ad vulnera curanda 13.32.14. ad curandam vaccam laborantem gutturali morbo 13.32.15. contra peſtem, 13.31.16. contra ſerpentes & omnia reptilia venenata & vermes 32.17
Excelſa, & excelſorum ſacerdotes, quid in ſacra pagina 12.21.3


Exce-




Exceſtus Phocenſium tyrannus & eius annulus incantatus 13.26.3
Exercitus paulatim opprimendi, non collatis ſignis 11.4.6
Excommunicatio contra animalia nocentia quare & quomodo feratur 13.31.12
Excommunicatio gladius eſt eccleſiaſticus 9.1.15
Exercitum conſcribere in iuſſu principis tamen eſt maieſtatis 7.19.8
Excommunicari debent ab epiſcopo proſcripti bãno imperiali 11.14.8
Excubias relinquens pro deſertore 11.7.3. & 11
Exeptiones ab onerib. plures multum grauant rẽpublicam 3.9.21
Exemplum habet vita ſuperiorum 13.1.11
Exilium ad moderandam potentiã ciuium 13.12.10
Exodi liber 12.5.7
Exorciſmi qui & à quibus facti, & propter quod probentur 13.32.8
Exorciſmi contra animalia nocentia 13.32.18
Exorciſmus de quo fit 13.31.11
Experientia ſine arte fallit, & ars ſine experientia 16.6.5
Experti in qualibet arte conſulendi 10.3.8
Explica cap. 17. Deuteronm. de rege quod pecuniam non debeat multiplicare 3.9.8
Explicatio cap. Hadrianus 63. vt gloſſæ 6.13.16
Explicatio cap. in apibus 63. di. 6.13.17
Explicatio can. quo iure 8. diſtinct. 7.20.58
Explicatio l. bene à Zenone, de quadriennij præſcrip. C. 7.20.56
Explicatio l. fin. de officio præfecti Africæ c. 6.13.22
Explicatio ca. quo iure, 8. diſtinct. 6.13.34
Explicatio cap. 8. libri 1. regum de iure regis 7.20.54
Explicatio l. ſi vna, de bonis maternis 7.10.28
Explicatio ca. ſi qua mulier 30. diſt. 7.11.84
Explicatio l. ſi ſenator, de dignitatibus lib. 12. C. 7.9.7. & 8
Explicatio legis, bene à Zenone, de quadriennij præſcripti. 6.17.35
Explicatio ca. 3. Geneſ. faciamus ei adiutorium ſimile, &c. 7.11.21
Explicatio c. 22. Deuteron. de non induenda veſte viri per fœminam 7.11.83
Explicatio cano. in die de conſecrat. diſt. 5. 6.13.28
Explicatio cap. 20. Exod. non facies tibi ſculptile 12.15.3
Explicatio gloſſæ §. 1. de pace tenenda dum ait Francigenas ſubijci imperio 6.13.22
Explicatio l. fin. de decurio. C. 7.9.9. & 10
Explicatio c. vnam ſanctam de ma. & obed. in extrauag. 7.1.9
Explicatio ca. 1. de immanitate eccleſiarum in ſextum & quod nõ ſeruetur 3.7.39. & ſeq.
Explicatio c. 2. de immunita. eccleſiarum 3.7.23
Explicatio. ca. Conſtantinus imperator 96. diſtinct. 6.13.29
Expoſiti infantes habiti pour eſpaues 9.1.23
Extranei fere ciuitatibus fuerant vtiliores ciuibus 4.4.17
Extranei recepti ciues num debeãt admitti ad magiſtratus & honores eius ciuitatis 4.5.22
Extranei in republica qui 4.4.1
Extranei inuitati ad habitandum ciuitates priuilegijs 4.4.18
Extranei omnes non ſunt reiiciendi 4.4.17
Ezechias tulit theſaurum templi ad ſoluendum tributum regi

*Aßyriorum* 3.7.18.& 35
Ezras ſcriba ſynagogæ tempore regis Cyri 12.5.13
Ezras academiam Iudæis conſtruxit 12.5.20

F

FActi quæ ſunt decipere poſſunt prudentißimos 13.1.18
Factionibus vtriſque quidam magnates fauere ſe fingunt ſecreto, vt pecunias extorqueant ab vtriſque 3.6.20
Falſæ monetæ expoſitores, vt puniatur 12.7.16
Falſis vtentes ponderibus, inſtrumentis, & alijs, quomodo puniantur 12.7.16
Familia per mulieres non continuatur nec conſeruatur 7.11.16
Familiæ nomine qui comprehendantur 1.2.2
Famis tempore nec extranei eiiciẽdi vrbe, 4 4.25. fanum vnde dicatum, & quid 12.21.3
Faſces imperij antiquißimi 7.11.37
Faſces non gerebant conſules in vrbe, 9.1.38. ſed extra eod.
Faſces & virgæ & ſecures Romanorum inſigniæ poteſtatis regiæ Romæ, 6.20.19. & de inſtitutione eorum, ibid.
Faſces, Romanorum magiſtratuum inſignia 12.13.14
Faſcinationes dißoluuntur argento viuo 13.31.16
Faſcinis ſortilegarum reſiſtentia 13.30.4
Faſti dies iudiciarij quot conſtituti ab Antonio Cæſare 2.6.7
Faſti proprio magiſtratu ſignabantur apud Athenienſes 4.5.33
Fercardus 2. Scortorum rex primis annis bonus poſtea peßimus 8.1.8
Ferreus munus 3.6.25
Ferrum habere aliquando prohibitum 9.1.19
Ferrum niſi in agricultura inhibit ſubactis 11.11.5
Feſti dies comeſſationibus & luxu celebrari non debent 13.3.6
Feſtiuis diebus lætari in domino permiſſum 13.20.4
Feſtiuorum dierum vacatio & cauſa, 13.20.3. à quibus vacandum erat in feſtis Iudæorum & nunc in feſtis Chriſtianorum, eod.
Feſtorum obſeruationes Talmudicæ 12 5.22
Feudum quando retinere poteſt repudiata hæreditate eius qui poſſedit feudum 7.12.1
Feudum firmatur per itionem cum exercitu 11.8.8
Feudum maſculinum & fœmineum quid 7.11.94
Feuda pauca in Gallia quid 3.2.17
Feuda poßidens domino debet honorem primum in feudis quanuis rex vel maior domino in aliis ſit 6.4.3
Feuda non pertinent ad fœminas nec filios eorũ maſculos 7.11.20
Feuda ab eccleſia retenta, ſunt iuriſdictionis temporalis domini 7.1.9
Feudi ſucceßio admittit ius repreſentationis nepotum 7.10.14
Feudorum reditus dominis directis 3.2.14
Feudorum diuerſa qualitas vt alia antiqua noua, &c. 7.12.1
Fides, oraculorum & dæmoniorum victoria 13.33.34
Fides Chriſtiana maximè aduerſaria Magis 13.32.13
Fides vera ab origine mundi cœpit 12.3.1
Fides ſeruanda etiam hoſti doloſo 7.20.60
Fides Chriſtiana dicta ſuperſtitio ab Ethnicis 1.2.3
Fides data malis etiam à principe ſeruanda 8.8.10
Fidei Chriſtianæ & religionis in audendo contra pericula malorum vis & robur 13.6.3
Fidei magna vis in incantationibus 13.32.4
Fidei ſe dare aliud quam poteſtati alicuius ſe dare 11.11.7
Fidem Chriſtianam ſuſcipere, num Iudæi aut Pagani cogendi ſint 12.4.11.& 12
Filia repreſentans patrem prælata patruo in ſucceßione ducatus Britanniæ 7.10.10
Filiæ & fœminæ in pluribus regnis ſuccedunt in regno 7.11.52
Filias prætextu voti qui imolarũt 13.5.2
Filij officialium militarium illis in militia ſuccedunt 11.8.5
Filij Belial qui non reuerentur regem 6.2.2
Filij nati ante dignitatẽ paternam quæſitam, quando gaudeant priuilegio eius dignitatis, 7.9.9.& ſequentibus, 7.8
Filij nati ſimiles conceptis metus expoſitus imaginibus 12.13.4
Filij prophetarum qui 13.33.11
Filij principum quare non imitentur parẽtum probitatem 10.6.7
Filiis iure diuino & naturæ debetur ſucceßio bonorum paternorũ 7.9.4. nulla diſtinctione quo tẽpore quæſita ſunt bona, ſed habita ratione mortis patris 7.9.5
Filijs præpoſuit fratrem Mythridatem Pharmaces in ſucceßione regni Parthici vt aptiorem adminiſtrationi 7.12.8
Filiis regum & principum relicto titulo primogenito proſpiciendũ eſt ne redigantur ad ſtipem 7.5.3
Filiũ immolauit rex Moab obſeſſus 13.5.2. vt alij dæmonis perſuaſu, eod.
Filium regnandi cauſa patrem ſuſtuliſſe ſæpe inuentum 5.4.4
Fimi cenſus 3.5.9
Fines rerum publicarum examinantur lib.5. cap.5. per totum caput.



Fines diuerſi, ad vnum finem 5.51.4
Finis reipublicæ minus principalis & alius finalis quis 1.1.19
Finis generalis aut medius 5.5.1
Finis in deliberatione primus, in aſſecutione poſtremus 5.5 8
Finis hominis fœlicitas 6.1.13
Finis eorum qui curant rem publicam, vtilitas publica non propriè eſt 4.5.46
Finni ventos vendebant impeditis nauigare 13.27.9
Fiſcus repreſentat principem & rempublicam 7.20.31
Fiſcus quomodo diſtinguatur ab ærario & theſauro 3.3.3
Flandriæ comitatus delatus nepoti comitus Roberti nato ex primogenito præmortuo, excluſo patruo 7.10.9
Flauij dicti leges Langobardorum 6.10.20
Flumina nauigabilia & ex quibus fiunt nauigabilia publica & iuris regij ſunt 9.1.27
Fluminum ex vorticibus diuinationes 13.33.27
Focaria quæ dicatur 1. Reg. cap.8 9.1.48
Foci ratione tributum impoſitum 3.4. num.13. & 17.
Fœdus æquum quid 11.11.8
Fœdus cum cauſula, vt alter populus alterius maieſtatem comitor obſeruet, quid contineat 11.11.16
Fœdera fortiora affinitatibus interuenientibus 11.11.3
Fœderi & ſocietati adijci debet vt tranſeat ad poſteros 11.11.9
Fœderis tria genera, & tres fines 1. victorum & vincẽtium, 2. recedentium ſponte à bello æquo fœdere, 3. amicitiæ contrahendæ inter non hoſtes 11.11.4. & ſeq.
Fœderis & ſponſionis & pactionis differentia, 11.11.7. & ibi de ſolemnitatibus fœderis.

*Fœlicem & fortunam ſe dici voluit Sylla* 6.11.9

*fœlicitas vltimus finis hominis* 5.5.9.& 10

*fœlicitatis humanæ fallacia* 6.3.10

*fœminæ vi Boemiæ regnum occuparunt* 7.17.26

*fœminæ ſeruire debent viris natura* 2.11.4

*fœminæ num conueniat imperare vel principatum tenere, per totum cap.* 11. *lib.* 7. *diſputatio in vtramque partem.*

*fœminæ ſunt & quomodo feudorũ capaces* 7.11.94

*fœminæ comitiis non intererant* 7.11.11

*fœminæ excluſæ à ſucceßione regni ex genere Spartharum* 7.4.1

*fœminæ erudiebantur artibus liberalibus & diſciplinis & mittebãtur ad ſcholas*, 7.11.74.& 75

*fœminæ in quibus caſibus ſint melioris conditionis ipſis viris* 7.11.92

*fœminæ excludi à ſucceßione regnorum non eſt barbaricum* 7.16.9

*fœminã marem læſum eſſe dixit Ariſtotel. imperfectum animal, in quod animas emendandas hominum mitti dicebant Platonici* 7.11.8

*fœminam veſte virili vti prohibitum* 7.11.12

*fœminis aurum gerere prohibitum in penuria pecuniæ Epheſiorum, & quod haberẽt, iniũctum mutuo dare reipublicæ* 3.6.28

*fœneratoribus impoſitum tributũ* 3.6.9 & 11

*freta cur dicatur fugare dæmonas* 13.31.15

*folia ambulantia* 13.25.3

*fora quare diuerſa conſtituta ſingulis locis* 2.6.10

*forenſium perſonarum rapacitas caſtiganda* 2.6.14

*fori appellatio ad quæ pertineat* 2.6.1

*forma cenſualis vel cenſum deſcribendi* 3.4.9

*formæ creandorum magiſtratuum, diuerſæ ex moribus* 4.5.39

*formula faciendi fœderis cum hoſte* 11.7.1

*fornicatio facta in templo, quomodo acriter vindicata per vindictam vt ferũt religionis* 13.8.16

*fororum apud Athenienſes diuerſa & nomina eorum* 2.6.10

*fortunæ humanæ inconſtãtia* 6.3.10

*fortunæ præneſtinæ ſortes vetita* 13.1.23

*fortunæ aureæ ſtatua & imago in cubiculo Imperatorum* 12.13.13

*fortunam quid dicant Chriſtiani aliter quam Ethnici* 6.3.11

*forum iudiciale locus aliquando non fuit* 2.6.2

*forum venale in publicis & priuatis locis*, 2.8.1. *ſine nundinis & cum illis eo.*

*forum iudiciale à Catone acutis lapidibus ſtratumne populus aſſueſceret litibus* 2.6.9

*forum iudiciale longe à mercatu ædificari debet* 2.6.15

*foſſa vrbis vnde* 2.[illegible].3

*franca feuda in Gallia quid* 3.2.17

*Francia nõ eſt ſubiecta imperio aut Summo Pontifici in temporalibus* 6.13.22

*S. Franciſci ſtigmata fingentes puniti* 13.14.7

*Francorum de non inuitando ad bibendum, eod.* 8

*frater quaſi ferè alter* 7.11.16

*frater mortui Antiochi quo argumento voluit excludere filium fratrem à ſucceßione regni* 7.5.13

*fraterna ſocietas quæ* 5.1.10

*fratrem Getam Antoninus obtruncauit regnandi cupiditate* 5.4.9

*fratres*





*Fratres etiam non potuerunt ſe competi in principatu gerendo* 5.4.5.& 6.& 7

*fratri prætermißis liberis proprijs reliquit regnum paternũ Pharnaces* 7.5.6

*fratriæ fuerunt diuiſiones populi apud Romanos* 13.2.2

*fratriæ ſeu ſodalitates religionis cauſa probantur iure ciuili* 1.8.5 *comeſſationis ſublatæ* 13.19.16

*fratricellorum, ſublata congregatio* 13.3.17

*fratricellorum luxuria* 13.19.11

*Friderici Aenobarbi tempore bella prætextu religionis* 13.7.6

*Frotho rex* 4. *Danorum* 3.5.12

*fides promiſſorum vnde dicta* 8.8.1. *ex verbi oritur. illa ex mente eo.* 2. *& ibidem de veneratione eius*

*frugalitas principum laudatur* 8.6.1. *& in quibus conſiſtat eod.*

*frumenti vendendi ex poteſtate facta reipub. compendium*, 3.6.14. *& ibi de probibita frumenti aliò venditione*

*fulminum ictus, præſagia explicata* 13.33.24

*funere præſtantior ferebantur imagines maiorum niſi diuinitate donatorum* 12.13.15

*fures retenti per ſtatuam Pelichi* 12.17.9

*futura præſcire, Dei eſt* 13.33.14

*futurorum exitus conſiderandus* 10.4.6

*futurorum prænunciatio ad Deum pertinet* 12.20.7

*fuxenſis domus & ditio iure repreſentationis primogeniti adiudicata fuerunt nepti excluſis patruis* 7.10.11

C

G*Abaonitarum dolus in pace impetranda non fuit improbatus* 7.20.60

*Galba necatus procurante Othone Syluio qui imperium ambiebat* 7.7.9

*Galeis qui primùm criſtas impoſuerunt* 6.16.2

*Gallia treſ vide diuiſos reges Gunthranum Aureliæ Sigebertum Metis, Cheribertum Pariſiis* 7.10.17

*Galliæ regi priuilegia data à Sũmo Pontifice exigendi ab eccleſiis et eccleſiaſticis* 3.7.46

*Galliæ iuſtitia* 10.2.4

*Galliæ regnum quare excludat fœminas à ſucceßione* 7.11.97

*Galliæ iure eccleſiæ & eccleſiaſtici compulſi ad contributionem ad mures & ſtipendia militia & alia.* 3.7.26. *explicatur num.* 46.

*Galliæ populus in quot ordines diſtributus* 4.1.14

*Galliæ non ſunt ſubiectæ imperatori aut Summo Pontifici in temporalibus* 6.13.22

*Galliæ rege mortuo quomodo magiſtratus exerceant poteſtatem* 4.5.38

*Galliarum regum de triplici progenie futura, vaticinium* 13.33.20

*Galliarum antiqua forma reipublicæ*, 5.1.15.18. *noua eod.* 13.

*Galli auis inſignia quid ſignificent* 6.16.3

*Galli comam circum tondebant non radebant rex ſolus prominentem habebat* 6.16.12

*Gallorum inter ſe diuerſi mores* 4.4.4

*Gallorum conſilium generale apud Carmitũ ſub Druydibus* 13.12.16

*Gallorum regum nouè creatorum ceremoniæ* 6.20.26

*Gallorum candidum pectus* 4.4.11

*Galtheri regis marmor fatale* 6.6.8

*Gambara mater primorum ducum Langobardorum ſtrenuas prudens mulier* 7.11.38

*Gandaui ciuilis ſeditio, ob imagines ſacras* 12.14.10

Gaon eſt doctoratus Talmudicus 12.5.30

Garde & Bail ſpecies tutelæ in Gallia in qua proximus bonorũ minorum facit fructus ſuos 3.2.21

Gariſim mons quis 12.21.18

Gazith conſiſtorium mauis Iudæorum iudicum 4.5.29

Gedeon aras Baalis etiam patris deſtruxit 12.21.5

Gedeoni principatus delatus à Iudæis & ſuis paſtoris 7.4.4

Gelon tutor filiorum regis Imperium occupauit eiectis pupillis 7.18.10

Gemini Euriſthenes & Procles, 7.5.18. Romulus & Rhemus eod.

Geminorum quis primogenitus dicatur vt ſuccedat, 7.5.16. ſed ſi non appareat quis primo editus eo.17. vel ſi ex ſecto vtero educti fuerint quid 7.5.17

Geminorum quis primogenitus eſſet. cognitio petita ab oraculo & cura matris 7.5.18

Generoſum & nobile quo differant 4.2.8

Genibus quomodo religio inſit 1.1.4

Genio principis Perſarum parata ſingulis diebus menta 8.3.7

Gennadius epiſcopus Conſtantinopolitanus 12.13.7

Gentiles cauſa religionis defendendæ perſecuti Chriſtianos & Iudæos 13.7.1

Gentils-hommes quid differre dicantur à nobilibus 4.2.4

Genuenſes expulſa nobilitate popularem ſtatũ induxerunt 4.3.11

Gergini adulatores inſignes 8.7.6

Georgius Scichetius dux agreſtium hominum Germaniæ contra nobilitatem 4.3.11

Geri non poſſe in eadem republica 5.4.11. Idque ibi multis probatur argumentis, & 12.

Germanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſponte ſe abdicauit ſede & quare 12.14.6

Germanorũ inter ſe diuerſa 4.4.9

Germanorum antiqua reipublicæ forma 5.1.1.4

Germani hiſtoria de illuſione ſortiarium 13.28.1. & 17

Geryonis Thebani oſſa conſeruata 13.14.6

Geux in Belgia & eorum tumultus 1.4.9

Gizid rex Perſarum, imagines ad Iudæi cuiuſdam ſuaſionẽ, de templis Chriſtianorum eiecit 12.14.3

Gladij miniſtri princeps in monarchia & reipublica in aliis ſpeciebus reſpublicæ 9.1.16

Gladij poteſtas ſoli principi à Deo data, 9.1.15. ijs duplex ſpiritus & temporalis & quis vterque ibidem.

Gladio cincti qui populi ambularunt etiam tempore pacis 11.1.2

Gladius eccleſiaſticus non materialis 13.14.20

Gloria vera principis quæ ſit lib.7 per totum cap.9.

Gloria inanis reprehenſa & ambitio 13.14.15

Gnaſco quid ſignificet Polonicè 6.16.7

Gnoſtici impuriſſimi hæretici confinxerunt nomine Apoſtolorum euangelia 1.7.5

Gradus in ſcholis ſumentes, quantum expendere in conuiuia debeant 13.3.5

Golgolta mons 12.21.15

Gothi quomodo vaſtarunt imperiũ Orientis & Occidentis 11.3.4

Gothi occupantes Italiam dixerunt Auguſtalem dehinc Odoanum duces Imperatores Romanorum 6.13.21

Grandines & tempeſtates maleficè excitatas, vt ſopias 13.31.10

Graphijs & ſtilis occiſi 9.1.19

Gregorius 3. Summ. pontif. Leonem 3. Imperatorem Orientis propter violatas imagines imperio priuauit 6.13.20

Grues vnum ducem ſequũtur 6.2.1

Grues vnum ducem habent 5.4.3

Gubernatio Principum Syderum ſuperiorũ influxibus comparata in pluribus 10.3.2

Gubernator imperitus reipublicæ, etiam cum bonis legibus perdit rempublicam 10.6.8

Guilimeri doloſa impoſtura vt regem detruderet & ſibi regnum pararet Vandalorum 7.18.12

Gundebaldus poſt mortem Childerici partem regni in Aquitania vſurpauit 13.17.17

Gundoaldus mentitus ſe filium Clotarij regis pro rege in Gallia à militibus receptus 7.18.5

Gummi ſcribi in quibus poſſit 13.6.5.

Gymnoſophiſtæ ſapientes Indorum nudi 6.18.2


H


Habilem non eſſe, & non exiſtere quomodo paria aut non 7.10

Habitatio non facit ciuem 1.3.20

Habitatio principis adfert vrbibus celebritatem vt opes 2.1.11

Habitator quid differat ab hoſpite 4.4.21

Habitus non facit Monachum vt intelligatur 4.11.9

Habitum religionis geſtare, quando obliget ad obſeruantiam regulæ 13.4.6

Habituum externorum imitatio, habet præſumptionẽ imitationis morum 4.11.2

Habitum nouum religionis facere non licet, 13.4.6. niſi quis priuatim velit ſine ſecta noua ſibi induere quod licet, vt etiam auriculatum 13.4.6

Hæreſiarchæ Magi, & Magiæ ſcholam aperientes 13.27.6

Hæreticæ inquiſitionis prætextu non debent turbari reſpublicæ aut bona iniuſte occupari 13.13.18

Hæreticis prohibitum deferre magiſtratus aut honores in republica 4.5.23

Halcas ſacerdos Ethnicorum, vates 13.33.16

Hannonis inuentum ad conſiliandã tyrannidem 13.11.9

Hannonis Iouis figura arietis 12.18.14

Haquinus Magus, Nouergiæ princeps 13.27.9

Harmodius tyrannicida 12.13.3

Haſta ſceptrum regum 4.6.5.3

Haſta idem quod ſceptrum regium vnde & dij in imaginibus haſtati 6.20.20

Hebræorum legis diuinæ appellatio & diuiſio 12.5.5

Hecatæus Indorum rex 7.11.55

Hæreditas quando repudiato principatu mortui vel contra retineri poſſit 7.12.1

Hæreticis fauere vel adeſſe in quoquam prohibitum eſt 12.7.15

Heretici corruperũt ſacras ſcripturas & reiecerunt quando aduerſabantur, aut alias finxerunt 12.7.5. & 6. in euangelijs idem & 7.

Hæretici quibus modis cogendi redire ad fidem, vel puniendi 12.4.9. & 10

Hæreticorum aſtus in turbanda republica 13.7.6

Helenæ nomine laudabant bonas reginas antiqui 6.10.4

Hellenius paſtor vates futuri belli Troyani 13.33.16

Heluij pertinacis imperium 85. dierum 6.3.13

Heliogabali Cæſaris mores ſpurciſſimi & inanes 6.3.9

Helij principatus cur ademptus & ſuis 13.10.1

Henricus ſeptimus imperator veneno periit 13.8.7

Hnericus Suetiæ rex Magus ventos pro arbitrio excitauit 13.27.9
Henricus I. Anglorum rex, tributum per iugera dotis filiæ cauſa primus indixit 3.4.17
Henrichus II. nothus fratre legitimo & naturali necato regnum Hiſpaniarum occupauit 7.8.16
Henrici V. contra patrem belli color ex religione 13.7.6
Henricho IIII. Imperatori bellum cauſa religionis filius mouit 13.10.8
Herba parietara qui titulos ſuos retij affigit 6.11.13
herbæ quæ diuinationem & euorationem deorum ſeu dæmonum melius, dabant 13.25.12
herbæ exorciſatæ contra maleficia 13.30.4
herbarum ſuſpenſiones & collectionum contra malos 13.31.6
Hercules qui dicti 6.12.2
heretages de guerpis quid Gallis 3.2.8.
heri poteſtas in ſeruos quæ 5.1.8
Hermas B. Pauli diſcipulus 12.23.4
Hermetis paſtoris liber, num habeat authoritatem 12.7.8
Hermodorum Epheſius exilio affectus quod frugi homo 5.3.27
Hermogenes Magus à dæmone ad D. Iacobum legatus portatus 13.28.8
Herodes multa parricidia peregit vt regnum ſibi Iudææ quæreret 7.7.6
Herodes Aſcalonita quomodo occupauit tyrannidem Iudæorum 6.18.14
Herodes Aſcalonita prius tyrannus poſtea rex 8.1.15
Herodis Antipæ mortui quidam ſe filium finxit & regnum eius petijt, & de eius exitu 7.18.9
Herodis ſuperbia à Deo punita dũ permitteret ſibi voces diuinas tribui 6.12.6
Herodis qui necauit infantes mors deteſtabilis, 13.12.25. alterius Herodis qui necauit D. Iacobum eod.
Herodis tyranni remedia in arcibus contra populum tumultuantem 2.5.2
Herodiadem conuenire ſortiariæ ſe dicunt in aduentibus ſuis 13.28.2
Heroes ſemidei 6.5.5
Heroſtrati memoria damnata, templi Dianæ volũtarij combuſtoris 12.21.28
Herſilæ conſilium pro ſedandis Sabinis 7.11.36
Hetha mulier ſtrenua Danis præfecta 7.11.6
Hieroboam cui Deus regnum dederat idololatrare fecit populum 13.11.8
Hieroglyphicæ literæ 12.9.2
Hieruſalem, ædificata vna manu et alia habente gladium per operarios 2.7.1
Hildebertus Abbas Blandinenſis, martyr pro imaginibus 12.14.1.0
Himilcon necatus à Gelone 13.5.6 prætextu ſacrificij faciendi & cap. 8. num. 14.
Hippiæ Athenienſis ad comparandam pecuniam inuentiones vectigalium 7.6.22
Hippodamus Milleſius 3.2.2
Hirci Idolum 12.18.14. dæmonij ſagarum forma, eod. peccati ſimilitudo, eo. & cap. 19. num. 10.
Hiſpaniæ regnum non recognoſcit Imperatorem ſuperiorem 6.13.26
Hiſtoriæ Iudaicæ libri cur proponantur in eccleſia Chriſtianorum 12.5.17
Hiſtoriæ vſus qualis principi reipublicæ 10.6.16







Hiſtoriographus Galliæ reprehenſus 7.16.9
Hiſtoriographi ſe dicentis Gallici impudens mendacium 7.11.63
Homerus mendacia ſcripſit 12.12.4
Homerus falſus ſcriptor prænunciatus 13.33.19
Homicidia & parricidia commiſſa regnandi cauſa, 7.17. num. 4. & 5 & 6. & ſeq.
Homicidis inuoluntarijs vrbes cõfugij pro ſecuritate 13.22.3
Homo quomodo dicitur creatus ad reparandas ruinas angelorum 5.5.19
Homo ad imaginem Dei creatus 7.11.3
Homo vel ciuitatis Dei vel dæmonis eſſe poteſt 1.3.5
Homo quomodo & in quibus dicatur habere imaginem & ſimilitudinem Dei 7.11.66
Homo habet propriam ciuitatem in cœlo & poteſt declinare in ciuitatem dæmonum 1.3.5
Homo quare propter Deum factus dicatur 5.5.12
Homo natura nobile animal vitio ignobile 4.2.1
Homo in bello ſuperatus poteſt necari 11.10.5
Homo quid commune habet cum aliis & quid proprium 4.10.15
Hominis quantumuis ſancti non eſt in omnibus probata 6.13.33
Hominis ſuperbia freno indiget ſuperioris 6.1.10 & 14
Hominis proprium Deum cognoſcere, & religione eius vti 12.4.1
Hominis perfectio & cognitio ante lapſum qualis 1.3.16
Homines et poſt lapſum non fuerũt in vita ſolitaria primum 1.2.6
Homines imolati ſub ſpecie religionis 13.5.3
Hominum maſculi fœminæ, vtriuſque ſexus 1.3.12
Hominum Ethnicorum cura etiam in prudentia Dei 12.13.20
Honeſta ſecundum mores probantur 7.11.88
Honeſta ſunt quæ & iuſta 9.1.1
Honeſtum non eſt quod eſt licitum 9.1.2
Honeſtum & honorabile non idem vbique habetur 4.10.7
Honeſtum ratione diuerſorum locorum, & alibi inhoneſtum, 7.4.13
Honor vel contemptus gerentium poteſtatem, refertur ad eos quorum nomine gerunt 4.10.12
Honor principibus & pontificibus delatus potius ad Deum & religionem pertinet, vt inde extolli non debeant 6.12.5
Honor onus habet vere 4.10.10
Honor & præferentia in perſonis eccleſiaſticis quomodo conſideratur & ſtatuitur 4.10.19
Honor cur maior debeatur eccleſiaſticis, 13.14.14. & 15. quomodo illo abutantur, & ex abuſu puniantur 13.14.15
Honor factus imaginibus, refertur ad relata 12.13.12. & 13
Honorem non deferentes magiſtratibus Romæ caſtigati 8.4.5
Honorem petens alios honorare debet 8.4.3
Honore diſtinctus populus Romanus in ſuffragijs 4.1.5 & dignitatibus, eod. 6
Honores non bene ex cenſu à Romanis delati fuerunt ciuibus, 4.1.8
Honores publicos prohibitum deferre Iudæis & hæreticis 4.5.23.
Honores municipales accipere inuitus etiam cogendus 4.5.4
Honores mutant mores ſed raro in peiores quare 4.10.10

Honores in republica pro præmiis & aculeis ad meliora 4.10.9
Honores gradatim dignioribus deferendi 4.10.3
Honorum parium qui in præſtantiores 4.6.8
Honoribus quomodo cito ſatietur populus 5.2.4
Honorabile quid ſit iudicandum ex more & opinione locorum vbi de honore agetur 4.10.12
Honoratus præteritæ fortunæ inferioris memor eſſe debet ne ſuperbiat 4.10.10
Honoricus Giezerici Vandalorum regis filius prælatus in regni ſucceſſione Gondabondo filio primogeniti 7.10.19
Honoricus rex ex Chriſtiano, poſtea factus hæreticus 8.1.3
Hopo Magus 13.25.21
Horæ vnius magiſtratus 4.5.36
Hortenſia eloquentiſſima cauſam fœminarum coram triumuiris egit 7.11.80
Hortus non fieri debet in vrbe ex ruina domus ſine magiſtratu, 2.10.3
Hoſpes quid differat ab habitatore 4.4.21
Hoſpites qui 4.4.20
Hoſpites militum non tenentur illis præſtare lignum, oleum, culcitram, balneum, 11.5.8. nec quicquam aliud pro eorum animalibus aut victu imo nec ſponte debent 11.5.9.& 12
Hoſpitalia noua ædificari prohibuit Phocas Imperator 13.17.5
Hoſpitalia & loca alia pia ſocietatum probata, 13.2.7. eorum priuilegia, eod.
Hoſpitium publicũ confeſſi, inuiti etiam viatores tenentur recipere 4.4.21
Hoſpitij militaris ſignum debere, habet pœnam falſi 11.5.7
Hoſpitij ius & hoſpitalitatis teſſera 4.4.21
Hoſpitio vicinum onerare punitur 11.5.14
Hoſpitia quæ debeantur militibus & à quibus vt qui immunes ſint 11.5.7
Hoſpicia non debent clerici 13.20.1
Hoſpitijs excuſati non excuſantur ſi plures domos habeant, in omnibus, 11.5.7. nec qui alios hoſpitio onerari curant 11.5.14
Hoſpiciorum immunitates pecunia dantes duces aut alij locis aut domib. capite puniuntur 11.7.41
Hoſtes qui 4.4.20
Hoſti fides data ſeruanda 11.10.9 & 10
Hoſpitibus pecunias auferendi ſtratagemata 3.6.12. & 13
Hoſtis domo impunè celari nequit 11.10.8
Hoſtis non eſt contemnendus ſed ſemper à ſe obſeruare oportet 11.7.37. & in margine.
Hoſtibus quæ vendenda non ſint 4.7.8
Hoſtibus erepta à noſtris, quando reſtituantur dominis prioribus & quæ & quando fiunt capientium 11.15.9. & 12
Hoſtiam conſecratam furantur, retinent, ſortilegæ, & maledictiones execratas offerunt dæmoni 13.27.14
Humiliatio præcedit glorificationem, ruinam, ſuperbia 13.14.16
Hycſi dicti Dynaſtes Aegypti quare 6.10.24
Hypericon herba contra dæmones valet 13.31.18
Hyperbolus dolo ex infimo genere ad potentiam erectus tandem miſerè perijt deiectus 7.18.11
Hypocriſis & ſimulationis mala 13.12.23. & ſeq.
Hypocriſis graue peccatum 13.1.7

Iacobus

I

Iacobus Nothus Cypri regis eius filiæ legitimæ regnum ademit vi 7.8.9
Iacobus Buſſularius monachus Ticinenſem populum circunducens ſibi eius parauit, ſed breuem tyrannidem 7.18.14
Iaelis mulieris fortitudo 7.11.42
Iani templum & figura 12.21.27
Idolum Thamuz 12.18.24
Idolum hirci, 12.18.14. canis, 15. aſini 16.
Idolum, imago ſimilitudo, in quo differunt 12.15.4
Idola & idololatria explicantur toto cap. 18. lib. 12.
Idola alia culta ab Iſraelitis 12.18.11
Idolorum oracula quomodo per impoſitionem reddita 13.13.14
Idololatræ quare facilè quod volebant perſuadebant 13.12.20
Idololatræ quare circa pluralitatem deorum facilè errauerint 12.19.9
Idololatræ zelo defenſionis religionis Dei necati 13.6.1
Idololatria quid, & quomodo ab idolijs & idolis differat, 12.18.3 initium à Nino. eo. 4.
Idololatria & in quibus ab idolatris debeant abſtinere 12.5.24
Idololatriæ ortus & progreſſus 12.3.1. & 2
Idomei inſignia 6.16.3
Ignis in auguratione ſeu inthronizatione imperatoris antiquitus præferebatur, 6.20.5. idipſum & apud Perſas & quare, 6.20.11
Igni ſignificationes & myſteria, 6.20.15
Ignis proprietates & natura, quæ principem imitari oporteat, 6.20.15
Ignis diuinitatis ſymbolum 20.11. & 12. perpetuo conſeruatus in templo Dei veri & inde etiam idolorum 6.20.12
Ignis antiquum idolum Babyloniæ 12.18.5
Ignem adorarunt Perſæ Lituani & alij 6.20.13
Igne quomodo luſtrarent filios idololatræ in Moloch & valle Ennon 12.18.7
Ignis ſcripſiſſe legem diuinam Deũ ſomniant Thalumeſtræ 12.5.2
Ignobilis Soſthenes propter egregia eius acta, prælatus in electione regis Macedonum nobilibus 7.15.4
Ignobilis quis 4.2.8
Ignobilitas vitij reddit nobiles ex fortuna ignobiles 4.2.6
Iedua animal habens os ad diuinandum 12.20.6. eiúſque annualis mirabilis forma & vita eod.
Ieduini diuinorum genus 12.20.6
Iehu ficto cultus Baal vt idololatras necaret 13.8.4
Iehu occiſo rege Ioram domino factus rex Iſrael 13.10.7
Ieiunium verſionis legis in Græcum 12.5.34
Ieiunio indicto vnius diei, pecunias quas quiſque impendiſſet vno die iuſſerunt Lacedæmonij impendere Samijs, 3.6.15. & princeps Lotharingus in tributum.
Iepthe dux Iſrael ſpurius fuit 7.8.1
Iepthe filiam ſacrificauit prætextu voti implendi 13.5.2
Ieroboam rex electus tamen idololatra 13.10.4
Ieſu Chriſti amor in ſuum populum 8.1.17
Ieſus filius Syrac, quis author libri eccleſiaſtici 12.5.16
Iezabel vxor Achab impia 13.10.6
Ilia veſtalis compreſſa ab Amulio ſub titulo Martis 13.19.4

Ilias Homeri nihil aliud quam ſtultorum populorum & regum continet æſtus 6.3.3
Illicita miniſteria prætextu militũ prohibitum exigi 11.5.11
Illiterati iudices eſſe de quibus poſſint 4.6.11
Illuſtres ſuperilluſtres ſpectabiles &c. quo gradu ſint 4.10.5
Imago Dei in homine in dominandi poteſtate 2.11.3
Imago Dei quomodo dicatur vel nõ mulier & homo 7.11.66
Dei Imago quomodo fiat Patris, Filij & Spiritus ſancti 12.13.7
Imago abſconſa luminoſo ſplendore ſe prodidit 12.13.35
Reliquiarum Cotyon inſtar pannus in quo conſecratum corpus Domini 12.13.36
Imago conſiderata, generat ſimilia ijs quæ repreſentat etiam in conceptionibus corporum filiorum 12.13.4
Imago plorans plumbo fuſo oculorum 12.17.11
Imago tauri aut leonis aut draconis, in capite geſta pro inſigni regum Aegyptij 6.20.24
Imaginem Chriſti & Abrahami, in lavario habebat Alexander Seuerus 12.14.1
Imagine crucifixi abutuntur aliqui ſagitarij & qui armis vacant 13.29.2
Imagini regis Perſarum menſa inſtructa ponebatur 12.18.21
Imagines artificiales motus imitãtur 12.17.11
Imagines ad mortem Thamus ex toto orbe congregatæ ad imaginẽ Solis ſubitò lachrymantes 12.13.23.
Imagines iuſſu Dei in templo factæ 12.13.17
Imagines Dei iuſſu in templo 12.15.5
Imagines quomodo venerandæ, ex conſilio Niceno 12.14.12
Imagines quare ſacræ aut prophanæ dicantur 12.13.6
Imagines incantatæ, vel magicæ 12.17.9
Imagines maiorum in funere mortuorum ferebantur, niſi diuinitate donatorum 12.13.15
Imagines ex rebus ſimiles illis fluere 12.17.1
Imagines pro libris 12.13.1
concitant citius animos 12.13.2
Imaginum cauſa ſeditiones & perſecutiones 12.14.8. & 10
Imagines ſortilegæ punctæ, quomodo lædant eos quorum nomine fiunt 13.28.21
Imagines auorum, murium, Deo pro voto ad ſalutem oblatæ 12.13.27
Imagines ipſas Chriſti, Pauli, Homeri, Pythagoræ, qui adorarunt 12.18.23
Imagines euerſæ & reſtitutæ Antiochiæ, & apud Maßilienſes 11.14.13
Imagines ſanctorum olim tractæ ad aggrauationem ceſſationis diuinorum officiorum, quod hodie nõ licet 17.16.8
Imagines incantationum Lierami 13.27.2
Imaginum contemplatio mouet animos ad ea quæ repreſentant naturaliter 12.13.11. & ibi exempla
Imaginum honor & contumelia ſeu iniuria refertur ad relata 12.13.13
Imaginum eſt vſus & abuſus 12.13.5
Imaginum hoſtes Seuerus & Xenechias 12.13.10
Imaginum abuſus præceßit idololatriam 12.18.2
Impietas extremum vitioſum religionis 12.2.1
Immortalitatis fides ad fœlicitatẽ, vel infœlicitatem credendã viã facit 3.5.18
Immortalitatis nomẽ ex ſcelere voluit ſibi comparare Heroſtratus 12.21.28
Immutabile domanium reipub. in quibus conſiſtat 3.2.12
Immunitates ita alijs concedendæ, ne aliis onera ſuperimponantur 3.9.21
Immunitas conceſſa à principe pro lege haberi debet 7.20.32
Immunitas in tumultu bellico ceſſabat Romæ 3.7.27
Immunitas à cenſu quibus 3.4.9
Immunitas tributorum ex multis cauſis contingere poteſt 3.9.12 & 13
Immunitates eccleſiaſticæ à muris feßis, &c. non potuerunt tolli per leges ciuiles 3.7.44
Impedimenta vocant bagage, ab exercitibus expulſa 11.9.11
Imperare ærumnoſum 6.3.16
Imperare quidam neceſſario debent alij obtemperare in ſocietate humana 1.1.18
Imperarunt in Scythia mulieres Amazones, & aliæ apud Sauromatas, 7.11.47. in India apud Pandas eod.
Imperator vicarius & delegatus Dei vide 6.5.num.3.4.5
Imperator quis dicatur, & nunc & olim 6.9.1
Imperator coronatur à Summo Pontifice 6.13.31
Imperator aut rex an habeat dominum bonorum ſingulorum ſubditorum 6.13.35
Imperator inungitur, conſecratur, & coronatur 6.20.41
Imperator ſalutabatur & Auguſtus qui eligebatur 6.20.5
Imperator Romanorum an ſit ſupra omnes reges 6.13.15
Imperator ex conceßione imperij à populo 6.9.3
Imperatoris nomen conceßit poſt ſtrenuè geſta & quando 6.9.3
Imperatoris Orientis & Occidentis iuramentum quod præſtat Summo Pontifici in coronatione pro religione 8.2.13
Imperatoris creandi antiqui ritus & ſymbola 6.20.5
Imperatoris honor auctus & poteſtas ſub Iulio Cæſare 6.9.5
Imperatori quomodo regimen eccleſiæ Romanæ conceſſum dicatur 6.13.28
Imperatores Romani an rectè ſeu verè dicantur domini mundi 6.13.14
Imperatores quidam alij reges quã Romanorum ſe nominarũt 6.9.8
Imperatores conſecrati Romæ qui filios ſucceſſores reliquiſſent 7.4.18
Imperatorum nomen nouum poſt regium 6.8.3
Imperatoria hodierna inſignia dum ſolemniter procedit 6.20.41
Imperium, ciuitas dicatur quomodo 1.3.18
Imperium vnius diei tantum magiſtratibus Athenienſibus 4.5.33
Imperium in homines hominis habet authoritatem ſuperiorem diuinam 7.11.24
Imperiũ legis ſalus ciuitatis 7.20.2
Imperium mulieris politicum & alterius generis diſtinguendum 7.11.64.
Imperium Aſiæ in domo Choſroe per 300. annos 7.4.61
Imperium dotis nomine datũ 7.16.1
Imperium diuiſum à Conſtantino Magno inter liberos 7.12.2
Imperium non propriè magiſtratuũ ſecundum Ariſtotelem 4.5.3
Imperium Turcomanorum poſt primam acquiſitionem deuolutum per genus in ſucceſſores 7.4.7
Imperium Occidentale an tranſtulerit Conſtantinus Magnus in Summ. Pontificẽ, & ille in Ger-

*manos* 6.13.29

*Imperium non dedit natura mulieri* 7.11.4

*Imperium de ſubiectio in expertibus vitæ* 6.1.9

*Imperij trãslatio in Germanos quæ ſit.* 6.13.19

*Imperij Orientalis & Occidentalis Romani variæ translationes* 6.13.30

*Imperij translatio in Germanos per Gregorium quintum Summum Pontificem an Erancis & Gallis præiudicet vt ei ſubijciantur* 6.13.25

*Imperij mutatio prætextu melioris conijcit in peiora* 7.19.4

*Imperij Romani principatus vt promotionem accepit* 6.9.7

*Imperij Romani diuiſio* 6.9.8

*Imperij nominis acceptiones* 6.9.2

*Imperio vacante Papa ſupplet defectum imperatoris* 7.1.8

*Imperia mulierum perinde ac virorum ſtultitiæ & malo regimini obnoxia* 7.11.95

*Imperia à populo data in democratia ad tempus* 6.9.3

*Imperatorum in negotijs reipublicæ, pernitioſa concilia* 10.6.2

*Impoſtores futuros præmonuit Chriſtus & cauendos* 13.25.23

*Impreſſio librorum vetita, ſine permiſſione* 12.7.18

*Impudentes Romæ caſtigati* 8.4.5

*Impudicitiæ iudicãdæ proprij creati Athenis iudices* 4.5.33

*Initiati religioni, qui* 12.8.13

*Ina rex Saxonum* 3.4.16

*Incantamenta doloribus adhibuiſſe capitale fuit in caſtris Conſtantij Cæſaris* 13.8.6

*Incantamentorum Sugo* 13.26.1

*Incantati annuli Exceſtus ei non profuerunt ad mortem vitandã* 13.26.3

*Incantationes quæ ſint licitæ* 13.32.7. & *eius circunſtantiæ*

*Incantationes debebant noſſe iudices Iudæorum, vt Magos delegerent & punirent* 4.5.28

*Incanta remedia, & aduerſus incantationes dantes, permiſſi aliquando poſtea puniti iure ciuili* 13.30.8

*Incendium rex pro pœna ſenatui poteſt* 11.14.6.& 9

*Incendiarij pro guerra priuata proſcripti* 6.*anno imperiali*, 11.14.6. *eos recipientis pœna eod.* 7. *alia pœna incendiariorum eo.num.*9.

*Incola quis dicatur & quomodo differat ab hoſpite & aduena & iure* 4.4.22

*Inconſtantia rerum debet clementiam in hoſtes ſuggerere principibus* 11.12.8

*Incubi & ſuccubi dæmones, quomodo expellantur* 13.32.10

*Inculta vendita tempore neceſſitatis reipublicæ etiam priuatorum & templorum* 3.6.9

*Indictionum tributa à quibus ſoluantur tantum* 3.4.10

*Indorum rex inter pectendum iura reddebat* 1.6.7

*Induciæ vnde dictæ* 11.11.1.& 2

*Induciarum leges ſeruãdæ* 11.10.10

*Induciarum tempore non eſt poſtliminium* 7.15.4

*Indulgentiarum falſarum delatores, & abutẽtes miraculis* 1.3.16

*Infames non ſunt omnes iure pontificio, qui tales reputantur iure ciuili* 7.11.88

*Infantes expoſiti loco eſpaues* 9.1.23

*Infantes quare permittat Deus ſortilegijs maleficiari* 13.38.11

*Infantibus natis tributum impoſitum* 3.5.13

*Infumibulare tributum Iſaaci Conneni*, 3.4.13.& *num.*17.

*Ingatio qnod genus tributi Romæ* 3.4.17

*Iugurtha Nothus vt regnũ Numidarum ſolus haberet filios naturales & legitimos patris ſuſtulit* 7.8.6

*Initiandi ſacris mithræ ſolemnia* 12.18.8

*Iniuria atrocior fit dignitate inuiciati* 2.6.20

*Iniuria quid ab iniuſto differat* 10.4.9

*Iniuria ſtatuis facta, quare vindicetur* 12.13.23

*Iniuriæ noſtræ & ſociorum bello vindicandæ* 11.1.7

*Iniuriarum à populo factarum non recordandum* 11.12.6

*Iniuriarum ſunt homines diu memores* 11.1.4

*Iniurioſus epiſcopus Turonenſis reſtitit Clotario pro bonis eccleſiæ tributo non onerandis* 3.7.13

*Iniuſtitia cauſa translationis principatuum*, 6.2.2. *mala* 10.2.6

*Inopia deiectos & viles facit* 8.4.12

*Inquiſitorum hæreticæ prauitatis nõ poteſt ſe immiſcere de cognitione ſortilegiorum, niſi ea ſapiãt manifeſtam hereſim* 13.30.1

*inquiſitio Hiſpanica hæreticæ prauitatis rigida, cauſa tumultus Belgici* 12.4.9

*inquilinorum tributum* 4.4.24

*inſigne regum ſceptrum quid indicet* 6.5.3

*inſigne viri principis pellicanus* 8.1.19

*inſigne ducale Moſcouitici ducis* 6.20.24

*inſignia imperatoris Romani malum ſi ſphærula cruce inſignitia quid ſignificet* 6.13.14

*inſigniorum quarundam ciuitatum cauſæ per totum cap.*17.*lib.*6.

*inſignia regia Scortorum* 6.16.14

*inſignia præcipua imperatorum iuſtitia & æquitas* 7.16.7

*inſignia principum & aliorum quare inuenta*, 6.16.1. & *toto capite* 16. *de inſignibus*

*inſignia regum clamys & corona, affinia inſignibus ſacerdotum ſeu dignitatis eccleſiaſticæ* 7.2.12

*inſignia quorundam populorum* 6.17.4

*inſignia & ſigna quatenus differãt* 6.16.1

*inſignia Germanorum etiam ex matribus* 7.11.90

*inſignia ferre qui inuenerint* 6.16.2

*inſignia crucis albæ in campo rubeo, Siciliæ ab Archadio quare data* 12.16.6

*inſignia ſacerdotum augurum* 13.33.30

*inſolitum dicitur quoque miracula* 4.25.45

*inſtitutio prima principis* 6.3.5

*inſtitutio perſonarum cur in reipublicæ adminiſtratione curanda* 1.1.26

*inſtitutio filiorum futurorum imperatorum cura fuit bonis patribus & matribus* 10.6.6

*inſtitutio principum ſecundum ætatem eorum curanda* 10.3.6

*inſtrumenta ſigno crucis ſubſcripta à teſtibus fidem habebant* 12.16.7

*interpretum ſeptuaginta ſacrorum librorum conuenientia in conuerſione* 12.5.33.& 34

*intelligentia ſacrarum ſcripturarũ vnde, & quomodo habenda* 12.8.8.& 9. & *ſequentibus*

*intentio agentis indicat actum ex parte eius* 7.20.22

*interdictorum eccleſiaſticorum ob vnum regem pericula in fide nec temerè inferenda* 13.14.19

*interpretes ſacræ ſcripturæ, dicti etiam prophetæ* 13.33.2

*interregnum ob factiones poſt mortem Romuli & aliorum regnum* 7.15.2

*Interregnum poſt mortem Romuli in ſenatus poteſtate* 7.3.6

*Interregni damna & pericula in republica* 7.4.20

*Inuenta in via publica cuius ſunt* 9.1.22

*Inuenti extranei quo tempore bellum indictum eſt capti ſunt ſerui & iure poſtliminij gaudent* 11.15.3

*Inuiti ordinandi ſunt ad beneficia & ad magiſtratus qui ſunt idonei* 4.5.4

Io*as ſalutando occidit Abner & Amaſam* 13.1.5

Io*as templi theſaurum pro ſoluendo tributo reipublicæ accepit* 3.7.17. & 35

Io*as rex quod duas religiones foueret, punitus* 13.12.24

Io*as rex, ſacerdotibus ademit fructus donec templum reficeretur* 13.1.34

Io*as rex* Iſrael *necatus à ſeruis ſuis, quod theſaurum à templo accepiſſet & dediſſet pro tributo Hazaeli* 3.7.9

Io*as ex bono malus rex* 8.1.11

Io*hanna puella defenſa à calumnijs Anglorum per Gerſonem* 7.11.83

Io*hannæ puellæ mira in liberanda Gallia ſtrenuitas ex diuina potentia* 7.11.63

S.Io*hannes propheta* 13.33.13

Io*hannes Vainoda ſuſtulit & fudit agreſtium Germanorum manum* 4.3.11

Io*hannes Aegyptius monachus, propheta* 13.33.13

Io*hannes Angliæ rex* 3.4.16

Io*hannes Hircanus ſacrilegium texit prætextu ædificandi Xenodochij* 13.13.3

Io*hannes Vincentinus monachus religionis prætextu princeps Bononienſis* 13.11.22

Io*hannes Cantachuſenus tutor Calo* Io*hannis Paterlogi imperatoris ſibi imperium vſurpare conatus* 7.18.10

Io*hannis Baſiliadis Moſcouiæ principis crudeliſsimum imperium* 6.13.8

Io*hannis euangelium & Apocalipſim qui non eſſe eius dixerunt* 13.7.7

D.Io*hannis qui reiecerint euangelium & Apocalypſim* 12.7.9

Io*næ hiſtoria reſurrectionis Chriſti ſignum* 12.16.1

Io*natas qui targum fecit, quis* 12.5.32

Io*nes omnes reges olim dicti* 6.10.17

Io*nes qui dicti* 6.1.22

Io*rdanem fluuium adire dicuntur in conuentibus ſortiariæ cum Sibylla* 13.28.2

Io*ſaphat regis Iudæ laudata iudicum diſtributio per ſingula loca* 2.6.10

Io*ſephi patriarchæ prouidentia ditauit ærarium Pharaonis* 3.6.45

Io*riſma pellunt dæmones* 13.31.19

I*rminſul idolum Saxonum in caſtro Eresburg* 12.19.11

I*rreuerẽs duci ſuo miles punitur* 11.7.6

I*ſdigerdis Perſarum regis nobile factum in pupillum ſuum* 11.11.2

I*ſidis ſacra Romæ deiecta ſenatuſconſulto* 1.31.24

I*ſidis tẽplum quare à Tiberio ſubuerſum* 13.19.5

I*ſthmus in Peloponeſo ſanguinẽ fudit* 13.25.8

I*ſthmum fodere diuinitus Cindij prohibiti* 2.9.20

I*ſraeliticus populus quomodo diuiſus eſt per familias domos, turmas &c.* 3.5.5

I*talicarum prouinciarum mores paucis referuntur & eorum incolarum* 4.4.3

I*tinera qua cura indigeant* 2.9.13

*Itineris portorium exigens tenetur iter ſeniorum reddere vel damnum reſarcire* 9.1.30

*Iudæ quare præpoſitus fratribus antiquioribus in regno à patre Iacobo* 7.5.14

*Iudæ regnum quare maſculis tantum deferebatur* 7.11.96

*Iudæi num ad fidem cogendi* 12.4.11 *& qui coacti poſtea redierint ad vomitum, eod.*12

*Iudæi à fide in iudaiſmum relapſi ſeruituti mancipati in Hiſpania* 12.4.12

*Iudæi à Gentilibus ob religionem olim male habiti* 13.7.1

*Iudæi ſæuientes in Alexandria contra Chriſtianos* 13.8.9

*Iudæi poſt Chriſti paſsionem, corruperunt volumina Hebræa legis, in quibuſdam* 12.5.18. & 30

*Iudæi procurarunt à templis Chriſtianorum eijci imagines* 12.14.3 & 5

*Iudæi corruperunt ſacras ſcripturas & quare* 12.5.36

*Iudæorum collegio legari prohibitum* 13.3.14

*Iudæorum & Samaritanorum controuerſia agitata coram Ptolomæo, cum periculo capitis aduocatorum adhibitorum* 12.4.6

*Iudæus iuſsit Alexandrinus pendere cenſum Drugenarum Romanis quem præbebant antè templo* 3.5.10

*Iudæis non prohibitum deferre honorem & officia in republica* 4.5.23

*Iudæis quomodo & ex quibus fieret magiſtratuum electio* 4.5.28

*Iudæos qui voluerint excuſare ſed perperam, de crucifixione domini* 13.33.8

*Iudam imitantur qui Deo largiri prætextu pauperum ſibi non dari murmurant debere* 13.17.1

*Iudex ſecularis regulariter non ſe immiſcet de rebus eccleſiaſticis & quando aliter fiat* 13.1.27

I*udex vtramque partem ante iudicium audire debet* 4.5.48

I*udex maleficorum & maleficarũ quis ſit* 13.30.1

I*udicis boni qualitates ſecundum* Iud*æos*, 4.5.29. *& ſecundum Platonem num.*30

I*udices proprij impudicitiæ Athenis creati*, 4.5.33. *item pupillorũ violatæ religionis, eod. vide & num.*41

I*udices omnes non ſunt magiſtratus* 4.5.5

I*udices quibus modis differunt à magiſtratibus* 4.5.6

I*udices delegati qui* 4.5.9

I*udices & rei magiſtratus quomodo & quando deponi poſſunt* 4.6.6

I*udices perpetui imperabant Carthagine* 6.6.5

I*udices cur dicti principes* 6.6.1

I*udices dare qui poterant Romæ* 4.5.7

I*udices debent habere de ſpiritu ſui principis* 5.3.15

I*udices illiterati de quibus fieri poſſint & quando non* 4.6.11

I*udices quomodo ſibi debent cauere in iudicio maleficarum ſeu ſortiariorum* 13.30.4

I*udices dati quomodo differebant ab arbitris datis* 4.5.9

I*udices cur ſingulis locis definiti* 2.6.10

I*udices dicti* Iſrael *quam formam reipublicæ gererent* 5.1.16

I*udicum electio ex quibus & quomodo facta apud* Iud*æos electio* 4.5.28

I*udicum ordo non diſtinguitur in Gallia vt Romæ quia ad illum & plebeij & nobiles & omnes admittantur per principem* 4.1.14

I*udicum diſtinctio & qualitas*

*Romæ,4.5.8. priuatarum & publicarum rerum, eod.*
*iudicum Iudæorum quæ debebat eſſe qualitas & ſcientia* 4.5.28
*iudicibus Iudæorum iuriſdictiones & cauſæ diſtinctæ* 4.5.29
*indicabat Samuel populum circuēs annuatim prouincias* 2.6.5
*iudicabat Moyſes certo tempore populum* 2.6.6
*iudicabant reges per ſe, & per alios* 6.6.7
*iudicant in Gallia mulieres ratione iuriſdictionis* 7.11.87
*iudicare nemo in cauſa propria debet & quare* 4.5.49
*iudicium de moribus coniugum cenſorium, & poſtea ſublatum quare* 4.12.8
*iudicum non dicitur liberum quod armatis præſentibus extortum videtur* 2.16.21
*iudicium pro Xerxe contra Artabazanem quam rationis habuit* 7.9.15
*iudicium Darij quo præpoſuit filiū ante imperium adeptum genitū filio poſt dignitatem genito* 7.9.14
*iudicium ordinarium ſub Moyſe* 2.6.6
*iudicium populum vitioſum & nobile quare & non ſequendum exempliſque probatum* 5.3.27
*iudicij poſtremi annunciati à pſeudoprophetiſſa tumultus commotus* 13.13.15
*iudicia ciuilia & criminalia diſtincta apud Iudæos* 4.5.29
*iudicia publica & à quibus fierent* 4.5.12
*iudicia cum authoritate exequenda non eludenda* 2.6.20
*iudicia & quæ ad illa pertineant, vbi tractetur in Talmud.* 12.5.24.
*iudicia animarum ſeu criminalia, quando deſierunt iudicare Iudæi* 4.5.29
*iudicia quando penes Senatum aut equites fuerunt* 4.5.14
*iudiciorum locus debet eſſe tutus & iudicibus & litigantibus* 2.6.12
*iudiciorum emendatio iudicum per regē in Thurifera regione* 6.6.7
*iudiciorum loca quare olim inaugurata* 2.6.15
*iudiciarij dies qui cōſtituti ab Antonio* 2.6.7
*induciæ quinquaginta & centum annorum* 11.11.2
*iudicio vltimo ſeparabuntur boni à malis* 1.3.10
*Iulianus Apoſtata à fide vt ſuam impoſturam celauit ingreſſus monaſterium* 13.11.16
*Iuliani Apoſtatæ præſagiū* 11.33.23
*Iulianus ex Chriſtiano Apoſtata à fide ex Magia* 13.32.13
*Iulius Cæſar quomodo viam ſibi fecit ad tyrannidem* 4.3.6
*Iulij 2. expoſitio in prædam dominorum eorum qui ad conſilium Piſanum legatos miſiſſent* 13.7.6
*Iulij Cæſaris ſuperbia & vanitas* 6.11.8
*Iuno quid ſignificet* 12.19.2
*Iupiter Saturnus & ſimiles quid ſignificent & mendacium eorum qui dicūt fuiſſe homines* 12.19.2. *& ſeq.*
*Iupiter, à Perſis cœlum dicitur* 12.21.9
*iura regum* 7.19.16
*iura ciuilia non eadem omnibus vt nec menſuræ* 10.4.9
*iuramentum quod præſtatur ab imperatore coronato à Summo pontifice* 8.2.13
*iuramentum militū in caſtris præſtitum* 11.9.9
*iuramentum ſolemne quale in fœderibus* 11.11.3
*iuramentum fiebat inuiolabile Syracuſis cereis ignitis* 6.20.15
*iuramento fallendos homines dicebat impiè Lyſander* 7.7.3



*iuridici conuentus olim non frequentes & lites paucæ,2.6.2. & in Gallia quando, eod. num. 3.*
*iuridici domini in Gallia ex conceſſione principis habent vacantia* 9.1.26
*iuriſdictio omnis pendet à principe vel directo vel per obliquum* 9.1.53
*iuriſdictio temporalis non debet vſurpari ab eccleſiaſtica in realibus & temporalibus in Gallia* 13.1.29
*iuriſdictio mercatorum conſeruanda* 4.7.13
*iuriſdictionis eccleſiaſticæ poteſtas duplex in foro exteriori & in foro conſcientiæ* 7.2.8
*iuriſdictionem dat conſuetudo* 7.11.88
*iuriſdictionem eccleſiaſticam vſurpantes, excōmunicantur in bulla cœnæ domini* 13.1.29
*iuriſdictiones rex in ſuo regno poteſt augere minuere, quid vendere?* 9.1.35. *imo & tollere* eo.36
*iuriſdictiones & poteſtates pendēt omnes à principe vel ab his qui habent Ariſtocratiam aut Democratiam* 4.5.24
*iuriſiurandi religio iudicum adiuratorum & partium in exordio litium* 2.6.16
*iuriſprudentia quid* 10.4.2. & 4
*ius canonicum ſeruandum ab imperatoribus, & præferri legibus ciuilibus, in aliquibus* 12.10.4
*ius poſitiuum in poteſtate principis eſt* 7.20.14. & 15
*ius morticinij* 13.16.3
*ius ciuile quare* 10.5.7
*ius gentium à prudentia indita homini* 1.3.14
*ius naturale quare commune omnibus rebus publicis* 1.3.11
*ius naturale, & principes tenet* 7.20.8
*ius dictum in Baſilicis,* 2.6.9. *poſtea probibitum, eod.*
*ius naturale, legitimum ciuile vt differunt* 10.4.9
*ius rerum publicarum robur quare* 10.5.2. *quare potius legibus poſitiuis quam naturali cuique deferatur, eod.*
*ius pontificium Iudæorum, ſcriptū, in Talmud, non ſcriptum in cabala* 12.5.20
*ius ars æqui & boni* 10.4.1
*ius ciuile quale & vnde dicatur* 1.3.15
*ius naturale fortius ciuili* 9.1.42
*ius repreſentationis quibus rationibus in nepote ſubnixionem* 7.10.14
*iuris naturæ & gentium diſtinctio & connexio* 1.3.11
*iuris pontificij corpus, quot libros & quales contineri & quare dicatur corpus* 12.10.3
*iuſtificatio eſt iniuſti emendatio* 10.4.9
*Iuſtinianus conſilio in legibus condendis vtebatur vxoris* 7.11.29
*Iuſtiniani Cæſaris plures tituli* 6.11.14
*iuſti & iniuſti ſpecies* 10.4.9. & 10
*iuſtitia tractatur, li.10. per totū c.2*
*iuſtitia reſpublicas conſeruat, vt anima corpus,* 10.2.1. *auget iniuſtitia contra deſtruit, eod. num.* 2. & 3.
*iuſtitia quid quotuplex explicatur* 20.2.11. *generalis, eod. particularis,* 10.2.12. *coniunctiua & diſtributiua, eo.*13. & 14
*iuſtitia anima rei publicæ* 5.5.16 *eius præcepta, eod.*
*iuſtitia finis belli & vnio* 1.16.11
*iuſtitiæ fructus boni* 10.2.5
*iuſtitiæ vis in republica* 1.1.9
*iuſtitiæ præcepta* 10.2.6
*iuſtitiæ imago Chriſippi* 10.2.9
*iuſtitiæ reddendæ cauſa conſtituti reges* 6.4. & 5

Iuſtitiam reddere ſubditis nolens, non eſt dignus imperio vel principatu, 6.6.13. & ibi exempla.
Iuſtitia quando tempore belli indicebatur 11.3.12
Iuſtum bellum ex quibus dicatur 11.1.6
Iuſtum quid, 10.4.2. & nu.8. & 9.
Iuſtum aliud per ſe aliud per comparationem 10.4.10
Iuſtum per ſe & per accidens quid 10.4.11

L

LAban Magus 13.27.2
Labani imagines Magicæ 12.17.9
Lacedæmone quare excluſi peregrini 4.4.16
Lacedæmones non habuerunt theſauros in republica & quare 3.9.1
Lacedæmoniorum mores 4.4.8
Lacedæmoniorum regnum diuturnius quod non eſſet illis cura eũ ampliandi 7.17.32
Lacedæmoniorum leges cur ſeruatæ 7.20.11
Lacertæ maleficium ad impediendam fœturam 13.29.6
Lachrimauit ſtatua Apollinis 12.13.21
Lactis in vaccis contra maleficia conſeruatio 13.31.6. & 8
Lælij Aemilij Pauli virtus in emendanda ſuperſtitione 13.1.24
Lætari feſtiuis diebus permiſſum 13.20.4
Laici tenentur ſuis expenſis defendere rempublicam & eccleſiam & bona eius & clericos 3.7.47
Laici non habent poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas vel in bona eccleſiæ 3.7.4
Laici prædicare non debent verbũ Dei, quare 13.1.15
Lamiæ, vide Sortiariæ
Lampades accendebantur in feſtis imperatorum & dum honoratius reges excipiebantur 6.20.11. & 12. & 14.
Lampſacem, quomodo deluſerunt Parianos prætextu ſacrificij 13.11.17
Lamyrus quis dicatur 6.14.3
Langobardi vnde primã trahant originem 7.11.38
Langobardorum regum aſſignatio facta patrimonij 3.2.4
Langobardorũ reges comitiis creati excepto caſu 7.15.12
Laodices parricida quinque liberorum vt regnaret tandem à Sexto necata 7.17.23
Lapides interdum, more Ethnicorũ dæmonum ludificationibus venerabantur Chriſtiani, & probibitio 12.21.5
Lapis vnctus in Dei honorem, 12.15.6
Lapides teſtimonij cauſa erecti, in ſacra pagina 12.15.6
Lapidicinis tributum impoſitum 3.4.4
Larthes Italiæ reges cur dicti 6.10.6
Larthes principes qui 6.8.7
Laruæ in eccleſia fieri non debent 13.20.5
Lateres theſauri Romani in ærario 3.3.8
Latreuo quid & latreia 12.18.3
Latrones dicti qui arma ferebant olim & inuadebant proximas regiones 6.8.5
Latrones non habent immunitatem eccleſiæ 13.23.6
Latrunculatores 2.9.14
Laurentius medicus mercaturam exercuit 3.6.47
Lechus tyrannus Palmorum quare 7.5.15
Legati hoſtium ſunt inuiolabiles 11.10.14. & ibi in margine
Legatorum in Moſcouiam proficiſcentium priuilegia

Legiones



Legiones militares ex Romanis tãtùm Romæ 7.3.9. à quibus inſtitutæ, & ius earum & ex quibus 11.3.10
Legiſlatoris error in lege ferenda peior quàm hominem necare 10.5.18
Legitimatio per reſcriptum fit à principe qui ſuperiorem non habet 9.1.43
& in quibus. & à quo principe. eo.8.
Lemniſa coronarum 6.20.34
Leo Iſaurus Iconomachus Imperator 3.5.13
Leo 4. Iconomachus Imperator 12.14.9
Leoni ſpinam detraxit cum benedictione Hieronymus 13.32.2
Leo 3. Copronymus imaginum eccleſiæ hoſtis 12,14.4
Leodicenſis epiſcopatus lex de mortuo redimendo per equum, aut bouem. &c. & poſtea ſublata 3.5.4
Leotychides nepos malè poſtpoſitus Ageſilao in regno Spartanorum 7.10.16
Lebuſſa regina Boemiæ ſorte equi delegit ſibi maritum in regem 7.14.6
Leſcus rex dolo factus diſcerptus 7.18.13
Leſcus 3. rex Polonorum ex vili factus retinuit memoriam prioris fortunæ humilis perpetuò 4.10.10
Leucon pecuniam immutauit cum ſuo commodo 3.6.23. & nullius detrimento
Leuiticus liber quare 12.5.8
Leo Papyria de ſacro priuatim nõ faciendo 2.2.2
Lex veſtiaria, id eſt veſtibus modum imponens 4.11.6
Lex Valeria de prouocatione ad populum 2.4.3
Lex de redimendo mortuo à ſubiectione epiſcopi Leodicenſis 3.5.4
Lex viceſimaria quæ 3.6.2
Lex Selerrianorum ne aliò frumentum venderetur 3.6.14
Lex Maracenſium vt rex theſauros non colligat 3.9.2
Lex Valeria de prouocatione à conſulibus ad populum 4.5.31
Lex Ouinia 4.5.19
Lex regia præſcripta à Deo 6.3.5
Lex de pudico ornatu mulieris 4.11.4
Lex Oppia de veſtitu & ornatu fœminarum 4.11.10
Lex Valeria de ciue non damnando ſine populo 5.7.24. & aliæ poſtea pro libertate ciuium
Lex Hiſpaniæ præfert in regno aui nepotem ex primogenito patruo 7.10.7
Lex contraria lege & moribus tollitur 7.11.88
Lex regis præſcripta à Deo 7.19.15
Lex moribus regionis conuenire debet 7.4.13.
Lex principis tranſiens in contractum ab eo reuocari nequit 7.20.26
Lex regina hominum & deorum dicta 7.20.1
Lex animata princeps 7.20.17. ideo legum habet poteſtatem. eodem 18
Lex regni datur populo à victoribus etiam eo inuito. & probatur vtroque iure 7.19.9
Lex quæ imperet vel non principibus 7.20.3
Lex regni data à Deo populo Iſrael 8.2.1
Lex regia prolata à Samuele num pertineat ad reges bonos etiam, an ad ſolos tyrannos 9.1.5. & ſeq.
Lex etſi dura ſeruanda 10.4.1
Lex in regemine quomodo Do eſi-

*miletur* 10.5.4
Lex *omnis cum deliberatione & maturè ferenda* 10.5.13
Lex *diuina ante creationem mundi ſcripta in igne ſecundum Thalmudiſtas, quorum ſomnium imperatur,* 12.5.2. *& à quo poſtea docetur ſcripta ſit*
Lex *diuina ſcripta vt ſæpius audiatur & legatur & ſeruetur* 12.5.17
Lex *circa incorrigibilia non ferenda & quare* 13.3.7
Lex *regia* 13.12.14
Legis *iuriſque poſitiui authoritas debet eſſe penes principem & nõ ipſe debet iuri poſitiuo ſubijci* 7.20.3. *niſi ſubijciatur alij principi* eod.10
Legis *regiæ explicatio prima vt habeat locum in rege iuſto ex conſenſu* 9.1.6
Legis *condendæ & interpretandæ poteſtas penes ſolum principem* 9.1.39
Legis *principatus exponitur qualis ſit inter principes humanos per totum* cap.20.lib.7
Legis *conditio bona vt ſit conſentionis moribus patriæ loco & tempori* 10.5.6
Legis *diuinæ antiquæ & euangelicæ diſtinctio in ſeueritate,* 13.14.17.& 18
Legi *ſuperioris inferior reſiſtere nõ poteſt* 7.20.5
Legem *ſibi nemo ponit à qua non liceat recedere* 7.20.21
Legem *antiquã & prophetas qui reiecerint, & reprehenſio eorum* 12.6.5. *& qui cum euangelio voluerint retinere,* eod.6
Leges *circa ædificationem ædium priuatorum* 2.10.1
Leges *bonæ conſeruant ſocietatem humanam* 1.1.17
Leges *principum ſecularium ſunt poſtponendæ eccleſiaſticis* 3.7.5
Leges *principum ſecularium ſemper eccleſia non improbat vt iniqua conſtituentes, ſed quia de rebus non ſuæ poteſtatis ſed eccleſiæ diſponunt* 3.7.32
Leges *contra oppreſſionem & vim patriciorum in populum* 4.3.13
Leges *non ita neceſſariæ reipublicæ ac magiſtratus* 4.5.1
Leges *quomodo indigeant magiſtratu* 4.5.47
Iudices *neceſſarij quare etiam vbi leges bonæ ſunt* 4.5.47
Leges *Aelia, & Fuſia quando diuiſæ vt cenſoria* 4.12.1
Leges *imperando ſequi in democratia aut ariſtocratia eſt regium imperium imitari* 5.1.28
Leges *ſuas quare populus ſequitur* 5.2.5
Leges *tres ſaluberrimæ à Capeto Galliæ latæ* 7.8.14
Leges *& conſuetudines regnorum in ſucceſſionibus eorum inſpiciendæ & ſequendæ ſunt* 7.10.27
1 Leges *militares, de rebus militaribus lib.* 11. *per totum cap.*5.
*de annona diurna lib.*1.*num.*1.
2 *de fræno & palea* 2
3 *de vino nouo* 3.
4 *de pecunia ſtipendiaria* 4.
5 *de caſtellis & agris limitaneis* 5.
6 *de veſte militari* 6.
7 *de hoſpitio* 7.
8 *de ſalgamo* 8. *ne lignum culcitram & cætera petant milites.*
Leges *regnorum fundamentales ſeruandæ* 7.10.1
Leges *hominibus ratione vtentibus conueniunt* 7.11.77
Leges *latæ à mulieribus probatæ* 7.11.28
Leges *regnandi & regnorum & rerum publicarum cur neceſſario variæ & diuerſæ* 7.11.96
Leges *fundamentales regni cohibent poteſtatem* 1. Regum *ſi ſecundum*



*cundum eas creati aut facti ſunt* 7.16.8
Leges *regnorum & regnandi à quibus latæ* 7.19.7
Leges *ſe à Deo accepiſſe cur quidã numine falſo finxerint* 7.19.14
Leges *minimæ etiam obſeruandæ obedientiæ cauſa* 7.20.11
Leges *ſuas quare poſſit princeps corrigere & tollere* 7.20.20
Leges *prædeceſſoris princeps admittens, & firmas & proprias facit* 7.20.25
Leges *tributæ ſunt, Dei inuentioni etiam ab Ethnicis* 8.2.5
Leges *ob malas non correctas Mauricij Imperatoris diuinum iudicium* 8.2.22
Leges *de maritandis ordinibus* 9.1.51
Leges *armis indigent, & arma moderantur* 10.1.6
Leges *magis neceſſariæ ciuitati quam mœnia* 10.2.3
Leges *cantabantur olim quare* 10.5.3
Leges *in republica vt oculi vt norma vt directio vitæ* 10.5.3
Leges *diuerſæ ferendæ pro diuerſa forma reipubl. & ei accommodandæ* 10.5.5
Leges *accommodatæ Democratiæ* 10.5.8. *Oligarchiæ,* 6.5.9. *Monarchiæ* 10.5.10
Leges, *qua diligentia & ſolemnitate Athenis ferrentur* 10.5.14. *Romæ num.*15
Leges *receptæ, à quibus cuſtodiendæ* 10.5.17
Leges *debent eſſe ſine ambiguitate & dubio* 10.5.22
Leges *bonæ rerum publicarum non impediunt interitum ſub malo gubernatore* 10.6.8
Leges *pontificiæ præferuntur ſanctorum ſententiis repugnantibus* 12.10.2
Leges *de religione, in omni repub. primæ,* 12.4.2. *& ibi de triplici partitione legum* 12. *tabularum.*
Leges *qui dixerunt à Deo ſe accepiſſe, vt acceptiores eſſent,* 13.11.10.*& ſeq.*
Leges *ciuiles circa fidem, religionẽ, ſacra, quantum vtilitatis attulerint eccleſiæ,* 13.1.23.24.25.27. *circa clericos* 26
Leges *futuris dant formam negotiis* 10.4.7
Leges *mutandæ pro varietate morum & temporum* 7.20.20
Legum *antiquorum regni innouatio erga principem non tuta* 7.19.11
Legum *diſtinctio & à quibus & quibus ſit obediendum* 7.20.4
Legum *emendatio cur difficile fiat* 10.5.17.*& quando & in quibus facienda,* eod.
Legum *poteſtas adeſſe debet legum & in leges poteſtas pluribus rationibus* 7.20.19.*& ſeq.*
Legum *materia in genere & cauſæ* 10.5.1
Legum *& contractuum principum differentia* 7.20.48
Legibus *canonicis infideles quatenus conſtringantur* 7.20.13
Legibus *& armis princeps debet regere rempublicam* 10.1.4
Legibus *cõdendis errare peius quã hominem interficere* 10.5.18
Legibus *fundamẽtalibus regni ſubijcitur rerum per eas creatus* 7.20.24
Liber *verè nullus, præter Deum* 12.4.3
Liber *Dei quid,* 12.11.1.*& toto ca.*11
Liberalitas *principis debet eſſe tẽperata non profuſa* 3.8.12
Liberi *& ſerui natura & lege qui* 4.2.2
Libertas *prætextus rebellioni* 13.1.3.*& 4*
Libertatis *popularis pars in quo*

conſiſtit 5.2.3
Libertatis popularis mala & ſuperbia 5.3.24
Leges pro ea conſeruanda eo.
Libertatis prætextus populum decipit & incitat ad rebellionem deceptum 13.12.17
Libri non erubeſcunt reprehendere principes 1.1.3
Libri Enoch 12. 5.3. Abraham eo.12.5.4
Libri antiqui teſtamenti quomodo ab Hebræis nuncupati & diuiſi, 12.5.5. & ibi de ratione eorum nominum hebræorum, & græcorum & latinorum & ſequentib.
Libri antiqni teſtamenti quo tempore diuiſi 12.5.13
Libri qui non habentur ſacri, ſed apochrypgi inter Iudæos qui à chriſtianis recipiuntur 12.5.13
Libri quidam caballiſtici iudicati 12.5.27
Libri legis euangelicæ qui ſint probati per totum c.6.libri 12
Libri Sibyllini qui. & authoritas eorum 12.12.1.& ſeq.
Libri interpretum ſacrę ſcripturę reiecti & apocryphi 12.10.1
Libri apocryphi chriſtianorum habiti 12.7.8
Libri ſacræ ſcrpturę reprobati ab Apelle hæretico 12.6.5& 16.aliis hereticis eodem
Libri ſunt imagines et picturę 12.13.1
Libri qui ſint religionis & quare ſcripti explicatur per totum caput cap.5.ti.12.
Libri eccleſiaſtici non canonici, canonici & apochriphi 12.7.8
Libri prohibiti & apocryphi quomodo differant 12.7.11.comburēdi prohibiti eo.
Libri Sibyllini vnde aduenerunt Romam 12.12.5
Libri Dei vitæ & mortis 12.11.2
Libri legendi traditi à maioribus reprobati non 12.6.1
Libri mali tollendi 13.1.19
Librorum de republica ſumma 1.1.29
Librorum verorum & ſcripturarū negatarum veritas vnde probari poßit 12.7.6
Librorum ſacrorum noui & veteris teſtamenti conuerſiones vel tranſlationes in Latinam, vel vulgarem linguam, quæ probatæ & permiſſæ, & quibus 12.6.7
Libros prohibitos habere, legere, deſcribere, docere, audire, pœna capitali prohibitū ab imperatorib. 12.7.11. quibus permiſſum eo.14 & 18. & quare prohibitum aliis 12. 7.13. & 15. & 16. & 17
Libros Iſidori corrupit Theodoſius 12.10.8
Libris mercatorum quatenus & quomodo credatur 4.7.13
Licinius Valerianus à Magis ex piißimo perſequutor Chriſtianorum factus 13.32.13
Licitum omne non eſt honeſtum 9.1.2
Lignum crucis in qua Chriſtus fudit ſanguinem cur magnam habet virtutem 12.16.2.& 3.& de eius inuentione & miraculis eodem
Ligno quomodo diuinabatur & eius ſpecies diuinationis prohibita 12.20.7
Poſtliminium quid 11.15.6. duę ſpecies eo.8
Lingua Heber remanſit ſine confuſione tempore confuſionis 12.3.1
Linguæ cuiuſque proprietas in ſcribendo & transferendo obſeruanda 1.6.8
Litera ſcripturæ ſacrę occidit: ſpiritus viuificat 12.8.9
Literæ ſigna & imagines mentis 12.13.1


Literæ




Literæ ſacræ quare dictæ 12.13.6
Literæ hieroglyphicæ 12.9.2
Literæ impreſſæ carnibus ex gummi antea deſcriptæ 13.6.5
Literarum Hebræarum puncta ex inuentione Iudæorum grammaticorum poſt Hieronymum 12.5.29
Liti de facto vnus iudex datus aut recuperatores 4.5.11
Litis motæ vectigal ſeu tributum 3.6.5
Lites bellum perpetuum inter homines maximè coniunctos 2.6.7
Litium ſumptus victori reddendi taxati 2.6.16
Liuia mater Tiberij ſuperbißima volebat gerere rempub. donec Tiberius ei priuata curare iniūxit 7.11.21
Locus ſacer orationis, & quid agendum in ea, quæve petēda 12.22.4 quotidie, & toties, vt ad cibum quotidianum adeunda, eod.5.
Locus quis dicatur honorabilior 4.10.12
Loca quædam à Deo potius quam alia electa 12.13.19
Locis quomodo diſtingueretur populus in ciuitate 4.1.3
Locorum diuerſitas leges cogunt imitari 10.5.7
Locorum conſideratio in legibus condendis adhibenda 10.5.11
Locorum mores ſubitorum cognoſcat princeps 10.6.17
Longinus Proculus vates 13.33.21
Loqui voluit ſubditis prohibere Tryzus tyrannus vt factiones vitaret 6.19.12
Lucas pinxit imagines Diuæ virginis Mariæ D. Petri & Pauli 12.14.1
Lucerna dicitur vita noſtra 6.20.16
Lucernæ accēdebantur in feſtis imperatorum & regum, 6.20.11. & Chriſtianorum, eod. 14
Luciferi ob ſuperbiam caſus 6.12.3
Lucilius Capito dānatus quod vim prætoris vſurpaſſet 13.12.9
Lucrum periculorum obliuiſci ſuadet 4.7.1
Lucrum populus præfert honori 5.2.4
Luctus inſignia nigri panni 2.3.1
Lucrimones dicti reges Romanis 6.20.19
Lucumones qui principes 6.8.8
Lucus quid, & vnde dicatur, 12.21.3. & quomodo ibi erant religionis Ethnicorum loca, eodem & 7.
Ludouicus 5. Fortia quomodo occupauit Mediolanenſem principatum 7.10.22
Ludouicus Pius prælatus Bernardo nepoti ex primogenito in imperio & quare 7.10.18
Ludouicus 2. rex Siciliæ eccleſiaſticis ob belli neceßitatem contributiones indixit 3.7.33
Ludouicus Gallorum rex reſpuit inanes titulos 6.11.14
Ludouicus & Carolomanus Spurij Ludouici Balbi regnum inuaſerunt Galliæ & regnarnnt aliquot annis 7.8.15
Ludouicus Pius publicam egit pœnitentiam 13.11.3
Ludouici Pij cautio in comitiis contra coniurationes, 12.18. & quales in eum fuerint, eod.12.17.
Ludus ſphæralæ & paleſtræ clericos ad lapſum impellit, &c. 13.21.7
Ludus taxillorum, alearum, tabularum, &c. interdictus cum maximis pœnis monachis & clericis & aliis eccleſiaſticis 13.11.16
Lugeri non debent contra patriam arma ferentes mortui 11.10.7
Lumina mundi perſonę eccleſia-

ſticæ 6.20.18

Luna, quare dicatur eccleſia 12.23.8

Luna contra naturam bis defecit tempore belli Veſpaſiani contra Iudæos 13.25.9

Lunæ facies dicitur eſſe Sibyllæ 12.12.4

Lunæ vel lunulæ quare componebantur calceis equitum Romanorum 4.21.10

Lupos reddebat homines Baianus rex 13.27.9

Lutatius bellum Punicum confecit 13.1.23

Lux mundi Deus, omnia lucida ab eo 6.20.18

Luxuriæ veneficium ſimiles facit porcis & feris homines 8.5.3

Lychnus Epitecti fictilis, trecentis denarijs emptus 13.14.6

Lycurgus filio fratris ſui regis reſtituit regnum vbi poſthumus malus fuit 6.10.10

Lycurgus leges ſuas cum oraculo ſed corrupto conſultabat 13.11.11

Lycurgi exilium voluntarium ne leges mutaret traditas 10.5.20

Lycurgi reipublicæ forma 5.1.13

Lycurgi de republica inſtituenda leges 7.19.17

Lydus ſorte delectus rex Mæonum 7.14.2

Lydij ſeruum propter præſtantiam in regem elegerunt 7.15.3

Lyſandri abuſus in oraculis 13.cap.11.1

Lyſandri tyrannium dictum fallendos homines iureiurando 7.7.3

Lyſandri ad decipiendos occultos Thaſios oratio in templo fraudulenta 13.8.1

M

MArcus Atilius pretor vrbis 13.1.22

M: Curtius in hiatum terræ volẽs ſe præcipitauit reipubl. cauſa vt arbitrabatur 13.5.4

Maacha ſacerdos ſolis 12.10.9

Macedoniæ regnum primogenito filiorum delatum 7.5.7

Machabęi occuparunt principatum 7.4.2

Machabæorum liber receptus ab eccleſia 12.5.13

Machaueli dogma de ſimulanda religione in principatu, reprehenditur 13.12.21

Machinarum architectorum celeberrimus Demetrius rex 6.14.7

Machokkin ſcribæ legis Iudæorum vnde electi 4.5.28

Magi qui ad Chriſtum adorandum venerunt quales fuerunt 13.25.11.& cap.26.7.& 9.

Magi qui naſcuntur aut quomodo fiant 13.25.25

Magi à vulgo habiti in aliquibus excellentes calumnioſè 13.25.24.

Magi qui dicti olim & nunc 13.25.11

Magi cuiuſdam ſimulatio ad occupandam Perſarum tyrannidem 6.18.13

Magi Perſarum ſapientes, penes quos omnis cura religionis 8.2.10

Magia maximo odio proſequitur fidem Chriſtianam 13.32.13

Magiæ ſchola ab hæreticis aperta 27.6.& Salamancæ 13.27.7

Magiæ ſpecies plures 13.26.4

Magiæ quanta apud Perſas authoritas 8.2.10

Magiam ſcire debebant iudices Iudæorum maiores, vt Magos delegerent & punirent 4.5.28

Magicæ ſpecies 7. prohibitæ à Deo 13.25.22

Magicæ imagines & incantatæ 12.17.89





12.17.89

Magicæ artificiis Cæſares qui intenderunt, 25.15. & 16. & alij, 13.25.15.& 16.& 17.

Magicæ artis origo & cauſæ ſub ſpecie pietatis 13.26.1

Magici impoſtores celebres olim qui, 13.25.13. & 14.& inter imperatores qui 13. 25. 15. & 16

Magus Rayr Dominus, ad honores per Magica perueniens crematus 13.30.9

Magorum nomen quando odioſum cum magis factum ſit & quare 13.25.12

Magorum quædam opera in murem ſe transferre vicinorum ſata in ſuos transferre agros, &c. 13.25.21

Magorum quorundam inſignes impoſturæ & prodigia per totum cap.27.13

Magiſter viarum Romæ & eius iuriſdictio 2.10.4

Magiſtri & magiſtratus qui dicantur & vnde, 4.5.2. & de varijs ex idiomatum proprietate eorum nominibus

Magiſtri officiorum militum cura & officium 11.9.5

Magiſtrorum viarum poteſtas 2.6.15

Magiſterij cuiuſque artis aut profeſſoris gradum ſumentes prohibitis ſumptus criminales facere 13.3.5

Magiſtratus quidam cum regia poteſtate temporali aliquando in Democratia neceſſario conſtituti & in Ariſtocratia 5.3.10

Magiſtratus à ſolo principe conceduntur 9.1.33

Magiſtratus ex cenſu Athenis & Romæ aliquando poſtea ex omni ordine exceptus vilibus, &c. 4.5.19

Magiſtratus ex quibus deligendi eſſent diuerſæ adminiſtrationis rerum publicarum conſtituerunt 4.5.15 & ſeq.

Magiſtratus in Vtropia quomodo eligantur 4.5.33

Magiſtratus in Democratia tribuendi partim per electionem, partim per ſortem, 5.2.3.quando per cenſum à quoties repetendi.eod.

Magiſtratus Athenienſes præcipui facti ex perpetuis annui 4.5.31

Magiſtratus temporales maiores maximè, cur crearet populus, nõ monarcha 4.5.31

Magiſtratus in Gallia rege mortuo à quo acceperunt quomodo proſequantur adminiſtrationem 4.5.38

Magiſtratus municipales non exercent quæ ſunt imperij, ſed quæ iuriſdictionis 4.5.5

Magiſtratus non ſunt omnes qui habent quandam poteſtatem in republica, nec omnes iudices 4.5.4

Magiſtratus creare ad quem pertineat 4.5.24

Magiſtratus in Democratia repub. debent eſſe temporales quare 4.5.35.in Monarchia perpetui & quare 4.5.36

Magiſtratus horarij & per diem 4.5.36

Magiſtratus ſeculares cur debeant curare fieri prædicationes verbi Dei populo 13.1.30

Magiſtratus officia & beneficia non ſunt conferenda à principe eccleſiaſtico vel ſeculari ob gratiam vel iure ſanguinis niſi idoneis 4.6.3

Magiſtratus committi debent idoneis, & pluribus ſi multitudo ciuium & quare 4.5.4

Magiſtratus Romæ aliquando tantũ & probatis antea in negotijs

repub. 4.5.44
Magiſtratus illiterati quantum noceant reipublicæ 4.6.11
Magiſtratus & honores diſtincti aliquando Romæ per cenſum ſenatorium, equeſtrem, & plebeiū 4.1.6
Magiſtratus non leuiter mutandi quia noxium in republica, tamen in eos inquirendum 4.6.6
Magiſtratus debet eſſe magnanimus, & quare 4.5.43
Magiſtratus & poteſtates & officia & beneficia, ſunt ſingulis concedenda 4.6.5
Magiſtratus vendi non debent 4.5.27. & qui vendiderint & qui prohibuerint, eo.
Magiſtratus eligendi nec nimium diuites aut nimium pauperes, & quare 4.5.18
Magiſtratus in ciuitate neceſſarij 4.5.1. magis quam leges, eod.
Magiſtratus tempore penuriæ reip. Venetorum iuſſi ſex menſes gratuito reipub. inſeruire 3.6.40. & 41
Magiſtratus Athenienſes quomodo eligerentur 4.5.33
Magiſtratus boni qualitates 4.5.42
Magiſtratus temporarij facti ad vitam, & qui erant ad vitam, perpetui & in hæredes tranſmiſſibiles data penna certa venetorum reipublicæ inopi 3.6.43
Magiſtratus num eſſe debeant ex loco vbi adminiſtrant & diuerſæ de eo ſententiæ 4.6.9
Magiſtratui gerundo eligendi & probandi viri 4.5.26
Magiſtratuum electio per ſortes, 4.5.39. per ſuffragia populi, eod. num. 40. melior per electionem conſultam proborum, eod. num. 42
Magiſtratuum diſtinctio ex qualitate illuſtriū ſuperilluſtriū, &c. 4.10.5
Magiſtratum inhonorantes puniti Romæ 8.4.5
Magiſtratum ſubire quis cogi poteſt 4.5.4
Magiſtratuum in republica neceſſitas etiam ſi ſint optimæ leges & munus earum 4.5.47
Magiſtratuum in cauſa in quibus peccetur per præficiētes & præfectos, lib.4.cap.6.per totum ca.
Magiſtratuum maiorum mutatio quam habet vtilitatem 13.12.5
Magiſtratuum diuerſorum diuerſæ ætates petentibus requiſitæ 4.5.34
Magiſtratuum, & iudicum differentiæ Romæ 4.5.6
Magiſtratuum ex cenſu delectio, malum in republica 5.1.25
Magiſtratuum ac legum finis vtilitas publica, 4.5.46. iuſtitia alienum bonum reſpicit 4.5.46
Magiſtratuū venalitas cauſa corruptionis iudiciorum 2.6.17
Magiſtratuum & iudicum electio quomodo & à quibus fieret apud Iudæos 4.5.28
Magiſtratuum diſtinctiones 4.5.7
Magiſtratuum debet conſtitui & ſeruari in republica ordo & gradus ne ſit confuſio 4.6.8
Magiſtratuum creandorum formæ diuerſarum nationum diuerſæ 4.5.39
Magiſtratuum pluralitas vnde orta 4.5.45
Magiſtratuum geſta ad principem referuntur, pro quibus ipſe redditurus eſt Deo rationem 4.6.2
Magiſtratibus obediendum 2.6.20. niſi abutantur, eod. num. 21.
Magnanimitas quomodo magnos honores concupiſcere debet 7.7.1
Magnanimitas requiritur in magiſtratu & quare 4.5.45
Magni & Maximi cognomina qui reges aut duces habuerint 6.14.2
Magnos facere principi & reipublicæ periculoſum, & remedia 8.3.1
imaginum cultui obiecta refelluntur, toto cap.15.lib.12. quid idololatria num.1. ad luxuriam. 2. contra prohibitionem Dei, 3.
Mahometes adulteria ſibi ſoli permiſſa à Deo mentitus, 13.19.6. vt prophetas generaret 19.6
Mahomet prætextu religionis occupauit tyrannidem 13.11.5
Maieſtas dicitur eſſe in rege ſupremo, non in alijs principibus 8.4.1
Maieſtas in Deo abſolutè & in principibus quid, 8.3.1. quid ſit maieſtas eod.2. & quod definitum nequeat.
Maieſtatis dignitas quibus modis aucta & conſeruata 8.3.4
Maieſtatis crimen arma mouere ſine licentia eius qui ius gladij habet 9.1.16
Maieſtatis in principibus quanta ſit efficacia & vis 8.3.2. & 3
Maieſtatis diuinæ & humanæ rei non gaudent immunitate eccleſiarum 13.23.8. & 9
Maieſtatem alterius comiter obſeruare in fœdere quid ſignificet 11.11.10
Maieſtate Xerxis diminuente ex contemptu data Artabano coniurandi occaſio 8.4.7
Maij prima die collecti fraudes, contra maleficia 13.31.6
Main morte & morte main quid in Gallia in iuribus fiſcalibus differant 3.2.20
Maior domus ne eſſet in regno Galliæ cautum lege Capeti 7.8.14
Mala quædam talia apertè, quæ quis fugit, alia fucata ex bonis quibus quis fallitur 33.1.2
Mala inter bona ſuccreſcunt quæ euellenda & bona retinenda 13.3.3.
Mala grauiora quo magis latent incognita 13.1.8
Malcolinus rex Scotorum liberalis nimium 3.2.6
Maleficarum ſeu ſortiariorum imitationes docentur cap.29.2. vnde dicti maleficij eod.1.
Maleficæ vt torqueantur incenſis inteſtinis equi maleficiati, 13.31.3 quomodo delegantur in eccleſia ne exeant 13.31.4
Maleficæ an vere vel falſo agant quæ ſibi videntur facere per totum cap.28.lib.13
Maleficæ dictæ à multitudine malorum 13.28.21
Maleficæ verberibus ad ſoluenda maleficia coguntur 13.31.19
Malefici ſeptem modis nocere aut lædere poſſunt 13.29.6
Maleficium ſterilitatis quale & quomodo tollatur 13.29.6
Maleficium propria authoritate non licet punire priuato 2.7.2
Maleficia maleficiis curare, cur prohibitum 13.31.12
Maleficia cur Deus permittat 13.28.11
Maleficia an liceat per maleficia tollere, 13.30.8. & 10. & cap. 31.num.1
Maleficia cur Deus permittat 13.28.22
Maleficia quomodo diſſoluat argentum viuum 13.31.16
Maleficia & eorum pulueres inquirere ſub limitibus Iannæ, & alibi, & conſumere non eſt prohibitum 13.21.9
Maleficia taciturnitatis 13.30.2. & 5
Maleficia quibus modis impediantur vel in totum, vel pro parte

13.31.11.
*Maleficia tria habent, dæmonem, maleficium, diuinam permiſſionem* 13.29.5
*Maleficiorum remedia naturalia* 13 31.6. *diuina*, 7. & 11. *naturalia* 13
*Maleficiis quæ obſiſtunt, conſecrata in eccleſia* 13.32.8. & 9
*Maleficorum pœnæ iuris diuini* 30. 6. *gentium* 7. *ciuili* 8.
*Maleficorum & maleficarum iudex quis ſit & de iudiciis illarum*, 3. *toto capite* 30. *lib.* 13.
*Maleficos & maleficas quomodo lædi poſſe dicatur* 13.31.2. & 3. & 5.
*Mali principes ex bonis vnde fiant* 8.1.9
*Malitia, cauſa idololatriæ* 12.18.1
*Malos quare Deus permittat viuere inter bonos* 1.3.10
*Malus potius contumax relinquendus quam alij pro illo puniendi* 13.14.19
*Mammea mater Alexandri imperatoris auaritia ſua imperium filij infamauit* 5.1.24
*Manaſſes, ſchiſma & diſceſſionem fecit à templo Hieruſalem* 12.21.18
*Mancipia Mnedei excepto mare & fœmina creati ad pecuniam mutuandam reipublic. vendere* 3.6.16
*Manfredus Friderici* 2. *imperatoris Spurius, fertur patrem ſuſtuliſſe & filios eius legitimos vt ipſe regnaret* 7.8.7
*Manichæi reiiciebant nouum teſtamentum* 12.7.8
*Manipulus frumenti prælatus regi Vtopiæ* 6.20.27
*M. Manlij ſupplicium & quare* 13.12.12
*Manuum impoſitio olim in iudice ſynedrij neceſſaria* 5.5.29
*Manſelus rex Cariæ* 3.6.19
*Manumiſſi debebant vectigal viceſimæ* 3.6.2
*Manus mortuæ poſſeſſiones quæ, & quare* 13.16.3
*Manus impoſuit creationi in principem Ioſue Moyſes ex Dei iuſſu* 6.20.4
*Manus mortuæ ſunt eccleſiæ* 3.2.16. & *alia collegia* 3.2.18
*Manus ſiniſtra an dextera honoratior* 4.10.12
*Manibus ſigna impreſſa operum* 12.16.1
*Maracentiũ lex vt iuret rex ſupra auri pondo mille theſaurum non ſe habiturum* 3.9.2
*Marcus hæreticus Valentinianus Magus* 13.27.6
*Marci imperatoris, de filio Commodo cui imperium relinquebat maxima ſolicitudo & cura in inſtituendo* 10.6.6
*Margarita Suerorum & Danorum regina* 7.19.12
*Marguerita Valdemari regis filia, tribus regnis ſtrenuè imperauit* 7.11.61
*Margueritæ Comitaſſæ Flandriæ filij ſpurij non ſucceſſerunt* 7.8.2
*Maria beatiſſima mater Dei, ſola vidit angelum Gabrielem, vt eſt* 12.17.6
*Maritimi doloſi quare* 2.9.2
*Marmor cathedræ Galtheri regis Scortorum regum omen* 6.6.8
*Martis & Veneris coniunctio quid ſignificet* 7.11.68
*Martinus vates inclytus* 13.33.17
*Marulla virgo ſtrenua in repellendis hoſtibus ab obſidione & ſapiens in reſponſis* 7.11.62

*Maſſilienſis*



*Maſſilienſis epiſcopus Seuerus* 12.14.13
*Maſſoretæ corruptores bibliorum ſacrorum* 12.5.30
*Maſſoretæ Iudæorum Grammatici & Theologi liberales* 12.5.29
*Matiſconenſis comes raptus in aera à dæmone ob vſurpata bona eccleſiæ* 13.17.16
*Matrimoniorum cenſoriæ leges* 9.1.51
*Matrimonia obnoxia tributis ſub Calligula* 3.6.5
*Matrimonia ex publica authoritate alicubi virginum & virorum coniuncta* 9.1.51
*Matrimonij & coniugum conſiderationes in tertia parte Talmud & ibi de diuitiis* 12.5.23
*Matrimonio coniunctis impoſitum tributum* 3.4.17
*Matrix ciuitas quid* 2.1.9
*Matrices ciuitates* 1.2.2
*Matrum nobilitas tranſit alicubi in filios* 7.11.90
*Mathæi euangelium, initio detruncatum à corporale hæretico* 12.7.5
*Mauritius cum vxore in dotem imperium accepit* 7.11.7
*Mauricius imperator, de ſua ſalute & pœnitentia ab imagine reprehenſum accepit* 12.13.34
*Mauricij imperatoris punitio ob malas leges non correctas* 8.2.22
*Manula Saracenorum regina bellicoſiſſima* 7.11.58
*Maxentius initio principatus bonus poſtea peſſimus* 8.1.6
*Maximinus imperator, hoſtis Chriſtianorum* 12.6.3
*Mazacenorum ad Argæum Capadocum principum regia vrbs* 2.1.10
*Medi liberi, elegerunt regem decorum, vt eorum cauſas indicaret* 6.6.3
*Media & adminiſtratoris reipub. in ſecundis morbis formula ſimilibus* 1.1.14
*Mediceorum & Pacorum factiones florendæ* 13.5.6
*Melo, ciuitas Dauid* 12.21.15
*Membroth idololatriæ author* 12.18.4
*Memoria ſenſibilibus iuuatur imaginibus* 12.13.2
*Memoria defunctorum per res quæ fuerunt eorum retinetur diutius & abſentium quoque & vide reliquiæ dilectæ & ſtatuæ* 13.14.6
*Menander hæreticus Magus* 13.25.20
*Mendicorum cenſus* 3.5.9
*Mens verbis potior* 10.5.22
*Menſæ principum quomodo temperandæ* 8.6.5
*Menſæ principum quando poſſunt eſſe largiores* 8.6.6
*Menſes quatuordecim fecit Licinius in anno vt multiplicaret tributum quod ſingulis mẽſibus præſtabatur à Gallis* 3.6.52
*Mercatores & mercatura viris & nobilibus & clericis prohibita* 3.6.48
*Mercatores principales vt officiarij regum & imperatorum proprij* 4.7.5
*Mercatores vtiles & neceſſarij in repub.* 4.7.1
*Mercatores alicubi præcipui ciues alicubi non ita*, 4.7.3. *tempore bellorum ſub fide publica, eodem*
*Mercatorum ingenia lucro addicta* 4.7.7. *eorum abuſus & emendatio eod.* 8.

*Mercatorum Genuentium & Venetorum, prætores vocant bailos maximi honoris* 4.7.4

*Mercatorum priuilegia conſeruanda* 4.7.12

*Mercatoribus non eſt tradenda adminiſtratio reip.* 4.7.6. *niſi deſtiterint à negotiatione*, eod.

*Meretricibus, quantum accipere deberent precium deſtinatũ ab ædilibus* 2.8.2

*Mercatura & negotiatio plebeijs relinqui debet* 4.7.6. & 7.

*Mercaturæ quomodo ſit honeſtum lucrum*, 4.7.2. *honor & vtilitas eius* 4.7.4

*Mercatura quando excuſatur & reprobatur in principibus*, 3.6.49. & 50

*Mercaturam exercuit Pertinax imperator*, 3.6.46. & *alij & num ſit honeſta & quando principibus* 3.6.47

*Mercij in Anglia à fide in paganiſmum relapſi* 12.4.12

*Mercurius quare Trimegiſtus dictus* 6.14.1

*Meretrix dicitur quæ plures quam viginti tria millia hominum admiſerit vel quæ admiſit ſexaginta* 7.11.86

*Meretrices vectigal vel tributum præbuerunt* 3.6.5

*Meretrices à militibus pellendæ* 11.7.43

*Meretrices non poßunt Romæ de omnibus teſtari niſi de quibuſdam* 13.16.10

*Meretricum cenſus* 3.5.9

*Meretricibus verſiatores veſtes* 4.11.9. *non aliis eod. numero* 10

*Mergidem filium Cyri quidam ſimilitudine repreſentant, pro rege habitus, ſed poſt detectus necatus* 7.18.2

*Meſſeniorum inſignia* 6.17.1

*Metentium ciuium inſignia publica* 6.17.3

*Metrapolis ciuitas quid reſpectu Coloniarum* 2.1.9

*Metrapolitani & Metrapolis quot ciuitatibus præſint* 2.1.8

*Metrocomia quid* 2.1.9

*Metri quomodo contineatur authoritas principis* 8.3.1

*Michol vxor Dauidis, ſtatuam pro marito emiſſo ſuppoſuit* 12.15.3

*Midas quo caſu prætextu voti imperium Phrygium occupauit* 13.5.8

*Mileſiorum principes electi ex eorum conſenſu ab Parijs* 7.15.15

*Miles aliunde quam per portam caſtra intrans vt puniatur* 11.7.26

*Miles non prolegens aut relinquens ſuum prepoſitum qua pœna puniatur*, 11.7.7. *Si ſeditioſus* eod. 8. & 9

*Miles aut dux iuſſus pugnare, ſi non pugnet aut alijs pugnantibus ſpectator ſit, ſupplicio afficiendus*, 11.10.11. & *ſi pugnet ſine iuſſu*, eod. 12.

*Miles prior in acie fugiens vt puniendus* 11.7.24

*Militis contumacia capitaliter punitur* 11.7.4. & 5

*Militis irreuerentis & rebellantis in præpoſitum pœna* 11.7.6

*Militi ſe dedere omnibus impune non licet* 11.7.1

*Milites iter celeriter conficiant* 11.5.9

*Milites transferendi non ſunt à ducibus ex locis vbi ſunt, ſine iuſſu principis* 11.9.2

*Milites non ſemper arma ferebant & quando ea caperent* 9.1.18


Milites




*Milites eſſe otioſi non debent* 11.4.2

*Milites exiſtentes in caſtris immunes ſunt à muneribus municipalibus, ab angarijs ab hoſpitio*, 11.8.1. & 2. & 4. *non à patrimonialibus*, 11.8.3. *nec ab alijs filij eorũ*, 7.8.6. & 7. *præmio digni*, eod. 7

*Milites non deſiderant pacem* 11.13.7

*Milites emanſores & vagi quomodo puniantur* 11.7.13

*Milites iuuenes an ſeniores præferendi* 11.6.11

*Milites vt ferè ſemper venereis obnoxij* 7.11.68

*Milites extranei auxiliares ſi fortiores ſe inueniant ſæpe in populum qui eos conuenit inſurgunt* 11.3.4. & *ibi exempla*

*Milites ſorte ſe diuinantes, ſe mutuo comederunt defectu annonæ ſub Cambyſe* 11.3.14

*Milites Romæ proprium aliquando non habebant ordinem & vnde ſumerentur*, 4.1.16. *poſtea non item*, eodem & numero 17

*Milites boni & fortes potius eliguntur ex agricolis & paſtoribus quam alijs opificibus* 4.8.2

*Milites tranſeuntes à ſignis ne declinent ab itinere* 11.7.40

*Milites latrocinantes puniendi* 11.7.17

*Milites non debent dari ad cuſtodia priuatorum ſine permißione principis* 11.9.3

*Milites olim apud Romanos vnde ſumebantur* 4.1.4

*Milites ignominia mißi infames & indigni dignitatibus* 11.7.35

*Milites non recipiuntur ſine authoritate principis* 11.6.1

*Milites non fideles quomodo probandi & exercendi* 11.3.7

*Milites animalia priuatorum ad ferenda ſua impedimenta capere non poſſunt* 11.7.42

*Milites ad pugnandum excitati ex ſuppoſita religione* 3.6.3

*Milites auxiliarij, cum regnicolis miſcendi & quare* 11.3.8

*Militum delectus habendus in bello* 11.1.14

*Militum in terris quibuſdam in Aegypto immunitas à tributo* 4.2.12. & *apud Romanos eod.* 13

*Militum tranſitus innoxius ſit* 11.7.44

*Militum comitatum vſurpaſſe, dãnatum exilio* 13.12.9

*Militum numerus præparari ad bellum ſufficiens debet* 11.33

*Militum iuramentum caſtris metatis* 11.9.9

*Militum aliquid à prouincialibus accipientium per vim aut ſtellaturam ſeu fraudem, pœnæ graues* 11.7.36

*Militum de hoſte nimia confidentia punitur* 11.7.37

*Militibus probibita negotiatio* 4.7.7

*Militibus in perſonas & res eccleſiaſticas, data à Nicephoro, conſtitutione ſua licentia*, 13.17.14

*Militibus tranſuectiones armorum ex publico fiant* 11.5.10

*Militibus extraneis an ciuibus, potius expediat reipub. vti* 11.3.6

*Militibus non debet eſſe impunita licentia opprimendi ſubditos principibus & ratio* 11.4.3

*Militare non cogantur inuiti ſubditi in principatu vel regno* 11.3.12

*Militare omnes cogebantur apud Perſas*, 11.3.9. & *apud Roma-*

nos, eod. num. 10

Militare ærarium proprium inſtitutum ab Auguſto, 3.3.6. & à Carolo Magno, eod. num. 7.

Militare qui non poßint ex legibus Romanis, lib. 11. per totum cap. 6. vt ſerui, num. 2. de ſtatu ſuo dubitantes, 3. redempti non ſoluta redemptione, eod. coloni 4. curiales, 5. alia militia ſcriptus 6. negotiator, 7. damnatus ad beſtias, deportatus adulterij damnati, rei poſtulati 8. litis cauſa ciuiles 9. Tyro vagus veteranus, æratus, eod.

Militare debebat ciuis Romanus per decennium 11.6.11

Militare non omnibus paßim permiſſum apud Romanos ſed delectis 9.1.17

Militares leges de rebus militaribus vnde leges militares vinum quale & quando debeat dari militibus 11.5.1.& 3

Militares leges Aureliani Cæſaris 11.9.6

Militaria delicta quæ lib. 11. per totum cap. 7.

Militaria munera quibus ex Galliæ legibus dari debet 11.6.12

Militaria non decent clericos quare 3.7.23

Militaris ars habet ſua præcepta ſequenda 11.4.1

Militaris victus, Perſarum parcus, noſtrorum delicatißimus & inſolens 11.3.15

Militaris equus prouincia non extrahendus 4.7.8

Militaris ars cognita ſit principi 10.6.14

Militaſſe debuerat per decennium Romæ antequam quis poßit magiſtratum petere, aliquando 4.5.34

Militia cæli ab idololatriis adorata 12.18.8

Militiæ idoneas mulieres 7.11.27

Militiæ munus detractans pro hoſte habitus 7.7.2

Militiam mercenariam qui populi profeßi 11.3.5

Minutia veſtalis vina infoſſa ob inceſtum 4.11.14

Mineruæ loco ſuppoſita Phya 13. 11.2

Minorum tertius ordo coniugatorum, qualis 13.4.7

Minos Cretenſium rex à Deo leges ſe accepiſſe dicebat 13.11.10

Minyas rex ditißimus ærarium primus fabricauit 3.3.9

Mirabilium & prodigiorum à quibus ſcripti libri 13.25.4

Miraculum quomodo differat ab oſtento & prodigio 13.25.6

Miraculum quid 13.25.1

Miraculum etiam dicitur, quod eſt inſolitum 13.25.5

Miracula quare non ſufficiant ſola ad authorandum aliquem in ſanctum 13.14.2

Miracula nec ad oſtentationem fieri debẽt, ſed ad vtilitatem & neceßitatem 13.32.7

Miracula ſeptem mundi 13.25.2

Miracula ſola non probant ſanctitatem operantis per illa quia mali faciunt etiam 13.4.4

Miracula vera impoſturis tribuere, peccatum 13.25.24

Miracula & prodigia à Deo 12.13. 21

Miracula fingere atheum eſt 13.12. 21

Miracula Magorum vnde & quæ & malorum Chriſtianorum 13. 24.2

Miracula vera & non vera & prodigia diſtinguntur per totum cap. 25. lib. 13

Miracula vera ex Dei omnipotẽtia 13.24.1

Miracula non ſufficiunt ad probandum aliquem eſſe ſanctum vel ſaluatum & quare 13.24.6

Miraculorum fictores puniti quidam 13.14.7

Miſericordia Dei magna 13.22.5

Miſericordia Deum habet 13. 14 18

Miſericordia & diſciplina miſcenda in regimine eccleſiæ 13. 14. 19

Miſericordia contra Dei voluntatem reprehenſibilis & damnabilis 10.2.7.

Miſericordiæ ara apud Athenienſes 13.22.2

Miſericors magis quis quo magis magnanimus 11.12.9

Miſchuè thora, quid 12.5.10

Miſnah Talmudicorum 12.5.20

Miſſa in domibus priuatis celebrari non debent ſine licentia & ex cauſa 13.4.5

Mithrydates per ſe ius dixit, & ideo omnium ſubditorum linguas didicit 6.6.11

Mitræ ſeu ſolis initiatorum myſteria 12.20.15

Mitram ſolem dicebant, eoque nomine vt Deum venerabantur & de eius myſterijs circa initiatos eius ſuperſtitionis 12.18.8

Mixtio omnis habet vnum dominans 6.1.9

Mænenas vir grauis 12.4.5

Mollities mulierum vnde oratur 7.11.76

Moloc, idolum Ammonitarum quale, 12.18.7. & quomodo filij illi conſecrabantur per ignem, eod.

Monachus non habet proprium vide, 13.16.11. & pro ſeruo, eod. factus Papa ſine licentia ſuperioris, tenetur ad monaſterium redire, eod.

Monachus Bononiæ prætextu ſanctitatis decipiens populum tyrannidem ſibi parauit item alius Ticini 7.18.14

Monachi probandi quare antequã profiteantur 13.23.2

Monachi ignauiæ ſectandæ cauſa religionis ingreßi, aliquando reuocati 13.21.2

Monachi quomodo ab otio inani reuocentur 13.21.6.& ſeq.

Monachi vagi non permittendi 13. 9.2

Monachi otioſi clauſtris eiecti à Conſtantino, 13.21.8. vagi quomodo puniantur 13.21.11

Monachi teſtari poſſunt de poſitis in montibus pietatis, ex priuilegio, 13.16.10. ibi & monachi proprietarij & diſponere poſſunt in ſpuriorum fauorem ſine licentia ſuperioris

Monachi contumaces expellẽdi monaſterio 13.16.4.& 5

Monachi perſuadentes eligere ſepulturam penes ſe quomodo plectantur 13.14.8

Monachi expelli à monaſterio male viuentes poſſunt & alij in locum illorum poni 13.3.18

Monachi habitũ ſumpſit aliquando dæmon 13.13.10

Monachorum ambitio & cupiditas reprobata & emendata 13. 14.12

Monachorum ægrorum vel moriturorum præſagium in viuario ex piſcibus in monaſterio S. Mauritij 12.13.26

Monachorum 12. abuſiones 13.21.13

Monachis non licet ingredi clauſtra mulierum ſine cauſa neceſſaria 13.19.21

Monarchia inter homines, à Deo primum in Adamo & eius ſucceſſoribus ſtabilita 5.3.14.& 15.

Monarchia Romanorum vltima 6. 13.24

Monarchia quid 5.1.2

Monarchia eſt ſpecies ſed non illegitimæ tyrannidis quæ eſt poteſtatis abſolutæ 6.8.10

Monarchia ex lege gentium 5.3.19
Monarchia non eſt vbi populus regit regem ſed democratia 6.18. 15
Monarchia quis poteſt abuti, poteſt & aliis rebus ſanctis & prophanis ſed non ideo reijciendus 5. 4.10
Monarchiæ principatuúmque mutatio 13.3.2
Monarchiæ leges conuenientes 10. 5.10
Monarchica adminiſtratio probatur melior cæteris authoritate ſcribentium 5.3.4
Monaſterium ingredi ſine licentia regis antiquitus lege regum Francorum vetitum & quare 13.14.9
Monaſterij pœna 13.21.12
Monaſterij ſancti Mauritij in Burgundia, ex viuario mortis monachorum præſagia 12.13.26
Monaſteria cur diſſolui aliquando debeant 13.3.19
Monaſteria duplicia mulierum & mulieri prohibita 13.3.18
Monaſteria duplicia virorum & mulierum D. Baſilij 13.18.7. prohibita & ſimilia 13.19.20
Monaſteria noua ædificari prohibuit Nicephorus Phocas 13. 17.5
Monaſteriorum quæ & quo pacto facilis reformatio 13.3.13
Monaſteriorum deformatio & abuſus 13.3.3
Monaſteriorum ædificationes nouæ non ſunt ſine epiſcopo permittendæ 13.9.2
Monaſteriorum reformationes in diſpenſatione & acquiſitionibus bonorum vt facile fieri poſſint 13.16.4. & 5
Monaſteriis quidam abuſi ad opes, & ad diuites ineſcandos 13.13.11
Monaſteriis quando & vbi acquirere & relinquere prohibitum 13.16.3
Monaſticè viuens, debet cogi monachiſmum profiteri vel vitam eam dimittere 13.4.5
Moneta à quo tempore crucis ſignū habet 6.17.1
Moneta eiúſque valor pendet ex poteſtate principis 9.1.31
Moneta ſigno crucis ab archadio ſignata 12.16.6
Monetæ reprobatio & refuſio, conuentum ad lucrum principum, 3.6.22. & 23. & 24. & 25. vnde numus.
Monetæ falſæ expoſitorum pœna 12.7.16
Monialis Conſtantia ex decreto pontificis nupſit ad conſeruandum in genere regnum Siciliæ 7.16.5
Moniales choreis intereſſe aut ſpectandis non debent 13.21.14
Monialibus clauſtra egredi prohibitum, 13.19. 21. nec laicis aut monachis illarum clauſtra ingredi licet ſine cauſa, eod.
Monimenta facta in teſtimonium lapidum & tumuli, quando reprobantur vel approbantur 11. 15.6
Monopolia artificum reformanda 13. 3.4. & quæ ſint monopolia eod.
Monopolia prohibenda ſunt 4.7.11
Mons nouennalis Pauli quarti 13. 16.12. alumniarium, eod. 13.
Mōtes pietatis Romæ & alibi fundati, non ſunt vſurarij 13.16.9. & ſequentibus
Montes electi ad ſacrificandum & orandum & templa ibi constructa 12.21.8
Montes permiſſi pietatis à Summis Pontificibus, & cauſæ fidei 13. 16.10
Morbus nū per ſortilegiū fuerit illatus quomodo detegatur 13.29.7
Morbi à maleficiis illati, quomodo per alia maleficia curantur
Morbi curati vmbra & cemicintijs Apoſtolorum 12.16.2
Morboſi reiecti ab adminiſtratione reipub. per Platonem 7.6.5
Moriia mons vbi templum & eius partes 12.21.15
Morituri vident Deum ſecundum Rabinos 12.17.3
Morituri vaticinari ſolent 13.33. 28
Mors præſagita per piſces viuarij ſancti Mauritij monachorum eius 12.13.26
Mortis cogitatio principi neceſſaria 6.3.8
Mortis & nuptiarum cauſa non licebit oraculum Nympheum cōſulere 13.33.32
Mortem Domitiani qui prædixerint, 13.33.21. Antonini, eod. 22. Valentis 25
Mortem qui ſubierunt pro republica ſua liberanda, 8. 1.17. aut qui exoptarunt eod. 18
Mortuus erat redimendus à ſubiectione epiſcopi meliori veſte aut animali apud Leodicenſes 3.5.4
Mortua Sibylla diuinat quare 12. 12.4
Mortui in bello pro republica honorati 11.1.6
Mortuorum nominum mandata deſcriptio 3.5.4
Mortuorum tributum datum Charonti 3.5.17
Mortuis impoſitum vectigal 3.6. 22
Mos regius cuiuſque regionis ſequendus non improbandus 8. 4.4
Mores mali multum quare temporibus belli oriuntur 4.12.1
Mores diuerſi Italorum inter ſe & ſtudia diuerſa, 4.4.3. item aliarum gentium, 4.4.4. & ſequen. Gallorum inter ſe diuerſi mores & aliorum num. 5.6.7.
Mores contrarij in principibus ijſdē in bello & pace, negotio & otio 8.1.10
Mores diuerſi ſingulares quibuſdā regibus dederunt cognomina 6. 14.3. & ſeq.
Mores locorum quibus imperat princeps cognoſcere debet 10.6. 17. & illi quā varij ſint proſit eorum, eod.
Mores diuerſi in diuerſis nationibus, qui ſimul ſæpe concordare nequeunt. 4.4.2. & ſequentibus & num ex cœli conſtitutione & habitatione naſcantur, 4.4.11. & 13
Mores mutantur in peiores honoribus quare 4.10.10
Morum magiſtri cenſores Romæ 4.12.3
Morum iudicia nationum, cur non ſint credenda 4.4.12
Moribus loci peregrino & incolæ viuendum 4.4.21
Moſcouiæ dux quomodo ſacretur et vnguatur 6.20.28
Moſcouitarum inſignia 6.16.8
Moſes leges verè à Deo accepit, cuius alij fuerunt ſimiæ, Deo ſuas acceptas referentes 13.11.10
Moſis amor pro populo 8.1.17
Moſis ſcripta vt falſa conatus reijcere Appelles hæreticus, 12.6.5
Moſis cur data virga à Deo, 6.20.3
Moyſis annulus, ad obliuionem, & quod is fuerit peritus Aſtrorum 13.26.5
Moyſes ſucceſſorem in principatu elegit non filium ſed alium idoneum 7.15.8
Mnemon quare Artaxerxes dictus 6.14.6
Muliebre imperium ſuperbiſſimum 7.11.21
Mulier non eſt imago Dei 7.11.3
Mulier principium & caput familiæ ſuæ 7.11.16
Mulier ſubdita viro non imperium eius accepit 7.11.2

*Mulier ratione ſexus cuiuſcunque ſit dignitatis inferior eſt cuilibet etiam plebeio viro* 7.11.4

*Mulier imago Dei quomodo dicatur vel non* 7.11.66

*Mulier in eccleſia non poteſt habere curam animarum*, 7.11.14. *non prædicare, benedicere etiam moniales nec alia quæ ſunt ordinis, eod.*

*Mulieris ſubiectio viro, non impedit imperium eius in regno & principatu* 7.11.65

*Mulieri non dedit natura imperiũ* 7.11.4

*Mulierem non debet impedire ſexus gerere quæ non pendent ex ſexu* 7.11.25

*Mulieres natura molles ad imperandum debiles* 7.11.6

*Mulieres* Moſcouiticæ *latent quod ipſæ iugulant animal vt imperium non editur* 7.11.9

*Mulieres imperarunt in Aegypto &* Meroe 7.11.51

*Mulieres apud antiquos ſemper ſub alicuius tutela* 7.11.18

*Mulieres militare lex Platonis relata iubet* 2.11.27

*Mulieres ingredi non poſſunt monaſteria virorum & excommunicantur ipſo facto reuocatis diſpenſationibus conceßis* 13.19.21

*Mulieres cauſas egerunt Romæ in tribunalibus*, 7.11.79. *quare non poſtea, ibid.*

*Mulieres habentur deterioris conditionis ipſis viris* 7.11.17. & 19

*Mulieres doctæ philoſophæ & poetæ & quæ publicè perlegerint*, 7.11.71. & 72.73. & 75

*Mulieres primatum habentes contrariantur viro* 7.11.19

*Mulieres ſe proſtituebant ob honorem idoli credentes ſacerdotibus* 13.19.7. *in dulcimæ & fratricellorum ſectis* 19.11. & 12

*Mulieres Arcadicæ Charillum Lacedæmoniorum regem expugnarunt & cæperunt* 7.11.49

*Mulieres in quibus caſibus ſint melioris vel paris cõditionis viris* 7.11.92

*Mulieres lege diuina non omnino reijci à principatu docetur* 7.1.11 *num.*23. *& ſeq.*

*Mulieres legibus humanis remotæ à grauioribus negotiis tractandis* 7.11.17

*Mulieres obſeruabant ad templum tabernaculi ſe purificantes ibi compreſſæ à filijs ſacerdotis Heli* 13.19.9

*Mulieres ſilent quare in eccleſia* 7.11.87

*Mulieres hoſtis captiuæ non violandæ* 8.5.2

*Mulieres in eccleſia ſeorſum ſedeãt à viris* 13.19.19

*Mulieres iudices eſſe poſſunt ex conſuetudine* 7.11.88

*Mulieres caſtæ ſacerdotes mithræ & Dianæ* 12.18.12

*Mulieres armis tractandis peritæ & quæ ſtrenue imperarunt aut regnarunt* 7.11.38. *& ſeq.*

*Mulieres propter pudorem non debent intereſſe conſortijs virorum* 7.11.10

*Mulieres ſacræ diuinæ in Germania ex fluminum vorticibus diuinantes* 13.33.27

*Mulieres à vilibus officijs cur reiectæ* 7.11.88

*Mulieres ingredi non poſſunt quaſdam capellas ſine pœna furoris immißi* 7.11.19

*Mulieres nobilitant filios alicubi & nomine ſuo familiam & genus transferunt* 7.11.89

*Mulieres ſequebantur turbam Chriſtianorum in primitiua eccleſia, & diſcipulos & Apoſtolos* 13.18.7

*Mulieres regulariter poßũt viuere priuatim ſine profeßionẽ*, 13.4.6. *& coguntur perſeuerare* 13.4.7

*Mulieres in quibus locis velatæ conſpiciuntur ex lege vel more* 7.11.10

*Mulierum quare difficilis erat arrogatio* 7.11.11

*Mulierum ornatorum & templi Aegyptiaci bellicarum ſimilitudo* 4.11.12

*Mulierum imperium adiaphorum vt hominum* 7.11.64

*Mulierum cum viris periculoſa cõmixtio* 13.21.14

*Mulierum dominorum vniuerſalis ſignum erit conſummationis futuri mundi*, 7.11.5. *& iræ Dei ſignum habere imperantes effœminatos* 7.11.5

*Mulierum* Romanarum *conſilia vtilia reipublicæ* 2.11.29

*Mulierum vota periculoſa* 13.19.9

*Mulierum cauſa bella* 11.1.8

*Mulierum dignitas pendet à patre ante nuptias, & à marito poſt nuptias* 7.11.16

*Mulierum libido regnandi cum crudelitate* 7.17.23. *& ſeq*

*Mulierum Romæ ſenaculũ, de quibus ſtatuebat* 4.11.21

*Mulierum* Perſicarum *animus ad impellendos ad bellum* Perſas 7.11.39

*Mulierum conſilia vtilißima reipublicæ, Deboræ Heſter, Iudith, Abigai vxoris Pythis*, 7.11.31 *& ſequentibus de alijs*

*Mulierum & virorum carceres ſint diſtincti* 2.7.4

*Mulieribus Plato quædam publica ſed leuiora, non autem conſilium in republica committendum* 7.11.13

*Mulieribus & magna & parua committi* 7.11.8

*Mulieribus interdictum iure ciuili officia publica gerere teſtificari, poſtulare, iudicare, &c.* 7.11.15

*Mulieribus inconſtantia & debilitas conſilij ſolus non obijcitur* 7.11.86

*Mulieribus maternis alia genera veſtiuum quam meretricibus* 4.11.9

*Muliebrium ornamentorum excedentium mala* 4.11.11

*Mulieroſi viri qui filiabus & vxoribus in exceſſu veſtium & ornatus, nimium indulgent* 4.11.10

*Multitudo militũ num bona* 11.6.11

*Multitudo & diuerſitas regularium quam confuſionem inuehat in eccleſiam* 13.4.2

*Multitudo inutilium miniſtrorum eccleſiæ dedecus & onus eius* 13.4.3.

*Multitudini non placendum à gubernatoribus* 5.2.1

*Multitudine peccante in paucos animaduertendum eſt* 11.12.5

*Multitudine peccante, cur pœna remittatur vel temperetur* 13.3.6

*Mundus, prouinciæ, ciuitates, collegia ſunt* 13.2.2

*Mundi ſub finem grauiores dæmonum oppugnationes & quare* 12.23.14

*Mundi interitus ſignum habet mulierem quæ tunc paulo ante imperabit* 7.11.5

*Munera iudicibus interdicta quæ* 2.6.16

*Munera patrimonia ratione bonorum à perſonis ſuſcipiẽda etiam alibi habitantibus* 3.7.28

*Munera regi Perſarum perequitanti à ſingulis hominibus oblata* 8.3.11

*Municeps & municipia vnde dicantur* 2.1.5

*Muratæ villæ parrochus dicitur etiam extra vrbem exiſtente parrochia* 2.4.3

*Mures aurei Deo oblati* 12.13.27

*Mures deuorarunt* Popiellum *regem* Polonorum 7.15.13

*Murus vnde dictus* 2.1.3
*Murum conſcēdere peregrinum lex vetat* 4.4.16
*Muri ciuitatis pro ipſa ciuitate*, 2.3.1. & *in luctu nigris pannis aliquando ornati*, eod.
*Muri ciuitātum ſancti & inuiolabiles* 2.3.2
*Muri oppidorum dirruti ne occuparentur ab inimicis vel ne rebellarent* 2.3.7
*Muri ciuitatum cuius ſumptibus populi an principis debeant conſtrui* 2.3.7
*Muros ciuitatis violare, tranſcendere, perforare, capitale* 2.3.6
*Muros adiicere oppidis an interſit reipublicæ* 2.3.3
*Muros prope ædificare prohibitum eſt & quare*, 2.3.2. & *quando permiſſum & quomodo*, eod.
*Murorum cura ciuitatum ad principem pertinet qui non paſſim debet permittere nouos habere aut firmare antiquos* 2.2.3
*Murorum loco viri ſtrenui in ciuitate, ſed non ſemper mœnijs præponendi & quando* 2.3.4
*Murorum & arcium in ciuitate bona & incommoda* 2.3.5
*Muris dirrutis quando ciuitas nihilominus retinet priuilegia vel amittat* 2.3.8
*Muſca dæmon factus* 13.31.21
*Mutandæ leges pro varietate temporum* 7.20.20
*Mutatio magiſtratuum periculoſa & damnoſa populo* 4.5.35
*Mutatio legum in republica periculoſa*, 10.5.17. & *quando fieri debeat*, eod.
*Mutatio omnis reipublicæ miſera* 13.12.13
*Mutationis & tranſlationis reipublicæ & principatus ſignū fuit imitatio extranei habitus & ornatus* 4.11.2
*Mutarionis principis & principatus damna quibus opprimitur populus* 7.19.1.& 2
*Muti præceptores libri ſunt* 10.3.7
*Mydæ auriculæ aſininæ* 6.3.3
*Myſteria inſunt ſacræ ſcripturæ, et quare*, 12.8.8. *initiatis tantum cognita & docenda*, 12.8.13.& cap.9.num.1.& 4.
*Myſteria religionis, non eſſe euulganda prophanis* 12.4.6

N

*NAboth prætextu religionis necatus* 13.12.24
*Naboth prætextu calumniæ in religionem ſublatus* 13.7.1
*Nabuchodonoſor rex ſuperbiēs de ædificatione Babylonis, à regno per Deum deiectus inter fera animantia* 2.9.19
*Nabuchodonoſor, religiones alias iuſſit deſtrui vt ſeipſum Deum celebraret* 12.21.5
*Nabuchodonoſor quare punitus & deiectus ob ædificationem Babylonis* 3.5.5
*Nabuchodonoſor rex cum beſtiis regno pulſus ob ſuperbiam cordis* 6.11.9
*Nachor & Theodas Magi ſolitarij* 13.25.14
*Narbonenſis ſeptimana* 13.17.17
*Narſetes crudelitatem ſuam fuco religionis tegebat* 13.8.13
*Natalium reſtitutio à quo fiat* 9.1.44
*Natare didicerunt* Perſæ *ob belli exercitium* 11.1.2
*Nati ſumus non tantum nobis ſed & reipublicæ* 4.5.4
*Nationum mixtio mores alterat & corrumpit*, 4.4.14. *ſeditiones mouet*. 4.4.15
*Nationum diuerſitas mores habet hominum diuerſos* 4.4.2
*Natura non in corruptis ſed in his quæ magis ſe habent ſecundum naturam conſideratur* 6.1.8
*Natura & ciuiliter iuſtum vt differant* 10.4.9
*Naturalia quædam muliebria* 10.4.9
*Naues tempeſtate appulſæ ad portum ſine dominis, cuius ſint*, 9.1.29
*Nauium ſpecies in cœlo* 12.17.10
*Nauigatio in flumine impediri non debet* 9.1.27
*Nautum tributum ſepultum cum mortuis pro Charonte* 3.5.17
*Neceſſitas cauſa introductionis & mutationis legis* 10.5.19
*Neceſſitas pro imponendis collectis eccleſiaſticis à ſecularibus non ſufficit ſine conſenſu ſuperioris* 3.7.34
*Neceſſitas reipu. ſuadet ad extraordinaria peruenire tributa & vectigalia* 3.4.2
*Neceſſitatis tempore plura permiſſa quam alio* 3.7.31
*Neceſſitate tantum impellente bellum gerendum eſt* 11.1.11
*Negligentia prælatorum quam ſit nocua illis & aliis* 13.3.11
*Negotia à voluptatibus auocant* 8.1.10
*Negotiari nobilibus interdictum* 4.7.7
*Negotiari interdictum nobilibus* 4.3.15
*Negotiatio quarum rerum prohibita* 4.7.8
*Negotiatio non eſt prohibenda licita, quibuſdam prohibita vt clericis, nobilibus* 4.7.10
*Negotiationem quid poſſit reddere licitam vel illicitam* 4.7.2
*Negotiatores clerici vectigalia negotiationis debent*, 3.7.48. *ſi modo ter prius admoneātur vt deſiſtant*, eod. *an forum eccleſiaſticum amittant, vel alia priuilegia negotiando*, eod.
*Nemoribus Deum colere prohibitum*, 12.21.3. *permiſſum*, 4.& 6.
*Nepos quomodo per repreſentationem efficiatur eiuſdem gradus ac patruus* 7.10.23
*Nepos quando ex perſona patris metuendus* 7.10.24
*Nepos ſuccedit in primogenitura patris, iure repreſentationis*, 2.10.29
*Nepotem filium primogeniti præferendum patruis in ſucceſſione principatus aui iudicatum duello ſolemni in Allemania* 7.10.13
*Nepotes primogeniti non præferri patruo in ſucceſſione principatus aui adſtruitur*, 7.10.16. & *ſequentibus*.
*Nepotes habent idem ius in bonis aui, quod pater habere poſſet ſi viueret* 7.10.14
*Nepotes ex primogenito filio mortuo viuēte patre, prælati in ſucceſſione aui patruis* 7.10.3.& 4.& 5
*Nepotibus ex primogenito vt adepti principatus* 7.10.17
*Neptunus quid ſignificet* 12.19.3
*Nergal quale idolum* 12.18.13
*Nero ſubuertit oraculum Apollinis, & quare* 13.33.34
*Nero ab initio bonus princeps poſtea peſſimus* 8.1.4
*Nero initio ſui principatus voluit omnia vectigalia abrogare* 3.1.3
*Nero non potuit* Magiam *diſcere* 13.25.17
*Nero initio ſui principatus optimus, poſtea tyrannus euaſit*, 7.11.30
*Neronis profuſa ſuperfluitas* 8.6.3
*Neronem qui ſe dixerit poſt mortem eius* 7.18.4
*Nerua imperator, Traianū quanuis Hiſpanum ad imperium vt idoneum elegit & ſuis prætulit* 7.15.7
*Nerua imperator in penuria reipublicæ propria vendidit & ve-*

*ſtes, & egentibus arrogauit* 3.6.35
Nerui colligunt artus inſtrumenta motus & cenſus in corpore 3.1.1
Nerui reipublicæ bona & pecuniæ 3..11. & negotiorum quoque priuatorum 3.1.2
Neſtorij hæretici libri prohibiti, 12.7.11
Neutralitas principis quomodo amittatur 11.14.13
Nicephori permiſsio militibus in perſonas & res eccleſiæ data 13.17.14
Nicephori Phocæ leges contra eccleſiæ relicta & ædificationem nouorum monaſteriorum 13.17.5
Nicocles quomodo ad tyrannidem peruenit 7.18.18
Nicolaitarum cum mulieribus promiſcuis concubitus 13.19.15
Nili aggeres à quibus facti & reparati 2.9.22
Niuiuem quis ædificauit, & de magnitudine 2.9.9
Ninus primus finitimos adorſus oppreſsit alias nationes 6.8.4
Ninus idololatrorũ primus 12.18.4
Noachus ſorte diſtribuit partes orbis 7.14.1
Noachi filij per familias ſuas orbẽ & nationes diuiſerunt 13.2.2
Nobilis quaſi noſcibilis & notus, ad genus, ex genere quid ſuum quid alienum habeat 4.2.8
Nobiles ſecundum leges genere nonre 4.2.2
Nobiles Athenis lege Theſei rem diuinam & magiſtratus & leges tractabant 4.1.15
Nobiles negotiari non debent 3.6.48
Nobiles differunt de gentils-hommes quomodo 4.3.4
Nobiles abutuntur plebe ineſcata beneficiis ad tyrannidem, 4.3.5. & ſequentibus.
Nobiles quomodo differant, à natis ex nobilibus 4.2.1
Nobiles non erant olim in proprio ordine 4.1.10
Nobiles genere qui ſe aliis præferunt nuper nobilitati quomodo ridiculi ſint 4.2.9
Nobiles prælati interdum plus nocent eccleſiæ bonis quam hæretici 13.7.12.& 13
Nobilium pauperum cura apud Ruthenos & Venetos 4.2.13
Nobilium bona immunia ab oneribus 4.3.12.& 13
Nobilium abuſus, mercaturam exercere 4.3.15
Nobilibus cur honor debeatur 4.2.11
Nobilibus contra oppreſsionem populi leges Romæ dictæ 4.3.13
Nobilibus plus æquo fauere non debet princeps 4.3.11
Nobilibus fauendum, 4. 9.10. & ſequentibus 12. & 13
Nobilibus interdictum negotiari 4.7.7
Nobilitat quos vult princeps 4.2.4
Nobilitas quid ſit 4.2.3
Nobilitas multiplex inter homines ex relatione exteriorum vt interiorum 4.2.4
Nobilitas ex virtute in anima 4.3.6
Nobilitas non eſt inter malos 4.2.8
Nobilitas qualitas eſt homini accidentalis & ignobilitas 4.2.1
Nobilitas ex matre transfertur in poſteros & nomen familiæ alicubi 7.11.89
Nobilitas in Gallia non opprimit ex arbitrio plebem 4.1.14
Nobilitatis accidẽtalis cauſa & variatio in genere & hominibus, orbis & interitus deſcribitur 4.2.9
Nobilitatis odium in plebe vnde, & eius expulſio 4.3.11
Nobilitatis gradus 4.2.5
Nobilitatis populum opprimentis in Polonia repreſsio lege facta 4.3.12
Nobilitatis & vulgi diſſentio vel odium naturali quadam vi 5.2.2
Nobilitatem philoſophi ex virtute vulgus & lex ex genere & dignitate metitur, 4. 2. 7. & de eorum differentia ibidem
Nocturnæ congregationes religionis cauſa probatæ, 13.18.6. prohibitæ lib.13.cap.19.num.17.
Nocturna ſacra interdicta legibus 13.19.2.& 3
Nodus Gordius fatalis Aſiæ 7.14.4 quem rupit Alexander Magnus eod.
Nomadum mos in regni ſucceſsione ſuperſtites filios præferri nepotibus mortuorum 7.10.19
Nomen ſuum inſcribere operibus publicis licet & quando 2.9.12
Nomen per Theod. incipiens pluribus exitio fuit tempore Valẽtis 13.33.25
Nomina regum communia ſucceſſoribus eiuſdem regni 6.10.1
Nomina principibus indicta à quibuſdam illis inhærentibus 6.14.8. vt à capillis balbutie, &c.
Nomina inania & vana regum per totum 6.c.11
Nomina pro cõtrario ſignificatu vſurpata vt ſophiſta bellũ &c. 6.18.5
Nominis naſcentium adoleſcentium & morientium profeſsio quare inſtituta Romæ 3.5.4
Northmaniæ ducatus acceſſu regi Galliæ per feloniam Iohannis dicti ſine terra 7.10.2
Northumbri in Anglia reges ſeptem negarunt, tandem Democratia pene ad nihilum redacti ad regiam poteſtatem redierunt 5.3.13
Nouatio ſemper fit in rerũ natura vel tempore vel malitia hominum 3.1.17
Nouercæ inſtructu & ſuorum filiorum cauſa, Pruſias voluit necare Nicomedã, vt filij nouercæ in regno ſuccederent ſed contra accidit 7.7.3
Noueaux acquets quod in camera compulorum 3.2.19
Nouus rex noua lex, & noua inde omnia 7.19.2
Nouus princeps rigidus 8.1.2
Nouus principatus quomodo noceat reipublicæ vel proſit 2.19.1.& innouet cuncta 7.19.2
Nouorum tributorum inuentores & exactores exoſi à populo & aliqui necati 3.9.17
Noua religio, nouúſque colendi Deũ modus prohibitus quare ſæpe inter Romanos 13.1.21.& 22.& ſeq.
Nouæ religiones ex præſumptione temeraria reiiciendæ 13.4.3
Nubere cui voluerunt principes an cogere poſsint ſibi ſubditas vt quidam faciunt 9.1.46. ibi videtur probatum, & reprobatur numero 50
Nubes Prophetæ dicuntur aliquando, in ſacra pagina, & quare 13.33.2
Nuditatis turpitudo poſt peccatum non ante 4.11.1
Numæ Pompilij fictio religionis ad continendum populum 13.11.10
Numæ libri de religione, combuſti 12.7.19
Numerorum liber quare dictus 12.5.9
Numus mutatus ſæpe vnde moneta, ferreus ad tempus factus ob penuriam 3.6.25. Chartaceus ſubſcriptus 3.6.26. ex loro ſeu corio 3.6.27

Nundinæ habebant primum indictum à prætoribus locum indictum publicum aut priuatum 2.8.1
Nuptię coactæ à principe impetrari nequeunt 9.1.50
Nuptiarum prætextu parricidia peracta 7.17.4
Nuptiarum cauſa, non licebat conſulere oraculum nympheum 13.33.32
Nuptiarum negatarum cauſa bella 11.1.9
Nutrix Romuli Acca Laurentia 6.20.35
Nympheum Macedoniæ oraculum 13.33.32

O

Oligarchiæ leges propriæ 10.5.9
Olympicis in ludis & vicerunt mulieres 7.11.48
Olympici victores ſtatuis donabantur 12.13.3
O, litera pronunciata pro v, 1.1.12
Omnipotentia Dei in miraculis per totum cap.24.lib.13.
Omphis rex Indiæ tempore Alexandri Magni 7.4.10
Ontrelus paraphraſtes ſororis Titi Imperatoris filius 12.5.31
Opera quædam publica intra muros curanda vt portus viæ angiportus & alia 2.9.1.& ſeq.
Opera bona Chriſtiani, quibus modis conatur dæmon ſubuertere et prohibere 12.20.11
Operibus in publicis & ædificiis conſtruendis quid conſiderandum 2.9.16
Opidum vnde dictum, 2.1,3. quid differat ab vrbe & villa, eod. num.4
Oppia lex de cultu & veſtitu fœminarum 4.11.10
Oppugnationis ciuitatis lex diuina 11.10.2
Optimatum reipublicæ quibus rationibus ſuadetur, 5.3.2. ex quibus reprobetur 5.3.3
Optimatum poteſtas quomodo viri in vxorem poteſtati comparetur 5.1.9
Orabant pro rege Perſæ 8.3.7
Oracula Sibyllina à quibus conſulerentur & cuſtodirentur 12.12.2
Oracula idolorum, quomodo clam à ſacerdotibus vt ab idolis reddita 13.13.14
Oracula diuinatoria, 13.33.31. & ſequentibus.
Oracula à quibus olim reddita 13.33.32
Oraculum Apollinis ſubuerſum à Nerone, 13.33.34. & ibi fraudes & ſeq.
Oraculum futuræ deſtructionis regni Inachenſuum 6.18.17
Oraculi diuini fictio pro ambiendo epiſcopatu, 13.13.7. Summo Pontificatu 8
Oraculorum corruptio ad tyrannidem 13.11.1
Oraculorum Pythiorum ſacerdos corrupta pecunia ex voluntate reſpondebat Lycurgo 13.11.11
Oratio ad Deum maxime conducit ad conſequendum intelligentiam 12.8.12
Orationis ſpecies dicta imago 12.13.2
Oratione plus vincebat Moyſes quam Iſraelis exercitus pugnando 3.7.23
Oratoria priuata licet habere 13.4.5
Oratores inter adulatores & noxios publicos puniuntur à Socrate 8.7.4
Ordinatio dignitatis in pompa publica quædam Romanorũ 4.10.6
Ordo debet eſſe dignitatum & honorum in republica, 4.10.1. & quare & in quibus egeamus eodem, 3.
Ordo

INDEX.

Ordo quid eſt 4.10.2
Ordo dignitatis debet conſtitui in repub. 4.6.8
Ordo triumphantis & militantis eccleſiæ 4.10.19
Ordo dignitatis perſonarum in vita actiua 4.10.21
Ordo minorum triplex' & vnus coniugatorum tertius approbatus 13.4.6
Ordines confuſi in repub. diſcordiã operante 4.3.1
Ordines populi Romani aliquando duo tantum ſenatorum & plebeiorum: aliquando tres ſenatorum equitum & plebeiorum 4.1.9
Ordinibus quomodo diſtingueretur populus Romanus 4.1.2
Ordinibus ſacris non initiantur mulieres 7.11.14
Ornatus capitales diuerſarum gentium 6.17.5
Ornatus nimij muliebris damna 4.11.11
Oſchima idolum hirci 12.18.14
Oſculari mulieres peccatum mortale luxuriari vero cum illis nõ eſſe dicebant Begninæ 13.19.13
Oſculo ſe ſalutabant in ſignum amicitiæ Iudæi & Chriſtiani 13.18.2. ibi exempla
Oſculo proditi 15.1.5
Oſculum non dabant Numidorum reges quare 8.4.4
Oſtentum quid 13.25.6
Oſthanes Magus 13.25.17
Oſtraciſmus iudicium exilij Athenienſium potentiorum 13.12.10
Oſtraciſmi exilium præcautio contra tyrannidem optimatum 4.5.17
Oſualdus Nordinbrorum angelorum rex 12.4.12
Otho Syluius necari iuſsit Galbam vt imperium teneret quo tamen paucis diebus potitus 7.7.9
Othomani dicti reges Turcorum & vnde 6.10.22
Otioſitas multam malitiam docuit &c.13.21.3.& 6.& ſeq. quomodo mederi ei poſsit eod. 4.& 5.& 6.& ſequentibus
Otioſarum perſonarum ſigna 13.21.& 14.& 16
Otium Chriſtianorum in feſtiuis diebus ab operibus ſeruilibus eſt vacatio vt Deo inſeruiant 13.20.3
Otium ad voluptates reuocat 8.1.10
Otij abuſus & mala prætextu religionis 13.21.1.& ſeq.
Ouare & triumphare quomodo differebant, & oualis & triumphalis corona 6.20.33
Ouicula dictus Fabius dictator quare 6.14.16
Ouinia lex, de eligendis ex omni ordine populi ſenatoribus 4.5.19
Ouo incluſus adhus ales quando ſapiat 13.25.4
Ouum quomodo præparent ad epilepſiam ſortiariæ, & Druidæ ad amicitiam 13.28.21
Ouu diuinatio quæ 12.20.5
Ozæ temeritas dicitur, voluiſſe arcam nutantem retinere 13.17.13
Ozias leproſus factus regnum retinuit 7.6.2

P

Pacorum & Mediceorũ factiones florentiæ 13.5.6
Pactum de quota lites cum procuratoribus & aduocatis litium & clientibus prohibitum 2.6.19
Pactum & pacta fides quid 8.8.4
Pactum producit obligationem & quando 8.8.5
Pacti conſeruatio pendet ex legibus 7.20.36
Pacti & legis publicæ differentia 7.20.49
Pacta dant legẽ conuentionibus 7.

20.27
Pacta ſeruanda quæ 8.8.4. etiam à principe eod.6
Pacta expreſſa vel tacita dæmonis 13.31.14
Pactio fœderis ſimplex obſides deſiderat 11.11.11
Pactiones cum hoſte de redemptione captiuorum ſeruandæ 11.15.11
Pagus quid & quomodo differat ab oppidis & vrbibus 2.1.4
Palma charus Traiano 12.13.3.
Palliolum latentem ſæpe habet ſubtus ſuperbiam 13.13.9
Pallium veſtimentum Græcorum & proinde philoſophorum 4.10.16
Pan aræ dicatæ 11.13.7
Pandæ iudici habebant reginam 7.11.50
Panni ſerici prohibiti 4.11.6
Pantheon templum, à quo ædificatum 12.21.29
Papa in quibus caſibus poteſt adiri pro ſecularibus cauſis 7.1.8
Papa debet eligi ex Cardinalibus 7.15.19
Papa inter principes de cauſa peccati ſtatuit 13.1.20
Papa ordinandus ex priuilegio olim à rege Francorum 3.7.46
Papa an poßit diſpenſare, vt monachus ſit proprietarius, 13.16.10. & diſponat, eod. & num. 11.
Papa non poteſt contra leges diuinas, 7.20.6. diſpenſat contra Apoſtolum, eod.
Papæ poteſtati nimium tribuentes reprehenſi à Gerſone 7.2.5
Papæ authoritas quando debeat interuenire pro auxiliis & ſubſidiis imponendis eccleſiæ vel perſonis eius 3.7.34
Paphadinus quomodo parricidiis nepotum tyrannidem peruenit 7.18.17
Papyria lex de ſacro priuatim non faciendo 2.2.2
Pariſitorum amicitia quantum facultates durat 8.7.5
Paraphraſes Chaldaicæ, ſacrorum bibliorum 12.5.31 Græcæ, 12.5.32
Parlamentum ambulatorium in Gallia & quando ſtatæ curiæ 2.6.3
Parænarum inſtar Iudæis erant ſynagogæ 12.21.17
Parſimonia quorumdam principum & ſuperfluitas per totum ca.6. lib.8
Paſchalis Summ. Pontific. in ſectatores ſuos titulorum liberalitas 6.11.10
Paſcua publica & priuata à militum animalibus non depaſcenda 11.5.13
Paſſagardæ ſacerdotes Perſarum qui conſecrabant reges 6.20.10
Paſtoris eccleſiaſtici miſericordia & diſciplina quæ 13.14.18
Paſtritia vita proxima agriculturæ 4.8.2
Patientia probabatur per 80. cruciatus initiandorum ſacris mithræ 12.18.8
Patientia ex lectione ſacrarum ſcripturarum 12.8.4
Patriæ vſibus nati ſumus 4.5.4
Patrimonium principis duplex 3.2.10
Patrimonium reipubl. aut ordinarium aut extraordinarium eſt & quale vtrumque 3.2.11
Pater patriæ qui dictus 6.14.5.
Pater in filio relucet & in ſubſtantia pene idem 7.10.14
Patris dignitas, non mutat paternam cauſam erga filios 7.9.11. prodeſt filiis, eod. adempta, nocet filiis naſcituris non natis, nec naſcituris ſi ea ſit mutua 7.9.13
Patriæ adminiſtratio non concedebatur olim natis ex ea quare 13.12.6
Patris poteſtas in filios quæ 5.1.9
Patritij qui dicebantur olim 4.1.10
Patritiorum & plebis colligatio impoſita à Romulo 4.3.14
Patritiis quæ voluit eſſe ſingularia ſeorſum & ſupra populum Romulus 4.2.11
Patricinari pro aliis in foro cur potuerint & nunc non, mulieres 7.11.79
Patronus poteſt pro conſeruatione eccleſiæ ſuæ & bonorum eius, adire principem ſecularem, contra etiam archiepiſcopum 13.1.27
Patronorum & clientis leges 4.3.14
Pauci miniſtri Dei accomodi, præſtant pluribus inutilibus 13.4.3
Paucorum in republica adminiſtratio quæ mala inferat 5.1.22
Paulus Samoſathenus pulſus epiſcopatu Antiochiæ authoritate imperatoris Ethnici petente eccleſia 13.1.34
Paulus Nouius dux factionis Genuenſis capite truncatus 4.3.11
S. Pauli epiſtolæ quædam ab hæreticis reiectæ 12.7.20
Paulina nobilis matrona, compreſſa à Mundo, ſub prætextu Anubis Dei habiti in templo Iſidis, deceptione ſacerdotum & vindicta eius 13.19.5
Pauperes non debent vexari prætextu adiutorij militaris 11.5.11
Pauperum releuatio tributi impoſita diuitibus nouo tributo Allelengyo 3.5.15
Pauperum bona ſunt bona eccleſiæ 13.17.6
Pauperibus nimium an committenda gubernatio reipub. & magiſtratus 4.5.18
Pax finis belli & reipub. 11.13.1
Pax multiplex cum Deo quæ potior cum hominibus, &c. 11.13.2
Pax bello paratur & conſeruatur 11.1.1
Pax initium imperandi dedit 10.1.4
Pax rumpitur ſi hoſtem auxilio fœderatus iuuet 11.14.13
Pax cum Deo quomodo conſeruetur 11.14.2
Pax quæſita diligenter conſeruanda 11.14.1
Pax ab induciis quid differat 11.11.2
Pax iuranda ab omnibus & renouandum iuramentum per quinquennium 11.14.4
Pacem facere & bellum mouere propria authoritate priuata capitale 10.1.5
Pacis fructus 11.13.5
Pacis prætextu nihil turpiter faciendum 11.13.8
Pacis & belli duo tempora 10.1.1
Pacis cauſa princeps in fœdere poteſt remittere iniuriam & damnum ſubditorum etiam inuitorum 7.20.45
Pacis bona, & collatio ad mala belli 11.13.5. & 6.
Pacis & belli poteſtas penes quem 11.13.3
Pacem aut fœdus ſine authoritate principis duces faciẽtis pro ſponſione ſua dediti hoſtibus & liberata reſpublica ab eorum pollicitatione 11.11.12
Peccatum multitudinis, mitius punitur vel dißimulatur, quare 13.3.6
Peccata & infidelitas, dant aditum

dæmoni facilè ad nos expugnandos 12.20.10
Peccata clam & ſecreto malitioſè facta grauiora quàm quæ palam 13.1.7
Peccatores quomodo ad ſalutem & reſipiſcentiam trahendi 13.14.21.
Pecuniæ cupiditas ſolet maximè deturbare & plebeios & principes 5.1.24
Pecuniæ appellatione quid contineatur 3.1.3.
Pecuniæ & bona ſunt nerui reipublicæ 3.1.1
Pecuniæ inuentionis neceſſitas in priuatis & publicis negotiis 3.3.1
Pedagia guidagia talliæ non debentur à perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis niſi negarentur 3.7.1
Pediculis qui interierunt 13.12.25
Pegor vel phegor, quid 12.18.6
Pelichi ſtatua retinuerat fures 12.17.9
Pellis capræ Amaltheæ in qua ſcribit Iupiter 12.11.1
Pellicanus inſigne veri principis 8.1.19
Pelops inter inopes regnum penuria adeptus 7.13.3
Pennæ ornamenta capitis Garamētum 6.17.5
Pentaſilleæ Amazonis mors 7.11.4
Penſiones releuatæ debitoribus ob cladem aut luem illis contingentem 3.9.12.
Perfectio actus & materia forma & arte 1.1.29
Peregrini non debent eſſe curioſi in republica aliena ſed cum eorum more & legis videre 4.4.21
Peregrini qui 4.4.20
Peregrini qui dicantur 4.4.1
Peregrini quare excluſi Lacedæmone 4.4.16
Peregrinorum delectus habendus 4.4.17
Peregrinorum expulſio quādo percuſſa vel non 4.4.25
Perfectum bonum quod dicitur 5.5.10
Periurorum pœnæ ſeu leges 8.8.3
Perpetui magiſtratus cur in monarchia melius ſit eſſe, 4.5.35. exceptus maioribus poteſtatibus & quare 4.5.36
Perſæ regem adorabant ex lege 6.5.2
Perſæ armorum exercitiis maximè ſtuduerunt 11.1.7
Perſarum reges & eorum imagines diuino honore adorabantur 12.18.24
Perſarum reges ſacris initiati 8.2.10
Perſarum rex ſubditos pro ſeruis habebat excepta vxore 6.13.9
Perſecutio prima contra Chriſtianos tempore Diui Stephani 13.7.1
Perſequutio eccleſiam fortiorem reddit 12.23.15
Perſequutores eccleſiæ qui 12.23.9
Perſeus Spurius fratrem legitimū & naturalem patris Philippi calumniis ſuſtulit, vt ſolus in regno ſuccederet, ſed poſtea parricidij pœnas luit 7.8.8
Perſonæ publicæ quæ in ſumma 1.1.14
Peſtilentiæ amulentum 13.32.16
Petaliſmus iudicium exilij contra potentiorum excellentiam 13.12.10
Petrus Lombardus, author libri ſententiarum 1.10.9
Petrus Langobardus coram trudere Gallis perſuaſit 6.16.12
Petri lapſus, quomodo nobis profuerit 13.14.18
Petrus præfectus equitum Cerſoblephtæ 3.6.17





Phalaris tyranni de miſeria tyrannorum præclara ſententia 6.19.1
Phalaris tyrannidem Agrigentinorum prætextu religionis quomodo vſurpauerit 13.11.4
Pharaonis nomen dignitatis eſt regum Aegyptiorum 6.10.5
Phariſæi vnde cœperint 11.5.20
Phariſæi ambitioſi dici volebant Rabi 6.13.7
Phariſæorum in republica tractanda pernicies cum Alexandra regina 8.2.7
Phariſaica hypocriſis 13.13.9
Pharnaces regnum reliquit fratri Mithridati ante filios 7.5.16
Pharnaces rex Parthorum propoſuit in regni ſucceſſione filij fratrem ſtrenuum 7.12.8
Phedalia ſtrenua mulier 7.11.56
Philippus Macedonum rex malebat beneuolentia quam vi aut metu imperare 6.13.9
Philippi Herodis Antipæ fratris ius dicebat etiam in itinere 6.6.14
Philobammauis arboris folia ambulantia 13.25.3
Philopater Ptolomæus cur dictus 6.14.3
Philoſophæ mulieres thrano & duę nomine thano 7.11.70
Philoſophi ſuis de republica diſputationibus turbarunt reſpublicas infinitis malis 10.6.2.& 3
Philoſophi qui dicti & quomodo 6.18.4
Philoſophi quomodo turbarunt reſpublicas 13.3.10
Philoſophi Græci exterminati ſub Valente ob diuinationes 13.33.25
Philoſophorum conſilia de republica quantum noxia 10.6.2
Phraates Spurius regis Parthorum legitimos & naturales filios patris necauit vt ſolus regnaret 7.8.5
Phratores, & fratres, eorúmque collegia 13.2.2
Phrynicus dux ex poeta creatus Athenienſium 7.15.9
Phya ſuppoſita à Pyſiſtrato pro Minerua 13.11.2
Piaſtus ruſticus electus in regem Polonorum 7.15.14
Pictor manu priuatus diuinitus, quod Chriſtum in forma arietis pinxiſſet 12.13.7
Pietas idem quod clementia & in quibus conſiſtat 6.10.10
Pietas erga Deum, in quibus conſiſtat 8.2.2
Pigmaleon Venere ad ſtatuam motus 12.15.2
Pij cognominati & quare 6.14.4
Pila fortunæ Heluius Pertinax 6.3 13
Pileum vertendo in quam partem vertebat ventos excitabat ex arbitrio Henoichus Suetiæ rex 13.27.9
Pindarus victus quinquies à Corinna certamine carminum 7.11.71
Pinnæ murorum vnde dictæ 2.1.3
Piromi dicti reges Ægypti vſque ad Setonem 6.10.15
Piſiſtratidis dolus in occupanda tyrannide Athenienſium 6.18.12
Piſcationes fluminum & maris ad principem pertinent vel ad eos quibus ipſe concedit 9.1.27
Piſtorum collegium 13.2.4
Placētia loqui damnum reipublicæ eſt 8.7.1
Plautianus intolerabilis ſuperbiæ ſe adorari permiſit vt imperatorem, ſed ſtatum delecta eius proditor confeſſus 6.12.10
Plato inuidus & maleuolus 10.6.3
Pluto vnde & quid 12.19.3
Pluto magni dæmonis nomen 12.

20.11
Platonis libri de republica, quare inſcripti, de iuſto 6.6.14
Plebeij Romæ aliquando non admiſſi ad magiſtratum & quando poſtea 4.5.20
Plebeij quomodo equites fierent, vel punirētur per cenſorem muta tribu vel adempta 4.1.11
Plebeiis quæ conceſſit Romulus 4.2.11
Plebs quid 1.1.11
Plebs quæ dicebatur 4.1.10
Plebs apud Gallos loco ſeruorum olim reiecta à conſiliis 13.12.16
Plebs vilis olim in Gallia non ita poſtea 4.1.14
Plex maximè defenſa contra nobiles à principe in Gallia eique magiſtratuum poteſtatem ſi capax eſſet communicauit & quare 4.1.14
Plebis & patritiorum vinculum inductum à Romulo 4.3.14
Plebis Romæ diſtinctio in vrbanam & ruſticam 4.1.13
Plumbo fuſo detegi ſortilegia quomodo 13.29.7
Plumbum liquefactum morbos maleficos detegit 13.31.5
Pluuiam qui incantationibus elicuerunt è cœlo 13.27.3
Pœna corporalis mutata in pecuniariam in penuria Cyzicenorū 3.6.18
Pœna ſanguinis non infertur conſilio eccleſiæ determinatis perſonis 13.14.20
Pœnæ ſortiariorum & diuinorum iure diuino, 13.30.6. gentium, 7. ciuili 8.
Pœnæ definitæ in quadruplici genere iudicibus Iudæorum, vt alias inferre non poſſent 4.5.28
Pœnæ gratia à principe conceditur 9.1.41. & quatenus concedi debeat 9.1.42
Pœnæ iſtius ſeculi mitiores alterius ſeculi 8.2.22
Pœnitentiæ agendæ prætextu depoſuerunt imperio Ludouicum Pium, coniuratores 13.12.18
Pœnitentium aliquando eccleſia reiicit oblationes 13.14.11
Poeta Phrynichus propter dramata bellica in theatro compoſita dux electus ab Athenienſibus 7.15.9
Poetarum fabulæ de amoribus bellis & voluptatibus deorum pellendæ à republica 8.5.3
Polemonis philoſophi imago Scortum ab impudicitia reuocauit 12.13.11
Politia eccleſiaſtica, & humana quemadmodum ſub vnitate diſtincta in lege diuina 1.2.3
Politicæ virtutes quæ 10.2.5
Politici qui dicti 6.18.6
Polonia aliquando cum ducatus eſſet, tributaria imperij 3.4.14
Polonici regni fundator Leſchius primus rex 6.16.7
Polonorum inſignia Aquila alba 6.16.7
Polycleti in pictura populi expertus ſtultum iudicium 5.3.27
Polycratis Samij tyranni in fratres parricidia regnandi cauſa, eiuſque mors 7.17.17
Pomœrium ciuitatis quid 2.1.3
Pomœrium vrbis quid 2.4.2
Pompeius Saturninus aprime doctus 12.13.3
Pompeij Magni mortis tempore prodigia 12.13.27
Poloni nobiles populo aliquando & eius bonis abuſi barbarè donec lege obuiam itum eſt & excommunicatione 4.3.12
Poniropolis ciuitas malefactorum 1.3.8



1.3.8
Pontifex Maximus apud Romanos per Numam introductus & eius poteſtas 8.2.6
Pontificatus ſummi regimen refert Adoſon ad Iethronis politiam 7.2.1
Pontificatus etiam ſummus religionis etiam penes Ethnicos reges alicubi 8.2.6
Populares ſiue in populi fauorem legis quot in Democratia Romanorum 5.3.24
Popularis dominationis finis & intentio 5.5.5
Popularis ſtatus vt melioris rationes 5.3.1
Popularis reipublicæ adminiſtratio circa poteſtates quæ 4.5.16
Popularis libertatis pars in quo conſiſtat, 5.2.3. lucrum eodem num. 4
Popularis poteſtas ſimilis ſocietati domus ſiue domino 5.1.11
Populari in republica qui digniores 4.10.8
Populus ad conciones eccleſiaſticas audiendas compellendus, 13.1.33. & per quos ibidem
Populus iuſſu Dei à Moſe numeratus & cenſitus, 3.5.5. & cur Dauid ob numeratum punitus, eod.
Populus ſine Deo, ſacerdote & doctore, confuſione omnimoda repletur 12.22.6
Populus quater à conſulibus conuocatus & quare 2.6.7
Populus orbis quomodo diuiſus tēpore filiorum Noachi Iſraelis, Romuli 13.2.2
Populus non poteſt probè ſibi conſulere 5.3.26
Populus comparatur propter nobilitatem argento viuo 5.7.20
Popiellus iunior rex Polonorum deuoratus à muribus 7.15.13
Populus opinione præceps ducitur 12.4.7
Populus deceptus in perſuaſionibus alterius reipublicæ quam monarchicæ 5.3.11
Vi imperans populus non ſemper dici debet tyrannus & quare, & quando contra 6.18.15
Populus Athenieſis diuiſus à Theſeo in nobiles ~~artifices &~~ agricolas 4.1.15
Populus, quid dicatur, 1.1.11. in genere & ſpecie, eod.
Populus Gallicus in quot ordines diſtributus, 4.1.14. in Druidas, nobiles ſeu equites, & plebem vilem, ibidem
Populus Romanus legem de regio imperio tulit 7.19.7
Populus decipitur beneficiis ad tyrannidem aſpirantium 4.3.5
Populus cur legibus ſuis viuere poſſit 5.2.5
Populus excuſſo metu regis impia operatur 5.7.17
Populus olim dedicare poterat hodie non 2.2.2
Populus ſi ab ordine ſuo diſcedat turbat rempublicam hic ordo eſt obedire 4.3.3
Populus cur priuatus reſponſis propheticis à Deo 13.33.12
Populus Aegyptiacus in ſeptem genera aut ordines hominum diuiſus 4.1.17
Populus per ſortes & ſuffragia quomodo elegerit magiſtratus 4.5.39. & 40. & periculum ſuffragium, eod.
Populi magna eſt inconſtantia, nec ei fidendum gubernatoribus 4.3.16
Populi delictum connumeretur malum principem 6.2.10
Populi improbitate notati ab antiquis aliqui 4.4.10
Populi diuiſio vt hominum, per ſexus ætates, familias, &c. 1.2.1

Populi cura & vtilitas ſeu commodum debet eſſe ſcopus principum & adminiſtrantium rempublicam 5.5.6
Populi ſalutem qui principes ſuæ prætulerint 8.1.17
Populi ſtultitia & damnum in faſtidiendo proprio principe & expellendo 7.19.3
Populi ordines quæ errata admittant, & quomodo corrigantur lib.4.per totum cap.3.
Populi alia diuiſio à Romulo in patritios & plebem & qui illi 4.1.10
Populi oppreßio à magiſtratibus vt fiat, & prohibeatur 4.6.13
Populi iniuriæ non recordandum 11.12.6
Populi iuſta punitio per promißionem Dei non ſemper excuſat punientes vel principes qui id faciunt 9.1.10
Populi fauorẽ aucupari vltra modum quare prohibitum 13.12.7
Populi diuiſio per claßes & centurias per Seruium Tullium regem 6. Romanorum 3.4.7
Populi decreto ſubuertens leges euadit tyrannus 10.5.2
Populi quandiu de quibus in comitiis iudicium apud Romanos 4.5.12
Populi diuiſio tractatur lib. 4.per totum cap 1.
Populo abutuntur aulici cõtra principem iam ſuis beneficiis adſtringẽdo vt poßint illis imperare 4.3.6.& 9.& ibi remedium huius mali
Populo negotia grauia aperire cur periculoſum in omni republica 5.3.23
Populo electio regis vel ducis nunquam commiſſa à Deo neque eius voluntas requiſita, imo contra electionem Dei reprobata & punita, 5.7.14.& 15.& 16.& ſeq.
Populo quæ conceßit Romulus poſtea, ei à principibus adempta 4.5.25
Populum recenſere, eſt munus poteſtatis regiæ 4.12.9
Porphyrij libri contra Chriſtianos, damnati 12.7.11
Portæ vnde dictæ 2.1.3
Portæ ciuitatis vſus & cuſtodia 2.3.10. eas bello, nocte aperire ne liceat, eod.
Portoria & guidagia quare præbeantur & quibus 9.1.30
Portuum in ciuitate vtilitas & cura & incommoda 2.9.2.& 3
Res poſſeſſæ à priuilegiato deſinunt eſſe priuilegiatæ ad non priuilegiatum peruenientes & contra 3.7.43
Poſſumus id tantum quod honeſtè & bene poſſumus 7.20.57
Poſthumia veſtalis quare inceſtus inſimulata 4.11.14
Poſtliminij ius in quibus locum habet 11.15.1.& ſeq.
Poſtliminij iure qui careant 11.15.7.& 13
Potationis certamina improbata 8.6.9
Potentiores exilio ſubmouebantur à rebuſpublicis popularibus quare 13.12.10
Poteſtas eccleſia conſiderata quomodo formaliter, materialiter & quoad vſum, 7.2.9. ibi de vſu licito & rato & legitimo eius & illicito 7.2.9
Poteſtas ſuprema debet eſſe in vnaquaque republica 1.1.9
Poteſtas regia temperanda cum ratione 9.1.1
Poteſtas quæ ſit regia tractatur toto lib.9
Poteſtas ſpiritualis præſtantior & maior temporali, 7.1.7. in quibuſdam diſtincta 7.1.8
Poteſtas principibus data non ad ſæuiendum & vexandum humanum genus ſed ad regẽdum 7.17.31
Poteſtas ſpiritalis & temporalis vnde, & quare item dicatur 6.2.13
Poteſtas legitima, à domeſtica orta 6.13.13
Poteſtas principibus multum poteſt in bonis & perſonis ſubditorum, enumerantur & aliqua in 7.20.41
Poteſtas regia ex iure Samuelis examinatur 9.1.5.& ſeq.
Poteſtas non eſt niſi à Deo, 7.1.3. etiam malignorum, eod.
Poteſtas principis per omnes fines principatus dirigi debet 9.1.12
Poteſtas eccleſiaſtica quid 7.2.6
Poteſtas malitiæ coniuncta eam facit deteriorem 4.5.42
Poteſtas Dei ineuitabilis dum vult 7.1.1
Poteſtas reipublicæ ex cenſu fraternæ ſocietati ſimiles 5.1.10
Poteſtas imperandi cœpit à pace 10.1.4
Poteſtatis ſupremæ ſignũ, eſt familias creandi magiſtratus 4.5.24
Poteſtatis plenitudo principum habet abuſum 7.20.56.& 57.
Poteſtatis plenitudo Summi Pontificis explicatur 7.2.3
Poteſtati à Deo additur maieſtas quæ facit eam venerandam 8.3.3
Poteſtatem prorogaſſe vltra tempus conceſſum punitum vt capitale 7.3.1.& 5
Poteſtatem datam retinuiſſe ſucceßione dato, crimen eſt maieſtatis læſæ 13.12.5
Poteſtate quando princeps abuti dicatur, 9.2.1.& per totum cap.2.
Poteſtates ſpirituales & ſeculares, ſe mutuo iuuare debent 7.1.6
Præceptores quales principibus adhibendi 10.3.6
Præceptores muti & mortui libri ſunt 10.3.7
Præceptores boni vel mali cauſa bonorum ſæpe vel malorum principum 13.12.22
Præda iure poſtliminij non reſtituitur 11.15.12
Prædæ diuidendæ leges, 11.10.13.& ibi notationes in margine
Prædicatio verbi Dei, aßidua, neceſſaria ad euitandos abuſus, 13.1.15. non omnibus committenda, nec propria authoritate vſurpanda, eod.
Prædicatio verbi Dei debet curæ eſſe magiſtratibus ſecularibus vt fiat populo & quare, 13.1.30. abuſus in contemptu eius, 13.1.31 remedia in ſequentibus populus ad eam audiendam compellendus, 33.
Præfecti prætorio horarij aliquando 4.5.36
Præfecti morum apud Charthaginenſes 4.12.5
Prælati tenentur admonere ſui officij principes 8.7.11
Prælatorum negligentia in emendatione ſubditorum quam ſit grauis & damnoſa illis & alijs 13.3.11
Prælio collatis ſignis pugnare periculoſum in republica 11.4.6
Præſentia principis in acie multum prodeſt 11.4.5
Præſtantior ſub Chriſto prædicatio eius quare eod.3
Præſumptuoſi hypochritæ 13.1.10
Prætextu pueritiæ Romanæ veſtimentum 4.11.16
Prætor Aſiæ maior procuratore 13.12.9.
Prehenſio perſonæ alicuius priuato non competit 2.7.2
Priapus num adoratus ab Iſraeliticis idololatris 12.18.12
Primitiarũ & decimarum obſeruationes ex prima parte Talmud

12.5.21
Primogenituræ ius ſtatim nato filio competit ei ideo viuente patre ſuo transfert in filium ſuum nepotem aui 7.10.25
Primogenituræ olim apud Iudæos ſummus honor & priuilegia, & apud alios eodem.
Primogenitus ſuccedit in regno & aliis dignitatibus ibique ratio 7.5.2
Primogenitus regni Angliæ quare dicatur princeps Vvalliæ 7.16.4
Primogenitus num ſi ſit inhabitis ad regendum puta mutus ſurdus &c. faciat locum ſecūdo per totum c.6. & reſpondetur minime lib.7
Primogenitus quis dicatur in ſucceſsione regni, an is qui ante adeptionem principatus natus, an qui poſt per totum c.9.ti.7.& diſtinctio numer. 2. & ſequentibus iudicia pro nato ante adeptionem 7.9.14
Primogenitus ex geminis quis dicatur vt ſuccedat tanquam primogenitus 7.5.16. ſed ſi non appareat de puritate quid dicendum eo. n.17.ſed ſi exſecto vtero educti fuerint quid 7.5.18
Primogeniti immutata ſucceſsio quantum mali attulerit in regnis per totum c.7.lib.7
Primogenito cui debetur ſucceſsio regni, præmortuo patri relicto nepote, & fratribus quis ſuccedat in regno an nepos, an patruus, diſpectatur per totū li.7. per totum c.10.in vtranque partem. & concluditur pro nepote.
Primogenitorum cenſus vel deſcriptio facta iuſſu Dei 3.5.5
Principatus quid 6.4.1
Principatus neceſsitas creatur ab exemplo eius quod Deus geſsit 6.1.12
Principatus facilè in tyrannidem declinat ob libertatem viuendi vt volunt principes 6.2.5
Principatus & aliqua forma virtutis 6.1.9
Principatus teſtamento poſſeſſoris, ſi liber ſit pro ſucceſsione regitur 7.10.20
Principatus ad eſſe & bene eſſe pertinet in republica 6.2.13
Principatus gubernatio non naſcitur cum principibus ſed fit & difficilior adeptione ipſa principatus 16.3.2
Principatus delati per contractus 7.16.1
Principatus ex electione & per ſucceſsionem differentia in contractibus ſeruandis principum 7.20.37
Principatus vnus in eccleſia Dei 7.2.2
Principatus occupati, ab auxiliaribus aduocatis militibus 11.3.4
Principatus à pluribus deſideratus difficulter cuſtoditur inde ſatellites & antidota tyrannis 6.19.9
Principatus in homines eget Dei principatu & ope & quare 6.1.4
Principatus inuenitur in omni republica probata 6.2.12. & inter latrones & hæreticos eo.
Principatus electiui, per electos ſæpe efficiuntur ſucceſsiui 7.4.23
Principatus ſocij non poſſunt diu ſe compati .4.1.& 4.& ſeq.
Principatus & poteſtas bonorum & malorum, item ſpiritualis & temporalis ſeu ſecularis 7.1.4
Principatus nouus quis dicatur & de eius natura & effectu per totum c.19.lib.7
Principatus à Deo non datur ſine aliquo tutelari excellente Angelo 8.3.11
Principatus hæreditarij & antiqui differentia 7.12.1

Principatus

INDEX.

Principatus improbantium error 6.5.2
Principatus inuaſi per vim ex ambitione regnandi per totum c.7. lib.7
Principatus legitimi vel illegitimi modi plures 6.18.11
Principatus quæſiti à poſſeſſoribus libere diſtrahi poſſunt 7.20.62
Principatus ex lege delati legibus fundamentalibus principes conſtringunt 7.20.24
Principatus mutatio habet noua onera 7.4.16
Principatus non reddit imperabilem ſed potius ad ſpectādum via 6.3.6.& 7
Principatus maxime infirmatur per hereſes & impietates 8.2.18
Principatus ex electione, vix integri & diuites manent & quare 7.4.22
Principatus plurium nec durabilis, nec vtilis reipublicæ nec concors 7.5.1
Principatus inter homines quintuplici ex fonte 5.1.6
Principatus omnis caput Chriſtus 6.4.3
Principatus inſigne in Vtopia prælatus manipulus frumenti 6.20.27
Principatui quæ videantur inter homines obſiſtere quominus recipiatur 6.2.3
Principatuum tituli inanes 7.4.21
Principatum quare non debeant ſpurij ſucceſsione adipiſci rationes 7.8.10
Principatum in electione, idoneorum nulla habita ratione ſanguinis dari debere 7.15.7.& 8
Principatum qui per opes & potentiam conſecuti ſint per totum c.13.lib.7
Principatuum diſtinctio ratione poteſtatis temporalis conceſſæ per totum c.3.lib.7
Principatuum auſpicatio à re diuina primum 8.2.11
Princeps non poteſt ex legitima poteſtate aliquis contra legem diuinam 9.1.42
Princeps ciuitatis quis dictus 6.4.2
Princeps vt citharedus, debet tonos & chordas ſiue diuerſitatem partium reipub. ſuæ cognoſcere & concinnè temperare 4.3.2
Princeps adiri & per appellationē poteſt omiſſo medio iudice 9.1.37
Princeps magiſtratus venales non debet habere poteſt tamen nouos creare 9.1.35
Princeps debet ſe accommodare moribus populi, vt ſecurus & melius imperet 10.6.11.
Princeps ſenatus quis 6.4.2
Princeps hodie curam vtramque belli & pacis gerit 10.1.3
Princeps ſimpliciter prolatus, Deus intelligitur 6.4.2
Princeps quomodo ærario proſpicere debeat etiam tempore pacis 3.4 3
Princeps principatus materia, ars gubernandi forma 6.3.4
Princeps vt eſt inſtituendus 6.3.3
Princeps neutrates debet curare ne ſubditi in aliquam partem pugnantium turmatim tranſeāt 11.14.13
Princeps debet cogitare hominē ſe eſſe & mortalem & obnoxium fortunæ 6.3.8
Princeps imago Dei ideo vt Deus pacta ſua ſeruare debet 8.8.9
Princeps exemplarem bonam vitam degere debet 6.3.17
Princeps quomodo populum regere debet 13.12.16

Princeps ſolus poteſt imponere vectigalia noua, 3. 2. eod. & quid obſeruare debeat, eod.
Princeps de publicis locis diſpenſationem habet 3.4.5
Princeps ſingulari nomine dicitur filius primogenitus regis Hiſpaniæ 6.4.3
Princeps ex ſuo contractu obligatur vt priuatus, 7.20.26.& ſequentibus
Principis cor & poteſtas à Deo mutatur 6.2.9
Princeps dictus, angelus Summus Pontifex epiſcopus 6.4.4
Dij dicti principes 6.5.1
Princeps ex cauſa ſubditis bona adimere poteſt 7.10.21
Princeps quaſi primum caput quid vltra, 6. 4. 1. & qui primi & principes dici poſſunt, eod.
Princeps non omne quod licet ſed & quod honeſtum eſt agere debet 7.20.57
Princeps an ſubijciatur legibus 7. 20.5.& ſequentibus.
Legibus an ſubijciatur princeps & quibus, 7.20.5.& ſeq.
Princeps meminiſſe debet ſi velit bonus eſſe, ſe hominem, 6.3.2. neque principatus adimit naturam humanam obnoxiam ſtultitiæ imo præbet occaſionem, &c. 6.3.3
Princeps quid ſit in ſe & in aliis per totum cap.3. lib.6
Princeps cognoſcere affectus ſui populi debet 10.6.13
Princeps in medio regni habitare debet 2.1.10
Princeps aditum ſubditorum ad ſe non debet prohibere 8.4.2
Princeps quomodo ſe debet liberare ab adulatoribus 8.7.9
Princeps inſtitor, dominus, pater quis dicatur 5.1.23
Princeps conſeruat principatum iuſtitia, delicta puniendo 10.2.7
Princeps omnibus rebus ſui generis poſitus, 6. cap.1. num.1. neceſſario & vtilitate, eod.
Princeps vt opprimat populum malos præficiens peccat, & ſibi præiudicium facit 4.6.2
Princeps num ipſemet debeat prælio intereſſe 11.4.5
Princeps poteſtatem populi à populo Romæ recepit 3.4.6
Princeps nouus rigidus 8.1.2
Princeps non debet concedere magnas armatas dignitates perpetuo ſed ad tempus & quare 4. 5.36
Princeps ſuæ reipublicæ tanquam anima 6.1.13
Princeps explorare debet ingenia magnatum quos ſuſpectos de ambitione habet, & quomodo 13. 12.3
Princeps non tantum pecunijs conquirendis, ſed de conſeruandis ſollicitus eſſe debet 3.8.1
Princeps vt ſe tueatur, eget ciuium amore 11.13.3
Princeps & totũ populum & ſingulares curare debet 1.1.10
Princeps non poteſt authoritate regia ſibi ex ſubditis facere meretrices 9.1.46
Princeps poteſtate abſoluta multa poteſt in bonis & perſonis ſubditorum 7.20.41.& 42
Princeps abſtinere debet à tractandis ſacris 8.2.16
Princeps contemnitur niſi ſeruet dignitatem 8.4.7
Princeps homo vt ſubditi, ſæpe peior, maieſtate Dei vtitur, eámque moriendo vt principatum deponit, &c. 6.3.1
Princeps imago Dei 6.5.2
Princeps ſuum ordinem in republica cognoſcere & conſeruare debet 4.3.2. illi eſt ſcire imperare.
Princeps ſolus leges generales condit, 9.1.39. leges habent ſibi ſubiectas legis, eod.
Princeps poteſt ex plebeio nobilem facere 4.2.4
Princeps ſolus interpretationem et emendationem legis in ſua habet poteſtate 10.4.1
Princeps erga furentem populum, inſtar medici & paſtoris ſe habere debet 11.12.6
Princeps obligatur contractu prædeceſſoris, 7. 20. 47. & ſequentibus
Princeps non tenetur vti anteceſſorum nec aliorum principum legibus, ſi nolit 7.20.15.& 17
Princeps confiſcationes non debet donare priuatis ſed eas redemptioni domanij venditi conſeruare 3.8.11
Principis, & ſolis & Dei ſimilitudo 10.3.1
Principis Ambitioſi in repub. malũ 5.1.21
Principis ſupremi donatio facta eccleſiæ purè non eget amortiſatione 3.7.38
Principis ſalutis & imperij cauſa vota olim Romæ & ludi annuatim 8.3.8
Principis boni inſtitutio debet eſſe diligens, 6.6.6. cur filij à virtute patris principis degenerent 6. 6.7
Principis ſolitaria & abſcondita vita quare reprobetur 8. 4.3
Principis cum procuratore pro curatore ſeu vt dicunt cogente geſta rata ſunt 7.20.33
Principis quæ debeat eſſe cum ignis natura ſimilitudo 6.20.15
Principis habitatio celebres faciat quare ciuitates, vt contra receſſus deſertas 2.1.11
Principis debet etiam eſſe clementia in offendentes ciues, nec debet iniuriæ eorum reminiſci, 8. 1.20. & ibi exempla Ariſtidis Phocionis Themiſtoclis
Principis verba pro lege h'aberi debent & firma 7.20.32
Principis auari & cupidi in republica mala 5.1.22.& 23
Principis munus iudicare populum vel per ſe vel alios 10.2.8
Principis ſeueritas aliquando potius laudanda quam clementia nimia 6.18.18
Principis vera gloria quæ ſit lib. 8. per totum cap.9
Principis boni & tyranni differentes mores 6.18.19
Principis & ſubditi debet eſſe differentia 7.20.23
Principis poteſtas à medio ad centrum dirigitur 9.1.12
Principis bona in triplici differentia 3.2.10
Principis bene inſtituti bona, & nõ inſtituti mala in republica 10. 3.3
Principis actus exemplo ſunt in bonum vel in malum 6.3.9
Principi quæ lex imperare poſſit 7.20.3
Principi ſupremo quatuor debent adeſſe, regnum legum poteſtas ſacerdotum prophetia 7. 20. 19
Principi pars in diuiſione bonorum reipublicæ quare relicta 3.2.1. & ſequentibus
Principi neceſſaria eloquentia 10. 6.15
Principi quæ requirantur ad regendum conſilium, adque legũ exequutores expertos 10.6.5
Principe exiſtente, populus Iſraeliticus, bene ſe habuit, eo mortuo, ſine eo peſſimè 5.3. 27
Principe probatum diſquirere an dignus habere ſacrilegium 7. 20.40
Principe non appellatur 9. 1. 38

Principes ſeu reges qui ius per ſe dicebant 6.6.7

Principes ſeculares debent auxiliari manu armata eccleſiaſticis 2.2.3. eccleſias fundare, eod. numero 4. cogere ſacerdotes ad reparandum, eod.

Principes inconſtantia rerum debet admonere humanitatis 11. 12.8

Principes ſupponunt negotia facta agenda, vt pecunias à ſubditis extorqueant, 3.6.19. & 32. & 33. & 34

Principes tenentur & vinciuntur iure naturali & rationis, 7.20.8 non iure poſitiuo, eod. 9.

Principes non debent eſſe profusè liberales 3.8.12

Principes qui vere ſint boni 8.1.17. & qui pro populo ſe deuouerunt, eod.

Principes quod mali ſint, non ſunt principatus reijciendi 5.3.6

Principes eccleſiaſtici & laici, non debent mutuo ſibi vſurpare iuriſdictionem alienam 4.3.4

Principes & magiſtratus quare æuarei ſibi eligant ex ſuis ſeruis & libertis animos 4.5.17

Principes malos ex bonis quæ faciant 8.1.9

Principes miniſtri Dei cuſtodes legis diuinæ 8.2.15

Principes miteſcunt conſideratione religionis 12.4.3

Principes boni initio principatus poſtea mali 8.1.3. & ſequentibus

Principes debent iubere ne ſibi obtemperentur ſi mala ab illis iuſſa impetretur 10.2.10

Principes in inauguratione iurant ſe non alienaturos bona dominicalia 3.8.5

Principes ob luxuriam quidam priuati poteſtate alij eius abſtinentia, populos ſuæ ditioni addiderunt 8.5.2

Principes olim ſacrum facere poterant, hodie non 2.2.2

Principes alijs ſubiecti eorum leges poſitiuas tenentur ſeruare 7.20.10

Principes mali & malitia ſatiantur 8.1.16

Principes conſilia fidorum ſuæ ſententiæ præferre debent & quare 10.3.9. conſilia ſua non debent omnibus efferre principes quanuis ex aliis inſtruantur 10.3.9

Principes ſucceßione cur meliores etiam amētes, ſanis electis 7.6.5

Principes quidam boni ab initio aut mali & poſtea aut mali aut boni, &c. 8.1.1. & ſequentibus exempla vſque ad num. 9.

Principes nimio honore ſe coli deſiderant quam nec Deo ipſi deferunt 6.12.4

Principes ſi religionem ſimulent atheum eſſe contra Machauelum docetur 13.12.11

Principes dicti dij aliquando, 6.5.1. & ibi rationes & num. 2.

Principes dicti diuerſi generis maiores & minores, & quomodo 6 4.2

Principes ſolent præficere dignitatibus & officiis ſibi ſimiles 4.6.1

Principes iuuenes mortuis parentibus vel voluptatibus, vel aulicis corrupti degenerant 8.1.11

Principes vnde dicti 9.1.2

Principes regni aut imperij qui 6.4.3

Principes obligantur ex pactis ſuis nec poſſunt ea licitè conuellere 8.8.6

Principes cur & quando de rebus eccleſiæ diſponant 13.17.10

Principes finem proponere debent cōmunē vtilitatē ſui populi 5.5.6

Principes vitia faciunt contemptibiles, & ad proditionem ſubditos & familiares eorum audaces 8.4.12. & ibi exempla

Principes ſeculares de ſacris quando ſe immiſcere debeant 3.5.6

Principes plura ex librorum lectione diſcunt quæ nec amicis nec inimicis illis deteguntur tuto. 1.1.3

Principes ab initio mali & tyrannicè regnantes effecti boni poſtea 8.1.15. & 16

Principes quidam qui mercaturam exercuerunt 3.6.46. & 47

Principum leuia vitia, cur maiora appareant 6.20.18

Principum & auguſtæ bona, ad quę onera etiam cum aliis teneantur realia 3.7.25

Principum conuentiones in quibus tranſeunt in ſucceſſores 7.20.60

Principum victus quali frugalitate & parſimonia inſtrui debeat docetur, lib. 8. per totum cap. 6.

Principum malorum mala in populum mens, & exempla eorum 8.1.21

Principum munus ſua potius negligere vt curam ſubditorum agat 6.3.15

Principum exemplum aliis vel nocet vel prodeſt 6.20.17

Principum iuuenum inſtitutio facilior, & in bonum & in malum flexibilior 10.3.5

Principum ſtultitia, putare alios ſibi obſequi debere quod ſibi ſubditi, obſequantur 6.3.4

Principum actiones omnes obſeruatæ & inimicæ quare 8.5.1

Principum inſignia vt plerunque in capite 6.20.2

Principum exemplum in cauſa religionis maximè ſubditis prodeſt vel obeſt 8.2.20

Principum mutatio extraneorum mutat vel extinguit nomen principatus & dignitatem 7.4.21

Principum eccleſiaſticorum vel ſecularium proximi de poteſtatibus inueſtiti tyrannicè imperant 4.6.3

Principibus ſecularibus in quibus ſubditi pontifices 7.2.11

Principibus proximiores digniores ſunt 4.10.13

Principibus ob quaſdam cauſas cōceſſæ à ſummis Pontificibus decimationes & fructum beneficiorum partes 3.7.49

Principibus quæ ſibi licere, exiſtimare debeant 9.1.2

Principibus quales præceptores & monitores adhibendi 10.3.6

Principibus mercatura ſordida ars vitanda 4.7.5

Priſlaus ex aratro creatus ſorte rex Boemiæ 7.14.6

Priuatis bona erepta pro cauſa publica ſunt ſatisfacienda 7.20.55

Priuilegium perſonæ quod facit rē priuilegiatam non tranſit in aliam rem accipientem non priuilegiatum, & contra res non priuilegiata tranſiens in priuilegiatum efficitur eius priuilegij quo poſſeſſor vtitur 3.7.43

Priuilegium quod tranſit in cōtractum firmius eſt nec reuocatur à principe 7.20.26

Priuilegio vti debent quibus conceſſum, quandiu cauſa durat 13.3.19. abutentes priuari 13.3.22.

Priuilegia mercatorum conſeruanda 4.7.12

Priuilegia ciuitatibus & oppidis quando cenſeantur adempta dirrutis mœnijs, vel non 2.3 8

Priuilegia locorum illiciunt habitatores 4.4.18

Priuilegiis laicorum quare gaudeāt ſine onere clerici 3.7.6

Probus Tullenſis epiſcopus 3.7.49

Procurator Aſiæ & prætor differunt 13.12.9

Prodigiū quid & quomodo differat à miraculo 13.25.6

Prodigia diuerſa præcedentia res miſeras 13.25.7
Prodigiorum & mirabiliũ à quibus ſcripti libri 2.5.4
Prodigia à Deo 12.13.21
Prodigia præcedentia deſtructionem templi Hieroſolymitani 12.22.6
Proditio patriæ non excuſatur per antea in republicam per proditorem geſtis & docetur per exempla pœnarum 13.12.12
Proditorum pœna 11.7.21.& 29
Proditiones amicitiæ prætextu 13.1.5
Profanatio eccleſiæ multa mala præſagit, 12.22.5.& 6.& vindicta diuina, eod.
Protectio acceptata, non eximit protectionem inuocantes à proprij domini poteſtate & iuriſdictione 11.11.6
Profeßio nominis, naſcentium, adoleſcentium, morientium Romæ inſtituta quare 3.5.4
Profeßiones ſeu vocationes hominum, non ſunt promiſcuè vſurpandæ 13.4.5
Proletarij qui dicti Romæ 3.5.1
Promalanges adulatores inſignes 8.7.6
Prompali cuiuſdam fortuna ad regnum euecti & deiecti, 7.18.8. ſe falſo dixit Antiochi regis filium & regno potitus, eod.
Promiſſa ratione fidei ſeruanda 8.8.2
Propheta dicitur interpres etiam ſacræ ſcripturæ 13.33.2
Propheta quid, 13.33.cap.1. atque in toto capite 32. quæ pertinent ad prophetas explicantur veros & falſos
Prophetæ veri Dei à falſis idolorum in quibus diſtinguantur 13.33.4
Prophetæ, ſacerdotes, reges quandiu ſimul 13.32.11
Prophetæ omnes non ſunt ſaluati 13.32.6
Prophetæ falſi cur vera aliquando prædicant 13.33.3
Prophetæ maiores & minores in ſacris biblijs 12.5.11
Prophetæ in lege naturæ 13.33.9
in lege ſcripta 13.33.10
Prophetarum filij qui 13.33.11
Prophetarum collegium 13.33.11
Prophetis apparebat De. s, & reſpondebat in viſione & aliis modis 13.33.7
Prophetia quando & ob quas cauſas ceſſauit in Iſrael 13.33.12
Prophetia, donum Dei eſt ex liberalitate eius ſine mentis præcedentibus eius cui datur 13.33.5.
Prophetia ad præterita, præſentia, & futura pertinet, 13.33.8. & ibi de more loquendi prophetarum, & quod prophetiæ non ſint cauſa euentiuum, ſed euentus cauſa prædictionis 13.33.8
Prophetiæ donũ, etiam inter Chriſtianos 13.33.13
Prophetiæ donum inter homines antiquißimum 13.32.9
Prophetiſſæ 13.33.10
Protagoræ libri quare combuſti 12.7.19
Protectioni alicuius ſe ſubmittentes quomodo differunt à dedititiis 11.11.6
Protectionem alterius ciuitatis vel opidi accipere in ciuitatibus imperij liberis probibitum 11.14.11
Prothei Cynici baculus, talento emptus 13.14.6
Prouinciarum Romanorum diuiſio facta ab Auguſto 3.2.3
Prudentia ſapientis in quibus cõſiſtat 10.4.5
Prudentia iuris quid 10.4.4
Prudentia hominibus indita mater iuris gentium 1.3.14
Prudentia quid, 10.4.3. & eius vis eod.
Pſeudoprophetiſſa de iudicij die turbabit clerum Maguntiæ 13.13.15
Pſeudoprophetæ cur vera & falſa prædicent, 13.33.14. & ſeq.
Ptolomei reges Aegypti cur & quando dicti ſint 6.10.5
Ptolomæi philometoris & fratris de regno contentis 2.7.2
Ptolomæi treranni impietas vt regnaret 7.17.14
Ptolomæus Euergetes rex quare dictus 6.14.3
Ptolomæus Lamyrus quare dictus 6.14.3
Publicum dicitur eſſe quatuor modis 1.1.13
Publicum vnde dictum & quid 1.1.12
Publica ob opera capiuntur à principe bona priuata vt domus, fundi &c. 7.20.42
Publica à principe, vt priuata à priuatis gubernari debent 3.4.5
Publica quæ dicantur 3.4.6
Publica opera à Seſoſtri rege Aegyptiorum ſumptibus regis facta, A Sabaco vero Aethioporum rege per reos damnatos 2.9.22
Publica vendita in neceßitate rei publicæ 3.6.9
Publica & à quibus fierent 4.5.1
Publicæ res corporales & incorporales quæ 1.1.14
Publicis in ædificiis & operibus quid conſiderandum 2.9.16
Publicorum ædificiorum & operum prætextu plures pecunias à populo ſuppillant 2.9.23
Publius Romanus ex Deo ſe ſtatuere iuſſum, finxit 13.11.11
Pudor proprius mulierum eas arcet à conſortiis iuuenum 7.11.9
Puellæ olim erudiebantur diſciplinis & artibus liberalibus 7.11.74
Puerorum ſanguine abuſi Magi 13.30.9
Pueris natis obolum impoſuit Hippias Athenienſis 3.6.22
Pugnare cum hoſte ſine permißione ducis exercitus capitale, etiam ſi res bene ſucceßerit, 11.10.12 & ibi exempla in margine.
Pugillares tabulæ Aeſchylli carè empta 13.14.6
Pugiones probibiti Romæ 9.1.19
Puncta literarum Hebræarum iuncta noua 12.5.29
Punire volens Deus rempublicam aufert ab ea regem, principem, ſacerdotem, legum & doctorem 6.1.6
Pupillis & viduis remiſſum tributum 3.5.8
Purificationem & baptiſmatum obſeruationes iudicantur 12.5.26
Purpura primum à rege delata dehinc Romæ quinque hominum generibus communicata, 6.20.7 quibus interdicta imo & ſequẽtia eius, & quando permiſſa, eodem.
Trabea primum Romulus vſus 6.20.7
Purpuræ vſus quibus permiſſus aut interdictus 4.11.7
Putei reficiendi cauſa cogitur ad contributionem vicini etiam ſi eo vti nolit 7.20.43
Pyramides admirabiles Cherpes regis Aegypti & fratris, 2.9.17.& filiæ eius, eod.
Pyramides ſibi erigi paſſus Gallus damnatus 13.12.8
Pyramidum Aegyptiacarum condendarum ratio 3.9.4

Pyrrhidæ dicti reges Moloſſorum 6.10.14

Pyſiſtrati abuſus religionis pro occupanda tyrannide Athenienſiũ 13.11.2

Pythagoras eſt legatus 13.12.14

Pytonica diuinatio quæ, 12. 20. 5. quid Pytho & Pytonicus ſpiritus & fabula de Apolline, eod.

Q

Quæſitores qui in iudiciis & à quibus & quando facti 4.5.12

Quæſtionis iudex quis 4.5.13

Quæſtorij iudicij forma 4.5.13

Quarta non debetur epiſcopalis de relictis pijs locis, aut confratrijs 13.2.8

Quiuit & requiuit in venditione feudi in Gallia quid ſit 3. 2. 14.

Q. Sertorius à cerua quam ducebat ſe diuinitus conſilium accipere finxit 13.11.13

R

Rab Rabina 12.5.30

Rab. Aſſe 12.5.20

Rabi Iehuda, miſcuæ compillator 12.5.20

Rabi Iochanam miſuæ addidit 12. 5.20

Raiz dominus Magus in Amorica, crematus 13.30.9

Raptarum mulierum repetendarũ cauſa bellum non omnibus probatum 11.1.8

Ratio eſt lex quæ dominari debet principi 7.20.7

Ratio naturalis lex inuariabilis & perpetua 7.20.7

Ratisbonenſis à fide in Iudaiſmum relapſi 12.4.12

Raymundi Lulij quidam errores apparitione Chriſti ficta, confirmati per illum 13.12.27

Rebellio quid 11.13.4

Rebellionis memoriam & punitionem per ſigna voluit in templo conſeruari Deus 12.16.1

Rebellioni & occupationi ciuitatum munitarum quomodo debeat princeps occurrere 2.3.6

Rebelliones ob præpoſitos extraneos 7.4.14

Rebellium contra principem Moſem ſeuera Dei vindicta 5.7.15

Rectores prouinciarum, quanta cura debent ſoliciti erga ſubditos 13.3.12

Recuperatores iudices qui & cur ita dicti 4.5.11

Recuperatores iudices qui 2.6.3

Redempti ab hoſtibus pretio alicuius eius remanent iure pignoris donec ſe liberauerint 11. 15. 10

Redemptio erat facienda mortui à ſubiectione epiſcopi Leodicenſis 3.5.4

Reditus ordinarij & extraordinarij reipublicæ qui 3.2.11

Redituum emptio quando non eſt vſuraria 13.16.8

Reformatio quid 13.3.2

Regalia quæ ſint 9.1.13

Regalia iura quæ dicantur 3.4.6

Regalis iuris vel principalis non poſſunt à principibus diſtrahi 7. 20.61

Regali iuris ſunt flumina publica nauigabilia 9.1.27

Regia poteſtas quare paterna in filios comparetur, & de diſtinctione eius à tyrannide 5.1.8

Regia lex de iure regum à Samuele lata non ad ſolos tyrannos, an vero ad veros reges pertineat 9. 1.5. & ſeq.

Regia & ſacerdotalis poteſtas aliquando penes vnum poſtea & ſeparata 7.1.5

Regia lex à populo Romano de imperio lata, 7.19.7. à rege conſentiunt populo vel non conſentiente 7.19.8

Regia iuriſdictio in realibus & temporalibus non poteſt imminui in Gallia à iuriſdictione eccleſiaſtica 13.1.29

Regia ſtirpe deficiente in regno deſignatus rex per ſortem 7. 14.9

Regia poteſtas quæ ſit & monarchica tractatur per totum librum 9

Regia poteſtas à pace conſeruanda & inſtituenda cœpit 10.1.4

Regia ars quæ 10.1.1

Regia ſtirps Perſarum defecit poſt mortem Ochi ideo Nomis rex à populo electus Darij nomine 5. 4.4

Regia dignitas & poteſtas, non ſubijcitur neceßitati comitiorum ſtatuum 13.12.14

Regia lex vel de regno 13. 12. 14

Regia ciuitas habebat quatuor ciuitates coniunctas vicinas 1. 3.19

Regia poteſtas, etiam ab his, qui regis nomen abhorrebant, in neceßitatibus conſtituta 5. 3. 10

Regia poteſtas à Deo etiam hypocritæ 5.3.6

Regia poteſtas ſecundum leges 6. 18.9

Regiæ vrbes quæ 2.1.10

Regiæ ſtirpis tollendæ preſagium 6.1.15

Regiæ Sellæ ſediſſe capitale Perſis 8.3.5

Regiæ poteſtatis impugnationes 5. 3.1. reſponſiones num.5.

Regiæ poteſtatis antiqua forma 9.1.3. & noua, eodem num. 4. & 5.

Regias Perſarum cuſtodes 8.3.4

Regina Perſarum ſtrenua Rodogunis 6.16.13

Regina cœli luna, cui ſacrificabant Idololatræ 12.8.8

Reginæ ſacerdotes 8.2.7

Reginam reginarum ſe dixit Cleopatra 6.11 3

Regio nomine exoſo tamen neceſſario alterius nominis magiſtratus cum regio imperio conſtitui neceſſe fuit 4.5 32

Regnare vt oportet ex Deo eſt 10. 6.10

Regnandi cauſa ſocij participes regni, vel ſuſpecti vel vocandi necati 5.4.4

Regnandi ſcientia quadruplex 10. 6.12

Regnandi cauſa mala, homicidia & alia impia commiſſa 7. per totum cap. lib.7

Regunt quidam & nunc non reguntur, alij regunt & reguntur alij reguntur tantum, 1.1.18. & ſequentibus de ſingularibus finibus eorum quę fiunt in republica.

Regularem ordinem ingredi ſine permißione regum Francorum quare olim prohibitum 13.14.9

Regularium deformatio & abuſus & reformatio 13.3.3

Reguli plures in Gallia cuius erant poteſtatis 5.1.15

Reguli qui 6.8.6

Regum communia ſucceſſoribus apud varias gentes cognomina vide per totum cap.10.lib.6.

Regnum Macedonum ſecundum genus delatum, 7. 4. 3. & olim ſimiliter regna Græciæ eod.

Regnum Aegyptiorum à tempore primi regis vſque ad Sethonem habuit ex ſucceßione generis 360. reges 7.4.9

Regnum Sparthanorum deferebatur per generis ſucceßionem 7. 4.1. & Iudæorum, eod. num.2.

Regnum Albanorũ annuis vicibus

regendum relictum à Proca filiis, ſed fieri non potuit 7
Regnum alterius annis adminiſtrādum 5.4.6.& 7
Regnum Galliæ quare tantum maſculos non fœminas admittat 7.11.97
Regnum indiuiduum, ideo & eius iura quæ ſupremam indicant poteſtatem, indiuidua 3.8.7
Regnum de quo quis teſtari poteſt liberè poteſt præteritis proximis relinqui 7.9.3
Regnum primogenito debitum iuregentium ſeu nationum 7.5.7.& 8.& 13
Regnum Iſrael quare à Deo ſeparatum à Iuda 9.1.8
Regnum quando à ſacerdotibus Iſrael translatum in laicos 13.10.1.& 2
Regnum Iudæ primogenito filio datum, 7.5.10.& regnum Lacedæmoniorum & Vngariæ & aliorum populorum, eod.& ſeq.
Regnum quinque dierum in interregno poſt mortem Romuli 7.3.6
Regnum, nobilis ſeruitus 6.3.26
Regnum deficiente genere regio electioni ſortis commiſſum in quibus obtinuit Darius, 7.4.5.exprobratumque & eſſe illegitimū ideo, eod.
Regum electione facta mutatur illorum cor 6.4.9
Regnum Vngariæ non eſt liberum in diſpoſitione regis niſi ex magnatum conſenſu 7.16.8
Regnum duplex cœleſto nobilius, & terreſtre 7.1.7
Regnum dilatare non valde conuenit principibus bonis 7.17.31
Regnum ex vili fortuna ſimulatione filij Antiochi adeptus Prompalus, & poſtea deiectus 7.18.8
Regnum Iudæorum in domo Herodis Aſcalonitæ quandiu durauit 7.4.2
Regnum Iuda quare maſculis tantum deferebatur 7.11.96
Regnum Hiſpaniæ non recognoſcit in ſuperiorem imperatorem 8.13.26
Regnum ex lege dicta per Dauid delatum iuniori filio Salomoni vt ad poſteros eius veniret dehinc linea eius deficiente ad proximiores 7.4.2
Regnum Dauid quandiu durauit 7.4.2
Regum facta ſi impia, non ſunt, vt regia ſequenda quia non ex poteſtate legitima facta 9.1.49
Regnū duplex ſecundum legem & ſecundum genus 5.1.5
Regni leges fundamentalis conſtringunt reges, ſi ſecundum eas creati ſint, 7 16.8. & facta aduerſus eaſdem reuocantur à ſucceſſoribus & à republica, eodem & num.9
Regni lex poteſt apponi à rege qui primum regnum acquiſiuit ſua induſtria non autem à ſucceſſoribus in maiorum regno 7.5.14
Regni finis 5.5.2
Regni Iſrael ſciſſionis cauſæ 13.10.4
Regni interdicti mala 13.14.19
Regni lex data à Deo 8.2.1
Regni titulus indiuiduus in Gallia ex lege Capeti 7.8.14
Regna transferri propter peccata 13.10.1
Regna relicta teſtamento Romanis 7.12.9
Regna vi occupata difficulter retinentur 9.19.2
Regna magna, magna latrocinia 6.8.5
Regna Iudæ, Iſrael, Galliarum non admittunt fœminas ad ſucceſſionem 7.11.22
Regna prius anguſta & exigua quare 1.2.4

Regna

INDEX.

Regna tributaria eccleſiæ Romanæ 3.4.15
Regna teſtamento relicta, 7. toto cap.12
Regnorum leges & imperandi cur diuerſæ leges 7.11.96
Regnorum & imperiorum origo 1.2.2
Religio bona fundamentum regni 8.2.1. cura eius omnibus etiam Ethnicis regibus, ibi docetur exemplum .
Religio in duobus obſeruanda 8 2.2
Religio falſa ſuperſtitio dicta 12.3.2
Religio olim exercebatur Ethnicorum iuxta lucos, vel in lucis extra vrbes 12.21.3
Religio pura fundamentum reipublicæ, ideo & ea curanda etiam magiſtratibus ſecularibus 13.1.36
Religio hominis propria eum à brutis diſtinguens 12.4.1
Religio, ſacrificium, altare, tria ſemper ſimul 12.21.7
Religio quid 12.1.2.& 4
Religio retrahit à tyrannide principes 12.4.3
Religio vera vna falſæ plures 12.2.4.quæ ſit eod.num.6.
Religionis contemptus & varietas reipublicæ ruinam minatur 12.4.5
Religionis defectus hæreſis & impietas, 8.2.18. pernitioſus regno in principe, eod.
Religionis neceſſitas docetur toto cap.4.lib.12
Religionis cultus non eſt ex arbitrio ſingulo permittēdus, 12.21.2 & ibi ratio
Religionis extrema vitioſa 12.2.1
Religionis ſubuerſio & mutatio habet principatus & reipublicæ ſecularis mutationem, eodem & 22.& 23
Religionis ſimulatio & claudicatio quam deteſtabilis ſit per rationes, & exempla docetur 13.12.24
Religionis veræ origo & quod ſemper vna ſit & ab origine mundi continuata, 12.3.1. & toto capite 3.
Religionis prætextu fraudem tegunt filias & viros conſecrantes religione, ne generent, 13.11.3. & vt ſoli vel alij ſuccedant, eodem.
Religionis fauor in bonis eccleſiæ per totum cap.15.lib.13
Religionis prætextu Iulianus Apoſtata decepit populum 8.2.4
Religionis myſteria non eſſe euulganda prophanis, nec palam diſputanda 12.4.6
Religionis abuſus in Magia 13.26.6
Religionis prætextu impoſturæ factæ toto cap.13.lib.13
Religionis cura & ad ſeculares principes quatenus pertineat 13.1.21
Religionis abuſus in ſortilegijs 13.28.21. & cap.29. num.2.3.4.lib.13
Religionis defendendæ & ſeruandæ prætextu multa mala & crudelia commiſſa docetur per totum cap.7.lib.13.
Religionis abuſus in ſuperſtitione, 13.1.9. prætextu ſanctitatis, eod.10. & 11. in non frequentandis conſiliis generalibus, 13.1.17. in reiectione ſecularis poteſtatis in omnibus cauſis eccleſiæ, 13.1.27.28. & 29. in omiſſione prædicationis verbi Dei, 13.1.31. remedia in ſequentibus, 32. & 33.& ſeq.
Religionis prætextu abuſi ad luxuriam explendam, 13.19.num.2.& ſequentibus.
Religionis & pietatis prætextus in malis valde periculoſus, 13 1.9

& facilè decipiuntur eo homines & quare, ibid. & de nouis religionibus prohibitus, & ſequent.
Religionis defendendæ cauſa, qui zelo diuino egregia acta fecerũt 13.6.1.& 2.
Religionis occaſione qui turbarunt principes 13.12.18.& 19
Religionis nominis abuſus 12.2.8
Religionis cura fœlices & victores reddidit reges 8.2.14
Religionis defendendæ prætextu regna inuaſa 8.2.22
Religionis electionem cuique conſcientiæ permittere periculoſum in repub. 8.2.21
Religionis cauſa coire non eſt vetitum, niſi fiat contra leges 13.2.5
Religionis lucerna docet principes veritatem 8.2.4
Religionis ingreſſus abolet quædã crimina 13.22.6
Religionis vis inter ſubditos & effectus 12.4.4
Religionis abuſus & prætextus ad ambitionem & tyrannidem & deceptionem toto cap. 11. lib. 13
Religionis cultum & ſacrificia priuatim exercere cõiurationis habet ſuſpicionem, & eſt contra mandata diuina & ciuilia 13.4.5
Religionis prætextu qui retinuerunt aut conſiliarunt ſibi animos ſubditorum, 13.11.8.& ſeq.
Religionis defenſio quam laudabilem zelum habeat toto capite lib.13
Religionis nouæ libri combuſti, etiam apud Ethnicos 12.7.19
Religionis corruptæ emendatio exigit virum alioquin bonæ opinionis & audacem & intrepidum & quare 13.1.24
Religionis leges in omni republica 12.4.2
Religionis cauſæ omnia poſt ponunt homines, 12.4.4. ideo bella pro illa acerrima, eod.
Religionis myſteria non omnibus euulganda, 12.8.13 & ca.9. nu.1. & 2.& cap.9.num.4.
Religionis prætextu homines & Deum quidam decipere nituntur 13.5.6
Religionis fuco impietatem & crudelitatem ſuam tegebat Narſetes 13.8.13
Religionem ſimulare atheum eſſe dicetur 13.12.21
Religionem ingredi ad ſectandam ignauiam & ad euitanda munera aut alia ſine affectione religionis, prohibitum 13.21.2
Religione abuſus Richardus rex Angliæ vt eriperet nepoti vero regi, 7.18.10. & concionatoris eccleſiaſtici miniſterio falſum de nepote perſuaſit populo & alij ambitioſi 7.18.14
Religiones duæ cauſæ exterminationis & traductionis regum Iuda in Babylonem 8.2.18
Religiones nouæ ſine principis authoritate damnatæ & diſſoluendæ 13.4.3
Religiones duæ diuerſæ non poſſunt nec debent in regno ferri à principe 8.2.15
Religiones nouæ quare non permittendæ 13.9.2
Religiones diuerſæ quomodo tollendæ è republica 13.4.8
Religiones duas contrarias fouiſſe habuit ſeueram vindictam à Deo 13.12.24
Religionum ſeu regularum diuerſitas nimia confuſionẽ parit 13.4.2. onerat libertatem fidei, eod.
Religioſi dicti omnes Chriſtiani, etiam laici 12.2.7
Religioſi boni, optimi, mali, peſſimi, quare 13.1.11
Religioſorum conuentus approbati non vitam



non vitam communẽ cúmque certis authoratis à Summo pontifice regulis 13.2.6.& 7
Religioſorum quorundam deceptio propter habitum ſanctitatis 13.8.7
Religiones alias voluit deſtruere Nabuchodonoſor, vt ſe Deum coli faceret ſolum 12.21.5
Religioſus & religioſum quid 1.1.3
Reliquiæ rerum inanimatarum in quibus Deus operatus erat conſeruatæ 12.13.27
Reliquiæ, ſeu vt ſanctæ reliquiæ in templo Ethnicorum quædam ſeruatæ 12.13.16
Reliquiarum vſus & abuſus explicantur, 13.14.2. reuerentia 13.14.5.& 6
Rempham ſydus idolum 12.18.7
Renunciatio patris obeſt filio, quãdo ex perſona tantum patris renunciatum poſſet conſequi 7.10.18.
Remedia contra impoſturas & ſuggeſtiones malas in genere dæmonum, 12.20.8.& 9.& 10.& 11.
Remedia contra abuſus fori iudicialis, 2.6.15.& ſequentibus
Remedia generalia contra abuſus religionis 13.1.12.& ſeq.
Remedia contra ſortilegia & maleficia, 13.31.6. & 7.& 8. naturalia etiam 13.
Remedia per incantationem contra maleficia aliquando permiſſa aliquando prohibita iure ciuili 13.30.3
Remedia contra maleficas 13.30.4
Remedia contra technas ambientium tyrannidem ſub ſpecie religionis, vel alio modo 13.12.1
Repetita ab hoſtibus quæ & quando reuertantur ad priores dominos hoſtibus expulſis 11.15.9. & 12.
Repreſentationis ius locum habet in filiis primogenitis et excludũt patruos in ſucceſſione principatuum, 2.7.10. & ſequẽtib. duob.
Repreſentationis ius habet locum in feudis, 7.10.14. ibique de rationibus repreſentationis.
Res in ciuitate diuini aut humani iuris, publicæ priuatæ vniuerſitatis.
Res omnes à perfectione in imperfectionẽ recidunt & vitio quodam velut naturali pereunt 13.3.2
Rei per impreſſionem factam violentiæ iudici liberati 2.6.21
Res Deo dicatæ erant immunes à tributis 3.4.9
Rebus iiſdem aliqui vti, & alij abuti poſſunt 1.1.5
Reſignauit imperium Tiberius Conſtãtinus, 7.16.7. non permiſſum Vladiſlao regi Vngariæ 7.16.8
Reſpublica ruinam patitur ex religionis varietate 12.4.5
Reſpublica iuuatur exemplo minorum 3.8.9.& 11
Reſpublica conſtat ex inæqualibus maioribus infimis et medijs 1.1.8
Reſpublica fœlix ſub bono principe & contra 8.1.1
Reſpublica Iudæorum ſemper monarchica adminiſtratione, non democratica aut ariſtocratica gubernata, 5.3.14. & ſequentibus vſque ad 10.
Reſpublica non poteſt ſine vna aliqua ſuprema poteſtate imperante conſiſtere 1.1.9
Reſpublica quomodo ab vna ſpecie in aliam mutetur 13.3.2
Reſpublica popularis ſine legibus peſſima 10.5.2
Reſpublica paucorum dominãtium qualis 5.1.25
Reſpublica componitur imperantibus & obediẽtibus, 6.1.4. & ibi rationes ſimiles contrariorum & bonorum.

Reſpublica corpus eſt perpetuum 3.8.2. & bona eius perpetua & ſancta, eod.
Reipublicæ nati ſumus 4.5.4
Reipublicæ à Lycurgo inſtitutæ leges 7.19.17
Reipublicæ theſaurus optimus in amicis comparatis pecuniis 3.9.5
Reipublicæ Lycurgi forma 5.1.13. Germanorúmque antiquorum eod. 5.1.4. Gallorum, eod. 15.
Reipublicæ ſpecies, 5.1.1. & ſequentibus
Reipublicæ finitio vel deſcriptio 1.1.6
Reipublicæ in alios transferendæ augurium imitatio armorum & veſtimentorum eorum 4.11.2
Reipublicæ materia quæ forma intentio & finis 1.1.10
ipublicæ decretum non reſcinditur, niſi ex cauſa & ob vtilitatem reipublicæ 7.20.39
Reipublicæ leges accommodandæ non contra 10.5.5
Reipublicæ nominis compoſitio 1.1.11
Reipublicæ tractandæ, equi & maris comparatio 10.3.4
Reipublicæ mutatio infinita mala habet 13.12.13
Reipublicæ ſuæ ſalutis cauſa, qui principes ſe morti expoſuerunt 8.1.17
Reipublicæ ſaluandæ cauſa qui ſe deuouerunt morti 13.5.4
Reipublicæ optimus finis idem qui hominis 5.5.15
Reipublicæ adminiſtrator & vniuerſos & ſingulos quare curare debeat 1.1.27
Reipublicæ quid eſſe dici poteſt quatuor modis 1.1.13
Reipublicæ tractare materiam difficile & periculoſum, lib.1. cap.1. num.1. multis calumniis expoſitum, eod. num.3
Reipublicæ innouatio miſerarum infinitarum cauſa 13.12.15
Reipublicę gubernatoris officia duo præcipua leges condere, & exequi 10.4.7
Reipublicæ ſymphonia ex diuerſis concordantibus 4.3.1
Reipublicæ dos bona dominalia quę dantur principi 3.8.4
Reipublicæ Romanæ penſiones in ſpeciebus & pecuniis 3.2.5
Reipublicæ adminiſtratoris & medici comparatio 1.1.14
Rempublicam regere aliud quam de ea diſputare 5.3.11
Reipublicæ ariſtocraticæ & democraticæ ſeparatos belli & pacis habebunt præſides 10.1.2
Reſpublicæ priuatæ participant cũ republica vniuerſali ſocietatis vniuerſalis hominum 1.3.11
Reſpublicæ num mixtæ quomodo ſint ex tribus præcipuis 5.1.3
Reſpublicæ mixtæ in modo adminiſtrandi 5.1.12. & ſeq.
Reſpublicæ habent vitia ſibi affinia in quæ facilè degenerant 5.1.4
Rerum publicarum cõpoſitio cum metallis comparatio conueniens 5.3.20
Rerum publicarum trium ſubdiuiſio, & electio quæ melior 5.1.29
Rerum publicarum & ſocietatum diuerſarum cauſæ & rationes 1.3.17
Rerum publicarum formationes ex collectione ingeniorum priuatorum ſecundum Platonem 5.1.20
Rerum publicarum adminiſtrationum quæ ſit melior & vtilior, 5. toto. c.3. & pro democratia primum docetur, ibid. num.1.
Rerum publicarum fundamentum in legibus de religione 12.4.2.

Reſpu-



Reſpublicæ confunduntur niſi ex proprijs reipublicæ legibus gubernentur 10.6.1
Rerum publicarum ſimilitudo in animalibus 5.1.7
In domeſtica adminiſtratione 5.1.8
Rerum publicarum vnde factę ſunt diuerſæ adminiſtrationes & leges 1.2.5
Reſpublicas regere, & philoſophari de his, multum differunt 13.3.10
Rebuſpublicis bonis etiam vitia inueniuntur 5.5.17
Reſtitutio natalium fit à principe ſolum 9.1.44
Reſtitutioni ſubiecta alienari non poſſunt 3.8.3
Rhea quid ſignificet 12.19.2. & 3
Rex Romanorum nunc viuente imperatore quare creetur, & qui creati tales 7.4.24
Rex neceſſarius in religionis obſeruatione & poteſtas ſecularis 13.1.27
Rex vt caput corporis, non debet omnem ſubſtantiam membrorum ad ſe trahere 9.1.9
Rex conſtitutus in locum iudicis in Iſrael 6.6.2
Rex Galliarum an poßit eligi imperator 7.15.18
Rex eſt maioris authoritatis & dignitatis quàm dux, 7.1. ſecundum qualitatem eorum quibus præit dicitur, 6.7.2. duces Coloniarum qui 6.7.3
Rex in coronatione iurans populo ſæpe fallit 7.19.12
Rex ne cogat auri ingentia pondera vel argenti ex lege quorundam & Dei, 3.9.2. & 3. explicatur num.31.
Rex non ſubijcitur ſtatuum populi ſui decreto 13.12.14
Rex illiteratus aſinus coronatus 10.6.16
Rex legitimus & iuſtus 6.8.5
Rex pacis & belli artem habere debet 10.1.3
Rex vbi non eſt, vnuſquiſque ex arbitrio & peßimè viuit, 13.1.27. quando adiri poßit pro eccleſiaſticis rebus, eod.
Rex iuſtitiæ debitor 4.6.5
Rex qui bene regit populum & quid rectè regere contra qui male tyrannus vel malus princeps 6.8.2
Rex non accedit ad Viſigotho, niſi præmiſſus nunciis 6.15.2
Rex Aethiopum & Lacedæmoniorum ex præſcripto legum regnabat 7.19.7
Rex Perſarum ex lege non poterat ire in expeditionem belli quin prius ſibi ſucceſſorem in regno declaraſſet ſi morerentur 7.9.1
Rex Iſrael non poterat eligi ex alienigenis 7.15.17
Regi nomen exoſum apud Romanos expulſis Tarquinium, 6.15.1. Lacedæmones, eodem 3. Alueonis eod. 4
Regis & tyranni differentia 6.18.7
Regis in manu antiquitus omnis lex & poteſtas 6.8.4
Regis officium facere iuſtitiam 6.6.4
Regis Francorum priuilegia in res eccleſiæ 3.7.46
Regis cauſa orabant Perſæ & alij 8.3.7. & 8
Regis Romanorum creatio, 6.20.6 41. & 42
Regis & regnandi lex præſcripta à Deo, 7.19.15. & 16. à Lycurgo 2.19.17
Regis conſtitutio conformis iuri naturali 6.1.13
Regi carere malorum omnium cauſa, 6.1.3. & ſignum iræ Dei, eod.
Regi non obediens morte dignus

5.4.12
Regi vel principi non liceat ex ſubditis accipere concubinas inuitas iure regio 9.1.45
Regi & Deo obediendum quomodo & qua ratione cum aliud non impedit 6.2.8
Regem deſpicientes filij Belial dicti 6.2.2
Regem ſuum Perſæ adorabant 6.5.2
Regem poſtulans ſibi dari Iſraeliticus populus an peccauerit 6.2.7
Rege mortuo nihil vendebatur per triduum in foro Lacedæmone 8.3.7
Rege mortuo in Gallia magiſtratus regij petiuit à ſucceſſore confirmationem & quare 9.1.34
Rege mortuo in Gallia magiſtratus exercent poteſtatem 4.5.38
Rege Sethone mortuo, pro vno decem, ſed diu non potuerunt regnare ſimul & vnus Pſammeticus alios obtruncauit 5.4.8
Reges dicti primi populorum rectores 6.8.3
Reges Perſarum adeuntes illos adorabant proſtratis corporibus ſalutantes 6.12.9
Reges annui bini Carthagine 7.3.2
Reges Semidei dicti 6.5.5
Reges & principes quibus fuerunt ex ſucceſſione generis toto cap. 4.lib.7
Reges Perſarum, non adibant impunè, niſi vocati 8.3.4
Reges quando ſubijciantur eccleſiæ legibus & prælatis 7.20.12. & quando non, eod.13.
Reges Aegypti mira & magnifica ædificia fecerunt de quibus 2.9.17
Reges electi per populum aliquando per ſenatum Romæ 7.15.2
Reges quidam ſe dicere voluerunt Imperatores 6.9.8
Reges qui nolunt iudicare debent regnum aliis qui iudicent relinquere, 6.6.13. & ibi exempla eius reprehenſionis
Reges diuerſi à quibus epiſcopis ſacrentur & vbi, vel vbi coronentur 8.2.11
Reges dum nimiæ religioni intendunt produntur, 8.2.16. & ibi exempla, & 17
Reges etiam pōtifices apud Iudæos quoque aliquando & quare 8.2.8
Reges Perſarum ius dicunt in purpura 6.6.7
Reges dedit ex ſemine Abrahæ Deus 6.2.2
Reges & principes colloſſis prægrandibus ſimiles 6.3.1
Reges à regendo dicti 6.8.1
Reges vnguntur vt ſacerdotes 8.2.11
Reges Lacedæmoniis oraculo duo dati fratres qui nunquam conuenerunt nec poſtea 5.4.6
Reges quidam & reginæ monoculi, 7.6.4. & dementes, eod.
Reges vnde dicti 9.1.2
Reges, & imperatores noui in templum inaugurationis & conſecrationis cauſa deducebantur apud Romanos & Perſas 6.20.10
Reges decem necauit Brunechildis 2.17.26
Reges necarunt ſeptem Northumbri 5.3.13
Reges non ſunt exacerbandi ab eccleſia propter rigorem eccleſiaſticum metu ſchiſmatis 7.20.16
Reges Perſarum ſacris initiati & ſacrificuli 8.2.10
Reges per Deum probati, & eius iuſſu eis obtemperandum 6.1.16
Reges antiquorum etiam Ethnicorum fecerunt religionē pōtifices & ſacrificuli 8.2.6
Reges electi vbi clypeo vel ſcuto impoſiti & eleuati per milites 6.20.26
Reges duo ex duabus familiis Lacedæmoniis 7.4.1
Reges primi intra proprias prouincias ſe continebant 6.8.4
Reges abuſi regia poteſtate, & ideo Dei permiſſione aliquādo adempta eis inſignia regia 6.15.6
Reges quidam & ſacerdotium & ſacra geſſerunt ſimul 7.2.13
Reges tyranni Iſrael ſe mutuo necarunt 6.19.5
Reges Perſici legibus ſoluti ex arbitrio dominabantur 6.13.1
Reges infantes ad animandos exercitus, in acie præpoſiti 11.4.5
Reges per ſe & per alios iudicare debent etiam in deliciis viuentes & exempla, 6.6.7. cum ſequentibus numeris.
Regum & principum inter ſe de dignitate & præcedentia graues ſunt, & difficiles in concordia 4.10.14
Regum nationum iura prædicta à Deo 7.19.16
Regum Perſarum initiandorum myſteria & ceremoniæ 6.20.25
Regum Perſarum quotidiana admonitio vt euigilarent ad curandum populum 5.5.6
Regum Perſarum adoratio 12.18.24
Regum duorum Lacedæmoniorum origo 7.5.18
Regum & ſubditorum vna natiuitas vnus interitus 6.3.7
Regum manu & poteſtate omnia in populo primum gubernata 7.20.18
Regum Spartiatarum duo ſacerdotia & in ſacris prærogatiuæ 8.2.9
Regum Guntrandi Childeberti & Brunechildis capitula concordiæ 7.16.2
Regum apud Indos Iaponios quantus maximúſque honor 8.3.10
Regnum regníque Galliarum vaticinium 13.33.20
Regum conceſſit ſuo populo petere tantum, non eligere aut democratiam aut ariſtocratiam vſurpare 5.7.18
Regibus etiam ab inimicis captiuos habentibus honor habitus 8.3.6
Regibus Langobardorum quid datum pro domanio, eod. 3.2.4.
Quid Malcolino Scortorum regi 3.1.6
Regibus captiuis etiam honor habitus à capientibus 8.3.6
Ricardi primi, regis Anglorum honeſta negotiatio 3.6.30
Robertus quidam ope dæmonis habuit epiſcopatum 13.27.10
Roboam nolens tributa remittere amiſit decem tribus 3.9.15
Rodoguinis Perſarum regina ſtrenua 6.16.13
Roma vrbs venalis ſi emptorem inueniſſet 7.13.2
Roma epitome orbis & impietatis 12.21.29. religionis eod.
Romana curia & ſedes quando Auinionem translata, & Romam reducta & à quibus 2.1.11
Romana eccleſia quæ probat, probanda, quæ reijcit, reijcienda 12.10.1
Romana eccleſia prima & vniuerſalis ſedes Romana 12.23.6
Romanæ reipublicæ crebra mutatio 5.1.19
Romanus Argyrius imperator Orientis 3.5.15
Romanus populus quomodo diuiſus, ſenſu, ordinibus, loco, honore 4.1.2
Romani ciues dicti qui ſub imperio erant 1.3.18

Romani carnificio quomodo deluſerunt Sabinos 13.11.17
Romanorum principum tres appellationes ab Aenea, Romulo & Cæſare & Auguſto 6.10.2
Romanorum vexilla aquilæ, & eorum diligens cura 6.17.6
Romanis regna teſtamento relicta 7.12.9
Romulus diſcerptus à ſuis, dehinc dictus euolaſſe in cœlum raptum 13.8.3
Romulus prætextu ſacrificij decepit & rapuit Sabinas 13.19.7
Romulus diuiſit populum in curas & fratrias 13.2.2
Romulus quomodo rempublicam inſtituit diuiſione agrorum 3.2.2
Romuli Aſilum 13.22.2
Roſa ab initio creata ſine ſpinis poſt peccatum hominis ſpinas produxit 6.3.11
Roſeæ coronæ primum non niſi diis ſuis datæ ab Ethnicis 6.20.34
Rota fortunæ vires repreſentat 6.7.10
Rubeum galerum quare ferant Cardinales 4.11.8
Ruinis vrbs non debet deformari 2.10.4
Ruinis non debet deformari aſpectus ciuitatis 2'10.3
Ruſcia dæmonem viſibilem adorauit 12.20.13
Ruſtica plebs olim honoratior & præſtantior quia & ruſtica tantum & militiam tractare ciues iuſſit ab initio Romulus, &c. 4.1.13
Ruſtica ars commendata tantum à Romulo populo cum militari 4.8.1
Ruſticæ & vrbanæ tribus Romæ 4.1.4
Ruſticatio nobilibus & regibus nō contemnenda, 11.7.32. in margine & num. 34
Ruſticitas quare hodie non ſimplex ſed doloſior vita vrbana 4.8.4
Ruſticus electus in regem Polonorum 7.15.14
Ruſtico operi quare fauendum 4.8.5
Ruſticorum bellum in Germania prætextu libertatis Euangelicæ 13.8.11

S

SAbacus rex Aethiopum 2.9.22
Sabazius Deus peregrinus habitus 13.19.3
Sabbathi requies cur commendata 13.20.3
Sabæus & Theodoſius aduocati Samaritanorum, capitis pœnas luunt 12.4.6
Sabinæ raptæ prætextu ſacrificij à Romuleis 13.19.7
Sacellum quid 12.21.3
Sacerdos exercitij Iſrael quare intererat 3.7.23
Sacerdos vnum ex vinculis quibus continetur reſpublica 6.1.6
Sacerdos Iunonis dux & Imperator Thracum 13.11.12
Sacerdos magnus iudicabatur à ſynedrio 4.5.29
Sacerdotis ſummi tiara cum lamina aurea corona erat 6.20.39
Sacerdotes reprehendunt quod non niſi ex mercede ſacrificent 13.16.1 & quando & pro quibus licet accipiunt, eod.
Sacerdotes quando amiſerunt & quare regnum in Iſrael translatum in poteſtatem ſecularem 13.10.1. & 2
Sacerdotes prætextu religionis in Aethiopia regi ſe necare imperabant aliquando 13.11.7
Sacerdotes aliis quam debitis horis celebrare prohibentur conſilio Tridentino 12.2.5
Sacerdotes quæ occiderat Drabomira Boemiorum regina, in eodē loco cum curru tranſiens vna & cum ſuis abſorpta eſt 7.17.30
Sacerdotes Iſidis lenones ſubuerſi 13.19.5
Sacerdotes oraculorum ſubibant caua idolorum 13.33.35
Sacerdotes reges 6.8.1
Sacerdotum fratrem ſe dixit rex Romulus 6.20.35
Sacerdotum & virginum ſacrarum res pro cenſu deſcripta à Carolo Magno 3.4.12
Sacerdotum in oblationibus abuſus quidam 13.19.16
Sacerdotum honor & abuſus 13.14.14. & 15
Sacerdotum & regnum ſimul à regibus quibuſdam geſta 7.2.13
Sacerdotibus paganorum, pagani legare poterant 13.15.2
Sacerdotibus quomodo prætextu religionis extorta à Cabria 13.11.18
Sacerdotibus impoſitum vectigal pro ſingulis ſepultis per eos mortuis 3.6.22
Sacerdotibus concubinæ conceſſæ à Vitiſa rege Hiſpaniæ quare 13.19 22
Sacerdotium & imperium affinia 7.2.11
Sacerdotium debet adeſſe principi 7.20.19
Sacerdotum à Deo conſtitutorum ritus conſecrationis & inſignia propria 6.20.3
Sacerdotij honor coronæ ſpineæ cū vita finiebatur ex lege Romuli 6.20.35
Sacerdotio non defenſo populus priuatus reſponſis Propheticis 13.33.12
Sacræ literæ quare 12.13.6
Sacræ ſcipturæ legendæ, 12.8.1. & toto cap. 8. & vtilitates lectionis eius, eod. per totum non debent ignorari à laicis etiam, 12.8.6. quibus prohibitæ, 9.7. & 8.
Sacræ res venditæ poſtea, iuſſæ ab emptoribus gratis phanis reſtituere 13.11.19
Sacræ res olim per principem aut populum Ethnicum Deo dicabātur hodie tantum per eccleſiaſticos 2.2.2
Sacræ res in nullius bonis ſed Dei ſunt 3.7.37
Sacrarum rerum cura quomodo & quando ad epiſcopos & principes ſeculares pertineat 2.2.3
Sacrum priuato facere non licuit 2.2.2
Sacra tractarunt apud Ethnicos qui in vrbibus maiorem habebant poteſtatem 4.1.9
Sacra quædam non communicata viris, quædam non communicata fœminis 7.11.93
Sacra tantum initiatis docenda 12.8.13
Sacra intacta victores relinquere debent, & de euocatione ſacrorum ibi 11.10.4
Sacra facta etiam apud Ethnicos per reges, 8.2.6. & reginas eod. num. 7
Sacra peregrina Romæ pulſa 13.1.23. & 24
Sacra myſteria non eſſe in locis priuatis offerenda 12.21.2
Sacra vaſa & veſtes ſacræ non prophanandæ 12.15.7
Sacra nocturna legibus quæ prohibita 13.19.2. & 3
Sacra quæ erant regibus Lacedæmoniorum conceſſa 8.2.9
Sacrorum & perſonarum eorum cura rectè ſuſcepta à Dauide ad reſtituendum cultum diuinum 2.5.6
Sacrorum cura ſub regibus ex lege Romuli, 8.2.12. nunc quomodo ſub ſacerdotibus, eod. 16
Sacris quibuſdam introductum mulieribus intereſſe 7.11.19
Sacris ſe immiſcere non debet princeps, 8.2.16. Oziæ punitio ob ſa-

cratentata 8.2.16
Sacris relicta ſemper à republica bona ſeparata 3.2.2
Sacris initiati & ſacrificuli reges Perſarum 8.2.10
Sacrificare in domibus priuatis non licet 13.4.5
Sacrificantes cur olim coronabantur 6.20.36
ſacrificandum non eſſe in priuatis locis 12.21.2
ſacrificij ſpecie decepti Sabini & Pariani 13.11.17
ſacrificia crudelia imolatorum hominum 13.5.3
ſacrificiorum obſeruationes apud Talmudices 12.5.25
ſacrilegi non gaudent immunitate eccleſiarum 13.23.10
Sadon primus rex Turcomanorum 7.4.7
ſagittæ Herculis fatales, Troiæ 12.13.16
ſagittariorum in Chriſti imaginem impietatis 2.9.2
ſal exorciſatum contra beneficia 13.30.4
ſalica lex excludit fœminas & quare in Gallia 7.11.97
ſalicæ legis de ſucceßione maſculorum in regno Galliæ defenſio cõtra pſeudohiſtoriographum Galliæ, 7.19.6. & quomodo pro ea iudicatum & pugnatum, eod.
Saladinus Tartarorum dux quomodo occupauit imperium 11.3.4
Saladinus filios non habuit tyrannidis ſucceſſores 6.19.6
Saladinus domitor orbis, nullum ex filijs habuit regnorum hæredem 7.18.17
ſalarium alicui vt probato profeſſori, ex cauſa reprobari poteſt 7.20.39
Salomon minor natu Dauidis cur prælatus in regno Adoniæ maiori 7.15.6
Salomon rebelliones paſſus ob ſimulationem religionis merito 13.12.24
Salomon rex mulieribus corruptus 8.1.12
Salomon idolo Chamos templum extruxit 12.18.9
Salomon inuenit adiurationes contra morbos & dæmones 13.32.5
Salmoneus rex volens fulmen Dei imitari à fulgure combuſtus 6.12.8
Salutatio nomine imperatoris fiebat electo imperatori, 6.20.5 cum adoratione num. 6. Iudæorum regibus viuat rex, eodem.
Samaritanorum & Iudæorum de religionis veritate diſputata contentio coram Ptolomæo, rege cum periculo capitis aduocatorum 12.4.6
ſamaritanorum templum, quare & quando ædificatum, 12.21.18. & ſchiſma, eod. quandiu ſtetit eo.19
Samuel iudex & præfectus populi Iſraelitici, 6.6.2. circuibat populum vt iudicium daret, habitabat autem potiſſimum in Ramatha, eod.
Samuelis principatus, cur & quãdo translatus in regẽ Saul 13.10.1
S. Germanus aſinum ſuum mortuũ ſuſcitauit 13.32.2
ſanctum dicebatur & id quod violari nequibat 2.3.2
ſanctæ quædam quæ latuerunt ſub veſte virili 7.11.82
ſanctæ literæ, quare dicãtur 12.13.6
ſanctitatis & ſancti probatio, facienda ante venerationem eius 13.4.4
ſanctitatis opinio plures decipit arte dæmonis, 13.1.10. & alios c.11
ſanctitatem per hypocriſim mentiuntur plures, vt Phariſæi & alij 13.13.9
Sandrocottus prætextu libertatis aſſerẽdæ Indiã ſibi ſubiecit 13.1.5

Sanedrin



Sanedrin Iudæorum ex quibus electi 4.5.28
ſanguinem Brachij lingendo qui firmabant fœdera 11.11.3
ſapiens ſolus Deus 6.18.4
ſapientes Perſarum & aliarum gentium 8.2.10
ſapor voluit ſe appellari regem regum, ſyderum fratem & ſolis & lunæ, &c. 6.11.5
Sarmatiæ gentes viſibiles dæmones adorabant 12.20.14
Sathael primus angelus apoſtata diabolus 12.20.12
Saturnalia ſacrificia prius crudelia 13.5.3
Saturnus vnde & Cronus dicitur 12.19.2
Saturni idolum 12.18.13
Saturni qui dicti 6.12.2
Saturni tempore quæ forma reipublicæ 5.1.17
Saturni in ædibus olim ærariũ Romæ ſanctis, 3.3.4. datur ratio, cur
Saul regno cur priuatus 10.2.7
Saul electus in regem ſorte diuina 7.14.7
Saul ex prætextu religionis non cauit ſibi à Samuele 13.5.6
Saul quare regno priuatus 13.10.2
Saxonibus pro cubitali quoquo membro cenſus impoſitus 3.5.12
ſceptrum inſigne regium & quare & vnde 6.20.20
ſceptris quædam alia adiecta vt oculus & alia quæ ſignificent 6.20.21
Scipionis Africani de non amplian dis finibus imperij ſententia 7.17.31
ſcholæ Magiæ 13.27.6. & 7
Scholarum reformatio quæ 13.3.8
ſcholis mandati libri ad corrumpenda ingenia iuuentum, per Maximinium 12.6.3
ſcholaſticus Vagus, non debet fieri magiſter 13.21.11
ſcholaſticis ſacræ veſtes & capilli longi in Hiſpania prohibuerunt reges 4.11.6
ſcholaſtici doctores theologiæ 12.10.9
ſcientia alia principis cognitionis regni populi & finitimorum 10.4.12
ſcientiam dixit Plato ſummum bonum, falſo 5.5.11
ſceptrum regis quale inſigne in regibus 6.5.3
ſcortum & ſcortator necati zelo diuino 13.6.1
ſcortum, philoſophi imagine, ab impudica vita reuocauit 12.13.11
ſcorta haruſpices vates, caſtris pulſi 11.9.10
ſcotorum nobilium minorum pupillorum bona ſeu fructus principi quærantur vſque ad legitimam ætatem illorum 3.2.6
Scribæ & Phariſæi vnde cœperint 12.5.20
ſcribentium non eſt corrigere mores temerariorum 1.1.2
ſcripta interpretũ patrum, non ſunt neceſſariò ſequenda & quatenus 12.10.7
ſcripta lex diuina quare 12.5.17
ſcriptura humanæ fragilitatis releuamen magnum 12.5.1
ſcripturam non admittunt ſecreta diuina, 12.9.2. nec neceſſaria ab initio fuit in mandatis Dei & legi & quare, eod. 4
ſcripturæ noui teſtamenti canonicæ, quæ 12.6.1. & ſeq.
ſcripturæ ſacræ abuſus ad ambitionem 12.21.20
ſcripturarum ſacrarum ſenſus duplex, literalis & allegoricus, 12.8.9. & ibi de illis & num. 8.
ſcuto excipiebantur & eleuabantur alicubi reges creati 6.20.26
ſcolotes dicti reges Scytharum 6.10.12
ſcotorum inſignia regia 6.16.14

Seculari brachio & auxilio indiget eccleſia, 13.1.21. & ſequentibus vſque ad 29
Securis pro ſceptro 6.20.21
Seditio quid 11.13.4
Seditio T. Grachi quare concitata 4.3.7. & in caput eius conuerſa eod.
Seditionis tempore qui digniores habeantur 4.10.8
Seditiones ſæpe in ciuitate ex diuerſis rationibus, in ea receptis 4.4.15. & ibi exempla plura
Seditiones facilè oriuntur ex religionis cauſa 12.4.7
Seditiones mouentur in principes, ab his qui pœnas ab illis expectant ob maleficia, vt eas anteuertant 4.3.10
Seditionum in Gallia occaſio, dum magiſtratus nobilitatis ſuperbiæ non reſtiterunt 4.1.14
Seditioſus miles & turbator pacis quomodo puniatur 11.7.8. & 9
Seditioſorum domus dirrutæ pro pœna 2.10.5
Seditioſorum contra principem diuina vindicta in Datane Core & Abyrone & aliis 5.3.15
Segnities crimen militi 11.7.1
Sellæ regiæ ſediſſe apud Perſas capitale 8.3.5
Semidei dicti reges 6.5.5
Semiramis filium ſe eſſe mentita 42. annis imperauit 7.18.1
Semiramis vxor Nini Babylonem ædificauit 2.9.10
Semiramis ſexum mentita 42. annis imperauit 7.11.43
Semiramidis viuus diei regnum ei peperit perpetuum & hiſtoria de rege marito ab ea per id tempus necato 7.18.12
Sennacherib necatus in templo à filiis 13.5.6
Semicintia Pauli curabant morbos 12.16.2
Senaculum mulierū Romæ de quibus ſtatuebat 4.11.21
Senaculum mulierum ſub Hellioga-balo, poſtea ſublatum & reſtitui prohibitum 7.11.17
Senatores quomodo fiebant à Cenſore & deſtituebantur 4.1.11
Senatoribus expreſſè iuſſum vti toga in ciuitate & cōceſſa 4.11.17
Senatorius ordo & cenſus Romæ 4.1.7
Senatorius ordo vitio careat 4.5.42
Senatus non habebatur niſi in loco conſecrato 12.21.3
Senatus habuit iudicia primum, poſtea equitum ordo, rurſum ſenatus 4.5.14
Senatus quando quotidie conuocatus 2.6.7
Senatus princeps quis olim dictus Romæ 6.4.2
Senatus diuinitatem dabat 13.17.13
Senatus duplex Athenis 4.5.33
Sententiæ debent proferri in loco publico & maiorum 2.6.13
Senatuſconſultum de vetitis & promiſsis collegiis 13.2.5
Senatuſconſulta & edicta de tollendis nouis religionibus 13.1.22. & 23
Senatuſconſulta & leges, de tollendis collegiis illicitis 13.3.14
Senex vix tyrannus ſuo fato moritur 6.19.7
Sententiam non poteſt retractare defunctum iudex quare, ſed princeps 9.1.40
Septuaginta interpretes qui, & quando & quomodo miniſterio ſpiritusſancti conſenſerint in explicatione ſeu traductione ſacræ ſcripturæ 12.5.33. & 34
Septem orbis miraculoſa opificia 13.2.5.2
Sepulchrum Caroli Martelli à corpore vacuum inuentum & repertus ibi ſerpens 13.17.15
Sepulchra regum 12.21.15


Sepulchri




Sepulchris viſa multitudo ambulans atrata cum portento 12.17.10
Sepultus adhuc viuens Veſpaſianus imperator 5.4.5
Sepultus adhuc ſpirans pro mortuo Titus veſpaſianus à fratre Domitiano 7.7.7
Sepultus viuus Titus frater Domitiani 13.8.12
Sepultura publica mortuis in bello 11.1.6
Sepultura monachi proprietarij, ſterquilinium 13.16.10
Sepulturæ addita animalia, vxores & homines pro ſacrificiis mortuorum 13.8.15
Sepulturam eligere perſuadentes monachi penes ſe quomodo plectantur 13.14.8
Serapis pro magno dæmone 12.20.11
Serapidis & Iſidis ſacra Romæ deiecta ſenatuſconſulto 13.1.24
Serapidis idolum cauum admittebat ſacerdotes eius 13.13.14
Sermones mali auditi, vt noceant 12.4.7
Serpens æneus in ſignum Chriſti, 12.16.1
Serpens æneus, quare deiectus ab Ezechia 12.15.4
Serpentis ænei virtus 12.13.27
Serpentibus omnibus & vermibus expellendis & buffonibus, excantatio, 12.32.17. exorciſmus & excommunicatio, 18
Seruius Tullius cenſum quomodo inſtituit populi 3.4.7
Serapio vates 13.33.22
Serici panni probibiti 4.11.6
Seruus propter præſtantiam in regem electus à Lydijs 7.15.3
Serui non manumiſsi à dominis non ordinantur ſine eorum conſenſu in eccleſia 13.16.17
Serui pro ciuibus ſi patiente domino nomen ſuum in cenſum retuliſſet 3.5.2
Serui natura & lege qui & vtilitas dominationis 6.13.12
Seruitutes ex captiuitate bellica probatæ ratione & iure diuino 6.12.11
Seſoſtris regis Aegyptiorum currum quatuor reges victi trahebant 6.3.10
Seſoſtris rex Aegyptiorum 2.9.22
Seueritas non ſtatim exerenda in errantes 12.4.8
Seueritas principis non ſemper damnanda 6.18.18
Seuerus imperator ius frequenter dixit 6.6.9
Seuerus Maſsilienſis epiſcopus, iconomachus reprehenſus 1.14.13
Sexus differentia ſublata in ſucceſſionibus ab inteſtato 7.11.91
Sexus vterque æquè neceſſarius ad generationem 2.11.26
Sexuum in choreis & alibi pericu-loſa commixtio, marium & fœminarum 13.21.14
Sexus maſculi & fœminæ differentia non fit in his quæ ex annua pendent, 7.11.25. vel in ſucceſſione bonorum ex legibus 12. tabularum, & Codicis, eod. 26.
Si pro quia 13.32.2
Sibylla mortua diuinat quare 12.12.4
Sibylla dicitur prçeſſe ſortiariis ferrariæ, & de eius fabula in fluuio Iordanis 13.28.2. & 9
Sibyllæ quare vaticinatrices dictæ 12.13.4
Sibyllæ quot & earum nomina 12.12.3
Sibyllæ plures nominatæ, 12.12.3. diſputatur autem num plures an vna tantum fuerit num. 4. & ibi de eius libris coram Tarquinio exuſtis & conſeruatis
Sibyllini libri, 12.12.1. & ſequentib.

*quomodo & à quibus conſulerentur, eod.12.12.2.*
*Sibyllinorum librorum origo Romę* 12.12.5
*Sicilienſes ſimul omnes Gallos penes ſe exiſtentes trucidarunt, & quare* 7.4.14
*Sigiſmundus imperator ſe laudāti ab origine diuina, impegit alapā* 6.12.3
*Sigilla & inſignia vt differant* 6.16.1
*Sigillorum quorundam principum ſculpta* 6.16.4.& ſeq
*Signum poſitum à Deo in Caino mirabile* 12.13.4
*Signa militaria per ſe in prodigium conuerſa* 13.25.7.& 10
*Signa ſtatuarum, imaginum, & literarum, quomodo conſiderātur* 12.13.13
*Signa ſacra eccleſię explicantur toto cap.16.lib.12.*
*Silentium & lectio conſiliorum ducis in bello præcipuum* 11.2.3
*Similitudine qui nam pro aliis ſe ſuppoſuerunt & vſurpare conati ſunt bona eorum & regna* 7.18.num.1.2.& ſeq.
*Simon Magus* 13.25.18
*Simon Magus per aera latus ad orationem D.Petri lapſus* 13.28.8
*Simonis Magi impoſtura* 13.13.6
*Simonis Magi incredibilia opera iactata* 13.27.4
*Simonis Magi impietas & qui Deus dictus* 12.19.7
*S.Sanctorum Simonis & Iudæ certamen contra Magos* 13.27.5
*Simoniacus eſt, ingreſſus religionis, aliquid pro eo petere* 13.14.10
*Simonia quomodo in ſpiritualibus committatur* 13.16.1
*Simulachra in cælo diuinitus apparentia, tempore prodigiorum* 12.17.10
*Simulachra quæ prohibuit Deus fieri, & quare* 12.15.3
*Simulachra è corporibus naturaliter educta* 12.17.1
*Simulatio in repub. valde periculoſa* 13.12.23
*Sion mons, quæ pars in templo* 12.21.15
*Si ſeminandus quare dictus tyrannus Gothorum* 7.5.15
*Societas rerum & vitæ eſt materia ex qua res publica* 1.1.10
*Societas nulla tam ſancta, in qua aliquis malus non fuerit inuentus* 13.3.2
*Societatis tres in genere differentiæ intellectualium corporalium, & mixtorum ex his* 1.3.3
*Societatis ſpecies reſpublica* 6.1.15
*Societatis ineundæ forma inter populos & ciuitates* 11.11.8.& ſeq.
*Societatis & communicationis in republica ratio,* 1.1.15. *exempla & argumenta in homine & aliis* 1.1.16
*Socratis dæmonium* 13.26.3
*Societates, fratriæ, collegia, quare introducta* 13.2.2
*Socij in principatu ſe mutuo expellunt* 5.4.4
*Sodalitates artificum ob comeſſationes ſublatæ* 13.19.16
*Sol & Luna, in ſigna* 12.16.1
*Solis quale antiquum idolum* 12.18.5
*Solis & Lunæ ſimulachra,* 12.18.8
*Soles duo viſi* 13.25.9
*Solarium tributum pro ſolo publico* 3.4.4
*Solea quatuor ſpecies cenſus Athenis inſtituit* 3.5.11
*Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum domanialium* 3.8.9
*Solitaria vita cur in principe improbatur* 8.4.3
*Solitariè vixerunt Nachor & Theodas*





*Thadas Magi* 13.25.14
*Solonis lex de collegiis & ſodalitatibus* 13.2.3
*ſomniorum cauſa ædificare eccleſias ſuperſtitio niſi probentur ab epiſcopo* 13.16.7
*ſophiſtæ qui olim & nunc dicti* 6.18.2
*ſophiſtæ nomen odioſum* 13.25.12
*ſophocles qui dicti* 6.18.3
*ſolium principis vbi ius reddit* 6.6.6
*Salyſen vſurpauit imperium Samiorum prætextu ſacrificij* 13.5.6
*ſoror quaſi ſeorſum nata* 7.11.16
*ſororem circunducebat Apoſtoli* 13.18.7
*ſors mittitur inter pares contendentes* 7.14.8
*ſorte ſua nemo contentus altiora ambit ſicque diſtinctio eſt reipublicæ* 6.11.1
*ſorte diuina electus in regem Saul* 7.14.7
*ſorte creati magiſtratus* 4.5.39
*ſorte electi magiſtratus Athenis quomodo* 4.5.33
*ſorte regum & principum facta electio per totum cap.14.lib.7*
*ſortes præneſtinæ fortunæ* 13.1.23
*ſortiariæ num illudantur, an vere faciant quæ ſibi videntur facere per totum ca.28. diſputatur lib.* 13
*ſortiariæ quomodo conuertantur in alias figuras,* 13.28.11. *& quomodo infantes maleficient, eodem, & quomodo poſſint & an vere alio transferri à dæmone,* 13.28.12.& 13.14.15
*ſortiariæ munera dæmoni adferunt ad conuentus eundo* 13.28.14
*ſortiariæ ſunt inſtrumenta dæmonis* 13.28.21
*ſortiariæ ad conuentus dæmonicos bis veniunt die Iouis & dominico, & ideo laſſæ die veneris & lunæ inueniuntur* 13.28.15
*ſortiariæ num ſe loco moueant, dum dicunt ſe ire ad conuentus,* 13.28.4.& 12. *& num ſe in catos & animalia transformare poſſint, eod.&* 19. *contrarium docet numero* 5. *& ſequentibus &* 10. *&* 19
*ſortiariæ & dæmones, verberibus & ictu abiguntur* 11.31.20
*ſortiariæ quomodo lædi poſſint* 13.31.2.& 12.5
*ſortiariæ transformationis in catos equas, aſinos* 13.28.19
*ſortiariorum punitiones mortis, arguunt vere illos quæ putant, operari,* 13.28.6.& *ibi leges*
*ſortiarium iudex & iudicia, toto cap.30.lib.13.& proceſſus ad captionem vt cautè fieri debeat* 13.30.2
*ſortiarium tres ſpecies* 13.29.7
*ſortiariorum pœnæ iuris diuini* 13.30.6. *gentium* 1. *ciuili* 8.
*ſortilegia vacarum, & ſortiariæ quæ intulerint quomodo detegantur,* 13.31.2. *idem de iumentorum ſortilegijs* 13.31.3
*ſortilegus num ſit morbus, quomodo detegi credatur* 13.29.7
*ſortilegæ melius ſe habent in eccleſia & quare* 13.28.21
*ſoſius Charus Troiano* 12.13.3
*Soſthenes Macedonum rex electus propter egregia geſta pro illis contra inimicos* 7.15.4
*ſpartiatarum regibus duo ſacerdotia & ius belli* 8.2.9
*ſparethra Cyrum vicit conferta acie* 7.11.42
*ſpectacula ſeu repreſentationes quæ fieri poſſint in eccleſia* 13.20.5
*ſpectaculis intereſſe ſignū otioſorū* 13.21.14. *probibitū clericis laicis ſaltē tempore diuini officij* eo.15.

Spectra apparuerunt in proſciſſione Iſthmi Poleponeſiaci facta per Neronem 13.25.8
Speciebus colebatur Sol & mithra 12.18.8.& 12
Speculi Magia 13.25.15
Spicea primum corona honorata à ſacerdotibus Romæ 6.20.35
Spironis habitus intra decem menſes à nuptiis natus 7.8.3
Spiritualia quomodo pingantur & imaginibus demonſtrentur 12.13.7.& 9
Spiritus dæmoniorum empuſi dicti qui ſint 12.20.2
Spiritus Dei, adſiſtit principibus 8.3.3
Spiritus immundi & eorum mala 12.20.3
Spiritus ſanctus in qua figura pingatur 13.13.8
Sphingis imagine in ſigillo vſus primum Auguſtus deinde aliis figuris 6.16.5
Sponſio in fœdere quantæ ſit efficaciæ 11.11.12
Sportularum iudicum taxatio reducenda 2.6.18
Spurij quidam qui in principatu ſucceſſerunt 7.8.1
Spurij an ſuccedere in principatu poſſint, 7.8.toto cap.8
Spurij in regno ex rege in Gallia nõ ſuccedunt 7.8.14
Spurij iure agnationis non poſſunt in principatu patris ſuccedere quia agnati non ſunt 2.8.13
Spurij quãdo ab ecclesiaſticis inſtitui poſſunt, 13.16.10.& 11.22.16.& 21
Spurij etiam legitimati vere non dicuntur de ſtirpe regia vt ſuccedant 7.8.12
Spurij Mellij ſupplicium & quare 13.12.12
Spurij Ludouici Balbi regis Galliarum occuparunt aliquot annos regnum exiſtente Carolo ſimplice minore 7.8.15
Spurij reiecti à ſucceſſione principatuum, 7.8.2. etiam legitimati eod.
Spurij habiti incapaces rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationum & dignitatum ſecularium 7.8.11
Spurij Caſſij ſupplicium & quare 13.12.12
ſpurij reijciendi à ſucceſſione principatuum quia contra legem Dei editi extra matrimonium 7.8.10 & ob alia ibid.
ſpurij Caſſij domus dirruta ſuper eo ob affectationis imperij ſuſpicionem 2.10.6
ſtabula animalium militum qua parte fieri debeant 11.5.7
Stadlim Magus 13.25.21
Staufus hæreticus, Magus 13.25.21
ſtatua Moloch qualis 12.18.7
ſtatua aurea, cui primum Romæ 12.13.3
ſtatua Veneris oracula dabat 13.33.33
ſtatuæ cur poſitæ hominibus 12.13.3
ſtatuæ nudæ quibus Venerem moueant 12.15.2
ſtatuæ nudæ & togatæ 12.13.3
ſtatuæ erant inter probos Iudæos, quanuis ſimulachra illis fuiſſent prohibita 12.15.3
ſtatuæ ſudãtes & ſanguinẽ ſpuẽtes 13.25.7
ſtatuæ Ethnicorum, cur mirabilia vel prodigia hominibus ediderint 12.13.19.& 20
ſtatuæ inquantum ſignificant, quomodo habendæ 12.13.13
ſtatuarum iniuria, 12.13.31. quorum deijci poſſint impunè aut deiectæ fuerint, eod.
ſtatuarum & imaginum ponendarum quatuor cauſæ, gratia, exẽplum, ornatus. religio, 12.13.15





ſtatuarum Ethnicorum quædam prodigia & quare 12.13.21
ſtatuarum poſitarum cauſa hominibus 13.14.6
ſtatuas paſſus ſibi erigi Cornelius Gallus, damnatus 13.12.8
ſtatus 13.12.13.& 14
ſtatus tres populi Romæ ſenatorum equitum plebeiorum tantum, nã ſacrificuli ex maioribus ordinibus ſumpti 4.1.9
ſtatutum qui condidit poteſt ex cauſa reuocare 7.20.38
ſtatuum congregatio quando & quãtum vtilis, 13.12.14.& quomodo tempore coniurationum cautè haberi debent, eod.
Stephanus Papa in Carolum imperium Græcorum tranſtulit 13.19
ſtemma idem quod corona 6.20.32
ſterilia publica gratis prius exerenda tradita 3.2.9
Stilico tutor Honorij ſibi et filiis imperium voluit parare & filiis eius 7.18.10
ſtipendia militibus, vel his mortuis eorum filiis & vxoribus reddi debent 11.5.4
ſtipendiis non ſolutis militibus, plura oriuntur mala 11.4.3
ſtratagema Epaminondæ contra Phœbiadem, 13.8.2. aliud Diomedis, eod.
Strato rex Tyriorum 7.4.10
ſtrophia quid 6.20.34
ſubditi potius beneficiis quam vi continentur 6.13.9
ſubditi alicubi non domini rerum poſſeſſorum ſed rex & quomodo 6.13.36
ſubiectio ſpiritalis & temporalis quomodo ſine imminutione libertatis fiat 7.2.10
ſubiectio naturalis differt à politica idem & dominatio 7.11.67
ſubſtitutio deficit mortuo ſubſtituto ante inſtitutum 2.10.31
ſuburbani quando gaudeant priuilegiis ciuium 2.4.3
ſuburbia an contineantur vrbis appellatione 2.4.1
ſucceſſio principatus ad quem pertineat ex liberis & num ad omnes an ad primogenitum, per totum cap.5. lib.7. & ibi quoque deficientibus liberis de agnato primogenito num.6.
ſucceſſio hæreditaria non habet locum in beneficiis eccleſiaſticis 7.20.46
ſucceſſiones deferuntur iure ciuili nulla facta diſtinctione ſexus maſculorum & fœminarum 2.11.26
ſucceſſor in beneficio vel principatu quando teneatur ex contractu anteceſſoris 7.20.59
ſucceſſore incerto principis datur occaſio ambiendi, & factionum 7.4.17
ſucceſſorum & poſterorum mentio fieri debet in fœdere aliter ad eos non tranſit 11.11.9
Sucoth Benoth idolum vel idola quæ 12.18.12.& num.13
Suetiæ eligẽdi regem mos 6.20.44
ſufficiens quid dicitur 5.5.10
ſuffragia populi, 4.5.40. præſtans conſulto facta electione meliorũ eod.42.
ſuffragia populi Romani, qua poteſtate ferrentur 4.1.5
ſuffragij ius adimere ciui, grauior pœna quam mutare tribum 4.1.12
ſuffragijs populi quid committere non eſt tutum & quare 4.5.40
ſulphur, cur fugare dicatur dæmones & malignos ſpiritus 13.31.15
ſummum bonum non eſſe in hoc ſeculo docetur 5.5.9
ſumptus immodicos coerceri non poſſe, Tyberius vidit, ideo legem non tulit 13.3.7
ſuperbia cleri noxia eccleſiæ & reprehenſa 13.14.15.& 16

ſuperbia per pyramides comparandi nomen perpetuum regum Aegypti eluſa à poſteris 2.9.17
ſuperbia operantem etiam bona pu nibilem reddit apud Deum 3.5.5
ſuperbi tituli à magiſtratibus & officijs quare demendi 13.12.11
ſuperflua non debent eſſe in cauſa reprehenſionis vtiliter dictorum 1.1.4
ſuperſtitio, extremum vitioſum religionis, 12.2.1. cum religione differentia eodem numero 2. & ibi quid ſuperſtitio fusè & num.3.
ſuperſtitio, Chriſtiana fides dicta ab Ethnicis & hæreticis, & aliis impiis 12.2.num.3.& 8
ſuperſtitio nociua principibus 8.2.17
ſuperſtitio, mortis pœna vindicata 15.30.10
ſuperſtitio punita in Conſtantij Caſtris 13.8.6
ſuperſtitionibus decepti, 13.13.16. remedia & pœna decipientium 1.4.1
ſuperſtitioſa mandantur ab eccleſia tolli conſiliis 12.2.5
ſuperſtitioſè timidi, crudelẽ etiam Deum putant 12.2.2
ſuperſtitioſa vota in miſſis & candelis reprobata 13.5.7
ſupplicum confugientium ad aras violatorum, vindicta numinis 13.22.3
ſus quare dum capitur clamet 6.19.8
ſuſpenſiones herbarum & aliorum contra maleficia 13.31.6. an probatæ eod.
Suſia Medorum regum ſub Cyro vrbs regia 2.1.10
ſydus viuum Zoroaſtres 12.18.7
ſyderum gubernationi, principatus comparatus 10.3 2
Sykioldungi dicti reges Danorum 6.10,21
ſylla vtebatur in bello imaguncula adorata 12.17.9
ſyllæ ſtulta ſuperbia voluit ſe dici fortunatum 6.11.9
Syloſon dono tyrannidem Samiorum à Dario accepit 7.16.6
ſyluæ Normaniæ 3.2.15
ſylueſtri 2. ſummi Pontificis pro Mago habiti defenſio, 13.25.24
ſynagogæ quando, & ob quid ædificatæ Iudæis 12.21.17
ſynodus generalis tempore Eziæ et Cyri de ſacris ſcripturis 12.5.13
ſynodus ſortiariorum, an verè fiat pro negatiua primum, 13.28.1. pro affirmatiua numer.5. & ſequentibus
Syrus pſeudochriſtus Magus 13.25.20

T

TAbernaculum quid & vnde taberna, 12.21.11. forma & partes tabernaculi Moſis, eod. nu.12. de ſignificatione, eo. nu.13. ſanctuarij Dei forma 12.21.12
Tarquinius ſuperbus inuaſit vi regnum & ſcelere quæſitum diu non retinuit 7.7.12
Tabulæ cenſuales vaſarium dictæ 3.4.9
Taciturnitatis maleficia 13.30.2 & 5
Talmudica improbauit Anam Iudæus, 12.5.30. & alij Chriſtiani etiam, eod.
Talmudicorum & Caballiſticorum interpretum differentia, 12.5.16.
Talmud Hieroſolymitanum, & Babylonium 12.5.20
Talmudici libri qui & quot, & partitio Talmud, 12.5.20. et ſeq.
Tamburlani in expilandis vrbibus ingenium 3.6.13
Tamburlani Tartari crudelitas fugata defenſione authoritatis Dei 13.8.5
Tanais rex Scythiæ 6.8.4





Tanias militari arte clara princeps Dardaniorum 7.11.46
Tancredus occupauit regnum Siciliæ 7.16.5
Targitaus rex primus Scytharum 7.14.5
Tarquinius Priſcus pecunia mercatus principatum & regnum Romanum aſtute mutuando donando 7.13.2
Targum Onkeli, 12.5.31. Ionathæ 12.5.32
Tarquinius Superbus regnum inuaſit 7.15.2
Tela habere in vrbe prohibitum 9.1.19
Teleſilla animis virilis pro armandis mulieribus & defendenda ciuitate 7.11.40
Temerarij ſatagant abſque iudicio & quare mutare leges principatuum 1.1.1.& 2
Tempeſtatum & ventorum excantationes 13.31.10
Tempeſtatibus aduerſantia 13.31.6
Temporales cur debeant eſſe poteſtates in republica democratica 4.5.35
Templum ſecundum deſtructũ pro parte repurgatum à Machabeis redificatum ab Herode, 12.21.21. omnino ſubuerſum, eod.22. vt non potuerit reædificari nullo modo poſtea, eod.23
Templum tertium cur non potuit ædificari, & de miraculis quæ prohibuerunt ædificationem tempore Iuliani apoſtatæ à fide, 12.21.23. de dedicatione templi, ibid. num.24.
Templum quid, vnde, & eius acceptiones, 12.21.10. pro dono Dei & tabernaculo Moſis, eod.11. de templo Salomonis, eo.num.13.
Templum pro ſecuritate ad illud confugientibus 13.22.3
Templum purgauit Iudas Machabeus 2.2.4
Templum Salomonis in monte Morija 12.21.8
Templum cereris non patebat niſi initiatis 12.8.13
Templum Pantheon 12.21.29
Templum Iouis per ſe apertum 13.25.1.& 9
Templi Chriſtianorum quæ debeat eſſe forma, &c. vide eccleſia & 12.22.4.5. eius violatio cauenda quare, eod.12.22.num.6.
Templi deſtruendi cauſæ, quæque valde offenderint Deũ 12.21.23
Templi violatio apud Ethnicos per oppreſſionem mulieris in eo quomodo crudeliter vindicata 13.8.16
Templi dedicatio quæ 12.21.24
Templi Salomonis, & redificati per Ezdram differentia & quid in altero maius 12.21.21
Templi pecuniam ad refectionem conuerti iuſſit Ioſias rex 2.2.4
Templi deſolationis, tempore Machabæorum cauſæ 13.21.7
Templi Salomonis deſcriptio, partes, atria, porticus ſacrificia, 12.21.14. quando euerſum & quandiu ſteterit, 12.21.16. reædificatũ tempore Cyri, eod.17. de templo Samarithanorũ, 12.21.19.& 20.
Templo præſentabatur imperator nuper electus, 6.20.9.& reges Perſarum in templo à ſacerdotibus cum ceremonis conſecrati 7.20.10
Templo ſeruata, omnia nõ ſunt ſancta 12.13.16
Tẽplo nec aues expellendæ 13.23.12
Templo ſtuprum commiſſum grauiter inter Ethnicos refertur vindicatum 13.19.8
Ethnici, templa diis ſuis ſacrabant 12.21.25
Templa Deo & aras quare quidam negauerint danda 12.21.1
Templa iuxta palatia principum ædificanda 12.4.3

*Templa paganorum & Iudæorum ſublata inter Chriſtianos* 12.22.1
*Tẽplariorũ ſublata collegia* 13.3.18
*Templorum & Delphici, denaria à Sylla ob belli neceßitatẽ ablata* 3.7.27
*Temporales magiſtratus in populo quare* 4.5.31
*Tempus in legibus condendis conſiderandum* 10.5.12
*Tempora præterita præſentia prudenti & ſapienti conſideranda* 10.4.5
*Tenebræ triduo ſuper terram tempore Verſlaus leges in Græcum* 12.5.34
*Tentandus Deus non eſt* 12.20.10
*Tentoriis habitabant & in tabernaculis patres* 12.21.13
*Terræ pugillũ datur à dæmone ſortiariis initiatis hominio eius qua vtantur ad maleficia* 13.28.14
*Terræ & aquæ præbitio ſymbolum ſubiectionis dum datur petenti* 6.18.17
*Terram & aquam petere erat belli denunciatio* 11.3.2
*Tertullianus ad Mõtanorum hæreſim lapſus* 12.23.6
*Teſſera dæmonum canis cerberus triceps, & quare* 12.20.11
*Teſſera hoſpitalitatis* 4.4.21
*Teſtamentum nouum reijciebant Manichæi* 12.7.8
*Teſtamenti noui libri ſacri & probati* 12.6.1. & *ſeq.*
*Teſtamento relicta regna toto cap.* 12. *lib.* 7
*Teſtamenta ad conſeruandam humanam ſocietatem* 1.1.23
*Teſtes contra ſortilegos quomodo probent* 13.30.3
*Teſtimonij cauſa lapides erecti in ſacra pagina* 12.15.6
*Thaibis vxor Aethiopiſſa Moiſis* 13.26.5
*Talmudiſtarum opinio legum Dei ante creationem fuiſſe ſcriptam* 12.5.2
*Thamuz propheta idololatrarum ad mortem cuius conuenerunt omnes imagines & fleuerunt per noctem* 12.13.23
*Thamuz idolum Iſraeliticorũ quod* 12.18.24
*Theangelis herba, diuinationem conſilians* 13.25.12
*Theatra quæ admittenda & ludi in ciuitate* 2.9.4
*Thebæ à quibus ædificatæ & quare* 2.3.5
*Thebanorum lex de Bacotarchria non continuanda vltra tempus* 7.3.1
*Thelys terra, quare ita dicta* 12.19.4
*Theudas Magus ſeditioſus* 13.25.20
*Theodoſcus Hiſpalenſis epiſcopus, corrupit libros Iſidori* 2.10.8
*Theophilus imperator Orientis, hereticus & imaginũ oppugnator* 12.14.7
*Theophili imperatoris Conſtantinopolitani, factum celebre contra mercaturam imperatoris* 4.7.5
*Theodas & Nachor magi ſolitarij* 13.25.14. & *ad fidem conuerſio.*
*Theraphin imagines Labam incantatrices* 12.17.9
*Theraphim imagines incantatæ Labani* 13.2[illegible].2
*Theocles quo aſtu exarmauit Megarenſes* 1.5.8
*Theodelunda Langobardorum regina habuit delectum regis & mariti* 7.15.12
*Theodericus Gothonum rex ſe dixit regem Romanorum* 1.3.21
*Theodotio quis in paraphraſibus Græcis* 12.5.32
*Thermopylæ, locis Synodi Græcorũ* 13.12.14
*Theſaurus fiſcus ærarium quomodo differant* 3.3.8
*Theſauri Perſarum aurũ conflatum infidelias*

*in fidellas*, 3.38. *Romanorum per lateros, eod.*
*Theſauri fuerunt regibus Iſrael* 3.9.8
*Theſauros reponere non expediat reipublicæ*, 3. *cap.* 9. *per totum.*
*Theſauris in augendis in republica quid conſiderandum* 3.9.10
*Theſei Aſylum* 13.22.2
*Thetæ Athenienſium pro letarij, viles* 3.5.17
*Tholoſa quando facta archiepiſcopatus* 2.1.9
*Thraſillus Aſtrologus ſub Tyberio* 13.30.8
*Thraces ſtupidi, ſacerdoti obedientes* 13.11.12
*Thuriorum de lege abroganda inſtitutum* 10.5.17
*Thuribula ænea fuſa in ſignum rebellantium poſita in templo* 12.16.1
*Thus comes precum in oraculo Nymphei* 13.33.32
*Tiara recta ſolis regibus Perſarum iure aliis ex priuilegio conceſſa & quid Tiara* 6.20.23
*Tibaudus dux Campaniæ reliquit teſtamento ducati fratri proficiſcens in terram ſanctam filia excluſa* 7.10.20
*Tiberius inſtitutus hæres imperij ab Auguſto* 7.12.5
*Tiberius voluit Chriſtum in numerum Deorum referre & quare factum ita non fuerit* 13.17.13
*Tiberius Cæſar repudiauit nomen domini* 6.13.5
*Dei timor ſæpe principes à malo in ſubditos propoſito, retinet* 12.4.3
*Timothei Aeliuri abuſus religionis pro ambitu epiſcopatus* 13.13.7
*Tirgato mulier bellicoſißima Regis Iudæorum vxor* 7.11.55
*Tituli ſuperbi ab officiis demendi ſunt* 13.12.11
*Tituli inanes principum hodiernorum* 6.11.13
*Tituli ſeu nominata, in memoriam quãdo approbata vel reprobata* 12.15.6
*Toga veſtimentum tantum ciuium Romanorum non extraneorum* 17.4.11. & *quibus toga vti iuſſum* 4.11.17
*Tonderi ex lege qui veliti* 6.16.11
*Tonitrui augurium ex parte tonãte* 4.10.12
*Tomyus Maſſagetarum regina armis ſtrenua* 7.11.44
*Torturam eludunt taciturnitatis maleficiis ſortiariæ & remedia* 13.30.5
*Traditiones eccleſiaſticæ ſine ſcriptura tenendæ* 12.9.4
*Traditiones eccleſiaſticæ vnde prodierint, & quare non omnes ſcriptę docetur toto c.9.lib.12*
*Traditionum duæ ſpecies vniuerſalium & ſingularium* 12.9.5
*Traianus vt idoneus ad imperium per Cocceium Neruam electus* 7.15.7
*Traiani lex ædificatoria* 2.10.1
*Transformati in alias figuras* 13.28.19.20
*Transfuga eſt & qui induciarum tempore ad hoſtes peruenit fide accepta* 11.7.20
*Transfugæ qua pœna puniuntur* 11.7.18. & *ſeq.*
*Tranſlationes ſeu verſiones ab vna lingua in aliam cur difficiles* 12.6.8
*Transmißibile eſt in filios quod eſt alienabile* 7.10.15
*Tranſmitti non poteſt ius quod non dum competit* 7.10.25
*Treuerenſis ciuitatis idola antiqua* 13.33.33
*Tria cappa mala trium nationum improbitatem ſignarunt* 4.4.10
*Tribunalia indicialia vnde dicta* 2.6.4

*Tribunalis & ſubſelliorum differentia* 2.6.11
*Tribunalium ædificatorũ duo præcipua commoda* 2.6.8
*Tribuni militum qui olim* 11.3.11
*Tribuni plebis inſolentes* 4.5.40
*Tribuni militum cura caſtris metatis* 11.9.9
*Tribuni militum qui Romæ* 4.1.4
*Tribunorum poteſtas & poteſtas inuiolabilis* 4.3.13
*Tribunorum militum officium & cura* 11.9.1
*Tribunorum plebis cauſa, & poteſtas Romæ* 4.5.21
*Tribus apud Romanos quid,* 4.1.3. *ruſticæ vrbanæ,eod.*4
*Tribuni in inferiorem transferri pœna erat cenſoria contra plebeium* 4.1.12
*Tributum datum pro regno de rebus eccleſiæ cauſa iræ Dei in Ioab regem qui necatus à ſeruis* 3.7.9
*Tributum impoſitum officiariis & magiſtratibus reipub.Venetæ ea indigente pecunia ad bellum* 3.6.40
*Tributũ vel cenſus pro ſeruis,mendicis, meretricibus, fumo, canibus, &c. Chryſargyrum dictum* 3.5.9
*Tributum pro cubitali quoquo mẽbro ſingulorum Saxonum impoſitum* 3.5.12
*Tributum infantibus impoſitum* 3.5.13
*Tributum præſtandum ex rebus eccleſiarum non ſacris videntur probaſſe ſacri patres,* 3.7.20. *& 21. & ſeq.*
*Tributum peregrinorum Athenis & in Gallia quare datum* 4.4.24
*Tributum imponebatur victis & ſededentibus* 11.11.5
*Tributum pro ratione infumibuli* 3.4.13
*Tributum pro dote elocandarum filiarum impoſitum primum ab Henrico I. rege Anglorum* 3.4.17
*Tributum noluit extraordinarium etiam in neceßitate reipub. noluit Erythrius, & maluit abire magiſtratu* 3.9.16
*Tributum impoſitum pro caudis iumentorum & coniugatis & pro foco* 3.4.17
*Tributum à Clotario rege tertiæ partis fructuum eccleſiis impoſitum,denegatum* 3.7.13
*Tributum ex æris effuſione Macedoniæ* 3.4.17
*Tributum quare Chriſtus ſoluerit & non ex debito* 3.7.11
*Tributum Scotiæ, redemptionis virginitatis delibandæ à Domino territorij* 9.1.45
*Tributum à ſacerdotibus & ſacris vacantibus Romæ exactum in belli neceßitate* 3.7.27
*Tributum dimidium annuorum cenſuum imperatum Polonis tempore Pruſici belli etiam eccleſiaſticis & nobilibus item ruſticis capitatio, &c.* 3.6.30
*Tributum Allelengyon diuitibus pro pauperibus indictum & poſtea ſublatum* 3.5.15
*Tributum non exegit à ſubditis Cyrus Perſarum rex,* 3.9.15. *nec Pericles Corinthiorum rex* 3.9.16
*Tributum minoribus & ſexagenarijs remißum in Syria,* 3.5.8. *& pupillis & viduis à publicenta eod.*
*Tributum Charonti datum à morientibus malum* 3.5.17
*Tributum quid & ſpecies pro rebus,aut pro capite, &c.* 3.4.1
*Tributum beneuolentiæ exactum à regibus Angliæ* 3.6.29
*Tributi ſolutio ſignum ſubiectionis* 3.7.20


Tribu-




*Tributi & vectigalis differentia* 3.5.16
*Tributa facilius exacta diuiſis principatibus per prouincias* 3.4.14
*Tributi ſoluendi cauſa regi templi theſaurum accepit Ioas rex Iſrael & Ezechias rex Iuda* 3.7.18
*Tributa non ſoluentes quomodo cogantur* 3.9.20
*Tributa ne imperarent ſubditis, vendiderunt propriam ſuppellectilem Nerua,& M. Antoninus philoſophus* 3.6.35.& 36
*Tributa non ſunt imponenda grauia nec quantum valeat etiam populus ferre* 3.9.15
*Tributa non remiſſa fuerunt in occaſionem rebellandi* 13.10.4
*Tributa magna & decimationes bonorum populi quando principes iure exigunt* 9.1.11
*Tributa & vectigalia quæ grauia & importabilia viſa* 3.9.18
*Tributa quæ & quibus remittenda* 3.9.12 & 13
*Tributa impoſita victis in teſtimonium ſubiectionis* 3.4.14
*Tributorum ſumma Salomonis,& Ioatami regum Iuda* 3.4.14
*Tributorum qui immunes eſſe debent realibus* 3.4.9
*Tributorum & vectigalium Romę tria genera* 3.3.3
*Tributorum & vectigalium nouorum inuentores exoſi à populo & aliquando necati* 3.9.17
*Tributorum impoſitio ex iure regum,*3.7.19. *explicatur numero* 36
*Tritones* 12.18.20
*Triumuirorum diſſenſiones Romæ ciuium cædium cauſæ* 7.17.18
*Tryſus inſignis crudelis tyrannus & loqui vetuit ſubditis* 6.19.12
*Trophea inimicorum locorum non ſunt perdenda* 11.10.4
*Troezena Aſylum Neptuni* 13.12.14
*Troiani belli vates* 13.33.15.& 16
*Thronos ſeu ſolium principis quid* 6.6.6
*Tullenſis epiſcopus Probus, reſtitit Honorio Papæ petenti prouentuum beneficiorum tertiam partem pro bello Turcico* 3.7.49
*Tullia Seruij regis Romanorum filia parricidiis regnum marito parauit* 7.17.28
*Tumultus Belgicus vnde ortus* 12.49
*Tumultus quid à bello differat* 11.3.12
*Turcarum auxiliis nõ poſſunt Chriſtiani vti in bello & fœdere* 11.3.7
*Turcici belli gratia beneficiorum prouentuum pars bellantibus adſignata à Summis Pontificibus ſæpe* 3.7.49
*Turcomanorum imperium per ſucceßionem gentes delatum* 7.4.7
*Turres vnde dictæ* 2.1.3
*Tutela & fructus bonorum minorum in ſcotia pertinet & in Anglia ad reges, & alicubi in Gallia ad proximos* 3.2.21
*Tutela & ſucceßio quomodo dicantur peruenire ad eaſdem perſonas, & quod non ſemper id verum ſit* 7.10.26
*Tutores quidam regibus minoribus dati, qui ſibi imperium conati ſunt vſurpare dolo vel vi* 7.18.10
*Tyberij frugalitas* 8.6.4
*Typographorum libros prohibitos excudentium pœna,* 12.7.12.& 13. *defenſio excudendi ſine approbatione* 12.7.18
*Tyrannica machinamenta videntur omnia eſſe popularia* 4.3.8

*Tyrannicè regnantes poſtea boni principes facti* 8.1.15
*Tyrannicè regnantes & boni reges diuerſi mores & differentiæ* 6.18.19
*Tyrannis quid* 5.1.4
*Tyrannis occupata ab adulatoribus* 8.7.7
*Tyrannidis ſpecies quatuor*, 6.18.9 *& differentia earum cum regia poteſtate*, eod.
*Tyrannidis finis* 5.5.3
*Tyrannidis præcautio exilium optimatum* 4.5.17
*Tyrannidis occupandæ gradus in populari republica* 5.1.27
*Tyrannidis affectatæ ſuſpicio mortem T. Gracchо attulit* 4.3.7
*Tyrannicidis Harmodio & Ariſtogitoni, ſtatuæ erectæ* 12.13.3
*Tyrannidem aucupantes, primum plebem decipiunt beneficiis aut promiſſionibus*, 4.3.5. *& ſeq.*
*Tyrannidem vſurpandi aſtus, demulcere populum* 4.5.17
*Tyrannidem quis prius occupauit poſt diluuium* 9.2.2
*Tyrannidem doloſe prætextu religionis & cruciatuum ſibi vſurparunt quidam monachi ſed breuem* 7.18.14
*Tyrannidem ambientes quibus technis vtuntur vt ad illam perueniant* 13.12.1
*Tyrannides occupatæ dolo vel vi* 6.8.11. *&* 12
*Tyrannis quomodo fiat factis etiam legitime adeptus poteſtatem* 4.18.19
*Tyrannus metuens mortem ſui comparatur* 6.19.8
*Tyrannus quis dicatur inuitis imperans*, 6.18.8. *ad proprium commodum*, eod. 9
*Tyrannus olim legitimus rex dictus, nunc quare contra*, 6.18.7. *cum rege differentia* eod.
*Tyrannus Siſenandus apud Gothos dictus, quod regnum mortuo patre inuaſiſſet, quod debebatur fratri primogenito* 2.5.1
*Tyrannus quis habitus* 6.8.5
*Tyrannus vnus non tam periculoſus vt plures* 5.3.8
*Tyrannus non eſt omnis qui inuito populo imperat & reprobata Ariſtotelis ſententia* 6.18.15
*Tyrannus vix vnquam ſuo fato mortuus* 6.19.7
*Tyranni qui alios principatu priuarunt vix ipſi diu gaudent aut poſteri eodem exempla* 6.19.4
*Tyranni non fidunt amicis* 6.19.10
*Tyranni ſeipſos metu carcere concludunt* 6.19.11
*Tyranni flagella humani generis* 7.17.33
*Tyranni à regibus non nomine ſed factis diſtant* 6.18.10
*Tyranni orbis Saladinus & Alexander Magnus nullum ſibi filiorum ſucceſſorem in regnis reliquerunt quæ aliis ademerant* 7.18.17
*Tyranni honorandi & ferendi ratio* 8.3.11
*Tyranni qui ab hoſtibus vinci nequeunt à proprijs interimuntur vt plerunque* 6.9.3
*Tyranni & eorum filij cur aliquitum in hoc mundo viuant vſfælices* 6.19.4
*Tyranni nomen pro rege & quando cœpit pro illegitimo rege vſurpari* 5.18.1
*Tyranni qui ſe iram flagellúmve Dei dixerunt* 13.12.2
*Tyranni nomen ex abuſu odioſum* 13.25.12
*Tyrannorum occupantium regnum Iſrael vita breuis eorum* 13.12. nu.4.5.6. *& ſeq.*
*Tyrannorum vita miſera & periculoſa oſtenditur per totum.cap.* 19.*lib.*6



INDEX.

*Tyrannis legis peior tyrannide hominis* 7.20.9
*Tyrannis* Sadonis *non eſt progreſſa vltra filium apud* Turcomanos 7.4.7
*Tyrannis quomodo diſtinguatur à regia poteſtate & quare herili poteſtati comparetur* 5.1.18
Tyridates *Magus* Neronis 13.25.17

V

V *Litera pronunciata per o, obſcurum* 1.1.12
*Vacantia bona quæ & cuius fiant* 9.1.25
*Vacantia bona ſunt principis vel reipublicæ & quæ talia dici poſſint* 3.2.8
*Vacationes militiæ quando ceſſabāt Romæ* 11.3.12
*Vacationes Chriſtianorum non ſunt turbandæ* 13.4.5
*Vaccæ cōtritæ curandæ exorciſmus* 13.32.1
*Vaccæ gutturis morbo laborāti excantatio* 13.32.15
*Vaccarum ſortilegiis quomodo obruetur & exploretur ſortiaria* 13.31.2. *&* 6
*Vagari & Vagus quid*, 13.21.10. *remedia contra Vagos* 13.21.11
*Vagi milites quomodo puniantur* 11.7.13
*Valaſca Boemorum regnum vi ſeptem annos occupauit necatis viris* 7.11.60
*Valentinianus hæreticus euangelium ſuum habebat* 12.6.4
*Valentis mors præinquiſita multis exitio* 13.33.25
*Valeria lex de prouocatione à conſulibus ad populum* 4.5.35
*Valeria lex de prouocatione ad populum in damnando ciue* 5.3.24
*Vallis Ennon, quæ* 12.18.8
*Vallum æneum arcis Perſopoleos* 2.5.3
*Vallum quid* 2.1.7
*Valuaſſores maiores qui* 6.4.3
*Vandali à fide in paganiſmum relapſi* 12.4.12
*Varech & eius ius in Normandia quid* 9.1.29
*Vaſa aurea priuatis prohibita* 4.11.6
*Vaſa ſtercoraria aurea, vrinaria, onychina* 8.6.3
*Vaſarium quid* 3.4.9
*Voſallorum & dominorum fides reciproca* 7.20.30
*Vates quidam veridici*, 13.33.14. *& ſequentibus*
*Vates cur interdum vera prædicent & plerunque falſa* 13.33.14
*Vates quid & vnde* 13.33.2
*Vaticinatrices dictæ Sybillæ* 12.12.4
*Vaticinia in morte* 13.33.28
*Vectigal viceſimæ* 3.6.2
*Vectigal ſumptum ab vrina* 3.6.6
*Vectigal quid* 3.4.1
*Vectigal ex artificibus collectum ab Alexandro* Seuero 3.6.4
*Vectigal nouum imponere ſolui regi competit non aliis etiam ducibus in regno Galliæ* 3.7.46
*Vectigal pro deferendis ſepulturæ corporibus militum*, 3.6.21. *& pro gerendis capillis*, eod.
*Vectigal impoſitum ſacerdoti palladis pro mortuis per illum ſepultis*, 3.6.22. *pro puero nato*, eodem.
*Vectigalis & tributi differentia* 3.5.16
*Vectigali immunes fecit*, Summus Pontifex *ruſticos venientes in vrbem Romam veniendi tritici cauſa* 4.8.6
*Vectigalia quæ grauia viſa, ob quæ populus valde affligatur* 3.9.18
*Vectigalia noua & inaudita Calligula inuenit* 3.6.5
*Vectigalia extraordinaria ceſſante*

cauſa remittenda, 3.9.11. & ob cladem à ſubditis ſuſceptam, eo. num.12. & ob alias cauſas, numero 13

Vectigalia noua imponere ad ſolum ius regium pertinet 9.1.20

Vectigalia quare non facilè abrogentur 3.1.4

Vectigalia imponi nõ poſſunt à perſonis ſecularibus eccleſiæ aut rebus vel perſonis earum ſine conſenſu Pontificis regulariter, 3.7.1. & ſequentibus, ibique ſententia excommunicationis & interdictis aduerſus exigentes & imponentes

Vectigalia apud Bizantios inopes ex venditionibus artificũ Pharmacorum, admirandarum rerum &c. 3.6.9

Vectigalia aucta venetiis tempore grauioris belli 3.6.41

Vectigalia noua ſolus princeps imponit & quare 3.2.10

Vectigalium nouorum inuentiones plures explanantur 3.lib.per totum cap.6

Vectigalia noua ſine cauſa vrgente & neceſſaria publica imponi non debent 3.9.14

Vectigalium & tributorum tria genera 3.3.3

Velatæ faciæ quibus in locis incedunt mulieres 7.11.10

Velatio fœminarum quare 7.11.81

Venales principatus, 7.per totum cap.13

Venatio pars artis militaris 11.1.3

Venationes prohibitæ clericis maxime epiſcopis, 13.17.7. & ars & venatores reprobantur, eod.

Vendere mancipia pro mutuanda pecunia reipublicæ coacti Mnedei 3.6.17

Vendi non debent magiſtratus & officia iudicium 4.5.27

Venditio præfecturarum & magiſtratuum per Hippiam Athenienſem 3.6.22

venditionis magiſtratuum mala 4.6.4

venditionibus auctum pretium in vtilitatem reipub. 3.6.10

venditione & emptione modus augendi pecunias 3.6.12

venena vendens necandi poteſtatem habentia, vel qui ea faciunt, vel retinent, qua pœna puniendi 12.7.13. qui poſſint ea habere eo.

veneti patritiatum promiſerunt claſſem iuuantibus pecunia 3.6.8

veneti non recognoſunt in ſuperiorem imperatorem 6.13.27

veniam delictorum ſolus princeps concedit, 9.1.41. quomodo debeat concedere eo.42.

venti & imbres & tempeſtates ex Magicis, 13.27.9. & excitati, eodem

venti venditi nauigantibus ſortilegi 13.27.9

ventorum maleficorum adiurationis 13.31.10

ventos qui incantationibus ſopierunt, 13.27.3. & 9. & ibi qui excitarunt iiſdem modis.

Venus Sydoniis Aſtarthe, 12.18.10. cultu vbi 1.18.12

venuſtum ſe decreto appellari voluit Sylla 6.11.5

verſacrum in veto quid 13.52

veri inquiſitio quantum neceſſara principi 35.

verbera ad maleficas & dæmões ſunt remedium, 13.31.20. mixime verberatæ ex ligno vitũ 13.31.20

verbum Dei quo plus auditur eo magis deſideratur 13.1.35

verbi Dei prædicati effectus in politia 13.1.30

verba nocent audita quomodo 12.4.7







verba volucria, ſcriptura retinentur 12.5.1

verba legum quando egeant interpretatione principis 10.5.22

verba principis pro lege habentur 7.20.32

verborum ſignificatio ex vſu recipitur aut mutiatur 6.13.10

verborum interpretatio ex more loquendi & intellectu communi debet peti 6.18.1

verbis non conficitur bellum ſed facto 11.2.1

veritas non debet pronunciari, ad finem tantum complacẽdi 8.7.11

veritas ſcripturarum fidei vnde ducenda 12.7.6

vermes qua excantatione, vt lumbricum & alij ab animalibus pellantur, 13.32.17. quomodo exorciſmis, eod.18

vermibus qui interierunt corroſi 13.12.25. & 26

vernæ qui, & quare 13.5.2

Veſpaſianus generis ignobilitatem non reticuit 6.12.3

Veſpaſianus imperator bonorũ habendorum cupidus 5.2.1

Veſpaſianus adhuc viuens ſepultus 5.4.5

veſtis quid & vnde dicta 6.20.12

veſtis muliebres viri, mulieres viriles certis diebus quare induant apud Argos 7.11.40

veſtis Cyri qua vſus priuatus ante regnum induebatur regibus Perſarum de nouo inauguratis 6.20.25

veſte virili mulieris indutæ diu quæ ſanctæ 7.11.82

veſte aurata primus imperatorum Romæ vſus Aurelianus 6.20.22

veſte virili mulieribus vti prohibitum, & contra viro veſte muliebri 27.11.12

veſtes quæ debeantur militibus 11.5.6

veſtes diſtinctæ eſſe debent, ad ſexus & conditionis diſtinctionem & lege diuina 4.11.18

veſtes Romanis quæ communes ordinibus omnibus, & quę proprie 4.11.16

veſtes viris quoque decentes & ad neceſſitatem potiuſquam ad ornatum eſſe debent 4.11.15

veſtimentum quoddam habẽt proprium ſingulæ prouinciæ & nationes 4.11.4

veſtimentũ Chriſti curauit hemorroiſſam 12.13.32

veſtimenta prius facta primo homini 4.11.1

veſtimenta quædam certo generi perſonarũ cognoſcendo aſſignata 4.11.20

veſtimenta extranea prohibita aliquando in republica 4.11.3

veſtimenta corrigenda ſecundum ea quæ nunc non quæ antea obtinuerunt 4.11.8

veſtimenta nõ debẽt eſſe ſup. dignitatem & facultates pretioſa 4.11.6

veſtimentorum varia materia, ex rebus nationum in quibus legitur 4.11.5

veſtimentorum cultus in muliere nimius arguit impudicitiam 4.11.14

veſtitus Græcus philoſophorum exitio fuit vtentibus tempore valentis vt & philoſophis 13.33.25

veſtitus quare debet eſſe cura reipublicæ adminiſtratoribus 4.10.1

veſtitus muliebris & virilis Adiophorus moribus 7.11.82

veſtitum antiquũ quidam imperatores reuocare voluerũt 4.11.17

veteranus latrocinia exercens, punitur exutus priuilegio 11.7.34

vexillum ſuum relinquens miles belli tempore quomodo puniatur 11.7.39

vexilla ducum Iſrael 6.17.2

vexillarũ Romanorũ aquilæ et eorũ

cuſtodia diligens 6.17.6
Vexilli traditione rex Boemiæ inauguratur 6.20.29
Vexores rex Aegypti 6.8.4
Viæ publicæ principis ſunt, & quæ ſint illæ 9.1.21
Viæ & itinera in quibus cura indigent 2.9.13
Viam publicam occupans quibus pœnis punitur 9.1.21
Viam in fundo vicino publicæ viæ deſtructæ facere poſſumus 7.20.44
Viam in publicam non licet fœtidum proijcere 12.7.17
Viceſima, vectigal de manumiſſis & portoriis, qualis 3.6.2
Vici ciuitates quomodo cœperunt 1.2.2
Viciſſitudo rerum & regnorum 6.13.23
Viciſſitudo rerum in orbe nobiles ignobiles & contra reddit 4.2.9
Victerichus Hiſpaniȩ rex ſuum anteceſſorem necauit & ipſe necatus 7.17.20
Victi non ſunt nimium coarctandi 11.12.11
Victi quid agere debeant 11.12.12
Victores victis leges quas volunt dant 11.11.4 & 5
Victoria inſolens & dubia nunc in hanc, nunc in alteram partem declinans & quare 11.12.1
Victoria Cadmea quæ 11.4.6
Victoria contra dæmones quomodo obtinenda 11.23.11
Victoria habita Deo gratia habitæ ab Ethnicis & Chriſtianis 11.12.2
Victoria in ſeditionibus miſera 13.12.13
Victorum & didititiorum differentia 11.11.5
Victos non crudeliter habere debeamus, aliqui aſſerunt, 11.12.3. & ibi exempla alij non, eodem numero 4.
Victis ciuitatibus populis tributa impoſita à victoribus 3.4.14
Vicus vnde dictus 2.1.3
Videns antiquis dictus propheta 13.33.1
Vidua retinet dignitatem aut qualitatem poſtremi viri 7.11.16
Vidua imperabat tempore Antichriſti 7.11.5
Viduæ habitu lugubri apparet dæmon in ruſcia 12.22.13
Viduas Romæ ducere detrectantes puniti 9.1.51
Viduis & pupillis remiſſum tributum à Valerio Poplicola 3.5.8
Vigiliæ feſtorum vnde nominatæ & ortæ, 13.18.6. prohibitæ cap. 19. num. 17. lib. 13
Vigiliarum & excubiarum militum ordinatio 11.9.9
Villæ muratæ & non muratæ quæ 2.1.7
Villæ pro ciuitatibus in Gallia hodie 2.1.6
S. Vincentij Baſilicæ direptores puniti ira Dei 13.17.17
Lex vinculum vnum ſocietatis humanæ 6.1.6
Vindicta propriæ iniuriæ iniuſtum facit bellum 11.1.10
Vinum in caſtris à quibuſdam prohibitum militibus, 11.9.3. & 9. in margine
Vinum non dandum gubernatoribus præpoſitis aut principibus, & quibus dandum 8.63
Violatio Caſſendræ vindicata 13.3.16
Virga Aaronis, quæ floruit in templo, poſita pro ſigno rebellionis 12.16.1
Virga regibus aurea pro ſceptro 6.20.21
Virga Moſi à Deo data in electione pro ſceptro poteſtatis 6.20.3
Virgæ laureatæ pro inſigni inaugurati imperatoris Adonis 6.20.5
Virgines nupturæ vbi debebant primam noctem dominis locorum 9.1.45
Virtus non eſt fœlicitas, ſed ad fœlicitatem 5.5.10
Virtus facit illuſtres quomodo 4.2.2
Virtutes intellectuales & morales vnde procedant, 10.2.12. conſtantia iuſtitiæ conſideranda 10.2.15. regia in ſubditos & regem, & inter ſubditos, 10.2.16. Oculus ſceptro impoſitus pro imagine regis, 10.3.1. quid ſignificet
Virum veſte fœminæ vti probibitum 7.11.12
Viri in vxorem poteſtas quæ & contra 5.1.9
Viſio Dei, qualis hic & in futuro ſeculo, 12.17.6. pro præmio eod.
Viſionibus apparebat, reſpōdebátque Deus prophetis 13.33.6
Viſitare diœceſim ad quem pertineat 13.1.12
Viſitatio diœceſeon à principibus pro cōſeruatione populi facienda, 5.5.7. item præpoſitis eccleſiaſticis 5.5.7
Viſus transfert ſimulachra 12.17.2
Vita 150. annorum Xenophili 13.25.5
Vita æterna docetur ſacris ſcripturis 12.8.3
Vita contemplatiua præſtantior actiua 4.10.18
Vita ſolitaria principi opprobrio quare 8.4.3
Vita noſtra veluti lucerna 6.20.16
Vita ruſtica prior vrbana & à præſtantiſſimis viris culta 4.8.3
Vitæ & mortis libri Dei 12.11.2
Vitia pari modo & viros & mulieres obſident 7.11.86
Vitia ſæpe ſub ſpecie virtutis ſe offerunt 13.1.1
Vitis ligni verbera, maxime timēt maleficæ 13.31.20
Vitiſa rex Hiſpaniæ 13.19.22
Viuat rex prima ſalutatio Iudæorum regum 6.20.6
Viuere bene & iuſte quid 5.5.15
Vladiſlaus fratrum regnum ambiens proprium amiſit 7.17.33
Vmbilicos puerorum offerunt dæmoni ſortiariæ 13.28.14
Vmbra D. Petri curabat morbos 12.16.2
Vmbra D. Petri curabat ægritudines 12 13.32
Vmbræ eremiteriorum & aliorum locorum vnde cauſatæ 12.17.2
Vnguentum lamiarum ex decretis pueris 13.2.9
Vnguenta ſortiariarum quando valeant & quando non ad tranſlationem 13.28.18
Vnguntur reges vt ſacerdotes & prophetæ, ſed diuerſo loco & quare 8.2.11
Vngariæ pars quomodo peruenit ad Turcum, & ei penſionem præbeat pro ea imperator 7.19.5
Vnitate poteſtatis non minuitur ſubordinatis myſteriis aut poteſtatibus 1.1.9
Vnitas in imperio & poteſtate imperandi neceſſaria 1.1.8
Vnus principatus in eccleſia Dei requiſitus 7.7.2
Vnius imperium in populo ſuo voluit tantum eſſe Deum, 5.3.14 & 15. & ſeq.
Voluptates ſeculi temperatæ amaritudine 6.3.11
Voluptuosè viuentes clerici, damnantur 13.17.8
Vono Parthorum rex 7.19.6
Voon princeps dictus Iaponidarum 6.10.23
Votum licitum vel illicitum, conſideratur ex rerum promiſſarum perſonarum promittentium, & eorum quibus promittitur, &

ex fine 13.5.7
votum & exoptatio contra populum impia Calligulæ & Neronis 8.1.21
votum quorundam vt alios necarent impium 13.5.5
votum temerariè impletum de ſacrificando primo occurrente 13.5.2
votum de non tradendo Ethnicorũ factum 6.16.11
voti ſoluendi ſpecie qui vſi ad vſurpandum regnum & coniurationes vel deceptiones populi 13.5.6. & 8
voti ſoluẽdi prætextu Troia capta 13.5.6
vota monaſtica tria, paupertatis caſtitatis, & obediẽtiæ, an remitti poßint à Sũmo Põtifice 13.16.11
vota pro principe Romæ facta 8.3.8
vota implenda, 13.5.1. & in toto, eodem cap.5. de votis & eorum abuſu
votorum abuſus quomodo emendetur 13.5.7
vrbana plebs quæ erat & continebat 4.1.13
vrbs communis omnibus orbis 1.3.4
vrbs vnde dicta & forma deſignãdi vrbes 2.1.3
vrbis appellatio an contineat ſuburbia 2.4.1. & 2
vrbes confugij in Iſrael, 13.22.3. cauſa illarum 23.5
vrbes regiæ quæ 2.1.10
vrbium & mœniorum ædificatio conſideranda & ad ſanitatem & defenſionem reipublicæ 2.1.1
vrinæ vectigal 3.6.6
vſuræ in eccleſia, ne eas accipiat etiam in ſtipendia cleri, prohibitæ 13.16.7
vſurarij num ſint montes pietatis fundati cum reditibus mutuantium 13.16.9
vſurarij notantur 12.20.9
vſurariorum eccleſia reijcit oblationes 13.4.11
vſuras dare non eſt peccatum, tamen eſt malum nocens accipienti & accipere peccatum 13.16.25. & 26
vtilitas communis & publica, magis quam propria finis eſt gerentium rempublicam 4.5.46
vtilitas publica cauſa inſtitutionis & mutationis etiam legum 10.5.21
vtilitas publica, non adminiſtrantium finis gubernationis 5.5.5
vtilitatis publicæ cauſa, plura contra iura priuato permiſſa & recepta 7.20.42
Vtopiæ inſulæ magiſtratuum electio & nomina 4.5.33
Vvalliæ principatus quare primogenito detur regis Angliæ 7.16.4
vulgi natura quæ 10.4.12
vulnerans ſe miles vt puniatur 7.7.27. quid ſi vxoris imperium marito grauißimum 7.11.21
vxoris conſilio vtebatur Iuſtinianus in ſanciendis legibus, 7.11.29. & Ochus, eod. num. 34
vxores Caricæ nunquam cum viris cibum ſumebant & quare 7.11.28
vxores regum poſt mortem maritorum imperarunt in Aſia 7.1.52
vxores Sabinorum & Romanorum acies placarunt, 1.11.29. & ſeditas à ſeditione cruentißima reuocarunt, eod.

X

Xerxis ſtultißima ſuperbia Athon mõtem contumelia afficientis 6.3.4
Xenaias primus imaginum ſacrarum blaſphemus 12.14.1

Z

Zaleucus, nomine Mineruæ, leges ſuas authorauit 13.11.14
Zambri ſeruus Ela occupauit regnum domino necato 13.10.5
Zaroes & Arphaxat Magi peritißimi, & eorum opera 13.27.5
Zelatorum religionis fictus ad prædandam color 13.7.6
Zelus religionis quantum animos excitet, 13.6.1. & exempla ibidem.
Zenobia regina mortuo marito regnum pupillis filiis exiſtentibus rexit 7.11.53
Zopyri ſimulatio ad decipiendos Babylonios 13.1.5
Zoroaſtres quis, & quomodo in igne adoratus, 12.18.17. viuum Sydus dictum 1.18.7
Zoroaſter Magus 13.25.13
Zozimas quidam propheta 13.33.13

FINIS.